
4
6

9136

4/203

Cie 13







GALENI
LIBRORVM
SEPTIMA CLASSIS
CVRATIVAM METHODVM

tum diffuse tum breuiter descriptam, victus rationem in morbis acutis, singulorum morborum facile paranda remedia, priuatam quorundam morborum curationem, chirurgiæ constitutionem, fracturarum ac luxationum sanationem, fasciarum deni-, & laqueorum, & machinamentorum tractatum continet.

OCTAVA HAC NOSTRA EDITIONE
non parum ornamenti adepta: locis pluribus quàm in alijs superioribus editionibus, ad græcorum librorum fidem emendatis.

Locis Hippocratis in margine notatis.

Et alijs etiam annotationibus additis.

Librorum index sequenti folio continetur.

τὸ Θεραπευτικὸν.



VENETIIS APVD IVNTAS, M D C IX.







P. M. F. Manuel M. Arroyo

LIBRI SEPTIMAE CLASSIS.

GALENI De Medendi Methodo libri xiiij, Thoma Linacro interprete, ab Augustino Gadaldino ad græcorum exemplarium fidem emendati. fol. 2
De Arte Curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceno interprete: ab Augustino Gadaldino ad fidem antiquorum grẹcorum codicum aliquot in locis castigati;

Post hunc librum collocari debuerat libellus, cui titulus est, Quos, & Quando, & quibus medicamentis purgare conueniat: qui est in Quinta Classe, pagina lxxxviij. qui liber est cap. xxiij. libri seprimi Oribasij ad Iulianum Imperatorem.

Commentarij quatuor in lib. Hippocratis de victus ratione in morbis acutis, Ioanne Vasseo Meldensi interprete, ab Augustino Gadaldino plerisque in locis ad græcam veritatem emendati. 108
DE DIAETA Hippocratis in morbis acutis, ab Augustino Gadaldino translatus. Hic liber in tribus, quos habuimus codicibus græcis manuscriptis, (neque enim adhuc impressus græce est) admodum corruptus legitur: ita vt quandoque vel nullo modo, vel vix sensus elici possit. Eius autem mentio fit, (si tamen is ille est) a Galeno in libro de proprijs libris quarto & sexto capite. 153
De Remedijs paratu facilibus liber, ab Huberto Barlando Philiatro olim translatus, & multis in locis postea emendatus. 153
De Remedijs paratu facilibus ad Solonem, Spurius, à Iun. Paulo Crasso conuersus, & iterum ab eodem recognitus. 161
Liber tertius de Remedijs paratu facilibus, Spurius, Iun. Crasso interprete: recognitus. 169
Documentum de Puero Epileptico, Nicolao Leonico Thomæo interprete. 175
Commentarius in lib. ij. de Natura humana, Victore Trincauellio interprete. 181
De Oculis, Spurius Demetrio Græco interprete, à varijs mendis expurgatus. græcum exemplar desideratur. 182
De renum affectuum dignotione atque medela, Christophoro Heyl interprete. Spurius, recognitus. 191
Commentarij tres in librum Hippocratis, de Officina medici, seu de ijs, quæ in medicatrina fiunt, Vido Vidio Florentino interprete. 197
In librum Hippocratis de Fracturis commentarijs tres, eodem interprete. 223
In librum Hippocratis de Articulis commentarij quatuor: eodem interprete. 251
De fascijs, eodem interptete. 293
Oribasius de Laqueis ex Heracle, eodem interprete. 306
Oribasius ex Heliodoro de Machinamentis, eodem interprete. 309

Hos sex libros, quos Vidius olim conuerterat, nunc idem etiam diligenter recognouit.

Qui omnes nunc postremum, hac Octaua editione indefesso studio & industria solerti, cum græcis codicibus collati sunt, & natiuæ lectioni, quam fieri maxime potuit, restituti; erroribus qui passim irrepserant, innumeris adeo, sublatis.

GALENI
METHODI MEDENDI, IDEST
DE MORBIS CVRANDIS
LIBRI QVATVORDECIM.

Thoma Linacro Anglo interprete

Denuo ad Græcorum codicum fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Theſſalum ac reliquos Methodicos reprehendit, qui in ſanitate, ac morbo dignoſcendo plurimum aberrarunt: docetq; principia Methodi, qua morbus tum ignoſci, tum curari, debet.

Retardatam ea de cauſa fuiſſe horum librorum editionem, quòd ignauiſſimi ad bonas artes excolendas, maiorumq; ſtudia amplexanda, Galeni tempore homines extiterint. CAP. 1.

C

QVanquam & tu ſæpe alias, clariſſime Hiero, & alij quidam amici me nunc hortãtur, vt ſibi medendi methodũ conſcribam: & ego ſanè, tum vobis in primis gratificari, tũ verò poſteros pro viribus iuuare cupio: ſemper tñ ſum cũctatus, ac diſtuli, idq; multis de cauſis: quas nunc quoq; ſatius (opinor) fuerit prius, q̃ opus ipſum aggrediar, exponere, ſunt.n. ad ea, quæ poſt dicentur, ſanè non inutiles. Earum igitur omnium illa præcipua fuit, quod truſtra me ſcripturum timebam, cum nemo propè dixerim, hac noſtra ætate veritatis inquiſitioni ſit deditus, ſed pecuniam, & ciuilẽ potẽtiã, & inexplebiles voluptatũ delicias, oẽs eouſq; ſuſpiciant, vt, ſi quis ſapiẽtiæ quoduis ſtũdiũ ſectetur, pro inſano hũc habeãt: q̃ppe q̃ primã ipſam, & verè ſapiẽtiã, q̃ diuinarum humanarũq; rerũ eſt ſciẽtia, nec eſſe q̃dẽ oĩno exiſtimẽt: Medicinã verò, Rhetoricẽ, Geometriã, Arithmeticẽ, Muſicẽ, ac reliquas id genus artes, eſſe q̃dẽ autumẽt, cæterũ finẽ earũ ſtudioſe p̃ſequẽdũ minime cẽſeant: Me verò ex ijs qui me vnice diligere ſunt viſi, nonnulli ſæpe increpãt, q̃ plus iuſto veritatis ſtudio ſim addictus, quaſi nec mihi ipſi vſui, nec ipſis ĩ tota uita ſim futurus, niſi & ab hoc tãto veritatis indagãdæ ſtudio deſiſtã, & mane ſalutãdo circumeam, & veſperi apud potẽtes cœnem. His.n. artibus, tum amari, tum amicitias conciliari, tũ verò p̃ artificibus haberi: nequaq̃ † ex ijs, q̃ in propria profeſſione ſint cõſequuti: neq; enim eſſe, qui de ea iudicẽt, vbi omnes totũ
D diẽ diuerſis ſtudijs tranſigant, mane q̃dẽ oẽs ſimul ſalutationibus occupati, poſt aũt diſtracti, ad forum q̃dẽ, & lites nõ exigua turba: ad ſaltationes aũt, & aurigas alia maior: iã vel aleæ, vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel comeſſationi, vel demum alicui corporis voluptati deditus ſanè non exiguus numerus: veſperi vero rurſum oẽs ad ſympoſia ſimul collecti: vbi, poſt quã {vino} ſe impleuere, non lyra citharave, aut aliud muſicum inſtrumentum in orbem circunfertur, (quod ſicut olim in eiuſmodi congreſſu tetigiſſe honeſtum, ſic cõtra non tetigiſſe admodũ erat turpe) ſed nec ſermones vlli habẽtur, quales ĩ ſympoſijs agitari ſolere veteres p̃diderũt, nec aliud honeſtũ quicquam: immo inuicẽ ſibi propinant, & de magnitudine poculorum certant, vtpote inter quos optimus cenſetur, non qui plurimis inſtrumentis muſicis, aut ẽt ſermone philoſophicõ vti nouit, ſed qui multos, eosq; maximos calices exiccauit, adeo, vt mihi mane etiamnũ ebrii ex his pleriq; videantur: nonnulli verò etiam euidẽter adeo vinum olere, q̃ ſi modo hauſiſſent. Eoque iure fit, vt, cum ægrotare cœperint, medicos aduocent, non quidem optimos, vtpote quos per ſanitatem noſcere nunquam ſtuduerunt, ſed eos, quos maxime familiares habent,

† ἐκτῆς οἰκείας παρασκευῆς.

quiq; ipſis maxime adulantur: qui & frigidam dabunt, ſi hanc popoſcerint, & lauabunt, cũ iuſserint, & niuem vinumq; porrigent: poſtremo quicquid iubebitur, mãcipiorũ ritu facient, contra, q̃ veteres illi medici ab Aeſculapio oriundi, qui, tanquam Duces militibus, & Reges ſubditis, imperare ægris voluerunt, nequaquam vero Getarum, & Tibiorum, & Phrygum, & Trachum emptitiorum ritu, parere, atq; obſequi. Itaque, nõ q̃ melius artẽ callet, ſed qui adulari aptius nouit, apud iſtos magis in pretio eſt: huicq; oĩa plana, peruiaq; ſunt: huic ædium fores patẽt: his breui efficitur dines, plurimumq; poteſt: huic diſcipuli multi a cubiculis, vbi iã fuerint exoleti, tradũtur. Quod Theſſalus ille intelligens, non ſolum cætera Romæ diuitibus aſſentabatur, ſed etiam artẽ ſex mẽſibus traditurum ſe profeſſus, quam plurimos diſcipulos facile cõparuit. Si. n. neq; Geometriæ, neq; Aſtronomiæ, neq; Dialectices, neq; Muſices, nec vllius denique bonarum diſciplinarũ indigẽt, qui medici ſunt futuri, quemadmodum Theſſalus iſte generoſiſſimus promittebat: nec ẽt longam experiẽtiam, & operum artis vſum deſiderant; cui nõ promptum ſit artẽ aggredi, ceu facile medico futuro? Atq; hinc adeo fit, vt nunc etiã ſutores, & tinctores, & fabri, tum materiarii, tum ferrarij, proprio magiſterio relicto, in medicinæ artis opera inſiliant. Nam, qui pictoribus & vnguẽtarijs mixturas ſuas prẽparant, ẽt de primo loco certant. Atque ob hæc ipſe medẽdi methodum ſcribere ſum cunctatus, quam vtiq; & viri veteres inceperunt, & poſteri eorum p̃ficere ſunt conati. Atq; olim quidẽ nõ parua lis erat eorum, qui in Co, atque Cnido habitabant, vtri videlicet inuentorum multitudine reliquos ſuperarent: quippe geminũ hoc genus Aſclepiadarum adhuc in Aſia ſupererat, deficiẽte nimirum, quod in Rhodo viguerat. Certabant aũt cum his honeſtum illud certamẽ, quod Heſiodus prædicabat, ẽt medici, qui Italiam incolebant, Philiſtion, Empedocles, Pauſanias, & horũ ſectatores: erantq; tres hæ cerrantium inter ſe nobiliũ medicorum ſcholæ. Plurimos quidẽ atq; optimos diſcipulos Coæ fortuna contulit: ab hoc Cnidiæ: nec tamẽ in paruo habenda pretio erat, & quæ in Italia noſcebatur. At horũ nemo nec mane potentium fores ipſos ſalutaturus, nec veſperi cœnaturus, frequentabat, ſed ſicut Heſiodus cecinit,

Nanque alium ditem cernens, cui deeſt, quod agatur,
Ipſe ſolum vertit tamis, & ſemina ponit.

Ita & illi inter ſe perpetuo certabant, non vtiq; de aranda ferẽdave terra, (quippe quæ, vt Aſcledarũ genere inferiora, ſic Aſcræo poetæ erant non indecora) ſed de Apollinis, Aeſculapijque arte tum exercenda, tum vero ſemper augenda, ac pro viribus perficienda. Nunc vero honeſtum illud certamen intercidit, aut certe minimum eius inter homines adhuc ſupereſt: regnat autẽ inhoneſtum, nec eſt, qui hoc auertat, aut malo medeatur, ut Heſiodus.

Lis ne te inducat mala deuitare laborem.
Dulce malum alterius cui ſit.

Hæc enim lis, vt Heſiodo etiam diuinior poeta cecinit,

Armatur primum tenuis, mox improba cœlo
Inſerit alta caput, terris veſtigia figens.

In Theſſalum ſummæ arrogantiæ atque inſcitiæ hominem, qui ſe Hippocratem, a quo Academici, Peripatetici, ac Stoici ratiocinationes de natura mutuati ſunt, gloriatus eſt ſuperaſſe. CAP. 2.

HVius litis ſtimulis agitatus ille Theſſalus, Hippocratẽ ac reliquos Aſclepiadas maledictis inceſſit, ac totius terrarum orbis theatrũ in ſuis ipſius libris conſtituens, inibi indicatur, vincitque, & contra omnẽ antiquitatem coronatur, ipſeque a ſe victor declaratur. Hæc facit tum in eo libro, quẽ de Communitatibus ſcripſit, tũ in Syncriticis, quin in reliquis quoq; omnibus contumelioſus eſſe nõ deſiſtit, veluti in epiſtola, quã ad Neronẽ mittit, his ipſis inter initia uerbis vſus. Cum nouam ſectam condiderim, & q̃ ſola vera ſit, propterea q̃, qui ante me medici fuerunt, oẽs nihil vtile prodiderunt vel ad ſanitatem tuendã, vel morbos propulſandos. Pergens autẽ in epiſtola, Hippocrates, inquit, noxia præcepta tradidit. Auſus eſt & Aphoriſmis eius cũ ſummo dedecore contradicere. Et, cum oſtendat ſe in Hippocratica diſciplina nec à quoquam inſtitutum, nec eius opera ſub præceptore legiſſe, tamen non uereretur etiã, talis cum ſit, palmam ſibi ipſi tribuere. Quo magis aliquæ eſſe meæ partes vidẽtur (quanq̃ alias parum aſſueui improbos acerbe taxare) aliquid cõtra hunc ob veterum contumeliam dicere. Quid improbe, quæ bona ſunt, calumniari tẽtas, vt multitudini placeas, cũ liceret tibi in veritatis contẽplatione excellere, ſi diligens eſſes, ac veritatis amator? Quid ita ruditatis auditorũ patrocinio abuteris ad veterum blaſphemiam? Num paternæ artis ſocios, impudẽtiſſime Theſſale, iudices medicorum ſtatues? Iſtis ſcilicet iudicibus vinces proculdubio, ſiue contra Hippocratem, ſiue contra Dioclẽ, ſiue contra Praxagoram, ſiue contra reliquos oẽs ueteres dixeris. Quin potius viros antiquos, Dialecticos, ſcientes, qui verũ falſumq; diſcernere ſunt periti, qui conſequens ac repugnans diſtinguere, qui demonſtrandi methodũ a pueris ſunt meditati, hos inquam, iudices in conſeſſum introducito, His ſedentibus audẽ quippiã Hippocratem accuſare. His pronunciaturis aggredere ſceleſta illa tua, barbaraq; voce contra Hippocratem, primũ illud differere, Non oportere de hominis natura curioſum eſſe: deinde, ſiquis hoc donet, male illum de ea inquiſiuiſſe, ac falsò oĩa præcepiſſe.

Ergo

E

F

G

H

I

Pli. lib. 29. c. 2.

*. 1. καλού ς. i. pulcra.

A Ergo quis iudex erit? nũ Plato? quando huic saltem iniurius esse minime es ausus: Ego verò ne discipulos quidem eius refugiam, nõ Speusippum, non Xenocratẽ. Aristotelis verò, vel rogem, iudicium subeas, & cum eo Theophrasti. Optem vtiq; & Zenonẽ, & Chrysippum, & eorum q̃ hos sectantur, quemlibet iudicẽ eligas. Horum nemo, vir audaciſſime, Hippocratis de natura hominis scita damnauit: quæ tu mihi nec legisse vnquam videris: nec, si legisti, intellexisse: &, si intellexisti, iudicare certe de ijs minimè gentiũ potuisti, vt qui sub patre male lanas carpente, in gynæcio sis altus. Nec enim putes nos vel egregium genus tuum, vel claram doctrinam, latere: nec te Hippocrati & reliquis veteribus in surdo theatro maledicere: sed, qui sis, & vnde uenias, quo igenere ortus, qua educatiõe vsus, qua disciplina imbutus, prius ostẽde, atq; ita demũ dicito, illud ipsum prius vir audaciſſime monitus, non esse cuiuis in vlla bene instituta ciuitate cõcessum, publice dicere: sed, si quis uir clarus est, qui genus possit, & educationẽ, tum verò eruditionẽ: cõcionatore dignã ostẽdere, huic dicere permittũt leges. Tu cum nihil horũ ostẽdere habeas, audes tamẽ homo generosiſſime, Hippocratẽ accusare: facisq; in nugacibus libellis tuis Græcos sedere iudices: fers aũt ipse sentẽtiam, nec illorum expectas: & palmam tibi ipsi das mõ de omnibus medicis, modo de omnibus in vniuersum Græcis. Hæc enim insignis audacia sapientiſſimi scilicet
B Thessali est omnes se medicos vicisse, sed se ipso litigatore, se ipso agonotheta, se ipso iudice: post hos etiam reliquos Græcos in certamen prouocasse, Rhetoras, Geometras, Grammaticos, Astronomos, Philosophos, inter quos cõstitutũ, ac lanificis elocutione vsum, cẽsere se oĩum primũ esse; q̃ppe medicinam reliquas oẽs artes præcellere, se verò medicos omnes superasse, quod vnum forte fortuna recte collegit. Si enim medicina est omnium artium præstantiſſima, in ea verò Thessalus primas partes obtinet, vtiq; omnium hominũ ita sit primus, ac Socratẽ & Lycurgũ p̃cellat, cæterosq; oẽs, quos Pythius vel vt viros bonos, vel vt sapiẽtes, vel vt musarũ ministros, vel vt Iouis famulos, vel deniq; vt alio quolibet munere dijs gratos laudauit. Agedũ igitur Thessalo hymnos de cætero omnes cantẽt, scribantq; victoriæ carmina, & publicum orbis theatrum cõstituatur, acceditoq; aliquis, qui canat, eũ, qui in textrina si altus, vicisse Demostenẽ, Lysiã, & reliquos Rhetoras; superasse Platonẽm, Socratem, & cæteros Philosophos, palmã eripuisse Lycurgo, Soloni, & alijs legislatoribus, victorẽ deniq; totius hominum generis coronatũ esse, Rhetorum, Philosophorum, Legislatorum. Nã, si Geometras, ẽt & Grammaticos, ac Musicos nominatim post tantos titulos cõmemorẽ, cõtumelioſus in hoĩem videar, vbi. n. Lycurgus, Solõ, Plato, Socrates, & Pythagoras dãt manus nũ pulchrum ẽt sit Hipparchi, Archimedis, Aristoxeni,
C Aristarchi, & aliorum quorundam id genus meminisse, hominũ (vt Thessalus dicat) nullius pręcij? Sed q̃s tam magniloquus poeta nobis existet, qui hæc canat? Quis nũc dabitur Homerus, q̃ hexametro toto hãc Thessali victoriã celebret? aut q̃s Lyricus, qui veluti Pindarus alte in dithyrambis canat, quiq;, sicut olim Bacchi, ita nunc Thessali præconium efferat? An horum potius nullum requirimus, sed eorum, qui iambos scriũbt, Archilochum aliquẽ, aut Hipponactẽ, aut ex Tragica scena quempiam, qui sic hominem compellet?

« Quiesce dum miserrime in stratis tuis,
« Nanque haud vides, quæ te putas nosse probe.

Orestis mihi somniũ narras Thessale. Qualenam id theatrum est, in quo tu vincis Hippocratẽ? Qui iudices erunt? Quinam præmia proponẽt? Visne, primum Platonis suffragiũ legamus? forte enim hũc iudicem non reijcies. Atqui ille hæc ad verbum ait; Animæ igitur naturam apte
« putas intelligi posse, non cognita totius natura? Immo, siquidẽ Hippocrati vni ex Asclepiadarũ genere fides est hñda, ne corporis quidẽ naturam absq; hac methodo. Rectè his amice: oportet tamẽ cum Hippocrate sermonẽ conferẽtes, num cum eo concordet, æstimemus. Sanè quidẽ. Igitur de natura considerare, quid est, quod Hippocrates rectaq; ratio dicit? Num ad hũc mo
D « dum de cuiusq; rei natura primum illud perpendi oportet, sitne, de quo volumus vel ipsi sciẽtes
« esse, vel alios facere scientes posse, simplex, an varias species habeat? Mox, si simplex sit, facultas
« eius tota æstimanda est, quam videlicet ad quid agẽdum obtineat, aut quam ad patiẽdum ab alio
« sit sortitũ. Sin plures habeat species, his enumeratis, quod in vna feceris, id in vnaquaque exigere
« oportebit, nẽpe quid illa facere per suã naturã sit apta, vel q̃d ab alio pati. Audisti in uir bone Platonẽ simili methodo animæ naturam inueniẽdam esse cẽsere, qua corporis naturam Hippocrates? An adhuc vis, multas hominis dictiones ex multis librorum eius locis deligam, in quibus ille Hippocratẽ omnium, qui ante se fuerũt, maxime admiratur? An potius cum id alibi fecerim (nẽpe in eo opere, in quo de Hippocratis & Platonis placitis differui) illuc, qui id scire uolet, remittã, vbi, vt arbitror, clarissime ostẽdimus, in plurimis maximisq; rebus horũ hominum inter se consensum, atq; alio me conferẽs, alium tibi iam aduocem in testẽ, cœtum nempe Peripateticum, qui & ipse Hippocratis physiologiæ principia confirmat? Quin de hoc quoq; prodi tum à me in aliis commẽtarijs est; quorum vnus de elemẽtis secundum Hippocratem inscribitur; post hunc alij tres de tẽperamẽtis, mox alij duo alter de inæquali intẽperie, qui etiã ad tractationem de tẽperamẽtis pertinet, alter de optima corporis constitutione, deinde ẽt tres de naturalibus facultatibus

cultatibus: hos igitur siquis leget, clare perspiciet, rationum Hippocratis de natura Aristotelē interpretē esse. Quin ēt de morborū discrimine, quot hi, quiq; sint, ac de symptomatis pari modo, præterea de horū vtrorūq; causis, primus oīum, quos nouimus, Hippocrates recte principia dedisse videtur: post eum verò Aristoteles fusissime ea est interpretatus. Hæc ita esse intelliget, q̄ cōmentarios nostros, quos de singulis horū scripsimus, legere nō grauabitur. Quare, si Peripatetici iudicium exercebunt, Hippocrates (arbitror) vincet: Thessalus, vt impudens & nequā, eijcietur. Sin Stoicis philosophis in cōsessum admissis iudiciū permittet, ex ijs placitis, q̄ ipsimet statuunt, Hippocrati palmā dabunt: q̄ppe" calidum, frigidū, siccum, & humidū primus Hippocrates inuexit: post eum Aristoteles demonstratione asseruit. Eadē Chrysippi sectatores parata cū accepissent, minime sunt obluctati, sed oīa ex horū mistura cōstare cōfirmant, atq; hæc inter se mutuo agere ac pati, artificēq; naturā esse. Omnia deniq; alia Hippocratis dogmata de natura recipiūt, nisi q̄ in re tenui est illis cum Aristotele dissensio: quippe cū recte Hippocrates affirmet totū" corpus esse (vt græce dicit) σύμπνουν καὶ σύῤῥουν, quasi cōspirabile & cōfluxibile dicas, oēsq; aīalis particulas mutuo à se affici, recipiunt quidē hoc vtrique, dissident tn̄ in eo, q̄ Aristoteles qualitates tn̄ in se mutuo transire, omninoq; misceri: Stoici nō has modo, sed ēt substātias ipsas existimēt. Quòd aūt hoc definire medico superuacuum sit: quòdq; ad medicinæ opus abunde sit, si tn̄ concedantur ea, quæ ab vtrisq; sunt demōstrata, item q̄ qualitates virtutesq; in mistis totæ sint totis p̄miſſæ: hæc & ante à me sunt demōstrata, &, si res poscet, nunc demōstrabuntur. Quare & Platonis, & Peripateticorum, & Stoicorum iudicio, Hippocratis physiologiæ victoria dabitur. Immo verò ex physiologia oēs antedicti sapientiæ professores ostendunt, neminem posse morbos cōmode curare, qui corporis vniuersi naturam nō p̄spexerit. Nunquid igitur, si de palma sub horū sapientiæ professorū iudicio certasset Thessalus, vicisset, qui oīs suæ physiologiæ Hippocratē auctorē habent? Quid aūt, si Geometris, Astronomis, Musicis, aut Rhetoribus iudicium concedet, putemus ne hos Hippocrate prætermisso alij vlli palmā daturos? Ego sanè nec alium quēuis primas esse laturū arbitror, omniumq; minime impudentissimū Thessalum, vt quo nemo Geometriā, Astronomiā, Musicen, ac Rhetoricen magis dehonestarit. Itaq; hac saltem ratione apud hos in parū amico theatro certauerit. Verū hos fortassis in theatrū minime inducet, vtpote quos ipse prior inimicos reddiderit, sed ijs sapientiæ professoribus duntaxat, qui in Dialectice sunt periti, vt qui veræ falsæque orationis iudicandæ facultatem exercuerint, iudicum partes concedet. Atqui, si Platonem, Aristotelem, & Chrysippum, ceu parum in hac facultāte exercitatos transibimus, quos nā, quæso, alios inueniemus? Quare si nec aliarū artiū professores iudices admittet: nec, qui in Dialectice cæteris omnibus sapientiæ professoribus præstiterunt, illi suffragabuntur: qui tandem erunt, qui eū vicisse iudicabunt? Qui illi frequens theatrum cōstituent? Qui victorem renunciabunt? Qui deniq; coronabūt? Ipse videlicet se ipsum: id quod in illis egregijs libris suis fecit, in quibus se ipsum iudicauit, coronauit, victoremque declarauit.

E

F

G

H

1. de Natu. hu. t. 14. 1. 29. h

Lib. de Alimēto circamediū.

Aduersus Thessalum, qui nulla methodo duos in totum morbos, Fluxum scilicet & Clausum asseuerauit. CAP. 3.

AT fortassis illud sibi gloriæ memoriæq; inter homines occāsionē fore est arbitratus, si optimis viris lacessitis, nos sibi respondere cogeret. Verum ita & Zoilus celeber, clarusq; sit, qui Homeri statuam flagellauit: & Salmoneus, qui Iouem est imitatus: reliquaq; flagitioforum hominum nō exigua turba, q̄ vel meliores non sunt reueriti, vel in Deos ipsos fuerunt contumelioſi. Verum hi non bonā de se opinionem reliquerūt: nec æmulatur quisquā, qui cōpos sit mentis, nec Homeromastiga Zoilum, nec demētem Salmoneum, quāuis maledicis Zoilus in admiratione sit, & Salmoneus sacrilegis. Sed quid hos memoro; cum & qui loculos præcidunt, similia perditorum studia, & proditores proditorum suspiciant: nec est prorsus quispiā, qui propriū cœtum, in quo palmā mereatur non desideret. Adeo si Thessalus inter coquos, tinctores, lanificos, sutores, textores, ac fullones, de victoria certās scripsisset, vtiq; & retulisset de Hippocrate victoriam, & nemo nostrum ei repugnasset. Nunc, cū omnes homines iudices facit: ex horum autem numero sunt & Plato, & Aristoteles, & Theophrastus, & Chrysippus: nequa q̄ omne pūnctū solus ferret, sed alicui fortassis prouocare ad aliū iudicem licebit. Quanq̄ enim Hippocrates certare cum Thessalo, vtpote indigno se, nolet, at forte Erasistratus nō negliget, multoq; minus Herophilus, atque his etiam minus Asclepiades, alijq; multi iuniorum medicorum, quibus est ad contentionem natura propēsior, minime impune abire contumeliam sinēt, qua pariter omnes Grę-cos Thessalus aspergit: sed producto in medium homine omnes eis libros crassissima ignorantia refertos Græcis ostendent: qui tot ac tātis libris scriptis, & tot nugacissimorum versuum millibus effusis, nusquam in vllo operum suorum demonstrationem vllam afferre tentauit, sed tyranni ritu duos tantum esse in omni victus ratione morbos iubet, nempe fluxum, & clausum, non intelligens se differentiam quandam morborum dixisse, quam vtiq; prisci (vt ostendemus) probe norunt. Cæterum nemo tam rudis fuit, vt differētias morborum ipsos esse morbos putaret: ac remediorum indicationem ab ijs sumeret substantia ipsa prætermissa. Atqui his Thessali paruus

A paruus ſcilicet error, quem vel puer in liberalibus diſcipulis altus ſtatim aduertiſſet: hic, inquam, paruus error eò inſolentiæ hominem euexit, ut magnum & præclarum aliquid inueniſſe ſe puta ret, perinde ac ſiquis, cũ omne animal rõnale eſſe aut irrationale dixerit, nõ animaliũ differẽtias, ſed aliud quippiã dixiſſe ſe putet, cum. Cuic illud quoq; ſimiliter ſit dictũ, Omne animal mortale eſt, vel immortale. Quippe oppoſitio, q̃ in ſingulis differentijs notatur, coniũcta de oĩbus ſpeciebus dicitur. Omne.n. animal, aut manſuetum eſt, aut ferũ. Omne animal, aut pedatum eſt, aut apes. Omne animal, aut cornutũ eſt, aut cornuũ expers. Nec eſt inter differentias inuenire oppoſitionem vllam, q̃ ſit altera prę̃ſtãtior, aut potior, nec q̃ magis oĩbus inſit particularibus. Verũ nõ conuenit, cũ de animalium numero quæriẽ, vnã differentiarũ oppoſitionẽ reſpõdere. Hoc enim pacto duo erũt animalia vniuerſa, nec vllũ magis rõnale, uel irrationale, q̃ mortale vel immortale, aut ferũ uel manſuetum, aut reliquarũ oppoſitionũ q̃libet. Quòd ſiqs differẽtijs omiſſis (ſicut planè rõ exigit) equũ, bouẽ, canẽ, hominẽ, aquilã, apim, formicã, leonẽ, & ouẽ reſpõdeat, reliqua: que oĩa per ſpecies animalia connumeret, conſtat hunc, quærenti, quot ſint in totũ animalia, recte reſpõdiſſe. Quin, ſi multa quidẽ ſermone animalia memoret, teſtẽ aũt enumerare ſe oĩa non

B poſſe, ſic quoque cõmodiſſime reſponderit. Similis agitata q̃ſtio de morborũ numero, & oĩbus antiquis medicis eſt, alijs ſeptẽ eos in totũ eſſe affirmãtibu: alijs plures his, paucioresue dicentib⁹: omnibus tñ ad ſpecies, q̃ in ſubſtantia, non quæ in differẽtia eſſent, reſpectum habentibus. Nemo enim ita erat indoctus, aut Logicæ ſpeculationis† rudis, ut differentias ſpecierum pro ſubſtantia loquendo vſurparet: quemadmodum Theſſalus iſte, qui è gynæcio exiliens, tantis viris maledicit, ipſe nec genus habens, quod referat, nec educationem, nec eruditionẽ, qualem illorum quiſque: quorum alius Ariſtotelis, alius Platonis, alius Theophraſti, aut denique alterius cuiuſquam eorũ, qui in Logica cõtemplatione fuere exercitati, familiaris fuit. Veluti igitur rogatus quiſpiã, quot ſint in vniuerſum vocis elementa, ſi duo ea eſſe reſponderit, quippe, aut vocalem oĩno, aut conſonantẽ eſſe, quicquid vocis ſit elementum, is verum quidem dixerit, cæterũ ad quæſtionem non reſponderit: Ad eundem modum, arbitror, ſiquis oĩum morborum numerũ comprehendere ſtudens, ſpeciem quidem vllam morborum, veluti phlegmonẽ, ſcirrhum, vel œdema, referre non curet, ſolas autem differentias memoret, ſiue clauſum & fluidum, ſiue rarum & denſum, ſiue durum & molle, ſiue tẽſum & laxum, verum hic quoq; dixerit, minime tñ ad quæſtionem reſpõderit. Primũ nanq; in eo error eſt, q̃ nõ omnis differentia generi addita, ad ſpeciei cõſtitutionem

C aliquid conducit, ſed q̃ ex generis propria diuiſione naſcitur: quippe hæ demũ differentiæ ſunt, quæ ſpecies conſtituãt: reliquæ oẽs, alienæ. Etenim animalis propriæ differẽtiæ ſunt, mortale & immortale, rationale & irrationale, mãſuetũ & ferum, aliaq; id genus. Molle verò ac durum, graue & leue, rarũ & denſum, magnum & paruum, aĩalis differentiæ non ſunt, ſed ſubſtãtiæ. Itaque, etiã ſi cum animali, vel molle vel durum, vel dẽſum vel rarũ, uel magnũ, vel paruum componas, ad ſpeciẽ conſtituendã nihil ſanè plus contulerint: ſin vel rationale & immortale, vel rationale & mortale animali adieceris, efficiẽ iã illic Deus, hic homo. Ita verò, & ſi rõnali animali duas illas differẽtias peculiares addideris, quæ ſunt greſſile & bipes, ſic quoq; ſpeciem quampiam effeceris, nempe hominem. Vnde fieri non poteſt, ut illius rei ſpecificas differentias inueniat, q̃ eam †definitione, ſiue ſubſtantiæ ipſius oratione, ad vnguẽ non circunſcripſerit. Alius deinde error incidere ſolet ijs, quibus parum exercitata ratio eſt, q̃ cum vnã aliquã differentiarũ oppoſitionẽ inuenerint, ſpeciem aliquam propoſiti gñis ſe putent inueniſſe: ceu paulo ante de vocis elemẽtis eſt dictum. Siquidem, qui vocalem & conſonantem dixit, nondum oĩa humanæ vocis elemẽtã dixit, ſed duas tantũ primas & generales differentias. Quòd ſi vocales rurſus in longas, breues, ancipitesque diducat: tum cõſonantes in ſemiuocales, & mutas: itemq; tum longas, tũ breues vocales bifariam, ancipites verò trifariam: ſed mutas primum in aſpiratas, tenues, ac medias: deinde rurſus tripartito harũ ſingulas: mox ſemiuocales, ppria (ne fruſtra multis morer) ſectione ſecet,

D ita quatuor & viginti elementa vocis, qua Græci vtuntur, inueniat: quippe id tñ dixiſſe, q̃ elementorum voces quædam uocales ſint, quædam conſonãtes, nondũ omnium elementorum artificem, aut planè ſcientẽ auditorem reddidit: ſed, ſiquis, uel in longas, breues, & ancipites diduxerit, adijciat duas eſſe breues, nẽpe ε & ο, duas præterea longas η & ω, tres vero ancipites αι, υ, ſic ſanè artificem auditorem de omnibus vocalibus effecerit: itemq; de conſonis ad eundẽ modum. Itidẽ, ſiquis tradere de morborum numero inſtituat, quot hi in vniuerſum ſint, non debet, arbitror, is in prima ſtatim differentia ſubſiſtere, ſed diuiſa ea procedere, donec ad aliquam infimarũ ſpecierum, & quæ amplius in aliam diſtrahi nõ poſſit, perueniat. Id vero, q̃ haud cuique ſit promptũ, ſed ei duntaxat, qui in diuidendi methodo magnopere ſit exercitatus, intelligere quiſq; poterit, primum ſi omnia legerit, q̃ de eo genere methodi in principio Philebi à Platone ſunt prodita, dein ſi Sophiſtã etiam, & Politicum legerit. Iam verò difficilior adhuc res videbitur, ſiquis primũ Ariſtotelis librum de partibus animalium legerit. Conatur enim in eo libro omnes animaliũ differentias enumerare: at, vbi multas dubitationes mouit, vix tandem ſuſpecte, ac timide pronunciare quippiam audet. Et, cum Ariſtoteles & Plato tantam, tamq; difficilem rẽ eſſe cenſuerint

† τῆ διαιρέσεως. i. vel diuiſionis additur ī antiquis codice.

† In cod. quodam græco uetere, hæc dictio non habetur, & omnino uidetur abunda re, cum ratio ſeu oratio ſubſtantiæ, idem ſit quod definitio.

fuerīt genera in proprias differētias exacte diuidere, ac poſt hos Theophraſtus, & alij philoſophi- E
rōnem abſoluere tentauerint, vtpote ne apud illos quidē ſatis adhuc conſtantē, homo audaciſſi-
mus Theſſalus abſolute, citraq; vllam rationem adhibitā pronūcians, credēdum ſibi cenſet duos
in totū eſſe in victus rōne morbos, & eos quidē ſimplices, ac primos, & veluti elementares: nam
tertium ab his rōne gignit, ex ambobus compoſitum. At ſi ulla methodo hæc, ſicut iactas, inueſti
gaſti, cur hanc nobis non dixiſti? Sed contra planè, q̄ pro grauitate nominis, qd̄ tibi arrogas ho-
mo temerarie, atque a methodo alieniſſime, rem pronunciaſti: qui ne principium quidem ipſum
vnquam attigeris, à quo cœpiſſe neceſſe ſit eū, qui recte cuiuslibet rei ſpecies, & differentias pe-
culiares ſit inuēturus. De re enim qualibet, ò puer, vnum principium optimū noſſe id oportet,
de quo propoſita quæſtio eſt, aut prorſus eſt aberrādum, Plato quodā loco ait, nō ad diuidendū
modo quidus, ab ipſa quæſitæ rei eſſentia nobis eſſe inchoandum cenſens, ſed et in omni diſqui-
rēda re eiuſmodi ſemper principio vtēdum, Ergo hic quoq; (arbitror) par erat, ubi, quid morbus
ſit, quid ſymptoma, & quid paſſio, diligenter prius dixiſſet: ac dein qua c onueniant, differātque
ipſorum ſingula, definiuiſſes: ſic demū tentare in proprias ea differentias diducere, ſcd̄m eam, q̄ F
ſapientiæ profeſſores tradiderunt, methodum: aut, ſiquā potiorē ea, quæ ab ijs prodita eſt, explo-
raſſes, hanc ipſam prius aſtruere: tū illud oſtendere, ac Græcos docere hunc, qui in textrina ſit al
tus, ſuperaſſe Ariſtotelē & Platonē in methodis logicis, humo affixiſſe Theophraſtum, & Stoi-
cos in Dialectice, clariſſime oſtendiſſe omnes eorū ſectatores, ne primos quidem morbos, qui eſ
ſent, vnquam nouiſſe, dico & Herophilum illum Dialecticum, & cōdiſcipulum eius Philotimū,
& præceptorē eius Praxagorā, qui ab Aeſculapio originē traxit, & qui cum his, & ante hos fue-
runt, Eraſiſtratum, Dioclem, Mneſitheū, Diecē, Philiſtionē, Pliſtonicū, ipſum denique Hippo-
cratē. Porrò ſimplici verbo dicere oēs in victu morbos eſſe duos, non methodo, nō demonſtra-
tione, nō ratione vlla, ꝓbabili, nō lenimento aliquo, non alia re prorſus {orationi} adhibita, præ-
terq̄ eiuſmodi in veteres blaſphemia, id facere, imperantis hominis eſt, nō docētis. Eſto verò, ta-
ceas, qua logica methodo inſiſtēs, hæc inueneris: at certe, vnde ſaltē de veritate ſermonis iudica-
ſti, adhibitum aliquid oportuit. Nā inueniendi eius, quod quæritur, logicæ methodi facultatē præ
ſtant: At, quæ fidē ijs faciant, q̄ recte ſunt inuenta, duo ſunt apud oēs homines inſtrumenta, nēpe
ratio, & experiētia. Quippe ad eū, qui interrogauerit, Cur huic febricāti frigidæ bibendę poteſta-
tem feceris, duplex reſponſio eſt: Altera, q̄ ortū naturāq; febris docet, ac de mor orū tēporibus
differit, tum ad eundem modū aquæ frigidæ naturā explanat: vbi hæc propoſuit, conatur docere G
in hoc morbo, atq; hoc t ꝑe aquā frigidam cōgruum remedium eſſe: Altera de nullius horū natu
ra ſollicita, ad experiētiam cōfugit, nēpe ꝙ in tali morbo, atq; t ꝑe ſæpe frigidam profeciſſe vidit.
Debebat igitur (opinor) & Theſſalus vel experimentum, vel rationē aſſertioni ſuæ probationē
adhibuiſſe, non, ſicuti tyrannus, imperare, ac ſibi citra demonſtrationem credendū exigere. At
quā (inquiunt) audire demonſtrationem poſtulas? ita enim contra nos interrogant eius ſectato-
res: neq; id iniuria, vt qui nec eò vnquam peruenerint, ut notionē demonſtrationis tenerent, cū
nec Geometriam, nec Arithmeticen, nec Dialecticen, nec Reſolutoriam, nec denique logicam
vllam ſpeculationem attigerint. Quocirca reſpōdēdum his ita eſt: Nimis ſerò, quid demōſtratio
ſit, diſcere poſtulatis: nec fieri poteſt, vt breui tempore ſpeculationem, quæ ſubtilitatem mentis
deſiderat, aſſequamini, præſertim qui nec ſubtiles rationes audire ſitis aſſueti, & peruerſi in diu-
turno errore verſati. Sed iſtos mittamus, ut qui ne intelligere quidem, quæ vere diſciplinæ ſint,
ualeant: †nedum ipſas diſcere, aut recte iudicare.

† *Additur in antiquis* πῶς οὐδ' ὅπως ἀκούσωσιν, *id eſt* neq; *ſciant audire.*

Quæ ſit vera Methodus inueniendæ in vnaquaque facultate veritatis: & quam ab ea Theſſalij, & plerique veterum medicorum aberrarint. CAP. 4. H

NOs vero vna cum ijs, qui exercitati ſunt, & demonſtrationē intelligunt, & natura ſunt ſaga-
ces, (neque enim Theſſalios aſinos docere profitemur) ad id, quod propoſitū nobis ab ini-
tio eſt, accingamur: ac ſtatim una cum ipſa medendi methodo tradenda, ēt cauſas ipſas, vnde er-
rarint medicorum plurimi, qui tradere eā ſunt conati, exponamus: quippe ad firmiorē veritatis
fidem id quoq; non parum cōducere videtur. Ac primū quidē illud cauebimus, ne ſimul de am-
bobus tum methodo, quæ rōne nititur, tum experientia, quæ ratione nō vtitur, agamur. Non.n.
de omni remediorum inuentione nunc loqui ſtatuimus, ſed tantū de ea, q̄ hæc methodo explo-
rat, ita vtique, ut de Empirice ipſa & à nobis in alio opere eſt proditū, & ab ipſis Empiricis me-
dicis, quos uocant, plurimum elaboratū. Atq; vtinā Rationales oēs medici propoſitū ita preme-
rent, nec experientiam, & rationem miſcerent, atq; in vnum confunderent, ſed quā vtaque vim
habeat, quantumq; ad propoſitum artis finem conducat, ſeorſum tractarent, atq; perpēderent.
Ergo methodo quippiā inquirere, inuenireque, ex aduerſo opponitur ei, qd̄ eſt fortuito, teme-
req; reperire. Eſt autem id cum via quadam & ordine ita, ut in diſquiſitione aliquid primum ſit,
aliquid ſecundum, & tertium, & quartum, atque ita de reliquis omnibus deinceps, quoad de-
mum ad ipſum, quod ab initio eſt propoſitum, ſit peruētum. Ac empirici quidem rationabiliter
fatēbitur, nec inueniendi, nec docendi, apud ipſos eſſe neceſſarium ordinem: nam nec arte vlla ra-

tiones ve

A tioneve experientiã niti: immo unius fortunę fauorem ad ea,q̃ quęrit,inueniẽda requirere. Qui uero rationem inuentionis ſuę auctorem ſtatuerunt;ac ordinem:unamq; uiam,quę ad finem du cat propoſuerunt:iis fuerat quidẽ neceſſarium à primo aliquo auſpicatis,de quo inter omnes ho mines conueniret,ſic tranſire ad reliqua. Cæterum hanc rationem nõ ſequitur pleraque medico rum pars, immo principia quoq; ipſa cõtrouerſa ſumit,nec illa demonſtratione confirmat:tum ad reliqua ſimili modo tranſit, legislatorum ritu ſanciens uerius, quam demoſtrãs. Quæ omnia inde adeo his accidunt,quod nihil prius de demõſtratione ſunt meditati:ſed ſimul & inquiſitis in ſiſtunt,& ad eorum fidem demonſtratione uti audent,ſimile profecto quiddam iis moliẽtes,qui ſphærã,aut cubum ,aut conũ,aut cylindrum,aliud ve id genus metiri aggrediuntur,cum tamen omnis geometricæ,ac Logiſtice raionis ſint ignari, immo uero nec cubiti palmive, aut pedis menſuram pręparatam habeant:ac deinde iis,qui uel demonſtrationem ab ipſis exiguũt,uel tale recẽſent,iraſcunt. Veluti enim in illo ridiculus erit is,qui rectãguli trigoni,cuius alterum(exem pli cauſa) latus circa rectum angulum quinq; ſit pedum,alterum duodecim,dicat aream non eſ- ſe triginta pedum,ſed quadraginta,nec eius rei demõſtrationẽ vllã afferat:ita hic quoq; ridiculus eſt,qui quicquam affirmat,quod demõſtrare nõ poſſit. Ergo,ſicut in demõſtratione de triãgulo
B (neq; .n.recedẽdũ nobis ab exemplo eſt, qui indoctos iſtos methodicos à diſputatione noſtra iã abegimus)ipſum,quod propoſitum eſt,ex duabus his ,ppoſitionibus colligebatur,vna quæ ſpa- tium id,quod lateribus pedum quinque,& pedum duodecim continetur ſexaginta pedum effici dicit:altera,quæ triangulũ dimidium eius eſſe ſpatii proponit,atque oſtendit:harum vtraque rur- ſus , vt demonſtrationis fidem reciperet, aliis propoſitionibus egebat : mox illæ aliis , quoad peruentum ad primas eſſet:hæ verò nec ex aliis,nec per demonſtrationẽ ſed ex ſe fidem faciunt: ſic arbitror,& in iis oĩbus,quæ in medicina demonſtrantur,ad primas, & indemonſtrabiles pro- poſitiones,& q̃ ex ſe fidẽ faciant,oĩa eſſe perducẽda. Ac, ſi omnes de medẽdi methodo ſic dicere aliquid inſtituiſsẽt prorſus,ſicuti ĩter Arithmeticos,Geometras,& Logiſticos,ita ĩter ipſos quo- que cõueniſſet:q̃ppe apud quos diſcere ab ipſo ſtatim initio licet q̃d quoq; noĩe,quo vſuri ſunt, ſignificetur: quas præterea ,ppoſitiones indemonſtrabiles (q̃ axiomata vocant) ad diſceptatio- tionem ſint ſumpturi: veluti lineam eſſe longitudinẽ citra latitudinẽ:ſuperficiẽ,quæ longitudinẽ latitudinẽq̃ habeat:& triãgulũ eſſe hoc,quadrangulum illud:ac reliqua ad eundẽ modũ. Ab his, vbi axiomata huiuſmodi vſurpãda ſibi eſſe prædixerint,quòd ſcilicet,quæ eidem ſunt ęqualia,in- terſe ẽt eſſe æqualia:& ſi æqualibus æqualia ſint adiecta,tota fore æqualia:demõſtrare theorema
C ta iã tentant,nihil extra ea,q̃ à principio pręſumpſerunt,adiicientes. Plerique tamẽ medicorum, ſicut ipſe ſcis Hiero chariſſime,interrogati, vndenã principium inuentionis ſuæ ſumpſerint,tan- tum abeſt,vt indemonſtrabilia principia, & quæ omnibus hominibus in cõfeſſo ſint, proferant, vt nec,quò ſibi ipſis conſona reſpondeant,inueniant:ſed ſurſum,ac deorſum Euripi more agan- tur,cõtraria quiſque in progreſſu ſermonis iis quæ ab initio ſtatuerunt,afferentes. Siquidem ſa- piẽtiſſimus iſte Theſſalus,cũ apparẽtes eſſe cõmunitates dixiſſet, paulo poſt non ſolum non aliũ quẽquam priorum medicorum vidiſſe eas aſſeuerat,ſed nec ipſum, qui primas eas peperit, The- miſonem. Huius nãq; vnius eſſe monſtroſas illas communitates fatetur, ceu patris legitimos fi- lios. Poſt hos verò q̃ ſecuti ſunt oẽs,& inter ſe,& ab ipſo Theſſalo diſsẽtiunt, nec eaſdẽ cõmuni- tates tradentes,nec oĩno inter ſe vel in vno cõcordãtes. Id quod ſæpenumero tibi , ipſis etiã Me- thodicis præsẽtibus, oſtẽdi: fortaſſeque aliqñ maius ocium nactus, de incõſtantia eorũ ſcribã. At nũc tm̃ ſaltẽ ad rẽ propoſitã ſumi expedit,oportuiſſe eos,p̃ſertim ſectæ auctores , expoſui prius * διαφνίας.
de qua re ſingula nomina dici vellẽt: ſicut Empirici faciũt,qui apparere ea dicunt, q̃ ſub ſenſum cadunt:noſci verò,q̃ memoria tenẽtur:apparere ſimul,& noſci, quæ & ante aliquando ſub ſen- ſum venerũt,& nũc ſimili modo veniunt. Num igitur ita ipſi quoq; apparere communitates di-
D cunt,ceu ſenſu cognitas ? an,& quæ ratione comprehẽdimus,apparẽtia nominant? Empirici nã que non admodum concedunt quicquam ex iis, quæ ſola ratione noſci videntur,apparens dici. Rurſus veteres philoſophi duplex eſſe genus apparẽtium decernunt: Vnum,quod ipſi Empirici comprobant,nempe eorum,quæ ſenſu aliquo noſcuntur,veluti albi,nigri,duri,mollis, calidi,fri gidi,& ſimilium; Alterum indemonſtrabile,eorum nimirum , quæ intelligẽtiæ primo occurſu patẽt: veluti , quæ eidem ſunt æqualia,ea etiam inter ſe eſſe æqualia; &, ſi æqualibus æqualia ad dantur,tota etiam æqualia fieri:& ſi ab æqualibus æqualia demas,quæ reſtant,etiam æqualia fo- re. Huius eſſe generis aiunt,& quod nihil citra cauſam fiat,& quod omnia ex ente quopiam , & quod ex eo,quod omnino nõ ſit,nihil fiat,ſimili modo,nihil corrumpi in id , quod ante penitus non ſit;itẽ,quod affirmare vel negare de quoq; ſit neceſſe;aliaq; id genus non pauca , de quibus in logicis tractatibus agitur,& ipſe in commẽtariis e demonſtratione,quam potui,dixi clariſſi- me. De his inter eiuſmodi principia, quæ logica nuncupamus , quidam Philoſophorum contẽ- dunt,atq; ambigunt ; hi tamẽ hactenus ſaltem ſunt modeſti , quod omni demonſtrationi fidem ſuam abrogant, intelligẽtes (arbitror) tametſi id non dicant,illud ſaltem ſe certo ſcire,nihil om nino demonſtrari poſſe,ſi logicis principijs fides non ſit adhibita. At,qui eo uſque rudes, amen-

tesq; sunt, vt ne id quidē intelligere queant, hi demonstrare quidē conantur, cæterum quæ, quā- E
liave, { & quot demonstrationis principia sint, nec noscere, nec quærere volunt, nec aliū docētē
audire sustinēt: sed absolute pronunciāt, & verba loquuntur, quæ nec quid significēt, ipsi clare ex
plicare valeant. Merito igitur eorum æmulis cētum voluminū opera scribuntur, partim inuesti-
gantibus, de quo quodq; dici nomē Thessalus voluerit, partim nihil tale inueniētibus, cui oīa ab
eo particulatim dicta consētiant. Nam, quæ demum apparētes illæ communitates sint, aut quo
modo apparētes, dicere non possunt, nec si iterum atq; iterum totidē libros scripserint: quippe
quod apparet, aut sub sēsum omnino cadat, oportet, aut sub intelligētiā, vno semel occursu vtrū
que sine vlla demonstrationis ope: quod verò intellectui se vno occursu non exhibet, protinus
id controuersum est, ac demonstratione eget, nec artē vllam à tali principio incepisse conuenit.
Hæc si in logicis methodis se exercuissent, & ipsi ea intelligerēt, & tēpus nostrum frustra nō con
tererēt. Nunc, quoniā inexercitati, rudesque, per amētiā audēt demonstratione vti prius, q̄, q̄d
ea sit, didicerint, necesse est cum similibus sui, omnes aberrēt, prorsusq; nugentur: ac eos, qui re-
ctē demonstrant, minime intelligant, sed tēpus inaniter cōsumant. Ergo cum his nequaquam, vt
cum rationalibus, vel disputādū amplius est, vel ijsdem impēse contradicēdum prius, q̄ didicisse,
quæ nā res demonstratio sit, velint: & quatenus exercitatum esse oportet, qui ea probe sit vsurus. F

De descriptione nominis morbi, ac de Methodo nominum rectē imponendorum. CAP. 5.

TEcum verò omnem deinceps sermonem conferam, ipsis vsus methodis, quas in commēta-
riis de demonstratione tradidi. Quippe non solū principia omnis demonstrationis esse ea, q̄
tum sensui, tum intelligentiæ manifeste se exhibent, sed etiam in omni re quærenda nomen ipsū
assumi in disputationem oportere, in illis docuimus. Nunc neutrum præcipere statui, nec quem
admodum inuenire, nec quemadmodum demonstrare cōueniat: sed ijs, qui iā didicerūt, & exer-
citati sunt, simul aliquem laboris opportunum fructum reddere, inuenta nimirum non tenui re,
quā nunc instituimus: simul, si qui sunt, quibus artium maxima cordi est, q̄ circa animum homi-
nis versatur, ipsos quoq; in minoribus prius exercitare conuenit. Quippe id tenaciter seruare in
omni methodo oportet, vt in ea te multis sæpe leuioribus problematis prius exerceas, quam ma
ioribus manum admoueas. Hoc igitur nobis veræ disciplinæ principium esto: quod vtiq; statim
inter initia facturi fueramus, tum artem ipsi inquirētes, tum aliis præeuntes, qui adhuc peruersi
non essent. Quoniam omnis morbi curationem inuenire propositum est, necesse est morborum
numerū prius sciri. At, quoniā fieri nequit, vt aut differētias generis vllius, aut species inuenias, ip
so, quod diuiditur, nō planè explorato, oportet profecto nūc etiam, quid morbus sit, narremus, G
quò sic diuisionē eius rite adeamus. Qua igitur rōne id methodo inueniamus? Qua nam alia, nisi
ea, quam in libris de demonstratione præcepimus? nempe de notione ipsa prius cōueniat, cum
sine hac, propositæ rei substantiam inuenire non liceat. Ipsam verò notionem, quæ omnibus
in confesso sit, sumendam diximus, vt quæ alias principium iure non dicatur. Quæ igitur est
de ægrotando omnibus hominibus confessa notio, & de qua maxime subiecta re verbum hoc
ægrotare enunciant? Nunquid, vbi citra offensam omnium corporis partium actiones obeunt,
& valere se tunc dicunt, & minime medicis egere putant: vbi verò naturalium corporis actionū
senserint quāpiā vel male geri, vel prorsus non geri, & ægrotare se illa parte corporis existimāt,
cuius actionem læsam vident, & medicum de remedio consulunt? Ego sanè omnes homines ita
video tum morbi, tū sanitatis, nomen vsurpare. Quin etiam eam, quam dixi, notionē omnes ob
seruant, non in his modo nominibus, sed etiam nihilo minus in omnibus, quæ cum his coniuga-
ta sunt, tum nominibus, tū verbis. Quippe cum & valere illum existimēt, cui nullius partis actio
sit vitiata: & ægrotare, cui sit vitiata: & valentem eum nominent, cuius omnes corporis par-
tes actiones suas secundum naturam edant: & ægrotantem, cui male affecta pars aliqua sit. Nec
quisquam omnino Græcorum aut aliis nominibus vtitur, aut de alia re enunciat iam dictorū no H
minum quoduis: id quod diffuse in medicinalium nominum interpretatione ostendimus. Atq;
hoc saltem mihi per omnem disceptationem memoria teneri maxime velim, nominum quidē
interpretationem ex Græcorum me consuetudine facturum (sicut in commētariis de demon-
stratione dixi) ipsius autem rerum essentiæ tum inuētionem, tum inquisitionem, tum demon-
strationem, nō ex iis, quæ multitudini videntur, immo ex sumptionibus scientificis, quæ lemma-
ta græce vocant; de quorum inueniēdi ratione in illis est proditum. Ergo accepto eo, quod oēs
confitētur, principio, nempe illud in medēdi methodo propositum esse, vt ægrota corpora in sa-
nitatē vindices, id verò est, vt naturales partiū actiones, si quæ vitiatæ sunt, corrigas, iam, quod
deinceps est, inquiramus, quot numero in totum res sint, quæ loco inter se sibi sunt propinquę,
necubi aliqua, procedēte sermone, vel pro morbis accipiamus, cum sint his similia, vel pro sanita
te, cū ad huius naturā prope accedāt. Proponamus aūt claritatis causa particulas aliquas, in qui-
bus confirmetur, quod dicimus, ac primum quidē ante cæteras, oculum. De hoc igitur omnibus
hominibus non medicis modo, sed ēt alijs quibus libet conuenit, eius opus esse vt videat. Seu
verò opus, seu actionē inter loquēdum dicam, in præsentia saltem non refert. Ad eundem mo-

dum

A dum,nec,ſi quis aſpicere,oculorum eſſe opus dixerit:nec,ſiquis aſpectū, aut viſum, aut viſionē, aut quomodocūq; aliter nominet,q̃cquam refert:quando ēt ſi quis ſolœciſmū cōmittēs nominet,ad rei ipſius ſcientiā nihil id afferat incōmodi,modo,de qua re nomē ꝓnunciet, clare explicet,in hoc enim præcipua doctrinæ vis eſt.Nominetur igitur oculus pars corporis:neq; hic referat,partē ne,an particulam q̃s dixerit.Quiquid.n.totum complet,atq; integrat,id totius videlicet corporis,quod cōplet,particula,ſiue pars nominatur.Eſt.n.pars ex iis,quæ ad aliquid dicuntur,quippe pars totius integriq; pars dicitur:æque profecto,vt totū & integrum per relationem ad partes,& particulas proprias nominatur:eſtq; ſicuti dextrum ad ſiniſtrum, & ſiniſtrū ad dextrum,ita & totū ad partē,& pars ſe habens ad totum.Ergo,ſiquis hac ſeruata notione malit partem dicere,q̃ particulam:aut ſiquis cōtra,particulā potius,q̃ partem:is mihi ad rerum inuentionem impedimēto nō ſit,cæterum imperitum ſe linguæ* latinæ prodit:quemadmodum certe,ſi quis integrum à toto ſecernat,is quoque linguæ* latinæ eſt ignarus. Dictum verò alibi (vt ſcis) diffuſe de nominū vſu eſt. Ac nunc,quantum ſatis ad rem ſit propoſitam,adijciam, illud duntaxat indicās,non oportere nominibus ſeduci,nec,qui in ijs diſſentiunt,hos ſtatim in rebus quoq; ipſis diſſentire putare.In quo genere omnes (vt vno verbo dicam)nō medicos modo noſtrę tē-
B peſtatis,ſed ēt philoſophorum pleroſq; parum exercitatos vides: vt quorum pauciſſimi nominum* diuerſitatem à rerum diuerſitate diſtinguere norint. Verū huius quoq; rei methodū in Logicis ſpeculationibus tradidimus,cuius opportunitas,ſi quando aliàs,vtiq; nunc quoq; ad vſum venit.Quæ nā igitur fuit ea methodus? Neimpe vt à rerum incipias differentia, non autem nomi, num;tum oſtendas,quatuor,exempli gratia,eſſe res, quæ in vicino ſunt poſitæ ; poſt deinde,vt demōſtratione cōfirmes neq; plura eſſe,neq; pauciora,quæ in propoſita diſceptatione contineā tur:poſtremo ut accomodato rerū cuique ſuo nomine,ſic reliquū ſermonem abſoluas, nec mutans dehinc,nec trāsferens nomen vllum,ſed,cui rei ipſe ab initio impoſueris, de eadē perpetuo vſurpans.Quippe ita,& dilucida doctrina efficitur,atq; à cauillationibus, quas homonomia parit,libera:&,quod fruſtra eſt additum,facile deprehēditur,&,quod deficit,cito inuenitur,&, quę co nſonant diſſonantq̃ue,maxime in eiuſmodi explicationibus,exactè diſcernuntur.

*διαφωνίαν.

Quidnam actio,& paſſio exemplo uiſus,& oculi: quid latio, & alteratio, pars,& inſtrumentum. CAP. 6.

ERgo illud repetamus denuo.Viſus oculorum actio eſt:locutio,linguæ:inceſſus,crurum. Ipſa rurſus actio,motus eſt actiuus.Iā horū ipſorū motus:prioris habitus eſt īmutatio : Actiuus,
C qui à ſe editᵉ,paſſiuus,q̃ ab alio quopiā extrinſecus poſito excitatur:veluti volatio,actio eſt aīalis volatilis:& inceſſus,animalis greſſilis:quod aūt ab alio ſic agitur, vt locum mutet, id vtique non agit,ſed patiᵉ.Egit nanque,qui ex Piræo Suniū cōmeauit, q̃ppe motus actiue eſt,i.ex ſe ipſo & ꝓpria natura:contra, paſſus eſt,q̃ ex Piræo Suniū nauigauit,vtpote qui naui vectus eſt.At,quoniam motum prioris eſſe habitus mutationē diximus:ea verò immutatio dupliciter fit, nēpe aut in qualitate,aut loc : vtiq; mutatio,q̃ in loco agitur,latio dicitur,quæ in qualitate, alteratio: ita videlicet,vt latio ſit immutatio, vel demutatio , vel mutatio prioris loci (de induſtria.n.multis ſum vſus noībus,maxime.ſ.inſinuare ſtudens,q̃ licet vnius rei multas definitiones efficere,q̃ vocibus tm̄,nō ēt notionibus differāt) alteratio verò,vel mutatio in qualitate , vel demutatio eius, q̃ prius fuit qualitatis,vel immutatio in qualitate,vel trāſmutatio qualitatis,vel qūocunque aliter auditori,qđ dicitur,clarū fore ſperaueris,q̃ppe huc tibi varietas interpretationis ſit vtilis. Ergo viſion(am redeundum ad oculum eſt)actio partis eſt:oculus vero ipſe aīalis eſt particula, nā particulā,an partē dicas(vt p̄diximus) nihil refert.Inſtrumentum verò appello aīalis partē,quæ perfectam edere actionem poſſit:veluti oculus viſi onē,& lingua loquelam,& crura itionem.Ad eūdem modū,& arteria,& vena,& neruus,tū inſtra,tu partes animalis ſunt.Pro hoc nāq; nomi-
D nū vſu nō à nobis modo,ſed ēt veteribus definito,oculus quidē,& pars aīalis,& particula, & inſtrumentum vocabitur:cornea verò tunica,particula quidem,& pars,non aūt inſtrumentum.Simili modo,& quæ rhagoēides, & quæ arachnoēides , & quæ amphibleſtroēides græce dicuntur, quippe quarum ſingulæ primū q̃dē,ac maxime oculi particulæ ſunt:&, quia is ēt faciei pars eſt, itidē & illæ faciei ſunt partes,ſed ſecunda quādā ratione:ita verò & totius corporis partes ſunt, propterea q̃ facies ipſa totius corporis eſt particula.Homæomeres verò,i.ſimilaris pars eſt,ſicut ipſum clare indicat nomē,q̃ vndiq; in ſimiles diuiditur particulas:veluti ī oculo vitreus humor, & cryſtallinus,& tunicarum ꝓpria cuiusq; ſuba.Porrò hæc latius indicata ſunt in diſſectionum commentariis. Hic verò ea tm̄ dixiſſe ſat eſt,quorum ad id,quod inſtat,meminiſſe eſt opus . Eſt aūt opus oſtendere, in ſingulis particulis plura ineſſe,quæ inter ſe diſſideant,nec tñ à medicis ſint præcepta:hoc autem vtile eſſe prædiximus , ad nomina nobis recte vtenda , vtique cuius cauſa nunc id tractandum ſuſcepimus:indicabitur aūt,& ad ipſam nobis propoſitam methodum maxime neceſſarium.Eſt enim inſtrumentum,oculus,actio verò viſio: vna ex particulis eius ſimilaris,ac primum viſionis inſtrumentum cryſtallinus humor: ſicuti in libris, vbi de iis egimus, monſtratum eſt:id nanq; eſt,qđ alterari debet ab aliquo extrinſecus occurētium colorū,vt ani-

mal

mal uideat:alterari verò nõ potuit,nisi purum oĩno perſpicuũq; esset. At purum ita perlucidũq; E
esse nõ põt sine eo,qđ nunc obtinet, tẽperamẽto. quippe ostensum est,vnã quãq; rerũ talẽ esse, qualis est,ꝑ ꝑ calidi,frigidi,humidi,& sicci tẽperamẽtũ. Ideoq; siquid horũ magnopere immutatũ sit,aut planè nõ videbit,aut male uidebit anima. Verũ hoc nobis parũ adhuc constat,mõ artẽ q̃rere orsis:nec oportet aliq̃d ex ijs,q̃ post sunt inq̃rẽda,velut scitũ p̃sumere: nec ipse huĩ° gratia, eorũ,q̃ de crystallino alĩbi demõstraui,mẽtionẽ feci,sed claritatis causa eorũ,q̃ nũc sunt dicenda. Videntes enim oculum probe munus suum obire,ac rursus nequaquam videre: atque illud sanitatem eius,hoc morbum,vel vitium,vel quicquid libet,vocantes,nihil enim ad rem propositam refert:quærimus deinceps,quæ demum sit eius noxæ causa.

Aduersus Thessalum,Iulianum,Olympicum,& reliquos Methodicos,de sanitatis, ac morbi definitione. CAP. 7.

VNde,inquies,ad hoc moti? Certe ex indemonstrabili axiomate, de quo tñ inter oẽs cõuenit,propterea,ꝙ intelligẽtiæ euidens est. Qđ ergo est id axioma? Nihil absq; causa fieri,q̃p pe hoc non concesso, non datur,aut læsæ uisionis,aut prorsus amissæ,causam requirere. Sed,qm̃ id ex iis est,quę intelligentię sunt manifesta, præsumentes iam aliquam subesse læsionis causam, F
ad eius inquisitionẽ venimus. Ergo hãc causam seu affectũ aliquẽ corporis,seu corpus certo mõ affectũ,appellare velis,nihil sanè ad rem propositã interest. Illud oĩno fateberis, aut morbũ ipsũ hãc esse:aut,si quidẽ morbus est ipsa actionis læsio,affectũ,q̃ huic officit,morbi causam esse. Existitq; hoc loco rursus de noĩe controuersia,ipsum ne oculorũ affectũ,à quo visus læditur,morbũ vocemus,an ipsum actionis vitiũ. Verũ,siue quis actionẽ vitiatã morbũ dici velit, vtique multo prius statuat,necesse est,sanitatẽ esse naturaliter se habentẽ actionẽ: siue affectũ,qui actioni incõmoda,multo quoq; tante,qui scđm naturã est,siue hũc affectũ,siue cõstitutionẽ dici velit,sanitatis vocabulo appellet. Quippe cõmittere,vt cũ in actionibus posueris sanitatẽ,in affectibus existimes statuẽdũ morbũ,aut cõtra,cũ in partiũ cõstitutione sanitatẽ,in actionis vitio morbũ:tum reliquis methodicis,tũ verò principe huius insaniæ Thessalo digna sn̄ia est. Etenim oẽs ferè,qui sunt indocti huius,insaniq̃; dogmatis sectatores,sanitatẽ esse naturaliũ actionũ firmitatẽ, ac robur aiũt:morbũ verò nequaq̃ actionis læsionẽ,& infirmitatẽ,sed alij corporis quẽdã affectũ, alij corpus certo mõ affectũ. Qua q̃ nã,obsecro,maior dementia sit? Hoc.n. vel quiuis deprehendat, nõ oportere in altero sanitatẽ,in altero morbũ,sed ĩ eodẽ oĩno genere ambo cõstitui: siquidẽ cõtraria sunt,q̃ in eodẽ genere plurimũ inter se diffident,veluti cãdidũ, & nigrũ: et.n. vnũ est horũ G
genus color. Ideoque, si contraria inter se sunt sanitas,& morbus,in quocunq; genere eorũ, q̃ naturaliter se hñt,statuetur sanitas,in eodẽ,cũ præter naturã se hẽt,ponet morbus. Quare, si sanitas actio est,quæ scđm naturã se habeat,oĩno morbus p̃ter naturã actio fuerit. Sin aũt affectio quæpiã,aut constitutio naturaliter se habẽs,sanitas est,& morbus affectio cõstitutiove p̃ter naturam necessario fuerit. Ac Thessalus quidem finire morbum ne aggressus quidẽ vsquã est:quin potius hariolandum nobis reliquit,de qua re vocabulum id enunciet. Quòđ.n. nihil interesse cẽseat inter morbũ,& pathos,iã tibi ex ipsius hominis cõmentarijs ostendimus,in quibus translatitie ambo ponit,transfertque vtrunque in alterius locum,ceu nihil interfit,hoc an illo modo loquaris. Eius verò sectatores vniuersi sursum deorsumque aguntur,ratiocinantes, ac se tegentes,oĩaque facientes,vt vel obscure loquãtur,uel omnino nihil,ut Thessalus ipse,atq; ante hũc Themiso, q̃ fundamentum illis huius insaniæ iecit. Quòd si tibi ea, q̃ Proclus, & Rheginus,& Antipater,ad hæc,quæ Eudemus,Mnasæus,Philo,& Dionysius in hoc genere prodiderũt, dicere uelim, vtiq; à proposita tractatione,quæ & scientifica est,& ipsum,quod vtile sit,docere conatur,imprudens excidã. Verum de horũ diffidentia licebit aliquando, fortasse ẽt in sequentibus mentionem fa- H
cerę:vnaq; cum his Menemachi, qui oẽs eorum res astutius turbauit,atq; confudit: & nugacis Olympici,cumq; hoc etiam Apollonidæ,& Sorani,& qui adhuc viuit, Iuliani,quem utique, & nos cõuenimus,ut viua uidelicet homininis uoce meras nugas cõdiscerẽ:sed nec is explicare potuit,quid pathos,& morbus esset. Cuius rei vel maximum signum est, q̃, cũ viginti plus anni iã sint,ex quo illum Alexandriæ cõuenimus, scripseritq; iterum,atq; iterũ institutiones, (nam has assidue trãsponit,transformatque nunq̃ ijs,quas scripsit,cõtentus) in nulla tamen earum est ausus,quid morbus sit,prodere,tametsi certe adeo ea,q̃ nihil ad rem pertinent,in ijs agitet,ut etiam illud inquirat,Sitne pictura medicis ex vsu. Et tñ,tam multa taliaq; cum scribat, nec dissimulare queat,(sicut nec Menemachus) quin Methodicæ sectæ absurditatẽ clare norit, ne in hodiernum quidem diem in institutionibus suis vsquam scripsit, quid morbum pathosve nominet. Nihil certe ipsum interroganti,adeo multa,obscuraq; respondit,ut,nihil eorũ, quæ dixit,planè intellegerem, cogererque illud tantum homini dicere, ꝙ mihi desciscere ab Olympico uideretur, quam quam is auus doctrinæ ipsius fuerat. Nam Iulianus hic Appollonidæ Cyprij,ille Olympici discipulus fuerat. Ergo Olympicus (vt dixi) sanitatem* morbumque finire ausus, illam esse affectum
* pathosque. dixit, qui absentia sit morbi: Rursus* morbum, mutationem à naturali in id, quod præter
* pathos. naturam sit,stabilem. Quorum sanè utrique permulta insunt à ratione aliena, quæ & tunc Iu-

liano

A liano expoſui, & nũc ſummatim dicã. Quod.n.(iniquũ) confuſionẽ facit, id eſt, ꝙ Olympicus nõ illud tm̃ abſolute dicit, ſanitatẽ affectũ eſſe, poſitum extra morbum, ſed ẽt illud definitioni adijcit, quẽ affectũ definimus naturalium actionum cõſtantiã, & firmitudinem haud enim conijcere valeo, in ſola ne actionũ cõſtãtia, an ĩ corporis affectu, an in ambobus, ſanitatẽ ſtatuat; ſed forte, vt vtiq; cum reliquis methodicis aſſolet, cõfuſe, alienèq; abuti Grẽcorũ uocibus, ita nunc quoq; affectum non ad corpus, ſed actiones refert: ut nimirum ad hunc modum definitionẽ intelligas: Sanitas affectio eſt actionis in abſentia morbi. Porrò iuſtũ, arbitror, fuerat alterũ duorũ definitioni adieciſſe, aut actionum, aut corporis, ut videlicet, aut ita ſe haberet finitio: Sanitas eſt affectus actionum in abſentia morbi: aut certe talis: Sanitas eſt affectio corporis in abſentia morbi. Quin etiam, ſi ambo iungere uoluiſſet, ita quoq; licuiſſet, ut dilucide, ſic breuiter dicere: Sanitas eſt affectio tũ actionũ, tũ corporis in abſentia morbi. Quid autẽ, cũ ſubijcit. Quẽ affectũ definimus conſtantiã, ac robur actionũ naturã ſuam tuentiũ, utrum ne pars hæc putãda eſt eius, quod prædictũ eſt, iungẽdaq; tota definitio eſt ad hunc modum? Sanitas eſt affectus corporis in abſentia morbi, & conſtãtia actionum, q̃ ſcd̃m naturã ſe hñt, ac robur: an iſta ipſa per ſe ipſam perfecta definitio eſt, ac, quid ſanitas ſit, docens, prout ſanè nonnullis methodicorũ placuit, ꝙ ſanitatẽ eſſe dixerũt
B cõſtãtiã ſcd̃m naturã ſe habẽtiũ actionũ? Verũ, ſi hæc abſoluta eſt, haud ſcio, qd̃ doceat, ea q̃ ante dicta eſt, q̃ affectũ eſſe ſanitatẽ prẽcipit. Quippe illud qd̃ dixit, in abſentia morbi, eiuſmodi planè eſt, qd̃ vel puer rideat: cũ ſi ita definire permitteẽ, manifeſtũ ſit & morbũ fore affectũ corporis in abſentia ſanitatis: ita videlicet, ut vtraq; definitio, nõ quid ſit id, qd̃ q̃ritur, ſed quid nõ ſit, doceat. Sed mittamus, inq̃, ſi placet, & hæc, cũ ſit ad rẽ nõ admodũ neceſſaria. Illud certe p̃terire, diſſimulareq; non licet, ꝙ in ſanitatis explicatione oĩa actionibus tribuantur, uel ſolis, vel ẽt cõfundẽdo, inuoluendoque, ac obſcure quodã modo miſcendo ipſum affectionis uocabulũ, quemadmodũ fecit Olympicus: in ipſius verò * morbi definitione, nulla fit ctionum mẽtio: nã illud dicere ſatis habuit, * morbum eſſe mutationem corporis à naturali ſtatu ad eũ, qui p̃ter naturã ſit, cõſtãtẽ, & ſtabilẽ. At debuerat, inquã, aut in actionibus, aut ĩ affectibus, vtrũq; cõſtituere. Quid verò mihi reſpõderit, & ſæpe tibi iã mi Hiero narraui, & nũc repetere nõ erit alienũ. Nihil, inquit, miri eſt, in actionum quidẽ conſtantia cũ robore, ſanitatẽ poni. in affectu aũt corporis præter naturam, morbum. Neq;.n. contraria ſunt, ut tu reris, inquit: eſt.n. eorum aliquid medium, quod nec ſanitas ſit, nec morbus. Quo ego ſermone audito, abij ſtupefactus ſimul, ac dolens: fatendũ enim eſt, quod accidit. Antea.n. neminem vnquã eorum, qui in ea opinione prorſus ſunt ſtupidi, cõueneram: tum aũt primũ cõueniens, merito obſtupui, nõ ꝙ is ſolus adeo ſine ſenſu eſſet, ſed ꝙ multo
C etiam agreſtiores tot haberet diſcipulos, qui, cum ſtatim in initio doctrinæ ſuæ methodicos ita errare viderent, tm̃ à ſecta non deſciſcerent: aut ſi omnino non viderent, prorſus eſſent attoniti: Nã quid, q̃ſo, ad rem, morbũ ſanitati nõ eſſe contrariũ, propterea, ꝙ aliquid eorum ſit medium? Patet.n. hac.ſ. ratione non fore album nigro cõtrariũ, propterea, ꝙ horum ſint media flauum, & ſuſcum, rubrum, & pallidum, & reliquorũ colorum ſinguli: nec calidum frigido, quippe horum quoque ſunt media, tepidum, & temperatum. Ac ſapientes iſtos methodicos, cum nec leui, nec ſpernendo lapſu ſic ſint inter initia ſtatim lapſi, ſperemus ne veritatẽ vllã eorũ, quæ ſequantur, poſſe intelligere? minime profecto: quippe, q̃ in arte medica ſpectãt, oĩa ex his pẽdere docebimus, idq; merito: ſiquidẽ in ijs artibus, q̃ methodo aliqua traduñ, earũ conſtituendarũ principiũ eſt finis ipſius notio. Ac in huius quidẽ notitia, alijs quoq; ꝑ multis uarie eſt erratum, aliis medicinæ finẽ eſſe affirmantibus, ut plurimum ſanare: alijs, ea facere, q̃ ſint ad ſanitatẽ cõducibilia: alijs, morborũ cauſas adimere: aliis, ꝑ ſe quenq; oĩa peragere: aliis prout cuiq; ſuccurrit: ac de his definire ſeorſum cõueniet. Nemo tm̃ adeo fuit ſtupidus, ut in alio genere poneret ſanitatem, in alio morbũ: ſed vel actionibus naturaliter ſe hñtibus tribuit, uel partium conſtitutionibus, quos aliq
D affectus uocant. Siue autem in actionibus naturaliter editis ſit ſanitas, in ijs, q̃ præter naturã ſunt, erit morbus: ſiue in conſtitutionibus naturaliter ſe habentibus, in ijſdẽ præter naturã ſe habentibus erit morbus: ſiue in affectibus, in his ipſis erit & inualetudo. Neq; enim profunda ulla ſpeculatione ad hoc eſt opus: tm̃ ſufficit non eſſe peruerſam. Nã quis, obſecro, dubitet, ſi videre ſanitas ſit, morbũ eſſe vel cæcutire, vel omnino nõ videre? Quis non intelligit, ſi audire ſanitas ſit, eſſe morbũ uel ægre audire, vel prorſus nõ audire. Pari modõ, ſi concoquere, bona ualetudo eſt male cõcoquere, uel planè nõ cõcoquere inualetudo eſt. Et ſi ſuo aliquẽ arbitrio moueri ſanitas eſt, utiq; morbus fuerit & cõuulſio, & palpitatio quẽ palmon vocant, & neruorum reſolutio, & tremor: & deniq; q̃cquid voluntariũ motũ, vel penitus deſtruit, vel ẽt certo mõ ĩpedit. Ad hæc, ſi naturaliter ſentire ſanitatis opus ſit, inſenſibilitas, & difficilis sẽſus, & ſtupor, & dolor, ægritudines erũt. Rurſus, ſi ordinatè reſpirare ſanitas eſt, vtiq; ſpirãdi defectus, uel difficultas, morbꝰ eſt. Atqui, ſi hæ morbi ſunt, dubiũ nõ eſt, particularũ affectus, ex q̃bus hæc edũtur, morborũ eſſe cauſas, nec oportere, aut phlegmonẽ, aut ſcirrhũ, aut eryſipelas, aut abſceſſum, aut vlcꝰ, aut œdema morbos dicere. Quòd ſi hæ ægritudines ſunt, manifeſtũ eſt, nullũ illorum eſſe morborũ. Quippe duo rerũ genera ſunt nusq̃ inter ſe ſimiliũ, ſed oĩariã diſſidentium, & tota natura differentium;

alterum

* pathus.
* pathos.

alterum horum generum corpus vocãt, alterũ actionẽ. Ergo oculus, & lingua, & auris, & crus; E
atq; id genus singula, corpora sunt certo modo affecta: visus, auditus, sermo, incessus, actiones prædictorum sunt corporũ. Si itaq; in certo quodã corporũ habitu ægritudo constituitur, certe in certo quodã actionũ habitu non statuetur: qñ, si in hoc morbus cõstat, planũ rursus est in corporũ affectu non esse. Verũ, q affectus ipse causa, actio verò id, qđ ab affectu corporis efficitur, id verò est, qđ oĩum maxime, & fatendum medico sit, & tenendũ. Adeo, quisquis hoc ignorat, is in re labitur, q̃ planè est ex necessarijs. At, qui vel actionis læsionẽ, uel corporis affectũ, morbũ, uel quoquo nomine, appellat, quanq̃ parũ cõuenienter nominat, põt tñ de rebus ipsis rectã habere sententiã. Cõtingit aũt non ex nominũ, sed rerũ recta opinione recta morborũ curatio. Iam hoc ipsum multos medicorũ ignorantes inuenias, putãtesque, in rebus dissidere eos, qui corporũ affectus morbos esse censent ab ijs, qui in actionis uitio eosdem constituunt. Atq; horum oĩum errorũ (qđ & sæpe iã dictũ est, & post dicetur) vnica causa est, q, qui inuenire quiduis logice sunt aggressi, non fuere in logica methodo exercitati: sed simul, veluti ratione cogitationeq; exercitati fuissent, ab experientia desciuerũt: simul, cum in illis inexercitati fuissent, magnopere sunt lapsi, siquidẽ millies eos de nominib⁹ tanq̃ de rebus litigãtes inueni. Rursum, ubi rẽ quãpiã maximam ignorarint, nomẽ se ignorare putãtes, veluti in eo, quod nunc est propositũ, discernere nequeũt F
corporis quidẽ statũ causæ rõnem sustinere: actionẽ eius, qđ ab eo perficitur: sed nec, quod sanatur id esse corporis affectũ. Quippe comitat necessario hũc naturaliter se habẽtẽ naturalis actio: contra, si à natura recesserit, actio statim præter naturã se habeat, necesse est. Porrò in hoc totum vertit: estq; hoc principium, ac veluti primũ quoddã elementũ omnis methodi, q̃ de medẽdo instituitur. Cæterum, an hoc ipsum appellare morbũ oporteat, an actionis vitium, id est de nomine dubitare. Dicemus aũt aliquid, & de nominũ vsu, sicut in alijs prius iam fecimus. Verum nunc de ipsis nondum distinguo, quò videlicet hoc ipsum rerum fide magis comprobem: ostendamque, quod nam sit huius de medẽdo methodi principiũ, & radix. In quo cum alij multi ex ijs, qui rationales se dogmaticosq; appellant, tum verò probi isti methodici, sunt falsi. Atq; illud quidẽ ijs, qui prudentes sunt, iam quodammodo apparet, nihil esse aliud, quod à medicis curetur, quàm corporum affectum, veluti proximo libro monstrabitur.

De causarum, affectuum, actionum, ac symptomatum generibus, ex quibus uniuersa dignoscendorum, ac curandorum morborum methodus pendet. CAP. 8.

NVnc illud nobis propositum erat, vt ignorantiã eorum corrigeremus, qui, quot in vniuersum res sint, quæ in præsenti disputatione proximæ inter se habeantur, ignorãt. Videtur. n. G
vnum genus esse ipsorum corporum, alterum actionum. Ac corporum quidem genus præcedere actiones, easq; gignere, has vero seq, idque, si corpora naturaliter se habeãt, inculpabiles, ac naturales: sin præter naturã sint affecta, aut nullas prorsus, aut oĩno certe impeditas. Tertium præter hæc genus est causarum, quæ hos affectus creant. Nã, quam rationem habet affectus ad actionem: hãc alteram quippiam ad ipsum affectum omnino habet oportet, illo duntaxat euariante, quòd affectus, cum actione una consistit, nec potest vnquam, aut proba actio esse, sine corporis naturali affectu: aut vitiosa, nisi cum corpus sit vitio affectum. Eius autem affectus, qui actionem impedit, causæ possunt quidem non etiam esse: possunt autẽ & adhuc nunc manere. Ergo diuersæ omnino ab affectibus causæ sunt. Ac tertium hoc iã inuentũ genus diuersum est, & ab actione, & ab eo, qui hãc gignit, affectu. Ab hoc quartũ aliud genus est {affectus} eorũ, quæ, cũ corporibus, & naturaliter, & præter naturã se habentibus insint, actioni nec cõmodant, nec incõmmodant: sicut, exẽpli causa, color corporis ex diuturna in Sole mora niger ex cãdido factus, aut cõtra, ubi versatus in vmbra quis sit, ex nigro candidus: aut ruber, lotis: aut pallidus, expauefactis. Quippe hæc, nec actiones sunt, nec corporis affectus, q̃ sint actionis causæ: multoq; minus ipsæ causæ, q̃ affectus, qui p̃ter naturã sunt, creant: sed sunt symptomata, q̃ diuersas corporum alterationes necessario sequuntur, siue hæ secundum naturam, siue pręter naturam, se habeant. Ergo, cũ quatuor definita genera iam sint, ex quibus uel noscendis, vel non noscendis, probe secusve incipiendam esse medendi artem monstrabimus, liceat de cætero cuiuis, prout volet, ijs nomina imponere: ueluti affectum corporum præter naturam se habentem, cum actionem aliquam vitiat, morbum, si placet, appellato: ipsum verò functionis vitium, insigne quoddam morbi symptoma. Quæ alia ratione accidũt, ceu colores, ea quoque, si volet, appellato symptomata, cęterũ ea distinguat à functionũ vitio: & si illa insignia morbi symptomata uocet, hæc, familiaria propriaque nominet. Quædam ẽt præter hæc, si volet, nec familiaria, nec propria, sed forte quadam incidentia. Quartum verò ab ijs genus statuito, quod sit insalubrium, siue (ut ita dicã) morbificarum causarum. Atque harum, quæ quidem in ipso animalis corpore consistunt, *internas nomi- H
net: q̃ extrinsecus, *externas: {nisi malit (ut nunc vulgus medicorum insueuit) illas antecedentes. has primitiuas vocare.} Positis autem pro arbitrio, vel hoc, vel alio modo nominibus, dummodo clare, & ex vsu legentium, nec mutet postea, nec transponat eorum vsum, sed perpetuo per omnem disputationem obseruet, quò, & quæ dicat, facile intelligamus, & refutationes, redargutiones q;

* προηγούμενα
* προκατάρχον τα.

A tionesque oēs ad aliquid clarum, diſtinctumq; referamus. Qualiter, inquis, & ad quem modum? (nam idipſum quoq; indicandum adhuc arbitror propter ſtupidos iſtos methodicos) nēpe eſto, dicat aliquis, phlegmonem affectum eſſe præter naturam: ipſam verò læſam phlegmone laborā-tis particulæ functionem morbi inſigne ſymptoma, veluti pedū quidem {læſum} ingreſſum, oculorum viſum, aurium auditum: ruborem aūt, tenſionem, & renixum, & tumorem, qui præter naturam ſit, ac phlegmoni ſuccedat, diuerſum quoddam genus ſiue ſymptomatum, ſiue accidentium, ſiue quo alio noīe appellare malit: illud modo ſciat, clareq; definiat, non eſſe idē genus cum vitio actionis. Rurſus ſanguinis redundantiam (ſi forte hæc fuit) internā phlegmones cauſam externam verò, & quæ hanc præceſſit, ciborum abundantiam. Ergo ſicuti ipſe exempla ſermonis habēdi clara poſui, & quatuor genera diſtinxi, ac notiones †eorum dixi, ita & Theſſalo, arbitror, faciendum fuit, præſertim poſt tot & tantos viros, quos ſe viciſſe prædicauit, nouam ſectam conditurо. Nunc verò nec ipſe apertum quicquam attulit, nec ſectatorum eius quiſquam. †Al. cauſas.

Refelluntur, quæ Olympicus, ac Theſſalus de ea, quæ eſt inter pathos, & ſymptoma, differentia prodiderunt.

B OLympicus enim, cum auſus ſit definire, quid pathos ſit, non eius, ſed ſymptomatis retulit notionē. In ſumma igitur, nec quid pathos ſit, nec quatenus à morbo differat, intelligunt. Verū hoc nos in ſequentibus docebimus, ſimul enim oīa dici non poſſunt. Verū conceſſo ijs idē eſſe morbum, ac pathos, inſpiciamus ea, quæ dicit Olympicus. Pathos (inquit) eſt conuerſio corporis à naturali habitu in eum, qui præter naturā eſt, permanens. Poſt paulū progreſſus ait. Sciē dum eſt differre à ſymptomate pathos, ꝙ pathos, vt paulo ante dixi, affectus corporis eſt præter naturā permanens: ſymptoma, ꝙ huic accidit, quodq; in ijs, quæ præter naturā ſunt, ſpecialem, ac magis ēt particularem figurationem habet. Hæc eſt egregia interpretatio ſapientis Olympici, qui pathos ac ſymptoma finire eſt auſus. Quæ ſanè tot vitijs ſcatet, vt mihi in mentē veniat illud ſtulti ad cribrū, negantis inuenire ſe, quid eius obturet, aut non obturet. Quid enim primum ex ipſis dicas, aut quid omittas? quippe oīa refutare, quæ perperam ſunt dicta, longū ſit. Num omnē mutationē ab eo, quod ſm naturam ſe habet, ad id, quod præter naturā eſt, morbum cenſetis, ſi modo permanētia illi adſit? At vos tum coloris vitium, tum atrophiā. i. affectum, in quo corpus non nutritur, ſymptomatis, nequaq; morbis annumeratis. Quid autem cacochymia. i. vitioſus ſuccus? quid cachexia. i. malus corporis habitus? quid ſucci defectus? quid verò ipſa redundantia? non ne præter naturā ſunt? Si ergo permanentia his accedat, inter morbos numerabuntur. Atqui nec
C ipſi id vultis, & merito ſanè. Etenim ſupra id, quod præter naturā ſit affectus, adijci oportet ēt aliquam ab eo lædi actionem: nam, quoad illæſæ hæ oēs ſeruantur, etiam ſi millies corpus ſit alteratum mutatūq;, nullus tñ eorū affectuū adhuc morbus eſt. Quod. n. curationē deſiderat, aliud planè non eſt, q̄ affectus, qui vitiat actionem. Siquidē quod primum maximeq; oīum deſideramus, id naturalis eſt actio: propter hanc, & naturalē ſiue affectū, ſiue conſtitutionē nominare velis. Videre nanque, & audire, & loqui, & ingredi indigemus, nō aūt oculis, auribus, lingua, aut cruribus: nam, ſi videre alia particula liceret, quis oculorū eſſet vſus? Et, ſi alio quouis inſtrumento audire liceret, quæ aurium eſſet vtilitas? Pari modo & lingua, & cruribus minime profecto eſſet opus, ſi loqui atq; ingredi ſine his poſſemus. Ac uidere quidem noſtra ipſorū cauſa indigemus: oculis nō noſtra, ſed ideo, vt uideamus. Iam linguā, aures, crura non propterea requirimus, vt † inſtrumētis & multis affluamus partibus, ſed loquelæ gratia, & auditus, & inceſſus. quippe demortua quauis particula, quæ abſcindi poteſt, veluti digito, pede, aut ſumma manu, non patimur hanc ocioſam geſtare, ac veluti pōdus alienū circunferre, illud clare hoc ipſo declarantes, haudquaquā nos particulis illis, ſed functionibus egere. Veluti igitur totā particulam actionis cauſa requirimus, eodē (arbitror) modo naturalem quoq; eius conſtitutionē actionis gratia deſideramus. Sicuti enim ſu-
D pra diximus, cauſæ vicem ad actionem conſtitutio præſtat. Quę uerò conſtitutionē, vnde actio naſcitur, neceſſario ſequuntur, ſanis quidē nobis accidentia, ægrotantibus ſymptomata nuncupantur. Atq; hæc quatuor genera ſunt omniū, quæ in corpore noſtro habentur, ſeu ſm naturam nos, ſeu præter naturam habeamus, actiones, conſtitutiones, quæ has præcedunt, q̄ ſequūtur: his dehinc noīa, qui uolet, imponito, ſingulis ſeorſum: &, ſi Dionem, aut Theonem appellare uelit eorū quodlibet, mea nihil refert: illud modo intelligat ſeruetq; ubique, quatuor in uniuerſum res eſſe, quæ ſitæ inter ſe proxime ſint. Et, qm̄ huc ſermonis ueni, uideor mihi hoc iuſte exigere, ut ſicuti nos illis permittimus, q̄ uelint, noīa indere, ita illi inuicem nos uſitatis & antiquis uti ſinant. Alioqui ſanè graue atq; adeo iniuriū ſit, ſi illis ſolœciſmum cōmittere tyrannorum ritu licebit, nobis uel græce {uel latine} loqui non cōcedetur. Vocanto, ſi placet, ſanitatē, ipſarum functionū conſtantiā: quanq̄ oſtenſum à nobis eſt affectum conſtitutionemq; partium, cuius ope functiones ſm naturā edimus, hygian, i. ſanitatem ab omnibus Græcis appellari. Atq;, id cum ſtatuerint ſanitatē, morbum tamen cenſento non actionis uitium, ſed qui præter naturam ſit affectū. Tanquam ergo nos illos nec græce {latineue} nec dialectice nominantes, non impedimus, ita illi nobis ꝓmittant & græce {latineue} & dialectice nō oēm, qui p̄ter naturā ſit, affectū, ſed qui actioni

incom-

incommodat,morbum nominare:qui præter naturam sit,nec tñ actionem obturbet, non mor- E
bum,sed morbi symptoma.Rursus,sicut illi permanentiam adijciùt,nec indicãt, quot horas eiusmodi affectus moratus,morbus sit censendus, ita illi nobis cõcedant illud permanentiæ nomen subtrahere.Nam,si quis siue tribus horis,siue quatuor,siue horæ tantum dimidio, toto corpore vehementer sit arreptus sic,vt neq; sentiat,neq; moueatur,hunc nos apoplecton,siue attonitũ dicimus: Aeque,siquis conuulsus toto corpore sit,hunc ẽt comitiali morbo laborare, nulla nec horarum,nec dierum ratione habita.quippe nomina id genus, naturę rei, non temporis modi sunt indicia:non aliter q̃ album,& nigrum, & calidum, & frigidum. alioqui mirum mehercule sit,si aqua calida,calida non sit,nisi perpetuum diem talis perduret:aut qui sex horis febricitauit,nõ febricitauerit:oportuisse.n.vt febricitauerit,durasse malum:quanq̃,quod tempus id sit,quod durationẽ illam,iustane fuerit,an secus,determinet,nemo eorũ tradidit:vtrumne dierũ aliquis numerus sit,{an mensium,}an horarũ:aut cur durabilem dicãt,cum licuerit diuturnum dicere: aut cur hæc quidẽ mutantes nonnulli eorũ,difficile solubilem dicant. At certe hoc non generaliter morbi,sed longi morbi propriũ est:perinde ac facile solubile,breuis.Verũ existimare referre, ægre solubilem,an durabilẽ,an diutinum dixeris,nonne extremę est ruditatis?Iam illud profecto magis
mirum,q̃ ipsi veluti à graui somno experrecti, distinguere pathos a symptomate aggrediuntur: F
cum auctor stupiditatis eorũ in secundo de methodo,sic scribat:Eadem nanque,cũ precedunt,pathe dicuntur:cum succedunt,symptomata.Quamuis ẽt longe mirabilius hoc ipsum sit,q̃ ea,quę ab illis dicuntur,utiq; iecinoris phlegmonẽ,si primo statim die irruat,pathos esse concedere: sin alteri cuipiam secundo,aut tertio die succedat,abire in symptoma: quanquam quid diem secundam memoro,cum melius sit horam secundam a morbi inuasione dicere? An enim in secundo die phlegmone iecinoris in symptoma migrabit,in secunda ab initio hora nõ migrabit, nec symptoma erit?cum illud saltẽ,quod est,alicui,quod præcessit,superuenire illi omnino cõpetet. At, quod tam celeriter,inquiunt,superuenit, ab eo, quod vna irruit,non distat. Rursum igitur dictũ ab illo clare oportuit,quot horis determinet,distinguatq;,quod superuenit,ab eo, quod vna in-
Al. causam. uadit. Ac Thessalus quidẽ eiusmodi est.Olympicus verò,ceu in arcẽ ipsam sapientiæ euectus,nõ ita pathos a symptomate discernit,sed pathos id esse,quod dictũ est, symptoma verò, quod huic accidit.mirifice videlicet,ac dilucide† essentiã eius interpretatus.quippe, quid ipsum symptoma, quod pathos comitatur,sit,adijcere(vt arbitror) ac definire oportuit, num corporis aliquis affectus,nũ lęsio quæpiã actionis,num pariter utrũq; esset.At ille quidẽ minime id dicit,sed nobis uidelicet diuinare est opus.Illud verò,quod definitioni apposuit,nempe specialem,atq; etiã magis G
particularem in ijs,quæ præter naturam sunt,figurationem habens,quã non excellentiam claritatis habet,atq; etiam nominum græcam,plepidãq; interpretationem?Si magis specialem quãdam figurationẽ,in ijs,quæ præter naturã sunt,symptoma habet,quid ergo, est quod magis generalem notam habet?non enim dixit,an sine collatione ad generale,magis speciale liceat inuenire.Sin ad nihil omnino referens magis speciale pronunciat,oppido quã diligenter, clareq; interpretatur:quanquam & paucis,& dilucidis uerbis dicere ei licebat oĩa,quæ circa corpus animalis præter naturam sunt, uel,morbum esse,vel causam,vel,symptoma.Quibus omnibus cum illud præter naturã sit commune,morbus actioni officit,causa ipsum præcedit,symptoma eũ sequitur,ipsum videlicet natura duplex,alterũ actionis lęsio:alterũ affectio quędam morbum sequẽs. Verum(vt dixi)si quis oẽs eorum errores excutere uelit,finem dicẽdi nõ inueniat:ipseq; mi Hiero optime scis eorum nos ne millesimam quidem ipsorum partem refutare conatos. Ergo,si illud tantum adiecero,primum hunc librũ hoc loco claudam:nẽpe q̃ in ipso statim methodi principio non pauci medicorum falluntur,vt qui Themisonis sunt æmuli,quiq; methodicos se appellant,insignibus,ac maximis erroribus:cum his verò non pauci eorũ,qui se analogisticos, dogmaticos,ac logicos nominant.Siquidem,nisi quis oẽs affectus,à quibus actio lædit ur,inuenerit,nu- H
merum ipsum morborum,quantus,qualisq; sit,ad vnguem definire non potest. Id cum quidam eorum facere nunquam vel tentauerit,tyrannorum more,quæ ipsis videntur, citra demonstrationẽ pronunciant.Alij non modo ipsi non demõstrant,sed nec a demõstrantib.discunt. Ac plurima(vt scis)medicorũ pars,qui nunc sunt in pretio,eiusmodi est:nec id fortasse mirũ. Nam, ubi philosophorum pleriq; citra demonstrationem credendum sibi postulant,quid de medicis mirere,quibus nec uacat veritatis inquisitioni vacare?ut qui mane in salutationibus(ita enim appellant)sint occupati,uesperi cibo distenti,ac ebrij.Verum ego ueteris tibicinis exemplo,mi Hiero,
† *Al.ex ant. cod. Vobis.n. qui me ad medendi artẽ totã ordine perscribendã hortati estis, quibus & dedico, gratias habeo.* uel cum musis ipsis certauero:cum alioqui turpe putem,tibicinem, qui præsertim haud magnã rem prospere moliebatur,adeo repertum fuisse laudis cupidum:me autem,qui medendi methodum ab antiquis inquisitam,non tamen hactenus exacte proditam,inuestigare,absoluereq; ualeam,propter eam,quæ hac tempestate regnat,ignauiam,grauari,atq; cunctari,ac differre.Quare contra nunc affectus,quam ante,mihi uideor.†Non enim proprium uobis,qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis,hoc munus dedico.} Ac primus liber hic mihi finiatur:totius,quod sequitur,operis secundus ad hunc modum deinceps incipitor.

GALENI

GALE. METHODI MEDENDI

IDEST DE MORBIS CVRANDIS LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quid sit Morbus, ac quæ prima ipsius genera: & quo pacto statuendæ sint indicationes, quibus vniuersa morborum curandorum methodus, tanquam fundamentis subsistit.

Affectum, à quo immediate actio lædítur, proprie dici morbum, quando & ad ipsum remouendum vniuersa curatio dirigitur. CAP. 1.

B OVę corporibus nostris a naturæ suæ modo egressis, Hiero optime, accidunt, eorũ quatuor traditæ dr̃iæ sunt: Vna ipsius functionis uitiatæ: Altera eius, qui hanc peperit, affectus: Tertia causarum, quæ ipsum præcesserunt affectum: Quarta symptomatum, quæ hunc necessario consequuntur. Quòd itaque vel cũcta esse hęc morbum oporteat, uel horum quędam, vel certe ex his vnum, id promptum colligere cuiuis est. Cũ. n. ægrotãtibus præter hæc nihil insit, utiq; præter hæc morbus nõ fuerit. Quod ergo reliquum est, aut oĩa hæc collecta morbus erit, aut horum quædã, aut vnum saltem omnino. Sed. n. omnium esse collectionem, præter id, q̃ neminem vsquam habuit authorem, ĉt dici non potest. Nam quæ, quæso, morbi causa, aut quod morbi symptoma erit, si omnium pariter collectio morbus censebitur? Neutrum profecto erit. Ergo duo præter morbos genera relinqui necessum est: alterum causarum, quæ hos creant: alterum eorum, quæ necessario sequuntur, non tñ homini officiunt. Verum, si hæc abstuleris, reliquum est, vt in altero duorum statuatur morbus, aut in ipsis functionibus afflictis: aut, qui has edunt, affectibus. Fuitq; & antiqua sanè de hoc controuersia, & hodie diffident inter se omnes, non modo medici, sed etiam philosophi, alij ipsius actionis uitia, alij affectum unde actio prodit, morbos nominantes. Et dissidere viros in rebus tam obscuris minime est mirum: non intelligere tamen eos, q̃ de nomine contendant, sanè taxatione est dignum. Quippe, si inter omnes conuenit, ad affectum, qui functioni obest, curationis consilia dirigi, quid ad artis officia conferat definiuisse, affectusne, an lęsa functio, morbus sit appellandus? Vtrouis. n. modo appellãtibus æger sanitati restituetur, modo quis affectui commodis præsidijs occurrat: hic nanque est, quem alterare mutarique, & prorsus submouere oportet, non vitium functionis. Nemo. n. ipsam claudicationẽ sanat, (id. n. esset ridiculum) sed affectum, qui hanc efficit, veluti phlegmonen, si huius vitio claudicatur: atq; hanc & perfundit, & cataplasma superimponit, & scarificat, & per halitũ digerit, & omni ratione discutere tentat, vtpote cum hac abolita, reddatur rectus incessus: nec hac submota claudicationẽ corrigere prorsus sit opus, cum nec remaneat quicquam prauæ functioni, si, qui huic obfuit, prorsus sit amotus affectus: quoad verò huius quicquam relinquitur, necessum est ad portionem eius, actionem vitiose edi. Hunc itaq; affectum, seu morbum appellasse, seu pathos {vitiumve,} seu morbi causam, seu pathus {vitijve} causam quis uelit, id nihil ad curationem nec prosit, nec obsit. Sed, neq; si Theonẽ, aut Dionẽ hunc vocet quis, modo rite sanet, nec hic quidem ægrotanti officiat. Quinimo, siquis prorsus innominato eo, tñ quæ ex vsu ęgrotantis sunt, adhibeat remedia, non solum hic nihil offendet, sed ĉt bellissime curabit. Verum, qui alterũ docere uolet, quæ ipse tenet, huic prorsus nominibus propter res uti est opus. In quorum vsu claritas quasi meta-
D spectanda erit. Nam, qui sic nominare quæq; studet, ut qui discit, clarissime intelligat, is optimus præceptor fuerit. Quoniam igitur & nos iam docendi munus ingredimur, necesse est alicubi rebus nomina imponamus: an verò dilucide, id uos æstimetis, licet. Ergo affectus, qui actionem vitiat: Morbus appellatur: hunc siquid sequitur, Symptoma: quod illum excitat, Causa.

Qua ratione veteres medici nomina morbis imposuerint, & quibus ex libris Morborum ac Symptomatum numerus & Causæ declarentur. CAP. 2.

HIs ita distinctis, inspicienda diligenter est nominum diuersitas, quæ ægritudinibus imposuerunt ipsorum primi authores. Subinde enim a læsa particula sunt indita, ut Græcis Pleuritis: id est laterum compunctio: Peripneumonia, id est pulmonum phlegmone: Ischias, id est coxendicum morbus: Podagra, id est pedum vitium: Nephritis, id est renum vitium: Arthritis, id est articulorum vitium: Ophthalmia, id est oculorum phlegmone: & Cephalalgia, id est capitis dolor, & Dysenteria, id est intestinorum tormina. Snbinde ab ipso symptomate, ut Eileos, id est †te- †*Volvulus.*
nuioris intestini morbus, Tinesmos, id est desidendi assidua cupiditas, Spasmos, id est conuulsio, Palmos, id est Palpitatio, & Tromos, id est tremor, Paralysis, id est neruorum resolutio, & Apepsia, id est cruditas, Dispnœa, id est difficultas spirandi, vel inordinata spiratio, Apnœa, id est defectus

defectus ſpirãdi:& Agrypnia,id eſt uigilia:& Paraphroſyne, ideſt deliriũ:& Coma, ideſt ſopor. E
Sæpe ab ambobus ſimul,ut Cephalalgia:& Otalgia,id eſt auriũ dolor:& Cardialgia, id eſt cordis dolor:Odontalgia,ideſt dentiũ dolor.Hyſteralgia,id eſt vteri dolor.Sæpenumero à cauſa putata,ut Melancholia,ab oĩbus Choleræ,ijs qui ſunt a Cnido medicis. Hinc ẽt fortaſſis & Leucophlegmatias hyderos,q̃ aquæ intercutis eſt ſpẽs,nomen accepit. Nõnunquã a ſimilitudine ad aliquid extra poſitũ,ut Elephas,ſiue Elephãtiaſis, Cancer,Polypus:Staphyle, id eſt vua: Leuce, id eſt uitiligo alba: Myrmecia,id eſt Formica,ſiue ſeſſilis verruca:Atheroma,id eſt tuber, cui pulticulæ ſimile quid ineſt,q̃ Græci Atheran dãt:Steatoma,qđ ſeuo ſimile quid continet: Staphyloma,id eſt oculi morbus,cũ in ſumma tunica quiddã acino ſimile eminet: Meliceris: Anthrax,id eſt carbo:Alopecia,id eſt areæ in capite:Ophiaſis,id eſt vitiũ ſerpentis formã repręsẽtans:Sycoſis,id eſt ficus:Satyriaſmi,& Priapiſmi,pudendi pter naturã erectiones. Ipſorũ verò morborũ, q̃ nec locũ affectũ noĩe repræſentent,nec cauſam,q̃ eos effecit,per* pauca ſunt nomina, phlegmone,gangræna:Scirrhus,id eſt durities vix ſentiẽs:Eryſipelas:Apoſtema id eſt abſceſſus:Oedema, qui tumor eſt laxus citra dolorem:Empyema, id eſt collectum in thorace pus:Vlcus,Exarthrema,id eſt luxatio:Catagma,id eſt oſſis fractura:ſpaſma,id eſt cõuulſum:rhegma,id eſt ruptũ:Coloboma,id eſt mutilũ,ſiue curtũ: Dothien, id eſt furunculus: Ionthos,id eſt varus: Phyma,id eſt F
laxarũ partiũ phlegmone. Quanq̃ horũ quoq; nonnulla partim locũ corporis ſiue particulã afflictã ſubindicare videtur,partim à prægrauante ſymptomate nominari.Quòd ſiquid citra hmõi inſinuationẽ eſt noĩatum,at certe differẽtias ſuas multiformes hẽt: veluti vlcus,tametſi ipſo nomine,vnitatis ſolutionẽ in carnoſa parte nõ indicet,atq; ita afflictam partem vnà ĩſinuet, at particulares eius differẽtiæ varie ſunt noĩatæ,chironiũ,telephiũ,cãcer,herpes,phagedęna,omniaq; id genus,partim ab ijs,qui primũ ea ſanarunt, ut chironiũ:partim ab ipſis,qui ijſdẽ ſunt affecti,ut telephiũ:cancer aũt à ſimilitudine ad animantẽ: Phagedæna à ſymptomate,ſimiliter herpes.Verũ phagedęna vlcus oĩno eſt, idq; depaſcens,ſiue exedens,ſiue qũocunq; appellaſſe libet: herpes non ſemp vlcus eſt, quotieſq; cũ exulceratione eſt, non vtiq; ſeruata veteri ſede, vicinas partes depaſcit,ſed, ſicuti nomẽ ipſum indicat,ritu ſerpentis beſtiæ, relicto priore loco tranſit ad alterũ. Cauũ verò vlcus,& ſordidum,& purum,& æquale,& quod hyperſarcon græce dicitur,id eſt cuius ſupcreſcit caro,hæc magis proprias ſortita ſunt appellationes, nõ tñ ſimiliter oẽs,ſed æquabile à propria nimirum differentia,ſicuti & cauum,& ſupercreſcens. At cruentũ, & purum, & ſordidum,non à proprijs differentijs, ſed ab externis ſymptomatis ſunt appellata. Ergo,cum tam G
impar nominum impoſitio veteribus fuerit,multoq; etiam magis cum epinyctida, & acrocordona,id eſt penſilem verrucam,& nyctalopa dicant:primũ, quod noctu eſt enatum:alterum,qđ ſumma occupat cutem: tertium, quod noctu viſum aufert:aliaque eiuſmodi multa faciant,nam ſi omnia numerem, (quod ipſe fugere iuſſi) ſuperuacua perſeq uidear: id omni modo agendum eſt ei,quem veritatis ſtudium tenet,ut ab ea,quam noĩa imaginationem faciũt, recedens,& ad ipſam rerum ſubſtantiã ſe conferat, atq; hanc inſpiciat: tum quot vniuerſum ſint & morbi,& ſymptomata,& proximæ ſiue internæ horũ cauſæ, requirat.Nos igitur id alijs cõmentarijs fecimus, quorum vnus de ægritudinum numero eſt, inſcriptus aũt eſt de morborum differentia: alter de ſymptomatum eſt differentia.Adeo verò in eo opere cauſas horũ vtriuſque ſeorſum explorare ſtuduimus (dico tum morbi,tum ſymptomatis cuiuſq;)ut ad pręſentem diſputationem nihil amplius deſideretur,ſed præparata oĩa iam ſint. Itaq; ne legenda quidẽ, quæ hic dicemus,vlli ſuaſerim,prius,quàm in illis ſit exercitatus.Quippe,ſiquis,illis tam numeroſis theorematis neglectis, huc ſe contulerit,nec ipſe fructum percipiet,&, quæ recte ſunt tradita, temere incuſabit.

*Al.οὐκ ὀλίγα. i.non pauca.

Quid differat & Morbus,& Pathos,& quòd omnis morbi dignotio ex ijs pendeat,quæ corpori ſecundum naturam inſunt. CAP. 3. H

AC in illis quidem particulatim omnia, tum morbos, tum ſymptomata,tum cauſas inq̃ro. Hic duobus adhuc additis, quæ neceſſaria erũt ijs,qui medendi artem exercebunt,tum me ad vſum inuentorum prodendum cõferam.Quæ nã ſunt,in quis,duo illa,quæ dicere paro? Certe unum,quid inter morbũ, & quod Græci pathos uocant,interſit, indicabitur: Alterum q̃ ſine corporis elemẽtis,ex quibus primum conſiſtit,noſcendis, non poſſint morbi inueniri,oſtendet. Hoc igitur nos accuratiſſime tradere ſtudebimus. Qui ea legent, oro, ne prius ad ipſam methodum medendi ſe conferant,q̃ & ipſi,quot in totum morbi ſint,per ſe inquiſierint, &, quæ prodita à nobis ſunt,curioſe inſpexerint.Ergo ceu hæc fecerint, incipiam, q̃ promiſi. Tres eſſe in corpore affectus præter naturã oſtenſum iã eſt,Cauſas,morbos, ſymptomata.Cauſas,veluti redundantiam vel corruptelam,Morbos,ut phlegmonem,vlcus, Symptomata,ut malũ colorẽ,& graticilitatẽ.Diuerſa ab his ſunt,quæ immodice à corpore excernuntur, aut quæ præter naturã retinentur,& functionum uitia,omnia ſcilicet communi nomine ſymptomata dicta,cæterũ nõ vni generi ſubiecta.Quippe affectus quidam corporis eſt vitioſus color,quod excernitur, aut retinetur, affectus nõ eſt,ſed affectũ ſequitur. Similiter actio vel læſa, vel integra,affectus ſanè non eſt, particulæ autem,unde editur,affectum neceſſario comitatur.Ac œdema quidem & phlegmone

ex

A ex ijs sunt, quæ absolutè esse dicuntur: Eodē modo & redundantia (si ea sit) sanguinis, & corporis pallor. Actio verò ex eorū numero non est, q̄ absolutè dicuntur, aut certè non similiter, sicut iā comprehensa: si quidē nullo tēporis spatio manent eius partes, sicuti profectò nec sermonis, nec ēt motus vllius, sed horum quilibet in ipso (ut sic dicam) fieri esse suum obtinet. Cū verò duplex sit motus genus, vnū in loco, aliud in qualitate, prius latio, scd̄m alteratio dicitur. Ac oīs quidē actio, motus est actiuus: Oīs alteratio, eius qd̄ alteratur, motus est passiuus: patitur nanq; qd̄ alteratur. Ergo affectus, dum alterātur, mouentur: cum a motu cessauerint, iam alterati sunt. non aūt amplius alterantur. Quicquid.n. quocunque modo se habet, aliquo omnino affectu est præditū: qd̄ aūt in constanti ægreque auferibili affectu est, id habitu iam quodā affectū est. Sanè alteratur ●, qui nigrefit: alteratus est, qui iam obnigruit, siue (ut si dicam) nigrefactus est. Itaq; alteratio generatio est qualitatis, aut affectus, aut qūocūq; appellare velis. Nēc, si alterationē esse depositionē, vel mutationē eius, qd̄ prius fuit, dicas, id pugnet cū eo, qd̄ dixi, alterationem generationem esse qualitatis: cum ambo in idē recidant: nā, & q̄ prior in corpore qualitas fuit, mutatur, & nunc noua gignitur. Quippe eius, qui in Sole versatur, candor mutatur, nigritia gignitur: †rursus eius, qui igni se calefacit, } frigus mutatur, calor fit. Quoties verò cuiuspiā, qd̄ substantia non sit, generationem esse dicimus, non idem eo sermone significamus, sicut cum absolute generationē proferimus. Nam, quæ absolute generatio noīatur, via est in substantiam: quæ verò huius, vel illius generatio dr̄, via est in illius (ut sic loquar) entiam, siue subsistētiam. Verum hoc, veluti extra rem, sit dictum. Quod verò propositum nobis in disputatione maxime fuit, fermè iā definitum est, nempe aliqua, in generatione, & mutatione, & alteratione, &, ut semel dicam, in motu, ipsam essentiam habere. aliqua in ipsius substantiæ constantia. Ac sanitas quidem, & morbus, & quæcunquē symptomatum causarumq̄; affectus, vel habitus sunt, ex permanētium constantiumque numero sunt: actiones oēs alterationesque, in quacunq; re fuerint, in ipso fieri essentiam suam possident: & corpus, q̄m quodcunq; mouetur, secundum idem patitur, motusq̄; eius pathos, siue passio est. Sane prisci, motus oēs, ēt qui naturaliter se habent, nisi actiui sint, pathe græce, ideſt passiones nominā̄t: sicuti ēt ipsos actiuos motus, actiones. Eo pacto & Plato sensuum alterationes, pathe, ideſt passiones appellat: cum iunioribus aliter (nesci qūo) sit visum, ut videlicet de solo eo, qui præter naturam sit, motu id nomen vsurpēt. Ac a veteribus quidem pathos priuatim de omni extrinsecus motu dicebatur: nunc per abusum etiam affectus, qui ex passione iam prouenere, nec amplius in motu sunt, pathe, id est, passiones, appellant, †non tamen diuturniores, aut ęgrius auferibiles. Sed eiusmodi nomenclaturæ a iunioribus sunt inuectæ. Diximus autem alibi diffusis de medicinalium nominum vsu: nec illud nobis ad considerationem propositum nunc est, sed tantum, quemadmodum ipsi utemur, claritatis gratia distinguere necessarium est visum. Nam contrarium sanitati affectum, a quo lædi actionem dicimus, morbum tantum appellamus, siue diutinus hic, siue breuis sit, siue momento duret. Ex reliquis affectibus, qui præter naturam sunt, eos, qui hunc præcedunt, causæque rationem obtinent, causas tantum dicimus, non pathe: Qui illum sequūtur, si actionum offensæ sunt, & symptomata, & pathe: eodem modo & immodicas, uel inanitiones, uel retentiones. Qui verò affectus sunt, veluti vitiosus color, supra passionis & symptomatis appellationem, ēt affectus, vel affectiones vocamus, ita nimirum, vt sunt. Omniū igitur horum cōe id est, q̄ præter naturam sunt, & causæ, & morbi, & symptomatis. Proprium autem morbi quidem est actioni incommodare: symptomatis hunc sequi: causæ præcedere. Ergo nec is, qui morbum esse motum præter naturam dixit, intellexit, quid diceret: quemadmodum in proximo libro docuimus methodicorum nonnullos definiuisse, adiecta ex superabundanti, constantia: nec is, qui mutationem esse ab eo, quod secundum naturam, ad id, quod præter naturam, voluit: quippe quæ nō magis morbi, q̄ causæ & symptomatis definitio est, qñ omnia ea affectus sunt præter naturam. Verum, si breuis ipatij sunt, constat acuta esse: sin ægre auelluntur, diuturna. Noson autem, an Nosema dicas, nihil interest: quemadmodum etiam non interest, Pathos, an Pathema dicas. Atqui pathus, ideſt passionis, appellationem de morbo dixisse veteres, quemadmodum & Arrhostian, id est infirmitatem, & Astheniam, ideſt, imbecillitatem, ostensum nobis est in ijs, quæ de medicinalibus vocabulis scripsimus. In quibus illud quoque traditum est, nihil referre, dicere †valetudinem infirmam, an infirmitatem valetudinis: } nam & ipsos, qui ægrotant, appellant non solum Nosuntas, id est ægre habentes, sed & Asthenuntas, id est parum ualentes, & Camnontas, ideſt laborantes. Reliquum nunc fuerit, ut, cuius causa hæc omnia diximus, in medium adducto, ad aliquid eorum, quæ proxime tractanda sunt, deinceps transeamus. Id quid sit, rogas? Certe non aliud, q̄ quod sæpius iam ante dictum est, primum ac maxime id medicos studere, idq; ferè proprium eorum munus esse, ut morbos adimant: quippe simul cū hoc non modo actionis vitium statim euanescit, sed ēt reliqua omnia symptomata tolluntur. Siquidem primum ac maxime actionis ipsius, quæ secundum naturam edatur, omnes egemus, propter illam verò & sanitatis: sed & functionis incommodum amoliri omnes cupimus, ob id vero etiam morbum ipsum. Cæterum non functionis vitio, sed morbo ipsi, id est affectui præter

B

C

D

† In quibusd cod. hęc nō habentur.

† Antiqui codic. quos uidi & impressi, legūt, οὐ μὴν χρονιώτερον γε οὐδὲ δυσλυτώτερον ἢ διάθεσις, τῆς ἕξεως, ὥσπερ οὐδὲ ἀῤῥωστία, id est non tamē diuturnior, aut ægrius auferib. ē affectio, quā habitus: quemadmodum nec imbicillitas. Linacer tamē meliorē lectionem uidet habuisse.

† Arrhostian an Arrhostema.

naturam, qui actioñ incõmodat, applicamus remedia. Quisquis igitur ex ijs, quæ particulis natu E
raliter insunt, & quæ temere accidunt, & quæ actionis sunt causæ, distinguere non potest, quo-
modo credibile est, vt ipse affectum, ex quo primum actio læditur, inuenire possit? Nam, quæ te-
mere corporibus accidunt, ẽt si millies sint alterata, nocere profectò actioni non possunt, quam-
diu, à quibus fiebat, omnia naturam suam tuentur. Horum verò si vel vnum quodlibet sit altera-
tum, actionem quoque ipsam statim lædi intantum est necesse, inquantum ab eo, cum secundã
naturam se haberet, est adiuta.

Tribus exemplis ostenditur dignotionem morbi, ac curationem, ex intellectione affectus, qui secundum naturam inest, pendere. CAP. 4.

AC mihi quidem res tota explicata iã est, clareq; ostensum, ijs præsertim, qui intelligere vera
possunt, fieri non posse, vt oĩum morborũ numerũ methodo q̃s cõprehendat, nisi idẽ om-
nium causarum actionis numerũ, corpore secundũ naturã se habente, norit. Nihil tamẽ ex iam
ἁπλούστερον dictis intelligere adhuc possunt, q̃cunque vel rudiores sunt, & ingenio crassiore vel methodicę
sectæ nugis innutriti. Denuo igitur, quod nũc generatim dictũ intelligẽtibus est, illis quoq; spe-
ciatim exponamus, vnum aliquod atque alterum veluti exemplum sermoni ꝓponẽtes. Cur lin
gua sapores ꝓcipit, nec vlla pars alia? Num ꝓ ꝓ colorẽ, aut situm, aut magnitudinẽ, aut figurã? F
Quippe ea affecta, nec commode sapores sentiente, aut colorẽ eius ad naturã suam reducemus, si
videlicet huic actionem debet: aut iã dictorum quoduis, si ab illo agẽdi vim accipit. Quòd si pro
pter aliud ab his quippiã, cõstat, si illo tm̃ tenus ad naturalẽ habitum sit restituta, nullo ẽt reliquo
rum fore opus. Nam esto, exempli gratia, densitas certa pororũ causa sit, cur succi saporem dijú-
dicet: nunquid horum symmetriam, quæ in sanitate visitur, tuebimur: rursusq; ametriã, id est à
iusto modo recessum, quoties laborat, corrigemus? Esto (si placet) mediocris calor causa sit, cur
saporẽ intelligat: nũ hic quoq; manifestũ est, cæteris neglectis, vnã adhibendã curam, vt illud ser-
uemus, à quo agẽdi facultatem accepit? Iam, si ꝓpterea, q; ita in sicco, humidoque attẽperata sit,
idcirco sentiat, q̃s nõ reliquis posthabitis huc tm̃ intendat vt neque iusto siccior sit, nec ẽt humi-
dior? Quis rursus, si hoc verũ est, nõ facile, prompteq; colligat, duos esse vniuersos linguæ mor-
bos, alterum siccũ, alterum humidũ? Veluti rursum, si ꝓ moderatum calorem, & frigus habet, qđ
sentiat, quis non hic quoq; duos esse morbos eius intelligat, caloris, frigoris q; à modo recessum?
†συμμετρία, ἀμετρίας. Non aliter quoque, si ꝓ ꝓ tenuium meatuum †cõpetentiam sensum est nacta, promptũ ꝓfectò
hic quoq; colligere est, omnino eã ex horum †contrario habitu esse vitiandã; duplexq; vitiũ fo-
re, densitudinem eiusmodi meatuum, & raritudinem. Sed num ẽt plura dicã, quo stupidos istos G
inducam, vt, si nihil aliud, illud saltem intelligant, non posse quenquam nec inuenire, nec demon
stratione asserere, morborũ numerũ, qui non ex ijs, quæ particulis insunt, tum q̃ causæ actionis
sint, tum quæ temere accidant, norit? Num ẽt alterum adhuc tertiumq; exemplum adijciam? sæ
pe namque multitudine exemplorũ, stupidorum animi veluti à somno excitantur. Age igitur
ita homines interrogemus: Idcirco ne corpus calida, frigida, dura, mollia, lenia & aspera, omnia
denique tangibilia sentit, q̃ candidũ colore est, aut nigrum, aut rufum, aut vno verbo, q̃ talis co-
loris est? an ꝓ ꝓ horum nihil, sed aliud quippiã? Neminem. n. arbitror latere, quin, si quid probe
sentiendi munere vtetur, id tm̃ illi tuendum custodiendũq; sit, ex quo vno probe sentiendi facul
tatem accepit. Nam, si ex eo q̃ candidum fuit, id dotis obtinuit, eius nimirum tuendi maxima
erat habẽda cura, sicut nigri fugiendi. Sin contra ex eo q̃ nigrum fuit, sentiendi vim habuit, oẽs,
arbitror, alios colores fugere, formidareq; oportebat. Ad eundẽ modum, & si inde adeo sentit,
q̃ flauum, vel rufum est, fugiendi, arbitror, alij colores sunt, ceu sensum vel penitus abolẽtes, vel
vitiantes. Præterea, si eo, q̃ durum sit, sensu est præditum, si molle fiat, deterius sentiet: æque vt,
si eo, q̃ densum sit, si ad raritudinẽ mutetur. Iam, si tenuium meatuũ symmetriæ acceptam sen-
tiendi vim refert, vbi ab hac recesserit, vitiabitur. Et generaliter, vt sentiat, id tm̃ ipsum adsit, opor H
tet, vnde sensum obtinuit: atq; id tm̃ corrigatur, vnde sensus est læsus, cum à natura recessit. Nũ
igitur tertio exemplo est opus? an hæc abunde satisfaciunt? Sane prudentibus vel hæc superua-
cua puto, vt qui vniuersale intelligere sine exemplis possint: rudibus autẽ, & *auersis, & conten-
*ἀκρατεῖς. tiosis, ne si tertium quidem addam exemplum, quicquã fortasse profecero. Veruntamen, quan-
do duo iam dicta sunt, & inaniter tempus nostrum semper terunt, non fuerit alienũ, vnum etiã
num ijs exemplum adijcere. Proponatur itaque iam, quemadmodum ventriculus male concoquens nobis sit corrigendus. Verba autem faciemus, non solum contra methodicos, sed etiam
cõtra eos rationalium, qui non cognita ipsius actionis prima causa, quam continentẽ etiã nomi
nare sunt soliti, methodo quadam ac ratione cõstitui posse artem putant. Esto igitur, quispiam
dicat (ab ijs. n. quæ obuiam promptamque absurditatẽ exhibent, cœpisse præstat, quò eos, si fie-
ri potest, ad ea, quæ confusa magis sunt, intelligenda sensim perducamus,) esto, inquam, aliquis
dicat, hunc quẽpiam, qui nunc cruditate laborat, q̃ multos deinceps dies solo lacte est altus, ven
tris colorẽ mutasse, albumq; ex rubro reddidisse, idcircoque vẽtris sui functionem vitiasse. For-
tasse iam rides, & iure profectò rides. Verum, si scias, quam sit simile, & huic de coloribus citra

vllam

A vllum demonſtrationem adhibitam quiduis pronunciare,& ibi de exiguorum meatuum (verbi gratia)ſymmetria,aut alio quolibet affectu,non, arbitror,iure ridebis:nã aut in tete riſum vertes, aut non in hunc.Nã eſto,impudens ſit,qui cauſam minus probe concoquendi colori imputet,di catque,ꝙ qm̃ ex naturali colore ventriculus ruber eſt, nũc verò redditus eſt planè albus, idcirco cruditate laboret,eſt neceſſe.Libens ſanè audiam,quid tu contra hũc obijcias.Ego. n.aliã rõnem non inuenio,q̃ vt iubeam,qui ita dicet,prius oſtẽdat,an oĩno ꝓꝓ colorẽ,iuſtã ac naturalẽ actionẽ ventriculus edat.Tu ſi q̃ aliã habes,libens audiã.Sed nec habes,nec habere aliã contradicendi rõnem potes contra eũ,qui colorẽ cruditatis ventriculi causã eſſe dicit,q̃ exigere,vt doceat,quo modo ex naturali colore conſecutus ſit, ut concoqueret ventriculus. An igitur huic, qui colori cruditatis cauſam imputat,fides nõ adhibebitur ante,q̃ doceat ẽt hoc nomine agere ventriculũ: tu,cũ vel tenuiũ meatuũ ſymmetriæ vitio,vel alij cuipiã hanc aſcribas, credi tibi poſtulabis pri⁹, q̃ doceas,quo pacto ex ſymmetria in illo genere agat? At non hoc aio,inquit,nec aliud quicquã eſſe concoctionis continentem cauſam, ſed prorſus id ignorare me fateor.Atqui, ſi ei,qui colori actionis cauſam tribuit, neceſſe eſt ẽt,eidem læſionẽ actionis imputet:qui verò tenuium meatuũ ſymmetriã actionis cauſam dicit,ẽt horum ipſorum a iuſto modo receſſum,eandem vitiare fatea

B tur: tum,qui temperamento quatuor qualitatum,caloris,frigoris, humoris, & ſiccitatis,actionis cauſam aſſignat, etiam eorundem ipſorum intemperiei offenſam eius aſcribat:vtique & tibi neceſſe erit eo,qd̃ ſm̃ naturam eſt, prius præſumpto, ita quod præter naturam eſt, inquirere:aut,ſi ipſum,qd̃ ſecundum naturam eſt,non noſti, nec,quod egreſſum a natura eſt,noſti. Etenim uos ẽt ipſos audio contra Empiricos dicere,fieri non poſſe,ut qui id, quod ſcd̃m naturã ſit, non norit,dignoſcere id, quod præter naturam ſit,poſſit.At noſco, inquit, quod ſecundum naturam ſe habet.Quæro,totumne, an partem eius aliquam? atq; pars ipſa, quam noſti,eſtne actionis ipſius cauſa,an ventriculo ineſt ocioſe?Nam quid demum eius noſti?ſitũ videlicet,& magnitudinem, & contextum,& figuram?At nihil horum actionis eſt cauſa.Sed nec Empiricos horũ quicquam latet:quippe qui & ſe partium diſſectione, cum occaſio hanc offert,vti fatentur, & ex illa ſe hæc intelligere,nõ tm̃ actiones vſuſq; particularum. At noui, inquit,& actionẽ:eſt.n. circumplexus, & attritio. At, niſi cauſam eius noueris,nec morbum intelleꝛeris. Nam ſi quatuor qualitatũ mediocris temperies actionis ſit cauſa,earum intemperies oĩno vitij cauſa erit.Tu vero reris phlegmonen,& ſcirrhũ,& œdema,& abſceſſum, & alia,quæ oculis vſurpari poſſunt, ſolos eſſe ventri-

C culi morbos,quamuis ne hæc ipſa quidem, veluti Empirici,ſolis oculis,manibus, & reliquis ſenſibus apprehendas:ſed ad ipſam eſſentiam eorum tentas aſcendere, atq; hanc diligenter diſquire re,uidelicet non contentus ijs ſymptomatis, quæ ſenſui apparent. Quæ tm̃ ſymptomata Empiricis definiunt,ac circumſcribunt ſuam ſyndromen:ſic enim ipſi appellandam cenſent ſymptomatum congeriem,quæ in affecto ſunt loco. Sed nec curationis indicationem ex apparentibus ſymptomatis accipis.Non.n.an tumor præter naturam: nec, an renitens: nec, an cum dolore: nec, an ruber:ſed,an ſit in finibus arteriarum impactio ex coincidentia,conſideras:ac curationem (vt ipſe fateris) ad hoc referens exploras. An non ea eſt Eraſiſtrati docendi ratio,ubi de febrib⁹ agit? ſicuti rurſus alia Dioclis, alia Praxagoræ, alia Aſclepiadis? Itaque non à ſymptomatis, quæ in phlegmones apparent loco,indicatio præſidij his ſumitur,ſed ab ipſa ſubſtantia. Neque enim an tumor a natura egreſſus: neque, an renitentia:neque,an dolor pulſatilis:ſed,an & coincidentia, & impactio in finibus*pulſatiliũ, aut obſtructio in exitu venarũ, aut putredo aliqua ſuccorũ,aut * arteriarum.
corpuſculorum rõne contẽplabiliũ,in laxitatibus æque rõne ſpeculabilibus intentio ſit,æſtimãt. Quare hi oẽs ab affectu phlegmone laborantis partis,non a ſymptomatis,que hanc ſequuntur, præſidiorum indicationem ſumunt. Ad eundem,arbitror,modum, & ſi quis calidum, frigidum, humidum,& ſiccum cauſatur.Verum hic, ẽt ſi ventriculus citra phlegmonen,aut vlcus,aut ab-

D ſceſſum,aut alia id genus, eo tm̃,ꝙ frigidior euaſerit, non recte concoquat,tm̃ remedijs non deſtituitur. At, qui phlegmonas, ſcirrhos, aliaque,quæ oculis videre licet, tm̃ eſſe morbos putant, ridicule planè cruditates, quæ ſine ijs fiunt, ex imbecillirate ventriculi incidere dicunt, ceu affectum aliquem priuatum ſeiunctumq; imbecillitatem eſſe velint,non autem,uelus in ſuppurantibus,aut ſcirrho grauatis, aut phlegmone affectis, aut alia quauis ratione laborantibus, ineſſe. quippe oĩa hæc vitia,ſiue in ventriculo, ſiue in iecinore, ſiue in pectore,ſiue in alio quouis accidant,illico partem,in qua ſunt, ad propriam functionem edendam imbecilliorẽ reddunt.Sed id non ſatis illis erat ad indicanda remedia: alioqui fruſtra inquirunt affectus, fruſtraque ad ipſam morbi eſſentiam ſubeunt,tanquam non aliter detur idonei compotes eſſe remedij. Non igitur, qui imbecillitatem*vitium eſſe dñt,ubi nullo ex ijs,q̃ ipſi*morbos definiunt, affecto ventriculo πάθος. * πάθη.
animal cruditate laborat,ij,dum a nobis refellant ur,expectãt:ſed ipſi ſe ipſos redarguunt, cum non proprium aliquod,ſed commune omnium dicant, quodque nec illis ipſis iudicibus, remediorum inuentionem indicare facile poſſit. Quippe illud, roborare imbecillitatem, nomen nudum,ac veluti meta potius eſt,quo curans dirigit, non curatio: nã quid faciendo ijs, qui inualidi ad actionem ſunt,robur vindices,non dicunt. At in hoc curatio conſiſtebat, & niſi ventriculi

affectu inuento,ut remediorum ſis compos, fieri non poteſt. Quippe,ſi refrixerit, calfaciendus E
eſt,ſi humentior effectus,ſiccandus eſt:pari modo,ſi immodice incaluit,refrigerandus eſt:ſi ficca
tus,humectandus eſt. Atq; hæ quatuor ſimplices curationis rationes ſunt. Alteræ quatuor com-
poſitæ ſunt. Si frigidiore ac ſicciore temperamento redditus ventriculus eſt,calfaciẽdũ ſimul hu-
mectandusque eſt. Sin humidior & calidior iuſto euaſit, ſiccandus ac refrigerãdus eſt. Pari mo-
do,ſi calidior ac ſiccior eſt effectus, tũ refrigerandus, & humectandus eſt. Sin humidior ac frigi-
dior,quàm pro natura eſt, ſiccandus ac calfaciendus eſt.† Quare octo tum ventriculi ipſius affe-
ctus ſunt, quas illi imbecillitates dicunt: }tum octo medendi rationes.

† In antiquis legitur, vt. Linacenuertit. Ex ipreſſis tamen itauerti poteſt. quare & octo ſunt ipſius uentriculi affect⁹, qui sũt cauſæ ipſius (ut ipſi dicirur) imbecillitatis.

Aduerſus eos medicos, qui naturalis actionis cauſam negarunt inquerendam, vt methodus dignoſcendi & curandi morbi conſtitueretur. CAP. 5.

NEc,ſicut Empiricis, ſic vlli dogmatizantiũ dicere licet,ſint hæc, an non ſint,nihil eſſe opus intelligere. Funditus nanq; logicam ſectam ſubuertent,ſi ignorato affectu,curationis tamẽ facultatem abunde ſibi ſupereſſe dicant. Etenim ab uſu ipſo oẽs,qũo curandũ ſit,intelligẽt, ſi ab ipſius rei natura indicationẽ non ſument. Ac Empirici quidẽ,& q̃ inuenire poſſe nõ putent quic quam eorum,quę abſtruſa ſunt;& q̃ id ẽt,ſi inuentum ſit,non deſiderent,quippe obſeruatas a ſe eſſe curationes in apparentibus concurſibus:merito nec ſcire ſe,an octo affectus, quibus uentri- F
culus imbecillus fit,dicunt,& citra eiuſmodi ſuperuacuam moroſitatem,remediis ſe abũdare. Qui verò & rõnem ſe hr̃e profitentur,cuius ope ẽt abſtruſa inquirãt,& ipſorũ inuentionẽ præſidiorũ p̃ſtare indicationẽ dñt,hos qũo non pudeat dicere, aut nõ noſſe ſe,an octo affectus ſint, aut eos ad medendũ ſe nõ requirere? Neque.n.id tm̃ dicere ſatis eſt,non noſſe ſe, ſed refellere par eſt eos, qui ſe ſcire affirmant,ceu parũ uera profeſſos. Quoad verò,nec ipſi id faciunt,alijq; non pauci de monſtrationis fide confirmant,oẽ corpus pro certo quatuor qualitatũ temperamento opus ſuũ edere,rationabilius eſt illis accedere:niſi forte,qui nuda afferũt verba,plus ſibi credi poſtulabũt, q̃ qui cum demonſtrationum fide loquuntur. Atq; illi,ſi non aliud,ſaltẽ ſuadere,ac docere audi-
torem ſtudent,nõcogere,iubereque:hi totũ contra,tyrãnorum ritu iubent,ne quęramus actio-
nis cauſam. Verũ nos hoc nomine Dionyſiũ Phalarim,cæterosq; tyrrannos odio proſequimur, q̃ iubent,imperantq;,non ſuadent,ac docẽt,ſicut Solon,Draco,& Lycurgus. At,inquit,ego in-
tra limites artis maneo:uos & ab ijs exciditis,& ad naturalis philoſophiæ principia nos reducere conamini. An igitur,homo lepidiſſime,ne hoc quidem ipſum demonſtrabis, qui nã uidelicet me dicinæ artis ſint limites:quæq; nouiſſe expediat ei,qui rõne, remediorũ inuentionẽ molietur: ſed G
terrifico vultu tuo nos reddere attonitos putas? Audio quidem, & te illud dicere,non oportere actionis inquiri cauſam. Audio & empiricos dicere, nec actiones ipſas eſſe cõſiderandas. Audio nõ minus illũ,qui dicit,non tm̃ has eſſe æſtimandas,ſed etiam cauſas,unde naſcantur,quærẽdas. Num igitur ex eo eſſe me iniquorum iudicum numero iubes, qui prius, quàm omnes, qui inter ſe diſſideant,audierint,vni ſtatim ferunt ſuffragium? An primum, quæ veſtrum quiſq; dicat, ſeor ſum audire uis,dein conferre,atq; perpendere, quis tum ſibi, tum apparentibus conſentiat: quis rurſus nec ſecum,nec cum ijs,quæ apparent? Atqui,ſi ita faciam,Empiricos audiam,etſi,quæ di cunt,ſtabiliter non demonſtrent, ſaltem ea lenire conantes. Vos ne id quidem facitis. Nam ſa-
nè libenter audierim,quis veſtrum, uel lenimen aliquod, uel demõſtrationem aliquam afferre ſit conatus,cur actionis cauſam inquiri non expediat. Quæ.n.a me methodus ſupra eſt poſita,in quirendam eſſe demonſtrauit: Vos, q̃ inquirenda non ſit,nec demonſtrationem vllam,nec ratio
nem ullam probabilem afferre conamini, ſed tm̃ elato ſupercilio tetrice nos obiurgatis,abſcede re a ſumma phyſiologia iubẽtes,nec ſic quærere hoĩs naturam intelligere,ut philoſophi faciunt, qui ad prima vſque elementa ratione aſcendunt. Illud quoq; vobis uel dixiſſe tantum ſatis uide- H
tur,nempe arteriam,& venam,& neruum,principia continentia, & veluti elementa eius phyſio logiæ,quæ de hoĩe inſtituitur, ponenda eſſe. In quo quidam Herophilum laudauit, q̃ ita ad uer-
bum dixerit: Eſto hæc prima eſſe,tametſi prima non ſint. Sed, qui ad demonſtrationem prouo-
cat: ac hypotheſes iſtorum, qui ſic opinantur,pugnare ſecum oñdit:hunc auerſamini,ac fugitis, prorſusq; non auditis,& contemnere ſimulatis, ibiq; rõnem faſtiditis, ijdem ſcilicet,qui contra Empiricos rõnem, demonſtrationem q̃ extollitis. Nam, q̃ ſecum diſſideãt rõnes oĩum, qui uel ex dimidio dogmatizant, ẽt ijs,qui tenuiter in demonſtrandi methodo ſunt exercitati,facile per-
ſpicere licet. Cum.n.phlegmone ventriculus laborat,atq; adeo inde concoquere non valet,quæ nam phlegmones cauſa ſit,quærendum cenſent,atq; inde præſidiorum copiam coniectant, ſpre ta Empiricorum inuentione. Cum verò citra phlegmonen, aliudve id genus vitium,ſolius intẽ perantiæ culpa concoquere non valet,hic rurſus auxiliorum facultatem ab experientia petunt. Atqui hæc ſecum non conueniunt,cum Empiricorum opinio ſibi conſtet:præterea demonſtret efficiatque,quod volunt, ex ijs,quæ uos ipſi non inficiamini,lemmatis. Quippe,ſi fieri vllo mo-
do poteſt,ut ex ijs,quę apparent,ſymptomatis curandi ratio coniectetur,ignorato affectu,utiq; non hic poſſibile in alio fuerit parum poſſibile, ſed æque in omnibus poſſibile erit. Ergo ne hoc quidem loco rationem ullam afferre poteritis,quo minus, ubi affectum explorare nequitis,ex-

perientia

A perientia ipſa ſatis ſit ad remediorum inuentionem. Omnia igitur tyrannorum ritu imperatis: vti verò demonſtratione nec ipſi vultis, (præſtat.n.ita fortaſſe dicere,) q̃ nō poſſe uos, nec ijs, q̃ vti tum volunt, tum poſſunt, acceditis. Itaq; quid aliud ſunt diſceptationes veſtræ, quã lites, & contentio, & prouocatio ad cõuitia, & pugnas? cuiuſmodi præceptorum veſtrorũ quidã perpetuo exercuit, aut irridens, ſi quis calidi, vel frigidi mentionẽ faceret, tanq̃ balneatoribus magis, q̃ medicis, ea nomina conuenirent: aut vehementer increpans, quaſi lõgiſſimè à medẽdi arte digreſsũ: aut Eraſiſtrati grauem illã authoritatem obijciens. Verũ hæc, ut primo auditu oblectabant, ita, cũ ſcẽdo, & tertio audiui, moleſta ſanè fuerunt, ceu ſcurris, q̃ medicis, magis cõgrua. Si.n.ſemel authoritas eorũ, qui vltra non eſſe procedendum iubent, legitimus teſtis eſſe ad demonſtrationẽ putabitur, oĩa iam meræ nugæ erunt, nec finis in diſputatione vllus, niſi, qui nunc viſitur, inimicitia, pugna, conuitiũ. Quippe, qui à logicis demonſtrationibus digreſſi credi quippiam cenſent, propterea, q̃ Herophilus, aut Eraſiſtratus ita iuſſit, hos neceſſe eſt oĩs generis conuitia pugnasq; ſequi, admiranda ſcilicet diſputationũ, q̃ nunc habẽtur, p̃mia. Fingamus.n. alius dicat, huic, qui cõmode non concoquat, ventriculũ frigidã & ſiccã intemperiẽ contraxiſſe, proindeq; humectandum, ac calfaciendum eſſe: Alius, q̃ naturalis eius habitus mutatus ad frigidius, & humidius ſit, ca
B lidum ſiccumq; victum adhibendum ſuadeat. Tertius autem quiſpiã accedẽs, q̃, q̃ comprehenſa ſunt, non recte ſint dicta, id ne tentet quidẽ oſtẽdere, ſed tm̃ eos, qui dixerint, obiurget, quaſi ſup flua ſcrutentur, & teſtes adhibeat Eraſiſtratũ, vel Herophilũ: nonne (vt dixi) diſſidij hinc, mutuiq; conuitij initium excitabitur? Quippe illos contra neceſſe eſt Athenæum, & Mneſitheũ, & Dioclem, & Pliſtonicum, & Hippocratẽ, & Philiſtionẽ, & ſexcentos alios tales opponere teſtes. ſi.n. teſtibus decidenda lis erit, non modico hi uincent. Nã, q̃ tum *inſalubris intẽperamẽti plures ſint ſpecies, tum cuiusq; earũ diuerſa curatio, ubi nõ Hippocratis modo, & plurimorum aliorum medicorum, ſed ẽt Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, Zenonis, Chryſippi, & omnium illuſtriũ philoſophorum teſtimonio comprobarint, vtiq; & q̃ citra naturam corporis exacte inuentam fieri nequeat, vt vel de membrorum differentia quicquam inuenias, vel auxiliorum cõuenientium copiẽ ſis compos, ijſdem ipſis, tum philoſophis, tum medicis confirmabunt, hisq; non tyrannorum ritu, ſicut iſti, iubentibus, ſed euidenti ratione probantibus. Contra hæc igiẽ, qui calidum, & frigidum, balneatorum, non medicorum dicũt eſſe vocabula, dicterijs videlicet vtenẽ, & riſus mo-
C uebunt, moriones, phrygas, aut ſcholaſticos narrantes. Quippe conſcij ſibi ſunt, nõ modo nihil demonſtratione confirmatum ſcire, ſed nec, quid demum demonſtratio ſit, intelligere. Ergo ex his dicterijs neceſſe eſt, oriatur diſſidij initium. Vt.n. primum omnium memorem, quæ nugãtes ſine demonſtratione dicere non dubitant, conſidera, quo pacto neceſſe ſit ex eo pugnam ſubſequi. Nam, vbi contra dicta eorum nuda, & demonſtrationis expertia, ac contra teſtes ipſos, quibus credendum cenſent, alij tum celebriores, tum longe plures teſtes opponunt, neceſſe eſt, vel cedere, vinciq; vtroq; nomine, † & q̃ demonſtrare recuſarunt. } & q̃ numero teſtium ſint impares: vel perfricta fronte Eraſiſtratum oĩbus illis teſtibus dicere maioris eſſe fidei. Siquidẽ hic neceſſum eſt, alterũ negare eſſe maioris fidei, aut Hippocrate, & Mneſithæo medicis, aut Ariſtotele, & Platone philoſophis: alterum eſſe maioris fidei inſtare: deinde uarie vltro citro, tã immodeſta contentioſaq; contradictione iactata alterum eorum impelli, ut dicat † non eſſe, alterũ bene ſanè, ſi tum Eraſiſtratum in ordinem redigas. } Hæc.n. quotidie fieri in medicorum diſputationibus, ò Hiero, uides. Ea vero ſemel data porta, omnia iam mulierecularum verba ingeruntur: & cũ mutuis ſe maledictis aſperſerint, inutiliter amiſſo tempore diſcedunt. Atq; hanc turpitudinem, non eſt, q̃ dicat aliquis non eſſe ab ijs, qui demonſtrationem fugiunt, inceptam. Fugiunt au
D tem multifariam, ut ſcis, alij cum grauitate tantum increpantes: alij ſcurrile aliquid commenti: alij in riſum, ſannasq; diſceptatione abrẽpta. Quòd ſi quis ſermoni ſtare, demõſtrationesque audire audet, primum quidem omnino non intelligit: neque.n. poteſt, qui demõſtratiuæ methodi ſit imperitus, eos, qui ipſa vtuntur, intelligere. Quòd ſi aliquatenus intelligit, at, q̃ dogma ſuum, in quo eſt innutritus, propugnare omnino decreuit, cõtra tendere aggreſſus, dein deprehenſus, quæ nec rite claudant, nec colligãt, ſed uana nugaciaq; ſint, dicere, iraſcitur, & deuouet Dialecticos, ceu malorum authores, q̃ uidelicet pituitã à naribus ipſorum detergent, ipſisq; mederi conantur adhibitis ſcilicet non melle & placentis, ſed allijs, & cæpis, quæ ẽt pituita tentatos galli naceos ſanare ſolent, Quippe millies affuiſti ijs, cum à diuerſe cludentibus argumentis nõ aliter, q̃ ab ipſo allio, & cẽpis cogerẽtur lachrymari. Nec te profectò latet multos ſẽpe nobis priuatim faſſos, ſentire iam ſe ſuam ſectam, q̃ ſit abſurda, nec tm̃ hanc poſſe publice mutare, cum alioqui nec alia noſſent, unde habentur in pretio, & iam vulgo propter hæc, & nõti, & in pretio forent. Itaq; ob hæc ipſe quoq; ſæpius diſtuli cõmentarios de medendi methodo ſcribere, pro comperto planè habens, paucíſſimos huius tempeſtatis ab ijs adiutum iri. Etenim, niſi magna quæpiam *miraq; mutatio humanarũ rerũ fiat, actum de bonis ſtudijs eſt, utpote cõfuſis, ac corruptis nemine ueritatẽ ipſam, ſed tm̃ ſcientiæ famam quærente. Optimè.n. profecto ſcis, ne quinq; quidẽ vsq̃ inueniſſe nos, q̃ eſſe potius, q̃ videri docti cuperent. Atq, niſi quis ſapientiam ipſam ꝓpter

* νοσώδους. i. morboſi, ut ipſe aliàs vertit.

† ἐν τε τῶ μὴ συναχολουθῆσαι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν.

† Al. non tibi ſanè ita bene erit, ſi Eraſiſtratum negligas.

*καὶ δαιμονία.

se ipsam expetat, ne tempus quidem vllum inueniet, quo se in logica methodo exerceat, immo E
ἀσχολίαν. diuitijs, & famæ, & potentiæ ciuili inhians, in horum ambitu vitam omnem consumet.

Aduersus eos, qui morbos à sola plerunque intemperie fieri negarunt: & quot sint prima morborum genera, quæ in similaribus, & instrumentalibus oriuntur CAP. 6.

ERgo dimissis his, rursus ad propositum redeamus. Est autem ab initio ꝓpositũ illud, q̃ omnẽ morborũ numerũ methodo nõ inuenerit, hunc maxime in ipsis medẽdi methodi foribus lapsurũ: cum cõstet, totidem esse medendi rõnes, quot sunt morborũ ideæ. Ergo sic in enumerãdis morbis egisse, vt neq; priuatis proprietatibus attentus, infinitos statuat, nec in primis statim generibus subsistat, id in prõptu cuiq; nõ est, sed ei tm̃, sicut antea dictũ est, qui in diuidendi methodis sit exercitatissimus. Principiũ verò* diuisionis eorum est (vt ẽt aliubi diximus) vt essentiæ ratio
Al. inuentionis. rei diuidẽdæ cõstituatur. Igitur illud monstratum nobis est, morbum oĩno vnum ex ijs esse, quæ præter naturã sint. Hæc aũt quatuor cum sint, actio offensa: affectus, vnde actio ꝓuenit: affectus ipsius causa: & quæ hunc subsequuntur symptomata: siue functionẽ ipsam vitiatã, siue, vnde hęc ꝓuenit, affectũ, morbum nominare velis, nihil in medẽdi methodũ immutare ostensum est, modo vnũ illud intelligatur, primã ipsam curationẽ, q̃ ẽt nonnulli cõtinentem appellãt, affectus esse, q̃ actioni incommodat. Porrò ostensum à nobis diximus, rationabilius ſ hunc morbum appellari: non tm̃ vetare nos, quin, si cui id cordi sit, actionis noxã morbum nominet: affectum, q̃ hanc creet, morbi causam. Præsumpto igitur, q̃ morbus vocetur affectus is præter naturã, qui functioni officiat, inquisiuimus deinceps, quot in vniuersum morbi essent. Vbi clarum obiter fecimus, siquis via ordineq; ꝓcessurus sit, nec (sicut vulgus medicorum facit) tyranni ritu imperaturus, huic primum inueniendum esse affectum illũ, qui functionis effectrix sit causa: Hunc sanè nos eucrasian diximus esse calidi, frigidi, humidi, ac sicci. Proindeq; primũ morbum in similaribũs esse ex horũ intemperie ostendimus. Alius quispiã corpusculorũ, & meatuũ symmetriam statuet, ꝓptereaq; ex indebito meatuum ipsorũ modo ægrotare animantes. Cæterũ, siquis nec ipse actionis cãm, in quo nam entium sit genere, audebit statuere: nec ijs, qui statuunt, contradicet, ac nihilo secius tm̃ ratione methodoq; se procedere arbitrabitur: hũc egregie improbum esse diximus, vt qui nec tutum se ab Empiricorum accusatione facere possit, & secũ planè pugnet: quippe eiusmodi homines ex dimidio logicos esse, q̃, qua rõne phlegmona, scirrhus, œdema, & alia id genus fiant multo labore disquirunt, lædi aũt ẽt, citra hæc oĩa, ex sola intemperie actionem non intelligunt, sed empirice talia curant. Quisquis igitur, quantum hi aberrent, scire volet: tum quos morbos transiliant, quantoq; plures ignorent, q̃ norint: librum de morborum differentijs perlegat. Intelliget. n. Hippocratem primum omnium recta instituisse via: quæ cum à posteris absolũ da fuerat, nõ modo nemo eorum absoluit, sed pleriq; ẽt, quæ probe fuere iuuenta, corruperunt. Proxime aũt, vt viam, quæ inchoata est ab eo, perficerent, absoluerentque, Aristoteles & Theophrastus accesserunt: &, si fateri verũ oportet, potestate absoluerunt, cum cõstituerint aliud esse in corporibus similaribus morbi genus, aliud in ijs, quæ instrumentalia dicantur: quippe à similaribus functiones edi, eoq; esse cuiusq; instrumentum vnam tantum similarem: reliquas verò, q̃
*ἓν ἁπλοῦν. cum hac quodvis instrumentum perficiunt, eas vsus alicuius gratia, illis, quæ prima erat actionis causa, factas esse: sed & horum tm̃ rursus cuiusq; esse per se actionem, veluti in oculis. Satius enim fortassis sit, quæ in alijs diffuse ostendimus, strictim hic commemoremus. Ipsum visus instrumẽtum est crystallinus humor: reliquæ oculi partes, eius causa sunt factæ: quarũ oĩum vsus narrauimus in decimo operis de partium vtilitate libro. Cæterum, quanquam crystallini maxime causa omnes sunt factæ, singulæ tamẽ earum aliquam seorsum actionem sunt nactæ: ac vena quidem, & arteria, & neruus toti animanti communem: membranosæ oculi omnes, cum sint nutrimenti participes, omnino naturalibus facultatibus sunt præditæ, ac perinde etiam functionibus, quæ ab his ꝓficiscuntur. Quoties igitur crystallinus humor ex intemperie laborat, omnino læditur H
oculorum functio, cæterum nõ est eorum, vt organa sunt, morbus: at, quod hypochyma vocãt, nullius similarium est morbus, sed oculi totius, vt instrumenti. Ad eundem modum, si in finibus venarum, quæ in cauo iecinoris habentur, obstructio ex lentis, aut crassis succis subhæsit, digestio quidem in corpus per has morabitur, ægritudo tamen totius iecinoris, ceu instrumenti censebitur, nulla similarium eius partium ægrotante: quòd si intemperies venas eius infestauerit, ipsarũ quidem illarum morbus primum erit, ex accidente verò etiam iecinoris. Ac Erasistratus quidem in phlegmones substantia tradenda est lapsus, cum nec in particulis, quæ phlegmone laborant, in finibus s* pulsatilium impactio necessario cernatur: nec arteriæ spiritum tantum, cum in
*arteriarum. naturali habitu sunt, contineant: veluti in tractatione de his ostendimus. Si igitur phlegmone eius generis morbus sit, cuius autumat: & scirrhus eius generis, cuius ille opinatur: & reliquorũ singuli, sicut ipse obscure, & multi sequaces eius clarius explicare conantur: vtique solidas ipsas partes liberas ꝓpemodũ à morbis relinquit, nisi quatenus vlcerari, collidi, incidiq; valeãt, atq; id genus aliud quidpiã pati. Laborare verò eas se totis eiusmodi morbis, quales nos octo intemperantias ostendimus, id nusquam dicit. Atqui corpora vniuersa, etiam quæ difficillime afficiuntur,

A tur,velut æs,lapis,ferrum,ſaltem calfieri,frigefieri,ſiccari,humeſcereq; cernentur, vt vtique mirum ſit,ſi tm̃ arteria,& vena,& neruus,nihil eiuſmodi ſentient. Atq; hoc ēt magis mirū, ſi patientur quidem,functionē tamen legitimā edent: veluti(ſi ita ſors tulit)in corde facultas quędam eſt, (vt ipſe quoque Eraſiſtratus confirmat)qua laxatur,& contrahitur: hāc aūt lędi ꝓfectò oportet, ſi viuēti animali cor ſit exemptum, quemadmodum ſæpe factū in ſacrificijs videmus: quippe, ſi nō læditur,perpetuo mouebitur,nec tm̃ ad tempus aliquod, vt nunc cernitur: Manifeſtum eſt igitur,læſam eſſe,ꝓindeq; mouere deſinere. Illud igitur cōſideratu nō inutile erat,cum pōt ſaltē facultas ea lædi,ēt ante,q̃ cor ſit exemptū, quæ nam ſit eius læſio: quænam alia, præter intemperiem: nam neq; figura eius mutata apparet,nec cauitas,nec ligamentū,nec oſculum, nec alia vlla pars ꝓdita,ſed tm̃ naturalis tēperies mutata. Ergo oēs hi ſimilarium partium morbi ōīno, vt dictū eſt,ab illo ſunt omiſſi. Siquidē vbi ſanguis in finibus arteriarū impactus actionē vitiat,id arterias ipſas,quatenus inſtrumenta ſunt,male habet: vt verò ſimilares particulæ ſunt, octo quidē ſecundum nudas qualitates intemperies habēt,octoq; rurſus cum fluxione. Oportet igitur,quiſquis horum certa ſciētia demonſtrationes cœpiſſe velit,à libro de elemētis incipiat: poſt deinde reliquos ſigillatim(vt dictum eſt) legat. Sunt verò ꝓximi huic commentarij de temperamentis.

B Ab ijs ꝓximus eſt,qui de inæquali intemperie inſcribitur: mox, qui de naturalibus facultatibus: alijque,qui de animæ affectibus ſunt ꝓditi,idq; de vnoquoque deinceps,& ſeorſum. Hos excipiunt,qui de particularum vſu ſunt inſcripti: quos ſequuntur,qui de morborum,ſymptomatūq; differentijs titulū habent. Plerique verò medicorum,nec tm̃ experientiæ applicantes animum (cum tamē liceret ex Empiricorum inſtitutione bonis eſſe medicis) & perfectioris rationis cupidi,cum aut ijs, quæ citra demonſtrationem ſunt enunciata, credant,aut vitioſis demonſtrationibus fallantur,non ſolum nihil excogitant boni,ſed etiam,quæ per experiētiam ſunt cognita corrumpunt. Si quidem ratio non leue momentum obtinet ad experientiam vel ornādam, vel corrumpendam: ſed,quantum recta ratio ornando adijcit,tantum, vel etiam amplius, vitioſa detrahit. Atque hæc me ſæpe medicorū vulgo prædicantem audis, qui prius, q̃ in methodis logicis ſe exercuerint,vel,cū demonſtrare aliquid tentant,ſe ipſos fallunt: vel,cum diuidere quidūs in ſpecies ac differentias,hic quoq; imperitorū coquorum ritu,non per membra incidunt, ſed conterunt,collidunt,ac dilaniant,veluti in eo,quod nunc eſt propoſitum. Conſulo igitur (vt ſcis) talibus omnibus,experientiæ animum intendant: cum non leue inſtet periculum ijs, qui ſupra vires aliquid moliuntur,ne & id non cōſequantur,&,quæ intelligere alias poſſent, omnino amit-

C tant. Ergo cum ijs,qui tum recto ſunt ingenio,tum diſcere parati,ipſi rurſus ſermonem conferamus,illud tantum ex ijs,quæ inter initia diximus,commonentes, non eſſe committendum, vt vtraq; ſimul cōfundantur miſceanturque,& quæ per experientiā ſunt inuenta,& quæ ſola rōne ſunt inueſtigata: ſed cum vtrunq; ſeorſum ſit tractatū, poſt ambo coniungant. Ergo, cum ipſi de experimentali* inuentione alibi egerimus,de logica in his commentarijs differere propoſuimus. At mihi videor ijs præſertim,qui commentarios noſtros de morborum,ſymptomatumq; differentijs perlegerūt,cū quibus ſcilicet mihi deinceps ſermo erit,iam clare oſtendiſſe,maxime in ipſis ſtatim foribus lapſum Theſſalum eſſe. Lapſus enim non leui lapſu & Aſclepiades erat, vbi inter initia de elementis corporis male ſenſit: cæterum multo & maiore,& grauiore Theſſalus, quippe qui omnes in uictus rōne morbos in duos,ſimiliter illi,contulit affectus,multos vero medicinalium ſcoporum ademit,quibus ille eſt vſus. Peſſimum autem,grauiſſimumq; illud admiſit,q̃ nec ipſas actionum noxas,nec affectus,qui earum cauſæ ſunt,morbos cenſet,ſed ſolis vacuationibus,vel ſtatis,vel præcipitatis intentos eſſe vult,cum nec,quid ſit plus iuſto ſiſti, præcipitarive vacuationem,clare nos doceat. Quippe vel ad vires,vel ad affectum,vel ad id, quod per ſanitatem ſemper eſt obſeruatum, referri iudicium oportet. Ex quo factum arbitror, vt pugna inter eius ſequaces non parua ſit orta,vt qui tum de reliquis omnibus inter ſe diſſideant, tum de eorū,

D quæ pathe vocant,& notione,& ſubſiſtentia. Verum, ſi nunc de pugna eorum hiſtoriam moueam,deflectam ad inutilia ſermonem. Omnem igitur deinceps ſermonem faciam,ceu cum illis agam,qui commentarios de morborum,ac ſymptomatum differentijs, præterea de cauſis eorum legerint: ad hæc,qui ea omnia,quorum paulo ante memini, reuoluerint. Atque hinc ordiar. Quoniam actiones omnes à ſimilaribus corporibus proficiſci oſtēdimus, reliquas verò omnes ſingulorum inſtrumentorū particulas vſum quempiam ipſis præbere, duplex ſanè morborum genus erit,alterum in partibus ſimilaribus,alterum in totis organis. In ſimilaribus intemperantiæ: in totis organis vnum in figura ſpectatur,aliud in particularū numero,aliud in cuiuſq; quantitate obſeruatur,quartum in poſitura. Vtrarunque verò partium, id eſt ſimilarium inſtrumentaliumq;,communis eſt ipſa vnitatis diuiſio. Ergo ſex in vniuerſum morborum ſunt genera. Vnum ipſorum ſimilarium proprium,nempe intemperies: quatuor,vt modo dictum eſt,inſtrumentorum cuiuſque: & cum his ſextum,quod tum ſimilaribus,tum inſtrumentalibus eſt cōmune,ipſius vnitatis ſolutio. Horum cuiuſque differentiæ ad vltimas vſque ſpecies in libro de morborum differentia ſunt traditæ.

Quid

Quid sit indicatio, & quo pacto ex intellectione eorum, quæ multitudine differunt, ad speciem vnum E
Methodus communis indicationis oriatur de affectibus passionibus q̃,
ac symptomatis amouendis. CAP. 7.

† τὴν γὰρ οἷον ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας.

HIs sic se habẽtibus, iam de medẽdi indicationibus est dicẽdũ, sed hoc ipso indicationis vocabulo prius exposito. †Quippe ipsam sequẽtis siue agendi insinuationem } indicationem dicimus. Nã inuenitur q̣dẽ & ab ipsa experiẽtia id, quod consequens, faciendũve sit, cæterũ nõ ita quãsi in præcedẽti aliquo designatũ: proindeq; nemo Empiricorũ dicit, id isto indicari; quanquã certe hoc sequi illud dicunt, & hoc præcedere illud, & cõsistere hoc cũ illo. Deniq; oẽm artem horũ obseruationem memoriamq; esse dicunt, nempe quid cũ quo, & quid a quo, & quid post q̣d idẽtidẽ sit visum. Ergo ex ipsa rei natura ordiri, atq; ab ipsa, q̣d̃ sequẽs sit, citra experiẽtiam inuenire, id est indicatione inuenire. Definitoiã hoc quoque, ac rursus, q̣d̃ ante diximus, ad memoriã reuocato, omnem medẽdi methodum seiunctã ab experiẽtia procedere: non recte facere eos, q̣ ambas doctrinas, Empiricã, Logicamq; in vnum coguint, atque confundunt: quæ reliqua sunt, prosequamur. Fuerit autẽ omniũ, quæ reliqua sunt, ordine primum, quod & proposita iam proxime sequitur. Sequitur autẽ primum, ac maxime illud, q̣ oĩs medendi methodus, per indicationem fit: q̣ppe, q̣cquid ab experientia seiunctum est, id totum indicatio nominatur. Quare, q̣sq̣s F
condere medendi methodum ad vnguẽ parat, huic a primis est indicationibus auspicandũ: atque hinc ad eas, quæ deinceps sunt, transeundũ, rursusque ab his ad proximas: itaq; pergẽti nõ prius desistendum, q̃ ipsius compos sit finis. Porrò finis propositæ nunc nobis tractationis est, inuenire cuiusque morbi remedia. Quod nam igitur viæ, q̃ huc ꝓducit, statuetur principium. Nempe morbi ipsius cognitio, qualis scilicet is natura sit, vt prius est ostẽsum: quippe, si id, q̣ curatur, is est, ratio profectò est ab ipso quoq; indicationes esse incipiendas. Ergo primum, quæ generalis cõmunisq; morborũ omnium indicatio sit, inuestigandum est: ab hac deinde ad alias speciatim descendendum. Quippe necesse est oẽs morbos vnius eiusdemq; participatione morbos appellare, veluti, arbitror, & hominẽ, & bouẽ, & canem, & reliquorum singula. Vnum nãq; idemq; in oĩbus hominibus habetur, cuius gratia omnes eandem appellationem hominis sortimur. Pari modo canibus vnum idemq; omnibus ineſt, cui cogitatione innitimur, cum canem intelligere volumus. Similiterq; in omnibus equis vnum idemq; ideſt, ꝓꝓ quod omnes equi dicũtur. In homonymis aũt hoc clarius perspicere licet. Nã omnibus quadrupedibus animalibus, quæ latrãt, vnum idemq; ineſt, vtiq; q̣d̃ & quadrupedia sunt, & latrabilia. At marinis illis rapacibus belluis, quas ipsas quoq; canes appellamus, vnũ rursus idemq; ineſt, quod terrestribus non est, ita, vt his G
cum illis in canum natura nulla sit, nisi tantum nominis, conuenientia. At hominis cum homine, veluti Socratis cum Alcibiade, non nominis modo, verum etiam eorum, quæ ijs insunt, societas est: nã & animalia, & bipedes, & pedestres, & rationales, & mortales sunt: deniq; nihil ulli singularium hominũ, quà homo est, ineſse deprehendas, quod nõ & reliquis hominibus insit. Cẽterum terrestribus canibus, ab ijs, qui sunt marini, multa insunt diuersa, seu corporis spectes formã, seu animi mores. Quippe ille cicur est, hominisq; amans, hic insidiator & ferus: ille terrestis, hic marinus: ille quadrupes, hic* nõ rursus, ille latrabilis, hic ad latrandum minime habilis. At nõ terrestrium canum hic latrabilis est, ille non: nec rursus hic quadrupes: alter non quadrupes: sed omnibus ipsis una forma ineſt, qua canes nominantur. Nec verò subſtantiis modo id ineſse videtur, verum etiam ipsis accidẽtibus, vel vt affectus sunt, vel vt actiones, vel vt passiones. Verbi hic gratia, hõ inambulãs ab homine inambulante nihil differt secundũ ipsam inambulationẽ, sed nec vstus ab vsto, nec cæsus a cæso, nec albus ab albo, nec niger a nigro: verum in maioris minorisq; rõne singuli horum non paruã obtinẽt differentiam, veluti magis minusve albus: verũ quatenus albus, vnũ idemque cũ altero albo possidet, ita nimirum, vt, qua homo est, vnum idemque cũ alio quolibet est homine. Et in singulis deniq; significatorum vnum idẽ oĩbus ineſt. Ita igitur H
& ipsum ęgrotare, & valere se habẽt: illud enim ęgrotãtibus oĩbus ineſt, hoc valẽtibus, vtiq; vnũ idẽq; vtrũq; Et, veluti nomine hominis vnum, ita ẽt noĩe sanitatis vnũ significatur. Declarat aũt & quotidianus inter vos sermo, ꝓ, in quibus homonymia non est, in his vnũ est, q̣d̃ significatur. Si enim dicat q̣spiã vulneratũ sibi esse lapide caput, nemini, qui audiat, sermo est obscurus, aut ambiguus, sicut est, cum dicitur deuoratum esse à cane Coriscũ. Siquidẽ à quo cane, statim rogabit auditor, propterea videlicet, ꝓ duo sunt canum genera, terrestre alterum, alterum marinum. At non, quo lapide, aut q̣d̃ caput, rogabit: cum & omnis lapidis, qua lapis est, vna species sit, & omnis capitis, qua caput: canis verò, vt canis, sanè non vna, sicut nec linguæ, qua lingua, quando & tibiæ, & calceamenti, & animantis pars lingua est. Ac, siquem audias ministro iubentẽ, vt linguam afferat, incertum est, quam linguam dicat: sin uẽtrẽ, aut vesicam, aut iecur afferre iubeat, non item. Ergo singulis significatis vna certa subiecta res est, nõ tamen cuique voci vna res subiicitur: interdum enim tantummodo significatur per vocem, nec quicquam subijcitur. Verum de his, quæ ita dicuntur, differere, præsentis propositi non est. Quibus autẽ non tantum significatur aliquid, sed etiam res aliqua subiecta est, his quotquot significata fuerint, toridẽ sunt & rerũ ideæ.

* ἀπτῶν est in antiquis. i. sine pedibus.

Ac

A Ac vocis quidem vnum ſignificantis vna neceſſario erit & rei ſpecies: numero tamen plures has eſſe licet,ſicuti α.Eoq; ſeptem eſſe vocales dicimus: elementa Græcorũ idiomate quatuor & viginti,ad cõmunem videlicet omnium ſpeciem,quæ vna eſt,referentes,non ad particulares, quæ chartis,lignis,membranis,& lapidibus ſunt ſcriptæ:quarũ maximus numerus eſt, nec potis numerari,peneq; in infinitum extenſus: nam poſſunt in toto temporis ſpatio infinita ſcribi tum α, tum β,tum γ: eodem modo & reliquarum literarum ſingulę.Verum ea in vniuerſum quatuor eſſe & viginti numero dicimus,non particulares intelligẽtes,ſed tãtũ ſpecies,quibus (vt arbitror) ipſa nomina indimus.Quippe non hoc,q; in charta ſcribitur,α vr:illud,q; in ligno pingitur, nõ α dr:immo tũ hoc,tũ illud:idq; ſiue deſcribas in terra,ſiue in lapide:ſiue ſcalpas,ſiue coloribus pingas.Sed nec pueros docet quiſpiã multa α,& β,& γ, & reliquorum ſingula, immo quodq; horũ vnũ,ſimul autem omnia vigintiquatuor.Simili genere,ſi equum vnum puero indices,aut camelum,vbi alium rurſus equum,aut camelum aſpexit,non rogat,quod animal id ſit, ſed illũ equũ, hunc camelum nominat,atq; illum,quem prius, cum hoc,quem nunc cernit,eundem eſſe dicit, quãuis fortaſſis alter mortuus iam ſit,alter (hic videlicetquem cernit) ſuperſit.Iam vinum homines heri,hodieq; idẽ bibiſſe ſe dicunt,nempe ſpecie idẽ: interim tria ſe vina hodie bibiſſe narrãt,
B aut etiã vnum,ad ſpeciem vbiq; reſpiciẽtes:præterea quindenas fores vno ſigillo obſignatas, ad ſpeciem ſcilicet in omnibus his ſermonem referentes. Adeoq eſt euidens, ac omnibus natura inſitum tum hominibus,tum brutis, vt aliud quid ceu in ſubſtãtia ſubiectum,aliud ceu ſpecie vnũ intelligant, vt vel aſinorum (qui tamen omnium brutorũ ſtupidiſſimi videtur) aliud eſſe ſpecie vnum,aliud numero,notitiam non fugiat. Cõſpecta nanq; camelo,aſinus ſe retrahit,& fugit,ac timet,ſi nunquam antea camelum conſpexit.Sin aũt videre iam aſſueuit,quamuis aliã aliamq; illi demonſtres,tamen ꝑꝑ conſuetudinẽ nõ amplius timet,ſed veluti unam ſpeciem intuetur & illam,cui inſueuit,& hanc,quæ nunc primũ apparet. Ad eundem modum nec homines timet ꝑꝑ cõſuetudinem,ſed hos quoq; velut vnam ſpeciem videt.Verum,ſi curatorẽm inſpexit,non ſolũ vt hominem,ſed etiam vt hunc hominem agnoſcit,& micat auribus,& caudam quatit, & rudit, & laſciuit,cum eũ aſpexit,vtiq; indicãs ſe familiarẽ agnoſcere. Hũc itaq; tum vt hominem,tum vt familiarem noſcit;eum autem,quẽ primum iam videt,vt hominem ſimiliter,vt familiarẽ non ſimiliter.Quare non nos modo,verum aſini quoq; iam aliud vt numero idem tum vident, tum ẽt noſcũt,ac meminerũt:aliud vt ſpecie. Ac Dionem curatorẽ (eſto.n. ita vocetur) aliter vt hominẽ,aliter planè,vt curatorẽ ſuũ agnoſcunt vernaculi aſini, vtiq; cõem eius cum aliis hominiC bus ſpeciem, vt hominis,capientes:priuatam verò ac ſecretam,vt Dionis tãtũ. Ergo tm̃ abeſt, vt veteres philoſophos laudem,tãquã amplũ aliquid,magnæq; ſubtilitatis inuenerint, quod ad idẽ ac diuerſum,vnum ac non vnum,non ſolum numero,ſed etiã ſpecie,ſit inaudiendum,vt etiã ipſis aſinis hoc ineſſe natura dicam. Sanè adijciunt veteres philoſophi non tantũ numero ac ſpecie aliquid idem dici,verum etiam genere.Verum id iam ad rem propoſitam non deſidero. Mihi.n. vnicum illud ſatisfacit,quod ipſis aſinis ſtupidiores oſtendi, qui non cõcedunt aliud ſpecie vnũ, aliud numero dici: magisque his etiam,qui vnum eſſe phreniticum, & vnum Empiricum dicũt, vnum tamen eſſe hominem non concedunt:aut qui non intelligũt ſpecie quidem vnum eſſe hominem,numero non vnum,nec Socratem vnum eſſe,tum ſpecie,tum numero:phreniticum autem ſpecie eſſe vnum,multitudine non vnum:cum fieri non poſſit vt Dion,Socrates, Theõ, & Coriſcus,pariter,ſi ita fors tulit,phrenitĩ laborantes,cum quatuor ſint,vnus multitudine ſint,ſed ſpecie vnus,multitudine non vnus. Abſurdius autem multo eſt,quod Empirici dicunt,cum vnũ eſſe Empiricum dicunt,deinde rogati,quomodo vnum dicant eum,qui viuit,cum eo, qui mortuus eſt,& eum,qui eſt in Græcia, cum eo,qui eſt in Aegypto,mirificum reſponſum afferunt: Quatenus,inquiunt,Empiricus eſt,hactenus etiam vnus eſt. Hoc enim extremæ ſtupiditatis eſt,
D ſi adiectis illis,quatenus & hactenus,nec quæ ipſimet loquuntur, intelligunt. Si enim hactenus Serapion & Menodotus unus ſunt,quà Empirici ſunt,profectò in aliis unus non erunt:quando, ſi omnifariã unus eſſent,ſuperuacue,arbitror,ac fruſtra addita eſſent illa,quatenus, & hactenus, cum promptum eſſet ſimpliciter dicere,unum eſſe Serapionem & Menodotũ; ita nimirum, ut, ſi de ipſo tantum Menodoto loquens,adiectione non egeres,ſed abſoluto ſermone diceres,Menodotus eſt unus.Ergo,ſi unus abſoluto ſermone eſt Menodotus, Serapion autem & Menodotus non abſoluto ſermone unus,ſed quatenus Empirici,omnino profectò ipſis alia quæpiam inerunt q; bus duo ſunt,& non unus ambo. Efficiturq; hoc illud, quod antiqui philoſophi dixerũt, aliud numero & idem & unum eſſe,aliud ſpecie:nec eſſe mirum,ſi Menodotus Serapioni in aliquo idẽ ſit atq; unus,in aliquo non idẽ,neq; unus:quatenus enim Empiricus,idem;quatenus aũt hic reſimus,ille naſo adunco,aut cãdidus,aut niger,aut magnus,aut paruus,nõ idem. Nunquid igr̃ ſic eſt uterq; eorũ homo,ut uel naſo eſt adunco,uel reſimus,an ſic,ut Empiricus eſt. An hoc quoq; puer intelligat,q; qua homo,unus ſunt,qua hic reſimus,ille grypus,nõ unus? Num igitur extremi ſtuporis eſt,aut ꝓtinaciæ,aut,neſcio quo nomine merito appellẽ, fateri unum eſſe phreniticũ,qua phreniticus,ſimili modo lethargicum, & pleuriticũ, hominem uerò,qua homo eſt,

non

nõ vnum. Præterea Empiricorum vnum dicere, quà est Empiricus: equũ verò, vt equus est, non E
vnum? Cum audire liceat Aristotelem, & Theophrastum affirmantes, specie quidem posse alterum alteri idem esse, numero verò nõ idem: atque etiam ante hos illũ, qui ipsos huiusmodi significatorum distinctionem docuit, audire dicẽtem, nihil esse miri vnum esse multa, & multa vnũ. Quippe adeo dilucide omnem hanc disceptationem Plato in principio Philebi absoluit, vt mihi vel ipsis stupidis videatur esse dilucidus. Asini nanque norunt tum hominem, tũ camelum, tum bouem: præterea hunc hominem quendam, hunc camelũ, hunc bouem. Eodem modo uiam norunt, non tantum absolute vt viam, sed etiam vt hanc aliquam viam. Nã in ingressu viæ, quã nõ nouit, asinum statue, attẽdeque, vt illam perambulet, ac totã peragat in neutrã partẽ declinans, nisi sicubi in diuersa scinditur, vtiq; declarans se speciẽ ipsam viæ meminisse, & clare agnoscere. Quippe inambulat eã, quæ trita est: quatenus autem ignorat, fallitur: neque enim ex recordatione eius, quæ insectilis, vnaq; numero est, hanc, quã nõ nouit, peragere potest. Manifestum verò est, eum hanc viam, qua nunc primum insistit, quatenus via est, vt specie noscentem inambulare; quatenus verò numero vna est, eatenus ignorare, propterea, ꝙ & nusquã ad nõ tritam diuertat: &, qua in duas scinditur, nesciat, vtra sit eundum. Quod tamen omnino non ignoraret, si secũdo, aut tertio, nunc per hanc ingrederetur. Nam, quoniã alterũ nouit, alterum non nouit, propterea F
videlicet, ꝙ cõem uiæ speciem cognoscit, propriam autem huius vel illius ignorat, vtique, quatenus nouit, nõ fallitur, quippe qui tritæ insistit: quatenus ignorat, fallitur subinde in triuiis, nescius, quã eligat. Duplicem ergo cognitionẽ habẽt & asini, communium specierum alteram, priuatarum alteram. † In summa, } siue vnam speciem appellare commune illud velis, siue communitatem, si illius hanc, quam ipse nũc interpretor, notionem custodias, de nominibus cõtendes, rem tñ mutare nõ poteris. Et de nominum quidem impositione alius fortasse quispiã tecum contendet, vtique qui æque in rerum contemplatione, vt tu, parum est exercitatus. Cæterum nos saltẽ non contendemus. Illud potius te monebimus meminisse, quod Plato ait: Multa enim vnũ esse, & vnum multa. Mirificum sanè dictum. Nec facile est cõtendere cum eo, qui horum vtrumlibet statuat: etenim si hoc obserues, non erit, ꝙ cõtẽdas, vt nunc contẽdis, partim ignorantia, partim adductus pertinacia. Sed siue ꝙs vnum esse phreniticum dicat, vnum esse consenties: siue multa, ita quoq; consenties: simili modo & Empiricum, & Dogmaticum, & Methodicum: non aliter sanè & medicum vnum esse, ac multos dices, vnum ꝙdẽ, qua medicum, nõ vnum uerò particulari multitudine. Non enim de Empirico loquens, illud, quatenus, adhibebis, de medico loquẽs id tolles. Neq; rursus de medico loquens adiicies, de homine loquẽs auferes. Nec phreniticũ unum es G
se dices, qua phreniticus, ægrotantem uerò non unum, siquidẽ hic quoque, qua ægrotãs est, unus est. Dedisce igitur tandem nugas illas, quibus in aliis libris captiose utens, cẽses ostẽdi tibi ipsum hominem solum, & seorsum a particularibus hominibus, tanquam ipse ostendere possis Empiricum citra Menodotum, & Serapionem, & alios particulares Empiricos: aut etiam phreniticum seorsum à particularibus phreniticis. Vbi igr̃ est error, undeque hæc mutatio, ut asinis adeo ipsis sint stolidiores: nempe unde in aliis quoque infinitis falluntur. Quippe ubi a notionibus ad rerũ substantias transire tentant, deinde per logicæ contemplationis imperitiam falluntur, utique subuertentes cum rerum addubitatione etiam ipsas notiones. Siquidem excipit eos hic quæstio de generibus, & speciebus, quæ nõ modo homines, qui in logicis methodis non sunt exercitati, sed etiam, nisi acriter intẽdãt, aliquos ex iis, qui sunt exercitati, potest fallere. Cæterũ nõ oportet propterea, ꝙ de rerũ substãtia dubitant, a manifestis recedere notionibus: nec putare consultum aliquid inuenisse utrosuis, uel Empiricos si unum dicant, non adiecto, quo significato unum sit: uel Methodicos, si pro genere, uel specie, uel cõmuni, communitatẽ usurpent. Mihi enim melius uisum est notione ipsa clare iam definita (nempe qua phrenitici sunt, hac esse omnes unum, quà uerò hic iuuenis, ille senex, aut gracilis, aut obesus, aut uir, aut mulier, hac multos) ueteri elocutione de cætero uti, ac cũ Aristotele, Theophrasto, & Platone loquẽdo periclitari, qui oĩa id genus specie esse unum dicunt, multitudine uerò non unum, non phreniticum modo, aut lethargicũ, H
aut Empiricũ, sed etiã Dogmaticũ, & Methodicũ, & hominem, & equum, & uirum & mulierẽ, & reliquorũ singula. Quòd si ad particularia descẽderis, ueluti hãc mulierem, quę indicari digito potest, hãc sanè non possis specie quidẽ unam dicere, multitudine uerò multas. Quippe hæc mulier, quæ indicari digito potest, una est utroq; modo, & specie, & multitudine, quod etiam aliter numero dicere solemus. Hi uerò ita non faciũt, sed alii communitates nominant, ceu uerò non magis dubitari de ijs, quam de generibus & spẽbus possit. Alii, quatenus hoc quippiam est, unum dicunt; quatenus aũt nõ unum, nequaquam explicant. Etenim par erat hos quoque, quemadmodum ostendunt, quòd Menodotus, & Serapio, & Theodas, & Glaucias, & Apollonius, & Callicles, & Diodorus, & Heraclides, & Lycus, unus omnes sunt, qua Empirici, ita rursus, quemadmodum non unus omnes, sed multi sunt, exponere. Siquidem in his exponendis alicubi planè deprehendissent idem tum unum, tum multa non modo esse, sed etiam dici posse. Menodotus nanque & Serapio, quà Empirici sunt, unus sunt, immo uerò & qua medici, & qua homines

† λόγον.

A mines. Quid verò quà animalia? Nam id quæri ab his operæprecium est. Num hactenus quoque Menodotus & Serapio vnus sunt? Nam, si id negent, nec nos concedemus, quatenus Empirici sunt, eatenus duos homines esse vnũ. Sin concedant hac quoq; duos esse vnũ, nempe quatenus ambo sunt animalia, ꝓtinus illud subijciemus: recte igitur ab antiquis philosophis dictũ est, aliud numero, aliud specie, aliud genere esse, qđ tum idem, tũ vnũ est. Ehinc rursus interrogabimus: phreniticus Menodotus: phreniticus Serapio, idem ne est, an diuersus. Si respõdẽt eatenus † vnũ phreniticum esse, vnumq; eundem ambos, } quà phrenitici, rursus percõtabimur: quid aũt, quà ægrotantes: num hac quoq; ambo vnus sunt. Si negent, neq; nos illis concedemus, quà phrenitici. Sin annuent, vtique rem aliquam ponemus, cuius vna sit species, de qua oẽs homines morbi nomẽ enunciant. Nec.n. phrenitis res aliqua fuerit, cui vna sit idea, atq; eatenus oẽs, qui ea sunt affecti, vnum efficiẽs: morbus aũt similiter vnum non faciet eos, quos occupauerit. At nulla est, inquit, ita distincta species, aut aĩalis, aut morbi, sicut hominis, & phrenitidis. Quid ais improbe. An nihil tibi significare videntur hæ voces, animal & morbus, sed similiter efferri, vt blityri, & scindapsus? An significant quidem, verũ nulla res subsłat, q̃ vocibus respondeat, veluti in Scylla, & Centaurus? an ẽt significant, atq; id quod significatur, vnũ est? Quippe, si nulla sit res, quæ his
B vocibus, animal, & morbus, indicetur, nõ recte dicis hoĩem esse animal, aut phrenitim morbũ. Sin est res aliqua, & vere dicis, tum hunc, qui aduenit, aĩal esse: tum hunc, qui decumbit, ægrotare: est vtiq; omnino aliquid eorum, quæ ipsis insunt, de quo vocem vtranque enuncias. Verũ ad hæc intelligenda, parum es exercitatus: tametsi ea ex primis sint, quæ in logicis institutionibus tradantur. Cæterum quid hoc ad ipsam veritatem? Non.n. ꝓfectò ex ijs, quæ tu non intelligis, iũ dicanda veritas est, sed ex ijs, quæ quispiã intelligit, q & natura prudẽs sit, & ea didicerit, ac exercuerit, nec idem contentiosus sit, sed veritatem amet: quorum nullum in te est, quanquam medius fidius haud scio, an ista, natura prudentem desiderent. Quis enim nescit non idem significare Socratem, ac resimum, sed Socratem totius esse subiectæ substantiæ nomen, reliquorum autẽ nominum nullũ de tota corporis substantia dici, non simum, non ventrosum, non caluum, sed horum aliud figuræ nasi esse nomen, aliud defectus capillorum in capite, aliud magnitudinis esse ventris? Atq; hæc sunt, quæ respectu partium dicuntur. At, si cãdidum aut nigrum Socratem dicam, de oĩbus, arbitror, corporis partibus nomina pronunciẽ, cæterum non totã substãtiam, sed vnũ ex ijs, quæ illi accidunt, indicẽ, nempe colorem. Quin ẽt, si obesum dicam, aut gracilem, durum aut mollẽ, hirtum aut glabrum, aut cætera id genus, quæ Socrati accidunt, ne sic quidem de
C omni eius substantia appellationes affero: sed vnũ aliquid eorum, quæ ipsi accidũt, ostendo. Ad eundem modum, & sedere ipsum, & inambulare, & moueri, & dormire, & vigilare, & singula id genus nomina de nulla ꝓfectò substantia dicimus: sed aliquid eorũ, quæ Socrati insunt, his significamus: quæ nimirũ in superioribus, vel actiones esse, vel passiones, vel affectus quosdã diximus. Satius ergo fuerit, nunc quoq; sub hac te formula exerceam, quemadmodum etiam in superioribus ostendimus non à nominibus, sed à rebus orsum. Incipe verò à te ipso primum, æstimaque simplexne res sis, an composita: vtrumne pes sis, an nasus, oculus, an caput. Constat enim nullã ẽ horum esse, sed nec sine his: verum & ex his, & ex reliquis partibus vniuersis, quarum singulæ debitam habeant posituram, totus es compositus. Esto igitur nomen Themiso. At cum Themisona claudum esse aio, eò, quod dico claudum, pedum affectum significo: Themiso verò totius est nomen. Quin etiam simus, cæcusque à parte dicitur Themiso: rursus verò, & crassus non à parte, sed ab affectibus, qui toti insunt, non aliter, quàm inambulãs, sedens, disputans, & viuẽs. Num igitur intelligis non esse hæc totius substantiæ tuæ signa, sed alia à parte quapiam esse nominata, alia, ab vno affectu? Cum verò bonum te, iustumve quispiam dicit, num etiam prospicis hæc esse affectuum nomina, qui in animo tuo consistunt? Atqui, si noris, q̃ hæc ad proportionẽ
D se habent cum albo, & nigro (quippe sicuti ista corporis, ita illa animi affectionum sunt nomina) intelliges, arbitror, & artificem, & inertem, {vel si quod nomen artifici est contrarium, } ab animi affectibus esse imposita. Iam, si artifex vnde nomen accepit scias, scies, arbitror, medicus quoque vnde sit appellatus: At, hunc si, vnde dictus sit, cognoris, non est quòd magnòpere labores, vt inuenias, cui demum inditum sit nomen Empirici. Sanè ipsum, quod à vobis exigo, nec adeo difficile, nec magnum est. Quippe ipsa prædicamenta diuidere, logicæ speculationis est initiũ: cuius esse vos oĩno expertes facile declarant ea, quæ temere nugamini. Vel nunc igitur resipiscentes, posthac incipite, quæ corpori accidunt, nominare, veluti quòd hic albus est, & niger, aut certe vehementer calidus adeo, vt ægre ferre calorẽ possit. Deinde calorẽ ipsum, qui adeo actus sit, vt occasione eius corpus laboret, nec probè perfungi" actione possit, permittite volenti
A.l.4.s.1.c.1.c.1.411. b appellare febrẽ: siquidẽ omnes homines eum, qui ita sit calidus, febricitare dicunt. Nec sanè rem magnã facietis nomen mutantes, nisi quòd tempus vestrũ perdetis. Illud potius vir bone facito: Cum Themisonem febricitare dices, & Dionem febricitare, & multos deinceps ad eum modũ febricitantes nominabis, perpende diligenter, nunquid in ijs omnibus vnum idemque sit ipsum (vt sic dicam) febricitare, an diuersum: inuenies enim vnum esse idemque specie: multitudi-

† Aliter vnũ & eũdem ambos esse.

ne autem

ne aũt,quod ẽt numero dicimus,nõ vnũ.Cum aliter tibi,nec vt reſpondeas,fas ſit,nec intelligas. E
Ergo,q̃ febricitat,is,qua febricitat,vnus planè eſt:qñ,& qui delirat,quatenus delirat,ẽt eſt vnus.
Quid verò & qui ſimul febricitat & delirat: nunquid & is vnus eſt,qua ſimul & febricitat & deli-
rat?Sane id neminem latere arbitror.Ponatur igitur ambobus ijs vnum nomẽ,febricitanti,dico
ac deliratí:vocetur q̃; phreneticus,qui ita laborat. Quod ſi nõ intelligis,quemadmodum ambo-
bus vnũ nomen ſit poſitum,admonebo te fortaſſe nominum,quæ ipſe vſurpas. Quippe equum
aliquid appellas,nẽpe animal (vt ita dicam) hinnibile,ſiue quod ad hinnitum ſit habile:an igitur
intereſſe cenſes,equum dicas,an animal, quod ad hinniendum ſit habile? Ego ſanè non cenſeo,
Atqui,ſi ita eſt,ambobus illis nominibus,& animali, & hinnibili, quo vtiq; breuior eſſet ſermo
equum indidiſti. Ad hunc etiam modum,ſi,quod pedeſtre & bipes animal ſit,pro tribus nomini-
bus vno interpretari velis,hominẽ vocabis.Et ſanè ſolutio cuiuſque nominis in ſuam* orationẽ,
ad eum modum abſoluitur.Quin etiam,vt coniicias componasq̃; * orationem in vnum nomẽ,
non aliter,quam iam dicto fit modo;cum videlicet & ſimplicium cuiuſq, notionẽ ſecundum ip-
ſius nomẽ tenes, & ſimul ex duobus ſimplicibus rurſus alteram notionem efficere compoſitam
potes:mox illi nomẽ imponere:ſubinde rurſus ipſi cõpoſitæ alio ſimplici adiecto, vbi ex tribus
iam ſimplicibus vnãm notionem feceris,huic quoq; nomen aliquod imponere. Quomodo,in- F
quies,& qua ratione id? ſiquidem nõ grauabor exercẽdo eos,qui reſipiſcere a diuturna iſta igno
rantia non recuſant,longius progredi.Calor ſimplicis rei nomẽ eſt. Præterea actionis læſio,ſim
plex quædam res eſt. At tantus calor,quantus iam actioni officiat,non etiam ſimplex res eſt.
Quod ſi etiam totum vexet corpus,multo profecto minus iã ſimplex eſt.Ergo, quo minus mul
tis vtantur homines,ad compendium alioqui natura procliues,eiuſmodi calorem febrẽ uocant.
Quippe expeditius dicto eſt febricitare Dionẽ,q̃ tantũ in toto corppre caloris habere,vt multas
functiones corrumpat.Ergo,cum affectum ipſum ſignificare volunt,febrim;cum vero eum,qui
affectu laborat,ab affectu ipſo nomen declinant,vocantq̃; febricitantem, ad eum modum,quo
à candore candidum,& a nigrore nigrum.Itaq; cõpoſitæ rei nomen febris eſt,atque hoc etiã ma
gis febricitans.Simplex autem eſt delirium;verũ, ſi ſimplex hoc cũ compoſito copules,homo ip
ſe phreniticus,affectus phrenitis nominat; quẽadmodũ & homo ipſe,ne animal rationale mor-
tale dicamus,breuitatis cauſa homo eſt nominatus, ipſo hominis vocabulo * orationis vim quã
Λόγον. dam cõprehendẽte.Atq; id eſt, quod veteres philoſophi orationem nominis dicere appellant.
Cæterum non ducunt in infinitũ,ſed vſq; ad ſimplicia ſubeunt. Nam, cum hominẽ in animal &
rationale & mortale ſolueris, poſtea ipſum animal ſolues in ſubſtantiam ſenſilem:at non ipſam G
ſubſtantiam amplius ſoluere poteris,nec etiam ſenſile: quippe ſimplex primumq̃ eſt horum
vtrunq;. Quo fit,vt mihi mirari ſubeat de ijs,q̃ phreniticũ & hominẽ eſſe cõcedunt:morbũ verò
& animal eſſe nõ cõcedũt: q̃ppe q̃ perinde eſt,ac ſi cõpoſita eſſe des,de ſimplicibus dubites,quaſi
nõ priora cõpoſitis natura ſimplicia ſint. At nõ vidi (inquit) ipſũ q̃ ſe animal. Sed nec hominẽ
inſulſe vidiſti,& tñ te ipsũ ais hominẽ eſſe.An illud fateberis,animal autem eſſe te non fateberis?
Nuſquã (inquit) vidi q̃ ſe morbum.Sed nec phrenitim vnquã ſolã vidiſti,ſed ĩ Theone,aut Dio
ne,aut alio quopiã homine.Quare hoc planè puerile eſt,eo, q̃ nuſquam morbũ ipſum q̃ ſe ſolũ
videris,idcirco putare morbum nõ eſſe:quippe ita nec febrim,nec phrenitim, nec aliud quippiã
id genus eſſe dabis,vt quorũ nullũ vſquã ipſum q̃ ſe ſolũ videris. Sanè expediebat potius nõ ita,
ſed,vt dictũ ſupra eſt,à rebus ipſis cœpiſſe,cogitationeq̃; ipſa ſpectaſſe,quot eſſent in totũ ſimpli
cia:mox q̃prio nomine cuiq; impoſito,ex ipſis iam compoſita nectere. Ergo ſubiecto corpori
vnũ hoc primũ inſit,q̃ ſentit. Num,cui id ineſt,animal non appellabis?Nõ,inquies.Atqui de no
mine hoc pacto hæſitabis.Sed nec ſenſile corpus eſſe cõcedes. Iã ita de rebus ipſis falsò opinabe-
ris. At,ſi & corpus aliq̃d ſenſile eſſe,& nomẽ hoc animal de eiuſmodi corpore dici concedes,au
debis poſtea dicere animal nihil eſſe? Ergo nec album aliquid erit, nec inambulãs, nec currens: H
q̃ppe ab iis,q̃ ipſi accidũt,dr̃ corpus album,inambulãs, & currẽs:ipſorum verò accidẽtium,hoc
albedo,illud inambulatio,tertium curſus dicitur.Eodem modo ſenſus, vnum quid eſt ex ijs,quę
corporibus accidũt:ſentiens verò ipſum eſt corpus:hoc verò etiam animal nominatur.Quis igi-
tur,vbi ſentiẽs corpus aſpexit,omiſſo hoc nomine,animal,aliud quærat,quod de eo dicat?Num
corpus duntaxat intelligitur:tanquã Cẽtaurus, an res quoque aliqua huic appellationi eſt ſubie
cta? Patet proculdubio eſſe ſubectam aliquam. Age quid ſenſus:intelliguntur ne tantũ,an aliq̃d
eſt eorum,quæ corpori inſunt?Mihi verò etiam id clarum eſſe videtur, nempe ſenſum vnũ eſſe
ex ijs,quæ corpori inſunt.Atqui,ſi neque corpus tantummodo intelligitur:ſed etiã ſubſiſtit:nec
ẽt ſenſus,immo is quoque ſubſiſtit:qui fiet, vt ambo coniuncta compoſitum efficiant non ens?
Nam id iam perridiculum ſit,corpus quidem eſſe, ac ſenſum,nihil tamen eſſe ſentiens corpus:ſi
cut illud magis ridiculũ,ſentiens qnidem corpus eſſe,animal autem nihil eſſe, ceu aliud quiddam
animal ſit,& non hoc:aut quicquã interſit,* oratione, an nomine indicare aliquid velis. Aeque
abſurdum ſit & morbum negare aliquid eſſe. Quippe, ſi affectus nihil ſit,morbus quoque nihil
erit:ſin affectus aliquid eſſe detur,vtrq; & morbus aliquid fuerit. Quicunque enim affectus fun-

ctioni

A ctioni officit, is est morbus. At non potes (inquiunt) ostẽdere mihi, ipsum per se morbũ. Immo nec phrenitim vir bone, nec febrim, quæ tñ & ipsa esse fateris, sicuti multa alia. Nã micrologiam nominum, quam philosophi quidem scite sunt commenti, sed quæ omnẽ in vita loquẽdi consuetudinem subuertit sic, vt ne ipsi quidem in suis ipsorum operibus ea vti possint, impræsentiarum mitto, vt qui & alibi de ipsis diffusius egerim: & in opere de elemẽtis, quæcunq; sunt necessaria dixerim. Intelligo autẽ micrologiam, qua diuidunt in genera, græca illa τὸ ὄν, τὸ ὑπάρχον, & τὸ ὑφεστὸς, {latine ens, & subsistẽs, siue substans dixeris,} quippe, quæ * translatitie nobis tum hic, tum in sequentibus, {latine} ponentur. Vt autem omnes in omnibus refutem, fieri omnino non potest. Sed enim, quod non modo ꝓpria morbi notio sit, sed etiam res aliqua subiecta, q̃ hãc appellationem sit sortita, satisfaciant ad præsens, quæ hactenus sunt dicta: clarius autem idem ipsum in progressu sermonis intelligetur, vbi de primis indicationibus absoluta disputatio erit. Quæcunque vero nunc dicta de morbo sunt, ea mihi & de symptomate, & passione esse dicta cẽseo: ꝓterea sanitate, & paritate, & robore, & potẽtia, omnibusq; aliis, quorũ nomina, & notiones de rebus q̃busdã subiectis sunt dicta. Oĩa nanq; hæc corporibus insunt, partim vt affectus, partim vt actiones, partim vt passiones: ꝓterea q̃dam ceu naturaliter insint, quædã ceu præter naturã. Indicatio
B quoque ex singulis eorum seorsum præbetur, a plurimis tamen medicorum prætermissa.

* ἀδιαφόρως. i. nullo discrimine.

* ἀρτιότητος.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBR TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet, qua uia, ac ratione vlcera curanda sint, quæcunque maligna non sunt.

Prima fundamenta methodi, quo vnitatis solutio curanda est. CAP. I.

A.l.4.f.1.t. 2.c.7.418.d

C SI igitur Hiero, indicatio, quæ ab ipsa rei natura primum oritur, qđ agendum fit, inuenit, necesse est remediorum inueniendorum initium ex morborum ipsorũ natura sumi: siquidem absurdum sit aliud esse, quod curandi rationem præscribat, aliud, ꝙ curetur: etenim indicare de se quidq; magis põt, quam de alio. Hoc autem clarius fiet in sequẽtibus. Verum, quoniã omnibus in cõfesso est, primas indicationes ex affectibus esse sumẽdas, certe laborandum pluribus frustra non est, vt hinc esse incipiendum doceam. Illud potius monstrare tẽtemus, neq; totum hoc esse, nec prorsus magnam aliquam partẽ, veluti Methodici putant, sed minimam, & tantum initium. Igitur ijdẽ ipsi aiunt, calculum, qui in vesica sit, propterea, ꝙ toto genere præter naturã sit, ablationẽ sui indicare. Ad eũdẽ modũ verrucas, * & myrmecias, & atheromata, & meliceridas, & alia id genus. At intestinũ, qđ iã in scrotũ decidit, omniaque, q̃ luxata sunt, ꝙ videlicet loco ipso ꝓter naturã se habent, reponẽda se in suum locum docent. Atqui tantũ abest, vt horum quippiam artificij cuiusquam sit, ut etiam priuatorum cuiq; patere possit: quippe qui membrum, quod luxatũ sentiunt, reducci in artus iubẽt: præterea verrucam tolli, & vlcus ad cicatricem duci, & aluum fluẽtẽ sisti. Verum, quibus hæc rationibus fiãt, id sanè nesciũt: atq; id est, quod adiici à medico debet. Itaque indicatio, quæ à morbis sumitur, principium tm̃ est, & (vt sic dicã) carcer, vnde medẽdi ratio ꝓmouet, nulla ꝓrsus ipsius medicinæ artis adhuc portio, aut certe nec magna nec ꝓpria, sed q̃
D ẽt plebi sit communis. Ergo, cui facultas est illa inueniẽdi, ex quibus perfici possit, qđ a prima indicatione suggeritur, is merito morborum est curator. Qui si per experiẽtiam inuenit, obseruator & Empiricus est nominãdus: sin ratione quadam & methodo, logicus, & methodicus, & dogmaticus. Ergo plebeius quidẽ (altius enim idem repetendum est) medicum adit, reponi sibi mẽbrum iubens: aut os, quod forte fractũ est, formari atque componi: aut melicerida sibi tolli; verũ, quo pacto horum quodque peragatur, id sanè inuenire medicæ artis est munus. Ac empirici quidem per experientiam inueniri omnia contendunt; nos partim experientia, partim ratione, cũ neque illa inuenire omnia queat, neque sola ratio. Veruntamen confusam mistamque tradendã esse doctrinam non censemus, sed seorsum empiricã, & seorsum logicam, quo facile appareat, q̃ habeat vtraque vim. Nunc verò de ea, q̃ ratione paritur, inuentione, dicere statuimus. Nam igitur est nobis methodus aliqua, qua vsis inuenire prædictorũ singula liceat? dico, quod superuacaneum genere sit, adimere: & quod motum loco sit, id proprio loco reddere; &, quod vnitatis solutum sit vnire: an empiricen ad hæc requiremus. Ego sanè methodum esse aliquã, qua quæsita inuenies, planè mihi persuasi; eiusq; principium esse id, quod singuli morbi faciendum dictãt. Vnitatis nanque solutio vnitionem postulat. Ea in osse fractura dicit, græce Catagma; in carnosa par-

* ἀκροχορδόνας i. verrucas pensiles.

ſa parte vlcus: ſicuti ẽt vulnus,& ruptio,ꝙ Rhegma: & cõuulſio,ꝙ ſpaſma dr̃: Vulnus q̃dẽ ſolutio E
q̃dã ex vulnerãdo in carnoſa parte relicta: Ruptio,& cõuulſio citra vulneratione facta. Prior.n. carnoſæ partis diuiſio eſt, poſterior neruoſæ. His omnibus vnitio moliẽda indicatur. Quæ an prę ſtari vbiq; poſſit, an in multis non poſſit, hoc vtiq; internoſcere primum iam artificis eſt. Quippe nemo plebeius nouit: nec neruoſam tranſuerſi ſepti partẽ, nec inteſtina tenuia non poſſe, quẽ indicant, finẽ recipere. Sed & de ꝓputio,& de tenui buccarum parte,ꝙ ſimiliter ſe hẽt, idẽ ignorat. Præterea an caries in oſſe,q̃ Teredõ græce dr̃, ſanari queat, ſicut eroſio in carne, cõpertum non hẽt. Iam, an coaleſcere fractura poſſit, veluti vulnus, ꝑterea an callo agglutinari poſſit, non intelligit. Pari mõ in capitis fracturis vulgus oĩno non nouit, ſitne expectãda calli gñatio, an aliter curandum. Porrò multo adhuc magis ignorat, an corde vulnerato, aut pulmone, aut vẽtriculo, aut iecinore, fiducia ſanationis ſit. Nec in ſumma quicquã ultra primam indicationem vulgaris q̃ſquã nouit. Itaq; hoc ipſum primũ artis eſt opus, vt intelligas, ſperarene † id, quo tendis } debeas, an ſecus. Eius rei duplex cognitio eſt, nec poteſt addi tertia: altera per experientiã, cui longo vſu eſt opus: altera ꝑ ipſius rei naturam: ſiquidem hæc tum cuiusq; particulæ ſubſtantiã æſtimabit, tũ actionem, tũ vſum, ſitumque. A quibus procedens, non ſolum, quod ſanari non poteſt, præuidebit, ſed etiam de inueniendis ei remedijs deliberabit, quod recipere ſanitatem poteſt. F

*σκοπόν, & vbicunq; dictionẽ hanc aſteriſco notatã uideris, ſcopos græce legitur.

τὸ τέλος.

De inuentione remediorum, quæ cauum vlcus carne implent. CAP. 2.

COnſtat autẽ,ꝙ à ſimpliciſſimis incipiet. Porrò nihil eſt ſimplicius vlcere, quod in ſumma carnoſa parte ſit. Huius ergo, ſi quidem vlcus tantum ſit, curationis ſcopus vnitio eſt. Sin etiam cum cauitate ſit, duplex eius propoſitus eſt finis, ſicuti etiam duplex eſt affectus, nempe vlcus, ꝙ eſt vnitatis ſolutio: & cauitas, quæ ex amiſſa aliqua animalis propria ſubſtantia eſt contracta. In quo genere ſæpe fieri poteſt, vt alterius propoſitorum finium non ſis cõpos: veluti ſi non modo caro ipſa, ſed etiam ſubditum illi os perierit: quippe impleri ad unguem cauitas eiuſmodi non poteſt, cicatrice induci certe poteſt: ſed hęc vlceris ſanatio eſt, cauitas autem inſanabilis remanebit. Hoc igitur ipſum, aut per experiẽtiam, aut rationis ope, dignoſci omnino oportebit. At Theſſalus nec his utitur, nec tertium quicquam adiicit: & tamen nugari non erubeſcit. Sed id mittamus Illud potius doceat imitator Theſſali medicus, quo pacto cauũ in carnoſa parte vlcus, nullo ex ijs, quæ ſunt, læſo ſanabimus. Sarcotico (inquit) medicamento, id eſt quod carne impleat, impoſito. Bene ſanè, magna facilitas: fortaſſe autem ſtupiditas potius erat dicendum, ſi, cum ſarcoticũ dixit, ſatisfeciſſe ſe quæſtioni putat: quippe, ſi ſarcoticum iam ſcimus, quid amplius requirimus? Dic nobis, quod illud ſarcoticum ſit, quo es vſurus? Thus, reor, inquies, aut irim, aut ariſtolochiam, aut erui farinam, aut panacem: nam de ſiccis medicamẽtis principio mentionem faciam. Age igitur, hæc medicamenta quo pacto inueniſti? Experientia, inquis. Quid igitur eſt, quod per te amplius eſt adiectum? Siquidem quod cauum implendum ſit, id quidem vel priuatus nouit: at ex quibus id, & per quæ medicamenta fiat, experientia docuit. Theſſalus verò nec vt empiricus, nec vt logicus, medicamentum illud nouit: vt empiricus, quia videlicet non vult: vt logicus, quia non poteſt: nam ego eum vt empiricum id ſcire planè noui. Cum enim duo ſint omnis inuentionis inſtrumenta, nempe experientia, & ratio, qui quod inuentum eſt nouit, ſed tamen rationem eius dicere {in promptu} non habet, is prodit ſe per experientiam id inueniſſe. Vt igitur, quantum erret, intelligat, aurium nobis operam pauliſper accommodet. Volo enim paucis cum ſolius experientiæ profeſſore agere. Etenim hunc quoque dicere par eſt, quo pacto ſiccum hoc, quod carnem producat, medicamentum inuenerit; quod vtique Cephalicõ nominãt. Porrò componitur id ex iride, & ariſtolochia, & eruo, & thure, & manna, {id eſt purgamento thuris.} Eſt aũt & aliud, quod præter iam dicta corticẽ panacis recipit; ſicuti etiam aliud, cui elota cadmia admiſcetur. Dicat itaque mihi, hæc quomodo ſint inuenta. Et quid (inquit) attinet de inuentione eorum quærere, ac non recte potius inuẽtis, vti? Atque hæc quidem initio ſtatim reſpondent,[a] † poſt verò interim ex ſomnijs inuenta eſſe potuiſſe talia dicunt; } interim ſorte quapiam aliud fuiſſe in aliud effuſum; mox aliquem vti miſto auſum, cæterum audaciæ eius ſpem H
non dicunt. Hæc igitur manifeſtæ ſunt nugæ. Tertius his inueniendi modus planè eſt [b]* rationalis. Siquidem ſimplicium illorum priuatim quiſpiam vnumquodque vt ſarcoticum expertus, mox carnem aliquando non facere cernens, ratione deprehendit non omni naturæ eorum quodque competere. Si enim, cui ariſtolochiæ vlcus carne non impleuit, huic thus contulit; cui autem thus non profuit, huic iris admota, fuit utilis; rationabile erat (arbitror,) non omnes ab omnibus ſimiliter affici. Hoc vbi ſemel in [c]* ratiocinationem uenit, optimum factu eſt viſum, quam plurima eiuſdem ſpeciei in idem miſcere, quo nulli corporis naturæ deeſſet, quod conueniat. [d] † Atqui amice in commiſtis ſpeciebus non ſeruatur actio ſuæ cuiuſque ſubſtantiæ, ſic, ut in vnaquaque corporis ſpecie adſit, quod morbo curando conueniat. } Nam, ſi aut corporis naturam inuenire poſſent, aut adhibiti medicamenti vim, non eſſet fortaſſe ijs tali varietate opus, vt quibus vnum illud medicamentum, quod vni corpori conueniret, inuenire in promptu ſemper eſſet. Nunc, cum ignorant vtrunque[e] † parũ recte } omnia miſcent; vnum ſcilicet, quod omnibus

A † Addendũ ex codicibus græcis ĩpreſſis & manuſcriptis. ĩ cõgreſſu vero (.i. κατὰ σύμβασιν) ſic .n. ipſi hoc uerbo uocãt, interim quidem ex inſomniis &c.

B * ἐπιλογιστικὸς.

C * ἐπιλογισμὸν.

D † In aliquibusãtiquis hęc non leguntur.

E † οὐ κακῶς. i. nõ male, eſt in antiquis quibuſdam.

A nibus naturis quadret, moliri medicamentum ſtudentes. Hanc ego componẽdorum medicamen
torum rationem primis illis medicis excogitatam arbitror, atq; vt antiquum inu ntum recipio.
Cæterũ tm̃ eam à vera medicinali methodo abeſſe reor, quãto certe rationabilior eſt trãsfuſis in
ſe mutuo cribris. Quippe niſi illud primum cogitet, ſolius ſe cõpoſitionis, quæ ex ſimilibus ſpecie
medicamẽtis conflatur, non eius, quæ ex contrariis initur, methodũ dixiſſe*: mox in eius miſcel * Al. ἐυρηκεν. ὦ
læ multitudine vnum fortaſſe eſſe medicamẽtũ, ꝙ laboranti ſit vtile, fortaſſe verò nec vnum: cõ- inueniſſe.
tra ſeptem octove, quæ ex vſu non ſint, ita vt pluribus numeris obſit eiuſmodi medicamentum,
q̃ proſit: hæc inquam, niſi reputet, plus cum ignorare de re ipſa, q̃ nouiſſe dixerim. Oleum nanq;
cauo * vulneri infuſum, aduerſiſſimum omnium medicamentum eſt, cum ſi ita mederi velis, vſu * vlceri.
ipſo intelliges ſordidũ, ac male olens vlcus fieri. Quòd ſi tp̃s quoque anni calidius ſit, ac vitio ma-
li ſucci homo laboret, aut fluxionibus obnoxius natura ſit, aut ẽt in uictus rõne delinquat, timor
eſt, ne illi pars ea cõputreſcat, in qua vlcus eſt factum. Timor uerò eſt, & ſi cera, ſiue ſola, ſiue in
oleo ſoluta vtare. Atq; hæc q̃dẽ putreſcere vlcus faciẽt. At, ſi æruginem ad læuorẽ tũſam inſper-
ges, ea q̃dẽ nullo mõ putrefaciet: dolorẽ tñ, ac mordicationẽ inferet, nõ paruã: p̃terea exedet, ac
A.l.4.f.4.t. phlegmonen excitabit: ꝙ ſi largius vtere, cõuulſionẽ quoq; accerſet. Quoniam igitur, neq; oleũ,
3.c.7.473. B neq; ęrugo, neq; cera cauũ vlcus implere carne poteſt, conſtat, ꝙ ex ijs, q̃ experiẽtiã ꝓfitẽtur, ne
d mo vſquã ea miſcebit. At ego ſanè hæc miſcebo, immo debita menſura non hæc modo, verũ ẽt
alia mille pharmaca ex ijs, quæ cauo vlceri ſunt inimica. Quippe ſi non ijſdẽ facultatibus lędunt,
ſed quodãmodo cõtrarijs, imparia q̃dẽ immodicaq; profecto fuerint, vt ad cauum vlcus implen
dũ. Verũ, quemadmodum ex duobus temperamentis immodicis vnum efficiatur modicum, id in
medicamentorum componendorum rationibus docuimus. Nõ eſt igitur difficile ex oleo, cera,
& ærugine medicamentũ, quod carnem producat, conficere. Si enim noris eiuſmodi vlcus me-
diocriter ſiccandum eſſe, non ſiccare aũt, nec cerã, nec oleum, vtiq; intelliges, nec alterum ſeor
ſum, nec ambo ſimul cauum vlcus implere poſſe: immo verò, nec æruginẽ ſolam, vt quæ immo-
dice ſiccet. Ergo, ſi omnia miſcueris, modice ſiccũ efficere medicamentũ poteris. Quis verò cu-
iuſq; eſſe * modus debeat, id mihi in libris, qui De medicamentorum cõpoſitione ſunt inſcripti, * μέτρον.
iam traditũ eſt: nunc quoq; ſi res poſtulet, indicabitur in ſermonis progreſſu. Nã primum omniũ
abigendus mihi à ſequentibus libris amethodus iſte Theſſalus eſt, ſed indicato prius illi, quantum
à recto aberret. Nam prudenti, vel quæ nunc dicta ſunt, ſatis oſtenderint, qualis eſſe debeat me-
dendi methodus. Verum non eſt cũ talibus ſermo. Itaque etiam neceſſe eſt, cum iſtis adhuc diſpu
C temus, hinc ſumpto initio. Omnis, quæ præter naturam eſt, cauitas impleri poſtulat: quare &
quæ in carnoſa etiam accidit parte. Ipſa verò impletio inueniendorum remediorum finis, quò
tenditur, eſt. Vt verò, quæ impleant, inuenias, & multa ratione opus eſt, & multiplici particula-
rim indicatione, & methodo rationali exacta. Etenim ſæpe vidiſti difficilia ſanatu vlcera curare
nequiuiſſe nec eos, qui experientiã profitentur, iſtos inquam, qui remedijs ſcatẽt: nec etiam eos,
q̃ * rationem ſibi vendicant, omnes. Quippe Theſſalii iſti, quos methodicos nominant, ſunt autẽ * ἀναλογισμὸν.
re vera à methodo alieni, tanquã aſini ad lyram, ne ad audiendam quidem eiuſmodi ſpeculatio- * λογισμῶ.
nem ſunt idonei, nedum, quod rectum eſt, * ratione inueniant. Vidiſti autẽ ſubinde in eiuſmodi
vlceribus Empiricos quidem alias ſe ad aliud medicamentum transferre, cum nulla profecto ra
tio tranſitũ ipſum monſtraret: verum, quoniam multa ſunt experti, quæ cauum vlcus impleant,
ipſam vero, vt ijdem vocant, idioſyncraſian, id eſt, corporum proprietatem, in qua ſingulã eorũ
pollere ſunt viſa, nec dignoſcere, nec meminiſſe poſſunt, ideo nunc quoque ad quod transfe-
rant, non intelligentes, ſed ſperantes in multis particularibus experiendis, obiter, quod conue-
niat, oĩno inuentum iri, alias ad aliud tranſiliunt, fortunæ potius, quã * rationi eius, quod condu- * λογισμῷ.
cat, inuentione permiſſa. Similes his ſunt, tametſi id nolũt, & qui ex dogmaticis ad naturalia cor
D porum principia ſubire ratione non ualuerũt. Quippe hi (ut ante oñdimus) ex dimidio dogma
tici ſunt. † De iſtis vero amethodis Theſſaliis, quid etiã loquare? Soli igitur ij, qui vera methodo † Impreſſi co-
curant, tum ſingulis id genus vlceribus idonea medicamenta, & victum aptum inueniunt, tum dices græci
liquidiſſime rebus ipſis oſtẽdunt, quantopere conducat, quantumq; ad medendum lumen præ- hęc addũt: qui
ſtet ipſa de natura tractatio. Etenim prætermitti negligiq; aliquãdo, quod vtile ſit, ijs, qui ab alio ne prima qui-
pharmaco ad aliud aſſidue tranſeunt, non ſemel tibi oſtendi, vno aliquo ex medicamentis, qui- dẽ elemẽta po
bus illi fuerant uſi, eiuſmodi vlceribus ſanatis. Spreta vero eiuſmodi medicamenti facultas ab ijs terunt aſſequi,
merito eſt, quod videlicet & propter intempeſtiuum vſum non ſolum non prodeſſe, ſed etiam quæ tamen in
obeſſe eſt viſum, & quòd in primo vſu nihil aliquando, quod eſſet euidens, effecit. Vidiſti porrò antiquis nõ ha
non minus oculorũ nos grauiſſimos dolores ſanare, aut balneo, aut vini potione, aut fomentis, bẽtur, & ſuper
A.li.3.f.3. aut ſanguinis miſſione aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet medicorũ" vulgus, q̃ medica- flua eſſe uiden
t.1. ca.13. menta hæc, quæ ex opio & mandragora, & hyoſcyamo fiunt, maximam plane oculorum perni tur.
224.c ciem: utpote quæ nulla re alia ſublati ad præſens doloris ſpeciem præſtant, quam quod ipſum ſen
ſum * enecant. Multosq; noſti ab eiuſmodi medicamentorum vſu, cum liberalius fuiſſent admo * Al. ναρκοῦσι,
ta, nunquam poſtea naturalem ſtatum recepiſſe, ſed ex his principio quidem obſcure atque ęgre id eſt obſtupe-
faciunt.

vidisse,tempore vero suffusione,quam hypochysin vocant:vel pupillæ nimia dilatatione,quam E
mydriasin appellãt:vel tabe:vel corrugatione,quam rhetidosin vocãt,occupatos. Nosti ꝓfecto
non minus & illud,cum ab ephebis vsque mecum sis versatus,nec sub vllo me vsquam p̃ceptore
vidisse eiusmodi opus,sed id per me rõne excogitasse,& q̃ longo tẽpore aphorismum illũ." Do-
6.Apho. 31. lores oculorũ meri potio,vel balneum,vel fomẽtum,vel uena incisa,vel purgatio tollit, cõside-
Ex.ord.49.c. rauerim:quamq; ex reliqua Hippocratis diligentia sperarim,ne in hoc quidẽ vel falsum quippiã,
vel ꝙ fieri nõ possit,præcipi:idq; fuisse,quod me ad inquisitionẽ incitauit,quoad ipsa Hippocra-
tis insistens uia,inueni,quo pacto discernerem, quando, quomodoq; dictorum quoq; sit vtẽdũ,
Qua rõne multis,qui talia viderunt,manifestum feci, quanta medicinalis methodi vis sit:quãtiq;
mali occasio fuerint,qui non seruata veteri medicina,nouas sectas condiderint.Itaq; & vos p̃te-
rea me,quanquam a principio recusantem,orãdo tñ impulistis,vt omne hoc opus tractãdum su
sciperẽ:ꝙ,Deos precor,aliis quoq; hominibus alicui sit vsui. Certe minimã spẽ habeo ꝓꝓ eum,
† τῶν καλῶν. ꝙ nunc regnat,† bonarum artium {contemptũ,diuitiarũ verò,existimationis,& ciuilis potẽtiæ
admirationẽ;ad quæ quisquis se conuertit,is nulla in re veritatẽ inuenire poterit. Verũ hæc,ꝓut
Deo placebit,ita finientur. At nos medẽdi methodum, quæ veteribus quidem exculta est, nunc
verò neglecta iacet,pro virili restituemus,repetita nimirum,quam de cauo vlcere inchoauimus, F
disputatione. Ac de prima q̃dẽ inuẽtione eorũ,quæ eiusmodi vlcus carne impleant, satisfaciant,
quæ paulo ante diximus:cõcedamusque,si libet,Empiricis,quæ dicunt omnia. At de inuentorũ
vsu & sæpe tibi in ipsis rebus ostendi,& nunc nihilo minus ratione demonstrare conabor, quem
admodũ Empirici,vbi solẽne cuiq; medicamentum niihil profecit,apte ad aliud, certaq; ratione
transire nesciant: Atque id iure accidit:siquidem, cum causam improsperi successus prioris medi
camenti ignorent,nec,quò eam in secundo declinẽt,habent.Quippe,cum causam ignorẽt,cur-
munere suo medicina fungatur,nec,cur fallat,intelligere valent. Hoc verò ignorato, neque ad
aliud transire rationabiliter possunt,quando nec in illo vitare eandem causam possunt.

Qua Methodo ulcus cauum curari debeat. CAP. 3.

AGedum igitur ipsi iam Hippocraticã,veramq; caui vlceris sanandi methodũ tradamus.Por
rò hanc ab ipsa rei substantia ordiri oportet.Itaque,quoniam in cauo vlcere id nobis ꝓpo
nitur,vt caro,quæ perijt,restituatur,scire licet,generandæ carnis materiam, sanguinem bonum
esse,opificem (vt ita dicam) authoremque naturam.Verum non satis est naturam simpliciter di
xisse,nisi etiam,quorum natura,sit adiectum,& vbi. Cõstat autẽ,quod subiectorum corporum, G
quibus superinduci caro debet,natura ipsa gignendæ carnis opifex est.Porro cuiusque corporis
natura monstrata est ex calidi,frigidi,humidi,ac sicci temperatura cõsistere. Quare manifestũ est
iustum horum temperamentum in subiectis particulis, quibus restituturi deficientem carnẽ su-
mus, opificis habere rationẽ. Ac primum quidem in omni cauo vlcere duo illa consideranda
nobis sunt. Et quod subiectum est,iustane temperie sit,id est an secundũ naturã se habeat: quip-
pe monstratum est sanitatem in similaribus corporibus,ipsarum quatuor qualitatum esse iustam
temperiem: Et præterea sanguis,qui affluit,bonusne,ac mediocris sit. Si igitur horum alteru-
trum vitiosum sit,multi sanè affectus præter naturam existunt. Nobis tamen vna cauitas in car-
nosa parte proponitur.Fingamus igitur & sanam esse partem,& sanguinis confluxum citra vllũ
vel in qualitate,vel in quantitate vitium.Porrò his ita se habentibus,nihil est præterea,quod ob-
stet,quò minus prima carnis generatio prosperę contingat, idque nullius externi medicamenti
ope. Quippe causis ambabus,vnde nascitur,præsentibus,nulloque extrinsecus,quod impediat,
obstante,non potest prohiberi carnis generatio.Verum in ipsa primę carnis generatione duplex
λογισμοῖς. prouenire excrementũ necesse est,veluti etiam in cõmentariis De natura docuimus,quod oẽm H
qualitatis alimenti mutationem alterum crassius, alterum tenuius, excrementũ sequitur. His ex
crementis etiam per vniuersum corpus semper prouenientibu,squod tenuius est, ipsa inuisibilis
est per spiratio.Quæ" etiam subinde fit visibilis,quoties vel naturalis calor languet:vel nutrimen
to vtitur,quam iustum sit,ampliore:vel motus quispiam vehementior animali contingit.Alterũ
est sordes,quæ in summo corpore nostro colligitur. Quin etiam in vlceribus tenuius excremen
tum sanies,(græce ichor) appellatur:quod crassum est,sordes. Ac ex tenui quidẽ excremento
vlcus humidũ redditur,ex crasso sordidum:eoque duplicibus medicamẽtis eget, vtique,vt humi
dum est siccantibus:vt sordidum,quæ ipsum expurgent.Ergo,cum nullo vnquã tempore natu-
ra cesset,certe nec tempus vllũ erit,in quo non ambo hæc in cauo vlcere colligentur.Quare nec
tempus vllũ erit,in quo non vtrunque medicamentorum genus desiderabit, vtique & quod sic-
cet, & quod expurget. Ac cuiusmodi quidẽ genere esse medicamento debeat, inuentum iam
est. Verum non est id satis. Siquidem specie aliqua inuenta est opus,quæ sit vlceri admouenda.
Hæc igitur quomodo,& qua methodo inuenietur? Nempe ea,quæ in libris De simplicium me-
dicamentorum viribus est tradita.Ostendimus nanque in ijs quædam medicamenta siccare,quæ
dam humectare,quædam refrigerare;quædam calfacere, nonnulla per coniugationem,vel cal-
facere & siccare,uel frigefacere,& humectare, uel calfacere & humectare, uel refrigerare & sic-
care:

A.li.4.f.4.
t.3.c.1.47.
a

A care: essq; in singulis eorum maioris minorisq; rationem multitudine sanè infinitam, cæterũ ad ad vsum medicinalem limitibus, qui facile comprehendantur, circumscriptam, primo quidam in his, & secũdo, & tertio, & quarto statuto ordine graduve. Cuius igitur ordinis erit medicamẽtũ, q̃ carni ꝓducẽdæ sit aptum: quodq; modice tum siccare debere, tũ detergere proposuimus? Certe primi ordinis. Quippe, quod super hunc fuerit, ita vt non modo humoris, q̃ influit, redundantiam consumat, sed ẽt affluentẽ sanguinem ipsum populetur, id refici carnẽ, ceu materiã eius absumẽs, ꝓhibebit. Porrò talia esse ostẽsum est thus, & hordeaceã, & fabaceã, & erui farinã, & irim, & aristolochiam, & cadmiam, & panacem, & pompholygẽ. Omnia verò hęc tum maioris minorisq; discrimine iter se dissidere, tũ alia eorũ simplices* qualitates vincẽtes hãe, alia cõpositas mõstratum est. Siquidẽ aristolochia & panax, tum cæteri plus siccant, tum natura magis calẽt. Hordeacea fabarumq; farina multo his minus siccant, nec vllum calorem obtinẽt. Thus verò moderate calet, minus tñ illis siccat, adeo, vt quasdam corporum naturas oĩno nõ siccet. Erui farina, & iris, horum, atq; aristolochiæ & panacis medium locum tenẽt. Verum, quod sermo noster utiliter attigit, denuo repetamus. Quippe thus in humida corporis natura carnẽ ꝓducere põt, in sicca nõ põt. Scire nanq; licet, duas esse primarũ indicationum differẽtias, q̃ secundum naturam se
B hẽt, custodiã sui indicante, & ꝓpterea, quæ similia sui sint, postulante: quod præter naturam est, sublationẽ sui, eoq; contraria, requirẽte. Perit enim quidq; in contrarium, & a contrario. Atq; vlcus quidẽ quò est humidius, eo sanè medicamento, q̃ magis siccet, indiget. Corporis verò natura quãto est humidior, tanto q̃ minus siccet, medicamẽtum postulat. Quare, si qua sunt vlcera, quibus par est humiditas, quod in sicciore corporis membro consistit, vtique magis siccari postulat: quod in humidiore, hoc sanè minus, quo natura naturę interest: siquidem productam carnem ei, quæ ante erat, similem esse oportet. Vbi igitur pristina siccior fuit, nouellam quoq; sicciorem fieri conueniet: quare vberius hæc siccari, quantoq; magis sicca fuerit, tanto, quod admouetur medicamentum, magis siccam facultarem { habere debebit. At in humidiore natura tanto rursum ijs, quæ minus siccent, medicamentis est opus, quanto caro ipsa minus est sicca. Thus igitur, vt ad humani corporis naturam, eiusmodi obtinet temperamentum, quod cum temperatis & mediis naturis consentit, humidiores autem paulo liberalius siccat: sicuti rursum iis, quæ ad summum sunt siccæ, paulo est humidius. Merito" itaque thus in quibusdam tum vlceribus, tum naturis pus quidem mouet, carnem nõ producit: in quibusdam ẽt carnem producit. Itaque si obseruaueris, rõi respondere euenta deprehendes. In humidiore nanq; natura producere carnem
C põt, in sicciore non põt. Præterea in modice humidis vlceribus carnem efficere potest: in ijs, quæ præ humida sunt, prorsus non potest. Videsne igitur clarissime, qui recta methodo curare vlcus velit, quot huic theorematis sit opus? Nam, postquam inuentum est humorem omnino huic uitio inesse, utique siccans parandum medicamentum indicauit. At, qm̃ ipsorum siccantium quædam magis siccant, quædam minus, partim ex vlcerum diuersitate, partim ex ęgri natura, quod expedit, est desumptum. Itaq; non modo de corporis natura meditatus sit, oportet, q̃squis commode sanare vlcus debet, verum ẽt diligenter speculationem omnem de medicamentis didicisse, tum sicci, humidique corporum temperamenti notas callere. Contemplare igitur, quanta sit Methodicorum istorum pronunciandi temeritas, qui vnum id sibi ad cauum vlcus sanandum satisfacere putant, si sciant, quod carne est implendum. Non.n. in hoc curandi ratio consistit, immo in eo inueniendo, quod carne sit impleturum. At, quod implebit iam (inquit) experientia est inuentum. Dic proinde, & quod sanabit, inuentum experientia esse: nec frustra gloriare, nec methodum extolle. Quanquam apud ipsos quoq; Empiricos experientia, quæ sine certa limitatione sit, damnatur. scribunt nanq; in commentariis de medicamentis ad hunc modũ: Emplastrum ad eos, qui molli sunt corpore, & pueros, & mulieres. Noruntque thus in naturis eiusmodi carnẽ
H in cauis vlceribus (modo aliud nullũ symptoma sit) producere, eademque implere: vtrũ tantũ eiusmodi corpora humida sint, atq; idcirco modice siccantia desiderent, an alia euentus causa sit, sanè non norunt. Rursus.n. ad senilia corpora aliud scriptum medicamentum inuenies, aliudque ad ea vlcera, quæ ægre ad cicatricem veniunt, orasque prætumidas habent, ochthode Græci vocant: multasque alias discretiones in omnibus suis medendi commentarijs scribunt, quibus, quo ad licet, ad curandæ naturæ proprietatem appositum pharmacum inueniunt. Quippe discretiones in quaque arte proprium a cõi secernere conantur: quanto que plura quis discreuerit limitaueritque, eo propius ap proprietatem accedit. Ipsum verò ad vnguẽ proprium nec scribi oĩno potest, nec dici. Eoq; tum Empirici ij, qui in arte fuere diligentissimi, tum Dogmatici ferè oẽs, fatentur, nullam scribi posse curationem ad vnguem exactam. Sed id, quod ad coniecturam de laborantis natura desiderant, alij ex proprio cuiusque medentium vsu, alii ex artificiose ratiocinando, adiiciendum esse affirmant. Nemo tamen eorum adeo fuit præceps, vt omni vlceri cauo vnam se habere medicinam, quæ carnem restituerit, profiteretur. Non enim apud vllum inuenies eiusmodi pharmacum, quod omne vlcus cauũ sanet, immo pro modo humoris, sordisque, atq; ipso laborantis temperamẽto immutandũ medicamentũ esse. Missa ergo hic Methodico-

Septima Classis. cccccc 2 rum

A l.4.f.4.t.1. cap. 4.l. 464.d

*δυνάμεις. i. facultates.

A.l.4.f.4.t.3. ca. 2. fol. 472.d

rum impudentia,age videamus, quid Empirici dicant,q ex ꝓprio cuiuſq; vſu, exercitationeq́; E
adijciendũ aliquid cenſent ad ꝓpria laborãtis inuenienda remedia. Siquidẽ(vt ſæpe diximus)nul
la eſt in arte medica,nec res,nec medela,q̃ ſpecie dicibilis nõ ſit:ſed,quod nec dici,nec ſcribi, nec
oĩno præcipi põt,id quãtitas in quoq; eſt. Nã in vlceribus humor,& ſordes dici pñt,quantitas in
neutro dici põt:quanq̃ hic quoq; accedere ꝓpius ad indicandã eã ſtudemus,exiguã copioſamq́;
ſordẽ dicẽtes,præterea tenuẽ & craſſam,& ꝓrſus multam,& admodum paucam,& mediocrẽ &
competentem,aliterq́; ad hunc modũ varie nominãtes,quò videlicet,q̃ ꝓximè licet,ad quanti-
tatem indicandã accedamus. Diligẽter igitur attendas nunc,velim,vt intelligas, quantũ præſtet
methodo quiduis,q̃ ſola experiẽtia,facere. Eſto" nanq; notũ ſit,hoc,vel illud pharmacũ ad cauũ A.li.4..f.4.
vlcus implendũ facultatẽ habere in ijs,qui,vt nos loquimur,humidiore ſunt tẽperamẽto: vt aũt t.3.c.3.fo.
obſeruator & Empiricus,ijs,q molli ſunt carne,ac mulieribus & pueris:deinde nũc tali admotũ 472.E
nihil proſit. Nos igitur,cuius cauſa nihil ꝓfuit,inueſtigabimus,atq; hanc in duo æſtimanda redu
cemus. Nam aut parcius ſiccauit medicamẽtum,aut nimium:horumq́; notas habebimus ſordẽ,
& ſaniem. Nã,ſi pluſculum ſordis ſit,totumq́; vlcus humidius,intra modũ ſiccauit:ſin purum,&
abſq; humore cernitur,vltra. Statim igitur menſuram quoq; exceſſus defectusque ex ipſo nota-
τοσοῦ. rum modo intelligemus:tantoq́; pharmacum,quod deinceps applicabitur,vel ſiccius, vel non F
tale admouebimus. Empiricus aũt,ſi admotum cuipiam medicamentum carnem non reſtituit,
id quidem videt,cæterũ ignarus,parciuſne,an nimium ſiccando,id euenerit,tranſire ad alterum
non põt. Ad eundem planè modum,& Eraſiſtratus. Herophilusq́; ex dimidio(vt dictũ eſt)Dog-
matici,male vlcus ſanabunt:quippe q ea tm̃ vitia curare rõne tentant,quæ inſtrumentalium par
tium ſunt ꝓpria. vlcus verò(vt iam dictum eſt) cõe ſimilariũ, inſtrumẽtaliũq; eſt: ideoq́; id,quа-
tenus in ſimilaribus ꝓuenit,eatenus empirice curabũt. Quin ẽt,ſi ea curare tentẽt, quorũ ſubſtã
tia oĩno perijt,aut ẽt manca curtaq́; eſt, in his quoq; neceſſe eſt, a logice curando multifariam
aberrent. Si enim,quod perijt,ſubſtantia quæpiam ſimilaris ſit,neceſſe eſt eum, qui regignendæ
huic conſulet,totius eſſe naturæ peritum: Ac de his quidem poſt dicetur. Illud interim clariſſime
oſtenſum arbitror,non eſſe cuiuſq; probe vlcus curare,primamq́; omnium indicationem, quæ
vel plebeis patet,minimam eſſe curationis partem. Nam & calorem,frigus,humiditatem,ac ſic-
citatem,actiuas qualitates eſſe demonſtratione accepiſſe neceſſe eſt:& perinde, quæ nobis, tum
de temperamentis ſeorſum dicato volumine ſunt ſcripta,tum quæ huc pertinẽt in alijs volumi-
nibus,omnia nouiſſe. Atque hactenus quidem de vlcere cauo ſermo eſt habitus, ipſam tantũ ca-
uitatem curantibus nobis:ſiquidem,quæ vlceris propria curatio ſit,nondum traditum eſt. Per- G
ficitur aũt ea quoque iuxta eandem methodum:quippe quæ, tum a laborantis partis tempera-
mento,tum a medicamentorum facultate,accipitur. Porrò ambo hæc a tractatione de elemẽtis
pendent. Etenim,niſi illud in methodo conceſſum ſit,quatuor qualitates genituræ,& corrupte-
læ cauſas eſſe,nec methodum inchoaſſe,nec prouexiſſe, nec abſoluiſſe fas eſt. At verò, vt illas
agentes mutuo,patientesq́; oſtendas,id ad ſpeculationem de elementis pertinet. Quod igitur in
præcedentibus oſtendimus,id nunc præſenti ſermone confirmatur, nempe nihil poſſe medicũ
vlla ſimilarium partium agitare ſine naturali,quam vocant,ſpeculatione. Verum illic de ſimila-
ribus duntaxat id eſt oſtenſum:hic iam ſermo noſter quodammodo inſinuat, ne in ipſis quidem
inſtrumentalibus cuiquam integram inuenire curationem licere,qui illam non attigerit. Porrò
idem in toto opere etiam euidentius monſtrabitur.

De ratione curandi ſimplex vlcus & planum. CAP. 4.

VErum ad ipſam vlceris,quod ſolum conſiſtit,curationem tranſire nũc tempeſtiuũ videtur.
Fuerit autem ſolum,ſi nec affectus ullus ſimul adſit, nec ſymptoma. Eſto igitur,quæ exul-
cerata eſt particula,nec fluxione vexata,nec malo ſucco vitioſa, nec oĩno extra naturalẽ tempe
riem:ſed nec vlla ei cauitas adſit,nec vlla cutis amiſſio. Nam id quoq; bona pars medicorũ præ- H
terit,non intelligens,poſtq̃ cauum vlcus carne iam impletum,ac planum effectũ,nihilo minus
tm̃ hiat,duplicem adhuc particulæ affectum ſupereſſe,alterum ſubſtantiæ cutis amiſſionem,alte-
rum continui ſolutionem. Ergo,quoties vnum id habetur,nempe continui ſolutio,ſiue ea ſum-
mæ eſt cuticulæ,(quam epidermida vocant) ſiue cutis totius, ſiue etiam pariter ſubiectæ carnis,
vitium quod vlcus dicitur,ita exiſtit,poſtulatq́; tm̃ agglutinari. Quippe, ſi commiſſæ ſimul ſint
cutis oræ,nihil erit in medio cutis generis diuerſi,quemadmodum in eo,quod iam repletum eſt,
planumq́; redditum:in hoc.n.oræ vlceris ſe non contingunt, ſed totius vlceratæ partis cutis pe-
rijt:quam vtique reſtituere oportet. At in eo,quod acuto aliquo eſt diuiſum, vna agglutinario
requiritur,non etiam cutis generatio. Quoties ergo vlceris ſimplicis propoſitũ ſit inuenire cu-
rationem,præſumẽdum in ſermone eſt diuiſam eſſe carnoſam particulam citra vllius portionis
amiſſionem. Nam latũ,quod cicatrice induci poſtulat,omnino cuticulam,quã epidermida græ-
ce vocauimus,deſiderat. Hanc igitur tum gignere, tum ſibi vnire oportet:duoque tibi hoc loco
exiſtunt,ad quæ,ſicuti in cauo vlcere,conſilium diriges, propterea, quod affectus ipſe geminus
in ambobus eſt. Quo igitur (ipſorum inquiet forte aliquis)planum vlcus a cauo diſcernitur,ſi &

geminus

A geminus vtrobiq; est affectus,& geminus curanti propositus finis? nempe multitudinē amissarū partiū. Quippe in cauo vlcere non ipsa modo perijt cuticula, verum etiā reliqua cutis natura vniuersa,& subiectę carnis portio aliquādo nō exigua: in repleto vlcere caro nō deest, exterius tamē cooperimētū desideratur. Ac, quæ eius generis vlcerū curatio sit, post dicemus. Nunc eius, ꝙ vlcus tm̄ sit, nec alium vllum affectum adiūctum hēt, quænam debita curatio sit, p̄cipiamus. Ergo, qm̄ hic sola diuisio proponitur, diuisorum oras vna coniunctas esse oportet. An nō id solū, verū
A.I.4.f.4.t.1.ca.f.463.d ēt cōiunctas manere? Porrò bifariam simul manent, quę commissa sunt cum alia per se alia operis aliorum maneant: per se quidem, quæcunque secum concrescunt ac coalescunt: aliorum ope, & quæ colligantur,& q̄ glutino aliquo tenentur. Ac, q̄ cōcrescant, oīno mollia naturaliter sint, oportet: talis sane est tum caro ipsa, tū q̄cunq; ex carne consistunt. Quæcunq; verò dura siccaq; sunt, eorū diuisæ partes coire simul nequeūt, sed glutinum aliquod, vinculumve, quo commissa maneant, requirunt. Et taliū quidē corporum sanatio in sequētibus præcipietur. Nunc de ijs, quę vniri possunt, inceptū sermonē peragamus, hic quoq; ipsam coitionis coalescētiæq; causam inuestigātes. Est verò, sicuti in cauis vlceribus vt caro producatur, ita in simplici vlcere vt oræ ipsæ secū coalescāt, natura certe causa adeo, vt, si, q̄ dissident, in idē ad amussim componas, citra omB nē reliquā extrinsecus molitionem coalescant. Oriturq; tibi iam alius attēdendus finis, nēpe orarū adductio: à quo orsus, quibus id efficias, inuestigabis. Quippe aut vinculo ex duobus initiis circundato, aut sutura, aut fibulis (quas græce anēteras vocāt) impositis, aut horum quibusdam, aut omnibus, quæ diducta sunt, in idē adduces. Expedit aūt, quod circuniicitur, neq; molle nimium sit,& algæ situ fragile (bryō̃des græce vocāt) quo videlicet tuto contineat: neq; rursus ita durū, vt premēdo offendat. Tum verò ipsa circūductio nec ita laxa sit, vt nihil efficiat: nec ita vehemēs,
A.ibi.c.3.g vt premēdo dolorē excitet. Hæc si feceris, fueritq; vlcus solum citra vitiosum succum, aut fluxionem, aut intemperiem aut phlegmonem, aut aliud quodlibet vitium, proculdubio coibit. At, si vel præ eius magnitudine fieri nequeat, vt disiunctæ ipsæ partes exacte ad imum vsq; sibi coniungantur, videlicet nec sutura, nec fibulis, nec deligatura ꝓtingere ad eas valente, vel etiam sanies iam illic sit collecta, vel dolor quispiam adiunctus, eiusmodi vlcus ex sola partium commissione agglutinari omnino non potest: Quando, quod dolet, plus aliquid affluere facit: atq; etiam, si, qđ affluit, pro iusto naturæ modo se habeat, attamen uires ipsæ partium, q̄ tum propter dolorem, tū etiam ex vulnere sunt imbecillæ, nec, quod iustum est, ferent, sed veluti ab iniusto grauabuntur. Atque hinc omnino superuacua sanies proueniet; mirum etiam, nisi & phlegmone. Iā verò, si
C etiam circa dolorem sanies in medio adductorum labrorum vlceris interuenerit: aut etiam locus quispiam medius interfuerit, qui sanie quidem sit vacuus, sed aere plenus: non potest eiusmodi vlcus sola dissidentium partium coniunctione glutinari: quādo & sanies iam vnionem dispescit, &, quæ coniungendis interueniunt loca vacua, interiorum laterum frontes prohibent se continere. Quare illæ saltem vlceris partes, vt coeant, ēt carne prius impleri naturæ opera postulant. Porrò hæ adeo planè sunt exiguæ, si modo diuisæ vlceris partes rite sint coniunctæ, vt vnius diei spatium desiderent, aut ad summum bidui. Hoc igitur tempore medicamēto opus est, quod particulam siccet, vt, & siqua sanies iam subsit, hanc consumat; &, siqua in vacua loca influxura est, hanc prohibeat. Nunc igitur medicamentum, quod carnem producat, & mediocriter siccet, rursus mihi ad memoriam reuocabis, vt intelligamus, sicciusne esse glutinatorium debeat, an secus. Sanè, quod carnem producit, si totum, qui confluit, sanguinem consumeret, ipsam materiā creādæ carnis sic adimeret: at glutinatorium aut omnino carnis generatione non eget, aut plane exigua: quare plus siccet, oportet, quam quod carnem producit. Ergo tum hac ratione tenui quadā differentia inter se dissident: tum verò altera nō parua, quatenus scilicet, quod carnem producit, statim etiam detergendi vim obtineat, oportet, quo non modo redundantiam humoris siccet,
D sed etiam sordem auferat: glutinatorium verò, nec detergeat, nec expurget, sed contra prorsus substantiam omnem in idem cogat. Cuiusmodi facultatem habent medicamenta ea, quæ austera & adstringentia vocantur: hæc nanque in idem cogendi, ac stipandi, non detergēdi, neq; purgandi facultatem habent. Quo fit, vt, vbi carni producendæ studemus, maxime cauendum sit a medicamento, quod adstringat, vtpote, quod sordem ulceribus arctius affigat, quam ut facile possit absolui. Vnum igitur omnis ulceris, qua ulcus est, optimum est medicamentum. Quod si nec illud, qua ulcus, sermoni sit adiectum, idem tamē, arbitror, intelliges: quippe recordationis tātum causa est additum, (ne quis obaudiat) non sicut necessarium aliquid definiens. Adeo, si memorē te eorum omnium, quæ in proximo libro sunt tradita † de rebus singulis tum nominandis, tū uero subiectis } præstiteris, nihil est, ꝙ talia tibi de cætero definiā. Illud tantum abunde mihi erit, si per singula eorum simplices affectus a compositis secernam. De quibus mihi non nihil prius est dictū, ac nunc nihilominus est dicendum, non adeo mehercle rei ipsius causa, quam ꝙ plerique medicorum dictione ipsa decepti, cauum & æquabile, recens & inueteratum, sordidum & purum, liberum phlegmone & phlegmone impeditum, putant differentias esse ulcerum. Necesse igitur est distinguere, quæ propriæ ulcerum differentiæ sint, & quæ aliorum affectuum comp e-

† Περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ὀνομαζομένων τε καὶ ὑποκειμένων πραγμάτων.

xiones. Verum hoc posterius paulo. Sanè solennis veteribus doctrina (quę vtinam nunc esset in E
vsu) maxime naturalis est. Quippe ij simplicis cuiusq; affectus propriam curationē dicunt, præ-
cipueq; omnium Hippocrates. Medendi nanq; methodus ad hunc modū bellissime procedet, si
de singulis simplicibus seorsum præceperimus: post deinde compositis oībus alteram aliquā me-
thodum indicauerimus. Veluti. n. si duo uere essent in victus rōne morbi, clausus & fluēs, {ideſt,
qui in retentionc, & fluore spectarentur, } cum seorsum vtriusque curationē dixissemus, de con-
iunctione amborum esset agendum, sicut Thessalus ipse censet: eodem, arbitror, mō, qm̄ vlcerū,
qua vlcera sunt, vna omnino est species: tum phlegmonarū, qua phlegmonæ sunt, altera itē spe-
cies vna est: oporteret, vbi seorsum vlceris, seorsum rursus phlegmones, curationem tradideris,
post deinde ambas in idem coniungere. Id igitur si fecerimus, omne profecto vlcus, tum siccari
debere, tum etiam adstringi, pro dicta iam methodo inueniemus, non tn̄ detergeri: cōtra, cauita
tē in carne siccari q̄dē postulare, & abstergeri, minime aūt adstringi. Quin ēt ad eūdē modū, quē
prius diximus in cauis vlceribus, nūc ad proportionē naturam corporis æstimabimus, mollis na,
ac † laxa sit, an dura, sicca, & * cōpacta. Si quidē prior, quāto est humidior, tanto medicamētis mi
nus siccantibus eget: Posterior, quatenus est siccior, eatenus rursum, quæ vehemētius siccēt, ma- F
gisque adstringant, desiderat. Empiricus. n. arbitror, hic quoq; pueros, & fœminas, & qui tenero
sunt corpore, memorabit, iuuenes, agricolas, & nautas his opponēs. Cæterum, cum non intelli-
git, ꝙ in pueris, & fœminis ꝓ ꝓ humiditatē tēperamēti eiusmodi medicamēta visa sūt cōducere,
rursus altera messoribus, ac nautis ꝓ ꝓ siccitatē cōuenire, nec cuiusq; corporis curationē exacte
cōijciet, nec erroris causam deprehēdet. Quo fit, vt nec intelligat, quēadmodum se ad potius trās
feret, vbi parum cessit ijs, quæ ꝓ experiētiam prius nouit. Hæc igitur summatim de glutinatorijs
medicamētis diximus. Hinc verò altera quædam methodus succedit, ad eorum præparationem
compositionemq; pertinēs. Siquidē cauo vlceri, quicquid volumus, statim applicamus, siue sic-
cum id, siue humidum medicamētum sit: licet. n. omni parti vlceris ea, tum inspergere, tum illini
re: at in vulneribus, quorum maior est profunditas, id nō licet: quippe, vbi semel oras cōiunxeris,
contingere, quæ in immo sunt diuisa, non possis. Considerandum igitur est non modo, an siccās A.li. 1. f.4.
adstringensq; modice medicamētum sit, verum etiam an peruenire ad imum valeat. Nam & ce- 28.83.c
russa, & lithargyrus siccant, adstringuntque modice, sed, si ea cineris ritu circa vulnus inspergas,
nihil proficies, neq; enim ad fundum peruenit medicamēti vis, quod ita fit siccum: humiditatem
igitur quandam desiderat, quo simile emplastici sit, vel etiam humidioris cuiusquam medicami- G
nis. Verum hæc operis eius, quod de medicamentorum compositione præcipit, propria specula-
tio est, non eius, quod de medendi ratione instituitur. Quòd si quid ea ad rem propositam indige
bimus, id procedente opere attingemus.

† βρυώδης. mu scosa. hac uoce utitur et pri- mo de simp. me dic. fac. 8. pro qua πυωειδὴς, purulenta, repo nēdū videba- tur. Sed sicut muscus laxū quiddā est, ī se cedēs, ita for- te, & citato lo co, & hic mus cosa, pro eo qđ laxa, & in se cedens, caro il la appellatur, quæ humidior est.

Quid differant glutinatoria medicamenta ab ijs, quæ cicatricem inducunt. CAP. 5.

NVnc ad vlcus, quod cicatrice induci postulat, reuertar: de quo paulo ante dixi, eius quoq; pri
mum, quo tenditur, finē ex eodem esse genere, cuius est, & caui. Quippe regignere aliquid
opus est, quod periit, non tm̄ vnire, quæ dissident: cæterum diuersa ratione hic gignere, quod de-
sit, q̄ in cauo: qn̄ illic sanguis, hic caro pro materia sit. Siquidem, quod cauum est, impletur ex gi-
gnēda carne, quæ ex sanguine ortum habet: at ad cicatricē perducitur, quod iam est impletum,
ex gignēda cute, quæ ex subiecta creatur carne. Cæterū caro eadē specie cū ea, quæ periit, gigni
in cauo vlcere potest: cutis talis omnino, qualis erat, quæ periit, prorsus restitui non pōt, sed simi
le quiddam cuti, & quod eius officium suppleat, pōt, non tn̄ planè cutis. Ac causa quidē, cur sicu H
ti caro adepsq; regignuntur, ita cutis, quæ prorsus perierit, regigni nequeat, ex naturalibus pro-
blematis est petēda, quēadmodum aūt, tum naturam, tū vsum cutis imitemur, hinc accipiēdum:
eiusq; rei methodum iā tradamus. Quoniā tegere carnē naturali aliquo tegumēto propositū est
(quippe ideſt ducere ad cicatricē vlcus) aut cutis nobis generanda est: aut summa caro cuti simi
lis efficiēda. Verū, vt cutis regeneretur, fieri omnino nequit: quod supereſt igitur, efficere est tētā
dum. At quæ igitur huius efficiēdi est ratio? Nēpe alteratio: quippe, vt carnis pars quæpiam non
amplius caro permaneat, sed veluti cutis euadat, postulamus. Quo pacto igitur (inquies) altera
bitur? Profecto alicuius alterantium qualitatum ope. Incidit. n. rursus hoc loco, vel nolētibus no
bis, de elemētis sermo: sine quo nec, quod cicatricem inducat, inuenire medicamētum licet, ne-
dum quod carnis producēdæ, aut agglutināndi facultatē habeat. Ergo, quoniam cutis carne ipsa,
tum siccior est, tum ēt dēsior, si carnē siccabimus, & adstringemus, cuti etiam persimilem redde-
mus. Habes medicamēti, quod cicatricem inducit, summam. Verum ea non satisfacit: nam et glu
tinatoria, tum siccabant, tum etiam adstringebant. Ergo, quo hæc ab illis distent, id, si ipsam re-
rum substantiam inspicias, inuenies. Nam, quoniam in glutinatione vlcerum siccandum, quod A.li. 1. f.4
affluit, est, quò videlicet affecta pars superuacuis vacet; in cicatrice ducenda non modo, quod af- t.28.83.c
fluit, verum etiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumēdus; multo profecto siccius,

quod

A quod cicatricẽ inducat,quam quod agglutinet,eſſe conueniet: quando glutinaturo vnũ id ꝓpoſitum eſt,vt eius,quod ſecũdũ naturã eſt,redũdãtiã cõſumat:q cicatricẽ inducet, nõ hoc mõ,verũ et vt ei †, q̃ ſecũdum naturam ſe hẽt,aliquid deradat. Galla igitur immatura hoc loco,& malicoriũ,†& Aegyptiæ ſpinæ fructus,modice ſiccantia pharmaca ſunt: Chalcitis,& æs vſtũ,& eris ſquama,& miſy,& fiſſum alumẽ,multo his ſunt valentiora,miſy q̃dẽ & chalcitis p̃cipue,mitior aũt æris ſquama,atq; ẽt hoc mitius æs vſtũ:q̃ ẽt ſi lauabis, vtiq; † minus mordẽs } medicamẽtũ habebis. Porrò hoc quoq; ad ſpeculationem de componẽdis medicamentis ꝓtinet,quæ ſanè medẽdi methodum ordine ſequitur. Nã medicamentorum facultates noſſe,id q̃dẽ medendi methodũ præcedit,tractatumq́; de his alibi eſt: compoſitio vero medicamentorum,medendi methodũ ſequitur. Quippe, vbi hæc vniuerſale p̃cepit, dico autem ſiccãdum,aut humectandũ,aut calfaciẽdum,aut refrigerandũ eſſe: tũ vel modice id faciendum eſſe,vel valẽter, vel leuiter: intelleximuſque cuiuſque ſimplicium medicamentorum facultatem,hancq́; per ſe ſeorſum ꝓpenſam: tũ profectò,quo pacto q̃s ea cõmode ad vſum miſcuerit,conſiderare cõueniet. Exiſtit igitur eo pacto duplex de medicamentis peritia,altera de eorum uiribus: altera de compoſitione ac præparatione. Verum ad id,quod ſupereſt methodi de vlceribus,redeundum eſt.

†humido addi tur in antiquis

† Antiquus addit, & balauſtia.

† ἀδηκτότατον, id eſt in antiquis. i. minime mordens.

B *De Methodo Vlcerum curandorum,quibus caro ſupercreſcit.* CAP. 6.

A.l.4.f.4.t.5. cap. 14. 475.a

SVpereſt" autem (vt arbitror) de ſupercreſcente carne dicere,quã h yperſarcoſin Græce vocat pleraque medicorum pars. Eſt porrò is quoq; morbus ex eo genere, q̃d in quantitate magnitudineve partium ſpectatur: licet enim, ꝓ arbitrio voces. Ex eodẽ genere & cauitas erat, de qua iam egimus. Ergo, veluti, quod vlcus cauum vocant, non vnum eſt vitium, ſed pariter & cauitas,& vlcus,quod ſupercreſcẽtẽ carnem habet,nõ vnus eſt morbus,ſed ſimul caro ſupercreſcẽs, & vlcus. Indicat autem magnitudo,quæ præter naturam eſt,primam indicationem,(quam veluti metam inueniẽdorum remediorum diximus,) ipſius ſcilicet exuperantis ablationem. At hæc ſola medicamentorum ope perficitur,non opera naturæ: videlicet cõtra, quam in carne reſtituẽda,aut glutinatione ſe habuit. Hæc enim naturæ ipſius ſunt opera,pharmacis tantum, quæ actioni eius obſtant,ſubmouentibus: at ſupercreſcentis carnis detractio, nullum quidem naturæ opus eſt,ſed medicamentis perficitur,quæ vehementer ſiccent. Porrò proxima ſunt eiuſmodi medica

A.l.4.f.4.t.3.c.3.472.a

menta tum ijs,quæ valenter detergent,tum iis,quæ cicatricem inducunt,ſic,vt non pauci" interim per errorem medicamentum,quod carnem minuit,vel pro eo quod ſordem deterget,vel ꝓ eo quod cicatricem inducit,accipiant: vt (ne ab exemplo noſtro recedamus,) miſy & chalcitim,

C ſi humidæ naturæ applicabis,potius carnem demere,quam cicatricem inducere, deprehendes. Vnde,ſi quando ijs vti ad cicatricem inducendam in aliorum penuria cogimur, parciſſime ipſis vtemur,ſummum tantum ſpecillum in ea ad exactiſſimum leuorem tunſa demittentes, ac poſt velut tenuiſſimum quendam pollinem partibus,quæ cicatrice induci poſtulant, imponentes; ꝓ ſi minuere,quæ ſupercreuere,ſtudemus,liberalius imponemus. Sane ærugo magis etiam,quam hæc,minuere carnem poteſt, ita, vt genus eorum,quæ cicatricem inducant, omnino ſit egreſſa. At,ſi illa etiam aduras,vt minus acria,ſic ad cicatricem inducendam reddes magis apta: ſi verò ẽt laues,adhuc fient mitiora. Meminiſti vero,arbitror,& tu eius, qui celebri illo viridi medicamento ſordidum vlcus citra rationem curabat,mel quidem ei admiſcens,multis autem deinceps diebus æque ſordidum reperiens: deinde inops conſilii,nec habens,quo ſe verteret (accidebat enim, vt non modo non purgaretur ſordes,ſed etiam vt de ſubiecta quoque carne non nihil vna detra

● heretur,& colliquaretur,propterea,quod medicamentum valentius, quam pro laborantis natura, erat,) plus deinde (vt erat egregius medicus) mellis aſſidue medicamento adiiciebat, quo videlicet adhuc valentius purgaret,ceu non ſatis id medicamentum prius adhibitum feciſſet. Eueniebat autem plane contra: quippe,quantum ille intendebat medicamenti acrimoniam, tan-

H tum caro ſubiecta colliquabatur. Quod vero in vlcere ex liquata carne ſordis apparuit, id medico,ceu medicamentum nihil efficeret,impoſuit. Atque huius quidem ignorantia etiam in diſcendi peritia erat,non ſolum in medendi methodo. Etenim,ſi quam maxime ſimiliter ſordidum {& humidum} ex vtroque medicamento vlcus deprehenditur,at certe cauitas maior ex valenti,&,quod colliquat,medicamento efficitur: quin etiam labijs prælatis,rubrumque, & phlegmone quodam modo affectum,vlcus cernitur. Aliquando vero mordicationem quoque manifeſtam ex huiuſmodi medicamento æger ſentit, Quod verò minus, quam par eſt,ſiccat,nec mordet,nec quicquam efficit eorum,quæ retuli. Patere autem & in his arbitror Empiricum,etiam ſi experientia quam maxime diſtincta diſcretaque vtatur,tranſire tamen,vbi quid non ceſſit, ad id quod expedit, artificioſe non poſſe, immo vni illi id licere,qui vera methodo (quam ipſe nunc inſtituo) medetur.

Quid differat ratione recta curare a curatione Methodicorum,ac Empiricorum. CAP. 7.

QVippe, quam Theſſalij iſti amethodi methodum profitentur, nomen duntaxat eſſe nudum intelligis,omnis effectus vacuum. Qui, cum tanta,tamque multiplex ſaltem methodus ſit in vlcere ſanando,neque Empiricorum diſcrimine ad inuenienda remedia ſunt vt ſi,neque

ſicut Dogmatici,ab ipſa rerum natura indicationem agendorum ſumpſerunt, ſed ſolum id,qđ E
nec vulgares lateat, ꝓponẽtes, nempe cauũ vlcus carne impleri poſtulare,plenum cicatrice in-
duci: quod carne ſupercreſcente luxuriat minui ſordidũ expurgari, †mundum vel cicatrice indu
ci, vel agglutinari:} vlcerũ curationis methodũ quandam explicaſſe ſe putãt: tm̃ ſcilicet abſunt,
vt intelligant humidioribus naturis minus ſiccantes medicinas conducere,ſiccioribus,quæ ma-
gis ſiccent. Ergo,quod in tota diſputatione noſtra manifeſte apparuit,id denuo reſumẽdum eſt,
vt & nos illi q̃ maximè ſimus attenti:& reliqui omnes,qui veterem methodũ corrumpunt,quã
tum aberrent,clarius intelligant. Incipiam verò ab eo vlcere,quod carne impleri poſtulat,vnum
id ꝓ exemplo ꝓponens,qñ etiam ꝓxime de eo ſermonẽ feci. Ab hoc,de omni ſimul in vniuer-
ſum curatione loquar. Ergo illud nõ ratione modo, verũ ẽt experiẽtia cõſiderãtibus apparuit,
non oẽm naturam eadem medicamenta requirere,ſed infirmiores mollioresq; mitiora, validio
res ſiccioresq; valentiora. Ita verò tum in ijs,quibus cicatrix inducebatur, ſe habebat:tum etiã,
quæ glutinatione egebant. Omnino.n.nullum vehementiũ pharmacorum ferunt molles natu-
ræ. In eiuſmodi verò ſermonis noſtri decurſu perſpicuũ planè fit,tum ægri naturam eſſe conſi-
derandam: tum cuiuſq; hominis propriam eſſe curationẽ:tum ſupra hæc illud tertium, nempe,
qm̃ cuiuſq; naturæ proprietas ineffabilis eſt,nec exactiſſima ſcientia comprehenſibilis,hunc eſſe F
optimũ cuiuſq; particularis ægritudinis medicũ,qui iam methodum quandam comparauit, ex
qua & dignoſcere naturas poſſit,& coniectura cõſequi,quæ ſint cuiusq; ꝓpria remedia. Porrò
exiſtimare cõem quandam eſſe oĩum hominum curationem, ſicuti ſtupidiſſimi methodici pu-
tant, extremæ eſt dementiæ. Atqui illi ob id ſtata eſſe putant omnia medicinæartis theore-
mata,hoc eſt eiuſmodi eſſe,quæ ſcientes homines faciant, firmamq; ſui notitiam præſtent: †ip-
ſorumq; artem,notitiã quandam eſſe} cõmunitatum,non proprietatum,tanq̃ cõem & genera-
lem hominẽ,non particulares curarẽt. Ergo,ſicuti in alijs omnibus ſtatim inter initia ſunt lapſi,
ſic in hoc quoque. Siquidem curatur non homo cõmunis & generalis,ſed noſtrum quiſq;, alius
videlicet aliud temperamentum naturamque obtinens. Hi vero vnam eſſe omnium hominum
curationem exiſtimant. Ego contra,ſi cuiuſq; priuatim naturam explorare ad vnguem ſcirem,
vtique,qualem fuiſſe Aeſculapium mente concipio,talem me eſſe putarem:ſed,quoniam id fie-
ri non põt,certe vt,quoad homini licet, q̃ proxime accedam,tum ipſe me exercere decreui,tum
alios,vt idem faciant,adhortor. Ac conantur quidem,quantum poſſunt & Empirici,vt a cõmu-
nibus ſecedere,ita proprius ad ea,quæ propria ſunt,accedere:verum,quantũ hi quoque ab eius
rei perfectione abſint,ſupra eſt dictum. Non enim hæc in pueris,vel mulieribus,vel ſenibus, vel G
mollem carnem albamque habentibus,aliaq; id genus,pro certis diſcretionibus (ſicuti illis pla-
cet) ſunt ponenda,immo quemadmodum in humore & ſiccitate corpus ſe habeat. Ac Empiri-
cos quidem medicos,tum ob alia multa,tum ob id probare maxime conuenit,ꝓ accedere,quã-
tum licet,ad ægri proprietatẽ conantur. Poſt enim reliquas diſcretiones omnes, quas adhibẽt,
etiam,quæ a conſuetudine ſumitur,adijciunt,tanquam hinc remediorum,quæ ægro magis ſint
propria,compotes futuri. Dicetur autem à nobis in ſequentibus de conſuetudine fuſius, vbi ꝓ
cognoſcenda proprietate laborantis naturæ,etiam diſcrimen a conſuetudine priſcis inuentum
eſſe probabimus. Hanc itaque cum reliquis Empirici recipiunt,& præter hãc, ipſum etiam me
dicum,qui ſæpe ægrum inuiſit,quam eum,qui non viderit,commodius curaturum aiunt. Po-
ſtea tamẽ,cum hæc omnia adiecerint,ſtabilẽ ſe atque ſcientificam habere notitiam propriæ cu-
rationis ægri adhuc non dicunt. At verò impudẽtiſſimus Teſſalus illud modo vnum intelligẽs,
quòd cauum vlcus ſit implendum, conſtantia tamen & firma dicit eſſe medicinæ theoremata:
quanquam hoc ſaltem omnes (vt ante iam dictum eſt)homines ſciunt, non ij modo, qui nunc
ſunt.poſtquam Theſſalus iſte,alter videlicet Aeſculapius,in lucem hominum venit,ſed ẽt, arbi-
tror,qui ante Deucalionẽ,& Phoroneum fuerunt,ſi modo hi rationales erant. Immo verò præ H
ter hoc,quod carne eſſe implendum cauum vlcus nouerunt,etiam illud non ignorarũt, qui me-
dicamẽta noſſet,quæ tale vlcus carne implerẽt,hunc medicum eſſe. Atque hæc ſi per experien-
tiam ſunt inuenta,conſtat Empirice nobis eſſe curandum: ſin ratione inuenta ſunt,logicè: non
enim profectò aliud inuenit,alio autem nunc commode vtetur. Verum de eo nobis cum Empi
ricis lis eſt. Quod autem dicere cœperam, vera ipſa medicina de laborantis natura coniecturam
fecit. Nominat,arbitror,id vulgus medicorum græce Idioſyncraſian:omnesque id incompre-
henſibile fatẽtur,ideoq; ipſam veram medicinæ artem Aeſculapio Apollinique concedunt. Pen
det porrò omnis hæc ratio ex duplici principio,Empiricis,obſeruatoribusq; ab ijs,quæ manife-
ſtè apparent: Logicis autẽ,ab ipſis elemẽtis. Nam, quòd alij aliud medicamẽtum profit, ẽt pueri
iam ferme ſciunt:& ratio pariter,quæ ab elemẽtis ducitur,id confirmat. Si nanque quindecim
differentias in hominum tẽperamẽtis ex minoris in ijs:maiorisq; ratione, idque in humida tan-
tum natura ſtatuas,neceſſe profectò eſt,medicamentorum ẽt,quibus ſis vſurus,quindecim diffe
rẽtias noueris:quarum aliæ magis,aliæ minus ſiccẽt,quo nimirum, quod cuiq; naturæ cõgruat,
inuenies. Quòd ſi etiam in ſicciore natura alijs quindecim poſitis, ad has quoque pari mo-

do alia

†Codices Græ ci legunt,mun dũ cicatrice in duci,recẽs ag glutinari.

†Ita leguntan tiqui cod. vt Li nacer, ſ. εἶναι τε τὴν τέχνην αὐτῶν γνῶσιν τινὰ, &c. impreſſi autẽ vice verſa. εἶναι τὴν γνῶσιν αὐτῶν τέχνην τινά. i. ipſorũq; notitiam, artẽ quandam eſſe.

A do alio quindecim medicamenta requiras, habebis in totũ triginta medicamẽta, q̃ triginta naturis cõuenient: q̃bus vti is demũ ſolus cõmode poterit, qui in corporũ temperamẽtis diligẽter ſe exercuerit. Nunquid igitur, ſi totũ corpus tẽperamẽto ſit ſicciore, ab iis, q̃ magis ſiccent, medicinis iuuabitur: ſi verò pars quæpiam eius cæteris partibus natura ſit ſiccior, q̃ minus ſiccent, requiret? An liquido patet hic quoq;, quæ pars ſiccius temperamentũ obtinuit, hanc ẽt, quę magis ſiccent, poſtulare: quæ humidius ſit ſortita, minus ſiccantia? Atq; hoc totũ prætermittunt amethodi iſti Theſſalij, qui vnam omni particulæ congruere medicinã putant. Empirici autẽ, quantum in hoc Theſſalios iſtos Methodicos ſuperant, tm̃ à veris Methodicis Logicisq; ſuperantur. Habent enim profectò illi quoq;, ab ipſo ſcilicet vſu edocti, aliud medicamentum ad ea vlcera, quę in oculis accidunt: aliud ad ea, quæ in auribus, aut articulis, aut carnibus, aut ſola cute. Cæterũ, q̃ nec in iis ſe transferre ad aliud poſſint, ex ijs, quæ ſupra diximus, facile patet.

Quo pacto in curandis, ulceribus, corporum temperiei, aeris q̃, ac partium naturæ, ratio ſit habenda. CAP. 8.

QVoniam autem, & de his ſatis iam dictum eſt, rurſus ad diſputationis initium reuertamur: miſceamusq; vlceri omnes, qui ſimul cum ipſo incidunt, affectus, ab intemperie primũ orſi.
B Si enim exulcerata caro, vel prius etiam ex quauis occaſione, vel ipſo vlcerationis tẽpore, iuſto calidior frigidiorue eſt effecta, vtiq; medelam exigit, quæ non modo moderate ſiccet, ſed etiã in tantum calfaciat, refrigeretve, in quantum ſubiecta caro à naturali ſuo habitu receſſit: cum fieri non poſſit, vt in vlcere, vel carnis ꝓductio, vel ſinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio recte vnq̃ cedat, niſi ſubiecta caro ꝓ naturali modo ſe habeat, nec fruſtra dictum ſupra eſt, hæc oĩa naturæ eſſe opera: purgari tñ ſordida, minuiq; ſupercreſcentia, ẽt carne naturalẽ ſtatum non ſeruante, poſſunt, ꝓpterea, q̃ tantum hæc medicamentorũ ſunt opera. Quocirca legitimi vlceratarum partiũ tẽperamẽti, quoties eas, vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere ſtudes, maior tibi ſolicitudo erit. Seruari nanq; debebunt naturæ motus, quos cõprehenſorum ſingula comitantur. At aliàs non ſeruabuntur, niſi ꝓrſus ſe pro naturæ ſuæ rõne pars habeat. Veluti igitur, ſi phlegmone cum vlcere vna eſſet, prius, q̃ hæc diſcuſſa ſit, nemo id vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere tentarit: ad eundem, arbitror, modum ẽt, ſi ſine phlegmone ſola ſubſit intemperies, nullum horum fore prius ſperabimus, q̃ illa ſit ſanata. Rurſus igitur hinc indicatio quædã ad medicamentorum, quæ ſuperius cõprehenſa ſunt, inuentionem oritur: quippe omnia ea ſiccantia erant, ſed diſſidebãt inter ſe pro intenſionis remiſſionisq;
C modo. Cæterum definitum antea non eſt, quatenus in calefaciendo frigefaciendoq; ſe haberẽt: ſed methodus hoc quoq; inueſtigare quodãmodo cogit: Non enim tm̃, an ſiccet, ſed an etiã nõ valde calefaciat, aut refrigeret, expendi oportet. Ergo altercum, & mandragoram, & * meconiũ, ceu ſupra modũ refrigerantia, fugies, tametſi ſiccant ea quoq;, quantum ſit vlceri ex vſu. Reſina verò, & pix, & aſphaltus quanq̃ modice ſiccãt, tñ immodice ſunt calida: ideoq; eis nemo utetur ſolis, nec aliter, niſi cum leniter refrigerãtibus admiſtis vnũ ex omnibus medicamentum fecerit, quod ſit temperatum. Si igitur hæc ita ſe habent, ſicuti ꝓfectò habent, inſpici ẽt cõueniet & circundantis nos aeris temperiem. Siquidẽ, veluti medicamentum quoddam, is quoq; corporibus noſtris forinſecus incidens, vbi immodicus calore, vel frigore eſt, ſanationem moratur. Danda igitur opera eſt, vt medicamenta eius exceſſui occurrant. Ideoque Hippocrates in calidioribus anni tẽporibus, ijs, quibus frigidior facultas ſit, medicamentis vtitur, calidioribus aũt per frigidiora. Non ignoras ꝓfectò hic quoq; ex ſtupidis Methodicis quendã fateri, quo pacto in calore, & frigore ſe habeat, qui ægrum continet, aerem ſe inſpicere, non tñ anni tẽpora inſpici permittere: quaſi nomina ipſa temporũ anni profint obſintve, non eorum temperamenti ratio: aut non huius cauſa veteres medici ad ea reſpexerint. Verũ, ꝙ, qui certa methodo curare vlcus debet, huic
D neceſſe ſit, tum ad prima elementa vel maxime venire, tum anni tempora, & corporum temperamenta non in toto modo, verum ẽt in ſingulis partibus conſiderare, abunde monſtratũ reor: Rurſus verò repetendum hoc ẽt loco eſt, quod prius diximus in indicatione, quæ à ſicco humidoq; ſumitur. Nam, ſicuti in illis humidior natura humidiora, ſiccior ſicciora medicamenta exigebat: ita nunc calidior calidiora, frigidior frigidiora requirere, contrariam ſcilicet ſemper ijs, quæ præter naturam, & ijs, quæ ſecundum naturam ſunt, indicationem præſtãtibus: quippe quæ ſecundum naturam ſunt, ſimilium ſibi indicatiua ſunt: quæ præter naturam, contrariorum, ſi modo illa ſeruari, hæc ſubmoueri neceſſe eſt.

De curando vlcere cur indicationes contrariæ inuicem extiterint, ac de triplici fonte indicationum curatiuarum. CAP. 9.

AC, quòd tum corporum tẽperies, tum anni tempora, tum partium naturæ, conſideranda illi ſint, qui probe vlcus ſit ſanaturus, clare me docuiſſe exiſtimo: ad hæc, ꝙ prima quidẽ medicationis indicati o à ſolo ſumatur affectu, remedia tamẽ inde inueniri non poſſe, niſi prius ad corporũ elementa ſit aſcenſum, & ægri temperamentũ perpenſum, non corporis modo vniuerſi, ſed ẽt afflictæ particulæ, cum hoc quoq; ambientis temperie æſtimata: quæ vtiq; cum ad * præſentes

A.l.4.f.4.t.3.c.3.fol.472.h

Antiqui cod. legũt μικκὸν ἕτερον. ipreſſi καὶ ἕτερον. i. cicutam.

* ἔστ. δὲ ἡμᾶς.

sentes status, tum verò regiones extenditur. Quòd autẽ contrariæ subinde in vna curatione indi- E
cationes sint, atq; has quẽadmodũ tractare conueniat, latius quidẽ dicetur in sequẽtibus: non tñ
alienum sit nũc quoq; paucis de ipsis egisse. Etenim, quòd ægri temperamentũ sit humidius, par
ticula ipsa, q̃ laborat, siccior: aut cõtra, ꝙ hæc sit humidior, totius tẽperamẽtũ siccius, mirandum
non arbitror: pari modo in calore, & frigore, ꝙ contrario temperamento sit pars, cum toto. Ve-
luti igitur, si totũ corpus medio tẽperamento esset, (qđ esse optimũ docuimus) nihil planè, quan-
tũ ad laborantis naturã attineret, in medicamentis nouaremus: ita, vbi vel siccius, uel humidius,
vel calidius, vel frigidius iusto cernitur, eatenus intendere vires medicamẽtorũ oportet, quate-
uus corpus ad naturalẽ intẽperiẽ est versũ. Nõ enim, arbitror, excidit nobis, q̃ naturalis intempe
ries sit, & q̃ ꝑter naturã: dictũ. n. de ipsis est in alijs, ac præcipuè in libro, ꝙ de inæquali intẽpera-
mẽto est inscriptus. Pone igitur totũ laborantis corporis tẽperamẽtũ humidius esse, eoq; medi-
camẽta desiderare, q̃ minus siccent: ipsam verò ægrã particulã ex earum numero esse, q̃ sicciores
sint, (qualia esse diximus, quæ minus sunt carnosa, cuius generis sunt, quæ circa digitos, & articu-
los habentur; præterea, quæ circa aures, & nasum, & oculos, & dentes, sunt: ac, ut semel dicam,
vbi crebræ cartilagines, & membranulæ, & ligamenta, & ossa, & nerui sunt, adeps verò, & caro, F
vel omnino nulla est, vel perquam exigua,) diuersa in his est ea, quæ à patiente particula acci-
pitur indicatio, ab ea, quæ ex ægri sumitur natura. Quare, si, quanto ægri temperamentum iusto
est humidius, tanto particula iusto sit siccior, nec adijciendum, nec detrahendum pharmaco quic
quam est, sed tale adhibendum, quale, si vlcus in medij temperamenti particula corporis media-
criter tẽperati cõsisteret, adhiberemus: Sin siccior debito particula magis fuerit, quàm corporis
temperamentum iusto est humidius, vtiq; in tantum intẽdi siccitatem medicamenti conueniet,
quantum particulæ temperamentum totius temperamẽtum excedit: veluti, si quatuor numeris
sit exulcerata pars medio temperamento siccior, ægri natura gradibus tribus humidior, mani-
festum est particulam, quæ nunc exulcerata est, siccius vno gradu desideraturam medicamen-
tum, quàm quæ pars sit temperata. Quòd autem hæc omnia coniectura sint accipienda, tum ꝙ
optime conijcere poterit, qui in ratiocinando de his sit exercitatus, liquido patet. Ac in talibus
quidem omnibus contrariæ subinde indicationes vno tempore fiunt: neq; enim est, quòd de in-
dicationibus, q̃ à calido, & frigido sumuntur, etiamnum dicam, vtpote, quæ ad proportionem di
ctorum intelligi possunt: In alijs verò, etiam temporibus †quibus perficiendæ sunt, } indicatio- G
†Al. ὠθὺς, id est statim. nes separantur: oportetq; in principio præsertim curationis alteram cessare, alteram officio fun-
gi: Sicut, exempli causa, cum vlcus cauum simul sit, & admodum sordidum: quippe affectus præ
ter naturam in hoc triplex est, vlcus, cauitas, & sordes. Ordo" vero sanationis a sorde expurgan- A.l.4.f.4.c.
da ordietur. quòd videlicet nec glutinari quicquam, nec carne impleri potest prius, quàm purũ 3.c.2.f.46 b
fuerit. Secundum locum exiget cauitatis sanatio. Si nanq; vel glutinabimus, vel cicatricem in-
ducemus, vel (vt summatim dicam) curabimus vlcus, cauitate implere nõ poterimus. Pone ergo
non solum tria hæc particulam obsidere, sed etiam phlegmonem, vel erysipelas, uel gangrænã,
vel intemperiem aliquam simplicem, compositam ve: num nam hic manifestũ est, quòd, nisi qs
illam prius sanauerit, implere carne cauum vlcus non poterit? Quippe dictum supra est carnis
generationem ex sana, quæ subiecta sit, ortum habere: ex ea verò, quam phlegmone premit, &
intemperata, & vno verbo ægrota, caro gigni noua nõ potest. Ergo in omnibus eiusmodi com-
plexionibus triplex tibi propositus finis erit, vnus veluti à causis sumptus, eius, quod post futu-
rum est: alter, ut quod rationem obtinet eius, sine quo non: tertius eius, quod veluti accelerantiũ
& vrgentium nominatur. Siquidem iusta subiectæ carnis temperies, causæ rationem habet, ut q̃
concrescere secum, quod vlceratum est, faciat, & cauitatẽ impleat: Puritas vlceris rationem eius, H
†Al. ex cod. impressis græcis, verti pot Habet autẽ, & ulcus ad cauitatem rationem eius sine quo non quando, si ulcus inductũ cicatrice fuerit, nõ amplius cauitas, impleri carne potest.
sine quo non: atq; hanc sordes interpellans, curationẽ moratur. † Habet verò, & ipsa cauitas ad
vlcus rationem eius, sine quo non: quando, nisi cauitas prius impleta sit, induci cicatrice vlcus
non possit. } Ergo, si ad hæc respexeris, ordinẽ sanationis inuenies, veluti, si phlegmone, & caui-
tas, & vlcus, & sordes, simul in eadem particula constiterint, primum phlegmonem, secundo lo-
co sordem, tertio cauitatem esse sanandam, & quarto vlcus. Ac in iam dictis quidem, tum ordo,
tum agendorum inuentio ex his sumitur. Vrgentis verò *indicatio inter ista nõ habetur: in aliis
autem habetur. Nam affectus, unde primum maximeq; imminet homini periculum, hic primus
curari debebit: Interim verò non primus modo, verum etiam solus, veluti si puncto musculi ca-
pite, conuulsio, quæ nulla conuenientium medicamentorum vi remittatur, supueniat: quippe
præciso per trasuersum toto musculo conuulsionem quidem sanaueris, aliquem tamẽ ex par-
ticulæ motibus vitiaueris. Ad eundem modum, cum è vena, uel arteria sanguis immodice pro-
fluit, si totum uas per transuersum præcideris, vlcus quidem eius sanare postea non poteris, pe-
riculum tamen, quod ex profluuio sanguis impendebat, sustuleris. Iam neruum punctum sæ-
pe cogimur transuersum præcidere, quoties vel conuulsiones, vel deliria, uel ambo, magna
ægreque sanabilia superuenire vulnerationi cernimus. Pari modo, vbi luxatio, cum vlcere in a-
liquo maiorum articulorum incidit, vlcus sanamus, luxationem autem insanatã relinquimus:

quando

A quando,ſi hanc quoq; ſanare conemur, conuulſiones omnino ſequẽtur. Tertiius itaq; propoſitus medendi finis is eſt, qui ad id,quod vrget,dirigitur, diuerſus nimirũ à duobus illis modis dictis. Neq; enim idẽ eſt,aliquid vel vt cauſam cõſiderare: vel ut id quod rationem obtinet eius, ſine quo non:vel vt id,quod vrget. Sed & quod vrget,tum eiuſmodi interdũ eſſe,ut alium inſanabilem affectum reliquat,dictum iam eſt: tum verò affectum ipſum nonnunq̃ à nobis ipſis induci partim in neruo puncto,vel tendone,vel uaſorũ cuiuſq; ſanguinis profuſione,partim in muſculo,cuius caput eſt vulneratum. Nam,vbi luxatio cum vlcere vna conſiſtit, nõ ipſi affectum facimus,ſed tantum eum,qui factus eſt,non ſanamus. Dicetur verò de his accuratius in ſequentibus.

De proprijs ulcerum differentijs,ac quæ ex ipſis indicationes præbeant. CAP. 10.

IN præſentia nanque redire ad proprias vlcerum differentias placet, ac propoſitũ ſermonem breuiter complecti, quò, ſiqua ex his etiam indicatio remediorum ſit reliqua,eam nõ prætermittamus. Ergo" phlegmone laborant,& putreſcens vlcus,& quod exeditur,& quod gãgræna, & qđ eryſipelate affligitur,& canceroſum,& dolens,& indolens,quæq; alia id genus veluti vlcerũ differentias loquuntur,ſiquis Empiricã curationẽ prodens,† nec aliud cogitãs}pertractet,nõ eſt cum eo contendendũ,ſi vlcerũ ea differentias nominat,millies enim dictũ eſt,nõ oportere de nominibus contendere: Sin tãq̃ artificioſum aliquid de indicationibus hinc dicturus, docendus eſt oẽs iã dictos affectus compoſitos eſſe:alias verò eſſe differentias ſimplicis ſoliusq; vlceris,& cui nullus alius adiũctus ſit affectus. Nã ſi,ab acuto aliquo facta tm̃ diuiſione,forma eius,qđ vulnerauit,parti diuiſæ impreſſa eſt,exiſtent profectò ſic multæ vlcerũ differentiæ,obliquorũ,rectorũ,pãpini modo retortorũ,hami ritu vncorũ,aut aliter quoq; mõ ſe habentiũ. Atq; hæ quidẽ differentiæ oẽs à figura ſunt: A magnitudine rurſus ,p maioris minorisq; rõne mille aliæ:nã & magnũ,& paruũ,& maius,& minus vlcus vlcere,tũ dicitur,tũ verò eſt:quin ẽt breue,& longũ,in sũmo reſidens,& in profundum penetrans. Atq; in ſingulis horũ,tum quod magis tale, minusque eſt, ſiue in ſpatij,ſiue magnitudinis,ſiue quantitatis, ſiue quocunque modo appellaſſe libet,dria. Quòd ſi hæc ita ſe habent,omnino profecto,& æquale vlcus, & inæquale, penes diuiſionis profunditatem,erit. Quippe diffiſſo,ſi ita ſors tulit, per longitudinem ſemore, poteſt ſuperior diuiſionis pars alte deſcendere,inferior in ſummo corpore hærere:aut contra,in ſummo eſſe, quæ ſuperior eſt,profunda, quæ inferior. Iam illa quoque, nẽpe*diruptum aliqua ex parte, aut ex toto fuiſſe:& inciſum fuiſſe:& vbi,quod vulnerauit,oblique ſub cutẽ ſe dedit,alteram vlceris partem in conſpectu eſſe,alteram ſub cute latere,idq; vel ex ſupernis partibus eſſe vel infernis,uel lateralibus:omnia hæc vlceris differentiæ ſunt. Ab ipſo tempore rurſus aliæ vlcerum differentiæ ſumuntur,*cruentum,recens: exigui temporis, & diuturnum. Atque in omnibus his ipſa maioris minorisque ratio numeroſa eſt. Atque ab ipſa vlceris natura hæ differentiæ ſumuntur,maxime quidem propriæ, quæ à ſubſtantia rei capiuntur: nempe, quæ à figura ducuntur, & à diuiſionis magnitudine,idque vel in longitudine, vel in altitudine, uel in ambabus dimenſionibus:præterea æqualitate in his, & inæqualitate: Extrinſecus verò accidentes, & quæ ſcilicet rationem obtinent eius, ſine quo non:tum à tempore, in quo factum vlcus eſt,ita enim aliud recẽs,aliud uetus vocatur:tum ex eo,quòd totum parsve conſpectum fugit,vel cõſpiciendum ſe præbet: Iam verò,& à generationis ratione,eo,quòd totum ſit inciſum,vel totum*diruptum:vel pars inciſa, pars*dirupta. Quòd ſi,quæ à loco quoque,in quo eſt ulcus,differẽtias cenſeas, veluti ſi finis muſculi,vel principium muſculi,uel medium muſculi,vel cutis ſit, quod vlceratum eſt,vel iecur,uẽterve ſit,in quo vlcus conſiſtit: fuerint profecto & ipſæ vlcerum differentiæ,non vtiq; à propria ipſorum natura,ſed à locis,in quibus cõſiſtunt, deſumptæ. At,cum phlegmone quis obſeſſum vlcus dicit, aut ſupercreſcente carne preſſum,aut cauum: deinde ſimiles vlceris differentias dixiſſe ſe ijs, quas modo retuli, putat: hunc neceſſe eſt in medendi methodo falli. Quippe græce φλεγμᾶινον ἕλκος ex formula dictionis ſimilem habet interpretationis figuram cum paruo vlcere:cæterum,quod ſignificatur, ſimile non eſt. Siquidem profundum,aut ſummotenus factum, cum de vlcere dicimus,propriam eius differentiam oſtendimus:φλεγμᾶινον verò omnino vlceris differentia non eſt: cum poſſit phlegmone pars affici, etiam vbi vlcus non ſit. Quo fieri arbitror, vt hic immutare dictionem liceat. Si enim accidiſſe alicui vlcus, cum phlegmone dixeris,,ppius ad rei naturam,& clarius interpretatus ſis: non autem ſi alij cum magnitudine, alij cum paruitate factum dicas:quippe cum & magis ex natura rei, & clarius loquare, ſi huic magnum accidiſſe vlcus,illiparuum dixeris. Adeo,ſi fieri poſſit,ut mutata dictio, & rei naturæ conuenientior, & audituris clarior ſit,committendũ non eſt,quo minus id fiat. Quippe caput ad effugiendam in rebus deceptionem eſt,ut definita locutione utare. Quãnã igitur in talibus methodum ſtatuamus? etenim tradenda quæpiã præceptio eſt,ac veluti ſcopus, quo ſemper intentis diſcernere ſtatim liceat,differentiam ne alicuius affectus dixerit quis,an alterius affectus complexum. Eſto igitur tibi diſcrimen hoc:Quod conſiſtere ſeorſum, & per ſe põt, id nullius vnquam alterius fuerit differentia. Ergo magnitudo, paruitas,æqualitas, inęquabilitas,tempus,& figura,ex eorum numero ſunt,quæ alijs accidũt:vlcus vero,& phlegmone,gãgręna,& putredo,ſingula ſeorſum, & per

ſe

A.4.f.4.t. 3.c.1.fol. 471.c

† ἀλλως.i.aliter.

* διεσπᾶσθαι .i. diuulſum.

* Pro ἐναιμον legendum, παλαιὸν.i. uetuſtum.ut paucis poſt lineis indicatur.

se consistere possunt. Sunt nanq; corporis nostri affectus quidam præter naturam, minime ea, q̃ E
affectibus necessario accidunt. Quippe omnibus his necessario accidit, ut vel parua sint, vel magna, vel æquabilia, vel inæquabilia, vel recentia, vel inueterata, vel euidenter appareant, vel cõdantur nec videantur: phlegmone verò affici, ex ijs, quæ vlceri accidunt, non est, veluti nec putrescere, nec gangræna tentari: sunt enim hæc oĩa ex morborum genere, siquidem affectus præter naturam sunt, & actionem vitiant. Alio rursus modo vlcus crucians, & vlcus sordidum, ceu quædam vlceris differentiæ dicuntur: cæterum compositum quippiam hic quoq; indicatur, sed diuersa ratione, quàm vt phlegmone tentatum, aut putrescens vlcus dicebatur: quippe hic affectus sunt phlegmone, & putredo: illic dolor, & sordes ex symptomatũ sunt genere. Pari modo, & cum dr̃ cacochymõ vlcus, id est vitioso succo obsessum, aut fluxione vexatum, aut arrosum, causa cum affectu copulatur. Manifestum q̃; ex talibus est, methodi eius, quæ de medendo instituitur, primos, ac simplices, sineq̃; vlla compositione morbos, veluti elementa quę dã esse. Quos magis in commentariis, qui de morborum differentijs sunt scripti, omnes eos enumerauimus. Sanè nihil referat, primos, an simplices dixeris: quando quod primum est, simplex est: & quod simplex, primum, †ideoque etiam elemẽtare. Indicatio vero curationis } ex differẽtijs fit, sed nõ omnibus. Nam recens, vetusve vlcus nihil indicat: quanquam indicare videtur nonnullis: sed hi se- F
ipsos fallunt non aliter, quàm in ijs, quę ad victus rationem spectant, cum aliam initij, aliam incrementi, aliã summi vigoris, aliam remissionis, indicationem esse dicũt. De quibus latius in sequentibus dicturus, non est, q̃ nunc sim verbosior: verum, quod tantum ad rem præsentem sit satis, id adiiciam. Recens ulcus, cum omnino ab altero quolibet affectu est liberũ, nec symptoma ullum habet adiunctum, aliam putant indicare curationem, quàm vetus. Id verò non ita se habet. Siquidem, quod vlcus tantum est, {nec quicquam aliud, } (est porrò eiusmodi, cui nec cauitas adest, nec dolor, nec sordes, quodque & omni alio affectu est liberum) ipsam tantum vlceris sanationem desiderat: cuius utique propositus finis, uel vnitio, uel agglutinatio, uel coitio, vel continuatio est: quippe millies diximus licere, appelles, ut lubet, modo rei nihil mutes. Eiusmodi igitur vlcus, siue recens, siue antiquum sit, eandem semper curationem requirit, nihil planè proprium indicante discrimine eo, quòd à tempore sumitur. At, si cauitatem alte recõditam sub cute habet, considerare oportet, vtrum ea in superiore parte sit ita, ut sanies ex ea prona effluat: an in inferiore sic, ut illic sistatur. Eius igitur, cui effluxus patet, eadẽ, quæ aliorum, curatio est: cui non est, huic ipsi moliamur effluxum quẽdam, oportet. Eius duplex ratio est, alias tota cauitate defecta, aliàs in fundo tantum aperta. Quando verò harum alterutra sit ineunda, docebit tum locorum G
ipsa natura, tum verò vlceris magnitudo. Si nãque, & loca ipsa periculosam sectionem faciãt, & vlcus magnum fuerit, in fundo aperire magis expedit: sin contra se habet, perscindere præstat. Deligatio verò eius incipiat quidem superne, sed finiatur infra, ubi scilicet patet effluxus. Quòd autem differentia ea vlcerum, quæ a vulneratis omnibus particulis sumitur, ad indicandam curationem sit maxime opportuna, id in superioribus est dictum: verum ea quidem, ut similarium, hæc autem, cuius nunc memini, ut instrumentalium est indicatio. Sanè dicetur de ea, quæ vel vt similarium corporum, vel ut instrumentalium indicatio est, in sequentibus uberius. Nunc ad proprias ulcerum differentias est redeundum, ac de ipso, seu transuersum sit, seu rectum seu profundum, seu in summo corpore, seu paruum, seu magnum, definiendum. Transuersa "nanque ulcera, eo, q̃ labra eorum magis diffident, absuntque à sese, coniungi diligentius postulant: ideoque, tum futuris, tum fibulis in his vtendum. Quæ verò per longitudinem musculorum sunt facta, hæc si à duplici initio deliges, nec futuris nec fibulis egebis. Sin aliter deligare placebit, †vel fibulis, vel futuris vtere: sufficient autem, pauciſſimæ omnino futuræ. Et magna quidem vlcera, si recte ea, quæ prius dicta sunt, meministi, ijs, quæ ualentius siccent, medicamentis curabis: parua verò, vel quæ moderate siccent abundè sanauerint. Profunda verò vlcera, omnino etiam magna sunt, voluntque, tum a duobus initijs deligari, tum verò nec labra sua præpropere glutinari: At, quæ profunda multum longaq̃; sunt, ut duplici ratione sunt magna, sic duplicem quoque indicationem præstant; itaque, & quæ valenter siccent, postulant, & ne immature labra coniũgas, & ut à duobus initijs deliges, & vt altis futuris consuas. Ad eundem modum, & si multæ simul differentiæ coierint, quarum sua cuique sit indicatio, si quidem inter se minime pugnent, omnibus uti maxime expedit: sin aliquatenus secum pugnent, quemadmodum distinguere de talibus oportebit, dictum quidem alicubi in præcedentibus est, locupletius tamen dicetur in sequentibus. Nunc enim finiendus hoc loco tertius hic liber videtur. In quarto, qui sequetur, de ijs affectibus, qui vlcera comitari plurimum solent, disceptatio erit. Tradentur autem, cum his etiã internarum causarum curationes.

A l.4.f.4.t.1.c.3.f.463.3

H

† Multi codi. græci legunt, ut Linacer uertit. nõnulli tamẽ sũt, qui habent ὥστε καὶ τὸ ἰσχνὸν δηλοῖ ἔνδειξις ἰάσεως i. quare, & elementaris indicatio curationis. Melior tñ uidetur Linacri Lectio.

† In eodice uetusto legitur tantum, ἢ ἀγκτῖρες ἀρκέσουσιν, ἢ ἑλάχιστα aut fibulæ sufficient, aut minimæ omnino futuræ.

GALENI

GALE. METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDS
LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Methodum tradit, qua Maligna vlcera, quæ Græci Cacoethe dicunt, curentur.

Quot sint species solutæ vnitatis, ac quæ differentiæ vlcerum ægre sanabilium. CAP. I.

B VNum esse morborum genus, ipsam quoq; continuitatem solutam diximus. Hęc in omnibus animalis partibus incidit: non tñ vnũ nomen in omnibus sortitur. Quippe, quæ in carnosa parte, Vlcus: in osse, Fractura (Græcis Catagma) dicitur: in neruo, Conuulsio, Græci Spasma vocãt. Eiusdẽ generis sunt, & quæ Græci † Apospasma, & Rhegma, & Thlasma dicunt: illud in ligamentis: hæc in vasis musculisque ex violento ictu, vel graui casu, vel alio quopiam valẽte motu excitata. Quæ verò Ecchymosis græce dicitur, plurimum vnà cum contusione ruptioneque incidit. Fit autem aliquando & ex oris vasorum apertione, q̃ Anastomosin vocant, & ex ea, quæ à nonnullis Diapedesis dicitur, †aliud vtiq; tunc solutæ continuitatis* genus. Iam vero, & ex erosione, q̃ Anabrosin græce vocant, solnitur interim in animalis partibus cõtinuitas: verum is iam mistus affectus est, vt qui aliud quoddam morbi genus adsciscat: quod in quantitate partium cõsistit: veluti supra, cum de cauis vlceribus egimus, est monstratum. Est enim horum ipsorum duplex ortus, aliàs ab excisione, sæpe ab erosione ꝓueniens. Verum excisio quo pacto eueniat, nõ latet. Erosio, si intrinsecus ab ipso animali prouenit, vitiosi succi soboles est: sin extrinsecus, aut à valentibus medicamentis fit, aut ab igni. Et sanè (vt dictum supra est) diligenter attẽdere oportet, & simplices affectus à compositis discernere: cum simplici morbo simplex adhibenda curatio sit, composito non simplex. At, quæ nam in compositis curandis tenenda methodus sit, supra est dictum. Cæterum non tantum generalitatem eius didicisse; sed etiam in singulis eius partibus exercitatum esse oportet: cum in his quoque: alijs non paucis methodis (vt ita dixerim) particularibus sit opus: propterea, ꝙ cuique morborum speciei sua methodi species. Ergo, quod reC liquum est vlcerum curationis, in hoc libro exequamur, hinc sumpto initio. Omne vlcus, aut solum est, ipsumq; per se, nullo nec cum eo simul inuadente, nec ipsum præcedente, aut sequente alio affectu: aut cum alio quopiã vno multisve consistit: quorum alij non modo statim ab initio vlcus excitarunt, sed ẽt nunc maius efficiunt: alij eius, sine quo non, vt ad curandi opus, rationẽ obtinent. Verum de his prius dictum est. At, quæ maius vlcus reddant, de ijs hoc volumine agetur. Ac duplex in his curationis* cõsilium est, vt vel eiusmodi affectus è corpore prorsus eximas: vel incommodum quod inferunt, vincas. Verum hoc, vbi exiguus planè affectus est, fieri licet: vbi magnus est, duci ad cicatricẽ vlcus prius non poterit, q̃ illi affectui remediũ attuleris. Ergo qui nam, & quot numero eiusmodi affectus sint, diligenter nobis considerandum est, inde nimirum sumpto initio, vnde supra est cœptum. Omne" vlcus, siue solum sit, siue vna cum cauitate, & subiectam sibi carnem naturaliter habere postulat, & ne quid inter oras conglutinandas intersit: quod tñ sæpe fit, ita, vt pilus, arena, sordes, oleum, aliudve id genus glutinationem prohibeat. Cæterũ hæc ceu symptomata quædã vlcerũ sunt, & quæ morari sanationẽ, si sint, possunt: efficere, si nõ sint, nõ possunt. Subiectæ verò carnis affectus causæ rõnem obtinet ad id, quod effi citur: qppe ex hac, & ꝓ hanc, tum, quæ dissident, glutinãtur: tum, quæ caua sunt, carne implẽtur.
D Ea ergo planè ꝓ natura sua se habeat, oportet, quò hæc vtraque cõmode perficiãtur: atq; ea recte quidẽ se habuerit, si, id quod reliquis etiam omnibus est commune, & proprium temperamẽtum tueatur. Itaque temperatam esse subiectam carnem ad vlcera, tum glutinanda, tum carne implenda, prorsus oportet. Nũquid igitur hoc tantum satis est? an etiam sanguinem, qui affluit, & bonum esse, mediocrem quantitate oportet? Mihi id quoque multo maxime verum esse videtur. Nam, & qui corruptus sanguis est, tantum abest, vt ad glutinandum, & carne implendum sit vtilis, vt etiam ipse nonnunquam corpus erodat, atque exulceret: & multus humor, cum in vlceribus excrementa creet, sanationem (ceu prius diximus) moratur. Atq; hi tres ægre sanabilium vlcerum modi videntur: qui ex intemperie subiectę prouenit carnis: qui ex vitio affluentis sit sanguinis: & tertius, qui ex mensura confluentis nascitur. At non ita facienda diuisio est, sed sic potius? Nempe ægre sanabilium rebellium que vlcerum alia propter ulceratæ carnis intemperiẽ, alia ob affluentem humorem, talia fieri: tum intemperiem rursus ipsam bifariam diduci, cũ aliàs in qualitate sola naturæ modum egressa subdita caro sit: aliàs etiam cum accessorio quopiam tumore: Iam ipsum confluxum bipartito etiam scindi, nempe in confluentis succi tum qualitatem

† ἀπόσπασμα ossis nũ est, quando ijs, quæ ipsa colligat, διαστραδέντων, diuulsis, ossa primo connexa plurimum a se inuicẽ secedunt. 3. de off me. 31. Cl. 7. car. 219. G. Ex quo loco rectius hic διάσπασμα, quã ἀποσπασμα legi oportuit.

ῥῆξις γένος συνεχείας λύσεως, diuersum quoddã genus a soluta continuitate. Distinguit enim a solutione cõtinuitatis anastomosin et diapedesim passim, ut qui sunt morbi in meatibus, non autem solutione continui. Vide infra. car. 30. a

*Al. εἶδος.

A. 4. f. 4. t. 1. c. 3. fol. 463. g

tem,tum quantitatem:Interim verò miſceri dictorum affectuum,aut aliquos, aut etiam pariter E
omnes.Potrò tradenda eſt medendi methodus non omnium ſimul,ſed cuiuſq; ſeorſum.

De Methodo curandorũ vlcerum,quæ uel carnis intẽperie,vel ſucci affluentia maligna ſunt.CAP.2.

AC carnis quidem intemperies ſi ſqualleus ſiccaque videtur, aqua temperat fouens humectansq; corriges. Quoties autem eo remedio vteris,eſto tibi ꝓfuſionis humectationisque meta,vt,cum primum rubeſcit,attolliturq; particulę moles,tũ deſinas:quippe ſi vltra perfundas, quod attraxiſti,id euocabis:atq; nihil profeceris.Quin etiam medicamẽtorũ humectandi facultas plenior eſto,quã ut in ſana carne prȩceptũ eſt. Si uero humidior, quàm pro naturali habitu, caro fuerit,contraria ratio ineunda eſt,ac medicamentorũ facultas ad ſiccius trãsferẽda,aqua vero nullatenus admouenda:immo,ſi lauandum vlcus videtur,vinum,aut poſca,aut decoctum auſteræ cuiuſquam herbæ præparandum.Eodem modo, & calidiorẽ, quã par eſt,carnis habitum refrigerabis,& frigidiorem calefacies. Agnoſces verò horũ vtrunq; partim colore, partim tactu, partim laborantis ſenſu.Quippe uſtionem ſentire ſe fatentur, aliàs manifeſtum frigus in particula:gaudentque,uel frigidis medicamẽtis,vel calidis.Et alijs quidem rubor leuis inſidet, alijs color magis albicat.Verum hæc diſtinguere propoſiti operis officiũ non eſt: quippe in quo non dignoſcendi,ſed medendi,methodum inſtituimus:ſed conſequẽtia quadam ſermonis inuitante digreſſi F
in hanc ſumus.Rurſus igitur ad ea,quæ propoſuimus,reuertamur. Partium,"quæ cum aliquo ꝑter naturam tumore exulceratæ ſunt,earum prius ſanandus tumor eſt. Quæ verò omnis ꝑter naturam tumoris curandi ratio ſit,in ſequentibus dicetur.Nunc,quantũ eius rei coniunctũ cũ vlcerũ curatione eſt,tractabitur:Cum labra tm̃ vlceris decolorata, durave pluſculum fuerint,excidẽda ea ſunt ad ſanam vſq; carnem. Cũ verò amplius progreſſus eiuſmodi affectus eſt, deliberatio incidit,excidendum ne omne id ſit,qđ ꝑter naturam viſitur,an ſpatio potius curãdũ.Proculq; dubio eſt ægri animũ hoc caſu cõſulendum eſſe. Aliqui.n.longiore tpe curari citra ſectionẽ malũt:aliqui quiduis ſubire,dũmodo citius ſanẽtur,ſunt parati.Aeque verò,& mali ſucci,qui ad exulceratã partẽ confluit, ut ulcerans quidẽ eſt, ſanatio eius hic dicetur:vt malignus ſuccus eſt, aut copia redũdans,in proprijs ipſorũ locis tractabitur. Cũ ergo,qui exulceratis partibus influit ſuccus,nec multo plus iuſto,nec multo deterior ſit, auerti hunc regeriq; cõueniet,adſtrictis ſcilicet refrigeratisq; ijs particulis,quæ ante exulceratam ſunt.Inchoanda quoq; deligatio eſt à laborante ipſa particula, deducendaq; verſus ſanã: veluti"in fracturis oſſium præcipit Hippocrates.Sed G
& quæ ulceribus ipſis admouentur pharmaca,ſiccent ualentius, oportet, quàm ea, quæ ſimplici admouentur vlceri. Quòd ſi ſiſti compeſciq; medicamentis influxus nequeat,cauſa eius inueſtiganda eſt,atque hæc prius adimenda. Ac,ſi quidem ob partis,quæ fluxum recipit,imbecillitatem aliquam id fiat, huic nimirum medendum eſt: fuerit autem hæc vlceratæ quoque partis propria quædam curatio: ſin propter ſanguinis copiam, vitioſumve ſucum vel corporis totius,uel alicuius ſuprapoſitarum partium,illa ſcilicet prius ſunt corrigenda. Ac imbecillitas quidem partis propter quam plus iuſto ſuccorum illi influit, omnino ab intemperie prouenit, non tamen ab omni.Eoq; fit,ut exulcerata caro nonnunquam intemperata tantum ſit, non autem imbecilla: nonnunquam utrunque, & intemperata & imbecilla: quippe imbecillitatis affectæ partis valentior intemperies cauſa eſt.Hãc autem,ſicut prius dictum eſt,curabis vtique, calidum refrigerando,ſiccam humectando, frigidam calfaciendo,humidam ſiccando. Quòd ſi per coniugationem frigidior pariter humidiorq; locus ſit, calfaciendo pariter ac ſiccando:& in alijs ad eundem modum,vincentem videlicet qualitatem contraria ſemper oppugnans. Huius rei ratio hæc eſt: Quicquid rectum eſt,nõ in animalibus modo plãtisve, verũ etiã alijs quibusque, id ſymmetron eſt,mediumque,& omnis vitioſi exceſſus expers.Cui enim nec demere quicquam,nec adijcere H
non partem aliquam,non qualitatem poſſis,prorſus id recte ſe habet.Contra,quod demi ſibi aliquid, adijcive poſtulat,id iam ab optimo ſtatu receſſit. Ad quem vtiq; redire aliter non eſt, niſi, & quod ſuperuacuum eſt,tollatur:& quod deficiens eſt, adiungatur.Ac de ijs quidẽ,quibus partes quæpiam abundant,deficiuntve, alibi ſermo erit. Vbi verò qualitas aliqua plus iuſto inualuit,ibi & continuo vinci contrarium illi neceſſe, & continuo vitiũ corrigi ex ea,quæ uicta ante eſt,reſtituenda.Quippe refrigerans, quod immodice incaluit, unà & quod deficit, reſtitues: & quod ſuperat,diminues. Quare, quæ per intemperiem aliquam à naturali habitu receſſerunt,eorum ſanationem per ea,quæ contraria viribus ſunt,fieri omnino eſt neceſſe.Atque ad hunc modum caro,aliave carnoſa quæpiam pars,quæ fluxione humoris ob imbecillitatem affligitur,ſanari debebit.Vbi intemperiei affectum iam ſanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum ſanabis,non aliter planè nunc curata intemperie,quàm ſi citra vlcus incidiſſet. Quo manifeſtũ ſit non eſſe ulceris,ſed intemperiei,propriam omnem eiuſmodi curationem.Ad eũdem modum,ſi aut alterius cuiuslibet particulæ occaſione:aut etiã totius corporis,cũ in eo ſanguis,malive ſucci redundant:uitioſum aliquid exulceratis partibus influxerit,medendum prius eſt uel ei,qđ fluxionis eſt cauſa,uel etiam toti corpori. Ita igitur & varices,qui ſæpe ſupra exulceratũ locũ ſunt, prius ſanabimus,ut deinde mox ulcus ſanemus.Etiam qui ex liene,aut alia quauis notabili parte

laborant

A.l.4.f.4.t.3.c.2.fo.472.a

Lib. De Fractu.ſect.1.t.23.7.227.g

A laborant,ipſa prius parte percurata,mox ad vlceris curationẽ accedemus. Cæterũ nulla harum curationũ ipſius eſt vlceris,ſed alterius cuiuſquam affectus,qui vlcus vel gignit, vel certe auget.

Externam cauſam ad morbi quidem cognitionem neceſſariam,ſed tamen nullam ex ipſa indicationem curationis præberi. CAP. 3.

NAm illud quoq; iã definiri tẽpeſtiuũ vr̃,nullã*externarũ,{vel(vt nũc loquuntur) primitiuarũ}cauſarũ curationis indicatricẽ eſſe,ſed huius indicationẽ ab ipſo affectu initiũ habere:q̃ verò particulatim ſunt agenda,hæc tum ab eo,qđ prima* indicatio dictat, tũ verò ab ægræ partis natura,tum ambiẽtis tẽperie,quæq; alia ſunt his cognata,inueniri.Nã (ut breuiter dica)à nullo eorũ,quæ adhuc non permanẽt,indicatio ſumi eius,qđ ex vſu ſit,põt. Sed ꝓpterea, ꝙ ad eum affectũ noſcendũ,ꝙ oĩno tũ rõnẽ,tũ ſenſum lateat,ſæpe cogimur de externa cauſa inquirere,opinatur vulgus hanc quoq; ſanationis rõnẽ indicare:qđ planè ſecus eſt. Apparet id liquido in ijs,ꝙ bꝰ noſci affectus exacte põt.Siue.n.ecchymoſis,ſiue vlcus,ſiue eryſipelas,ſiue putredo,ſeu phlegmone in parte aliqua cõſiſtat,ſuperuacuũ eſt cãm,q̃ horũ qđlibet effecit,inq̃rere,niſi iã ẽt faciat. Sic.n.ſimul,qđ iã factũ eſt,curabimus:ſimul,qđ adhuc facit,facere inhibebimus.Si verò facit illa quidẽ,cæterũ iã abiit,vtique,qđ factũ eſt,curabimus:qđ adhuc non eſt,nec ſi velimus, ſubmoue
B re id poſſumus.Quippe rei præſentis eſt curatio : eius ãt,quod futurũ eſt,ꝓuidẽtia,qđ verò nec nũc lædit,nec læſurũ timẽt,id ab utroq; artis munere,tũ eo,qđ curat,tũ eo qđ prouidet,exceſſit. Quare nec indicatio ab hoc ad curationẽ ulla,nec prouidẽtię rõ ſumit̃,ſed,uti dictũ eſt,ad eos tm̃ affectus,ꝙ nr̃am notitiã fugiũt externę cauſæ cognitio eſt vtilis.Empiricis tm̃,ceu pars totius ſyndromes.i.cõcurſus,in quo curationẽ obſeruarũt,externa cauſa interim ſumit̃: ueluti in ijs,ꝙ à rabido cane,& oĩbus,ꝙ à venenoſis beſtijs ſunt leſi:Quin ẽt ex Dogmaticorũ quoq; numero ijs,ꝙ ſine rõnali indicatione, ſola experiẽtia curare ſe talia cõfirmãt. Quippe his quoq; externa cauſa ceu pars totiꝰ ſyndromes,i.cõcurſus,q̃rit̃:ijs verò,ꝙ ex priore vſu venenoſarũ aĩantiũ vim norũt, atq; ab hac indicationẽ curationis ſumunt, nõ ſanè ad curationis indicationẽ conducit externa cauſa cognita,ſed ad p̃ſentis affectus cognitionẽ.Nã pone,ſciã ſcorpionis venenũ frigida vi eſſe: ſumãq̃; veluti à frigido,remedij indicationẽ,nullo tm̃ ſigno intelligã talẽ eſſe in hoc corpore affectũ:manifeſtũ eſt,ſi ſcorpiũ ꝓcuſſiſſe didicero, ꝙ calfacere tũ corpus totũ,tũ punctã ab eo particulã conabor, nulla amplius expectata experiẽtia,ſed ab ipſa rei natura indicatione ſumpta.Mõſtratũ.n.in ijs libris eſt,ꝙ de medicamẽtis ſunt inſcripti,in quibus exercitatũ eſſe cẽſui, ꝙſquis ex
C his cõmẽtarijs fructũ ꝓcipiet,nullũ eiuſmodi facultatẽ ſine experiẽtia inueniri.Eſſet.n. profecto fœlicitatis cuiuſdã munus,ſiquis inſpecto lithargyro,aut caſtoreo,aut cãtharide, ꝓtinus eorũ vires intelligeret.Verũ,ſicut in oĩbus peccata,tũ ab ijs,ꝙ modũ excedũt,tũ ꝙ citra cõſiſtunt,cõmittuntur,ita nimirũ hic quoque,ac Dis dia paſ͠n (vt in prouerbio Græco eſt) non ſemel, arbitror, inter ſe diſcordant,& qui neq; in hodiernum uſq; diem affirmant ſciri medicamẽtorum uires, idq; poſt tantã experientiam,& qui ex vna experientia ſciri eas cenſent. Nam & hoc præcipitãter inconſulteq; dictum eſt,ſi utiq; inconſultum eſt,quod fieri omnino nõ poteſt:& illud hominum eſt,aut omnino attonitorum, aut planè litigioſorum. Verum de his plura expectare nunc non oportet,utpote de quibus dictum latius eſt tum in tertio De tẽperamẽtis, tum in ijs libris, quos De medicamentis inſcripſimus. Cæterũ(ut dixi)ad noſcendos affectus aliquæ externarum cauſarum conferunt†: vbi verò p̃ſentis affectus nihil latet, nulla iam externæ cauſæ eſt utilitas: Ac diximus quidẽ in ſuperioribus,nõ eſſe in idem coniungendas vtraſq; doctrinas,ſed ſeorſum empiricen,& ſeorſum tradendam rationalem.Memoria aũt tenendum nunc quoque eſt,ꝓ,quoniam propoſitum nobis in his commentarijs eſt ſolam rationalem tractare,quanquam ad quæ-
D piam horum,quæ dicimns, non apponitur, ꝙ abſolute vera non ſint,ſed ſolis iis, qui methodo curant,aliquis tm̃ eorum id per ſe ratiocinari,vltroq; apponere debet.Nũc enim ipſã appoſuimꝰ nullam externarum cauſarum ad curationis indicationem conducere,ſed ad affectus aliquando agnitionem,fatentes uidelicet externam cauſam ijs,qui empirice quiduis curant,vnam eſſe partem totius concurſus: idq; ſiue ij ratione reliqua curant, ſiue omnia empirice. In ijs autem,quæ deinceps ſcribentur, non erit neceſſe hoc adſcribere. Rurſus igitur ad propoſitum redeamus.In dubitatum illud principium præſumentes, quo ẽt in præcedentibus ſumus vſi,vbi diximus,primum ſcopum, quò medicus tendat, affectum ipſum,qui curari deſideret, indicare: ex hoc verò & reliqua omnia ſumi. Quòd verò cũ hoc ſcopo nulla externæ cauſæ ſocietas ſit, ex ipſis maxime vlceribus,à quibus ſermo eſt ortus,intelligas. Finge enim†ex eo,quod in partem aliquam ꝓcubuerit,}natũ vlcus eſſe.Quòd ſi ſit,ex vitioſis prouenire ſuccis manifeſtũ eſt. Ita enim in morbis facere natura ſolet: cum corpus expurgat, omne excrementum ad cutim trudit: atque hanc quidem vlcerari,totum verò corpus purgari accidit. Quæ nam igitur eſt eiuſmodi vlcerũ ſanatio?Nempe,quæ reliquorum omnium, quibus nullus affectus malignus, quem cacoethe græce uocant,eſt adiunctus.Verũ, ſi hoc ſic ſe habet, manifeſtũ eſt nullam eſſe ad curationem à cauſa, quæ vlcus excitauit,indicationẽ.Atqui,ſi vitioſus ſuccus remaneret,oĩno aliqua ab hoc quoque indicatio ſumeretur.Verũ alioqui ẽt abſurdũ eſſet,ſi curationẽ poſtularet,quod amplius non ſit:

aut

*procatarctica rum.

† ὁταν ἀδηλοι .i.ubi ſint immaniſeſti,addatur in nonnullis ãtiquis codicib.

† ἐξ ἀποσκήματος,eſt in antiquis, ut etiam uertit Linacer. ἐξ ἀποσκήματος autem, eſt in impreſſis, i. ex abſceſſu.

aut ſi curationẽ indicaret, quod nullius indigeat. Quare dicere indicationem curationis ab externa cauſa ſumi, omni modo eſt abſurdũ. Qm̃ ergo non ab hac, perſpicuũ eſt ab ea, q̃ p̃ſens eſt, indicationem fore. At qualis tandem eſt indicatio? Nẽpe ei, q̨ exacte loquetur, q̃ ad prouidentiã ꝑtinet (prophylacticen Græci vocant:) qui abuti vocabulo uolet, * medicinalis. Qm̃ quidẽ ipſorũ ẽt vlcerũ, ſiue tm̃ vlcera ſimpliciter ſint, ſiue ẽt cum cauitate, ſiquis diligenter æſtimet, ex fugiendi proſpiciendiſq; ijs, q̃ naturæ officient, ſanatio ꝑficitur. Et in ſumma, in quibus, qđ efficitur, naturæ ipſius opus eſt, veluti vlceris glutinatio, & ex carne impletio, in ijs ad eam, quæ prouidet, artis partẽ, oĩs pertinet cura: cæterũ ſanatio vulgo dicitur. Ideoq; ẽt huius, q̃ prouidet, partis artis, in altero genere conſtitutũ eſt, qđ morbosũ affectũ iã præſentẽ ſubmouet: in altero, qđ eũ, qui non dũ vrget, prohibet. Itaq; hic quoq; iuniores medici de nominibus contendere ſe nõ intelligũt. Par aũt erat, ſi de rebus ſtudioſe eſſent, illud inueniſſe, duas eſſe functionũ medici primas differẽtias. Aut enim eos, qui nunc vrgent affectus, ijs, q̃ moliuntur, curant: aut eos, qui nõ ſunt, fieri ꝑhibent. Ergo p̃ſentes iã affectus tollere, ſiue amouendis ijs, quæ naturæ opus impediunt, id fiat, ſiue ꝑ medicamenta quid ipſi moliamur, oĩs profecto homines curare dicunt: cauere aũt, ne accidat, proſpiccre. Et ſanè ea, quæ ſuccorum vitio ſunt exulcerata, curant ij, qui rõne, ac methodo artem adminiſtrãt, ſimul illos purgantes, ſimul ea, quæ naturæ motus impediunt, auferentes: quorum utraque qui exacte loquitur, prophylactica vocat, uetãt nãque (ut in proximo oſtenſum eſt libro) omnia talia, aut ſordem ulceri, aut humiditatem nimiam uitioſam ve innaſci. E F

* θερατευτικὴν.

Falſa Methodo, ac improprijs nominibus vſum fuiſſe Theſſalum, cum de curandis vlceribus diuturnis loqueretur, ac de more loquendi Hippocratis, & ueterum medicorum. CAP. 4.

NOn eſt igitur de nominibus anxie contendendũ, ſed methodus potius aliqua ſanandorum vlcerum tradenda: qualem (arbitror) ipſe tum proximo libro, tũ in hoc prȩcipio. Ego namque, vel ſtupiditatem Theſſali demiror, ita in vlcerum, quæ cacoethe dicunt, curatione ſcribentis: Sunt aũt perquàm neceſſariæ, & communitates vlcerum diuturnorum, ac non ſaneſcentiũ, aut poſt cicatricem inductam redeuntium: ad hoc ut in ijs, quæ non coaleſcunt quidem æſtimetur, quid ſit, quod prohibeat, idq; tollatur: in ijs verò, quæ poſt cicatricem inductã renouantur, vt cicatricem tenere cogas, roborans ſcilicet (ſic enim τὸ *μετασυγκρίνειν vertimus) vel patientem particulam, uel etiam cõmuniter totum corpus: atque, ne facile patiat, id præparans per ea, quæ hæc faciãt, præſidia. Atq; hæc quidem Theſſalus cum in principio ſtatim libri De Chirurgia propoſuiſſet, poſtea de ijs ipſis latius ad hunc modum ſcripſit: Diuturna vlcera, & quæ non ſaneſcũt aut quæ ad cicatricem perducta denuo reuertuntur, hæc indicant: Quæ quidem ad cicatricem non perueniunt, ut, quæ coitionem fieri uetant, auferas, ac locum affectum noues: poſtquam ſimile recenti vulneri feceris, rurſus vt cruentum ſanes: quod ſi non proceſſerit, vt phlegmonem mitiges, & reliquam diligentiam adhibeas: Quæ verò ad cicatricem veniũt, & rurſus ſe aperiunt, in acceſſionibus quidẽ, & exulcerationibus, ut ſimili modo cures iis, quæ recens phlegmone urget, ex ijs, q̃ mitigare ſolent, cataplaſma inducens, idq; donec deferueat ira *, ubi deferbuit, adiues ad cicatricẽ inducendam: poſt hæc, ut partes circumpoſitas late cõplexus malagmate, quod ex ſinapi ſit compoſitum, rubere facias, aut alio quopiam, quod mutare poſſit: ac, vt minus malo pateant, efficere. Quòd ſi ita non ceſſent, etiam totius communiter corporis curã habeas, ipſum per uarias exercitationes, & geſtationes, & vociferationes, adhibitis ſcilicet earũ rerum peritis, roborans, ẽt victus ratione gradatim, tum diminuta, principio à vomitione ꝑ radiculas facto. Vteris ẽt albo veratro, alijsq; omnibus, quibus vtimur in ijs, qui diuturni, ægreq; ſubmoti morbi victus rationi ſubijciuntur. Atque hæc quidem eſt Theſſali dictio. Operæprecium vero eſt æſtimare hominis vel ſtuporem, uel audaciam: utique, ſi recte ſe dicere ſibi perſuaſit, ſtuporẽ: ſin conſcius ſibi nihil dicere, imponere omnibus legentibus ſperat, audaciam. Ex diuturnis vlceribus, quæ nã eſt, ò generoſiſſime Theſſale, curationis indicatio? Ego ſanè neque ex his, neque ex recentibus, nec omnino à tempore, in vllo morbo curationem vnquam inueni, ſed ex ipſo, quem ſanãdum mihi propoſui, affectu. Prorſus enim, ſi tempus ſpectabitur, tanquàm ab eo indicatio ſumatur, alteram omnino ſecundus, alterã tertius dies, indicationẽ dabit: ad eundem modum, & quartus alterum à quinto, & ab his omnibus ſextus, & reliquis ſingulis, q̨ poſt iſtos. Sic affectus, quos curamus, non vltra nobis ad conſiderationem proponẽtur, nec ab his indicatio ſumetur: quo tamen nec cogitari quidẽ magis alienum à ratione poteſt. Quomodo ergo neceſſariæ ſunt diuturniorum vlcerum communitates, ubi nihil indicare tempus ipſum per ſe poteſt? non enim profectò, ubi à malis ſuccis eroditur, diuerſam ex eo, poſt quatuor menſes indicationem ſumemus ab ea, quã ſtatim ab initio ſumpſimus. Ego ſanè nec ſinerem quidem eiuſmodi vlcus diuturnum eſſe, ſed protinus in principio cauſam eius adimerem. Nã & noſſe affectum à principio plerunq; licet, & indicationem ab affectu ſumi eſt neceſſe. Tempus verò quid amplius, quàm dierũ numerum docere nos poſſit, non hercle poſſum coniicere: niſi id uoluit Theſſalus, ad eiuſmodi vlcera noſcenda tempus omnino eſſe manendum. Verum ſic primum idiota prorſus ſit, ſi videlicet fatetur nõ prius agnoſcere ſe affectũ, quã vlcus inueterauerit. Deinde illud quoq; aperte fateatur, oportet,

* Galenus non multo poſt, hãc dictionem declarat.

* ἀναπλήρωσις.

* μετασυγκρίνων.

A oportet,ex alio ſuggeri ſanationis indicationem,ex alijs præberi affectus notitiam.Nam eſto,cō
ferat aliquid tps ad agnitionem,certe indicatio curationis a tpe non ſumitur. Quid.n.ad rē perti
neat,ſi quod vlcus inueterauit,adimere,quæ coitionem impediant,& nouare locum, qui affligi-
gitur?Nam,ſi pp fluxionem malignam,quam cacoethe dicūt, vir inepte,vlceris labra hoc uel il
lo modo ſunt affecta,quid commodi erit,ſi ea excideris ante,quàm fluxioni ſiſtendę conſulueris?
Videlicet ulcus latius efficies, ueluti nonnulli faciunt eorū,qui ſimiliter,ut tu,ulcera curant.Siqui
dem cauſa,quæ ea & dura,& calloſa prius reddidit,adhuc manente,nihil aliud ex his excidendis
accedet,q̄ vlceris amplificatio:quippe illa ipſa,quę excideris,pīde & dura, & calloſa rurſus erūt,
atque ea,quæ prius. Quanq̄ ne id ipſum quidē adiecit prudens ſcilicet Theſſalus,calloſa,& dura
& decolorata exulceratæ partis excidenda eſſe,ſed abſoluto ſermone abſcindi,q̄ coitionē moran
tur,iubet,ac nouari. Ac,ſiquidem ſubmouere cauſas,q̄ glutinationem morantur, ſuaderet, & ve
tus ea rō eſſet,nec ipſe eū accuſarē:præcipitur.n.ab oībus fere antiquis medicis,quicunque rōne
quadā,ac methodo de vlcerū curatione ſcripſerūt:cauſas,quæ illa creāt, abſcindendas eſſe,æquè
ꝑfectò,ut cæterorum oīum morborum.Non.n.arbitror,in vlceribus manēte adhuc cauſa,quæ
ea excitauit,hāc prius tolli expedit,in alijs morbis non expedit: ſed oīno in omnibus,in quibus
effectrix cauſa adhuc manet,ab hac inchoanda curatio eſt.Quòd ſi quæ coitionem impediunt,
non dixit de omnibus cauſis,quæ eā impedire poſſunt,ſed de labris tm̄,veluti ex ijs,quæ ſubiecit,
B oſtendit,plus certe neſcire,q̄ ſcire eorū,q̄ ad vlceris curationē ſpectāt,uidetur.Quippe fieri aliqn
poteſt,ut & hæc cauſa ſola ſit,quò minus ſaneſcat vlcus. Pōt ēt(ut dictū eſt) cauſa eſſe,& quæ ci-
tra tumorē præter naturā ſit in exulceratis partibus intemperies:& quæ cum tumore quidem ali
quo cōiuncta ſit,non tm̄,qui oīno ſibi labra excidi deſideret. Poteſt &*varix ſuperiacens, vel lie- * Antiqui etiā
nis auctior,uel in iecinore uitiū aliqd̄,pterq; hæc oīa imbecillitas partis ægræ,q̄ ipſa quoq; inten legunt κιρσὸς,
ſa q̄dā eſt intēperies: quin ēt vitioſus in toto corpore ſuccus(cacochymiam uocant) maxima ſci vt Linacer,nō
licet cauſarum,quę incommodare vlceribus poſſunt.Vexat ſanè non minus ulcera,& ſuccorum σκιῤῥὸς, ut in
æqualiter ſe habentium exuperantia,quam plethoran uocant. Horum quodq; ſi adimi Theſſa- impreſſis.
lus iubet,laudo hominem, ceu ueteribus ſubſcribentem: ſin labra tm̄,vnum nouit ex multis,ſed
quod nec opiliones lateat.Quippe,ſi opilio vlceris labra dura,& calloſa,& liuida,& nigra,& alio
quopiam notabili coloris uitio uideat, prorſus ea circuncidere non dubitabit.Eſt.n.circuncide-
re res promptiſſima:maius uerò quippiam,atque artis egēs, medicamentis ſanare: Theſſalus au-
tem nec,quæ labra molliri medicamentis poſſunt,unquam nouit.Quippe fatentur,eum penitus
hanc artis partem declinaſſe,ita utique,ut ipſe quoque indicar:nec omnino experiētiam,rationa
lem ve ſcientiam de vllo medicamento viſus eſt habere,quod ipſum quoq; ex libro eius de me-
C dicamentis oſtenditur.Verum de ijs,quæ ibi nō recte ab eo ſunt prodita,in progreſſu operis di-
cemus.Nūc de diuturnorum vlcerum ſanatione, quā in prius poſita dictione tradidit, paramus
differere.Sanè melius fuerat nō diuturna,ſed cacoethe ea uocaſſe:tum naturam eorum narraſſe,
& cauſas generationis eorum expoſuiſſe:curationemq; cuiuſque, primum quidē cōem omniū,
quatenus ulcera ſunt,qualem in tertio libro deſcripſi: deinde priuatum cuiuſque pro efficientis
cauſæ ſpecie,ueluti in hoc libro docui.Hic,cum nihil horum fecerit,& nouandum vlceratum lo
cum cenſet,& ubi inſtar recentis vulneris fecerit,ut cruenta ſanandum. Hoc ſanè quis in operi-
bus artis exercitatus non euidentiſſime intelligat ab eo eſſe ſcriptum,qui nunquam vlcus cura-
uit? Sanarene ulcus diuturnū,ut cruentum,quiſquam pōt, ubi id ſimile recenti vulneri fecerit?
vtrumne labris eius fibula adductis,an futura coniunctis,an potius horum nullo,ſed medicamen
to,quod cruentis ſit aptum,& cum hoc ſola deligatura fretus? Quis eſt,q̄ non norit,vlcus omne
cacoethes ſtatim ēt cauum eſſe, utpote ex roſione natum? Nunquid igitur inſulſe Theſſale fieri
poteſt,ut coaleſcat cauum vlcus prius,quàm cauitas carne ſit impleta?an non eſt hoc, ut cruen-
tum,ſanare?Ergo ipſe tu fruſtra cauorum vlcerum curandorū indicationem nō eſſe glutinatio-
nem,ſed impletionem ſcripſiſti. Quòd ſi ēt,non eſſet ex ſe cauum omne vlcus contumax,certe
D dum(ut tu præcipis)excifis videlicet labris,ut cruentum efficitur,ex neceſſitate cauum fit,maxi-
mamq; conquirit labrorum diſtantiam:adeo,ut non uideam,qūo id glutines,& coire,ut cruen-
tum,facias.Nam,ſi adducere uiolenter labra,quæ plurimū diſtant, tentabis,phlegmonem neceſ
« ſario accerſent,nec coaleſcent. Id, quod tm̄ intelligere mihi Theſſalus uidetur. Subdit.n.Si non
« fuerint uicta,ut phlegmonem mitiges.Satius verò fuerat ſcribere: Cum nō uincentur, ut phleg-
monem mitiges,nam neceſſe eſt non eſſe uincenda.Verum,ut hoc quoq; Theſſalo donēt, atque
id trāſeamus,nec ualde anxie examinemus,illud cuiuis apertum eſt,quod à communitate,quam
ipſemet tradidit,prorſus receſſit.Quippe ſi,quod obſtat, auferemus, nihil amplius de communi
tate diuturnorum ulcerum,qua diuturna ſunt,ſumemus.Sed detur hoc quoque. Videamus,quæ
« ſequuntur:ſcribit enim ad hunc modum:Quæ ad cicatricem ueniunt,& rurſus ſe aperiunt, hæc
« in acceſſione,& ulceratione ſimiliter curabis iis,quæ recenter uexata phlegmone ſunt. Poſt hæc
« ſubdit: Malagmate,quod ex ſinapis ſemine fit, circumpoſitis partibus ruborem excitandum.
Quid ais inſane,etiam ſi acre & calidum ſit, quod influit, rubefieri particulam ex ſinapis ſemine

oportet,ut,quod in multo tpe contrahere ex fluxione debebat, id ſtatim ex tuo medicamento E
obtineat,tota videlicet vlcerata, atq; eroſa? Nã veteres eas partiũ imbecillitates,quæ vel ex fri-
gore,uel plurimo humore,citra manifeſtũ calorẽ acciderant,rubefaciendo curabant. Tu rubri-
ficatione in oĩbus deinceps vteris:primũ nullo facto diſcrimine, ꝓpterne partis imbecillitatẽ, an
ꝓ ꝓ fluxionis malitiã,non ſanetur vlcus. Deinde ordinẽ inuertis. Nã,cum ſinapi particulam uſſe
ris,nec quicq̃ profeceris,tum ad corporis totius curationẽ accedis:cum contra,ut arbitror,tũ rõ
ne,tum experimento de ijs ſit ſtatutũ, vt toto prius corpore a ſuperuacuis liberato, tũ calidum
aliqđ acreq; medicamẽtũ parti admouere ſit audendũ: quippe eiuſmodi medicamẽta oĩa cucur
bitæ ritu ad ſe trahere a toto corpore ſunt habilia. Itaque,niſi id prius vacuaueris, materiã fluxio
nis acri medicamento relinques. Hoc.n.tum Empirici medici fatentur, tum Dogmatici:hoc phi
loſophorum optimi ſenſerunt,nã,cũ eorũ quoq; meminerit Theſſalus, non alienũ ſit eos citare
teſtes:ꝙ oculũ recte ſanare ante totum caput nõ licet,neq; hoc ante totum corpus. Sic Ariſtote-
les,& Plato de morborum curatione ſenſerunt,ſanè & Hippocrates,& Diocles,& Praxagoras,
& Pliſtonicus,& veteres uniuerſi. Theſſalus verò ſolus,non ſic,ſed primũ ad medicamentũ ex ſi-
napi venit:poſt de toto corpore ſolicitus eſt,ne hic quidã prudẽter quicq̃ docẽs. Nã,cũ liceat cor
pore medicamẽto,quod purget,ſemel uacuato,mox ſalubri uictu ipſum reficere,hic uociferatio F
nũ meminit,exercitationũque,& geſtationũ,& uictus certo ambito mutati,tũ vomitionis ex ra
dicula:mox ſummã his imponit,ipſum veratrũ:idẽ ſcilicet,qui ſine vllo magno negocio oĩa ſa-
nare promiſit. Ego uerò,ne intelligere quidem poſſum, qũo quiſq̃,aut deterius,aut maiori tpis
diſpẽdio,aut inani magis opera,vlcus ſanauerit. Age igitur,ſicut vſu nonnunq̃ vidimus,ſic ver-
bis quoq; hoĩem fingamus,cui ſanari vlcus contumax ſit opus. Eſto aliquis, qui cætera quidẽ ſit
ſanus,ſed ex ſcabenda de repetẽte quapiã particula,veluu brachio,puſtulã ſtatim excitarit:mox
eadẽ ipſa particula iterũ,atq; iterum, pruritu vexetur,puſtulaq; dirupta vlcus decolor inæquali-
ter eroſum gignatur:atq; hæc in tribus qnatuorve diebus a principio inciderint: dicat mihi hoc
loco quiſpiam ex medicis,qui Theſſalũ imitantur, quonã pacto ſanare eiuſmodi vlcus cõueniat.
Ego nanq; cacoethes oĩno id dico:& ob id,qualis ſit totius corporis affectus, ſtatim cõſiderabo.
Inueniã nanque,tũ ex vlceris ipſius ſymptomatis,tum ex notis, quas totum corpus præ ſe feret,
cuius maxime generis ſit is, qui redundat ſuccus:atq; hunc medicamento protinus educam,nec
prottaham, dum totus hoĩs cubitus affectũ quendam contumacem rebellemq; curationi con-
trahat. At Theſſali ſectatores,ipſius videlicet p̃cepta ſeruantes,primum expectabunt,dum vlcus G
inueteratum ſit,quo in mirificam illam inueteratorum ulcerum cõitatem recidat:quaſi non lon
ge melius eſſet contumacium ulcerum,non aũt inueteratorum coĩtatem,quæ curationem ĩdica
ret,tradere. Mox duorum alterum,aut excident, & ceu recens vulnus reddent,ac veluti ad glu-
tinandũ partes eius adducent:aut primũ,quod ex ſinapi conficitur,medicamento vtentur. Quo
non proficiente,ad ſublatas voces, & geſtationes, & reliquas exercitationes,& uictum per cir-
cuitus mutandum confugient: ab ijs uomitionem ex radicula mouebunt. Quòd ſi his ulcus non
ſanabitur,veratrum dabunt. Sin nec id profecerit, hoĩem in Libyam ablegabunt:nã id quoque
adijcere debuit Theſſalus, poſt eximiam illam contumacium vlcerum curationem. Quippe in
uociferationibus, geſtationibus, & alijs eiuſmodi immoratur, quaſi malum habitum corporis
(quam cachexian Græci uocant)non uitium humorum(quam cacochymiam dãt)curẽt. Et q̃d
miri,ſi tum fatentur ſe vlcus cacoethes ſtatim, ut eſt natum,non noſſe:tum verò,dum ſit inuete-
ratum,ac ſæpe cicatricem ducat,ſæpe ſe aperiat,manent†ante,q̃,quid facto opus ſit,intelligant,
vbi ẽt eos,qui quoquo modo febricitent,acceſſionem,quæ tertio die futura, non futurave eſt,
tranſire cenſent? Adeo uidelicet ad unguem contemplationem de criſi pernouerunt, aut ſum- H
mum morbi incrementum futurũ proſpicere poſſunt. Quid igitur ſæpe accidit? Nempe tabeſce-
re in lectulis horũ culpa hoĩnes,qui ſtatim ſcđo die explicari potuiſſent. Quippe non ſemel nos,
aut bis terve,ſed ſexcenties, tũ ipſi multos febricitantes ſimul, ut prima acceſſio deſiit, lauimus:
tum præceptores noſtros id ipſum facere uidimus: intrepideq; de cætero victitare permiſimus,
ceu poſt febri caituros:quos ſapiens.ſ. Theſſalus, qui primam diatriton, (id eſi tridui inediam)
excogitauit,prorſus arefeciſſet,totis(puto)tribus diebus fame confectos:mox dein,arbitror,mo
dice.ſ.in quarto die nutriuiſſet:ab hoc paulatim reficiens,uix ſexto,aut ſeptimo ad cõſueta mu-
nia,qui ſemel febricitaſſent, dimiſiſſet. Adeo ſp hoĩes in morbis tabefaciunt, a quibus utique fa-
cile poſſent liberari. Nã,cum pauciſſimis diebus ſanari vlcus contumax incipiens poſſet, Theſſa
lus id in annũ,aut ẽt longius tps incurrere ſinit. Manere nanque,dũ id cicatricem ſæpe inducat,
ſæpe ẽt ſe reſoluat,vt ſcias,an contumax ſit:mox,ubi curationem inceperis,ne tunc quidem cor
pus ſtatim purgare, ſed primum medicamento ex ſinapi, dein geſtatione, & uociferatione, &
certo uictu,poſt radicula,ab his ueratro vti:hæc quid aliud, q̃ annum expectantis,ſunt? An per
Deum immortalem,cum ſex diebus,aut plurimum ſeptem,poſſet homo curari,multos menſes
trahemus,quo videlicet,primũ,an cacoethes vlcus ſit, ſciamus,dein curationem inchoabimus?
Et quæ demũ neceſſitas erat propriam inueteratorum vlcerum communitatem tradendi, præ-
ſertim

† Impreſſi codi. & manuſcripti quidam legunt ut Linacer: alij πρὸς τὸ γνῶναι i. ut intelligant quid facto &c.

A sertim cum nihil ad curationē conducat, licueritq; nō inueteratorum, sed contumaciū, nec horū
mehercle cōmunitatem indicatricē, sed curationē scribere? Quippe accidit q̄busdā tū vlceribus,
tum morbis, vt contumaces rebellesq; ad curandū sint: nec tñ inde curationis indicatio sumitur,
sed affectus ipse primā curationis indicationē suggerit. Ex ea vero & quæ sunt agenda, inueniun
tur, ad eū modū, quē ipse tradidi. Quare hoc est methodo curate, quod nos facimus, veteres imitā
tes: si modo methodū esse oportet vnā quandā vniuersalē viam, quæ oīum particulariū sit cōis.
Hic uerò etiā in hoc fallitur, putatq̄ue quicquid oīno in ijs habetur, qui methodo aliquid faciūt
ipsam methodū esse. Nā notitiā certe habeat, oportet, tū similis, tum dissimilis, q̄ methodo q̄duis
molitur: nō tñ ipsū hoc method' est, similis scilicet dissimilisq; notitia: neq; hoc Aristoteles Plato
ve affirmat, quos falso Thessalus citare audet. Verū hæc ad præsens refellere non attinet. Quare
rursus ad medēdi methodum reuertor, promittoq; ostēsurum me, tū vnum esse eius in oībus cu-
rationibus principiū: tum viam, quæ ab eo principio ad finem vsq; ducit, in oībus particularibus
A.li.4 f.4. t.3.c.2.472 b similē esse. Quare, etsi in singulis morbis priuata quædā methodus sanandi uidetur, cōe tñ in oī-
bus genus vnum est. Auspicari nanq; perpetuo oportet ab indicatione, quæ ab effectu, cui me-
B deri paramus, accipitur. Aestimare" vero ac discernere, an causa, q̄ affectum excitauit, iam desie-
rit: an nunc quoq; ipsum, tum augeat, tum faciat: dein, si desijt, ad eā, quæ in tertio huius operis
libro traditur, methodum est ueniendum: sin adhuc facit, ad eam, quæ hic docetur. Quippe eadē
hac methodo, tum phlegmones, tum febris, tum oīum vno verbo morborū, remedia inuenias,
vtiq; si nihil etiamnum fit, de præcedentibus causis nō laborans, sed ab ipso tantū affectu ordiēs:
Sin nunc quoq; aliquid fit, duos tibi curationis fines præponens, tum alia deinceps, ut dictū est,
faciens. Sed.n. mirari stupiditatem eorum, qui Thessalum sequuntur, est operæpretium: non vti-
que, q̄ in talibus delinquunt, sed q̄ dyspathias, & metasyncrises, & imbecillitates, & firmitudines,
& alia id genus nomina non pauca proferentes, quæ per ea significentur, ne nunc quidem,
si interroges, respondere possunt. Nam, quid sit, quod in omnibus diuturnis ulceribus græce di-
cunt μεταυγκρίνειν τὴν ἕξιν, nec similiter inter se oēs, nec clare, nec prudenter respondent. Atqui,
si uel antiquum nomen esset, vel ab vllo Græcorum vsurpatum, ex ijs fortassis, q̄ illi scriberent,
intelligi posset, de quo id negocio dicerent: nunc, qm̄ stupiditatis ipsorum proprium est, utique
ex Asclepiadis hypothesi natum, sicut & reliqua eorum placita, æquum profectò est ipsi sua som
nia interpretentur: unde scilicet, quod græce dicitur συγκρίνεσθαι τὰ σώματα, καὶ διακρίνεσθαι, quasi mi-
C sceri secerniq̄ue corpora dicas, solis ijs, qui corpuscula & meatus, aut indiuidua & va cuum, aut
deniq; impatibilia & inalterabilia, prima elementa statuunt, liceat vsurpare, sicut certe usurpant,
& assidue ipsis nominibus utuntur. Quin etiam ipse Thessalus in canone, cum hæc principia con
firmat, nouat quidem aliquid ibi quoq; præter ea, quæ à Themisone, & Asclepiade sunt posita:
cæterum, quod sentit, docet sanè non obscure. Non.n. prorsus, sicut Asclepiades, cum in symme
tria quadam, (id est competentia) exiguorum meatuum sanitatem: in ametria, (id est incōuenien
tia) morbum cōstitueret: reditum ad pristinam meatuum symmetriam, sanationem putauit: ita
Thessalus quoque est arbitratus, sed totum exiguorum meatuum statum censet immutandum.
Atq; ex hac opinione processit metasyncriseos nomen, idem plane indicās potestate, quod græ-
ce metaporopœese_ως, id est exiguorum meatuum status mutatio. Cæterum non decebat ipsum,
in quibus fugere ab incertis obscurisq; iubet, & tm̄ ijs cōmunitatibus, quæ euidenter apparent,
animum intendere, in ijs quoque Dogmaticorum uti nominibus. At noli (inquiunt sectatores
eius) cū his utitur, dogmatice eum audire, sed ἀφελῶς, ideſt est simpliciter. Nam ita ferre suppetia s
ex sectatoribus eius quidam solent, videlicet ad aliud rursus nomen nos reuocantes, nempe ἀφέ-
D λειαν, {quem nos simplicitatem uertimus:} quē ne ipsam quidē, quid significet, ipse sanè intelli-
gere possum. Si.n. sicuti ipsi hoc quoq; rursus exponunt, ad aliud. s. magis friuolum nomen nos
remittentes, nempe græce βιωτικῶς, quod ipsum rursus exponentes significari, per id dicunt idem,
quod vulgo hominum similiter, utiq; tantundem fuerit ἀφελῶς ei, quod non definite, nec exacte,
sed sine omni, tum arte, tum scientia. Siquidem loquuntur homines, qui magis sunt ad loquen-
dum præcipites, artium nomina sub sensibus quibusdam, qui nullo fundamento nitantur: roga-
ti verò, quid significent, ostendere clare non possunt. Quod si hoc Thessalij isti accidere sibi fa-
tentur, loqui se quæpiam, nec intelligere se exacte, quæ loquantur, id ipsum profectò fatentur,
quod nos illis obijcimus. Nam metasyncrisis illa, si quidem de immutanda poropœia, id est exi-
guorum meatuum statu, dicatur, certe intellectus aliquid habuerit, significaueritq; rem aliquam
cæterum friuolam multis modis. Nam nec ex corpusculis & meatibus corpora nostra constant:
nec, si hoc verum esset, posset tamen aliquis docere, qua ratione sinapi meatuum iliorum statum
immutaret. Nec, si id quoque ostendere aliquis posset, consentiens eorum sectæ esset, qui se ap-
parentibus communitatibus contentos esse dicunt. Ne igitur utantur hoc nomine, nec nobis
negocia facessant: licet enim & sine metasyncriseos nomine, diuturnorum vlcerum curationem
alijs uerbis dicere, sicut Empyrici faciunt. Quòd autem & in Atonias, ideſt imbecillitatis vocabu-
lo, simili modo nugentur, monstratū prius est in secundo libro. Si enim, sicut Empyrici, nomen

vſurpant, aliud prorſus non ſignificant, q̃ ꝙ actio non ſeruatur. Sin autem facultates aliquas gu- E
bernare animal proponunt, quas tum nos aſſerimus, tũ oẽs ferè veteres, præter id, ꝙ Aſclepiadis
dogmatis cõtradicunt, ẽt incerta, & de q̃bus parũ inter authores conueniat, attingunt, quamuis
ea fugere iubeãt. Sed dic nobis Theſſale clare, qd ſibi velit illud μεταυγκρίνειν. Si namq; exiguos
meatus mutare, & falleris, &, quæ incerta ſunt, vſurpas: Si firmari, ſanãq; reddi corporis particu
lam, vel hoĩem totum, nihil hic præter nomẽ plus, q̃ Empirici, doces. Quippe ſciunt hi quoq; re
medijs q̃buſdam admotis reddi hoĩem ſanũ: cæterũ, qua rõne remedia id faciant, vtiq; neſciũt.
Neq; n. an exiguos meatus mutet medicamenti facultas, neq; an ſymmetrian efficiat, neq; an to
tã patientis particulæ qualitatem alteret, põt Empiricorũ q̃ſpiam dicere. Atq; illi ſaltẽ ſunt mo-
deſti, vt qui vnũ ſe ſolum ſcire dicant, huic ſcilicet morbo in hoc t̃pe ſi medicamentum ex ſinapi
adhibeatur, ſæpe notaſſe ſe vtilitatẽ ſecutam: non tñ methodos loquuntur, ſupercilium attollũt,
nec tali ſibi notitia placent, nec antiquis maledicunt, nec Hippocratem ꝙ nihilo habent, immo
verò ipſum laudant, fereq; oĩa vere dixiſſe affirmant. Hic verò Theſſalus, qui tum hunc, tum reli
quos oẽs medicos contemnit, Empirica cõtumacis vlceris p̃cepta ſe ſcribere nõ intelligit: quan-
quam, ſi vel hoc cõmode faceret, vtiq; aliquid operæpretiũ faceret: atqui ne id quidem feciſſe vi-
detur, cum ordinẽ remediorũ inuertat, & prius partis remedijs vtatur, q̃ totũ corpus præparaue F
rit. Nã hoc inſignis inſcitiæ argm̃ eſt: cum in vno eo ferè oĩbus medicis cõueniat, q̃uis in pluri-
mis diſſentiant, ꝙ totum corpus vacuũ purumq; ab excremẽtis ante ſit reddendũ, q̃ vlla pars va
lentibus remedijs ſit ſubijcienda. Nam, ſiue experientia iudicare q̃s velit, ſiue ẽt rõne (tertium. n.
quo iudicet, neq; in alia quapiam arte, neq; in vlla vitæ parte quiſquam habet) maximũ eſſe incõ
modũ deprehendet, cum, toto corpore ſuam curã requirente, prius, q̃ illi ſit p̃ſpectũ, afflictę par
ti acre aliquod, & calidũ medicamẽtũ ſit admotum. Trahit. n. ad ſe, cucurbitæ more, ex toto cor-
pore ſuperuacua, atq; ita in graui parte affigit, vt ægre auelli poſſint. Quo magis operę pretium
eſt Theſſalios iſtos percunctari, vndenam Theſſalo in mentem venerit de contumacium vlcerũ
curatione talia nugari, cum nec Empiricus quisq̃ ante, nec rationalis ita ſcripſerit: ſed nec ipſe
Theſſalus, nec eius ſequaciũ quiſquã eiuſmodi remediorũ ordinem, aut cum experientia conſen
tire, aut cum ratione, affirmare auſit. Adde, ꝙ nec docere poſſunt, qũo tempus indicet, non autẽ
affectus: ſed neque (quod hoc maius eſt) qũo Theſſalus, qui æſtimandum cenſet, qd ſit, quod cica
tricem vlcerum moretur, atq; id tollendum, non prorſus ſit ſtupidus, ſimul cum hoc tantũ ſatis
eſſe non videat, diuturnitatem autem vlcerum nihil eſſe ad rem: ſimul cum non in vlceribus mo
do, verum etiam reliquis morbis omnibus, id eſſe faciendum, veluti veteres monent, non aduer- G
tit. Verum ad hæc nobis nihil rñdent: ſed ſemper non recte intelligere nos dictantes, tanquã vi-
delicet ipſi, vel Hippocratis, vel veterum cuiuſquam ſententiam ad vnguem intelligerent, recte
Theſſalum dixiſſe affirmant, diuturniorum vlcerum, vnam quandam cõitatem eſſe: Ita. n. Hippo
cratem quoque ſenſiſſe in libro de vlceribus, cum ita ſcribat: "Etiam ab inueteratis vlceribus id
agere, ut ſanguis crebro effluat, conducit, quomodocunque videtur opportunum eſſe. Fortaſſis
ergo ad rem pertineat, tametſi nõ prædixerim, me de Hippocratis mente hoc loco diſſerturum,
vel ſummatim aliquid de ea perſtringere. Fuerit verò, quod dicemus, non minus & priſcorũ ſen
ſus interpretatio. Hos nanq; viros, ceu nullius adhuc dogmatum ſectæ addictos, ſed pura & ſim
plici mente ſtudẽtes, utile quippiam ad ſanitatem inuenire, credibile ſanè eſt quædam uſu, quæ-
dam inueniſſe ratione: tum ſcripſiſſe, q̃ inuenerant, ſubinde non adhibita inuentionis ſuæ rõne,
aliq̃n verò & adhibita: atq; id feciſſe ipſius legentium vtilitatis cauſa. Quippe, vbi ad dextrum in-
uentorum uſum conducturum poſteris ſperabant, ſi rationem inuentionis nouiſſent, tum eã di-
ligenter prodiderunt: vbi ſecus, & ſuperuacuã relatu putauerunt, & p̃pea omiſerũt. Nam, ꝙ ſer-
monis cõpendium priſci in primis coluerunt, id oẽs vel me tacente iã norunt: atq; ob hanc ma-
xime cauſam nõ Hippocrates modo, uerum ẽt reliqui priſcorum, medio interim tranſgreſſo, pri H
mo tertium adnectunt. Si. n. primum ſecundi ſit ſignum, atq; hoc tertiũ ex neceſſitate ſequitur,
ita tertium primo ſubijciunt, ſecundũ prætereuntes. Oſtendi verò perſæpe, tũ reliquos antiquos,
tum verò maxime oĩum Hippocratem, talia ſcripſiſſe: debetq̃e, qui callere priſcorum interpre-
tandi genus uolet, in illis exercitari. Nunc verò ipſum, quod propoſitum eſt, tm̃ exponam.

Nõ lõge à prin cipio. Non habẽt tamẽ hæc verba græci codi. impreſſi, ſed habuiſſe videtur Vidij cõtextus.

Quid ſit vlcus, quod græcis appellatur cacoethes: ac de Methodo vlcerum omnium curandorum ex Hippocrate. CAP. 5.

NAm, quæ vlcera, oĩbus rite decenterq; factis, tm̃ non ſanantur, ea medici græce cacoethe,
nos maligna, contumacia, rebellia ve dicimus. Diuturna aũt prorſus fiunt, cum duntaxat,
vt vlcera ſunt, curantur. Quæ uerò ſit ulcerum, ut ulcera ſunt, curatio, in libro, qui hunc præce-
dit, definitum eſt. Hæc igitur ulcera & cacoethe, & inueterata, & diuturna vocant, indifferenter
his nominibus in ipſis utentes. Quin etiam ad noſcendum ꝙ affectus ipſe, cacoethes, id eſt con-
tumax ad ſanandum ſit, unà cum alijs notis etiam id, ꝙ peractis etiam, quæ decẽt, omnibus, diu-
turna fiant, aliquam portionem habet. Non tamẽ, aut ipſa diuturnitas, aut ꝙ diuturna, & uocen-
tur & ſint, idoneam curationem indicat, ſed ex hoc, ꝙ male affecta ſit ulcerata pars, licet colli-
gere.

gere: Hoc verò inuento, & curationis ratio constabit. Quo, inquies, modo? Nempe, vbi tm eę partes, quibus vlcus insidet, ita sunt affectę, si has sanaueris: vbi totũ corpus vitioso aliquo succo abũdat, si hunc vacuaueris: Ac signum quidem vitiosi succi est ipsa vlceris diuturnitas: inuẽtio autem, eius, quod expedit, non ex diuturnitate, sed ex succi vitio suggeritur. Quare tria hæc deinceps sehãt, signũ, affectio, & curõ: signũ quidẽ, ipsa diuturnitas: affectus, succi vitiũ: curatio, ei⁹ vacuatio. Atq; hac rõne subinde veteres inuenias, medio prætermisso, tertiũ statim primo subijcere: veluti Hippocrates fecit, cum dixit: "Tũ ab inueteratis vlceribus, confert, ut assidue sanguinem effluere Ibidem.
cc facias, utcunq; id opportunum uidebitur. non utiq; curationem indicante uetustate, sed sanguinis uitio: quippe ipse mox subiicit: Prohibet nanq; maxime quidem eiusmodi ulcera sanescere,
cc post vero ẽt reliqua oĩa, putredo sanguinis, & siquid ex sanguinis transmutatione est ortũ. Quin
cc ẽt post paulo, cum de vlceribus, q̃ ad cicatricẽ non ueniũt, differit: nec si (inquit) quę vlcus ambiũt,
cc nigricent, sanguine putri, aut ẽt varice fluxionẽ suppeditante, id genus vlcera coire pñt, nisi quæ
cc vlcus ambiunt, sana reddas. Post ẽt de varicũ sanatione scribit. Ad hæc ẽt purgationis meminit totius corporis, tum in alijs quibusdã vulneribus, tum ijs quib⁹ cariẽ, q̃ sphacelon vocant, instare est metus. Præterea herpetibus, & esthiomenis oĩbus, (id est, quæ exeduntur, ita.n. græce nomina re solet ea, q̃ humor aliquis erodit. Iã uero in ijs, quæ mox sequuntur, rursus ad hunc modũ subiũ
B git. "In quocunq; vlcere erysipelas superuenerit, purgatio totius corporis adhibenda est. Et in sũ Ibidem.
cc ma, si curiose librũ de vlceribus reuoluas, inuenies semper eũ ab affectu indicationem sumere: vti verò interim & tpe, sed ad affectũ noscendũ. Quòd verò hęc ita se habeãt, ex ipso libri ingressu a-
cc gnoscas, qui talis est: "Vlcera madefacere, quæcunq; ea fuerint, nisi vino, non oportet. Tum cau- Ibibem.
cc sam adijciens, ait: Nam siccum sano vicinius est, humidum vero nõ sano. Et mox: vlcus.n. humi-
cc dum est, sanum aũt siccum. Ideoque, per totũ librum cum totius vlcerum curationis finem ficca-
cc tionem statuat, mox particularia inuenit, ẽt finis ipsius subinde nos commonefaciẽs. Cum.n. ita
cc scribit: "Quodcũq; vlcus acuto telo cæsim percussimve diuisum est, medicamentum, qđ cruen- Ibidem.
cc tis statim imponitur, Enæmon græci uocant, ac siccans, & quod suppurare vetet, admittit. Fit
cc enim effluente sanguine siccius. Et rursus: Quæcunque probe, & opportune purgata', semper ad
cc siccius promouentur, †ijs caro magna ex parte non supercrescit, } nisi si contusa sint. Et rursus:
cc si quod coire nequit, humecta caro in causa est: In his oĩbus primæ sanandorum vlcerum *indi- † Hæc nõ sunt in grẽco exemplari: nec eo sẽsu, loco paulo post sequente, sunt ab Hippocrate posita.
cc cationis nos admonet. Siquidem vlceris, quà vlcus est, sanatio, mediocris siccatio est: cuius rei de
cc monstratio in libro, qui hunc præcedit, tradita est. Verum ulceris, quod cum alio affectu coniun-
cc ctum est, cuius videlicet pcedere curationem oportet, eius curatio, ut vlceris solius, non est, sed
C fis, siue erysipelas, siue œdema, ulceratã carnem obsederit, primum eius moliẽda curatio est. At
verò, q̃ ulcus interim non solum non cõmode curatur, sed multo ẽt maius redditur, id neminem lateat. Nã, siue contusa fuerint circumposita vlceri loca, seu phlegmone aliusve tumor in his con
stiterit, propria eius affectio sanatio inuenienda nobis est, illud pro certo hñtibus, fieri non pos-
se, ut vlcus sanetur, nisi locus, in quo consistit, prius sit sanatus. Ac proinde Hippocrates ipse re-
cc digens nobis in memoriam ea, quæ statim in libri initio tradiderat, tum quæ reliqua paulo ante
cc sunt cõprehensa, tũ verò hæc adscripsit: Quodcunq; vlcus cæsim percussimve acuto telo est di-
cc uisum, medicamentũ enæmon, & siccãs, & qđ suppurare uetet, admittit. Sin caro aliqua telo tũ
cc contusa, tum cæsa sit, huic ita medendũ est, vt q̃ celerrime suppuret: nã & minus phlegmone ur-
A. li 4. f. 4. cc gebitur, & necesse est, carnes, quæ contusæ cæsæq; sint, * putrefactas & in pus versas liquari: po-
t. 5. c. 1. 4. cc stea nouã carnẽ nasci. Indicat. n. hoc sermone manifeste solos eos vlceratarũ partiũ affectus nõ * συπεῖσας ẽt
471. a. esse siccandos, in q̃bus gigni q̃ celerrime pus cupimus, vtique, q̃ cum aliqua putrescẽtia pus fiat, est in antiquis
obiter docens. Porrò oĩa, q̃ putrefiunt, ex calido & humido sic afficiũtur. Ideoq; "ẽt cataplasma-
ta, q̃ ex hordei farina cõponuntur, ceu quæ calfaciant humectantque, oĩbus ijs affectibus, q̃bus
moueri pus expedit, admouemus. Hordei nanq; farina ex aqua & oleo, itẽq; panis ex aqua &
D oleo, p̃terea fomentũ multæ calidæ aquæ, & tetrapharmaci vis, oĩa denique quæ calfaciũt, & hu
mectant, celerrime pus mouent. Ideoq; ẽt ijs partibus, qnæ phlegmone infestãtur: vbi uehemen-
tius iã pulsitant, sic, ut iã desperetur de horũ citra pus curatione, uereres oẽs eiusmodi applicant
A. ibi. c. 2 h cc medicamẽta: ante verò nequaq̃. Atq; hoc Hippocrates ipse aperte nos docet in memoratis iam
cc verbis, q̃bus iubet, quæ sine cõtusione vulneratæ partes sunt, q̃ "maxime siccare, quæ cũ cõtusio- Ibidem.
cc ne quadã sunt læsæ, ijs q̃ primũ pus mouere. Quin ẽt, cũ dixit: "Quæcunq; vlcera nõ probe, & ut
cc conuenit, expurgata, su p̃ prius pullulare incipiũt, ijs maxime caro supercrescit: quæ verò probe
cc & ut docet, expurgata, sem p̃ ad siccius promouentur, ijs, nisi sint contusa, caro ut plurimum nõ
supercrescit. Quippe hic illud, nisi sint contusa, qđ adijcitur, redigit nobis in memoriã, qđ in su-
perius p̃ditis uerbis est dictũ, nempe oportere oĩa siccari p̃ter ea, quæ contusa sunt. Neq;.n. sicubi
cataplasmate, qđ calfaciat humectetque, illinuntur, quæ phlegmone infestantur, ex prima rõne
id fit, hoc est, ut remediũ affectus, sed ut symptomatis mitigatiuũ: siquidẽ ipsius phlegmones re-
media sicciorum sunt uirium, Audi nanque loquẽtem Hippocratẽ: Cataplasmata ędematum, &

phlegmones,q̃ in circa poſitis conſiſtit,uerba ſecum coctum,& folia trifolij cruda,& epipetri fo- E
lia cocta,& poliũ:quippe oĩa hæc ſiccãdi vim habẽt,veluti in cõmẽtarijs De ſimplicibus medica
mentis docuimus.Et cõpẽdiaria obſeſſarũ phlegmone partiũ curatio per id genus p̃ſidia obitur,
q̃ ſanè,vel affectũ prorſus ſubmouent:vel,ſiquid exiguũ,qđ ſuppuret,reliquerint,alterũ medica-
mentũ acre,quod educere pus queat,requiritur:vel ſi tenuis circumpoſita cutis ſit,velisq; q̃ cele
rius explicatũ ægrũ,ſectio petenda eſt.Cęterũ curatio phlegmones per hordei farinã dolorẽ le-
nire ſtudẽtis eſt,nõ medentis,& cõtra malũ pugnãtis.Verũ de taliũ differentia in ſequentibus ple
nius docẽ.Illa porrò mihi demõſtrata manifeſte puto,Hippocratẽ,tũ vlcera quæq; ſiccanda eſſe
iuſſiſſe,tũ hunc eſſe curationis finẽ ſanxiſſe,ipſo ſcilicet affectu indicationẽ præbente,non t̃pe.
Quòd ſi quis hoc magis ẽt ſibi perſuaſum cupit,librũ eius de vlceribus totũ diligentius euoluat.
Intelliget.n.illud ipſum perſpicue,tũ unã eſſe vlcerũ oĩum generalẽ curationẽ,nẽpe q̃ nos p̃xi-
mo libro docuimus:tũ verò nõ minus illud,nullã eſſe à t̃pe,nec in vlceribus,nec in phlegmone,
nec deniq; in alio quopiã affectu indicationẽ. Q̃m uerò in hunc ſermonis locũ p̃uenimus, æquũ
eſt oſtendere nõ modo horum,q̃ iam retulimus,fuiſſe inuentorẽ Hippocratẽ, ſed ẽt reliquorum
oĩum,q̃cunq; hunc ſcire,qui cõmode vlcus ſit ſanaturus,eſt opus,Videtur.n.is non ſolũ vlcerũ,q̃
citra aliũ affectum conſiſtunt, ſanandorum rationem inueniſſe,ut q̃ in ſiccando conſiſtat, ſed ẽt F
priuatim per ſpecies affectuum cuiuſq̃ue.Nã aut vitioſus ſuccus ad partem,cui vlcus inſedit,am-
plius nõ fluit,aut ẽt fluit. Ac ſi non am̃plius fluit,ipſi tm̃,quod laborat, ſuccurrendum eſt,ſiquidẽ A.l.4.f.4.
vel liuidũ,uel nigrum,uel rubrum conſpicitur, ſcarificando,ac ſanguinem emittendo: mox (ut t.3.c.2.fol.
ipſius uerbis vtar)ſpongiã ſtatim ſicciorem magis,q̃ humidiorem,ſuperimponendo:neq; enim, 472.b
ſicciorem,non humidiorẽ: poſt hæc verò ẽt ſiccantia remedia applicando:ab his, ſi res poſtulet,
rurſus ſanguinem auferendo:ac mox iterum talia peragẽdo,donec parta oĩno ſanitas ſit: q̃ ſi la-
Ibidem. bra vlceris dura calloſaq; appareant,etiam ea excidendo.Etenim de his quoque ita ait:Circula- ,,
ria vlcerũ,ſi ſubcaua ſint,circulo præcidere,q̃ abſceſſerũt, oportet, vel oĩa,vel ex dimidio circuli ,,
ſecundum hominis longitudinẽ. Scripſit verò, & de tumoribus,qui coniuncti cum vlcere ſunt, ,,
vniuerſis,quemadmodum curandi ſinguli ſint ſimili modo,& de varicibus,q̃m horum quoq; oc-
caſione cõtumax ad ſanandum vlcus redditur, q̃m aliqua ex his humiditas ad exulceratas par-
tes defluat. Ad eundẽ modum,& cũ ex toto corpore humor cõfluit, totũ purgare iubet, nuſquã
videlicet in his indicationem à tempore ſumẽs. Nã & ridiculum planè ſit,adeo multas, ac uarias G
ſæpe ẽt cõtrarias indicationes ab una communitate fieri. Nam,ſi etiam demus indicationem ali
quã à tempore ſumi,quæ tandem ea ſit,dicere par eſt,ac ſum̃ma quapiam una eã cõplecti: velu-
ti in reliquis oĩbus ipſe quoq; Theſſalus facit,nedum nos.Quip̃pe vnum illi p̃petuo indicat aſtri-
cti corporis affectus,nempe ut remittatur,ac relaxetur:vnũ rurſus ſoluti, utique ut adſtringatur.
Quinetiã in ipſis vlceribus,quod ſordidum eſt,abſtergeri poſtulat:quod cauũ eſt, impleri:quòd
æquabile eſt,cicatrice induci:cui caro ſupercreuit,hãc ſibi detrahi, etiam eo ipſo authore. Ergo,
ſicut in horum ſingulis,ita in diuturnis quoq; alterum aliquid ad portionem oſtẽdat, qđ unum
ſit:uerum non poteſt: nam & excidenda ea p̃cipit. At quæ nam,quæſo,ſit iſta rationabilis à tem
pore indicatio:tũ remedio ex ſinapi uti,de quo vanum illud nomen metaſyncriſeos vſurpat: ab
hoc ex radicula uomitu:& poſtremo,cum nihil vltra inueniat,veratro. Verum hæc quidem(quẽ
admodum dixi)etiam in ſequentibus plenius dicentur, ubi nihil vſquam vllo in morbo à tempo
re indicari,ſed ſignum id nonnunquam affectus eſſe docebimus.

De indicationibus uenæ ſectionis,& humorum purgationis,quæ ab ulceratarum partium temperamento,& ſubſtantia ſumuntur. CAP. 6. H

VErum rurſus ad Hippocratem reuertor:quẽ ſanè diligentiæ noĩe admiror cũ in alijs oĩbus,
tum verò q̃ ſcopũ,qui medico ad indicationem nõ in vno alterove, ſed prorſus oĩ morbo
ſit ſpectandus,nõ omiſerit. Eſt porrò is,qui ab affectus magnitudine ſumit, quæ non modo Me-
thodici prætermiſerunt,(non.n.eſt id mirum) ſed ẽt rationalium plurimi, atq; ẽt empirici(quã-
τὲπὶ τῇ πλήθω ρικῇ καλουμένῃ συνδρομῇ. quã alio modo)oẽs.Nam,ubi†in redundantis ſanguinis(vt illi loquuntur)concurſu,}euacuatio
nem à ſe obſeruatam dicunt,manifeſte fatentur ob nullius alterius eorum,quæ in ægro viſuntur,
reſpectum,ſe ad euacuationem accedere.Neq; hoc dico propterea,q̃ purgatio uacuatio ſit,quã
redundantis ſanguinis concurſus non indicet, ſed q̃ ẽt,tametſi redundantis ſanguinis concurſus
nõ adſit,ad ipſam tm̃ ſanguinis miſſionẽ interdũ ſit cõfugiendum:qñ,ſi valens morbus ſit cum vi A.li.4 f.4.
rium robore: nemo eſt, q̃ ſanguinẽ non mittat,q̃ utiq; in artis operibus ſit exercitatus.Quippe t.2.ca.3.f.
ipſos Empiricos videmus,cũ lapſus ab alto quis ſit, aut aliàs plaga aliqua contuſas vehementer 466. h
corporis partes habuerit,ad ſanguinis miſſionem confugere,quãq̃ idem homo paulo ante ſanus
fuerat,prorſusq; redundantiæ ſanguinis expers. Ex quo patet nõ hoc eſſe,qđ mittendũ ſangui-
nem indicet,ſed magnitudinẽ morbi,ac virium robur,exceptis tm̃ à ſermone pueris.Nam & alia
ratione,ſiquis etiamnum ſanus, nec adhuc quicquam læſus,in ſanguinis redundantis concurſu
ſit poſitus,nõ ſtatim huic mitti ſanguinem eſt neceſſe:imò alijs ſatisfacit inedia,alij cibi parcitas,
alij

A alij ſoluta aluus,vel purgatio,vel frequentius balneū:alij ſola exercitatio, vel multa fricti abunde fuit. Miſſio verò ſanguinis ab ipſis quidem Empiricis,ijs,qui ita ſe habent, neceſſario adhibet. Ad eundē modū nec purgatio in ſola viti ſi ſucci abundantia conuenienter ſuſcipitur. Sed,ſicut miſſio ſanguinis vel ℔ ipſius abūdantiā,vel ℔ morbi magnitudinē, ita purgatio & ℔ abundantiā alterius cuiuſquā ſucci,& ℔ vim morbi adhibetur. Ac de ſanguinis miſſione,tū in alio libro eginus,tum verò in ſequentibus agemus. De purgatione in hoc libro differam: deſiderāt.n. ægri hanc,nō modo vt quod noxiū ſuperuacuū,quo vrgentur,educat,ſed etiā, vt qđ tū ad diuerſum trahat,tū vacuet. Atq; ob eā rē Hippocratis tū in reliquis omnibus operibus, tum in eo,qđ
« de vlceribus prodidit,ēt morbi magnitudinē ad purgationis indicationē conſiderat,"Purgatio,in Ibidem.
« quiens,per aluū plurimis vlcerum prodeſt:præterea vulneribus,quæ in capite ſunt accepta:itē,q̄
« in ventre & articulis:ad hæc ijs,in quibus oſſis caries impēdet. Præterea,q̄ ſuuntur,& q̄ exedūtur,
« & herpetibus,& reliquis,q̄ vlcera diuturna reddunt,ēt quæcunq; deliganda ſunt,per aluū purgā
« da sūt.His uerbis clare docuit vlcerib'oībus,& vulneribus,quoties ℔ualida ſunt, purgationē eſſe
vtilem.Cum.n.trifariam non hæc modo vitia,verum etiam reliqua oīa grauia,magnaq́; reddan
B tur,nempe,vel ℔ afflictæ partis præſtantiam, vel ℔ affectus magnitudinem,vel propterea,℔ ſunt cacoethe,cuiuſq; horum ſeorſum videtur Hippocrates mentionem feciſſe, vtiq; in capitis, ventrisq́; vulneribus præſtantiam læſæ indicans partis. Ventrem autem hoc loco non ſolum inferiorem intelligendū eſſe,ſed ēt ſuperiorē,patere cuiuis arbitror. Diuiſo nanque, qui inter collū & crura eſt,trunco in duas capacitates maximas, prior ſub thorace, ſcđa ſub membrana, quæ abdomini ſubtenditur(Peritonæon Græci uocant)continetur. Et ſanè vulnus,quod intra thoracem,intrave ēt peritonæon penetrauit,non paruum periculum affert, poriſſimum ſiquid interiorum vnà ſit vulneratum.Quin ēt cacoethe ſtatim fieri, quæcunq; in articulis accepta vulnera ſunt,id quoq; oēs fere ſciunt, Empirici quidem ex ſola ipſa experientia,cui ſoli attendūt: qui verò corporis naturæ ſcientiam comparare ſtuduerūt,ex ipſa vulneratarū partium natura. Vbi .n.tendones,& nerui,& carne vacua,atque oſſea loca ſunt,hic doloris,vigiliarum,conuulſionis, & delirij periculum inſtat.Tum hæc igitur vulnera,tū quæ ſuuntur, id eſt quæ adeo ſunt magna, ut futuris indigeant,aut ſi non his certe deligatura, alui purgationem deſiderant.At verò iam dictum in proximo libro eſt,quæ magna vlcera ſunt,ea vel futuris vel deligaturis eſſe coniungen- Lib.de Hum.à
C da.Quin ēt,quibus corrumpendi oſſis periculum impendet,ea utique cum magnitudine phleg- principio.
mones ſunt. Iam,quæcunq; exeduntur,ea tum cacoethe ſunt,tum malorum ſuccorum ſoboles: Herpetes quoq; à bilioſo excremento ortum habent:reliquaque,quę inueterantur oīa,ex hmōi quapiam cauſa proueniunt. Quare in oībus his non ſine rōne purgare per aluum iubet. In progreſſū verò hæc inſuper adijcit: In oī ulcere,cui eryſipelas ſuperuenit,purgari corpus oportet,
« qua parte vlceri maxime conducit,ſiue id per ſupern , ſiue per inferna ſit. Cuius ēt ipſius rei di-
« ſcrimen in libro de ſuccis nos edocuit,auertere"nos iubens ad contraria, deriuare uerò ad latera:
quin ēt,cum maxime influit,tum ad diuerſa reuellere.Dictū verò & de hoc in eo libro eſt. Quare nunc quoque,ſi etiamnū fluxio valenter irruat,reuellere ad contraria ſtudebimus, vtique,ſi in ſuperioribus vlcus conſiſtat,per inferna purgātes:ſin aūt in inferioribus ſit,ſuperiorem ventrem vacuantes. At,ſi iam fluxio reſtitit, atq; in membro inhæſit,deriuare per uicina magis expedit:cū & in propinquiora translatio ſit, & purganti medicamēto promptior,tū acceſſus,tum attractus è vicino detur.Hanc verò rationem ad aliā quoq; artis partem ſpectare, nempe quæ de ſuccorū medicatione præcipit,neminem latere arbitror. Proindeq; in ſequentibus ēt repetere eam erit
D neceſſe,ac totam abſoluere.Nūc illud docere volo,tū ipſam morbi ſiue uim,ſiue magnitudinem appellare velis,pro indicatrice quadā ſanguinis detrahendi,uel purgationis adhibendæ ſtatuendam eſſe:tum verò Hippocratem hanc oīum, quos nouimus, primum indicationē adinueniſſe. Ac de alijs quidem morbis in ſequentibus libris id oñdam, de vlceribus verò in hoc, qui in manibus eſt. Ac de purgationibus quidem mihi explicatum iam eſt. Nam,cum triplici genere morbus quiſq; ſit grauis,℔ præcellentiam partis,aut ℔ affectus magnitudinem, aut ℔ ipſius eacoethe,an, omnium horum meminit Hippocrates,vbi de purgatione egit. Quid igitur(dicet aliquis)nunquid etiam ſanguinem detrahi interdum ſuadet propter has ipſas cauſas ? Mihi uerò,id quoq; iubere uidetur.verum breuiter,nec ſine demonſtratione: veluti tum ipſi, tū reliquis
A.l.4.f.4. t.1.c.3.fo. 463.f mos fuit.Id ita eſſe intelliges, primum quidem,ſi hæc eius uerba relegeris: Omni"recens facto Non longe à principio.
« vulneri,niſi in ventre ſit,expedit ex ipſo ſtatim ſanguinem plus minusve effluere:quippe phleg-
« mone minus tentabitur,tum ulcus ipſum,tum quæ circumpoſita loca ſunt. Poſt hæc aūt ſi ver-
« ba,quæ in libro de vlceribus ab eo"ſunt ſcripta,tum quæ in alijs omnibus libris ſæpe propoſuit,
recorderis,debere ſcilicet imitatorem eſſe medicum non tm̄ naturæ,ſed etiam eorum,quæ,cum
» ſua ſponte veniunt,conferunt,clare iam ſenis mentem intelliges de ſanguine, cum magna ſunt vulnera,detrahendo. Si nanq; expedit in talibus ſanguinem effluere,non aūt effluxit,qđ deeſt, ipſe adijcias,oportet:declarant id ea,q̄ ſubiūgit,quippe hæc ſtatim cum iā dictis uerbis copulat:
« Et ab ijs,q̄ inueterata ſunt ulcera, ut ſanguis crebrò fluat efficere prodeſt, vtcunq; oportunum

videbitur,tum ab ipsis vlceribus,tum à circumpositis vlceri partibus. Nam, qm̃ prædixerat omni vlceri recens facto sanguinem emitti debere,cernens,nisi ēt de inueteratis mentionē faceret, fore,vt ab aliquo putaretur de recentibus tm̃ ita pronunciasse,idcirco illud recte adiecit,& ab inueteratis vlceribus sanguinem mittendum esse.Ac,si perpetuum est,quod ab eo didicimus,incipientem fluxionem ad contraria trahendā esse:fixā verò iam in laborante particula vacuandam esse vel ab ipsa particula,q̃ affligitur,vel a maxime vicina:in promptu nobis & de sanguinis detractione colligere nunc est,q̃ in principio hęc è longinquo,postea ab ipsis exulceratis partibus, sit emolienda.Quin ēt,si ijs,quæ iam dixi,illud quoque adijcias, nempe q̃ ipsum, qui redundat, succum vacuandum esse Hippocrates suadet,aliàs sanguinis detractionem adhibebis, cum videlicet is vincit: aliàs pharmacum,quod ad bilem flauam,vel pituitam educendam vim habet, dabis,illius interim in ōmnibus his non immemor,non esse vlceris, qua vlcus est, vllam id genus curationem,sed vel vitiosi,qui coniunctus est,succi,vel redundantiæ,vel phlegmones,vel herpetis,vel eius generis alterius.Sed nec illius oblitus,q̃ aliquid interim ex ijs, quæ vlceribus accidūt, indicationem propriam suggerat,veluti & magnitudo. Dictū aūt & de ipsis vlceribus est in libro,qui hunc præcedit: vbi vlcerū differētias oēs,& quot,& quæ sint, & quæ sit vniuscuiusq; indicatio, exposuimus.Præberi tamē vacuandi indicationem ab ipsa ægritudinis vi,in eo libro nō dixi:propterea,q̃ longiorem demonstrationem requirebat,& totius corporis curam cum vlceribus in eo non coniunxi:hic verò exequutus sum quantum ad rem propositam erat vtile. E F

De reliquis indicationibus vlcerum curandorum,maxime vero de ijs,quæ à positu,& Figura partium oriuntur. CAP. 7.

NAm absolutus sermo de hoc genere indicationis,quā a magnitudine morbi sumi diximus, ēt in sequentibus habendus restat:pari modo de indicatione, q̃ ab ætate sumitur : p̃terea de ea,q̃ ab humoribus sanādis accipitur. Ad eundē modū,& quæ ab afflictis partibus indicatio exhibetur,cōsummatius in sequētib.libris tradetur.Nunc.n.quod ab earum natura,ideſt tēperamento,& substātia sumi ad curationē potuit,tm̃ diximus:quæ verò tū a positu,tū a forma, itēq; vsu, præterea sensus acumine,hebetudineve,indicatio suggeritur,hāc non attigimus. Dicatur itaq; & de his,quantum sit ad vlcerū curationem vtile.Igitur,quæ acuti sensus pars est, eam q̃ maxime citra dolorē curare tentandum:tradita verò* eiusmodi remediorū materia est in ijs libris, qui sunt de simplicibus medicamentis inscripti.Quæ parum acri sensu est,hæc, si affectus ita suadet, valētiora remedia recipit.Et principis quidē membri robur seruari oportet: veluti latius, vbi de phlegmone agemus,docebitur:Quod tale non est,licet, huic eā medendi rōnem tutò adhibeas, quæ relaxādo remittendoq; mitiget,Chalasticen Græci vocāt.Atq; hæc quidē in sequētibus fusius tractabimus.In hoc libro indicationē,quæ & a positu, & a figura partiū sumitur, trademus, atq; ita quarto huic libro finē imponemus.Hinc igitur excogitatū est,ei,cui exulceratus ventriculus sit,medicamenta esse bibēda:cui gula,nō semel,nec tota simul assumenda,sed paulatim & assidue:qm̃ ex transitu & cōtactu vulneribus,q̃ hic sunt,vtilitas accedit,nō ex continendo, & diutius adhærēdo,sicut ijs q̃ in vētriculo sunt.Quinimmo,& q̃ crassiora hæc,& magis lenta sint adhibenda,id quoq; a positu, figuraq; est indicatum. Nam,qm̃ gula trāsitus quidam comestorum bibitorumq; est,idcirco remediorum eget,quæ adhærere,& vndiq; quasi concrescere,& agglutinari possint:non aūt quæ elui ac defluere sunt prompta. Ac circa partes eius veluti cōcrescūt, q̃ crassa sunt:agglutinātur,quæ lēta sunt. Quæ verò vlcera in crassis sunt intestinis, ijs, quæ per sedem inijciuntur,remedijs magis egent,quippe cui magis sunt propinqua: Quæ in tenuibus hñt (qm̃ & longinquiora sunt, & medio situ posita) ambo requirunt, & quæ superne sumuntur, & quæ per sedē infunduntur. Sanè cōis oīum internarū partium indicatio est,vt ea eligantur,quæ aīalis naturæ maxime sint familiaria,siue ea cibi sint,siue medicamenta:fugiantur, respuanturq; huic contraria,q̃quam in ijs,quæ foris sunt,vlceribus innoxius ēt taliū medicamentorū est vsus, ærugiuis,ærisq; usti,& æris squamæ,& cadmiæ,& pompholygis,lithargyri,& cerussæ. Hæc igit & similia interioribus exhiberi non debebūt.Porrò proditū de natura horū est, tum in tertio de temperamentis uolumine,tū in libris de simplicibus medicamētis. Eligenda uerò alimēta sunt, siquidē ad cicatricē perducere,aut glutinare ulcus studemus,tum austera,tum glutinosa,tū quæ minime mordeant:sin emundare,quæ modice abstergeant: qđ munus mel nō coctū præter cætera p̃stat.Austeræ uerò potiones,& eiusdē rōnis alimēta cuiq; sunt nota. Voco austerū id,quod Styphon quoq; græce,id est adstringens,dicitur:Acerbum uerò,qđ intensum austerum est,græce Stryphnon.Quæ uerò medicamēta citra internarū partiū molestiā sumantur, ea tradita sunt in ijs libris,qui de medicamētis sunt scripti:dicetur tñ & nunc eorū formula.Ergo internis ulceribus opitulantur,hypocystis,& balaustiū,& cytini punicorū,& galla,& malicoriū,& terra* samia,& lemniū sigillum,& rhois,rosarumq; succus,& acacia,aliaq; id genus,q̃ ulceribus internis præsidium afferunt,nec ullam uisceribus noxā inferunt.Danda uerò hæc sunt ex aliquo adstringētiū decocto,uel mali cotonei,uel lentisci,uel summorū rubi,uitisue,uel myrtorū,uel denique ex uino aliquo austero. Non latet aūt,& de uini usu,qđ cauendū id est,ubi phlegmones suspicio adest:

A.l.4.f.4.t.3.c.2.472.d

*ἀναδύνων.

G H

A adeſt:aliàs dari nihil vetat. Nec illud obſcurum eſt,eiuſmodi medicamina præparãda ac iã dictis humidis excipienda eſſe:tum verò tragacanthen,& gummi illis admiſcenda, potiſſimum ſiquis ea ijs,quæ in gula ſunt,exhibebit. Sed & gargarizare quoq; iubendum eſt ei,qui ad fauces & pariſthmia his vtetur. At ad vlcus,qđ in aſpera ſit arteria, vt ſupinus q̃ diutiſſime in ore teneat, ac oẽs,q illic ſunt,muſculos relaxet,remittatque,p̃cipiendũ:influit.n.ſic ſenſim & paulatim de medicamẽto aliquid ſenſibiliter & manifeſte in ipſam arteriam:nã,& cum naturaliter ſe habet,ſcire licet potionis nõnihil huc percolari. Sed,veluti in ſecunda valetudine, ita nimirũ in aduerſa cauendũ eſt,ne largius influat,vtpote qđ tuſſim excitabit. Nã, quoad humor vndiq; iuxta tunicas arteriæ,ceu iuxta murum aqua,deſcendit, tuſſim vtiq; non cit:ſiquid p mediam ſpiritus viam incidit,tuſſes ſtatim excitat. Tum hæc igitur à ſitu & forma partium oĩa ſunt deſumpta: tum verò

A.l.3.f.10. t.5.c.5. fo. 274.f

nõ minus illud,p omnibus medicamentis,quæ thoracis & pulmonum vlceribus ſunt deſtinata, mel" ſit admiſcendum:qñ, ſi auſtera ijs duntaxat medicamẽta exhibebis, ea in ventriculo morabuntur. Ergo digeſtionis eorũ in corpus,inſtrumentum mel erit,ac celeris tranſitus veluti vehiculum:cum eo,p nec vlceri nocebit. Ad eundem modũ,quoties in veſica & renibus vitium conſiſtit,non ſolum mel ipſum,ſed ẽt eorum,quæ vrinas mouent, quippiã, vlcerum medicamentis

B miſceri oportebit. Illud quoq; patere,vel me tacente,cuiuis arbitror: exulceratas partes tum earũ ſubſtantia,tum functione,tum vtilitate,tũ poſitu,tum figura diſcerni. Monſtratum autẽ id abunde eſt in libro de notis affectorum locorum. Verum non eſt de illis nunc locus. Rurſus igitur ad medendi methodum reuertor. Aio igitur non hæc modo,ſed etiam alia non pauca ex figura partium,poſituraq; indicari:quippe qñ nec deligare commode ægram particulam poſſis, niſi prius vel ex figura,vel poſitura,vel vtriſq;,indicationem ſumpſeris:ſed nec immittere in ſedem clyſteris fiſtulam cõmode queas abſq; eius generis indicatione. Iam per penem inijcere medicamenta in veſicã ſæpe neceſſum eſt. Illud de cathetere apponere opus non eſt, quòd eo pro be uti omnino nequeas,niſi & poſitũ,& figurã totius veſicę planè perſpectam habeas. In talibus ergo oĩbus clare patet non parũ ad totam curationẽ affectum ipſum locum indicare. In ruptis aũt,(quæ Rhegmata Græci vocant,)plures indicationes in diem concurrunt:ſiquidem, & quæ à poſitura capitur,recte ad examen venit. Nam propterea, p & in profundo corporis ſunt, & latent,idcirco diuerſam curationem ab ijs,quæ apparent,poſtulabunt. Quoniã verò cum ecchymoſi quidem omnino,aliquando verò & cum contuſione circum ipſam præruptam carnem cõ

C ſiſtunt,idcirco plures curationes indicabunt,ſemper enim pro affectuum numero,etiam medendi* indicationes reſpondent. Ac docebitur quidẽ,vbi de phlegmone diſſeremus, locupletius, p valentiora medicamenta requirant,quæcunque in profundis partibus laborant, q̃ quæ in ſummo copore ſunt affecta. Nunc id ſaltem arbitror patere,p ſolui neceſſum eſt præſidiorum, quæ foris applicantur,vim,vbi,quod ab his iuuandum eſt,in profundo latet:quare intendere hãc eatenus oportebit,quatenus per tranſitum ad profundum eſt remittẽda. Sanè ecchymoſis omnis, vacuationem pro remedio curationis indicat: quare calfacientibus huic & modice ſiccantibus medicamentis eſt opus. Quippe,quæ vehementer ſiccant,digerunt illa quidem in principio eui dentius,quàm quæ ſunt imbecilla,cæterum non nihilipſius vitij ſcirrhoſum difficileq; curatu relinquunt. Ac dicemus de his in ſequentibus diligentius: ſed & nunc,quantum ad rem pertinet, abunde eſt dictum. Quæ enim humectant calfaciuntq; pharmaca:præterea hæc, quæ omnes iã græce uocare Chalaſtica,id eſt relaxantia, ſolent: atque ex his quæcunque ad ſiccius paulo vergunt,nec tamen adhuc clare manifeſteq; contrahentia ſunt,quæ * Syntatica vocant: hæc omniũ ſunt ecchymomatum remedia. Curandum vero eſt,ut una cum ruptis, quæ in profundo hærẽt corpore,hæc tum uires magis habeant intentas:tum ipſa magis acria magisque* diſſipantia ſint tum(ut ſemel dicam)tanto efficaciora,quanto magis à cute ad profunda ecchymoſis exceſſit. In

* Al. Ξηραντικὰ i. exiccantia.
* Τμητικώτερα i. incidentia.

A.li.4..f.4. t.2.c.3. fo. 467.a

D talibus" ſanè nec cucurbitæ vſus ſit inutilis:id etenim eſt inſtrumentum ad uiolentum attractum à medicis excogitatum. Cæterum,cum totum ecchymoma digeſtum per halitũ eſt, ſiccare iam uehementius ruptum ipſum permittitur,ac deligatura coniungere,omniaque in ſumma facere, quæ,ut ulcus coaleſcat,efficiant. Ergo,ſi euocatum celeriter ecchymoma ſit, facile coaleſcet rupta ipſa caro; ſin longiore ſpatio,ſordes multa ſubnaſcens medium inter vlceris labra ſpatiũ occupat ita,ut iam coire ruptio non poſſit. Atque inde adeo fit,ut qualibet leui de cauſa nos hæc ſui admoneant: nam,ſiue quis obriguit,ſiue parum concoxit,ſiue febri laborauit,ſiue ſe uehemẽtius fatigauit,eiuſmodi particulis iuico dolet: non enim in idem coiere ruptionis labra, ſed tantũ prope ſunt admota: quo fit,vt leue momentum ea facile ſeparet,& medium locum ſuperuacuo humore repleat. Et quid,quæſo,aliud,quàm aſſidue nouum ecchymoma his gignitur: & primo illi,cum videlicet primum caro eſt rupta, ſimile? niſi quòd nunc ex tenui magis* ſanie conſtat, cum in principio è ſanguine ecchymoma eſſet: ideoque facilius etiam nunc, quàm intra initia, digeritur. Hæc itaque,quæ hactenus diximus, diſputationi de vlceribus ſatisfacient. Finemque iam quarto huic volumini impono.

GAL.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Sanguinis Profluuia, quæcunque venis vel arterijs læſis contingunt, ſanantur, ac vlcera in pene, vel in ſede.

Epilogus uniuerſæ vlcerum curationis ſuperioribus libris explicatæ. CAP. 1.

QVemadmodũ qs vlcerum curationẽ optime moliatur, cum duobus ante hunc libris docuerimus, illud obiter oſtendimus, reliquos oẽs medicos, q ſimpliciũ in nobis particularum elementis minime inquiſitis artem adeunt, non poſſe quicquam certa rõne ſanare, minimeq; omnium, q Theſſali dogma profitentur. Reliqui nanq; ea ſaltem vlcera, quæ in diuerſis ſint partibus, diuerſis rationibus ſananda cẽſent, ipſa nimirum experientia docti. Qui verò Theſſalum authorẽ ſequuntur, ꝑꝑ excellẽtẽ ſcilicet ſapiẽtiã, oẽ vlcus, quacunq; in parte animalis ſederit, ſimilis egere curationis putãt. Quippe, ſi cauũ ſit, impleri: ſi æquale, cicatrice ĩduci: ſi caro ſupercreſcat, hãc detrahi: ſi cruẽtũ, recensq; ſit, agglutinationẽ poſtulare aiũt: ceu verò, q hæc norit, eũ recte mederi ſit neceſſe: nec ſit hæc ratio ẽt cuilibet à plebe cõis, cũ nemo ſit, qui horũ quidquã ignoret. Cæterum nec, quẽadmodum carne implendus ſinus ſit: nec, quẽadmodũ ad cicatricẽ ꝑduci, qđ implẽ eſt, debeat: aut comprimi, quod ſuperauctum: aut coaleſcere, quod purũ citraq; ſinum eſt, intelligunt: ſunt.n. eiuſmodi opera tm̃ medicorũ, q̃ vel rõne, vel experientia, vel utriuſq; ope ſunt inuẽta. Rurſus igitur repetentes, ſummatim ea ꝑcurramus, quò dicẽdorũ caput cũ dictorũ copuletur calce. Monſtratũ eſt omne vlcus ſiccantia medicamenta requirere: Cæterũ, quod ſinũ hẽt, vt minus ſanè, q̃ reliqua, ſic ea, quæ, præterq̃ ꝙ modice ſiccẽt, ẽt abſtergẽdi facultatẽ obtineant, deſiderare: Quod verò coniungi ſibi labra poſtulat (cuiuſmodi ſcilicet ſunt, quę medicis latine Cruenta, græce Enæma dicũtur) huic, tũ q̃ magis ẽt ſiccẽt, tũ verò, q̃ citra abſterſionẽ leuiter adſtringãt, opus eſſe: Iã, q̃ vlcera ꝑduci ad cicatricẽ poſtulãt, hæc nõ ſolũ magis adhuc ſiccantibus, ſed ẽt ſtrenue adſtringẽtibus remedijs egere: Quòd ſi caro eorũ ꝑter naturæ modũ ĩtumuit, acria & demoliẽtia (q̃ eadẽ calida ſiccaq; neceſſario ſunt) deſiderare. Si qđ verò aliud ſymptoma vlceri adiũctũ erat, ab eius natura curationis indicatio ſumebatur: atq; ex hac ruſus remediorũ facultas petebatur. Si nanq; ſordes innaſceretur, q̃ hãc tollerent, opus eſſe: eaq; ob aſtergẽdi vim habere multo ſanè maiorẽ, q̃ ea, q̃ carne implerent: Si verò copioſior in his humiditas cerneretur; ẽt ꝙ magis ſiccaret, medicamento opus eſſe, cæterũ ꝙ ꝓpriã ſpeciẽ nõ egrederetur: Ac, ſi agglutinaturũ medicamentum eſſet, ſiccans adſtringens q; id eſſe debere: ſi carne impleturũ, ſiccãs & abſtergẽs: atq; in ſingulis reliquorũ, vt dictũ eſt. Si verò intẽperata ſubiecta caro eſſet, primum eius intẽperantiæ ſuccurrẽdũ eſſe, utique, q̃ ſiccior iuſto eſſet, hanc humectantibus: q̃ humidior, ſiccãtibus: tũ q̃ calidior eſſet, refrigerantibus: q̃ frigidior, hanc calefaciẽtibus: &, ſi gemina qualitate eſſet intemperata, pharmacũ quoq; eligentibus, quod gemina eſſet qualitate contrariũ: Quippe id oĩum, quæ præter naturam ſunt, cõe eſſe, non poſſe ad naturã ſuam redire quicq̃ ſine iis, quę ipſi facultatẽ haberẽt contrariam: Conſiderandas ꝑterea & intemperantię cauſas hoc tempore eſſe, ſiue hæ totius corporis eſſent cões, ſiue quarundam partium propriæ, q̃ videlicet per ſocietatem (quam Sympathi an vocant) exulceratũ membrum infeſtarent: Medendum verò primum eſſe cauſæ, q̃ intemperantiã adhuc foueret: poſt hanc verò ipſi, quæ iam facta eſſet, intemperantiæ: quippe hanc cõem * indicationem eſſe oĩum, quæ ex cauſa quapiã oriantur. Oſtendimus autem tum ab vlcerũ differentiis diuerſas ꝑberi indicationes: tũ eas, quę a laborantis corporis tẽperamẽto ſumuntur, diuerſam ab his hr̃e rõnem. Siquidẽ illæ, cum ex ijs, quæ ꝑter naturam ſunt, ſumantur, oẽs contraria eſſe adhibenda dictant: hæ, cum ab ipſa natura capiantur, ſimilia. Nam, ſi quapiã ſiccior pars eſt, ea magis ſiccari poſtulat: q̃ minus talis eſt, ea minus eſt ſiccanda. Ad eũdem certe modum, & de calefaciendo, refrigerandoq; eſt ꝑceptum. Nec illud omiſimus, ex præcellẽtia mẽbri, aut contrario ſtatu, itemq; ex ſenſu acri, hebeteve diuerſum medicandi conſilium peti.

De vnitatis ſolutione in vena, vel arteria. CAP. 2.

ERgo, quod reliquum eſt huius morborum generis curandi, id nunc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinæ cauſa, vnitatis ſolutionẽ appellauimus, nec refert, ſi cõtinuitatis ſolutionẽ voces. Incidit hæc nõ in ſimilaribus modo, & ſimplicibus partibus, ſed ẽt in cõpoſitis, & inſtrumẽtalibus. At verò remediorũ indicationes aliæ à ſimilaribus ſumuntur, aliæ ab inſtrumẽtalibus.

A bus. Quarum ambas norunt, qui methodū Hippocratis cōsectantur, propterea, ꝙ vtrarumque partiū naturam intelligūt: alteram aūt duntaxat (nēpe q̄ ab instrumentalibus præbetur) qui Erasistratum, & Herophilum sequuntur. Quare in iis, qui sequētur sermonibus, quæcūque a calido, frigido, humido, & sicco corpore, morbove indicationes sumuntur, nullius certe methodum hi habebunt: q̄ verò a forma, positu, præcellentia, acri sensu, aut his cōtrarijs p̄bentur, has non ignorabunt. Illustrius erit, ꝙ dicimus, si partes ipsas proposuerimus. Quoniā igitur de ijs maxime vlceribus, q̄ in carnosis accidunt partibus, hactenus abunde tractauimus, nūc tēpestiuum vr̄ de iis agere, q̄ in arteria, vena, & neruo contingunt: nec de iis absolute, sed vt in quouis sunt viscere, vel denique instrumētali animalis parte. Ergo, sicui arteria venave magna vulnerata est, & copiosum sanguinis ꝓfluuium continuo superuenit, & glutinari id vulnus difficile q̄dē ēt in vena est: in arteria verò non solum difficile, sed ēt quod fieri (sicut nonnullis medicorum est visum) oīno fortasse non possit. Dicendum ergo viciſſim de vtrisq; est, ac prius de sanguinis profluuio: secūdo loco de agglutinatione. Q̄m aūt, & ꝓ anastomosim, & ꝓ diapedesin, vt mox docebimur, ꝓfluuia huiusmodi fiunt, non alienum sit, ꝓpterea, ꝙ curationem cōem hēnt, ēt hoc loco de iis meminisse,

A.li.4.f.4.t.2.cap.16.469.c B tametsi ex alio esse morborū genere videantur. Sane" profluit ex vena, vel arteria sanguis, aut reserato earū ore, aut tunica earum diuisa, aut (vt sic dicā) transcolatus, siue sudoris modo trāsimissus. Porrò diuiditur ipsa tunica, tū ex vulneratione, tum contusione, tū ruptione, tum erosione. Anastomosis accidit propter tū vasis imbecillitatē: tum sanguinis, q̄ ad eos eius impetu ruat, copiā: ad hæc, acrē quampiā, q̄ illi extrinsecus incidat, qualitatē. Diapedesis verò ex tunica q̄dē ipsa rarefacta, sanguine verò tenuato oritur: accidere p̄terea interim p̄ōt, & ex graciliū uasorum ore adaperto. Dicendum igitur est de horū affectuum vnoquoq; seorsum: ac primum de diuisione, quam vel ex erosione, vel vulnere, vel contusione, vel ruptione diximus accidere. Quæ itaq; vulnerant, ea sunt acuta, atq; ad secundum habilia: q̄ cōtundendo soluunt, ea grauia duraq; sunt: q̄ rumpunt, omnia id tensionis interuentu faciunt: idē & intēsior actionis vehemētia facit, tū succi abundantia, nō vtiq; virium respectu, sed cum à vase suo nō continetur: ēt casus ab alto, tū graue quippiā durūque incidens. Quippe eiusmodi aliquid cum vel vasis vacuis, uel pusillam oīno rem continentibus in ea inciderit, si durum ex opposito hēt, contusa reddit: At, si plenum vas sit, prius id rumpit, q̄ cōtūdat: cū sit, quod tum accidit, persimile, ac si utrem vesicāve impleas, atq; in hāc

C lapidē iactes: vel cōtra lapidi vtrem uiolenter illidas. Sanè huic persimile est, quod accidit in casibus ab alto: quam nanq; rationem vter habet ad lapidem, hanc homo habet ad solum. Quisquis verò ex maximo acutissimoq; clamore, in pulmonibus vas perfregit, is violentiæ actionis acceptum malum referet. Similiter huic, & qui ex eo, ꝙ prægraue onus, aut humeris imponere est conatus, aut aliàs manibus attollere, uas fregit. Atq; hoc etiā magis, cui ex cōcitatissimo cursu, aut valentissimo saltu, aut aliter particula vlla violenter extensa id accidit: est enim id quoq; ꝓsimile, ac si funiculum, aut lorum, quā maxime distendes. Porrò perrumpi quoque non pauca, propterea, ꝙ sanguinem, quem in se habent, non continent, potissimū cum flatulentus is sit, indicio sunt, tum dolia, quæ sæpe musto rumpuntur: tum alia multa valentissimorum corporum.

Quibus remedijs venarum, & arteriarum vlcera agglutinari, & fluxus sanguinis deriuari, ac reuelli queat. CAP. 3.

AC, si ex vulnere, vel clamore, vel casu, vel cōtusione ꝓruptū uas est, utique in his causa ipsa desiit: Si verò ex abundantia, fieri potest, vt vas ēt amplius rumpatur, effectrice saltē adhuc manēte causa. Atq; in hoc quidē affectu vacuāda quā primum abundātia est: abhinc sāguis supprimēdus: mox vlcus ipsum curādum. Vbi verò effectrix causa iā desiit, primum sistere sanguinē

D expediet, post vlcus sanare, {Quomodo igitur sistemus sanguinem?} Obturato" quidem, qd̄ per ruptum est, auerso aūt, atque aliorsum trāslato, quod per id ferebatur, qñ, si id eo, quo īter initia, impetu cōfluat, osculūq; uasis pari modo pateat, citius plane moriatur animans, q̄ profluuio laborat, q̄ sanguis cesset effluere. Porrò vlcus ipsum claudetur, vel labris eius, quæ dissident, in idē adductis, vel osculo eius obstructo. Adducentur in idē labra eius, tum nostrarum manuum opera, vbi sic ad manum vlcus se exhibet, tum per deligaturam, tum verò per ea remedia, quæ refrigerent, & adstringant. Neque.n. fuere fas est arteriæ venæve vulnus, veluti dixerint, qui nullā à vulneratæ partis substantia naturaque sumi indicationem aiunt. Obstruetur vasis osculū, & sanguine ipso concreto (qui Trombos græce dicitur) & ijs, q̄ foris illi imponuntur. Possunt autem superimponi, tū carnosæ ipsæ, q̄ circa ulcus sunt, partes, tum in nonnullis vulneribus ipsa cutis, adhæc q̄cunq; ipsi comminiscimur; Ea sunt, & linamenta, quos Motus græce vocant; & medicamenta ea, quæ idcirco, ꝙ ex lenta crassaq; subſtantia consistant, meatus obstruunt, (Græci Emplastica vocant;) præterea, quæ crustam, quam Græci Escharam vocant, efficiunt, quippe hanc quoq; ceu septū quoddā huiusce modi vlceribus veteres excogitarunt. Efficiunt hanc tum ignis ipse, tū q̄dā medicamina, quibus ignea uis inest. Atque his quidē rebus obstruitur uasis osculum. Auertit aūt sanguis, atq; ad alia mēbra cōuertitur, tū {ad ꝓxima} deriuatus, tū {ad cōtraria} revulsus. Illud Parocheteusin, hoc Antispasin græci vocāt. Nā hæc quoq; Hippocratis inuēta sunt,

A.l.4.f.4.t.2.cap.17.470.a

Lib. de Humoribus a principio. *Verba interpretis.*

omnis

omnis ſcilicet immodicæ vacuationis cõmunia remedia. Deriuatio ad vicina loca fit, cũ id, qđ ꝑ palatũ vacuatur, ꝑ nares deriuatur: reuulſio aũt ad contraria, cũ ad inferna reuellitur. Rurſus, qđ ꝑ ſedẽ ꝓfluit, id per vuluã deriuamus: ſurſum vero reuellimus. Ita nanq; & natura ipſa facere ſolet. "Mulieri. n. inquit Hippocrates, ſanguinẽ vomenti menſes ſuperueniẽtes remedio ſunt. Hac igitur de cauſa, ſi "vel mẽſes cõfertim eruperint, vel ſanguis ab vtero quoquo modo profluxerit, ſurſum reuelles, cucurbitã "maximam ſub mammis defigens: nam & hoc Hippocratis inuentum eſt. Eãdẽ ob cauſam, cũ è naribus ſanguis erumpit, id retinent maximæ in p̃cordiis defixæ cucurbitæ. Infigẽdę aũt ſunt, ſi ex dextra nare ꝓfluit, ſuper iecinore: ſin ex ſiniſtra, ſuper liene: ſi ab vtra que nare, ſuper vtroq; ſunt imponendæ viſcere. Quod ſi reſolutus adhuc æger non ſit, ẽt vena ex eo cubito incidẽda eſt q, profuſioni è directo reſpondet: vbi paulum detraxeris, mox vnam horã intermittẽs, rurſus detrahẽs: poſt iterum atq; iterum, ꝓ laborantis viribus. Ad hunc modũ & reliquas oẽs fluxiones (quippe cõis ratio eſt) tũ ad contraria reuocabis, tum per vicina deriuabis, vtique, q̃ per aluũ fluũt, ea vel ꝑ vrinas, vel vterum tranſmittẽs: quæ verò ꝑ urinas, ea vel per ſedẽ trãsferens: pari mõ, quæ per uterum erumpunt, vel per vrinas, vel per aluum: quæ verò in oculis, aure, vel palato fluxiones accidunt, eorũ ad vicina deriuatio per nares eſt. Reuulſio verò in ijs, q̃ ſupra ſunt, omnibus, deorſum ſemper agitur: ſurſum, in ijs, quæ ſunt infra. Præterea à dextris ad ſiniſtra, ſicut ab his rurſus ad illa: ſimiliter ex ijs, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris ſunt; contraq; ab his ad illa. Ergo frictio contra poſitæ partis, potiſſimũ per ea medicamẽta, quæ calefaciant: p̃terea vincula valentius adducta: ijs, quæ ad contrarium reuocant, remedijs ſunt annumeranda. Non ſecus profectò & naturalium meatuum, qui poſiti ex aduerſo ſunt, recluſio. Quæ verò id p̃ſtare medicamẽta poſſint; tradita eorũ materia à nobis eſt in libris, quos de medicamentis prodidimus, ſed de omni fluxione in ſequentibus ẽt libris tractare neceſſum erit. Nunc ad ſanguinis ꝓfluuium eſt redeundum. Quippe de genere "obturantium quodammodo eſt & vinculum ipſis ꝓfluentibus vaſis iniectum: ipſique noſtri digiti, dum ea committunt, ſtringuntque. Eſt & alia huc pertinens ligatio, quam Græci Epideſin vocat: quanquã ipſum uas circulo non complectitur, ſicuti vinculum; verum cum ex parte complexu ſuo committat quodam modo vulnerati membri diſſidentia labra, & q̃ ſuperimpoſita ſunt, contineat, merito inter claudentia remedia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagiæ remedia cenſeatur & appoſitus vulneratæ partis ſitus. Porrò appoſitus fuerit, ſi ad geminum hunc finem ſit directus, nempe vt & dolore pars careat, & ſurſum ſpectet: ſi verò vel prona ſpectet, vel doleat, non ſolum profluuium nõ ſiſtetur, ſed etiam, ſi non ſit, prouocabitur. Ergo, qui hæc norit, ſi quando aſtiterit ei, cui ex vulnere ſanguis profluit, (de his enim primum agam) illico digitum ſuper os vulneris vaſis imponat, blãde innitens, ac ſine dolore comprimens, quippe ſimul tum ſanguinem ſiſtet, tum eum concreſcere in vulnere faciet. Quin immo ſi uas, unde profluit, alte ſit demiſſum, certius ipſis tum poſitum intelligat, tum etiã magnitudinem, præterea, venane ſit, an arteria, poſt hæc iniecto vnco attollat, ac modice intorqueat. Quòd ſi ne tũc quidem ſiſtitur ſanguis, ſi vena fuerit, tentet citra vinculũ ſanguinem ſupprimere aliquo ex iis medicamentis, quæ ſanguinis ſupprimendi facultatem habeant. Sanè optima horum ſunt emplaſtica ea; quæ ex frixa reſina, & farinæ triticeæ tenuiſſimo polline, & gypſo, alijsque id genus ſunt confecta. Sin arteria ſit, duorum alterum, aut vinculo amplectens, aut totum vas præcidens, profluuium ſiſtes. Sane vinculum magnis quoque venis inijcere interdum cogimur, atque etiam interdum totas præcidere vtique tranſuerſas. Incidet autem huius neceſſitas in ijs, quæ ex profundiſſimo loco rectæ aſſurgunt, præſertimq; per anguſtas, uel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex utraq; parte pars utraque, cęlaturque ac integitur à ſuperiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen eſt utrũque facere, & uinculum uaſis radici inicere, & quod deinceps habetur præcidere. Radicem vaſis uoco priorem eius partem, quæ vel iecinori proprior eſt, vel etiam cordi, hæc in collo ab inferiore eſt parte, in brachiis & cruribus à ſuperiore, in ſingulisque reliquarum partium, prout ex diſſectione intellĩgere licet; quam nec ipſam amethodi iſti Theſſalii admittunt.

5. Aph. 32. Ex. ord. 4. d
5. Aph. 50. Ex. ord. 42. a
Et 2. Epid. ſec. 6. circa mediũ.

A. li. 1. f. 4. 6. 23.

A, ibidem.

Quo pacto implenda carne ſint vlcera, cum ſanguinis impetum ſtiterimus: ac de medicamentis, quæ cruſtam inducunt. CAP. 4.

HIs peractis, implẽdũ carne vulnus q̃ primum eſt prius, q̃ uinculũ à nare decidat. Niſi. n. ꝓducta caro prius locũ, q, circa p̃ciſam arteriã eſt, impleuerit, ſed locus aliquis vacuus ſuperfuerit, vtique, qđ Græci Aneuriſma dãt, ſequit. Quã ob rẽ eo potius gñe ſanguinẽ ſiſtẽtiũ utendum ſuadeo, qđ ſua lẽtitia meatus obſtruat, (emplaſticõ uocãt) q̃ qđ cruſtã efficit, ꝑ ꝑea, ꝙ & citius & minore cũ periculo poſt ipſum impleẽ vulnus. Quippe periculũ in altero eſt, ne, ſi defluat cruſta, rurſũ ſanguinis ꝓfuſio ex uaſe excitetur. Optimũ igit oĩum, q̃ noui, medicamẽtorũ, quo ẽt ad cerebri mẽbranarũ hæmorrhagias tutiſſime vtemur, eſt, qđ nũc ſubiiciã: Thuris pars una, aloes partis vnius ſemiſſi miſceẽ, mox cũ vtendi tp̃s inſtat, tm̃ huius cũ oui cãdido ſubigitur, quãtũ mel lis reddat craſſitudinẽ: hoc dehinc "leporis molliſſimis pilis excipitur; deinde tum uaſi ipſi, tũ ulceri toti, liberaliter imponitur. Alligandum aũt id forinſecus faſcia eſt ex tenui linteo, cuius faſciæ

A. li. 3. f. 3. t. 1. cap. 9. f. 240. f

primi

A primi quatuor quinqueve amplexus ipſi profluenti uaſi inijcientur: abhinc uaſis radicem uerſus
ducenſ, in q̃bus videlicet partibus radicẽ verſus ducere licet: licet aũt ferè ĩ oĩbus, præterq̃ cere
A.l.4.f.4. bri mẽbranis. His factis, vbi" tertio die ſolueris, ſi tutò adhuc medicamẽ vlceri adhæret, aliud rur-
t.2.c.17.f. ſus ſuper impones: ac veluti linamentum id, qđ ex pilis factũ inhæſit, madefaciens deligabis ita,
470.c vt initio deligaſti. Sin prius ſua ſponte linamentũ decidat, radicem vaſis digito blãde cõprimẽs,
quatenus videlicet nihil cõfluat, hoc quidẽ ſuſpenſa manu adimes, atq; alterũ impones. Ad hunc
modũ, quod carne munietur, curare vas debebis, vtiq; a principio ad finem vſq; particulam ſupi
nam ſeruans, cuſtodito tñ in hac ſitus figura, modo. Vitandum. n. ne dolor incidat, ac rurſus pro-
A.ibi.c.18 h fluuiũ excitet: cũ nihil ſit, quod profluuiũ magis, q̃ dolor, proritet, & phlegmonas augeat: Hoc
medicamento multifariã vtor, aliàs (vt dictũ eſt) duplum thuris aloe" admiſcens: aliàs pari modo
ambobus vtens: aliàs paulo ſuperante aloen thure, aut ẽt pluſculo, ſed nondũ duplo: ẽt mannam
pro thure aliqñ inijciens. Eſt aũt manna medicamẽtum, qđ magis, q̃ thus, adſtringit: thus verò,
q̃ mãna magis emplaſticum. Porrò conſtat in duris corporibus plus aloes eſſe immiſcendum, in
mollibus plus thuris. Eritq; alterũ eorũ magis adſtringens: alterũ lentitia, & craſſitudine ſua te-
nuibus ſpiramẽtis magis inhærens: qđ emplaſticoteron vocant. Itaq; ẽt, magis tenax, ac (vt ſic
B dicam) reſinoſius deligas thus, oportet, vbi magis eſſe emplaſticum medicamentum ſtudebis: id
ſanè, tum mollius eſt, tum albidius, tum qđ manſum ritu aloes, & mannæ non comminuitur, ſed
partes ſuas ſibi cohærẽtes defendit, veluti Chia maſtiche. Verum hæc eius tractationis ſunt pro-
pria, q̃ de cõponendis pharmacis præcipit: q̃ in hoc opere non alicubi attigiſſe omnino non li-
cuit. Siquidem aut nuſq̃ nobis particularis exẽpli facienda mẽtio fuit, ſed ipſis tm̃ vniuerſalibus
cõtentos eſſe methodis oportuit, aut, ſi particularia poneremus, ẽt p̃paratio eorũ fuit attingẽda.
Verũ (vt ante eſt dictũ) eius generis remediorũ, q̃ methodo ſint inuenta, vno alterove exemplo
hic poſito cõtentos eſſe cõueniet. Id verò ſemper mihi teneri memoria velim. Sed reuertamur
rurſus ad id, quod dicendo, parũ abſoluimus. Mentionẽ. n. iam dicti medicamenti idcirco plurib.
feci, q̃ cæteris id oĩbus p̃ſtare mihi perſuaſi: mirorq̃;, ſicui melius inuenire cõtinget. Ideoq; tum
in cerebri membranis ſemper: tum in colli vulneribus eo vtor: etiam ipſarum venarum iugula-
riũ, quas Sphagitidas uocant, utpote cum harum quoq; profluuiũ citra uinculum ſiſtat. Non eſt
aũt in his cõmittendũ, vt in opere ꝓpperes, veluti quidã ſtolidi chirurgi faciũt: ſed altera manu in-
feriorem vaſis partem comprimes, aut complexus tenebis: altera medicamentum vulneri impo
nes, ac blande ei apprimes, donec concretum adhæſerit: mox deligabis ſuperne deorſum, non
C (vt in artubus) inferne ſurſum: ſiquidem radicem verſus vaſorum ducere deligationem oportet,
ac, quod confluit, reprimere. Sunt porro, & alia non pauca pharmaca, quæ citra omnem dolo-
rem emplaſticam vim obtinent: verum nullum ita carne implet. Expedit autem q̃ maxime in
eiuſmodi caſu, vt priore medicamine cadente, caro circum vas ipſum ſit producta. At, quæ cru-
ſtas generant, vbi cruſta decidit, magis nudam partem, q̃ pro ipſius naturali habitu, derelinquũt.
Eſt nanque ipſius cruſtæ generatio ex ſubiectis circumpoſitisque corporibus (vt ſic dicam) ſe-
miuſtis, ſic, vt* cuiuſmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parant, eiuſmodi ipſæ cruſtæ
carnis exuſtæ ſint reliquiæ. Quare, quantum particulæ aduſtum ad cruſtam eſt, tantum profectò
ipſi de naturali carne deperditur. Id itaque omne particulæ decedit, cum cruſta cadit; atque ob
eam rem nuda ſineq; carne viſitur. Multisq; poſtea, q̃ cruſta decidit, ꝓfuſio ſanguinis, quę ægrè
ſupprimi potuit, ſuperuenit. Quare in his quoque quiſquis methodo adminiſtrare omnia uolet,
is tum modos oẽs, quibus ſanguis ſupprimatur, longe prius conſiderabit: tum. n. eliget, qui mi-
nus ſit cum periculo, vtẽs non minus, reliquis omnibus, quoties neceſſitas vrgebit: Maximam
aũt neceſſitatem, vel cruſtificis medicamentis, vel ignitis ferramentis vtendi animaduerti, vbi ex
eroſione putreſcẽtis alicuius, profluuium ſanguinis concitatur. Quinetiam, vbi in tali affectu to-
D tum, quod computruit eſt ſublatum, tutius eſt, uel ipſius ueluti radicem adurere, uel certe cruſti-
ficis medicamentis uti. Hac uerò ratione, tum in pudendis, tum ſede, ad talem neceſſitatem ſæpe
deuenimus, ꝓ uidelicet hæ partes, tum propter naturalem humiditatem, tum ꝓ excremẽtorum
ſunt canales, ex leui cauſa putreſcant: id uerò, quò pro incruſtantium pharmacorum delectu cõ-
ſilium diriges, erit nõ utiq; ſolus calor, ſed cum quo" adſtringẽdi facultas ſit coniuncta, qualis in
A.li.1.f.4. chalcitide, & myſi, & atramento ſutorio, ſiue uſtis his, ſiue inuſtis utare, uiſitur. Quæ uerò ex cal
c.23.81.g ce non extincta cõficiuntur, ea utiq; ualentiora his ſunt: cæterum calx adſtringendi uim non ha
bet. Excidunt igitur citius, quæ ab his fiunt cruſtæ: hærent autem corporibus diutius, quæ ab ad-
ſtriugentibus: quod utique longe eſt utilius, quando ita prius naſcitur in imo earum caro, effici-
turq; profluenti uaſi uelut operculum quoddam. Vnde nec noſmet p̃cipites eſſe (veluti nonnul-
li ſunt) ad cruſtas, ubi hæmorrhagiæ periculum imminet, detrahendas, oportet, niſi in illis tantũ
affectibus, in quibus propter putredinem eandens ferrum corpori hominis admouere coacti fui-
mus. Appellant, neſcio quomodo, eum affectũ oẽs nũc medici Græci νομὴν à uerbo, quod pa-
ſcere ſignificat, propterea, ꝓ pergere paſcendo id uitium ab ægris particulis ad eas, quæ integræ
ſint, ſoleat, atque harũ ſemper aliq̃d ægris adijcere: ita, ut nõ à ſubſtãtia indicatæ rei, ſed ab acceſ-

ſorio

forio appellatione indiderint. Copia materiæ medicamentorum omnium, quæ hac prædita fa- E
cultate sunt, in propriis commentariis dicta est. Proprios intelligo, & qui de simplicibus medica
mentis, & qui de compositione eorum sunt scripti.

Capita Methodi sanguinis profluuium sistendi, ac de eo profluuio, quod de profundo corporis erumpit. CAP. 5.

ERgo recensitis huius methodi, qua sanguinis profluuia, q̄ ad manū sunt, cures, capitibus, mox ad eorū, quæ in alto sunt corpore, tractationem accingemur. Qui igitur è uasis ꝓfluit san-
guis, aut propterea, ꝙ amplius non confluet, sistetur: aut ꝙ occlusa diuisio erit: aut etiam propter
vtrūque simul id quod reor tutissimum. Porrò cōfluere prohibetur, & propter animi deliquiū, A. l. 4. f. 4
& cum {ad contraria} reuellitur, & cum {ad vicina} deriuatur, & per refrigerationē tum cor t. 2. cap. 17.
poris totius, tum verò præcipue ipsius partis afflictæ. Hac enim tatione ēt frigida pota sæpe hæ- 470. b
morrhagias suppressit. Idē facit, & frigida foris in fotu affusa, sed & posca, & vinū acerbū, aliaque
q̄cūque, vel astringendi, vel simpliciter refrigerandi vim habēt. Clauditur ipsa diuisio, si vel con
trahatur, conniueatque id, quod diuisum est, vel obstruatur. Sanè cōtrahitur, tum adstrictione,
tū refrigeratione, tum deligatura, tū vinculo exceptum. Ostenditur vel intrinsecus, vel extrinse-
cus. Et intrinsecus quidē, à sanguine concreto, Græci Thrombon vocant: Extrinsecus, tū hoc ip F
so, tū verò linamentis, & spongiis, & crustis, & medicamentis iis, q̄ lentitia crassitieq; sua meatus
obserant, (Græci Emplastica uocant,) ad hæc corporibus iis, q̄ circumiacent, propius admotis.
Quorum singula quemadmodum perficiantur, dictum iam est. At, quæ de profundo sanguinis
profluuia erumpunt, ea nec uinculo, nec deligatura sanes, veluti nec ignitis ferramentis, nec (ut
semel dicā) iis, q̄ diuisum ipsum corpus partemve cōtingere machinantur; immo ꝓ reuulsionē,
ac deriuationem {ad vicina} præterea cibū potionēque, qui & emplasticā uim habeāt & refri-
gerēt, & medicamēta, quæ adstringāt. Habes verò vberē talium materiem in propriis operibus.
Quæ verò a partibus indicatio sumitur, ea communibus, quæ iā dictæ sunt curandi * indicationi
bus, ueluti auctariū in singulis affectibus accedit, siquidē instris aliquādo utimur pro partis ipsius
proprietate, aliis ad vterum, aliis ad vesicam, aliis ad omnia intestina crassa. Quippe in hæc, per A. l. 4. f. 4
clysterē, in uterum, per ea, quæ Metrenchytas Græci vocant, idoneorum aliquod medicamēto- t. 2. cap. 16
rū immittimus, sic & in vesicā, per in directū foratas fistulas. Sanè rariora ex his profluuia sangui 469. g
nis fiunt, sed tñ aliqñ fiunt; &, q̄quam non profusione ipsa, periculosa, at certe ob diuturnitatē,
non sine periculo. Siquidē quaternis diebus uidimus è vulua profluere sanguinem, nec potuisse
vllo remedio sisti, quoad quarto die * plantaginis succo vtentibus nobis prorsus constiterit. Est G
porrò id medicamen & ad ea, q̄ ex erosione excitantur, sanguinis profluuia utilissimū, cui ēt ualē
tius aliquod hoc casu medicamētū, alias aliud ei miscere soleo, vtiq; ad tutū respiciens affectum:
id qđ semper est faciendū, ac ꝓ maximo documento in oībus habēdū. Nā in his ipsis q̄ ex vulua,
vesica, & intestinis, profluuia citantur, æstimari debebit ipsius profusionis quātitas, vt videlicet,
hāc iā vel vt primā, vel vt secūdā, * indicationē curationis habeamus, nec tñ obiter totius affectus
non habentes rationē. Nā, si perruptum uas aliquod magnū est, aut vehementer reclusum hiat,
vtiq; adstringentibus medicinis est opus, veluti balausto, & hypocystide, & rhoe, & omphacia,
& acacia, & gallis immaturis, & malicorio. Sin vel exiguum uas est, ꝙ ꝓruptū est, vel modice re-
clusum, sic, vt nō multus sit qui in eo profluit sanguis, ēt aloe, & manna, & pini cortex, & lēnium
sigillum, & spinæ ægyptiæ fructus, & crocū, & lapis hæmatites, aliaq; id genus ex vino nigro au-
* arnoglossum. stero vtilia medicamenta sunt. Quòd si nec genus id vini præsto sit, nec * plantago, nec solanum,
(quippe hæc quoq; sunt idonea) coquemus in aqua & rubi germina, & cynosbati id est canini
rubi, & myrti, & lētisci, & hederæ, in summa omniū q̄bus adstrictoria uis inest, siue radix sit, siue
fructus, siue cortex, siue germē: ideoque etiam adstringentium malorum, maximeque cotoneo
rum, itemque myrtorum, & mespilorum decoctum idoneum ad proposita præsidium est. H

De profluuio sanguinis ex erosione, vel diapedesi. CAP. 6.

AT, si ex erosione profluuium quoddam incidit, nō est id magna ex parte profusius, sed exi-
guum & paulatim effluēs: eoq; Pasionis, vel Andronis, vel Polyeidæ pastillis vtēdū est: aut
etiam (vt dictum est) nostro †, qui genere eandem vim obtinet, cæterum magis potētē. Sistūt. n.
† impressi cod. & manuscripti quidam, vt Linacer trāstulit, habēt; sunt tamē qui addūt, τῶ διαχάρτου. i. ex charta cōfect. hæc erosionem, si tñ etiā toti corpori sit consultum, vt prius est dictum. Sin profusior hæmorrha A. li. 3. f. 19.
gia sit, ijs, q̄ vehementissime adstringant, vtendū medicamentis est, quoad vehemens eius impe- t. 3. cap. 6.
tus frangatur: mox deinde admiscendi illis pastilli sunt: postea ad ipsos solos ueniendum, cum ali 266. h
quo ex ante dictis succis aut decoctis. At verò, quæ extrinsecus profluenti particulæ admouen-
tur, tum astringentia, tum citra adstrictionem frigida, hæc ipse (veluti plerique medicorum)
non ubiq; probo: sed mihi cōtra omnino, q̄ fieri res postulat, ipsum sanguinem intrò cōpellere,
ac uenas quæ in alto sunt implere uidētur. Vidimus. n. quosdā eorū, qui ex pulmonibus sangui-
nem reiicerent, ex thorace refrigerato manifeste læsos: æque vt, q sanguinē vomuerunt, nō nul-
los, ꝙ venter foris esset refrigeratus: eodē mō & eorū, q̄bus naribus sanguis profluxit, aliqui ex
capitis refrigeratione deterius habuerunt. Ergo nec oīno, nec sine discrimine, nec oīt ꝓ loca,

quæ

A quæ circa particulam, vnde ſanguis profluit, ſunt poſita, refrigeranda ſuaſerim, immo poſtea, q̃ in alia prius auerteris: vt, exempli grã, in naſo, vbi ſanguinis miſſione (vt diximus) ſis vſus, vel artuum frictione deuinctioneque, uel ad *p̃cordia defixis cucurbitis. Quin ne ſic quidem ad frõtẽ & caput ilico refrigerantibus utendum, ſed prius eſt ad contraria reuellẽdum, utiq; affixa † in ſumma ceruice} cucurbita. Quippe duplex eſt in ſanguinis ex naribus profuſione auerſio, & q̃ eſt ad totius corporis inferna: & q̃ eſt ad capitis poſteriora: propterea uidelicet, q̣ ipſę nares & in ſuperiore, & in anteriore parte ſunt ſitæ. Aduerſatur autem ei, quod ſupra eſt, id, quod infra: & ei, qđ poſt habetur, id quod ante. Verum de ſanguinis profluuio, uel hactenus dictũ abunde ſit. Patet nanq; & diapedeſin, quam uocant, refrigerantibus, adſtringẽtibusq; eſſe curandã: & ſi p̣ p̣ tenuitatem ſanguinis aliquando incidat, craſſiore uictu. Is vero cuiuſmodi ſit, dicetur in ſequẽtibus: dictumq; iam ad quendam modum eſt in libro, qui De attenuante uictu eſt ſcriptus. Iam uero ad memoratorum affectuum curationem eſt redeundum. Ergo, qđ uenæ inſedit ulcus, ubi ad manum eſt, eandem deſiderat curationem ijs, q̃ in carne accidũt: de quibus, duobus ante hoc uoluminibus diſputaui. Nã, ſiue ex recenti uulnere factum eſt, id agendum eſt: ut medicamentis

B ijs, q̃ Enæma uocant, coeat: ſiue ex eroſione, quæcunq; dicta de rebellium ulcerum curatione ſunt, ea prius ratione diſcernenda, mox, ut opere perficiantur, tentãda. Quin etiam, ubi uinculo uas ſis complexus, aut medicamentis ſanguinem ſupprimentibus, aut ferramentis ignitis vſus: illudque tibi curationis propoſitum reſtet, ut quæ circa ulceris labra ſunt, carne impleas: iiſdem omnino medicamentis utere, quæ in methodo ſinuoſorum ulcerum nobis ſunt præcepta.

*Hypochõdri. quam dictioue Linacer feresę per præcordia tranſtulit.

* Clarius græ ci κατ' ἰνὸν, i. inoccipite.

De vulneratæ arteriæ curatione. CAP. 7.

DE arteria aũt uulnerata iam dictum eſt nonnullis medicorũ, uideri non poſſe fieri, ut coeat. Atq; id aſſerunt aliqui quidem ſola experiẽtia ſe cõtentos profeſſi: alii uero ẽt ratione vſi eiuſmodi. Siquidem duram eſſe, ac cartilagineam aiunt alteram arteriæ tunicã, talium uero nihil poſſe in unum coire, cum ſit mollium tantũ corporũ in unum coeundi habilitas, ut tum in externis uidere licet, nullo nec lapide, cũ lapide, nec teſta cũ teſta, unquã coeunte: tũ uero in nobis ipſis, qñ nec cartilago cũ cartilagine, nec os cũ oſſe coaleſcat. Non. n. fracta oſſa per unitionẽ cohærent: ſed p̣ callũ eũ, quẽ p̣ωron Græci uocant, ceu glutino iunguntur. Igitur nos quoq; ab experiẽtia noſtra primũ incipiamus, in mediũq; proferamus ea, q̃ ipſi uiſu vſurpauimus. Vidimus

C n. ĩ mulierib', & pueris" tũ cõglutinatas arterias, tũ carne undiq; circũdatas idq; ĩ frõte malleolo & articulo brachii ſummæq; manus medio. Simile q̣ddam aliqñ, & agreſti contigit iuueni, dum ſanguinẽ ſibi mittẽdũ veris tẽpore curaret. qđ noſtratibus maxime eſt in uſu: Cum enim medicus, q̣ uenã inciſurus erat, brachiũ hoĩs deligaſſet cõtigit attolli uelut in gibbũ arteriã: itaq; hanc p̣ vena medicus diuiſit. Exigua ſane inciſio erat: ſãguis aũt flauus, & tenuis, & feruidus ſtatim eiaculabat, idq; cũ quodã veluti ſaltu. Ac medicus quidẽ, ut erat admodũ iuuenis, & operũ artis parũ peritus, venã ſe inciduſſe putabat. Ego uero cũ quodã alio ex iis, q̣ aderant medicis, utiq; ſeniore, ubi, qđ accidit, aduerti, præparato ex emplaſtrorũ genere, † q̣ ſãguinẽ ſupprimit, medicamẽto, } tum inciſionem curioſe cõiunxi, tum ſuper medicamen ilico impoſui, ac ſpongiã molliſſimam extrinſecus ſuper hoc deligaui. Mirante uero, q̣ arteriã inciderat, † inſolitam noſtrã in hoc caſu prouidentiã, } indicauimus homini rem factam, ſed poſtea, q̃ inciſi hoĩs diuerſoriũ exiſſemus: iuſſimus quæ, ne uel ſolueret nobis abſentibus, uel ante quartũ diem id aggrederetur, ſed ita, ut erat, deligatum haberet, ſpongiam duntaxat deſuper madefaciens. Poſtea uero, q̃ in quarto ſoluentes plane conglutinatam inciſuram inuenimus, rurſus idem medicamen imponere iuſſimus,

D tũ ſimili modo deligare, nec multis poſtea diebus ſoluere. Atq; ita percurata eſt huius hoĩs inciſa arteria, ſola oĩnum, quas in cubito inciſas uidi: nam reliquis omnibus aneuryſma, aliis maius, aliis minus ſuperuenit. Ac, quemadmodũ quidem aneuryſmata curare conueniat, in progreſſu dicetur ſuo loco, utiq; cũ reliquorum omnium prẽter naturam tumorum curatio tradẽtur. Nũc cœptam diſputationem abſoluamus. Siquidẽ arteriæ natura difficultatem quidẽ durioris tunicę ſuę conglutinandæ prorſus indicat, non tñ eiuſmodi, quæ euinci omnino nequeat, neq; enim ita eſt ſicca dura que, ut os uel cartilago, immo longe his mollior, ac magis carnoſa. Quo utiq; minus de vnienda ſectione eius eſt deſperandum, ubi tũ ipſa ſit parua, tum hoĩs corpus natura molle. Videtur autem experientia quoq; rationi ſubſcribere: cum & in pueris, & in mulieribus propter corporum humiditatem, & molitiam, eam uiderim glutinari; & in uno iuuene, cui ut dictũ eſt exigue erat inciſa. Cum vero ſanatu difficilior ſit arteria: q̃ uena, nõ tñ eſt medicamentorum admodum diuerſus in utraq; uſus, immo ſpecie plane idem maioris minorisq; ratione euarians: quippe tanto ſiccioribus medicamentis eget arteria q̃ uena, quanto ipſa eſt ſuapte natura ſiccioris temperamenti, q̃ uena. Quod ſi carnem circa gigni eſt opus, eadem ambæ requirunt: ſi quidẽ ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circundandis, quo in cauis ulceribus p̣uenire eſt traditum. At, q̣ in vtero, veſica, vel inteſtinis venæ arteriæque ſunt, cum eadem genere medicamenta, vbi exulceratæ ſunt, requirant, etiam inſtrumenta, quibus infundantur, metrenchytas. i. vterinos clyſteres, & ſyphonem rectum, & clyſterem deſiderant. Ad ea vero, q̃ in recto

A. li. 4. f. 4. t. 2. cap. 16. 469. e

† ἐναίμῳ φαρμάκῳ. †Quidã cod. legũt τὸν τρόπον τῆς ἀιθοῦς &c. i modum inſolitæ nobis in hoc caſu prouidentiæ. Alii τὸν λόγον τῆς ἐπελθούσης. &c. i. rõnem, ſeu modũ prouidentiæ, quę nobis ĩ hoc caſu ſuccurrit.

inteſtino

inteſtino ſunt vlcera,etiam per veſicam,cui ſit fiſtula recta ad finem annexa, iniicere liquatum E
medicamen tepidum licet. Variabitur itaq; remediorum conſiſtentia pro inſtrumentorum ſpecie: neque enim fas eſt,eiuſmodi inſtrumentis craſſa medicamenta infundere,ſed humidiora poſtulant,atque idcirco mediocriter plerunque calida. Proinde ſicca medicamenta,magis ſunt idonea,quam ea,quæ liquabilia vocantur,quoniam facile,vel* plantaginis,vel alterius eius generis ſucco miſceantur. Eiuſmodi medicamenta ſunt, & crocum, & pompholyx, & aloe, & quæ Cephalica græce dicuntur: in ipſo autem primo producendæ carnis tempore, quod ſuppreſſionem ſanguinis continenter excipit,etiam lemnia terra ſalutare auxilium eſt.

* arnoglossi.

De vlceribus pulmone,& Sanguine de pectore erumpente. CAP. 8.

AT,quæ in pulmone hæſerunt vlcera,difficiliora ad curandum ſunt. Quibuſdam verò nō difficilis modo eorum curatio,uerum ēt,quæ perfici omnino nequeat,videtur; idque tum ratione cōiectantibus,tum experientia; Ratione,quoniā pulmo inter uiſcera propter anhelitum ꝑpetuo ſit in motu,cum vtique quietem requirant ea,quæ ſint ſananda: Experiētia ꝙ neminē vnq; eorū,q ita ſunt affecti,ſanatum viderint. Atque de experientia q̄dē (nam hinc cœpiſſe par eſt) dubitare fortaſſe licet,propter agnitionē. Nos.n. vidimus alium,ex eo,ꝙ maxime uocē in clamore intendiſſet,alium,ꝙ ab alto cecidiſſet,alium in palæſtra percuſsū,non ſolum ſtatim grauiſſime F
tuſſiuiſſe,ſed etiā ſimul cum tuſſi alios vnam duasve,alios plures,heminas ſanguinis ſpuiſſe. Qui verò ita erant affecti,aliqui omnino ſine dolore erant, alii in pectore dolebant. Quin etiam ſanguis ijs,qui doluerant,nec cōfertim reiectus eſt,nec multus,minusque tum ruber,tum calēs,ceu è longinquo veniens. At,quibus citra dolorem eſt reiectus,i js & confertim, & plurimus,tum ruber feruēsq; expuebatur,clare docens,ꝙ non ꝑcul veniret. Porrò aliā dubitationē facit,nec hāc leuē,ipſa ſanguinis ex thorace in aſperā arteriā tranſumptio, propoſitam videlicet à medicis ijs, qui traſmitti eū ꝑ mēbranam,q̄ pulmonē inuoluit,poſſe non putarunt. Forteq; (niſi multis eorum,qui ita ſunt affēcti,tū ſtatim ortus dolor,tum verò quibuſdā eorū phlegmone ſuperueniēs, q̄ poſtea ſuppurauit,manifeſtum inditiū præbuiſſent in pectore conſiſtētis affectus,) ꝓnunciaſſent ſanguinē ex pectore per fauces nunquam reiici. Nunc verò his indiciis confuſi,a pectore q̄dē uenire concedunt: cæterum,dum aliā viā,q̄ per pulmonis membranulam, inquirunt,multa, eaq; abſurda proferre cogūtur: quamuis in ijs,quos Empyus græce vocant, ipſum pus,ꝙ medio ſpatio inter pectus,& pulmonē contineri ipſi fatentur,videāt,arbitror, apertiſſime ex pulmone O
expui. Nos verò in iis,quibus erat in pectore tantus abſceſſus,ut ēt oſſium aliquid carie corrumperetur,manifeſte ipſis oſtendimus,mulſam,q̄ iniecta in pectus fuerat, ex pulmone expui. Sanè G
nouimus in vrbe Roma,† loco profectò fluxionibus maxime obnoxio,} eiuſmodi affectus ī pectore non raro conſtitiſſe,vt neceſſe fuerit ipſum os,quod affectum fuerat,excidere. In plurimis verò ēt mēbrana,quæ coſtis intra ſubtenditur,vna cū corrupta coſta inuenitur putrefacta. Solemus ergo in curatione,mulſa per vlcus infuſa,iubere aliquando quidē, vt inclinati in laborātem partem tuſſiant: ſæpe verò molliter concutere: interim etiam organo,quod pus extrahit (Pyulcon Græci vocant) educere,qd̄ intus ex mulſa reliquum eſt. Hoc facto,vbi tum pus vniuerſum, tum ēt* ſaniem vlceris eluiſſe confidimus, mox medicamenta inijcimus. Ergo in eiuſmodi affectibus,ſi quem in medio pectoris,ac pulmonis ſpatio humorem reliqueris,ſtatim hunc tuſſi eiectum contemplabere. Mirandi profectò ſunt ij,qui de via per pulmonem hæſitēt, quo pacto nō magis hæſitent,quemadmodum craſſus ſanguis in fracti oſſis callo effundatur. Nam & ipſe,qui effunditur,non paulo naturali eſt craſſior,& cutis ſubſtantia longe vtiq; craſſior pulmonis inuolucro eſt. Quod igitur diximus,cū vel caſu, uel prænalida acutaq; voce vas aliquod in pulmone rumpitur,citraq; dolorem cōfertim ſanguis feruens floridus multusque cum tuſſi expuitur, ſcire licet in viſcere vulnus eſſe. Aggredienda verò curatio eſt,prout nos ſæpe ſumus aggreſſi: quibus vtique non raro ſucceſſit. Igitur laboranti ipſi iniungendum eſt, vt nec magno vtatur reſpiratu, H
ac ſemper agat ſilentium: ꝑterea uena cubiti interna protinus incidenda: a qua bis terque poſtea ſanguis eſt detrahendus,vtique eius auertendi cauſa: tum artus oēs fricandi uinciendique ita,uti ipſi ſolemus: vbi hæc ſunt facta,primum poſca tū diluta,tum tepida, potui eſt offerenda,quò,ſiquis in viſcere thrōbus. i. cruor cōcretus latitet,reſolutus expuatur: atq; hoc nihil uetat bis terve ternis horis facere. Ab his verò etiam aliquod eorum,quæ tū emplaſticā vim habent, tū adſtringunt,medicamentorū exhibendū,idq; aut ex poſca diluta primum, aut ex malorū myrtorūve, vel alicuius eiuſmodi adſtringentium decocto. Rurſusque veſperi medicamen hoc ſimiliter dandum,circunciſo,ſi valentior ſit, omni nutrimento: ſin aliter,ſorbitionis, quod ſatis eſt,exhibendum. Maximè verò ad rē ꝑtinebit,ſi etiā poſtero die,modo fortis cubans ſit,parū ſanguinis ab inciſa iā vena rurſum detrahatur: tum victu medicamentisq; eodem modo in quartū viq; diē utatur, pectore interim,ſi æſtas ſit,vndiq; melino,roſaceove madefacto: ſin hyems,nardino vnguēto. Quòd ſi emplaſtico aliquo vti medicamēto placet,habes a nobis optimum,quo ēt ad reliqua vulnera cum fiducia vtare: cōſtat id ex bitumine,& aceto,alijsq; q̄ illis miſceri medicamentis ſoleāt,q̄ enæma barbara à medicis dicūtur. Quòd ſi mulieri mederis,puerove, aut denique corpori,

† Linacer uidetur legiſſe, τὸ πρὸ ῥευματικῶ. codices tamen græci habent τρόπῳ ῥευματικῶ, uel τρόπον ῥευματικόν vt ſic uertatur. Sane nouimus in vrbe Roma eiuſmodi affect⁹ rheumatico mō in pectore nō raro cōſtitiſſe. & ita legit ēt uetus interpres.

quod

A quod mollis sit carnis, qđ ex chalcitide fit, satis habile medicamẽtũ fuerit: cuius uires in primo libro eorũ, quæ de medicamẽtorũ compositione inscripsi, explicauimus. Hac nos rõne multos, ad quos statim, vt malũ senserunt, accessimus, percurauimus. Quippe hoc maximũ est, cuiq; te attẽtũ esse magnopere oportet, an videlicet statim a ruptura vasis facta curationem incipias, quo cruẽtũ adhuc vulnus, prius, q̃ phlegmonẽ excitet, glutines. Nã, si ea semel ĩuaserit, exigua spes est eius glutinandi: in longius tñ trahere põt tps. Quòd verò eiusmodi vlcera, vel difficulter, vel planè nunq̃ curari possint, hoc in causa est, ꝙ, cũ phlegmone soluit eluẽda pus vlceris, & sanies sũt: atq; ex vtero q̃dẽ & vesica, tũ sua spõte excernũtur, qm̃ videlicet ꝓnis delabi licet, tũ elui pterea a nobis pñt: in pulmone neutrũ oĩno fieri põt. Quare oĩbus, q̃ huic loco hærent, vlceribus una reliqua expurgatio est ea, q̃ ꝑ tusses fit. At, si recte his tũ reliquã oẽm̃ quietẽ suasimus: tum verò, vt sensim respirarẽt, nec quicquã loquerẽtur, vt vulnus glutinaret, iniũximus: q̃ põt tussiẽtibus esse sanationis spes? Nõ igit ꝑ ea, ꝙ ĩ ꝓpetuo ꝑ respirationẽ motu viscus id est, desperata curatio est, velut, q̃ ante nos fuere, senserunt, sed ꝑ saniei, & puris vacuationẽ. Ideoq; si statim q̃s sit aggressus, ac iã dicta rõne medeatur, coeũt: sin phlegmone prius occuparit, difficilẽ incertamq; curationẽ recipiũt, qñ pus, & sanies ꝓrsus, totaq; ex spatiis pulmonis nõ expellũtur, & tussis ægras partes valde lacerat. At, q̃ ex pectore educuntur, triplex cõpẽdiũ p̃ ijs, q̃ ex pulmone uacuãtur, hñt: nã & uasa ipsa multo sunt minora, & sanies ĩ spatiũ interius effluit, & in summa magis carnosũ pectus est, q̃ pulmo. Nã ãsperæ arteriæ substãtia, quæ admodum carnis expers siccaq; est, nulla alia aĩalis in parte inuenitur: quæ ẽt ipsa eiusmodi * reiectionibus rumpi solet, cum, si qua reliqua vena vel arteria sit rupta, ipsis asperis illæsis manentibus, per solas oculorum (vt sic dicam) coapertiones translatio sanguinis fit. Itaque nec calidus in talibus nec ruber, nec multus sanguis emittitur. Ac vñr quidem prima saltem fronte leuiores eiusmodi affectus, vt qui copia vacuationis minime terreant: sunt verò vel ob hoc ipsum grauiores: quippe concretus circa ruptum uas cruor, cui facilis transitus in asperas arterias non est, glutinationem prohibet.

A.l.3.f.11. t.4.c.18.f. 271.e

B

*πτύσεσι, est ĩ manuscript. aliquibus, in impressis πτώσεσι. i. casibus.

De vulneribus septi transuersi, ac earum partium, quæ intra Peritonæum continentur. CAP. 9.

C Simili modo, & transuersi septi vulnera, quæ foras non perueniunt, in carnosis quidem partibus subinde coalescere sunt visa, eius motu non obstante: quæ in neruosis eius hærent, insanabilia sunt. Sanè difficilis curatio est ẽt eorum, quæ in carnosis sunt partibus, si has iã phlegmone occupauit: idque non ipsi modo diaphragmati, verum ẽt omnibus, quæ intra peritonæon sunt contenta, ꝙ in ea. s. sanies defluat. Cæterum danda opera est, vt ea quacunque rõne siccemus, tũ per ea præsidia, quæ extrinsecus imponuntur, tum per ea, quæ ex aqua vino ve tenui bibuntur. Porrò horum maxime idonea sunt & quæ, propterea, ꝙ ex seminibus fiunt, Diaspermatõn græce dñr: & quod solenne nobis est, quoq; in pectore perforato semper vtimur, quod ex casia componitur. Cæterum tum hæc, tum * humida quædam foris applicanda, quæ eiusmodi vulneribus sunt accommodata, ad tractationem de medicamentis pertinent. Hic methodos tantum tradimus, quæ præsidiorum indicent genus. Quare, si quando quædam a nobis particulatim pro exẽplis adhibeantur, hæc addita claritatis causa fuisse existimandum.

* ἐπιβροχαὲ.

Aduersus methodicos, quòd medicamentorum genera è partium vlceratarum substantia immutentur. CAP. 10.

D RVrsus igitur propositas methodos repetamus: monstremusq́, quantum generalis omniũ vlcerum curatio per singulas animalis partes speciatim immutetur. Hinc nanq; discemus p̃ cipuè quidem id, quod in toto opere est propositum, nẽpe minime in curationibus errare; velut appendicem vero ẽt eorum, qui se Methodicos uocarunt, audaciam. Qui (si quid mihi, qui nec ad gratiam quicq̃, nec ad odium loqui soleam, est credendum,) cum oĩum ipsi medicorum maxime a methodo sint alieni, damnant (quatenus saltem scribunt,) nõ solum reliquos ueteres, sed ẽt ipsum omnium nobis methodorum authorem Hippocratem. Ac Empiricus quidem omnia, q̃ nos per indicationem inueniri ostendimus, ea dicit per experientiam sibi cognita. Cũ verò prẽter indicationem, & experientiam nullum inuẽtionis organum tertium præterea sit, isti neutro utentes, tñ appellandos se Methodicos censent. Ergo sequantur nos, & nunc saltem ostendant vlceribus oĩbus per singula membra curandis unam esse sanationis rationem. Audiamus homines, quo pacto vlcus curent, aut quales indicationes ab eo sumant: num alias ullas, q̃ ꝙ planum cicatrice sit inducendum: sinuosum carne implendum: cruentum glutinandum? At quo pacto inueniam, quod cicatricem inducat: & quod carne impleat; & quod coalescere faciat? Ne labora inquiunt, sunt. n. inuenta. Atqui haud scio, an recte, aut non omnia. Fieri, n. potest, vt uel ex deteriorum nota quædam inuenta sint, potiora inuenta non sint: vel ut, quæ inuenta esse videãtur, etiam ipsa sint mala: Indeq; adeo accidere, vt quædam vlcera prorsus non sanentur, quædam lõgiore spatio, & cum dolore, & famis cruciatu minime necessario. Neq; enim audet quisquã nouam aggredi experientiam prius, quam sibi persuaserit priorem curandi rationem recte se damnasse: veluti in ijs vlceribus, quæ in pulmone cõsistunt, quæ ne agnouisse quidem omnino fas est citra dissectionum, actionumq; notitiam; quorum nimirum vtrunque auersantur. Cæterũ con-

cedatur ad p̃sens cognosci ab istis Thessali sectatoribus vlcus, ꝙ pulmoni insederit. Nũquid igit̃, E
sicuti hoc illis cõcessimus, sic ēt, & ꝙ sordidũ sit, intelligãt, an purũ, an æquale, an sinuosum, an sa-
niei vel puris plenũ, cõcedemus, videlicet vel ex diuino afflatu, vel per insomniũ ea vidētes? An
hæc quoq; qũo agnoscãt, ꝓcõtabimur? An verò citra horũ agnitiones pharmacũ quoduis exhi-
bere cõcedemus? Ego nanq; existimo primũ expurgandam esse immundorũ vlcerum sordē: im-
plēda verò carne esse, q̃ pura & sinuosa sint: rursus pus saniemq; expurgada, q̃bus hæc circum hę
reant: mox ita cicatricem inducēdã. Isti, verò, haud scio, quo nã mõ talia vlcera sanauerint; nam
Thessalus de his prorsus nõ scripsit ne videlicet vel ignorantiã suã, vel incõstãtiã ꝓderet. Quippe
vel rõni parũ cõsona & falsa de his dicēt: vel, si q̃s vera dixerit, eorũ indicationē ex mẽbri substan
tia, p̃terea situ formaq; accipiat, necesse est. Nã esto, vlcus in pulmone sordidũ, purumque, & cũ
phlegmone, & sine phlegmone, & sinuosum, & planũ, dignoscere norint: ēt illud scire eos detur,
quanquã ne eius quidē, tametsi minimi, inuentionē sibi uindicent, nēpe ꝙ tale vlcus viridi medi-
mento expurgetur, Machærionis (si libet) vel Isidis, nihil enim refert: Respondeant igr̃ mihi, si
vlcus in viscere hæserit, quid facient? Num viridis medicamenti aliquid deuorandũ dabunt? Om
nino ridicula res est. † Sed dicant, unde nam medicamen id in pulmonem deferendum sciunt?
Quòd si id quoque sciant, illud certe intelligere non poterunt, an ipsam vim suam, quam in ex- F
trinsecus positis ulceribus habuit, seruabit. At esto sciãt hæc quoq;, ꝙ & eãdē tuebit̃ uim, q̃ in ex-
ternis vlceribus obtinuit, & ꝙ sordes deterget: certe, an tussim mouerit, intelligere nõ poterunt:
cum tamen, nisi per tussim sordes expurgetur, nullus sit detergentis medicamenti vsus. Ergo id
quoque istis detur. At illud saltem effugere non possunt, quin diuersam curationem in vlcere se-
moris, & vlcere pulmonis adhibeant: siquidē alterum aqua perluunt, alterum tussibus expurgãt.
Pone verò rursus vlcus, quod in pulmone sedit, crasso esse pure circundatum: nunquid tum quo
que viride medicamen exhibebunt, an mel potius lingere iubebunt? At id dicant, vnde nam in-
uenerint. Non enim profectò id respondebunt, qm̃ tenuandi incidendiq; vim quandam obtinet,
cum ipsi a facultatibus eiusmodi disquirendis vltro diffugiant. Sed nec, ꝙ Empiricis in eiusmodi
notarum coucursu inuentum est, mel prodesse, propterea istis, sicuti illis, eo vti fas est, primum,
quòd experientiam contēnunt: deinde, quod Empiricus in eiusmodi concursu, quæ nã sit in pul-
mone affectio, ignorare se fatetur, cæterum, quæ conducant, se per experientiam obseruasse. At
Thessalo non satis est curare, quod omnino nõ norit, sed ab affectuum indicatione procedit. Sa-
nè, si omnia illi scire donemus, sicuti prius, non minus quam nos, at nunquam profectò effugiet, G
quin in diuersis corporis partibus curationis species mutetur. Non enim eadem curationis spe-
cies profectò est, aut mulsam in uterum propter sordidũ vlcus infundere, aut mel comedendum
exhibere, aut spõgia vlcus eluere. Cæterum hæc adhuc parua: illa planè maxima sunt. Fingamus
diutinum vlcus citra phlegmonem in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, femore, uentre,
vtero, sede, pudendis. Fingamus & illud, si placet, vlcus eiusmodi vel planum omnino esse, vel
exiguo minus planum: respondeantque nobis isti sectatores Thessali, qui hæc nusquã discreuit,
quomodo id cicatrice tegemus? Nempe eo medicamine, quod ex cadmia conficitur; id enim vl-
ceri, quod in femore constitit, belle cicatricē inducere potest: sed num igit̃ & ei, quod in audienc i
meatu constitit? Dicã fortassis incredibile, cæterũ diis ipsis notum. Deprehendi aliquando quen-
dam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic vlcus medicantem diuturnum: cum citius ho-
mini auris putruisset ac vermes creasset, quam medicamẽto, quod ex cadmia componitur, indu
ctum cicatrice fuisset: cæterum, permisso homine pluribus diebus medicamento similiter vti, po
stea, quam in dies grauius auris oleret, & sanie impleretur, etiam incredibilius quiddam, q̃ prius,
ausum vidimus. Quippe ratus meatum ipsum in profundo contraxisse phlegmonem, confugit H
ad tetrapharmacum, quod plane multo magis augere putredinem partis debuit, vtpote quod sic
care vlcus prorsus non potest, maturare phlegmonen poteſt. Ergo, vbi hoc medicamento ad af-
fectum sanandum uno die † est vsus, ut facile videres id maxime esse contrarium, & multiplicata
statim saniei vis est, & fœtor intolerabilis obortus. Itaque, qui propinqui laborantis erant, con-
tingere amplius aurem Thessalium non sinebant. Ille verò præ impudentia stultitiaque volebat
non modo medicamenti tetrapharmaci aliquid inijcere, verum etiam extrinsecus cataplasma re
laxans imponere. At, cum eum propinqui hominis abigerent, timerētque, ne in in magno peri-
culo æger foret, nos unũ diem amplius permitti Thessalio asino curationem exorauimus. Erat
autē profecto postridie, tum sanies multo copiosior futura, tum odor grauissimus. Quo die ten-
taui, an fieri posset, ut sententiam Thessalij asselli mutarem, ne omnes perderet ægros, immo ali-
quos iam, tametsi paucos, seruare aliquando posset, tam aliena scilicet ab omni vera methodo
deserta secta: ergo sic agere cum homine sum orsus. Nunquid (inquam) phlegmone tibi esse ui-
deturin intimo meatu, proinde relaxantibus uteris auxiliis? Ille tum ita esse magnopere conten
dit, tum aliter esse non posse. An igitur (inquam) aliquando vlcus, quod cum phlegmone con-
junctum esset, aceto acerrimo cum glaucio curatum vidisti? Minime gentium (inquit) immo, si
quis pastillis andronijs ex aceto liquatis vtatur, etiam contulsionem fortasse accersat. Ergo
(inquam)

† *In antiquissimo codi. græco hæc etiam additaleguntur.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς ἀνατομῆς ἔγνωσαι ἢ εἰς τὸν πνεύμονα τῶν φαρμάκων δίοδος, οἰδ' ἀπὸ τοῦ θεσσαλοῦ τὴν ἀνατομὴν διαπτύουσι, πόθεν γνώσονται ὅπως εἰς τὸν πνεῦμονα τὸ φάρμακον πορέυεται.

s. Quoniam. n. ex anatome cognitus est medicamẽtorum in pulmonem trãsitus, Thessali aũt sectatores anatomẽ respuũt, vnde cognoscent, quomodo in pulmone medicamẽtum meat? Dicãt igitur unde nam, &c.

† *Addit in antiquis, ἢ δύο, id est aut duobus.*

A (inquam) ſi quis alio quopiam medicamẽto, q̃ ſit Androniis multo valẽtius, ex acerrimò aceto vtetur, idq; ad aurẽ, ita propinquã cerebro inuolucrisq; eius particulam, nũquid planè te authore conuulſionẽ accerſet, ſi phlegmone præſertim aliqua ſubſit? Hæc tum ipſi, tũ ijs, qui adſtabãt, vniuerſis recte dici ſunt viſa. Ergo, quantum (inquam) ad ipſarũ partium habitũ ſpectat, q̃ ea, q̃ ſummum ſiccẽt, deſiderẽt, tametſi nũc curatione tua ſint veluti effœminatę, iã tali medicamento vterer: nunc q̃m plures iam dies male ipſas aſſuefeciſti, trãsferre eas ad cõtrariũ vno impetu, & ſe mel nõ licet: nã tibi, ac Theſſalo contẽnere cõſuetudinẽ licet, nõ minus, q̃ partium naturã: nobis aũt nõ licet: ſed primo die aceto vtar cũ glaucio: ſecũdo vtar andronio: tertio ad valentius aliqd̃, q̃ ipſum ſit androniũ, trãſibo. Atq; hoc tribus quatuorve diebus vſus, ſi mihi vehemẽtius ẽt medicamẽtum requirere vlcus videbitur, eo etiam vti non dubitabo. Extrinſecus verò (inquam) imponam capiti ea parte, qua auris infeſtatur, nõ me hercules, ſicuti tu, cataplaſma, q̃ relaxare põt, ſed eorũ medicamẽtorum aliqd̃, q̃ vehemẽtiſſime ſiccare poſſunt, cuiuſmodi eſt, q̃ ex ſalice conficitur: aut ẽt ipſum androniũ ex aceto illiniã: aut ex ijs aliquid, q̃ hoc magis ſiccẽt. Nã, q̃m particula cui medemur, ſicciſſima eſt, neceſſe eſt, ualẽtiſſime ſiccetur: indicat. n. veluti vitiũ ipſum, vt curetur, ſibi applicandũ eſſe cõtrariũ: ſic particula ipſa, q̃ ſit ſibi ſimillimum. Itaq; &, prout dixi,
B egi: ſanauiq; hominẽ, nullo potẽtiore requiſito remedio. Quibuſdã verò, qui potẽtiora deſiderabãt, quibus vno alteroue anno vlcus aurẽ infeſtauerat, valẽtius oĩbus iã dictis medicamẽtũ adhibuimus: id fuit ferri ſcoria tunſa, cribrataq; tenuiſſimo cribro, 'mox in tenuiſſimũ veluti pollinẽ læuigata, poſt cum acerrimo aceto ad mellis ſordiumq; craſſitudinẽ cocta. Conſtat autem multiplex eſſe debere in miſtione acetum. Verũ (q̃ ſæpe iã dixi) materiæ medicamẽtorum copiam ex aliis cõmẽtariis petes. Nunc, quæ ad methodum ſpectant, abſoluantur. Nã audiẽdi locus q̃m eſt ficciſſimus, idcirco medicamẽtis eget, quæ vehementiſſime ſiccent. Quorum nullum reliquarum partium cuiuis applicaſſe expedit: ſed oculo exulcerato collyrium fortaſſe, qd̃ ex thure cõficitur: naribus verò, quod multo ſanè magis ſiccet, q̃ vt oculis conueniat, minus uerò, q̃ vt auri quadret. Itaq; & prius cõprehẽſi oẽs paſtilli vtiles ſunt, & medicamen quod ad Moſam refertur, aliaq; generis eiuſdem. Vlcerum verò, quæ in ore accidunt, quæcunq; admodum ſunt humida, ea medicamentis egent, quæ vehementer ſiccent, veluti diphyge, tum ipſo per ſe, tum ex melle, & uino; & mulſo: præterea & quæ iris dr̃, & quæ anthera, hisque vel ſiccis, vel ex melle, vel mulſo, vel vino. Vtile verò ad talia eſt & Muſæ medicamen: præterea rhois ſuccus, & omphacium, aliaque, quæcunq; ſtrenue ſiccant. Quid enim materias percenſendo morer? At, quæ ſimpliciora
C oris vlcera ſunt, hæc ſanare commode poſſunt etiam medicamenta, quæ modice ſiccant, veluti hæc ipſa, quæ, propterea, q̃ in aſſiduo ſunt vſu, Stomatica græce ſunt dicta. Ea ſunt, quod ex moris conficitur, & quod ex rubi fructu, & quod ex ſucco corticis iuglandium viridis; atque etiã his magis quod ex muſto & cupreſſi ſphærulis componitur. Quæ vero in ore admodum humida ulcera ſunt proxime oſſa, unde carie tentari oſſa periclitentur, hæc propter oſſium naturam, quæ ſicca eſt, vehementiſſimis medicamentis indigent. Itaque ego iam comprehenſos paſtillos ſemper læuigo, ac ſiccum ipſum medicamentum ſuperimpono.

A.I.3.f.9.
t.2.ca.4.f.
242.g

De indicationibus, quæ a ſubſtantia, ab affectu, à forma, atque à ſitu partium ſumuntur, exemplo vlceris in pulmone. CAP. II.

POrrò dicta paulo ante ſunt, & ad veſicam, & uterum, & inteſtina, & pulmonem idonea medicamentorum genera, quibus ſit in ſingulis vtendum, genere quidem medicamenti ab ipſa curandarum partiũ ſubſtantia deſumpto, ſed cum affectu prius etiam æſtimato: modo verò vtendi eius, tum à forma, tum ẽt ſitu. Hinc nanq; excogitati ſunt, & auricularij clyſteres, quos Otenchytas vocant: & vteri clyſteres, quos Metrenchytas: & recti ſyphones, quibus in veſicam aliquid infunditur, quos Catheteras dicũt: & ipſi clyſteres: Hinc rurſus, q̃ in ventriculo, pectore, & pulmo
G ne vlcera conſiſtunt, per ea, q̃ eduntur, ac bibuntur, eſſe curanda: Quæ verò in inteſtinis, bifariã; nã, quæ vicina ventriculo ſunt, his per comeſta, & bibita ſuccurritur: q̃ verò inferius ſunt ſita, per ea, quæ iniiciuntur; q̃n neq; ad ea, q̃ vicina ventriculo ſunt, ſubire poteſt, quod p̃ ſedem infunditur: nec integris viribus ad inferiora p̃tingere, qd̃ per os ſit ĩgeſtum. Ideoq; ẽt, quę vlcera in thorace, & pulmone conſiſtunt, tũ difficilius ijs, quæ ſunt in ventriculo, ſanantur, vt quorum ſitus lõgius abſit, atque idcirco medicamentorũ vis remittatur: tũ p̃ p̃ hoc ipſum multo valentiora ea, q̃ deuorentur, præſidia requirunt, q̃ ſi ipſis ſtatim vlceribus admouerentur. Indeq; adeo excogitata medicis ſunt, ubi expurgandum ex pectore, & pulmone pus eſt, fortiſſima, quæq; maxime diſſecent, pharmaca, taliaq; oĩno, quæ, ſi vlcus in ventriculo eſſet, ip̃m exacerbarent. Quin etiam, q̃ hæc per tuſſes expurgentur, nõ aliunde, q̃ ex forma particularũ eſt deſumptũ q̃ hæ nullũ talem exitum habeant, qualem vterus, ueſica, ſedes, auris, naſus, & os. Hinc etiã fit, q̃ vẽtriculus vtrinq; expurgari poſſit, ſurſum per uomitũ, deorſum ſecũdũ naturam. Quippe hoc genus indicationũ ab inſtrumentalibus, quatenus inſtrumentalia ſunt, eſt ſumptum: ſicuti, quæ ſiccãdũ eſſe docent, ab ipſarũ ſimilariũ ſubſtãtia ſumũtur. Ab ipſis verò morbis rurſus tales, ueluti ab vlceribus (q̃m de his diſputatio erat) & q̃ ſiccanda ſint, ut ſupra eſt cõprehenſum; & q̃, qui è ventriculo eluere

pus volunt, non ſine periculo vomitũ mouent, ſicuti ſi aliter infixam illi pituitã per oxymeli ac E
radiculas detergerent: ſed tutius deiectione vtuntur, cum vomenti periculũ ſit, ne & quod exul-
ceratum eſt, dilaceret, & ſuccum quempiam inutilem ex vicinis attrahat. Quo nomine (vt dixi)
Hipp. li. de aff. intern. ſcribit multos rupto pulmone vitã degere vſque quo moriãtur. & vlcera, quæ pulmoni inſident, difficillima ſanatu ſunt, vt quæ nec citra tuſſim expurgare poſ- A. l. 3. f. 10. t. 4. c. 18. f. 271. e
ſis: &, ſi tuſſim excites, lacerabis. Itaque, quaſi per mutuas operas, malũ ijs in orbem redit: quip
pe cum, quæ lacerata ſunt, rurſus phlegmonem excitent: ſecũdo rurſus phlegmonem ipſam ma
turari & pus expurgari deſiderant. Quare ex omnibus ſanãdi difficultas his exoritur, & q̃ ea, quę
idonea vlceribus medicamenta ſunt, contingere vlcus, ſicut in ventriculo, non poſſunt, & q̃ per
medium interuallum ferè vim ſuam amittunt: & propterea q̃ reſpirando mouentur, & tuſſiendo
lacerantur. Itaque, cum in pulmone ruptum vas eſt, ſcire aperte licet, niſi protinus ante, q̃ phleg
mone excitetur, glutinatum ſit, id poſtea inſanabile fore.

De Vlceribus, quæ in Aſpera Arteria ſunt, & in ſumma eius parte: ac de Lactis, quod apud Tabias habetur, perfectione. CAP. 12.

CAeterum ulcera, quæ in aſperæ arteriæ interiore ſunt tunica, & potiſſimũ, quæ ſummæ eius
parti (quã Larynga vocãt) ſunt vicina, aut ẽt in ipſa, hæc & curationẽ recipiũt, & nos nõ pau
cos eorũ, q̃ ita ſunt afflicti, ſanauimus. Sanè curationẽ eorũ hinc maxime inuenimus. In grauis F
huius peſtilẽtiæ initio (quæ vtinã aliq̃n ceſſet) iuueni cuidam, cũ nouem iam dies ægrotaſſet, to-
*Codices impreſsi œ multi ẽt ex manuſcriptis legunt, vt Linacer uertit καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι κεδὸν ἅπαντες οἱ σωθέντες. & ita ẽt uetus interpres. Sunt tamẽ, qui non habent, οἱ σωθέντες. vt ſic verti poſtea deberet ueluti alijs ferè omnibus.
tũ corpus vlceribus ſcatebat, † veluti oĩbus ferè, qui euaſerant. } Eo die ẽt tuſſiebat paululum. Po
ſtridie verò, vbi ſe lauerat, ilico & vehementius tuſſiuit, & tuſſi expulit cruſtulã, quã græce Ephel
cida vocant. Eratq́; hoĩ ſenſus manifeſtus vlceris in aſpera, q̃ in collo eſt, arteria p̃pe iugulũ na-
ti. Quin aperto quoq; hoĩs ore fauces eius inſpeximus, nũquid in ijs alicubi vlcus eſſet: ſed nec ſic
inſpectantibus apparuit vitiũ: & planè laborãti ſenſus eius aliq̃s manifeſtus ex comeſtorum bibi
torũq́; tranſitu fuiſſet, ſi illic vlcus fuiſſet. Quin ẽt ex aceto & ſinapi, certioris notitiæ cauſa, quę-
dã ei deuorãda dedimus. Sed nec horũ quic q̃ eum momordit: & ſenſus doloris manifeſte in col-
lo erat: quo loco aũt adeo irritabatur, vt tuſſire impelleretur. Suaſimus " itaq; reniti quãtũ poſſet, A. li. 3. f. 10 t. 5. c. 5. fo. 274. f
nec tuſſire. Quod & fecit, eo certe facilius, q̃ exiguũ erat, quod p̃ritabat: & nos oĩbus modis ope
ram dedimus, vt vlcus ad cicatricẽ p̃ueniret, foris medicamentum aliquod, quod ficcaret, impo-
nentes: tum cubanti ſupino humidũ aliquod ex ijs medicamẽtis, quę ad eiuſmodi vlcus facerent,
exhibentes: ac iubentes id in ore cõtinere, paulatimq́; p̃mittere in aſperam arteriã defluere. Sic
igitur faciens ſentire ſe manifeſte aiebat adſtringẽtis medicamẽti circa vlcus vim, ſiue ea vis huc G
tranſmiſſa eſt, ſiue medicamen ipſum roris ſpecie in arteriam ad vlcus defluxit, & tanq̃ percola-
tum eſt. Erãt aũt nec æger ipſe medicinæ imperitus, ſed ex ijs quidã, qui vſu & exercitatione em-
piricæ medicabantur. Ergo ſentire ſe aiebat tum medicamẽtum in arteriam defluere, tum tuſſim
quoque aliq̃n mouere: oblectabat tñ plurimum, ac tuſſim cohibuit. Igitur ipſe quoque ſua ſpõte
Romæ quidem, ubi † correptus fuerat } triduum ẽtnum poſt nonum diem eſt moratus: poſt hoc
τελοίμωξεν. conſcenſo nauigio, primũ p̃ flumẽ ad mare nauigauit: quarto die poſt, naui peruenit ad Tabias:
uſusq́; eſt lacte, quod & mirificam planè uim habet, nec ſine cauſa prædicatur. De cuius uſu ali-
quid dicere oblatũ nunc tp̃s uidetur, nec de eo tm̃, quod apud Tabias hr̃, uerum ẽt de alio omni.
Neque enim ijs modo, qui Italiam incolunt, eſt ſuccurrendum, ſed, quoad fieri poteſt, qui ubiuis
habitãt gentium. Igitur ad lac, quod in Tabijs hr̃, commendandum multa concurrunt, & locus
ipſe ſatis editus, & aer illi circundatus ſiccus, & paſcuum pecoribus ſalubre. Atq; hoc quidẽ alibi
quoq; arte præparare licebit, ſiquis in colle modice edito herbas fruticesq́; ſerat, qui ſalubre ſi-
mul adſtringensq́; lac reddant: quorũ exempla paulo poſt dicentur. Cæterum ut ambiẽtem ae-
ra ſimilem reddas, fieri oĩno nequit: eligere " tamẽ ſimillimũ ex ea, quæ datur, aerum copia licet. A. ibid. g
Simillimus aũt is fuerit, cui eadem adſunt, quæ illi: altitudo collis mediocris: uia à mari ad ipſum
triginta ſtadia, ampliusq́; aliquid, ſed non multo: locus aũt ipſe uerſus mare, nẽpe Tabiæ in imo H
maxime ſinu eſt, qui inter Surrentũ & Neapolim conſpicitur, magis tñ in latere, quod ad Surren
tum pertinet. Porrò totum id latus collis eſt ſatis magnus, longitudine ad Tyrrhenũ mare porre
ctus. Inflectitur autẽ leuiter collis hic ad occaſum: nec in meridiem in totũ planè procurrit. Ergo
hic collis a uentis ijs, qui ab ortu flant, Euro, Subſolano, & Borea, tutum defendit ſinũ. Conũgi-
tur illi in imo ſinu alter collis non paruus, quem & ueteres Romani in hiſtorijs, & qui nunc dili-
gẽtiores ſunt, Veſuuium nominãt. Celebre nunc nouumq́; nomen * Veſuuium eſt; omnibus ho
*Ald. hẽt βίσ βιον: manuſcripti aliqui ἰσ- ξιον. alij τα- ξηr. minibus notum, p̃ p̃ ignem, qui in eo ex terra ſubmittitur. Quæ res non parum mihi ad ambien-
tis aeris ſiccitatem conducere uidet: & alioqui præter ipſum ignem nec ſtagnũ p̃pinquum, nec
palus, nec fluuius alicuius momenti uſquã in ſinu hr̃. Oĩbus uerò uentis, qui ab Arcto ad æſtiuũ
occaſum perflant, Veſuuius collis obijcitur: multusque cinis ab eo ad mare uſque peruenit, reli-
quiæ uidelicet materiæ, tum quæ in eo combuſta eſt, tum quæ nunc ẽt uritur. Omnia hæc aerem
efficiunt ſiccum. Licet porrò & alibi terrarum eligere collem ſimili modo ſiccũ, ſcilicet nec lon-
ge a mari, nec adeo magnũ, ut uẽtorũ impetui ſit expoſitus: nec adeo humilem, ut ſubiectorum
cãporum halitum prõpte recipiat. Caueatur autẽ, ne ad Septentrionem ſit uerſus: ita enim eſſet

auerſus

A auersus à Sole. Quòd si ēt in temperato orbis loco collis sit, veluti is, qui ad Tabias cōspicitur, lōge magis ad rem pertineat. Hoc in colle sunto herbæ quidē, agrostis, & lotus, & polygonō, & meliſſophyllon: Frutices verò lētiscus, & arbutus, & rubus, & hedera, & cytisus, alijq; his similes. Atque ita tibi collis præparetur. Pecora verò, q̄ in colle ad Tabias pascuntur, boues sunt. Estq; eius animalis lac spissum ita, vt asinorum tenue. Ego verò, ne quod lactis genus vsui desit, ex vaccis crassum, ex asinis tenue, ex capris mediū, & boues, & asinos, & capras in pascua depulerim. Veteres verò ēt mulierē lactantē iis, qui phthoe consumerentur, adstare voluerunt: quorū sententiæ ipse quoq; accedo, & ꝙ familiare id sit, & ꝙ prius, q̄ ab ambiente refrigeretur, id sumi voluerint. Porrò hoc tibi de lactis vsu pro maximo p̄cepto sit, vt ii, q̄bus eo est opus, omnino id astāte animali statim multum bibant, ēt melle iniecto, si cui cogi in vētriculo solet: quod si ipsum descende re ad aluum citius cupis, ēt sale. Atque ille quidem adolescēs, cū vlcus in arteria ex pestilenti morbo haberet, sanatus est: ac post eum similiter alii. Alter verò adolescēs annos natus circiter decē & octo, cum multis diebus ex destiliatione laborasset, primum quidē sanguinem floridum cum tussi expuit, non sanè multum: postea verò etiā tunicæ ipsius partē, quæ tegens intrinsecus totā

A.l.3.f.10. t.5.ca.5.f. 275.b

B arteriam, in fauces & os per ipsum arteriæ caput (Larynga uocant) ascendit. Videbatur aūt mihi, tum ex crassitudine eius coniectanti, tum ægri sensu, ipsius laryngis esse interna* tunica. Quin ēt læsa illi ex eo vox est. Atque hic quoque longiore quidem tempore, sed tñ sanatus est. Cæterū, †qui ex pestilentia hoc uitio laborarūt, } propterea mihi facile sanati videntur, ꝙ præsiccatū iis, præpurgatumq; totū corpus fuerit: quippe cū & vomuerint ex iis nonnulli, & omnibus uenter ꝓfluxerit. Atque, cū ita iam uacuati essent, qui euasuri erant, iis pustulæ, quas exāthemata vocant, nigræ toto corpore confertim multæ apparuerunt, vlcerosæ q̄dē plurimis, omnibus certe siccæ. Eratq; intuenti perspicuum reliquias eas esse sanguinis, q̄ in febri putruerat: quas, veluti cinerē quēpiam, natura ad cutim trusisset, sicuti alia ex superuacuis nonnulla trudit. Verum medicamētis ad eiusmodi exāthemata opus non fuit, cum siderēt sua sponte, ad hunc modum: Aliis q̄ dē, quibus videlicet exulcerata summa pars fuit, decidit ipsa vlceris crustula, quam Ephelcida nominant: deincepsque, qđ reliquum fuit, propinquum sanitati erat, ac post vnum duosue dies ad cicatricem peruenit: alijs, q̄bus scilicet vlcerata summitas non est, exanthema q̄dē ipsum, & asperum, & scabiosum erat, decidit verò veluti squamma quædam: ac dehinc omnes fuere sani. Ni

* σῶμα. i. corpus.
† οἱ ἐκ λοιμοῦ.

C hil itaque miri, si ēt iis, quibus eiusmodi exanthemata in pulmone sunt orta, ꝓꝓ vlcerū siccitatē sunt sanati. Quod nanq; in cæteris vlceribus vniuersis supra mōstrauimus curationis esse propositum, hoc iam ijs, quæ ex pestilētia sunt orta, præstò fuit. Omnia nanq; sicca, & aspera fuere, plurima quidē scabiei, quædam verò etiam lepræ similia. Ergo, cum experiētia rationi attestetur vlcerum curationē hunc vnum habere finem, vt siccentur, poterit quispiam ex iis, qui sanguinē ex pulmone reiiciunt, seruare permultos ita, vt nos fecimus.

De curandis ſtatim ijs, qui ob Deſtillationem, aut membrorum ſpiritus refrigerationem ſanguinem reijciunt. CAP. 13.

AC, quēadmodum quidē medēdum ijs sit, qui notabile in pulmone uas fregerūt, vnde adeo, ꝙ ab alto sint lapsi, vel immodice clamarint, vel pondus supra vires sustulerint, vel ꝙ durū* magnumq; aliquid extrinsecus ipsorum pectori inciderit, dictū prius est. Quēadmodum uerò, q̄ ex catarrho sanguinē reiiciunt commodissime tractētur, nunc dicemus, proposita claritatis causa curatione, quam Romæ in splēdida muliere peregimus. † Hæc nanq; cum eiusmodi sermones audijsset, quales nunc de ijs, qui sanguinē ex pulmone reiiciunt, habuimus, siue ex catarrho id, si-

* Al. graueq;.

D ue vehemēti tussi, paululum quiddam per noctem expuerat, ilico ad me misit, se, q̄cq̄d exigerē, p̄bituram promittēs. Audiuerat verò ante id tp̄s, nisi quis ilico præsidium strenue afferret prius, quam vlcus phlegmonē contraheret, eum operam amissurum: atq; hanc esse præcipuam eorū, qui sanguinē reiiciunt, interitus causam. Igitur incidere mulieri venam, quæ iam quatriduum ꝓper catharrum propemodum sine cibo egisset, non placuit: sed iussi, vt acrivteretur clysteri: tum crura, manusq; calfaciēti pharmaco plurimum fricaret, & vinciret: mox caput raderet: cui deinde medicamē, quòd ex palumbium stercore constat, imposui: interpositisq, tribus horis in balneum duxi, ac laui, nullo caput contingēs pingui: dein caput idoneo pileo contexi, & pro eo, qui tū erat t̄pis statu, nutriui sola sorbitione: postq̄ statim fructum aliquē autumnaliū austerū dedi.

† *Clarius ex græcis. Hæcnāque cū eiusmodi disermones audisset, quales nunc de ijs habuim⁹, qui sānguinem ex pulmone siue ex catarrho aliquo siue uehemēti tussi reiciunt, cum paululū quiddā per noctē expuisset, ilico ad me misit, præbere se promptam asserens ad faciendū, quicquid ego uellem.*

A.l.3.f.10. t.3.ca.6.f. 267.e

Deinde, cum dormitura esset, quod ex viperis conficitur, medicamētū dedi (theriacē vocāt) circiter quatuor mēses ante confectum: habet enim id ætatis adhuc prævalētē papaueris succum, qui in antiquatis ignauus redditur: ideoq; & somniferum est, & fluxiones tū siccat, tum leuiter crassat. Finito verò prorsus catarrho, liquido apparebat tū ex respirandi specie, tum sonitu semel excitatæ tussis, pulmonē expurgatione egere. Cæterū exhibere hanc non placuit secundo saltē die, sed in omni taciturnitate & q̄ete muliere seruata, tum artubus eius ꝓfricatis vinctisque, iussi reliquas quoque oēs partes perfricari, excepto capite, quod adhuc ex medicamēto incalescebat. Rursus aucē uesperi dedi theriaces ceu fabæ nostratis magnitudinē: erat verò, quod pridie acceperat, hoc lōge amplius. Postea uerò, quam hac quoq; nocte probe dormiuisset, tertio die mane

mel coctũ copioſe exhibui,ac in quiete ſeruaui.Procedente uerò die totũ corpus ſimiliter perfri E
cui,ac ptiſanæ cremorẽ cũ pane exiguo pro cibo ſumere iuſſi. Mox quarto die mane quidẽ dedi
medicamẽtũ,quod ex viperis fit,ſed quod iã in ætate vigoris eſſet, idq; cum copioſo melle.Ca-
piti verò mulieris eodẽ pharmaco, quod vehemẽter cũ ſiccat, tum calefacit,impoſito,ac deinde
ipſa lota,nutritaq; modice,valẽtius iã pulmonẽ expurgare in quinto ſum aggreſſus. Ac dehinc
rurſum,rurſumq; ex interuallo,ad caput quidẽ conſueto cerato:quod thapſiã recipit, ſum vſus.
*περιπάτοις. Amb. Totã verò corporis curã,in geſtatione,frictione,*ambitione, lauandiq; abſtinẽtia,ac victu tum
moderato,tũ verò boni ſucci,ad reficiẽdũ direxi.Hęc itaq; mulier recte ſeſe habuit,minimelactis
opẽ requirẽs.Alteri verò adoleſcẽti,cui non ex deſtillatione, ſed ex refrigeratis ſpiritus iſtrumẽ
tis,orta tuſſis fuerat,cũ ſãguinẽ & ipſe ad dimidiam heminam reiecciſſet,ſtatim venã incidi,ac bis
eodẽ die ex ea ſanguinẽ detraxi:deinde rurſus poſtridie bis: ſed artuũ frictione & vinctura priore
die vſus,ad veſperã dedi pharmacũ noſtrũ, q̃ diaſpermaton dr̃. Secundo die poſt alteram detra-
ctionẽ impoſui toti pectori ceratũ,q̃ ex thapſia conficitur,mox ueſperi,ne ſupra modũ calface-
ret,id auferẽs.Tertio die rurſus ad tres horas impoſito, hominẽ laui. Cibaui aũt ſimiliter tribus
his diebus,prioribus q̃dẽ duobus,ſorbitiũculis:tertio uerò,ptiſanæ primũ cremore.deinde piſce
ſtatim aliquo,q̃ & facilis cõcoctu eſſet & ſimplici rõne p̃paratus,adiecto.Dedi quoq; medicamẽ F
tũ diaſpermatõ,& ſecũdo,& tertio die ſimiliter ad veſperã: quippe q̃ & ſomnũ conciliat,& ſen-
ſum doloris eleuat,& ſiccãdi vim hẽt.Tũ verò,cũ & ſpiritui delegatę partes in naturali tẽperamẽ
to eſſent, & totum corpus vacuatum, ac nulla phlegmones ſuſpicio circa ruptũ uas ſupereſſet,
expurgare cœpimus.Mox bibito medicamento,quod viperas habet,ætatis iam vigentis,ad Ta-
bias dimiſi.Sic ego omnes,qui primo ſe die mihi curandos permiſerunt,ſanaui.

De Curando Pulmonis Vlcere,quod tribus diebus quatuorue diebus inſedit. CAP. 14.

QVi verò poſt duos,aut tres,nõ oẽs:ſed aliquibus eorũ inſanabile vlcus fuit.Quotquot autem
phlegmone ſic occupauit,ut iam febricitarẽt,horũ nullus eſt in totũ perſanatus. Sed qui po
ſtea nc per oĩa præſidia rite tranſierunt, vt ſiccaretur vlcus, ij tm̃ ſaltem lucrifecerunt, vt illud
nec vltra progrederetur,nec maius fieret:ſed ſiccatum,ac callo duratum,longiore vita frui homi
nẽ ſineret.Ex ijs vero,qui vlcus in pulmone hñt,ij demum inſanabiles mihi eſſe vñr, qui ex ſuc-
ci vitioſi eroſione id poſſidẽt,quorum aliqui ceu ſalſilaginẽ ſputũ ſuum ſentire ſe aiunt: nam lon
go arbitror tpe omnino opus eſſe,vt ſucci corrigatur vitium.In tpe verò neceſſe eſt duorũ alte-
rum,aut ſiccando vlcus,ceu callum fieri,eoq; fore omnino inſanabile:aut non ſiccando,tum ip
ſum putreſcere,tum quæ circa ſunt depaſcere,atq; ita ſpacio pulmones putrefacere.Porrò mul- G A.l.3.f.10.
ti ex ijs,qui eiuſmodi ſuccum vitioſum congeſſiſſent,cum ex eo tuſſirent, nõ tñ etiãnum ſangui t.5.ca.5.f.
nem reiicerẽt,huius noſtræ prouidẽtiæ cõpotes facti,prorſus ſunt perſanati. Oportet autem in 274.g
principio nullius rei æque eſſe ſolicitum, quam ut neq; tuſſiant,neq; ex capite aliquid in pulmo
nẽ defluat.Cauetur id triplici præſidio,purgatione primum:ſecũdo,medicamine,quod dia ſper-
matõ dicitur:tertio,ipſi capiti prouidẽdo.Quod purget,diuerſas facultates habeat, oportet: cu-
ius generis noſtræ ſunt pilulæ,quæ ex aloe,ſcãmonia,colocynthide,agarico,bdellio,& gummi
arabico conficiuntur,ad plures uidelicet excremẽtorum purgandas ſpecies. Sanè ſatisfaciant ad
vſum,& quæ ſine gummi componuntur.Poſtea verò,ſi res poſtulabit, etiam ijs, quæ nigram bi-
lem expurgẽt,vtare.Capiti prouidebitur cerati uſu,quod fit ex thapſia.Atque hęc quidẽ in prin
cipio peragẽda ſunt.Poſt verò reficiẽdus æger ſalubriter eſt cibis boni ſucci,frictione,in*ambu-
*περιπάτοις. ne,& balneo.Tradetur autẽ de his methodus in idoneo operis loco. Porrò ij ſunt, qui maxime
lac requirũt:neglectoq; eo,omnium maxime ſunt inſanabiles.Cæterum de mittẽdo his ſanguine
ſciri illud licet,Quicunq; parum habere ſanguinis videbuntur, ijs ad quẽdam ſuccum probio
rẽ (ſicuti prædixi) reductis,detrahere ſanguinẽ poteris tum rurſus reficere: eoſdẽ etiam rurſus
purgare ac rurſus reficere;denuoque,ſi res ſuadet,ſanguinem mittere,potiſſimum,quibus velu- H
ti limus vitioſus & craſſus,totus eſt ſanguis.At,qui validi ſunt,multiq; ſanguinis,iis ſtatim à prin
cipio eſt detrahendus.

Quam perperam Eraſiſtratus,ac Theſſalus Sanguinis reiectionem curarint, ac de Vlceribus,quæ in Sede,ac Pene conſiſtunt. CAP. 15.

HOrum,quæ retuli uel modo vel ante, ſiue ea inueni ipſe, ſiue iuxta Hippocratis uiã vſurpa-
ui,nihil planè non examinatũ,ac iudicio cõprobatũ eſt: ſed p̃ experiẽtiam oĩa iudicata: in
*ἀποτυχίας. *χυμῶν eſt in impreſſis, & multis ẽt anti quis codic. In antiquiſsimo tamẽ quodam exemplari legi tur. ναχοχυ μων. q̃bus* erroris pericula ipſi ptulimus.Fructũ ex eorũ vſu habituri ſunt,q̃buſcunq; artis o p̃a ſunt
curæ:ſiquidẽ alii veri ſunt,alij ſophiſtarũ ſermones. Quanq̃ quid ſophiſtas memoro?Cũ ẽt non
cõtẽnendorum medicorum aliq, ẽt qui integra volumina de ſanguinis reiectione prodiderunt,
alia q̃dẽ multa & parua recte perſcripſerunt,maximorũ aũt auxiliorũ nullius meminerint,parũ
intelligẽtes p̃ multa & illa parua, quæ recte admonẽt, lõgũ ipſis ægrotis cõparandum interitũ.
Per hæc aũt tria,q̃ planè deplorati non ſunt,oẽs ſeruanr̃,p̃ ſanguinis miſſionẽ,& purgationẽ,&
ea quæ caput roborãt.Sanè in ſequẽtibus,cũ de*ſuccorũ curatione p̃cipiemus, dicemus de ſan-
guinis miſſione diligẽtius. Minime igiť (ſicuti medicorũ nonnulli cenſent,) à paruis incipiendũ

auxiliis

A auxilijs eſt: Nec, ſicut illi dñt, ſentiendum, iſta. ſ. prius eſſe tentanda: mox, ſi nihil profecerint, aggredienda maiora. Nã in morbis, in quibus periculum non impendet, vera ea opinio eſt: at vbi moriendum ægro prorſus eſt, ſi phthoe ſemel exceptus ſit, alienissimum a ratione eſt a minoribus inchoaſſe. Nam, ſicuti reliqua oĩa ab Hippocrate tradita, ita illa quoque ſnĩa recte eſt dicta, Nẽpe ad vltimos morbos ultima prorſus remedia maxime valere. Qua nã igitur inductus opinione Eraſiſtratus in talium affectuum principio ſegnis tardusq; eſt, poſt diligens, cum periit occaſio? Nã ſanguinis miſſione, cum ſanguis reijcitur, nuſquam prorſus vtitur, vitioſiſſima ratione inductus: ſed nec purgat quenq̃, nec caput ſiccat. Quibus, nimirũ, ſiquis phthoe occupari pericli tantes fraudet, quamuis reliqua oĩa probe peragat, nihilo plus, arbitror, agat. Nã ſanguinẽ mitte re recuſat: ac ſolis artuũ deuinctionibus ad eum auocandũ vtitur, quò (vt ipſemet ait) ad phlegmones tempora ſat nobis sãguinis ſuperſit, nec ꝑ ꝑ inopiam eius ægrum nutrire cogamur. Sed heus tu Eraſiſtrate, dicat arbitror aliquis, ſi poſt uenam ruptam phlegmone iã pulmonem occuparit, non eſt, q̃ ſperes hoĩem ſanandum ꝑ ꝑ ipſas, quas paulo ante comprehendi, rõnes. Quare amplius opera tua non egebit, proditus videlicet per te inter initia. Quippe idem facis, qđ̃ guber
B nator, qui, vbi per eius incuriã euerſa nauis eſt, vectorum cuipiã aſserẽ ĩ manũ dat, indeq; ſalutẽ comparare ſuadet. Sed Eraſiſtratus fortaſſe exiſtimabat, phlegmonen eſſe ex iis, q̃ neceſſario vul nus comitentur. Verũ, ſi ita ſentiebat, in magna planè erat ignorantia: cũ uidere cuiq; liceat, ſexcentis eorum, qui quotidie ſingulari certamine decertant, maxima citra phlegmonem glutinata vulnera ſic, vt ſecũdo vel quarto die ſint oĩno in tuto. Nos verò ẽt plurimos ex iis, qui vas in pulmone ex caſu, clamore, plagave rupiſſent, prius, q̃ phlegmone in vaſe rupto excitaretur, curauimus. Quòd ſi horum quoq; pulmones phlegmonẽ inuaſiſſe aſſerit, ipſe ſuis ipſius placitis repugnat, ſimul princeps viſcus, quod maxime vicinũ cordi ſit, phlegmone laborare affirmans; ſimul hoĩem febri carere, itemq; rupta phlegmone nihil expuiſſe. Ergo a nobis quoque inuicẽ audiat, nec fieri poſſe, vt glutinetur vlcus, ſi phlegmone pulmonẽ inuaſerit: oĩnoq; ſi inuaſerit, febricitaturũ: ac purulenta deinde, cũ phlegmone ſoluitur, tuſſi exputurum. Ergo, ſi quis nec febricitabit, nec tuſſiet, nec ſaniẽ aliquam ex vlcere, & phlegmone ſpuet, q̃ ratio eſt, vt huius ineſſe pulmoni phlegmonem dices? Itaq; tũ hoc maximum certe præſidiũ non rectè ab eo damnatum eſt, tum purgatio ſine vlla mentione prætermittitur. Ac nec ullum pharmacon, quod efficax ſit, contra vllũ ex comprehenſis generibus ab eo eſt poſitũ. Quin, ſiue caput fluxionem mittat, eo ſtatu ſeruabitur: ſiue ex intemperie ipſorum ſpũaliũ tuſſis incidat, ẽt ipſa ſic manebit. Ergo Eraſiſtratus ſta-
C tuario illi aſſimilis vr̃, qui reliquis oĩbus partibus ſcite perfectis, ſtatuam reliquit cæcam. Nã quæ, quæſo, reliquæ pulchritudinis gratia, cum oculos deſideres? Poſtea, ſi diis placet, cum tanti uiri maxime aberrẽt, egregius vir Theſſalus, qui artẽ ne nouit quidem, Methodicũ ſe cenſet appellandũ. Ac nunc fermè oẽs ſectatores eius ſanguinẽ mittere videmus, tum alijs ęgrorum non paucis, q̃bus non ſolũ non vtile, ſed ẽt noxiũ exiſtimare id p̃ſidii oportebat, præſertim ſi propriis ipſis hypotheſibus ſtarent: tum vero ijs, qui ſanguinẽ, ſiue hunc per uomitũ, ſiue cũ tuſſi, reiiciunt, mõ valentes uires habeãt: Sed qũo cohærebunt hæc ſecum, vt venam, ubi ſanguis reiicitur, incidere iubeant, & in cõmẽtariis ſuis ſcribãt, remediũ id adſtrictis vitiis conuenire? Ergo, ne ſe Methodicos amplius noĩent, ſed Empiricos, ſi reiecta rõne, quã eſſe rectã putabant, experientia utũtur ad inuenienda præſidia: An igitur ĩ ijs q̃dẽ clare deprehẽdũtur nec methodo, nec oĩno rõne aliqua quicq̃ facere, vbi vero partes inutiles eſſe ad curationis inuẽtionẽ aiunt, non multo magis? Atqui, ſiquis ad memoriã reuocat ea, q̃ de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, præterea vtero, veſica, & uẽtriculo, diximus, errare eos tota via videbit. Talis igitur erat, qui ad phlegmonẽ, q̃ inpudẽdo erat, macedonico medicamento eſt vſus, ac cũ eo ẽt cataplaſmate, qđ̃ relaxandi vim hẽbat, nẽpe ſolẽni hoc, qđ̃ ex pane, aqua, & oleo conficitur. Etiã alius quidã illi perſimilis, q
G ad ſedẽ exulceratã ijſdẽ eſt vſus. Verũ de talibus, vbi de phlegmonis diſputabitur, agemus. Cæterũ vlcera, q̃ citra phlegmonẽ in pene, ſedeve conſiſtunt, nullum cataplaſma deſiderant, ſed medicamen, quod cicatricem inducat: non tñ, mehercle, eius naturæ, qđ̃ vlcera, quæ in carne ſunt, inducere cicatrice poſſit, immo qđ̃ tanto magis ſiccare poſſit, quanto hæ partes ſunt carne ficciores. Quin ẽt, quod magis admirere, ipſorum, quæ in pene ſunt, vlcerũ magis ẽt ſiccari poſtulant, & quæ in toto cole hæſerunt, & quæ extra hunc ẽt finem eius, qui glans dr̃, infeſtãt: minus verò, quæ in præputio ſunt; atq; ẽt his minus, quæcunq; in reliqua ſunt cute, quæ totum colem veſtit. Cũ igitur humidum in glãde vlcus quidam ex amethodis iſtis medicis, iſtis inquam Theſſaliis, ſanare aliquando non poſſet medicamentis ijs, quæ epulotica vocantur, id eſt, quæ cicatricem inducunt, adhibuit in conſilium me. Vbi igitur ex me audiuit longe ficciore medicamento particulã egere, propterea, q̃ ficcioris naturæ eſſet, primum non credidit: vt verò coactus neceſſitate eſt aliquo ex noſtris medicamentis vti, tribus diebus ſanatũ vlcus eſt: perſpicuumq; erat medicum non tã fuiſſe de ſalute hoĩs lætatum, q̃ inde adeo triſtatũ, q̃ in mala diſciplinæ ſecta fuiſſet educatus. Siquidẽ medicamen, quod ex papyracea charta combuſta fit, hoc ſcilicet nobis vſitatum, id genus vlcerum ſanat: ſicuti etiam anethum vſtũ ſimili modo inſperſum; itemq; cucurbita ſicca,

1. Apho. 6. Exord. 4. d

A. li. 3. f. 20. t. 2. ca. 21. f. 324. d

atq; vſta ad eundem modum: alia præterea multa ex ijs,q̃ vehementer,ſicut illa,ſiccant. Si qua E
verò eiuſmodi vlcerũ,ſine madore ſunt,ac recentia,ijs ſola" aloe ſalutare medicamen eſt. Inſper-
gitur aũt ſicca,ſed in tenuiſſimũ ceu pollinẽ redacta. Hęc verò ẽt,quæ in ſede conſiſtunt,ſicca vl-
cera ꝓbe percurat. Simillimã huic vim hẽt,& cadmia vino elota,& ſicca. Ab hac quoque nõ lõ-
ge abeſt argenti ſpuma,Lythargyros græce dicta. Deinceps verò molybdæna ſequitur. Omni-
bus vero,tum minus inferens doloris,tum nullo minus efficax,pompholyx eſt. Sin humidiora
ſunt,ipſe per ſe pini cortex,itẽq; lapis hæmatites vocatus,idoneus eſt. Quòd ſi profunditas quæ-
piam ipſis adſit,vbi excitata fuerint, dictorũ alicui tantulum mannæ admiſcendũ eſt, quantum
ſit ad carnem gignendam ſatis. Neq; igitur horum quicq̃ vel per ſomnium norũt,qui iſtius ſunt
alienæ a methodo ſectæ,cum oẽ vlcus ,in quacunque animantis ſit parte,eandem poſtulare cu-
rationẽ opinentur: neque etiam,quemadmodum ſuere quædã vlcera oporteat, veluti ea, quæ in
abdomine contingunt: de quibus in ſequenti libro cum ijs,quæ reſtant, vniuerſis agetur.

GALENI METHODI MEDENDI

IDEST DE MORBIS CVRANDIS

LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Neruorum,tendinum,ligamentorum,partiumq́ue,quæ illorum natura participant, oſſium quoque curationem abſoluit.

Prolixitatis librorum excuſatio, ac quæ hactenus monſtrata ſunt. CAP. 1.

NOn dubito fore nonnullos,quibus eſſe prolixus videbor, qui vnũ hactenus morborum genus,quemadmodum methodo curetur,exponam. Par eſt aũt, non tã mihi longitudinem hanc imputent, q̃ ijs,qui parũ intelligentes, quæ rectiſſime ab Hippocrate ſint ſcripta,ea calumniari ſunt conati: quos, ne quemadmodum vlcus quidem recte curent,ſcire oſtendi,nedum,quod maius ſit,quicquam. Atque ipſum quidem morbi genus,cuius vna ſpecies vlcus eſt, ſeu continuitatis, G
ſeu vnionis ſolutionem voces,nihil referat. Illud monſtratum eſt,methodũ curandi eius,in quocunque corporis membro ſit,quæ quidem ab affectu ipſo ſumantur, indicationes ſeruare cões: quæ verò ex partibus præbeantur,alias atq; alias habere. Cum.n.in carnoſis particulis inciderit, nominatur quidẽ vlcus: habet verò curationis indicationem oĩum quidem, quæ præter naturã ſunt,cõem,ſui ſcilicet ademptionem: q̃ uerò,ceu affectus,præſtat,vt per contraria tollatur: quã, vt diuiſio eſt,vnitionem,qppe generatio huius vitij in diuiſione vnitatis conſiſtit. Ideoq; in oſſe vocatur fractura,græce Catagma: in neruoſis fibris Spaſma: in muſculis vlcus, & ruptio: quorũ differẽtia prius iam dicta eſt. Idem tñ morbus,cum in neruum,& arteriam, & venam inciderit, nullam propriam appellationẽ eſt ſortitus,mutuaẽ aũt interdum vlceris, interdum vulneris, vel ruptionis,appellationem: Cæterũ parum eſſe de noĩbus ſolicitũ debere eum, cui rerum ſcientiã inuenire ſit ꝓpoſitum,ſæpe iam diximus. Itaq; huc potius noĩbũs neglectis ꝓperemus: qñ nõ ex horũ exquiſita impoſitione,ſed ex appoſitis remedijs,ægro ſalus paritur. Rurſus igitur reuocandum ad memoriã eſt,quemadmodũ audaciſſimus Theſſalus, cũ nullam curãdi vlceris methodũ tradiderit,oẽs tñ dixiſſe ſe arbitratur. Siquidẽ,ꝙ ſinuoſum vlcus poſtulet impleri, & ſimplex glutinari,hæc nec idiotis ſunt ignota: quẽadmodũ tñ methodo qs pharmaca inueniat,qbus vel im- H
pleatur,qđ ſinuoſum eſt,vel glutinetur,qđ ſimplex eſt,hæc vulgus nõ nouit: at id eſt, qđ medicis cõſiderandũ ꝓponitur,atq; in eo alius alio eſt pſtãtior. Quippe, ueluti in præcedẽtibus oſtẽdimus,& inueniet remedia,& inuẽtis recte utetur,quiſquis in medendi methodo eſt exercitatus.

Aduerſus Theſſalum de nerui punctura,ac de medicamentis,quibus curatur. CAP. 2.

VT enim iam aliquid ꝓſequamur,qđ præcedentibus ſit deinceps, fingamus quempiã ad nos venire,cui tñ cutis" acu ſit puncta. Hunc hoĩem,ſi is ſit,cui facile vlcera ſanſcant, ẽt ſi citra A.l.1.f.4.& 28.83.f.
medicamentum nudoq; membro ad opera conſueta dimittas,nihil ſentiet mali: ſin, cui difficulter ſanentur, primũ quidem dolebit, poſt ẽt tũ pulſu particula inſeſtabitur, tum phlegmone. Ac Empiricus quidẽ examinando percontandoq; hoĩs naturã diſcet: Nos verò, tũ ex eiuſmodi examinatione oĩbus his vſi,quæ per experientiã inueniãtur: tũ nihilominus ex ijs notis,quas de boni ſucci maliq; naturis hẽmus: pterea de ijs,qui acris hebetisq; ſunt ſenſus: tum plenitudine grauatis,modiceq; ſe in ſuccis habẽtibus: non ignari,ꝙ,qui vel plethoricus eſt,uel uitioſis ſuccis premitur,vel acris eſt ſenſus,vel horum quibuſdam,omnibusve premitur,phlegmone tentabitur: q̃ cõtra eſt affectus,nihil mali ſentiet. Atq; hæc ꝓpicientes,nõ equidẽ medicamẽ,qđ glutinet,impone-

A ponemus, cuiuſmodi plurima ſunt eorum, quæ Enæma vocant, (ea ſunt, quæ recentibus ſtatim applicant vulnerib. (immo molle, & blandũ, & qđ dolorẽ mitiget: ſi qdẽ, vbi magna diuiſio eſt, ibi ſtudiũ impẽdi debebit, vt magis ſiccãtibus remedijs labra vlceris vniãtur, atq; coaleſcãt: vbi aũ tem acu ſtiloue facta diuiſio eſt, id dũtaxat curandũ eſt, ne phlegmone particula tẽtetur. Atq; ex hoc manifeſtũ eſt, cruẽtorũ vlcerũ indicationẽ, quæ à Theſſalo eſt ꝓdita, nihil nos maius adhuc docere, q̃ ſit cuilibet è plebe notũ. Nõ. n. ſcire, qd fieri oporteat, id magna res eſt, vt quod oĩb. ho minibus natura inſit: ſed, qbus rõnibus illud efficias, id verò ſcire artificũ eſt. Nã, ſi nauẽ quiſpiã ſit ædificaturus, ſcimus ꝓfectò oẽs, ẽt q nauiũ fabri nõ ſumus, quo loco poni gubernacula debeãt, quo loco puppis, quo prora, ac reliquorũ quiduis: cæterũ nihil nobis hæc ad rem cõferũt, vtpote neſciẽtibus, quemadmodũ ipſa ſtruaã. Aeque, & q ædes moliãr, vtiq; nõ ignorat, nec ꝙ iaciẽda primũ parietũ fundamẽta ſint, neq; ꝙ ſuper his erecti minimeq; inclinãtes erigẽdi ſint parietes, nec ꝙ ſuper his ſtrui tectũ oporteat, nec ꝙ oſtia, & feneſtræ, ſingulæq; reliquarũ domus partium pro prijs collocandæ ſunt locis: verũ hæc ad domũ ædificãdã qd cõferãt, quòad ipſe fabrilis artis igna rus ea fabricare neſciat? Vni igiť Theſſalo oĩum hominũ ſapientiſſimo, noſſe, qd fieri oporteat, ad artificioſam notitiã ſatis eſſe videť. Sed nos ꝑ ſuperius cõprehenſa monſtrauimus id eſſe ope-

B rũ, quæ ex artibus expectẽtur, veluti principiũ quoddã, nondũ aliq̃ eorũ ꝓpriam partem, ſed quæ ẽt ſit cuiuis è plebe cõis: quippe primæ in omni arte indicationes oĩbus hominibus natura ſunt præſtò. Quare, ſi hæ ſatis ſunt ad opifices faciẽdos, nihil vetat, quin & naues ipſi ædificemus, & materiã fabricemus: prõptumq; ſit omnibus, tum calceos facere, tum veſtes, tũ domos, ſed & architectos eſſe, & cithara ꝓſonare, & rhetoricari. Verũ non ita ſe res habet: nec, q vulneratæ parti naturalẽ vnitionẽ eſſe moliẽdã nouit, is medicus eſt, ſed qui, qbus id rebus ꝓficiat, intelligit: quãquã ne hoc qdem ipſum per ſe ſatis eſt, ſi quis ẽt quo pacto his ſit vtendum, neſciat: ſed qui viam oẽm curationis eouſq; percalluit, vt ipſum cõſequi deſtinatum finem queat, is demum eſt, q me deri nouit. Ergo iſtis a methodis Theſſali æmulis illud accidit, vt maiora viribus audeant, nec ad ea, quæ conſequi alioqui poſſent, accedant. Quippe, cũ dudum ſtilo quidam vulneratus in manu eſſet ita, vt tota diuiſa cute aliqd neruorũ, q ſuberant, pungeret, ſapiens ſcilicet Theſſalus in principio emplaſtrũ quoddã impoſuit, quo ſæpe in maximis vulneribus vſus ꝓſpere fuerat. Putabat enim (arbitror) omne vulnus eandem curationem requirere. Phlegmone verò oborta, ad cataplaſma, quod ex farina tritici componitur ſe conferens, atq; interim hominem putrefaciens, intra ſeptimũ diẽ iugulauit. Nec ſanè comprehendere numero eſt, quot, vbi in Pæonias iſtorum

C manus incidere, cõuulſione perierint: quò, ſi dijs placet, ſanctio illa Theſſalia ſeruet. Omne cruen tũ vlcus ſimiliter eſſe curandũ, idq; partibus ijs, quæ laborent, nullã indicationẽ conferentibus. Cæterũ vera ipſa methodus non perinde, atq; hæc Theſſali, eſt amethodos, immo põt vel nunc ẽt poſt tot, tantosq; medicos non ſolum meliora medicamenta, q̃ prius fuere, ſed etiam vniuerſum curationis modũ inuenire. Nemo. n. ſtatim ab initio ijs vſus, quæ nos inuenimus, ex nerui vulnere in conuulſionem incidit. Aduertĩ nanque, vbi punctus neruus eſſet, ei ex ſentiendi, qđ obtinet, acumine neceſſe eſſe, tũ dolorem incidere, quàm reliquis partibus maiorem, tum ex neceſſitate phlegmonem conſequi, niſi quis, & medelam dolori inueniret, & phlegmones generationẽ ꝓhiberet. Rationabile igitur mihi eſt viſum, cutis quidem vulnus apertum, inglutinatũq; cuſtodire, quò per id ex neruo vulnerato ſanies efflueret: totũ verò corpus ſuperuacuis humoribus liberare: ac, ne quis dolor vulneratam partẽ vrgeret, in primis ſolicitudinem habere. Itaque etiam medicamenta excogitaui non pauca, q̃ vulneri impoſita ad vtrumque mire ſunt comparata, tum vt dolorem mitigẽt, tum vt exitum ſaniei patefaciant. Tutius uero fuerit etiam, ſiquis cutem latius incidat, ac totum corpus ſanguinis miſſione inaniat, vtiq; ſi fortis ſit virtus. Si vero vitioſis ſuccis repletum corpus ſit, protinus purget. Aqua uerò calida, quanquam reliquas phleg

A.li.4.f.4. t.4.c.1.fol. 475.d

monas ualde mitigat, vulneratis tamen neruis eſt inimiciſſima: cum præſertim eorũ ſubſtãtia ex

D refrigerata, concretaque humidiore materia ſit condita, omnis enim eiuſmodi conſtitutio ꝑ ea, quæ ſimul calefaciunt, & humectãt, reſoluitur, ac putreſcit. Itaque ab aqua calida eos, qui ita vulnerati fuerant omnino prohibui, vtilius iudicãs oleo calente fouere; propterea, ꝙ demõſtratum à me eſt, hoc quoque, ſi frigidũ applicetur, tenues meatus obſtruere: ſin calidũ, digerere. Porrò fugi ex huius quoq; generibus, & crudum, quod Omotribes græce dr, & quod denique adſtringendi vim haberet. Delegi aũt tenuiſſimum, cuius generis Sabinum eſt, quod etiam utilius fuerit, ſi bimum trimumve ſit, quippe id, q̃ recens, magis per halitum digerit: quoq; magis eſt antiquum, hoc ſemper magis digerere eſt potens, uerum dolorem minus ſedat, in pharmacis aũt huc omne conſilium direxi, vt eſſet eorum facultas tũ tenuis, tum modice excalfaciens, & quæ ſiccare citra dolorẽ poſſet: cum ſola hæc trahere ex profundo ſaniẽ, neq; contracta neq; demorſa particula, poſſit. Vſus ſum aũt primũ terebinthina reſina, tũ per ſe, tũ ẽt paulũ euphorbij admiſcens: Et per ſe quidẽ in pueris, & mulieribus, & generaliter ijs, qui molli eſſent carne: cum euphorbio uerò in ijs, qui dura. Non ſecus autẽ, & propoli, nõ per ſe modo, uerum etiam cum euphorbio ipſam molliens: ꝙ ſi durior eſſet, cũ tenui quopiã oleo. Quin & ſagapeno in duris corporib. ſum vſus,

A.l.4.f.4. t.4.c.3.fo. 476.d

vtique

vtique, cũ oleo, & terebinthina id miſcens: ſed & opopanace ad eũdem modum, quo & ſagapẽ. E
παρμακον ἐπὶ παστον, eſt in manuſcript. s. no. Mihi verò, & lachryma cyrenaica nõ inutilis fore uidetur, ſiquis emplaſtrum ex ea faciat, cuiuſmodi eſt, quod nos ex euphorbio cõpoſuimus: verũ nondum id experientia, quemadmodum reliqua oĩa, comprobauimus. Quippe p̃cedere oportet eam, quæ à uera methodo proficiſcitur, remediorum inuẽtionem, huic verò experiẽtiã ad certiorem etiã fidẽ ſubſcribere. Siquidem ex tali methodo ẽt ſulfur, quod ignem expertum non ſit, quodq; lapidoſum nõ ſit, ſed oĩno tenuiũ partiũ, ei, cui neruus vulneratus eſſet, conducturum ſperauimus, tantum eius tenui oleo miſcentes, dũ, quod ex vtriſq; miſtum erat, ſordium haberet craſſitudinem. In valẽtioribus uerò durioribusq; corporibus, ẽt ſi ad mellis ſpiſſitudinem redigas, ſic quoq; iuueris: nã id quoq; comproba tum experientia eſt. Quin etiam t tam calcem ſimiliter oleo admiſtam his applicandam excogitauimus: quæ ẽt, ſi mari lauetur, magis proficiet. Lauatur optime per æſtatem in ęſtu caniculę. Quòd ſi bis terve eam laueris, utilius medicamen efficies. Quo pacto aũt talia præparanda ſint, ex cõmentarijs, quos de medicamentorũ cõpoſitione edidimus, intelliges. Nunc mihi tm̃ dixiſſe ſufficit, me, tũ hæc, tũ alia multa medicamenta aduerſus neruorum vulnera inueniſſe, cum nec ſub aliquo magiſtro ea vſurpata viderim, nec in ueterum alicuius, aut medẽdi lĩbris, aut quos De Facultatibus ex propria ſapiẽtia inſcribũt, prodita: ſed ex ipſa rerũ natura indicationes ſumpſerim. Id quod proprium eſſe medici methodo vtentis exiſtimo. Mirificus aũt Theſſalus, cum ne unum quidẽ medicamentũ inuenerit, iam pridẽ materiam eorũ notã eſſe affirmat. Atque multorum medicamentorũ, quę nos excogitauimus, nõ modo Theſſalo, & qui ante eum medici fuerunt, materia nota non eſt, ſed nec his, qui poſt eũ in hũc vſq; diem fuerunt. Siquidem ipſe, cum accerſitus aliq̃ eſſem ad quendam, qui a Theſſalijs iſtis amethodis medicis putris fuerat factus: ac cernerem eum cataplaſma, quod ex triticea farina fit, impoſiturum: ubi nullum ad præſens mihi medicamentum erat, popoſci ex figulo quodam, quẽ uiderã, ægri vicino, aquã lixiuam: tũ coquens in ea farinam hordeaceam, non autem ſicut illi in oleo, & aqua triticeam, impoſui. Poſtea verò farinã erui ſimi i modo coctã, iã phlegmone in flãmato, & putri ex bella horum curatione neruo imponens, uindicaui ab ea putrefactione hominem. Verum de ijs, q̃ cum phlegmone putreſcunt, alia diſceptatio ſequetur, eaq; diffuſa in opportuno operis loco. De neruis vero vulneratis ſatisfaciant, quæ dicta iam ſunt. Et ſane ex ijs, quæ ipſi inuenimus plurimi uno illo emplaſtro utũtur, quod ex euphorbio, & cera, & fricta reſina eſt compoſitum. Cui, neſcio quomodo, aliqui ſinopidis aliquid poſtea miſcuerũt, aliqui ochræ, quo uidelicet fucatũ, unde componatur, G
lateret, †ęgre ferentes, ſi meum id eſſe uideretur. } Verũ nõ eſt a principio ſic à me cõpoſitum. Mi
†In aliquibus cod. græcis hæc non habentur. ſcuerint fortaſſis ei nonnulli, & è ſalis flore aliquid, aut aliud quippiam tale, quod colorem eius immutet, nec vim eius minuat. Poteſt quis per ignorãtiã etiam tale aliquid immiſcere, q̃d facultatem eius immutet. Verum nos illud ex cera, reſina terebinthina, pice, & euphorbio compoſui mus, immiſcentes ex cera partem unam: ex terebinthina, & pice, utriuſq; partis vnius dimidium: ſic, ut quod ex utriſq; conflaretur, ceræ par eſſet. Licet autem interim, & plus ſit, quod ex ambobus confit, q̃ cera: licet rurſus, & alterum eorũ tm̃ ceræ admiſcere. Quin ẽt penuria terebinthinę, tum humidã pineã, tũ ẽt fictã, cõmode admiſceas: non minus ẽt his & abietinã immittas. Strobilina uero duris tm̃ corporibus idonea eſt: ad mollia verò immiſcenda non eſt. Si itaq; humidã reſinã immiſcebis, tunſum cribratũq; euphorbiũ reliquis immittes liquatis: eſto vero pondus eius, ceræ pars duodecima, ẽt plus aliquando, ubi ſcilicet valẽtius efficere eſt in aĩo: Sin ſiccã, ſicuti, q̃ fricta eſt, vtiq; olei puſillũ deſiderabit euphorbiũ. Quare ego, tũ id cũ oleo cõtũdens, ac ad ſordiũ
† ξύσας. ſpiſſitudinẽ redigẽs, mox reliquis poſt liquationẽ refrigeratis terens miſceo. Sæpe ẽt tãtulũ aquę immiſcui medicamento conficiendo, quantũ in miſtis ipſis liquãdis, tũ abſumi, tũ euaneſcere, pr H
ſus potuit. Verũ oĩa huius generis ad tractationẽ de medicamentorũ cõpoſitione magis attinẽt. Nunc ſuffecerit, ſicuti antea fecimus, indicato, quale eſſe debeat medicamenti genus, pauca particulatim exẽpli cauſa apponere. Vberè nanq; omniũ materiã in opere De ſimplicibus medicamẽtis inuenies: præparare aũt debebis, ut in opere de eorũ cõpoſitione eſt traditũ. Nunc igitur ſatis eſt hoc tm̃ dixiſſe, atq; ad alia tranſire. Vulnerati nerui curatio medicamenta poſtulat, quæ & tepidũ calorẽ excitẽt, & ualenter ſiccent: tum quæ ex ſubſtantiæ ſuæ natura, & trahendi vim habeant, & tenuiũ ſint partiũ. Sanè non ad medicamentorum mõ, victusq; inuẽtionem ipſa medendi methodus proficit, ſed ẽt ad ipſum inuẽtorum vſum. Nã ueluti in ſuperioribus oſtẽdimus, quiſquis citra methodũ, q̃ ulceri apta medicamenta ſunt, molitur, eum ne minimo quidẽ eorum probe uti poſſe, ita & nunc oſtendere licet. Siquidẽ intellexiſſe, quantopere affectũ uel ſiccarit, vel calefecerit, uel mitigarit, uel laceſſerit medicamẽti applicatio, is demum potis eſt, q̃ methodo quadã curat. Idẽ vero ipſe ſolus ẽt intendere ea, quibus inter initia eſt vſus, uel remittere nouit. Cum nanque, quod διὰ ἐνφορβίου propterea q̃ euphorbium accipit, uocant, quidã vulnerato neruo ſtatim impoſuiſſet: idque ſubinde prius proſpere fuerat expertus: tertio die indicauit mihi vulneratam partem, tũ dolentẽ, tum phlegmone tentatam, miratus medicamen nihil contuliſſe. Percontatus igitur laborantem ſum, num primo die, cum impoſitũ medicamentum eſſet, ca-

lorem

A. li. 4. f. 4. t. 4. cap. 3 476. e

A. l. 4. f. 4. t. 4. c. 2. fol. 475. f

A lorem quempiam veluti ex Sole ſuauẽ ſenſiſſet: is ſe quicq̃ eiuſmodi ſenſiſſe negauit. Rurſus itaque percontabar & medicum, quanto iã tpe præparatũ apud ſe medicamentũ habuiſſet, ac quos eo ſanaſſet. Illꝰ plus anno apud ſe habuiſſe: ſanatos verò à ſe aiebat pueros duos, & adoleſcentẽ vnũ. Cũ aũt & de corporis habitu adoleſcentis rogaſſem, albũ eũ, molliq; corpore fuiſſe affirmabat. His ergo auditis, cũ intelligerẽ, ut ad propoſiti adoleſcẽtis tẽperiẽ, euphorbiũ deeſſe poſtulãs tũ ipſum emplaſticũ medicamentũ, tũ ẽt euphorbiũ: ſumensq; ex his, quantũ ad ea inter ſe miſcẽda ſatis putaui, iuſſi manibus medicamentũ ſubigere, ac euphorbiũ diligenter contundere. Poſtea, q̃ hæc facta ſunt, miſcere ea ſimul iuſſi: ipſe verò oleum Sabinũ utiq; ſubantiquũ modice calefaciens, foui vulneratã partẽ. Refectoq; leuiter punctura, quod conniuebat, foramine, impoſui medicamẽ: iniunxiq; homini inediã. Medico vero p̃cepi, ut veſperi rurſus, eũ ſolueret, ac ſimili modo, quo me uiderat, oleo uteretur. Atq; his ꝓactis apparuit poſtridie pars ęgra & ſine dolore, & ſine phlegmone: intellexerũtque, qui huic operi aderant oẽs, veriſſimũ eſſe (qđ nos ſæpe vſurpamus) non eſſe deo magnũ, quod medicamen præſtare poſſit, niſi nactũ ſit, qui eo dextre utaꝰ. Eſt autem dexter vſus, qui tali plane methodo, qualẽ ipſi iã ſæpe in commentarijs, qui ante hunc ſunt, oſtendimus, ꝓcedit, oĩum medicamentorũ vſu ad calidũ, frigidũ, humidũ, & ſiccũ, ueluti ad normas, relato. Quamquam irũ methodũ nõ ſolũ amethodi Theſſali ſectatores probe tractare nõ valent, ſed nec Eraſiſtratus, nec alius medicorũ quiſq̃, qui corporum elemẽta aut prorſus nõ in-
B ueſtigarunt, aut alia, quàm quæ comprehenſa à nobis ſunt, poſuerunt. Sed de his hactenus.

De curandis neruis per longitudinem vel tranſuerſum vulneratis, ac contuſis. CAP. 3.

SI autem non punctus, ſed planè cæſim vulneratus neruus ſit, conſiderandum eſt, quo pacto facta vulneratio ſit, vtrum ne per trãſuerſum neruum, an per longitudinem eius: tũ vero quantum interuenientis diuiſum ſit cutis. Proponatur igitur primum, multum eſſe cutis adapertum
A. Ibid.f adeo, ut neruus nudus appareat, iſq; per directum non per tranſuerſum diuiſus. Huic neruo nullum iam memoratorum medicamentorũ, quæ ex euphorbio, ac ſimiliter acribus emplaſtri ſpecie fiunt, applicabis: nudatus nanq; non feret eorum uim ita, ut, cum interpoſita cutis erat, tulit. Optime igitur eo caſu calce elota in multo oleo ſoluta vtere. Salutare vero eſt & quod ex pompholyge medicamentum fit, ſi in largo roſaceo ſit liquatum: quod vtiq; melius fuerit, ſi tum roſaceũ ipſum, tum oleum, ſalis ſit expers: ſiquidem nudato neruo, omnis curationis conſilium huc tibi dirigendum eſt, ut minima cum mordicatione ficces: poſſunt verò id præſtare planè pauciſſima medicamenta. Eſto igitur hoc caſu calx ſalubri aqua æſtatis tempore ſæpe eluta. Eſto præterea (ut dictũ eſt) & põpholyx elotus, ita videlicet, ut elotus habetur in eo compoſito medicamẽto, quo publice utimur, quodq; alia elota in ſe non pauca continet. Quippe, q̃ ex metallis cõ
C ſiſtunt, ea elota eſſe oĩa oportet, ſi modo citra morſum vllum ſint ſiccatura. Salubre uero medicamentũ eſt & quod ex melle ſub emplaſtri ſpecie cõponitur, utique cum ex optimo fit melle: Solui verò & id roſaceo oportet, quod tum reliquis cõditionibꝰ ſit optimum, tũ ſalis omnino expers. Quin etiam, ceram, quæ eiuſmodi medicamentis ſit miſcenda, elotam eſſe cõuenit. Aeque, ſiquid terebinthinæ reſinæ inijcies, hæc quoq; elota ſit oportet: atq; hac magis, ſi alterius cuiuſquam reſinæ quid immittes. Quippe medicamentis oĩbus, q̃ laueris, acris mordensq; ſanies eluitur, atq; aſtergit. Si uerò robuſtus ſit, qui vulnus accepit, & cui corpus ſit à ſuperuacuis humoribus mundum, in hoc fas eſt etiam valentioribus remedijs nonnullis uti: Veluti ipſe aliquando, cum id genus vulneris in carpo accepiſſet iuuenis quidam philoſophiæ ſtudioſus, alioqui corpore bene habito, & tum in æſtiuo Sole peruſto, ex Polyidę paſtillis ſapa ſolutis, poſtea ſuper cali-
A. ibid.g da aqua tepefactis, linamẽta imbuta impoſui. Nã id quoq; uel in primis ſemper habendũ curæ eſt, ne quid ex ijs, quæ vulnus contingit, frigidum ſit: quandoquidem ipſa laborans pars, & ſenſilis maxime eſt, & principum partium primati continua, & temperamento ſuo frigida: quorum omnium occaſione, & ex facili a frigido offenditur, & ſuam offenſam impertit cerebro. Quòd ſi ex ijs fuerit, quæ in muſculos perueniant, ẽt conuulſionem facile accerſit: ſiquidẽ monſtratum
D eſt muſculos uoluntarijs motus inſtrumenta eſſe. Idem fore & tendonibus expectabis, ijſdem de cauſis. Cæterum cum memoratum remedium, tum vulneri ipſi iuuenis impoſuiſſem: tum verò partium, quæ ſupra erant, non parum eodẽ cõplexus fuiſſem: quæ citra axillas, collũ, caputque eius erant, omnia calente oleo aſſidue madefeci. Detraxi verò illi & primo ſtatim die ſanguinem ſcarificata vena. In quarto igitur huc quoq; iuuenis recte habuit adeo, ut & rugoſum, & paruum, & conttactum vlcus iam cerneretur. Veruntamen conſultius uiſum eſt uſque ad ſeptimũ nihil nouare: poſt quem diem plane redditus eſt ſanus. Sanè oleo perfundere tale vlcus non oportet, præſertim cũ, ut nunc cõprehenſum eſt, curatur: nam oleũ paſtilli huius uiribus eſt aduerſum, ac ſordidum vlcus reddit. Neq; enim parum intereſt, nudo ne neruo oleum, an per interpoſitam cutem admoueas. Abluenda igitur à vulnere ſanies eſt molli lana ſpecillo circumuoluta. Madefacere verò lanam ſi placet, ne ſcilicet ſicco vlcus attingas, fireũ, id eſt ſapa, ſuffecerit, quã, & hepſema vulgo apud nos in Aſia uocant. In hac igitur lanam intingens, mox exprimẽs, vlcus detergebis. Eſto verò hæc quoque ipſa tepida primis maxime diebus. Quòd ſi omnia ex

ſententia ſucceſſerint, ẽt vino dulci madefacere citra periculũ licebit: verũ dulce id omni mordẽ- E
te qualitate careat, cuiuſmodi tum theræũ eſt, tum ſcybelites, atq; ab his, qđ caryinũ uocãt: quæ-
cunq; verò, & dulcia pariter, & fulua ſunt, ueluti falernũ, inutilia ſunt, quippe acria ſunt oĩa talia,
ac ſupra modum calida. Vlcere uerò iã ad cicatricẽ ueniente, quæ alba planè ſunt, & tenuia, nec
multã aquã tolerant, nec odora ſunt: ea dulcibus pręſtant. Aquæ vero vſum ad neruũ vulneratũ
ſemper fugies, ſicuti ẽt relaxãs cataplaſma. Ad iã dicti uerò paſtilli uſum prope ẽt accedit, & me-
dicamenti vſus, quod Dia chalciteos vocamus, quo publice utimur. Liquari verò ẽt hoc debebit
æſtate roſaceo, hyeme ſabino oleo. Deſcriptũ aũt eſt medicamentũ hoc a nobis in primo De me
dicamentorũ cõpoſitione. Polyidę verò paſtillus, uel trochiſcus, uel qũocunq; appellaſſe libet, oĩ
bus fermè notus eſt. Cuius ſi copia non eſt, Andronis, uel Paſionis, pro eo eſt ſumendus: uel no-
ſter, qui ẽt oĩbus illis eſt ualentior. Sanè iam dictũ eſt robuſtis corporibus valentiora medicamẽ-
ta, imbecillis mitiora eſſe adhibenda. Iſta & uera methodus inuenit, & experiẽtia confirmat. Theſ
† Inter mucco ſalus verò, cum ſuis vna ſophiſtis in alto throno reſidens, † ἐν κριομύξοις ἀνδράσιν, i. apud pecuinos, &
ſos inſtar arie- brutos homines (ut Cercidas ait) in pretio erit: dũ ſuis rõnibus confirmat, oĩs ulceris recentis ean
tum uiros. dem eſſe curationẽ, neq; hanc, ullam ex partiũ natura indicationẽ ſumere. Vnus tã magni in ei
ſapientia nominis, admirandã vulneratorũ neruorũ curationẽ excogitauit: nã ptinus eos totos F
pcidit, ne admonito quidẽ, q vulneratus fuerat: quanquã in hoc quoq; a ſecta ſua deſciuit. Siqui-
dẽ par erat, vel & muſculos vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totũ prærideret: vel
nec neruũ. Alioqui ſic, quod fugiunt, id facere deprehenduntur, ut diuerſam pro diſcrimine par-
tiũ indicationẽ accipiant. Verũ hos iã mittamus, ac de tranſuerſo nerui vulnere agamus, in quo
maior conuulſionis metus impendet, phlegmone. ſ. a deſectis fibris ad non ſectas cõicata, cæte-
rum conuulſione ab ipſis non ſectis excitata. Ac, q̃ ad vlceris curationẽ attinent, his quoq; ſunt
eadẽ: cæterũ detrahere largius ſanguinẽ, ac tenui magis, q̃ in illis, uti victu, tum in quiete oĩno,
ac lectulo molli hoĩem continere oportet: tũ oleo calenti ubertim in axillis, collo, tendonibus,
ligamentis, & capite uti. Quòd ſi vulneratus neruus ex ijs ſit, qui in crure hãr, ſicuti, cum in manu
erat, alæ, ita in his bubones largo oleo imbuendi: tũ p totã ſpinã ad collũ, & caput aſcendendũ.
Contuſi verò nerui, ubi cũ his vnà cutis quoq; contuſa, exulcerataq; eſt, medicamẽta poſtulant, A.li.4.f.4.
q̃ in ſiccando quidẽ cõe nerui vlcera ſanantium conſiliũ ſeruent, cæterũ q̃ partes, q̃ per contuſio- t.4.c.5.fol.
nẽ a ſe diſſideant, contrahere conſtringereq; ſint apta. Qui verò abſq; cutis ſimili affectu sũt con 476.h
tuſi, hos oleo calente, cui euocandi facultas inſit, ſępiſſime pfundere oportet, ac totius corporis G
ſimilẽ curã hre. Semel hoc incidere uidi, ſanauiq; id mature, ipſa ex oleo perfuſione. Verum vna
cũ cute neruos contuſos ſæpenumero vidi: & p p eius ſymptomatis frequẽtiam athletæ ipſo vſu
edocti hñt cataplaſma, quod ex oxymelite, & fabacea farina conficitur: qđ planè ſalutare medi-
camentũ eſt. At, ſi dolor vnà cũ contuſione vexat, ẽt picem liquidam immiſcere, ac bene coque
re, tum calens medicamentum imponere oportet: ubi verò magis ſiccans efficere uoles, erui fa-
rinam inijcies. Quòd ſi, ut amplius quoq; ſiccet, deſiderabis, irim illyricam immittes. Totius autẽ
* ἀνάπηρος, i. corporis cura his quoq; cõis eſt. At ſi totus præciſus neruus ſit, metus præterea nullus inſtat: *de
mutila. bilis tamen particula manebit. Curatio vero eius cõis eſt cum ea, q̃ aliorũ eſt ulcerum, quamque
unam Theſſali imitatores norunt: Ergo de neruis hæc abunde ſint dicta. Phlegmonæ uero, quæ
his ſuperuenient, quemadmodum curandæ ſunt, ubi de phlegmonis agemus, docebitur.

De vulneribus ligamentorum, inteſtinorum, Peritonæi, & omenti, & quo pacto futuræ fieri debeant, cum paries abdominis internæ vulneratæ ſunt. CAP. 4.

Ligamenta verò, (q̃ græci Syndeſmus uocant,) cum ſimillimam habeãt tendonibus ſpeciem, A.li.4.f.4.
valentiſſimorum remediorum vim tolerant, p nec ad cerebrum pertingant, & ſenſus ſint ex- H t.4.c.1.fol.
pertia: nam nerui omnes, alij ex ipſo ſtatim cerebro ortum hñt, alii ſpinali interueniente medul- 475.f
la. Tendones quoque, quoniam compoſitam eorum eſſe ſubſtantiam ex neruo ligamentoque
oſtendimus, quatenus nerui participes ſunt, eatenus ex cerebro oriũtur, cęterum minus ſaltem,
q̃ ipſi nerui, conuulſionem accerſunt. Ligamenta uero, cum ex oſſe ortum habeant, quæcunque
rotũda ſunt, ea neruis aſſimilia ſunt, duritie tamen plurimum diffident: uerum in eo, p alba ſunt,
& exangũia, & cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, ſimilitudo illis cum neruis, & tendoni-
bus conſtat. Ergo, ubi teretia ligamenta tendonesq; viſuntur, qui diſſectionum ſunt ignari, ner-
uos eos imaginantur, potiſſimum, qui multo duriora ea neruis eſſe non intelligunt: at, ubi lata
ſunt, ibi ea a neruis diuerſa eſſe intelligunt, quanquam ne id quidem oĩa: cæterum ipſa a ſeſe di-
ſcernere non valent. Verum tu, qui præſertim cuiuſq; trium partium naturam perſpectã habes,
tum verò, & formam, & quã in toto corpore poſituram obtinẽt, in quocunq; membro vulnus
fieri contigerit, ſtatim intelliges, neruus ne ſit, quod in eo vulneratum eſt, an ligamentum, ten-
dove. Et de nerui quidem, ac tendonis curatione iã dictum nobis eſt. Ligamentum vero vulne-
ratũ ſi id eſt, quod ab oſſe ad os permeat, & maxime ſine periculo eſt, & omnino ſiccans quibuſ-
libet medicamentis, nihil hoĩem offendes. Sin id quod in muſculũ ſe inſerit, quãto eſt neruo, &
tendone minus periculo opportunum, tãto utique, niſi rite curetur, reliquis ligamẽtis magis ter

rere

A tere debet. Horũ nihil peragi methodo ab ijs medicis põt, qui indicationẽ, quæ à particulis sumitur, vtilẽ esse ad vlcerũ curationẽ negãt: nec ab ijs, qui id quidẽ cõfitentur, sed tñ cuiusq; particulæ naturã ignorãt: quæ nimirũ (sicut ostẽdimus) ex ipso elementorũ constat temperamento. Verũ ij, q̃ q̃, nihil aliud, saltẽ, quæ ex instrumẽtaria partiũ cõstitutione indicantur, intelligũt; Thessalus verò, & q̃ sequaces eius sunt, ẽt hæc ignorãt: Veluti statim, si diuisum abdomẽ tam alte sit, ut intestinum ex eo ꝓcidat, nec quẽadmodũ id reponere cõueniat: nec, si omentũ exciderit, abscindendũ ne id sit an non: nec an vinculo id excipiendũ, an secus: nec an suẽdũ vulnus sit, necne: nec, si suendum sit, qua rõne suendũ, quicq̃ intelligunt: vt q̃ ne nos quidẽ intelligere, nisi ex dissectionis rõne, oĩum, q̃ istic continẽt, partiũ naturã didicissemus: quam ẽt exponere necessum est, nõ claritatis modo gratia eorũ, q̃ dicenda sunt, sed ẽt ꝓbationis. Cutis extrinsecus oĩbus antestat: hæc verò in mẽbranã finitur. A cute, medio circiter locõ, nerulea tenuitas musculorũ (quã Aponeurosin Græci vocant) gemina tenditur mẽbranarũ ritu. Eas pleriq; anatomicorũ duas esse minime norũt, cũ & vna cohæreant, coalescãtq; sic, vt labor sit, eas separasse, & summa ꝓterea sint tenuitate. Post has deinceps habẽtur duo musculi recti, & carnosi, qui à pectore ad ipsa pubis ossa ꝓueniunt: Atq; hæc q̃dem memorata oĩa & sibi cohærẽt coalescuntque, & qđ conflatum ex
B ipsis est, Græci, †qui quẽadmodũ diuisum ventrẽ sui cõueniat, ꝓdiderunt, Epigastrion, id est abdomen, nominarunt. Quod verò hoc deinceps excipit, ab illis quidem vocatur Peritonæon, putantibus videlicet vnũ, & simplex id esse corpus, minimeq̃; cõpositũ, sed falso, cũ id compositum ex duobus corporibus sit, quorũ vtrunque, & exague, & neruosum sit. Verum alterum eorũ neruosa tenuitas eorũ musculorũ est, q̃ per transuersum se agunt: alterũ mẽbrana prætenuis, velut aranea, quæ vtiq; vere est peritonæum. Ac tale quidem in medio sui est abdomen. Partes verò eius, quæ vtrinque ad latus ad quatuor quasi digitos recedunt, hæ statim à cute obliquos musculos habẽt, priores quidẽ, q̃ a pectore demittuntur: secũdos, q̃ ab ilibus ascendũt, deinde post hos transuersum musculũ, sub quo est peritonæon. Ergo & minus periculi in hoc loco, q̃ in medio est, cũ tenuẽ eiusmodi mẽbranã, qualẽ aponeurosin vocãt, nullã habeat: & sutura in medio difficulter administratur, quippe cũ & procidant hac parte maxime intestina, & ægre inibi contineri queant: qui.n. constrinxerãt contraxerantq; ea, recti illi carnosiq; musculi erãt, quos ex pectore ad pubis ossa demissos diximus. Ergo, quoties horũ aliquis est vulneratus, duplici de causa ꝓcidere intestinum est necessum, à partibus quidẽ, quæ sunt ad latus, propterea, q̃ musculis, qui istic sunt, constringitur: à medijs uerò, q̃ nec musculũ eũ, qui cõtineret, habet etiamnum validum, &
C q̃ locus opportune ad procidentiam est comparatus. Quòd si maius ẽt vulnus fuerit, tum plura necesse est intestina excidere, tum difficilius denuo immitti. Porrò alia ratione parua vulnera tractatu sunt difficilia. Nam, nisi, quod procedit, ilico in locum suum reponas, inflatur, surgitque in tumorem: quo euenit, vt per angustum foramen immitti nequeat. Minus igitur graue in eiusmodi vulnerationibus mediocre foramen est. Atque hæc quidem præscisse oportet. Proximum est, ut, quemadmodum quis hoc genus uulneratum commodissime contrectet, cõsideremus. Nam Thessali præceptum, quo censet, enæmis ea præsidijs glutinanda esse, parum satisfacere manifestius puto, q̃ vt quenquam latere, qui compos sit mentis, possit. Quoniam igitur principio id agendum est, ut intestina, quæ exciderunt in suum locum recondantur: secundo loco, vt vlcus suatur: tertio, vt medicamen imponas: quarto, vt, ne qua præstantior pars simul afficiatur prospicias: age iam de primo horum agamus. Cum igitur triplex (ut dictum est) discrimen horũ vulnerum in magnitudine sit, propriam à quoque indicationem sumere tentemus. Esto autem principio vulnus adeo paruum, vt inflatum iam, quod excidit intestinum, remittere amplius non sit. Nunquid igitur hoc loco alterum è duobus est necessum, aut flatum educere, aut vulnus ampliare? Præstiterit aũt (vt arbitror) prius, si modò id consequi liceat. At non alia potius ratione id consequare, quàm si causam, vnde excitata inflatio est, submoueris. Ea igitur, quæ demum est? Certe
D ambientis aeris refrigeratio. Itaque etiam sanatio ex calefaciendo petetur. Ergo spongia molli, & ex calente aqua madenti, ac mox expressa, calfacere intestinum conueniet. Præparetur verò interea vinum austerum calidum: quippe id magis calfacit quàm aqua, ac robur intestino acquirit. Quòd si huic etiam præsidio intestini inflatio non cesserit, incidendum peritonæi tantulum est, quantum ei, quod excidit, reponendo sit satis. Apposita porrò ad eiusmodi incisionẽ sunt ea, quæ Græci Syringotoma uocant, i. quæ ad fistulas incidendas sunt comparata. Scalpelli verò, quibus acies vtrinque habetur, aut quibus cuspis acuta est, omnino fugiendi sunt. Situs verò laboranti appositus fuerit, cum in inferiore parte factum vulnus est, si sursum vergat: cum verò in superioribus, si deorsum. Vnum autem vtrobique cauetur, ne, quod exciderit, ab alijs quicquã intestinis degrauetur. Itaque ex hac rationẽ conueniet, vt, si in dextris vulnus sit, corpus in contrariam partem inclinetur: sin in sinistris sit, in dextram sic, ut quæ vulnerata pars est, semper altiorem locum occupet. Atq; hoc tum in magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus conducibile fuerit: quippe id oĩbus cõmune consilium est. Cæterum repositio intestinorũ in suũ locũ, vbi ex magno exciderunt vulnere, planè ministrum postulat dextrum: Debet enim, vbi manibus

A.li.4.f.4. t.1.c.7.fol. 464.e

A.ibid.f

A.ibid.g

† *Ad uerbum qui quemadmodum uocatas gastrorraphias (i. uẽtris seu abdominis futuras) fieri conueniat.*

* *Al. immitti.*

bus ſuis totũ vulnus extrinſecus apprehenderit, intrò reprimere, tum conſtringere, ac exiguum E
ſemper ſuenti prenudare: quin ẽt id ipſum, qđ aſſiutũ eſt, modice cõprimere, quoad totũ ꝓſuat.
Iã vero, q̃ cõmoda ratio ſuẽdi abdominis in talibus vulneribus ſit, deinceps doceam⁹. Qm̃ coire
coaleſcereq́; cum peritonæo oportet abdomen, incipiẽdũ quidẽ à cute eſt, atq; ab externo ĩtror
ſus acus inijcienda. Vbi" vero, tum cutẽ, tum rectũ muſculũ totum tranſierit, præterito, qđ ei ſub- A.ibid. h
eſt, peritonæo, ꝓ reliquũ peritonæũ eã ab interno extrorſus inijcies, atq; inde per reliquũ abdo-
men ab interno extra tranſmittes. Vbi hoc penitus tranſmiſit, rurſus ab externo introrſum idem
abdomen eſt perforãdũ. Mox, vbi peritonæũ, qđ illi quoq; ſubhęret, præterieris, atq; ad cõtrariũ
ueneris, hoc quoq; ab interno extrorſus perpungendũ, unaq́; cũ eo totũ ipſi vicinũ abdomẽ. De
inde ab hoc rurſus incipiendũ, atq; id cũ cõtrario peritonæo conſuendũ: ac rurſus vicina quoque
cute tranſmiſſa, iterũ ab ea parte acus introrſus eſt inijciẽda, conſuendũq́; abdomen id cũ cõtra
rio peritonæo, ẽt inibi vicina cute tranſmiſſa. Atq; hæc iterũ iterũq; facienda, quoad totũ vuln⁹
ſimiliter cõſuerimus. Interuallũ uerò, qđ futuris interuenit, qđ ad cõpeſcenda pertinet ea, q̃ ſub-
ſunt, breuiſſimũ eſſe poſtulat. Quòd verò ad firmitudinẽ ipſius cutis, q̃ in interuallis futurarũ eſt
necubi rũpatur, breuitas parũ tuta eſt. Quare utriuſq; uitato exceſſu, eligenda mediocritas inter
vtrunq; eſt. Iã hoc quoq; oĩum vlcerũ cõe quodãmodo eſt: ſicuti ẽt ipſius, quo ſuuntur, fili cõſi- F
ſtẽtia. Nã, qđ iſto durius eſt, cutẽ rũpat, neceſſe eſt: qđ mollius, ipſum prius rũpitur. Aeq; verò, ſi
ꝓxime ſummas oras acum tranſegeris, qđ reliquũ eſt cutis, qm̃ minimũ eſt, dũ violenter adducitur, cogit̃ perrũpi: ſi plurimũ ab iis receſſeris, multũ cutis inglutinatũ relinques. Hæc, tametſi oĩũ
ſint vlcerũ cõia, maxime tñ fugienda in abdomine ſuendo ſunt. Ipſa verò abdominis ſutura, aut
iã dicto modo adminiſtrabit̃, utiq; ſiquis huc ſtudium dirigat, ut peritonæũ abdomini coaleſcere faciat, uix. n. cũ eo coaleſcit, vtpote neruoſum: aut ſicut nonnulli faciunt, qui, q̃ cognatæ naturæ ſunt, ea cõmittunt, utiq; peritonæo peritonæum, abdomini abdomẽ. Id fiet ad hunc modum.
Oportet à vicino nobis abdomine incipere, atq; ab externo introrſum per id tantũ acũ tranſmittere: poſt ꝑteritis vtriſq; peritonæi labris, ex aduerſa parte ab externo introrſus per vtrunq; eius
labrũ acum reuocare: deinde rurſus hanc reuocare, atq; ab interno extrorſus per aduerſum abdomen traijcere. Hic modus à publico, & exprompto, quo videlicet uno adactu per quatuor labra acũ tranſmittunt, hoc diſcriminis habet, ꝙ totũ peritonæon intra abdomen prorſus abſcondit. Deinceps verò de medicamentis præcipiamus. Sanè hæc quoque eiuſdẽ eſſe materiæ debebunt, cuius ſunt ea, q̃ Enæma dicuntur: quæq́; aliarum quoq; partium vnire vulnera in ſuperio- G
ribus commentarijs oſtendimus: deligatio vero extrinſecus, vel præcipue in his neceſſaria eſt.
Quarta verò curationis in his pars non paulo ab aliis diſſidet: ſiquidem, quod inter bubones, &
axillas eſt, id totũ molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circũdare oportet. Satius item
fuerit, & ſi per clyſterem inteſtinis aliud ſimile infundas. Quòd ſi quid ipſorum inteſtinorum ſit
vulneratum, quæ extrinſecus fieri debent, oĩa ſimiliter, ut diximus, ſunt peragenda. Cæterum,
quod injicitur, vinum nigrum, auſterum, & tepens erit, eoq; magis ſi totum perforatum vſque
ad interoum meatum ſit." Ac craſſa quidem inteſtina facilia ſanatũ ſunt: è contrario difficilia, q̃ A.l.3.f.16.
tenuia ſunt. Ieiunum autẽ omnino incurabile eſt, tum propter magnitudinem multitudinemq; t.1.c.2.fol.
uaforum; tum ꝙ tunica eius prætenuis neruoſaq́; eſt: addę, ꝙ tum bilem ſynceram hoc inteſtinũ 333.h
recipit vniuerſam, tum ꝙ omnium iecinori maxime eſt vicinum. Ventriculi verò, quæ carnoſæ
partes infernæ ſunt, curare cũ fiducia tentabis. Nam fieri poteſt etiam, ut bene cedat, non ſolum
quòd hæ craſſiores ſunt, ſed etiam, ꝙ ſanantia medicamenta facile hoc loco ipſius ſubſiſtant, at, quæ in ore eius, ac gula vlcerum ſunt, duntaxat contactu medicamentorum in tranſitu fruuntur, quæ verò in ore eius ſunt, ijs ſenſus quoq; acumen ſanationi obſtat. Verum, quanam ratio- H
ne uentriculi vulnerati, aliorumq; exitialium vulnerum, Hippocrates ſanationem moliatur, abipſo peti eſt ſatius. Ego nanq; nõ eo conſilio, ut nemo Hippocratis libros legat, ad hoc opus ſcribendum acceſſi: uerum quoniam is mihi primus idonea vſus eſſe via videtur, nec tamẽ eam totam compleuiſſe, cum q̃dam minime limitata, quędã imperfecta, obſcuraq́; ab eo prodita inuenire liceat: idcirco ipſe, tum omnia ea lucide explicare, tum, quæ parum diſcreta ſunt, diſtinguere, tum, q̃deficiunt, ſupplere ſtudui. Vbi igitur aliquis ſe in his noſtris primitus exercuerit, tunc ſe ad libros Hippocratis legẽdos conferat: ac tum eius de vlceribus librum relegat, tum quæ de vulneribus exitioſis ſcripſit. Porrò ſimul maximum adiumentum ex his noſtris libris habebit; ſimul certo intelliget, neminem methodicæ ſectæ, quæ nomine ſpecioſo ſe uenditat, re ãt maxime eſt à methodo aliena, cõmodè vlcus ſanare poſſe: ſed nec reliquorum Rationalium quempiam, quicunq; parum cognitis ſimilarium partium elementis, artẽ aggredi cẽſent, quippe neſciunt hi quoq; rationalem ſimplicium animalis partium curationẽ, ut qui ab inſtrumentalibus tm̃ indicationes ſumãt. Cæterum paucis etiãnũ cõtra Methodicos additis de iſtis, q̃ in uentriculo accidunt vulneribus, alio ſtilum conferemus. Vulnerato peritonæo excidit ſubinde omentum, quod primaria ne pars ſit, an nõ primaria, uel ex quibus condatur, uel quã habeat actionem vſumve, hi cõpertũ nõ hñt. Itaque, ſi iam liuet, aut nigricat portio ea, quæ excidit, ibi qđ faciant,

audire

A audire est operæpretiũ: vtrũ ne præcidẽt, an intra peritonæon remittent? Oĩno enim, vel ab ipsa experiẽtia, quid agendũ sit, intelligent: uel ab ipsa particulę natura indicationẽ sumẽt. Atqui refugiunt hæc vtraque, eã quidẽ, q̃ experiẽtia suppeditat, cognitionẽ, dũ venerandũ. s. hoc sectæ suæ nomen methodũ extollunt: eã q̃ ex particulæ natura suggeritur, ꝑ nec substantiã eius norunt, nec actionẽ, nec vsum, dú à dissectione ceu inutili abhorrẽt. Itaq; nesciunt, sit ne ex ijs, q̃ necessariæ ad vitam sint, an, q̃ necessariæ quidẽ nõ sint, nõ tñ oĩno infimæ notæ: sed nec, an cũ eius affectu simul afficienda pars aliqua primaria sit, an secus: adde, ꝑ nec an uasorum, quæ in eo continẽtur, alioq̃ possit per sanguinis profusionẽ hominẽ interimere: nec, siquis post nigrum eius abscisum, qđ integrũ est, vinculo cõplectatur, quò sanguinis profluuiũ declinet, an id ipsum periculo vlli sit futurũ: nã leui saltẽ intuitu omẽtum neruosum uidetur: ꝓinde, nisi qs exacte naturã eius habeat cõpertã, numq̃ audebit vinculo vti, cõuulsionis. s. metu. Horũ cũ nihil mirifici isti Methodici intelligant, ubi nigrũ redditũ omẽtum est, sanè dicere, quid agẽdum sit, non possunt. At nos (arbitror) possumus, qui cũ vsum eius non adeo esse animali magnũ, substantiãq; eius ex membrana tenui, ac arterijs venisq; compositã sciamus, horum tamen initia ex maximis orta, tum ar
B terijs, tum venis intelligamus, sanguinis quidẽ ꝓfusionẽ cauebimus, coafficiẽdos verò neruos nõ timebimus: proinde id, quod supra nigricãs positũ est, vinculo excipiemus: quod post uinculum est, amputabimus: atque, ut in imo fine iam comprehensæ † gastroraphiæ vinculi fines pendeant, curabimus, quo nimirum facile eas, cum ex vulnere suppurante euomentur, recipiamus. † *Ventris sutu ræ.*

De ratione fracturarum ossium curandarum. CAP. 5.

AC de reliquis quidem corporis partibus dictum abunde sit: nunc de ossibus agendum super est: quãdo his quoque, de quo nunc agitur, morbus accidit, quem unitionis siue continuitatis solutionem appellamus. Huic, cum in hanc inciderit partem, proprium nomen inditum græce est Catagma, omnibus ferè hominibus, qui græce loqui norunt, tritum. Apagma nanque, medicorum appellatio propria est, plebi inusitatum: solent autem ita nominare, quoties ossis finis, qua parte maxime cum alio committitur, abruptus est. Sed, & e fracturis ipsis, quęcunq; fracti ossis partes iam prorsus separarunt, eas Cauledon factas græce dicunt. Patet verò eiusmodi diuisionem per transuersum esse factã: ueluti alteram per longitudinem magis esse, in qua sanè nõ oĩno separantur à se partes sic affecti ossis, sed veluti per rectitudinẽ finduntur: quod genus Schidace-
C don fieri dicere solent. Nõ desunt ex medicis iunioribus, qui adeo ambitiose omnes fracturarum differẽtias proprijs interpretentur nominibus, ut etiã aliquam † Raphanedon, id est ad raphani speciẽ, fieri dicant, non cõtenti oratione os, quod varie sit fractum, explicasse. At nõ Hippocrates huius fuit sententiæ, sed quoad fieri licuit, usitatissimis vtens nominibus, oratione interpretari non est grauatus nõ has modo fracturarũ differẽtias, uerum etiam earum " quæ in capitis ossibus eueniunt. Ac si ad eum modum de omni vitio egisset, profectò breuis mihi proposita tractatio fuisset: nunc, cum plurimorum viã, qua sit insistẽdũ, indicarit, sed, quæ particulatim sunt agenda, inchoata indefinitaque reliquerit, necesse est, in illis immoremur: nec tamẽ in ipsis plus iusto, sed quæ tradita illi perfecte sunt, ea summatim cõmemoremus: quibusdam ẽt demonstrationẽ adijciamus, utiq; ijs, quæ ab eo ratione parum sunt munita: eorum præterea, quæ parũ sunt definita, quædam definiamus: & quæ inordinata sunt, ea in ordinẽ disponamus: postremo ex ijs, quæ ille parum lucida reliquit, quibusdam lucem addamus. Verũ, si in singulis verba eius adscripsero, expositorij commentarij longitudinẽ liber noster habebit. Nec deerit fortassis aliquis, qui immodicam longitudinẽ nostram hic merito accusabit, qui de hac in tertio, & quarto volumine
D parũ merito est questus. In ijs. n. necesse fuit mihi multa Hippocratis ex eo libro, q̃ de* vulneribus inscribitur, loca apponere: q̃bus reliquis medicis ostẽderẽ, cuiusmodi res sit methodo quadã ulcerum curationẽ conscribere. In libro aũt, quo de fracturis præcipit, quis adeo est stupidus, vt doctrinam eius oẽm, ceu lucidam planeq; absolutissimã, non suspiciat? Quòd siquis etiã unus videlicet alterve dicat parum se id opus mirari, his opportunissime respõdeatur illud poetæ: Hos vnum atq; alterum permitte tabescere. Quæ nã igitur sit fracturæ curandæ vera methodus, quã q̃ ipsa rei natura præscribat, iam tẽpestiuum dicere videtur, atq; hinc sumpto initio. Quoniam fracti ossis soluta partiũ continuitas est, utiq; finis, quò tendet is, qui eas curabit, saltem primus, unitio est: q̃ si is per affectarum partium siccitatem perfici posse nõ videatur, restat alter, q̃ est, ut alterius cuiusdam interuentu glutinetur: qui si nec ipse comparabilis aduertitur, insanabile esse uitium dixeris. Quòd igitur coalescere nequeat tam durum os, quàm id, quod in iuuenibus & adolescẽtibus, & in viris, multoq; magis in senibus cernit, id profecto uel cuiuis patere potest. Potest certe illud tantum unitionem recipere, quod abunde molle est: cuiusmodi conspicitur in puerulis. Quòd autem alia quapiam interueniente substãtia ceu glutino quodã agglutinari colligariq; secum separatæ fracti ossis particulæ queant, hinc maxime speret quispiã. Monstratum est omnẽ animalis particulam proprium, ac simile sibi trahere alimentũ. Id si verũ est, ossiũ certe idoneum nutrimentũ, & crassius, & magis terreum, q̃ aliud quoduis nutrimentum in toto animali, fuerit. Non est igitur nec à ratione alienum, nec quod fieri omnino non possit, ut quod ex

† ἐλαφιτηδὸν. *i. ad polẽtæ speciem: sic Paulus.*

Lib. de Vulne. cap. non longè à principio.

* vlceribus.

hoc

hoc ipſo ꝓprio alimẽto redũdat,& in labris fracturæ cõcreſcit,ſuo ipſius interuẽtu illa quoq; cõ E
glutinet.Quin ẽt ita vſu euenire cõſpicitur:ſubſcribitq; ſpei,q̃ tũ ſuppeditat, ẽt experiẽtia ipſa.
Itaq; cõſiderãdũ deinceps eſt,quanã potiſſimũ rõne corpus hoc,qđ fracturis inaſcit,quãtũ qua-
leq; opus ſit,ꝓuenire poſſit.Nã,ꝙ nec quãtũlibet,nec qualecũque,ſed qđ mediocritatẽ in vtro-
que ſeruet,requirimus,id planè eſt euidẽs.Porrò huius ſymmetriæ,tũ qualitate,tũ quantitate in-
uẽta,deinceps eſt,vt,qua maxime q̃s utrũq; aſſequat̃,rõnẽ q̃rat.Sed nec tẽpus,quo hęc effici cõ-
ueniat,minus neceſſariũ q̃ſitu eſt,vtrũ ne ſtatim à fractura facta, veluti ſtatim in vulneribus mo-
liebamur vnitionẽ:an id cõmodũ tp̃s nõ eſt,ſed apti⁹ aliud req̃rendũ.Sanè inuenias hoc quoque,
ſicuti & reliqua oĩa ex ipſa rei natura edoctus.Quænã igiť eſt ipſius rei natura? Nẽpe os fractum
ſub aliqua paulo ante cõprehenſarũ differẽtiarũ. Age igitur videamus, nũq̃d à ſingulis differẽtijs
aliquid deſumi ad eius curõne poſſit, ab ea q̃ Cauledon, id eſt ꝓ tranſuerſum, fieri diximus,orſi.
Diſſidẽt ſic à ſe in hac fracti oſſis partes,vt è directo nõ iaceãt.Quare patet primũ id eſſe agendũ,
ut in directũ agãtur,tũ eorũ,q̃ deinceps ſunt,aliq̃d geratur. Sanè eũ ſitũ habuerint,ſiquis ea,q̃ ſic
diſſident,integræ partis exemplo vſus,in contrarium adducat:à quà nimirum certiſſima indica-
tio tranſpoſitionis eorum erit. Fieri.n.põt,ut tum prorſum,tũ retrorſum,tum in hanc partem,tũ
in illã,mẽbri facta translatio ſit.Quæcunq; igitur retrorſum magis ſunt acta, ea prorſum impel- F
li cõuenit:nec minus in alterã quoq; fracti oſſis partẽ modice ad cõtrarium retrudi:Contra,quæ
prorſum ſunt emota, hæc rurſus ipſa quidẽ retrorſum, reliquam verò partem ſenſim duci pror-
ſum.Eodẽ ẽt modo,& eorũ,quæ ad dextrã ſunt,detorta, medicatio eſt,ſi ad ſiniſtrã ducãtur:con
traq; eorũ,q̃ ad ſiniſtram, ſi mutẽtur ad dextrã,ſemper.ſ.altera parte modice in cõtrarium acta.
Cæterum in adducendis cõtrario motu partibus, ne quæ frãgantur earum extantiæ,non leue pe
riculum eſt:neq;.n.(veluti in ſerra deſectis uiſitur) lęuis eſt vtriuſq; partis finis. Nã ſi ille frangan
tur, non poterunt ad amuſſim ſecum coaptari fracti oſſis fines, duplici de cauſa. Nam,ſiue ipſa
fragmenta inter partes coniungendas interciderint, nõ ſinent ea, quæ adaptãtur, ſe contingere:
ſiue quid forte oſſium extra ceciderit, ne ſic quidem eorũ,quæ effinxeris,exacta coniunctio erit
ſic,ut priſtinã unionẽ imitentur,quippe quæ ſolum, tum demum erit,cũ oſſis extantiæ in ſuas ca
uitates fuerint reconditæ.Quòd ſi ſemel cõminutæ perierint, neceſſum eſt,inter applicata ſimul
oſſa vacans interueniat ſpatium, in quod ſanies collecta, atq; in tempore putreſcens, totũ par-
ter mẽbrũ ſecum corrumpet.Atq; ob hæc quidem, quæ diſſidẽt oſſa,è directo admota eſſe opor
tet:quod commode certe fieri nequit,niſi retrorſum prius ſint tracta: Antitaſin vocant.Oportet
igitur,aut manibus ipſis, utiq; ſi paruũ ſit membrum:aut uinculis circũpoſitis:aut unà cũ ijs,etiã G
Lib.De.Fract. com.2.t.3.7. 232.b inſtrumẽtis, cuiuſmodi nos" Hippocrates docuit, antitaſin oſſium facere:poſtea uero, q̃ abunde
Et cõ.3.t.39. 7.246.h retracta fuerint,nec vllus ſuperſit metus,ne ſe in adducendo tangant,tum in directum oppone-
re,vinculaq; remittere, ac muſculis ipſis diductorum in idem cõmiſſionem permittere: interim
verò te ipm quoq; manib⁹ ſubſeruire, ac,ſicubi aliq̃d paulũ ſubſultet,corrigere, atque formare.
Ab his ſecundũ,quò diriges,fuerit,ut immotũ prorſus mẽbrũ cõſiſtat, nequid eorũ,q̃ effinxeris,
moueatur:qm̃ ita neceſſe eſt ea rurſum diſſidere; Ac, ſi ipſi quidem ægrotãti,ut" quietudini mem- A.l.i.f.4.c.
bri proſpiciat,permiſeris,uigilans fortaſſis probe id curauerit, at dormiens omnino membrum 28.f.82.h
mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis,ſed ẽt ad deſidendum, itemque,cum cubile
reſternitur,ſurgẽtis,eorũ,quę formata ſunt,poſitura ſeruetur,tuta deligatuta cõplecti fracturam
oportet,quæque fracti oſſis partes ſecũ coarctare ad amuſſim poſſit. At verò,cum laxior deliga-
tura oſſibus moueri permittat:arctior verò cõſtringendo,dolorem excitet:danda opera eſt,ut vi
tato ambarũ incõmodo, utriuſque fruamur commodo. Id fiet,ſi,quod nimiũ eſt,declinabimus.
Ergo nec adeo arctare deligaturam debebimus,vt viam comprimat:nec adeo remittere,ut laxa
ſit. Ac,ſi quidẽ æqualis eſſet craſſitudinis mẽbrũ quodque,utique latiſſima faſcia eſſet cõmodiſſi-
ma,utpote quę totũ ęqualiter,continenterq̃; ex omni parte fractũ os complecteretur,ſed,qm̃ id H A.l.4.f.5.
non eſt,pectori quidẽ latiſſimã licet circumponas, artubus certe & iugulo non potes:ſed in tali- t.2.c.5.fol.
bus utilior eſt anguſta,utpote quæ nec rugas cõtrahet,& totius mẽbri, cui circundata eſt,cutem 484.f
cõtinget:uerũ,ſi paucis cõplexibus fracturã cõtinet,parũ tuta eſt. Quantum igitur ſecuritatis ex
anguſtia deficit,tm̃ ei ex iniectionis numero,& uerſus integrũ deductione,eſt adijciendum. Sed,
qm̃ deligationũ,quæcunque citra dolorẽ carnẽ conſtipant coarctanq̃ue, id vitiũ habent, ut ex
iis partibus,quibus primũ injciuntur, ſuccos exprimant,& in eas,in quas ipſæ ſunt finitæ, repo-
nant,atque fingant non alienũ à ratione arbitror deligaturæ principium ſuper ipſam fracturam
iniici, abhinc verò ad reliquũ membrum diſpenſari: etenim, qui contra deligat,is ab integris ad
ægram partem ſanguinem compellit. Atqui, ſi ab ægro loco incipiat,in integrum finiat,non ſo-
lum innoxia eiuſmodi deligatura in iis,quæ diximus, erit,ſed ẽt utile quid dam contulerit:quip-
pe cum nullã circũ fracturã ſinet excitari phlegmonẽ: cuius rei curã habere in primis oportet.
Timendum.n.eſt,ne tũ ex illa in diuerſum vulſione, quã mẽbrũ in ſuã formã effingentes admi-
niſtrauimus:tũ vel magis ex eo,ꝙ cauſæ,quæ fracturam faciũt, plerunq; circũdatam oſſibus car-
nẽ conſtipando contundendoq̃; prius lædunt;magnæ ſubſequãtur phlegmonę. Nec ſanè mirer,
ſi phlegmones

A Si phlegmonēs quiddā ſimile ēt ipſis fractis oſſibus ad portionē accidat: qñ etiam, q̄ parum prōbē ſunt curata, magis humida, q̄ pro natura ſua, manifeſte cernantur, ubi uidelicet vnà cum vulne re os p̄fractū ſub aſpectus notitiā venit. Quinimmo nec oſſis caries, quē ſphacelon vocāt, ex alia occaſione oboritur: quæ ipſa totius oſſium ſubſtantiæ corruptela q̄dā eſt. Nō igitur negligēdum, quin totū ſuperuacuum humidū ex oībus, q̄ circa fracturā habētur, partibus exprimas. Incipies itaq; ab ægra parte, ac, cū bis terve circūdederis, inde ſanū verſus p̄gredieris: ſiquidē, q̄ ita deligat, & ab integris ad laborantē partē ſanguinis cōfluxū arcet: &, quod iā collectū in ea eſt, exprimit. Cū verò duæ partes ſint, q̄ & recipere aliquid à laborante particula, & tranſmittere ad eā poſſint, vtique, quæ ſuperiacent, tū p̄ p̄ multitudinē, tū magnitudinē, ad ambo magis ſunt habiles: Extremæ verò, p̄ p̄ contrarias conditiones, exiguū quidē aliquid vel recipere, vel trāſmittere poſſunt, multū verò nec ægris partibus ſubminiſtrare, nec ab ipſis recipere. Quocirca, cū duas primas fecerit Hippocrates deligaturas, priore quidē, tū q̄d in laborante particula continetur, ad ſuperpoſita expellit: tum q̄d ex his cōfluit, repellit: reliqua vero primis quidē cōplexibus, quos ſu p̄ ipſam fracturā facit, itēq; faſciæ ad inferna progreſſu, eò quædā extrudit, q̄dā, ne q̄d illinc cōfluat, prohibet: Reliquis deinceps oībus, quibus uidelicet ab infimis partibus ſurſum recurrere deligaturā cē
B ſet, ut eodē uidelicet loco cum priore finiatur, tum ad ſuperiora repellit, tū cōfluxum ab ijs prohibet. Muniunt igitur, ac ſtabiliunt fracturā, nec phlegmonem oriri ſinunt, prima duo lintea: nō tñ ea, q̄ dicta ſunt, ad ambos hos vſus ſatisfaciunt, {præſertim} ſola. Vnde ad eorum quidem tutelam Hippocrates p̄ſidium excogitauit, ut ſplenia vnà cum exterioribus faſcijs adhiberentur, quæ hæc quoq; ipſa ſtabiliant. Ne autē phlegmone oriatur, medicamento, quoniam ex ijs, quæ phlegmonen prohibent, uti iubet: quale nimirum eſt ceratum humidum. Hæc igitur oīa rōne, ut cōprehenſum eſt, dictante, ſunt inuenta: & præter hæc ipſa repoſitionis figura: Quæ ipſa quoque geminæ indicationi ſubijcitur, priori, quæ ex ſolis cōibus notionibus pendet: alteri, quæ ex curandorum organorum naturali cōſtitutione præſtatur. Prior igitur eam, quæ maxime à dolore abeſt, eligendam figuram ſuadet, quo nec phlegmonen particula contrahat, & æger p̄ſiſtere in una ea diutiſſime immotus poſſit. Secunda, quæ ex curandorum ſumitur natura, arterias, uenas, neruos, & muſculos, q̄ rectiſſimos poni p̄cipit. Sed & conſentiunt inter ſe hæ indicationes, qñ & *rectiſſima cuiuſq; partis figura maxime eſt à dolore aliena: & quæcunq; magis, q̄ alia, eſt à do- * Al. οἰκειότα-
lore libera, ea maxime naturalis mēbro eſt, brachio quidem anguloſa, quæ Engonios græce di- τον τ. familia-
C citur: cruri uero, q̄ paulo minus porrecta eſt. Porrò ad dolorem uitandum non modo naturalis habitus cuiuis inſtr̄o eſt utilis, uerum ēt conſuetudo quoque conducere nonnihil uidetur. Atque hæc quidem figuræ, in qua cuſtodire membrum conueniat, inueniendæ ratio eſt: eadem porrò inueniendæ figuræ rō eſt, & in retractione partium a ſe, quam * Antitaſin uocant: & cum in naturalem ſitum aptantur fracti oſſis partes. Etenim expedit, ut in rectiſſima, atq; a dolore alieniſſima forma membrum, tum† retrorſum retrahas, }tum in naturalē habitum coaptes: multoque ēt magis, ut ſub eadem figura, tum deliges, tum ad quietem reponas. Siquidem ſub alia deligare, in aliā verò mutare, nō dolorem modo incitare pōt, uerum ēt oſſa intorquere: nam, niſi eorum, q̄ præcepta ſunt in cōmentarijs, quos de muſculorum motibus ſcipſimus, obliuio obrepſit, neceſſe eſt, ubi figura mutatur, alios muſculorum tendi, ac uelut contractos rotundari, alios ſolui, ac remitti. Ergo ubi tenduntur, tum premi eos a deligatura eſt neceſſe, tum ex compreſſione ipſa dolere: ubi uerò tenſio remittitur, ea in parte deligaturā eſſe laxam, fracturamq; fulcimento deſtitui. Horum igitur oīum cauſa, tum extendere, tum effingere, tum deligare, tū reponere una ea figura, quæ doloris minimū habeat, præcipue eſt ſtudendum. Atq; ad primū quidē opus, q̄d in fracturis molimur, nullum iam relictum eſt præceptum. Soluere aūt ex Hippocratis ſnīa tertio die debebis, quò in membro præter ſolitum cooperto, nec dolor, nec pruritus creetur: nec eius,
G q̄d iam infixum fracturæ eſt, perſpiratio prohibeatur, cuius occaſione non mō noxius pruritus quibuſdam accidit, ſed ēt cutem ex acrimonia ſaniei eroſam exulcerari. Infundendum igitur tñ temperatæ aquæ eſt, quātum ad euocandā eiuſmodi ſaniem eſt ſatis. Quod ſi rurſus quoq; ſimili modo facies, utiq; ſeptimo id à primo die facere debebis. Apparuerunt uerò iā oīa, modo nihil impediat, phlegmone libera, ac, quam pro naturali habitu, magis aliqñ gracilia. Tum igitur licebit & ferulas circūponere, & ſoluere ex maiore interuallo: nam antea, cum phlegmones ſcopus uinceret, tutum non erat ferulis premere: nunc cum ea deſijt, ac ſtabilire fracturā eſt opus, ſanè non incōmode his vtare. Sed & ſoluere ex maiore interuallo licet, uidelicet non deſiderantibus præterea partibus ſaniē excernere. Quin ēt callus, quem Πῶρον Græci dicūt, fœlicius ita prouenerit: qñ ad hunc gignendum (ſicut dictū eſt) cogi concreſcereq; aliquid proprij oſſium alimenti oportet. Non eſt igitur hoc à labris fracturæ eluendum, aut foras euocandum: quod certe aſſidua ſolutio faciet. At verò nec tanto interuallo intermittendum, ut neſcias, quemadmodum fractura procedat. Vidimus. n. non ſemel, cum ualenter ſiccarentur oſſa, ægre proueniſſe callum. Expedit igitur, iſtis tertio uel quarto die modice aquā calidam infundamus, hanc metam finiendę perfuſionis habentes, cum carnes in rubrum tumorem attolluntur. Atq; in his quidē priusq̄

subsidere incipiant, desistendum est. Contra, vbi digeri quid volumus, non prius est desistendũ, E
q̃, qđ exp rfusione intumuit, subsidat. In quibus uerò, quò minus callus in fractura ꝓueniat, humiditas abũdantior obstat, ibi hanc siccare (sicut prius est dictum) cõueniẽti deligatura, & perfusione aquæ, q̃ vel minima oĩno sit, vel plurima, conabimur. Quippe minima, cũ prius desistat, q̃ aliquid confluat, & qui ad manum humores sunt, per spiritũ digerit, &, qui in alto sunt, modice liquat: expedit aũt ita solui liquariq; ea, quæ per deligaturã sunt expellenda. Plurima verò digerit plus, q̃ attrahit. Sanè constat in ea quidẽ deligatura, q̃ exprimet, minus esse arctãdos fasciarum fines: in ea verò, q̃ ad renutriendũ est cõparata, nec minus hos arctandos, & vniuersos circunductus laxiores faciendos. Qm̃ aũt non solũ, quo tẽpore subueniendum callo gignendo sit, sed etiã quo pacto est inuentũ, reliquũ fuerit de vniuersa victus rõne p̃cipere. Ac, ꝑ in principio quidẽ sit tenuissime cibandum, id, vbi de ꝓpria phlegmonarum curatione agemus, dicetur. Porrò monstrabitur, & ꝑ venam incidere interdum oportet, & ꝑ ventrẽ superuacua expellere: At quo" tpe callus gignitur, nutriẽdum corpus est cibis boni succi, & q̃ multum nutriant, ex quibus ꝓuenire succus soleat, nõ solũ bonus, sed ẽt tenax, ex quali fieri callum maxime expedit, quippe cum ex seroſa humiditate, ac tenui digni prorsus nequeat: ex crassa verò, sed quę fragilis sit, ac pinguitudinis expers, gigni quidẽ poterit non segniter, cæterum tpe sicceſcens, friabilior, atq; ita fractioni obnoxius reddetur. Magnitudo calli ea sit, quæ & ossibus tuto vinculo sit, nec musculos tamẽ cõprimat. Nam, qui minor iusto est, hic ossa parum reddet tuta: qui maior est, dolorem musculis inuehet. Attendendum verò diligenter est, vt vel promoueatur, si minor iusto ꝓueniat: vel inhibeatur, si immodice increſcat. Sunt verò, quibus hæc efficies, †ipsius perfusionis, tum quãtitas, tũ verò qualitas: prætereaq; ciborũ quantitas, }ac medicamentũ, quæ illi extrinsecus imponuntur, facultates. Ac de perfundendo q̃dẽ, & victus rõne supra est dictum. Ex medicamẽtis verò, quæcunque emplasticã substantiã habent, ac modice calfaciunt, ea callos, tum promouent, tum verò augent: quæ verò digerendi vim obtinent, ea magnos iam callos diminuunt. Si vero nec augere callum, nec minuere studes, sed eo, sicut ultro prouenit, es contentus, medicamẽto aliquo eorũ, q̃ cruentis adhibentur vulneribus, vtere, quæ, cum modice siccent, ẽt coagulari, ac concreſcere mediocriter callum faciunt. Ae de transuersis quidem fracturis hæc satisfaciant. De longis vero reliqua oĩa ad eundẽ se habent modum: cæterum comprimendæ hæ magis in ipso fracturæ loco sunt: tum, quod receſſit, retrudendum introrsus est. Quæ verò confracta multifariam sunt, potiſſimum cum vlcere, quemadmodum fieri plurimum solet, ijs splenia circundanda asciæ ritu incurua Hippocrates p̃cepit, eaq; vino imbuta, tum austero, tum nigro, æstate potiſſimum. Quippe G
putreſcunt, siue oleo quis vtatur, siue cerato: cum postulent amplius, q̃ reliqua, siccari, vtpote vitio ipso reliquis maiore. Quin ẽt medicamẽta quoq; oĩa exsiccantium sint numero, sicut ille prę cepit, simul modum ipsum siccationis definiẽs: etenim ex enæmis eiusmodi esse pharmaca vult. Quòd si protinus ab initio quis ipsis utatur, tale esse debere enæmon suadet, qđ imbui sit aptum. Ac reliqua quidẽ oĩa ex illius præceptis sunt peragenda, nõ in ijs, q̃ dicta sunt, modo, verum etiã siue nudatum os †desecari serra} postulet, siue fragmẽta quæpiã, vel te ipsum eximere, vel expelleti naturæ subseruire oporteat. De ijs verò, q̃ cruribus supponũtur, organis, quos Solenas græci vocant, quæcunque Hippocrates addubitauit, vtenda ne sint, necne, & oẽs norunt, & laudandas esse rõnes censeo. Quod autem neotericis inuentum esse glossocomon quo maxime tpe gignendi calli utimur, laudandum id quidem, quãtum aliam quamuis eiusmodi machinarum, ducimus. Verum non videtur id Hippocrates nouisse, quanquã aliàs in organis, quæ vsui forent, excogitãdis non indiligens. At verò, quod cruribus subijcitur instrumẽtum, a †recte illis excogitatũ est: } quod per vnicum axem, qui in finem machinæ ad infernam eius partem est collocatus, contrarium nixum toti membro gemina tensione efficit. Nominatur earum altera, quæ vtiq; membrũ tẽdit in directum, græce Euthyporos, id est in rectum procedens: quæ verò prius sursum, mox H
deorsum, ea Metaleptice græce dr, quasi translatiuam dixeris. Obeuntur ambæ per laqueorum circumplexum. Porrò aptiſſimus in hunc vsum laqueus est, b† qui duas hẽat appẽdices. } Hic igitur, cum in partibus membri, quæ infra fracturam sunt, iniectus est, priorem siue euthyporon efficit tensionẽ, c *brachijs. s. ipsius axi circumpositis. Cum vero in partibus, quæ supra fracturam sunt, idem laqueus imponitur, metalepticen tensionem efficit, abactis videlicet ipsius brachijs prius sursum, mox deorsum: quippe hæc quoq; circundanda axi sunt. Porrò circumactum, ac veluti flexum brachiorum laquei, qui à superioribus partibus ad inferiores agitur, per trochilia fieri oportet, quæ in lateribus glottocomi sint posita. Licebit, & Solena voces eiusmodi machinã, & cum adiectione sic, Solena mechanicũ, aut glottocomion mechanicum. Verũ de instrumẽtis uberius præcipiemus, qñ †de luxatis } agemus: vbi etiam de varietate deligaturarum, quæ superimponuntur, non minus dicetur. Nunc verò, postq̃ de mechanico Solene mentionem feci, qui plurimum cruri commodat, tum aliàs, cum reponitur: tum vel magis, cũ æger cubile mutat, aut etiã è uentre aliquid excernit: non ab re fuerit, quo nihil in tractatione de eo desideretur, multo magis illud glottocomion laudare, cuius alterum laterum itemq; tabellulam, in qua ped m collocant,

A. lĩ. 4. f. 5. t. 2. c. 18. f. 486. b

†Al. Ex antiqs tum ipsius perfusionis quantitas ac qualitas, habent. n. τὸ τε ποσὸν τῆς καταντήσεως καὶ τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν τῶν ἐδεσμάτων.

†Cod. antiq. legunt ἀποπερισεως, ut et Linacer uertit. impressi ἀποτρησεως. i. perforatione.

*Al In antiqu. codici. legitur ἐρθῶς τοῖς μετ' αὐτὸν ἐξευρηται. i. recte ys, qui post ipsum fuere, excogitatũ est.

B † ὁ ἐκ δυοῖν διαντέων.

C* σκελῶν.

† De luxatorũ curatione.

A loeant, quo nulli non quadret membri magnitudini, mobilia faciunt. Ac de reliquis quidem fracturis hæc nosse, cum ijs, quæ Hippocrates præcepit, fat fuerit.

De curandis fracturis ossium, quæ in capite consistunt. CAP. 6.

DE ijs verò, quę in capite accidũt, Hippocrates certe integrũ uolumen scripsit, ubi oĩa p̃cipit, q in ijs sunt agẽda: & nos, cũ huic operi finẽ imposuerimus, enarranda eius opera aggrediemur. Ad præsens verò, qm̃ in his cõmentarijs, & q̃ supra ea, q̃ ille dixit, sũt inuẽta, adijcimus; & q̃ indefinite dixit, definimus: necesse est primũ de cauis excisorijs scalpris, quos græce Cyclisços uocant, mox de ijs quos a lenticulæ specie Phacotus uocant, post hos de angustis scalpellis, demũ de medicamẽtorũ usu, aliquid agamus. Ergo de fracturis caluarię quædã vsq; ad scd̃am laminã, quã græce Diploen uocant, perueniunt: q̃dã vsq; ad internã ossiũ faciẽ: quædã ẽt simplices fracturę: q̃dã contusiones: quædã vestigia eorũ, quibus inflicta plaga est. Quæ igitur simplices fracturæ ad secundã vsq; laminã perueniunt, iis, quos mõ diximus, angustis scalpellis indigent. Expedit aũt hos * ὀδραι. ut numero multos, ita magnitudine impares esse, necubi desit, qd̃ operi sit cõmodissimũ: postea verò nudato, put fieri solet, uitiato osse, utendũ primo quidẽ latiore: scd̃o loco, eo, qd̃ illo est angustius: mox ita reliquis deinceps vsq; ad angustissimum. Hoc verò in ipsa diploe est vtẽdũ. Post hæc tum protinus, tum ad finem vsq; siccis medicamẽtis est medẽdum: quæ ob id ipsum κεφαλικὰ græce, id est capitalia, sunt dicta. Ea componuntur ex iri illyrica, & erui farina, & manna: & aristolochia, & panacis radicis cortice: † in summa, omnibus, quæ extergere citra morsum p̃nt. Ipsa nanq; generatio carnis, naturæ opus est: itaq; ægro ad eã rẽ nihil opus est arte medica. Vt autem, q̃ puenit caro, coalescat, circumhæreatq; omni ossis parti, id inde maxime eueniet, si neque sordes sup eo sit, nec oleosa q̃piam pinguitudo. Id igit̃ est, qd̃ ægris medici ad carnis productionem præstant, ut totus locus sicc⁹ sit, tum, q̃libet vitiati ossis pars planè pura. Atque hæc quidem oĩum fracturarum, cum caro in his produci incipit, cõia sunt. Ex fracturis uerò, quæ ad cerebri vsq; membranas peruenerunt, si simplex tm̃ fractura sit, iam dictis scalpellis angustis utendum: Sin cũ contusione aliqua, quod contusum est, excidi debebit, idq; uel terebellis prius in circuitu perforatũ, mox deinde scalpris admotis, uel protinus ab initio cyclisçis. Ac, quæ per terebellam quidem ratio fungitur, parum tuta est, propterea, q dum audacius eam tractant, duram membrana, quæ ossi substernit̃, non rarò violant: Quòd verò per cyclisços opus administratur, ne id quidẽ oĩno uitio caret, cum quatiat immodice caput, qd̃ potius quietẽ postulat. Mihi igitur hic quo que placet, si magnæ sint fracturæ, & ossa, q̃ fracta sunt, uehementer mota, cyclisçis uti, q̃ppe pau cis excisionibus facies lenticulatis excisorijs locum. Sin firma plurimum ossa sint, foranda terebellis sunt. Quidã aũt, quo minus vsquã aberrent, eiusmodi terebellas excogitarunt, q̃ mergi nõ possint, quas ab argumento Abaptistas dicunt: circumcurrit. n. parum supra terebellę acutam cuspidem * circulus quidam parum extans. Sane expedit complures id genus præparatas habere, ad omnem caluariæ crassitudinem. Nã crassiori longior terebra conueniet: voco aũt ita, cuius spatium, quod inter summam est cuspidem, & circulum qui extans circumcurrit, maius est: tenuiori breuior, est aũt hic quoque quod interest inter cuspidem, & quod circumcurrit, minus. Aliqui verò (siue illos his timidiores, siue tutiores appellem) ẽt ijs, quas Chœnicidas vocant, sunt vsi. Tu verò, si neq; improuidus eorum, quæ fallere possunt, sis futurus, neque plus, q̃ satis est, timidus, commodissime cyclisçis vtere: & primo quidem aggressu, latioribus: postea magis angustis, do nec ad crassam membranam perueneris. Cæterũ, quod excidi oportet, id totũ circulo cyclisçis nudandum non est, sed ex ea maxime parte, qua fractura est grauissima. Nam præter alia, etiam membrana ipsa ab ossibus, q̃ vehemẽter sunt afflicta, celerrime recedit, adeo, ut nullus sit metus eam, quæ iam seiuncta est, tetigisse. Si uerò unã semel nudaueris partem: ac scalprum, qui in cuspide præfixam habet obtusam læuemque lenticulæ speciem, aciem verò per longitudinem erectã, submiseris: ubi latam partẽ lenticulæ super membranã statueris; series malleolo, ac sic caluariam diuides. Euenient. n. ita agentibus, quæ requirimus, omnia. Nã membrana, ne si dormitans quidem quis agat, lata tm̃ lenticulæ parte occurrens vulnerari potest: q sicubi adhæreat caluariæ, huius quoque adhærentiam innoxie dirimit ipsa lenticulæ rotunditas: subsequitur verò prçeuntem eam à tergo ipse scalper caluariam secans. Quare, nec qui minus cum periculo, nec, qui celerius perficiatur, forandi modum alium inuenias. Maxime aũt hunc in uehementissimis fracturis laudabis: qui s utique recentiorum nonnulli medicorum græce Engʃomata, & Camarosis nominant: Engʃomata quidem, quæ in medio sui membranæ innituntur: Camaromata verò, quæ eandem ipsam partem, exaltatã habent, cæterum, qua primum ab integris fracturæ partibus diduci ægra cœpit, intro magis recedunt, ac membranæ innituntur. Quippe celerrime in talibus, quod ægrum est, totum exciditur: utpote cum promptius subintret lenticulati scalpri finis in ijs, quæ plurimum a naturali habitu recesserunt. Quin etiam instrũo, quod Ostagran uocant, aliquibus ossium, quæ uehementer sunt comminuta, uel exaltatis, uel conuersis, ea potissimum parte, ut demittatur lenticulatũ scalprum, præparabimus. Quo facto succedunt deinceps omnia, quibus est opus, cum securitate simul, ac celeritate: ut fermè dixeris celebre illud dictum in reli-

† Cod. impressi, ac antiqui etiam multi, habent, ut Linacer uertit. Sunt tamẽ qui addãt καὶ λεπὶ δος χαλκοῦ ἐξ ἴσου. i. & squamæ æris, æqua porti ne.

* ἴτας. i. labrũ siue supciliũ.

A.li.4.f.5.t.3.c.1.fo.486.f

A.ibidem. f.g

A.li.1. fol.4.c.27.fol.82.g

quis oĩbus probe'ſe habere: Dimidiũ facti, qui bene cœpit, habet. hic verò non tõtius dimidiũ, ſed E
vel totum, uel paulo minus totum habeas, ubi lenticulatũ ſcalprũ immiſeris. Atq; hęc optima eſt
fracturarũ, quę in caluaria ſunt, manualis tractatio: q̃ Cheirurgian vocant. Quantũ verò excidere A.l.3.f.15.
conueniat eius, quod affectum eſt, deinceps exponam. Qđ vehementer eſt confractũ, id totũ eſt t.1.ca.29.
auferendũ. Si verò ab eo fragmenta quędã longius excurrant, (quẽadmodũ aliqñ cernitur accide 290.d
re) hæc perſequi ad finẽ nõ expedit, illud perſuaſum habentibus, minime futurũ, ut ex eo noxa ſe-
quatur vlla, modo reliqua oĩa rite ſint peracta. Nos.n. non ſemel aut bis, ſed planè perſępe, ſic fa-
cientes voti cõpotes fuimus. Indicatio vero agendorũ hic quoq; ex natura ipſarũ partiũ affecta-
rũ ſubminiſtrata eſt. Nã deligaturã, q̃ in alijs fracturis, ceu maxime phlegmonas arcentẽ, rõ inue
nit, capiti adaptare non poſſis: itaq; nec, quod affluit reprimere, nec, quod in ægris partibus con-
tinetur, exprimere queas: ſine quibus præſidijs, nec reliquorum offium vllum ſeruari ſanum po-
teſt. Nam pone in brachio ad medullam vſque fractum os eſſe, neminemq; poſtea pro fracturæ
legibus id deligaſſe: Omnino neceſſum erit ſaniem, non ſolum, quæ foris ſub cute & muſculis eſt
collecta, ſed etiam, quæ in medulla continetur, tum ipſam primum, ac maxime corrumpere, tum
cum ipſa os vniuerſum: quando etiam nunc quoque omnibus rite peractis, aliquando talia con-
tingunt. Quomodo ergo non uel magis in capite ea accidant, cum nec deligaturam, quæ fra- F
cturis debetur, admittat: & omnis ſanies prona feratur ſic, ut ſuper membranam vniuerſa coa-
ceruetur? In alijs igitur fracturis deligatura cum rite adhibetur, tantum abeſt, ut ſuperuacuam
aliquam humid tatem colligi in læſo oſſe patiatur, ut etiam gracilius, quàm pro naturali habitu,
membrum reddat: In capite vero ratio, quæ per deligaturam eſt excogitata, nec poteſt ita, tum
os ipſum confractum, tum, quæ illi circunſtant, ſiccare, ut neq; phlegmonen contrahant, neque
penitus vllam efficiant ſaniem: nec medicamentum eſt vllum, quod vel in alijs quidem partibus,
citra deligaturam os fractum, quatenus nunc dictũ eſt, ſiccum, atq; ab ſuperuacuis purum redde
re ualeat. Neceſſum igitur eſt nobis primum fracturæ aliquid nudare, quo videlicet detergere,
& abluere ſaniem à membrana liceat: poſt vero, cum phlegmones tẽpus præterijt, omniaque ſic
ca ad vnguem ſunt, carnem producere, ac cicatrice locum includere. Non eſt hic ſermo nudus,
rerumque vacuus, cuiuſmodi eſt ille ſophiſtarum, qui operum artis neſcij, quærunt, cur capitis
fracturæ callum non ducant. Ducunt enim, uiri boni. Vosque tam*dementes eſtis, ut eorum, *ἀνοήτως δὲ τοῦτο.
quæ non ſunt, tanquam ſint, cauſas aſſignetis. Nouimus enim aliquando ſincipitis os fractum:
quod autem os huic oſſi protinus ſuccedit, temporis os vocatur, in quo ipſas ſquamatim compa G
ctas commiſſuras eſſe accidit: in eo luculenta fractura longiſſime pertinebat: quam ipſe equidem
minime contingens, ſed tantum ſincipitis os excindens, hominem ſanaui ſic, ut nunc quoque
mulos iam annos viuat. Quòd ſi ſincipitis quoque os dimiſiſſem, putruiſſet citius, quę illi ſuberat,
cerebri membrana, quàm callum fractura duxiſſet. Nam, ſi nulla ex læſis partibus ſanies intrò
confluueret, ſuperfluum eſſet os excindere. Ergo illi, prout ſolent, nugentur. Ego verò in alia ſimi-
liter ſe habente fractura cogitaram ſupernum os dimittere, ac, quod à lateribus erat, quo ſanies
defluueret, eximere: mox, cum & craſſitudinem eius, & duritiam ęſtimaſſem, vtilius fore iudica-
ui ſupernum os potius eximere, quàm ob defluxus ſolicitudinem cerebrum valenter concute-
re. Cogitaui præterea accidere poſſe, ut, ſi à latere magnum fieret in oſſibus foramen, promine-
ret fortaſſis hac parte cerebrum. Eſt porrò, & in lateribus non vno in loco etiam neruorum, ho-
rumq; non leuis momenti, quidam exortus: cum in ſupernis capitis ne minimus quidem vſquam
oriatur neruus. His admonitus abſtinui ab eximẽdo oſſe, quod in latere capitis eſſet. At callum
ſemper duxit, modo rite curaretur. Ac iam, quod diſquiramus, hoc ferè ſupereſt, quænam ſit, poſt
quàm foratum os eſt, tum medicamentorum, tum vniuerſæ diligentiæ noſtræ præcipua omniũ H
ratio: utrumne"blandiſſima, & quæ maximè voluptati cubantis ſubſcribat, veluti qua nunc ple-
rique utuntur: an quæ huic maxime eſt aduerſa, nempe quæ per medicamenta, quæ vehementiſ A.l.3.f.1.
ſime ſiccent, perficitur: cuiuſmodi & Meges Sidonius laudat, & ciuis quidam noſter ſemper eſt t.3.ca.14.
vſus ſic, ut etiam emplaſtrum, quod Iſin uocant, illico nudatæ membranæ imponeret, & ſuper 209.b
hanc foris oxymeli. Sanè is ſenex erat ſatis exercitatus in hac artis parte: cæterum neque alium
quempiam his vſum vidi, nec ipſe uti ſum auſus. Tantum tñ teſtificari Eudemo poſſum (nam id
ſeni nomen erat) magis ſuiſſe ſeruatos, qui ab illo curabantur, q̃ qui ab ijs, qui blandis utebantur.
Aggreſſus uero fuiſſem aliqñ ipſe quoque experiri eiuſmodi curationis rationem, ſi perpetuo in
Aſia manſiſſem: ſed, cum Romæ plurimum agerem, ciuitatis morem ſum ſecutus, permiſſa ijs
quos Cheirurgos uocant, maxima eiuſmodi operum parte. Cęterum ipſam rei naturam ęſtimãs,
talem quandam determinationem longa noſtra experientia confirmatam concipio. Qui audi-
torius meatus dicitur, non ſolum vſq; ad cerebri duram membranam pertinet, ſed etiam neruũ
contingit, qui in ipſam à cerebro deſcendit. Is autem, quanquam ita poſitus in vicino, tamen ue-
hementiſſimà (ſicut dictum prius eſt) medicamẽta tolerat. Nihil igitur miri ſit, ſi poſt forationes
craſſa cerebri membrana ante, quàm notabiliter phlegmone occupetur, ualentiſſimis gaudeat
medicamentis, ceu ſiccam naturaliter ſubſtantiam habens.

GALENI METHODI MEDENDI

IDEST DE MORBIS CVRANDIS

LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ventriculi exemplo uniuersas partium intemperies curare docet, siue illæ quidem simplices, siue cum succorum affluxu, consistant.

Galenum veritatis, ac scientiæ studio inflammatum ad exercitationem tantum, ac ob amicorum preces, hos, & reliquos omnes libros scripsisse. CAP. 1.

A.l.4.f.4. t.3.cap.2. 472.b

MEdendi methodum, Eugeniane charissime, quam olim in Hieronis gratiã scribẽdam susceperã, postea, quã illum subito lõgũ iter ingredi coactũ nõ multo post diẽ obijsse nũciatum, ipsi quoq; persequi destitim⁹. Tu.n.mihi cõscius es, neque hoc me opus, neq; aliud vllum, popularis auræ studio fuisse aggressum, sed quò vel amicis gratificarer, vel me ipsũ simul vtilissima ratione ad rem propositam exercitarem, simul †ad obliuionem senij} (vt Plato inquit) commentarios mihi reponerem. Quippe multitudinis laus, cõmodum ad vsus nonnullos instrumentum viuentibus aliqñ est: mortuis certe nihil prodest, sicut neq; viuentiũ quibusdam. Nam, qui viuere in trãquillo optarunt, ac fructum ex Philosophia ceperunt: & ijs, quæ corpori curando sufficiunt, sunt cõtenti: ijs utiq; impedimento non paruo est, apud vulgum fama, ut quæ eos à rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat; veluti me quoq; non ignoras ab ijs, quæ sunt molesta, sic non nunquam tædio affectum, ut bono interim spatio ne tãgere quidem librum possim. Ego verò (haud scio qua ratione) ab ipsa vsq; adolescẽtia mirifice, siue inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocunq; dixisse libet, & vulgi famam contempsi, & veritatis scientiæq; studio flagraui, nullã esse hoĩbus, nec honestiorẽ, nec diuiniorem possessionem ratus. Atq; ideo nulli librorũ meorum nomen meũ præscripsi: immo uos (sicut ipse testis es) rogaui, ne me immodice (ut soletis) apud homines laudaretis: nec nomen meum operibus, quæ proderem, inscriberetis. Ob hæc igitur oĩa, & medendi methodus, quam inceperam, à me est deposita, cum capita inuentorum breuibus commentarijs mihi ipsi scripsissem, nec vllam *pleniorem docendi rationem etiamnum adiecissem. Nunc, quando & tu, & alij ex amicis non pauci exigitis, quæ subinde me opere in ægris peragere uidistis, ut ea in commentarios redigam, adijciam huic operi, quod reliquum est.

B † εἰς Ἰὸ τῆς λη θης γηρως ε

* διαδοχὴν.

C

Quid superioribus libris est actum, quid sequentibus agendum: & quòd imbecillitatis affectum Empirici, & Dogmatici non recte intellexerunt. CAP. 2.

ERgo in horum cõmentariorum tertio, quarto, quinto, & sexto, quemadmodum similarium, instrãliumq; partium cõem morbum curari conueniat, scripseram, iidem co nimirũ ab eo auspicatus, q & conspectior reliquis esset, & euidenter oẽs propemodũ priores medicos, qui certa methodo artem tradere polliciti, amethodi in ipsis curationibus deprehenduntur, confutaret. Nã, cum ab Hippocrate discesseris, qui nobis oĩum †salutarium præceptorum} semina p̃buit, reliquorum certe nemo, uel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulant aũt, & quæ Hippocrates ipse reliquit, non malos agricolas, qui eã tum seminent cõmode, tum augeant, tum perficiant. Id aũt feciſſe ante nos neminem, sed pleroſque ẽt semina, q̃ reliquit, corrupisse, ijs, qui animum aduerterunt, clare monstratum arbitror. Itaq; hoc morbi genus, vel continuitatis solutionem, vel vnitionis, vel qualitercunq; est libitum appellare, cuiq; permisimus: qñ de nominib⁹, nec in hoc opere, nec in alio medicinaliũ vllo laboram⁹, sed quo pacto artis maximę finem consequamur. Reuertamur aũt nunc ad morbũ eum, q oĩum est primus, nempe, qui in similaribus nascit, quibus. s. primum animantis functiones referuntur acceptæ. Siquidẽ monstratũ in alijs operibus est, quemadmodum instrãlium quanque partium aliquid agere dicamus, veluti oculũ uidere, aut crus ambulare: Esse.n. sicuti id, quod p̃cipuum est actionis crurum, non cruris totius, sed musculosi in eo generis: sic uisionẽ non oculi totius, sed crystallini in ipso humoris: ac in reliquis quibusq; organis ad portionẽ. Porrò oñsum in secundo horum voluminum est, genus hoc morbi non solum cognitu esse maxime necessarium, sed ẽt neminẽ ipsum rõne curare posse, qui prima corporis elementa non norit: præterea non intelligere ea, q̃ dicant, nonnullos eorum, qui rationales se nominant, quoties imbecillitatẽ esse dãt vel uentriculi, vel inestinorum, uel iecinoris, vel oculorum, vel alterius cuiuslibet partis. Si nanq; ita noĩant infirmitatem impotentiamq; ad naturale opus, nihil plus plebeio intelligunt: qppe quẽ dicere audias imbecillũ sibi ventriculum esse, non.n. concoquere eum, uel minima leuissimaque, q̃ sumpsit. Quòd si imbecillitatẽ, quę est in uentriculo, affectũ quempiã esse aiunt, interpretẽtur, quæso, nobis, quemnã demũ hunc esse uolunt, quemadmodum in phlegmone fecerunt: nã Empirico sat fuerit, si symptomata laborantis

D

† τῶν καλῶν.

rantis particulæ expoſuerit, nempe tumorẽ pter naturã, & renixũ, & pulſatilẽ dolorẽ, & tẽſionẽ, & E
ruborẽ, aliaq; id genus: imponitq; nonunq; breuitatis docẽdi cauſa cũctis ſimul collectis vnũ no
mẽ, ſicuti cõphenſis iã phlegmonẽ. Dogmatici verò nõ idẽ, ſed ipſã morbi naturã inſpiciũt, quã
ſymptomatũ illorũ collectio neceſſario ſequit. Siquidẽ Eraſiſtrato vr ſanguis, q in arterias inci-
dit, vbi ſpũ impellitur, in exitu earũ impactus hærere, idq; phlegmone eſſe. At par (arbitror) erat
vel Eraſiſtratũ ipſum, vel aliquẽ ex ſectatoribus ei⁹ ſimili mõ, affectũ, q in imbecillitate cuiuſque
partis ſubeſt, interptari. Vt.n. de phlegmone, in qd nã trãslat⁹ naturalis partis habit⁹ ſit, explicuit,
ita rõ exigebat, ut & trãslatio cuiuſq; particulæ in imbecillitatẽ ab eo explicaret. Nõ.n.cũ p na-
turę rõne eſt affecta, ad ppriã actionẽ ẽ imbecilla: ſed acceſſit oĩno aliqua pter naturã occaſio, q
eã diſſoluit deiccitque, & mortuæ ſimilẽ effecit: q utiq; nec Eraſiſtrat⁹ dixit, nec Herophilus, nec
alius quiſq; medicorum, qui de primorum corporum natura auſi aliquid pronunciare non ſunt.

Communis methodus intemperiei, dignoſcendæ & curandæ. CAP. 3.

CAeterum immorandum in his diutius non eſt, cum præſertim abunde prius monſtratũ ſit
& genus hoc morbi vtiliſſimum eſſe, quod à medicis diſquiratur: &, qui commode id ſit tra-
ctaturus, huic neceſſe prius eſſe de elemẽtis conſideraſſe. Itaque, qui nobis habẽdus ſermo eſt, is
totus ex prius demonſtratis elementis abſoluetur: de quibus vnũ (vt ſcis) volumen edidimus, qd F
de Elemẽtis ſm Hippocratem inſcripſimus. Sanè eadẽ opinio de corporis natura eſt tũ Diocli,
tum Mneſitheo, tum Dieuchi, tum Athenæo, tum probatiſſimis ferè quibuſq; medicorũ, itidem
vt præſtantiſſimis philoſophorum: ut qui ex calido, frigido, humido, & ſicco miſta putẽt, tum alia
corpora vniuerſa, tum verò animantium in primis. Cæterũ ei, qui de his oĩbus primũ pronũcia-
uit, demonſtrauitque, iuſtum eſt, arbitror, reddere, qd inuenit. Ideoq; & nos ea ſm Hippocratẽ
elementa uocamus: ẽt ſi maxime Chryſippus, Ariſtoteles ve, aut alius quiſpiam medicus, philo-
ſophus ve, ſimiliter de ijs ſit opinatus. Ergo, qm vnaquæq; animalis particula propriã actionem
edit, quæ tm ab aliarũ actionibus differt, quantum ipſa particula ab aliis, q illas edunt, eſt diuerſa,
(differt verò ab alijs particula quęq; eo, p calidior, uel frigidior, uel ſiccior, uel humidior ſit: aut
p binis horũ quibuslibet ſit affecta,) qui tueri actionẽ vult, hic tẽperamentum earum cuſtodiat,
oportet. Cuſtodiet aũt, ſi id, quod ad calidius eſt cõuerſum, refrigerabit: qd ad frigidius inclina-
tũ eſt, calfaciet: Pari modo, ſi, quod ad ſiccius eſt alteratũ, humectabit: &, quod ad humentius eſt
uerſum, ſiccabit: Rurſus quoque, ſi ſiccabit pariter ac calfaciet, qd humidum eſt redditũ, & frigi-
dum: ſiccabit pariter & refrigerabit, qd humidius ſimul & calidius euaſit: & in reliquis duabus G
cõiugationibus ad portionem. Semper.n. pro eo, qd exuperat, inducendum eouſq; contrarium
eſt, quoad particulam in ſymmetriã, & naturalem habitum vindicaueris. Ac genere quidem, oĩs
ęgritudinis, quæ in ſimilaribus conſiſtit, iã dicta mihi medendi eſt methodus Cum. n. octo earũ
ſint dr̃iæ, ueluti in libris De morborum differẽtia eſt traditum, octo nimirum erunt & medendi
rationes, quarum vna (quo medentis conſilia diriguntur) curationis meta cõis eſt, ipſius ſimilaris
corporis alteratio: qm quidem ẽt morbus ipſe ex intemperie & naturalis temperamenti altera-
tione eſt ortus. At, quæ membratim medicatio agatur, ex his duobus conficitur, nempe materię
copia, & huius congruo vſu. Ac medicamentorum quidem copiã, tum ex libro de ſimpliciũ me
dicamẽtorum uiribus, tum ex ea, quæ de eorũ compoſitione præcipit, methodo hauries, licebit:
*μορίου. i. particulæ. Eorum, quæ ad uictus rationẽ pertinent, hinc ſumimus. Sed &, quemadmodum cuiuſq; *morbi
intemperiẽ agnoſcere oporteat, ex tribus operibus intelliges, primo eo, quod de Temperamen-
tis: ſcdo eo quod de Partibus afflictis: deinde eo, quod Ars medica inſcribitur. Non eſt igitur ad
ea, quæ nũc ordimur, ijs, qui prudentes natura ſunt, ac cogitationem in primis exercitarunt, mul
tis præterea opus: cui neutrum horum adeſt, huic certe ad præſentem diſputationem non par H
ua re eſt opus. Quòd ſi in prauæ doctrinæ ſecta præterea ſit altus, hic geminum tempus requirit,
alterum, in quo prauas opiniones dediſcat: alterum, in quo melioribus ſe exerceat.

*Quid rationalis curatio intemperiei, quæ in ventriculo eſt, differat ab empirico-
rum curatione.* CAP. 4.

SAnè te ſcimus & ex ijs, q in uniuerſum dicta ſunt, particularia p te inuenire poſſe: & alioqui
multos id genus morbos à nobis percuratos uidiſſe ſic, ut utraq; ratione particulariũ tracta-
tionem minus requiras. Sed qm (ut Plato ait) non poſſunt, q ſcripta ſunt, non è manibus excide-
re, quò, ſiqñ liber in alterius non exercitatæ rõnis manus deuenerit, facilius hunc doceat, adijci
† *Ant. habent* ἑαυτῷ, *ut ſic poſtea uertat, ut ille alter p ſe ipſum particularia inueniat.* particularium quæpiã oportet: ex quibus ẽt protinus clare id, qd proxime dixi, intelligetur, fie-
ri poſſe, ut †per te ipſum } particularia ĩuenias. Siquidem ipſe ea per me ipſum oĩa inueſtigaui, rõ-
ne ipſa uiam monſtrãte: qñ, ſi præceptores ſecutus fuiſſem, ipſe quoq; ventriculo imbecillis ſua-
ſiſſem, ut cibis adſtringentibus & ſubamaris uterentur; vino quoq; ſimiliter auſtero: prẽterea ab
ſinthio, & quod ex mali cotonei conficitur ſucco, aliiſq; eiuſmodi, quæ deuorantur, medicamen
*ὠμοτριβοῦσ. i. ex oliuis immaturis. tis. At uerò, quod ad ea pertinet, quæ extrinſecus applicãtur, primum perfundi ventriculum ex
abſinthio, & oleo *crudo iuſſiſſem: mox hapſum lanæ, tum ex ijſdem ipſis, tum uerò ex unguẽtis
melino, & maſtichino, & nardino imponi: ab ijs ceratũ ex iiſdẽ compoſitum: poſt alia pharmaca,

vtique

A vtiq; ceratis valentiora, quæ à medicis vocantur epithemata. Ea tum ex dictis vnguentis, tum ex ijs, q̃ similem vim obtinent, medicamentis cõponuntur: in quibus est aromatũ quoq; multitudo nõ parua, spica nardi, & amomũ, & calamus aromaticus, & iris, & ladanum, & malabathri foliũ, & styrax, & bdelliũ, & opobalsamũ, & *balsamũ, & xylobalsamũ, reliquusq; aromatũ catalogus. Quòd si horũ nihil profecisset, cõe oĩum remediũ, quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuissem, nẽpe rubrificationẽ (φοινιγμὸν græce vocant) q̃ vel per thapsiã, uel sinapi, uel tale aliquid excitaĩ: deinde ad vsum aquarũ *calidarũ ablegassem. Quippe vltra hæc Empiricus nihil nouit, veluti cõmentarij eorũ docent. Quintus verò ijs, qui de cruditate aut inappetentia quererentur, primũ q̃dẽ excitari suadebat: tũ esse, quæ & concoctu q̃ facillima essent, & non multa: quibus hæc nõ cõtulissent, cogebaĩ ipse quoq; ad Empiricorũ dogmata confugere. Nã q̃s nescit, quẽadmodũ calidũ, frigidũ, humidũ, & siccũ, mordere sit solitus, balneatorũ esse nomina dictitãs? sine q̃bus tamẽ methodo curare partiũ imbecillitatẽ oĩno nõ est. Quare p̃ hos nihil obstitit, quo minus ipse quo que eadẽ institisse uia in eiusmodi affectibus sanandis. Verũ rõ me docuit octo imbecilli vẽtriculi
A.l.f.13.c. 2.c.4.fol. 293.d curõnes. Vidisti igitur, & tu quosdã vno die, vel potius hora, frigidæ potione leuatos: quorũ alijs nõ aquã modo dedi fontanã recentẽ, sed ẽt, quæ niue esset refrigerata, ueluti Romæ præparare
B solent, *calfaciens scilicet prius, quam ipsi decoctam appellant: cibos præterea ad eundem modum refrigeratos, identidem me illis permittere vidisti: in quibus est, & quã Melcam vocãt, vnus is quoq; Romæ laudatorum ciborũ, veluti etiam Aphrogala: sed & frigidæ facultatis fructus, similiter refrigerans ijsdem dedi, & prisanam probe coctam, pari ratione refrigeratam, aliaq̃ue id genus sexcenta. In quibus vnã rem mihi proposui, ipsam. s. refrigerationem. Vetui aũt absinthiũ, & quicquid adstringeret, contingere: veluti alios rursus à refrigerantibus abstinui. Calfeci autem omni rõne, vinum uetus ex eorũ genere, quæ facultate valde calfaciunt, exhibens (cuius maxime generis sunt Falernũ, & Surrentinum) tum nutrimentum, quod calfaciendi vim hret, cum largo pipere. In nonnullis oẽ consilium curationis ad siccandum direxi: dabamq; ijs tum cibos, qui natura essent sicci, ac probe assati: tum prorsus exiguã potionem. Iniunxi aũt & adstringentium omnium vsum: quem vnũ, qui illis citra rõnem medẽtur, norunt. Aliũ verò non pridem, qui iam adeo siccatus fuerat, ut simillimũ habitum præferret ijs, qui marasmo marcescunt, sanaui, contra rijs oĩno exhibitis, ijs, q̃ egregij isti medici suaserant. Quippe non ex alia occasione eo periculi venerat, scũ inter initia exiguã intemperiem ex siccitate, quę madefieri postulabat, habuisset) q̃ q̃ ij, q̃ eum curandum susceperunt, tũ absinthio potantes, tum amaros asparagos, & bulbos eden-
C dos dantes, itẽq; mala cotonea, & cestiana, & punica, post quoque, vbi venter nihil horũ cõtinebat, ẽt rhois succum bibere cogentes, tum, quæ paulo supra dixi, extrinsecus imponentes, paulo minus, omnis madoris expertem reddiderunt: hunc nos sanauimus omni ratione humectantes, ipsiq; materiam inuenientes ex ea methodo, quæ in opere de medicamentis est tradita.

* Al. carpobalsamum.

* αὐτοφυῶν. i. sponte nascentium.

* Calefaciẽtes prius secundũ eã præparationẽ, quam ipsi decoctã vocãt sic Græce Quę porro esset decocta, & quomodo fieret docet Pli. lib. 31. c. 3.

Quæ uentriculi intemperies citius ac securius: quæ lõgo tẽpore & cũ periculo sanentur. CAP. 5.

NAm, sicuti in libro de demõstratiua secta* dixi, numerosis medicorũ inter se diffidijs vndique confusus, ubi me ad iudicãdum de his cõuerti, intellexi prius in demonstratiua methodo exercitandũ me esse. Quod cum multis deinceps annis fecissem, singula ipsi dogmata subieci: atque, prout inuentorũ indicatio me ducebat, ita curationes institui. Verũ, q̃m id non oẽs saltem p̃nt, expediet ipsis scribi per octo curandi *indicationes particularis materiæ comparandæ meditationes, à uentriculo rursus sumpto initio, q̃m huius primũ mentionem mõ fecimus. Ac facillimæ" quidem ad curandũ alterationes sunt, quæ ex calido, & frigido consistunt, propterea, q̃ maximæ actiuis qualitatibus corrigũtur: Aegrius curantur, q̃ in humido siccoq; hãr, q̃ imbecillis, & (ut sic dicam) magis materialibus qualitatibus eorũ curatio perficitur, potissimumq;, cum humectandum esse requiritur. Ac tp̃s quidem caloris, frigorisq; reparandi, par quodãmodo est, secu-
G ritas tñ impar. Nisi. n. cuncta, quæ ei, quod curatur, circũdata sunt corpora, ualida planè sint, metus est, ne ab ijs, quæ refrigerent, noxam contrahant non leuem. In reliquis duabus qualitatibus securitas similis est. Tempus curationis in sicca intemperie multo amplius: quippe, quod senium in sanis est, id sicca intemperies est in ægris. Itaq; etiam insanabilis est, si prorsus sit consummata. Est autem prorsus consummata, ubi solida similarium partium substantia reddita est siccior.

* αἱρέσεως, est in impressis, sed ī manuscriptis εὑρέσεως. i. inuentione.

A.l.3.f.13. t.1.c.24.f. 289.c

De Quadruplici corporum curanda siccitate, ac de optimo melle, & lacte, cæteris q̃, cibis, qui siccatis corporibus conueniunt, eligendis. CAP. 6.

A.l.1. f.1. d.6.c.2.fo. 26.b

NAm" est & altera siccitas, utiq; cum ea, quorum substãtia ex humore concreto cõstat, sicut caro & adeps, sunt liquata. Etiam tertia, cum propria humiditas, unde partes nutriuntur, omnino est absumpta. Continetur ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidã per eas sparsus: de qua dictum aliubi sæpe est. Hãc igitur inferere particulis sine nutrimento non est. Ideoque difficillima est omniũ eiusmodi affectuum curatio. Diuersa ab iis siccitas est, quæ in proprijs cuiusq; particulæ exilibus arterijs, uenisq; consistit: prouenit & hęc ex sanguinis penuria. Omnibus itaq; his siccitatibus maxime contrarius est austerorum usus, siue ea cibi sint, siue potiones, siue etiam medicamenta: quippe quæ, siquid in ijs supereſt naturalis humoris, id absumunt, partim

ebibentia,partim in ſinum ventris per exiguos meatus exprimentia,partim ád continentes par- E
tes trudentia.Curabis igitur ipſas,ſi meatus,qui contracti ſint,dilataueris:ac quod in vicinas par
ticulas eſt cõpulſum,reuellas:præterea ſingũlas ſimilarium partiũ ꝓpria humiditate, humectãtis
nutrimẽti ope repleas, veluti nos,quẽ memorauimus à medicis ſiccatũ,curauimus.Is in ea con-
trarietate,q̃ in frigido,& calido cõſiſtit,nullã euidẽter ꝓvincentẽ habebat intẽperiem, nec in vni-
uerſo corpore,nec vẽtriculo:ſiccus tñ & gracilis admodũ eſt redditus,ꝓpterea,ꝙ vẽtriculus eius
ex ſicca intẽperie imbecillus male cõcoxerat.Huic nanq; omne curationis cõſilium huc tende-
bat,vt humectaretur,tum ventriculus ipſe, tum reliquum omne corpus. Quibus aũt ſigillatim
agẽdis,quibusq; maxime materijs ſim uſus,vt voti compos eſſem,non ſit ab re dicere. Domum
ei paraui maxime balneo vicinam, quales multas eſſe in diuitum domibus non ignoras. Ab hac
ſtatim in balneum ſuper linteis mane intuli, vtiq; ne,ſi ipſe ſe moueret,tum ſiccaret:tum ante,q̃
κολυμβῆθρα. cõmodum eſſet,exoluereẽ: horum.n.alterum cõtrarium affectui eſt, alterum moram in balneo
minuit.Longiſſime nanq; in aqua verſari hominẽ expedit: ideoq; ẽt" natationes vtiliores ſunt,
q̃ parui aluei,quos Pyelus græce vocant:atq; ex ipſis natationibus potiſſimum, quæ ꝓpinquæ
ſunt foras egreſſui,quo ſcilicet illi ab aqua foras nõ longa ſit via:nam aerem balnei in ijs, qui ita
ſunt affecti,haud quaquã deſideramus.Eſto aũt aqua ad vnguem temperata,cum, quæ frigidior F
eſt,latenter frigus corpori infirmo inſinuet. calidior aũt cogat,conſtringatq; tenues meatus, ac
denſet.At nos eos,cum coacti ſunt,remitti,laxari,ac dilatari poſtulamus: quod temperatiſſimæ
aquæ qualitas pſtat,vtpote quæ,iucundiſſima cum ſit,naturam ad explicandam ſe,atq; ad dulce-
dinem,q̃ præſtat,quoquo verſus extendendã ꝓuocat,contraria uidelicet ratione ijs, quæ ſunt in
iucunda:ab ijs.n.recedit,fugitq; ad ꝓfundum.Quo minus mirum eſt ex offendentium cõtractu
ſtipari,cõſtringi,ac durari corpora,tenuesq; eorum meatus cogi,ac denſari:contraque, ijs ſcili-
cet,quæ iucunda ſunt,ſuccedere cõtraria,vtiq; fundi,ac molliri corpora,dilatariq; meatus. Ab
eiuſmodi lauacro ſtatim aſininum exhibui lac,ſed inducta in ipſam, qua iacebat, domum aſina.
Quippe ſic mihi ꝓſuaſeram maxime quidem celeriter hominem ſanandum,ſi fieri poſſet,vt ipſe
aſinam ſugeret:ſin id grauaretur,expedire,vt q̃ minimo tpe in aere ambiente lac moraretur:ꝓ-
pterea,ꝙ celerrime mutari ſit aptum, vtique genitalis ſeminis ritu,quod nec ipſum aliquandiu
extra propria vaſa,ſi modo ſuas vires ſeruabit,morari patitur,ſed vel in ipſius maris partibus cõ
tineri,vel ipſius fœminæ partibus ſitum eſſe poſtulat. Et ſanè vtiliſſimum lac eſt, cum ex ipſis
Al. Herodi- mammillis qs hauſerit,veluti Euryphon,& *Herodotus, & Prodicus cenſent: qui tm̃ in eo ad
ens. corpora reficienda fiduciam habuerunt,vt etiam, qui phthoe contabuerant,ex ipſa mulieris pa- G
pilla lac ſugere iubercnt.Verũ cum hoc plurimis non placeat,melius eſt calens adhuc ex mam-
millis,id in ægri ventriculum,q̃ ocyſſime transferre. Ac optimum quidem,vtpote cognatum,
muliebre lac eſt.Sed cm̃ id exhiberi ſibi,ceu pueris pleriq; recuſant,vtique, ceu aſinis, aſininum
ipſis dari cõueniet.Id.n.reliquis oĩbus ad ꝓpoſitum affectum eſt vtilius,quippe,cum tenuiſſimũ
ſit,& minime coagulatur,& quoquo verſus ocyſſime in corpus digeriẽ. Eget aũt horũ vtriuſq;,
cui vẽtriculus laborat,vtiq; ne coaguletur,cõis cõmodi gratia, omnibus.n.id eſt incommodũ:
vt quoquo verſus digeratur,ꝓpterea,ꝙ & celeriter nutriri eſt opus,& ꝙ viæ, per quas alimentũ
tranſit,iam conniuent.Igitur tum lac ipſum per ſe eſt,his dandum,tum ẽt mellis tepidi pauxillu-
lum immiſcendum.Maxima verò habenda cura eſt in eiuſmodi affectibus de vtriuſq; bonitate.
Quod igitur mel colore flauo ſit,& odore ſuaui:tum purum adeo,ut totum pelluceat:ac guſtan
ti parũ acre,iucundiſſim ũque:præterea tam ſibi cohærẽs,vt,ſi digito attollatur,cõtinuũ ſibi, nec
interciſum ad humum defluat:id omnium eſt optimum.Si uerò abrumpitur, nec demiſſum ad
terrã vſq; cõtinuitatẽ ſeruat,id aut craſſius iuſto eſt,aut tenuius,aut anomœomeres. Voco autẽ
anomœomeres,(quod ſanè & nomen ipſum indicat,) quod ἐξ ἀνομοίων μερῶν, id eſt ex diſſimilibus
partibus,eſt compoſitum. Deprehendas autẽ id,ſi diligentius inſpicias,aut craſſitudines, aut hu- H
miditates habere innatantes,quæ nec inter ſe ſint ſimiles,nec etiam toti. Ceroſum itaq; magis
mel eſt,quod & craſſius eſt,& cui tales quæpiam craſſitudines innatant. Excremẽtoſius verò ac
perfici concoquiq; difficilius tum quod totum humidum eſt,tum in quo multæ in partibus ſpar
ſæ apparent humoris guttæ:porrò, in quo vel ceræ qualitas aliqua,uel propolis,vel id genus alia
guſtu deprehenditur, adeo non eſt optimum,ut etiam malum ſit: quippe nullam penitus alte-
rius cuiuſquam rei eminẽtem in ſe continere qualitatem debet. Quocirca, quod thymum planè
redolet,non probo:eſt.n.id parum conſummatum,nec planè quodammodo mel. Quanquã nõ
ignoro à quibuſdam id laudari,eoq; fieri,vt nonnulli uenditores inciſum thymum illi injciant,
quò id redoleat,videaturq; optimum.Ipſe tamẽ,quod tam improbe thymũ olet,nõ laudo: mul-
toq; minus,ſi cui iniectum thymum ſit.Quod autẽ confuſam quandam qualitatẽ odore guſtuve
præ ſe ferat,id non vitupero. Ad eundem modum, & lac nullam externam qualitatẽ odore gu-
ſtuve præ ſe ferat,ſed eſto quàm dulciſſimum, & ſibi ipſi continuum, & prout lacti conuenit,
ſplendens:ſuperomnia, quoad eius fieri poteſt,ſimiles habeto partes: nanque hanc dotem, ve-
luti,mel optimum,ad perfectionem non recipit. Quò verò tale lac fiat, & idoneis nutrimentis

alendum

A alendum animal eſt,& exercitationibus mediocribus admouendũ,& pullus,ſi quẽ lactat,auferẽdus.Quod aũt ætatis quoq; maxime florẽtis eſſe debeat,id neminem latet.Curandũ item,vt quã optime concoquat,cõtemptis videlicet ijs,qui,ſi aſinis quoq; victus rõnem præſcribemus, ridebunt.Si.n.Veneti & Praſini ſtudioſi ſectatores,equorum ſtercora,quo intelligant, quemadmodũ alimenta cõcoxerint,odorantur,tanq̃ ex eo oẽm eorum bonam habitudinẽ cogniturí, multo ꝓfectò magis noſtrum fuerit,ꝓ hominis ſalute nihil tale nõ proſpicere:atque herbas animali, quæ non admodũ ſint humidæ,fœnũq; & hordeũ,quod ſit mediocre,obijcere, ſed nec illa omittere,vt aſinæ corpus refrigeremus,& fricemus,& detergamus,& mundemus. Porrò ſi humidiora,& olentiora,& flatus plena excreuerit,planum profectò eſt nõ concoxiſſe probe. Quare aut detrahendum aliquid de alimento eſt,aut exercitationi aliquid adijciẽdum, aut qualitates immutandæ,aut refrigerationis,frictionisq; cura uarianda.Sin duriora reddat aĩalis aluus,ad contraria eſt inſpiciẽdum,atq; illorum aliquid immutandũ.Nã,ſi ipſe oĩa,quæ cõſideranda circa aĩal ſunt, cuius lacte vſuri ſumus,deinceps perſequar,totam tuendæ ſanitatis artẽ commemorẽ, q̃ teneat, neceſſe eſt,quiſquis idoneum lac præparabit:nunc verò dici opus nõ eſt, cũ alibi de ea traditũ ſit abſolutiſſime.Sed ad ꝓpoſitum reuertor.Ac mihi iam rurſus memoria repetes hoĩem,qui & la-

A.li.4.f.4. t.3.c.2.fol. 472.b

B uatus eſt,& lac ſumpſit.Hunc itaq; ad ſecundam vſq; lauationem quieſcere permittemus: tum modice fricabimus,& pinguiter, vtiq; ſi lac,qđ ſumpſit,iam ad vnguem confecit, id quod tũ ex ructu,tum vẽtriculi mole licebit conijcere.Modicum verò tẽporis inter primam & ſecundam lauationẽ interuallum erit,ſi quatuor aut quinq; æquinoctialium horarum ſpatium interſit, ſcilicet ſi tertio adhuc lauare paras:ſin aliter,pluriũ. Sanè tertio lauabis, ſi multis lauationibus fuit aſſuetus:hi nãq; & delectantur,& iuuãtur,ſi ſæpe lauent.Quin ẽt poſt quanq; lauationẽ hominẽ vngemus prius,q̃ ſe veſtiat:quippe conducit ad renutritionẽ id quoque,ſicut & frictio.Reddita verò de horum oĩum facultate ratio eſt in libris,q De ſanitate tuenda ſunt ſcripti: non tamẽ inutile fuerit nũc quoq; ſummatim ea repetiſſe.Nam,ſiue cuilibet parti corporis tẽperatam infundas calidam aquam,ſiue frices,ſiue aliter quomodocunque calfacias,idem fieri cernes,quod Hippocrates de ijs dixit,quibus aqua calida deſuper infunditur.Nam primum attollitur, mox gracile efficitur.Ideoq; vbi carne implere quodlibet corpus ſtudemus,id eatenus calfaciendum nobis eſt,dũ intumeſcat;Vbi verò digerere, & vacuare cupimus, eatenus continuandum eſt, dũ quod prius intumuit,ſubſidat.Sanè,qui eiuſmodi operibus præficitur,ſolicite attentus eſſe debebit,potiſſimumq; vbi carne implere ſtudetur:nam digerendi certe tempus adeo late patet, ut, etiam ſi

Lib. de Off. me. com.3.t. 16.7.215.h

C velis,in eo non aberres.At carne implendi planè præceps eſt occaſio:ſiquidem, cum primũ intumuerit,tum eſt deſiſtendum.At intumeſcere hoc,ſingulis corporibus ſuum eſt. Non enim fieri poteſt,vt,qui nunc nobis ꝓpoſitus gracilis eſt,ita intumeſcat,vt illi,qui ſani ſunt,immo, poſtquã leuiter intumuit,protinus digeritur.Itaq; attendendum diligẽter eſt,ne clam te elabatur propoſitus temporis articulus.Siue igitur hominem,qui extrema gracilitate eſt,perfrices, ſufficiat tibi ſolus rubor:ſiue laues,ſatis eſto mediocris calor:ſi quid vltra peragas,reſolues hominem magis q̃ nutries. Vngendum verò poſt lauationem oleo eſt,ne uidelicet plus iuſto digeratur, ſed obſtruantur exigua cutis ſpiramenta:Idem protinus,& ſiccitatis remedium fuerit;& aduerſus incõmodum,quod ab aere ambiente contingit,ueluti munimentum. Ac,ſi quidem delectatur lacte, poſt ſecundam quoq; lauationem id exhibebis:ſin aliter,ptiſanam diligenter coctam,aut alicam ptiſanæ ritu præparatam. Hinc,ubi rurſus quieuerit,ad tertiam reducendus lauationem eſt, aut ilico ad cœnam.Si autem præparatus illi panis purus,& qui curioſe in furno ſit coctus, & tũ fermenti,tum ſalis,quod ſatis eſt,habuerit.Obſonium quoq; ex ſaxatilibus piſcibus, aut ex albo iure aſellus. Præterea alæ,teſtesq; gallinacei,qui lacte ſit altus,idonei ſunt. Quorum ſi copia non eſt,* alijs vtendum. Ad eundem modum,& perdicibus,&* paſſerculisqui montani ſint, & mol-

D lis carnis,veſcendum.Vitanda autem,& quæ paluſtria ſunt,& quæ carne ſunt dura. Et(ut paucis alimenti ſummam complectar) ſit coctu facile,& nutriens,minimeque glutinoſum,atque excrementoſum. Porrò omnium,quos nouimus,ciborum maxime nutriẽs ſuilla caro eſt:verum non æquè, ac prædicta,cõcoctu facilis eſt:ꝑterea glutinoſum ſuccũ craſſumq; generat. Alioqui nec alio eſſe habitu poteſt,quod in ſummo ſit nutriens: quippe adhærere id debet,& firmiter affigi, non autem præ tenuitate diffluere.Non tamẽ ad propoſitum affectum,vti hac cõuenit.Si.n.nutrimentum ipſum ſe ipſum cõcoqueret,ac in partes digereret,præterea alendis partibus aſſimilaret,& quibus alimento plurimo eſt opus,adhęreſceret,proculdubio maxime nutriẽte cibo eſſet opus.Verum,qm̃ non aliud eſt,quod nutrimẽtum deſiderat,aliud quod ipſum conficit:ſed,quod nutriendum eſt,ipſum ſibi & nutrimẽtum atttahit,& mutat,& concoquit,& adiungit, & aſſimilat:ad duo nimirum nobis in opportuno cibo eligendo ſpectandum eſſe, dictat, vnum ipſius cibi naturam,alterũ vires ſuas ꝓprias inſitasq;. Itaq; ex his illud patet, nec planè,q maxime nutriat,optimum eſſe ijs corporibus,quæ refici magis egent, vtpote quibus concoquendi facilitas non eſt:nec etiã,quod facillimum cõcoctu eſt,cum ſcilicet ipſum nequeat maxime eſſe nutriẽs. Cum igitur hæ* indicationes ex aduerſo pugnent,committendum non eſt,vt,dum †alteri nimiũ

*Al.ἀγρίοις,id eſt agreſtibus *ϛρουθοῖς,ideſt auiculis. Nam ϛρουθὸς genus eſt ad auiculas oęsmontanas. ↓ῖτα.ſunt paſſeres: lib.4. & 5. hiſtoriæ animalium.

† ἐτέρου τῆς ἀκρότητος, ideſt alterius exceſſui.

sis intentus, alterius omnino obliuiscaris, sed vtriusq; memor, quoad licet, vtrunq; misceas: q̄ mihi p̄ceptū vbiq; memoria teneri velim. Iam vini tum qualitatē, tū quātitatē, memoremus, vtpote, q̄ maximā ad talia vim habeat: qñ uno hoc in potu utendū cēseo omnibus, quibus refici corpus est opus, mō nō febricitent. Esto igitur vinū (q̄ exēpli loco dicatur) quale est Sabinū in Italia, *Arsyniū uerò in Asia, ac (vt sūma quadā, ac generatim cōprehēdā,) q̄ aquosum q.dē alioq; est, cæterū leuiter adstringit, Aquosum natura appello vinum, † qđ tenue est, } & purū, & oligophoron, vt Hippocrates græce nominauit. Est aūt Oligophoron, quod, si diluatur, minimam sustinet aquæ mistionem. Id sanè imbecillissimum, &, vt in vinis aquosissimum: nam, quod pluri mum aquæ in mistura sustinet, id tum vehementissimū, tū validissimum est. Eiusmodi vinū Hippocrates Oenades, hoc est (vt verbi vim exprimā) vinosum, nominat. Verū ab hoc cauēdū est, qñ imbecillas vires feriat. At, qđ *aquosum natura est cæterū austerū, id percōmodum est, q̄ & ab aquæ imbecillitate recessit, & vini noxā nondū hēt. Ad hæc itaq; respiciēs, tū ætatē eius, tū tēperamētū inuenias. Quippe, quod nouellū est, id tum aquosius, tū verò imbecillius quodammodo est, q̄ ut uino conueniat: adde ēt, qđ ægrius concoquitur, ac magis excrementosum est. Antiquius verò, vt vinosius est, ita vehementius est, q̄ vt ꝓpositis sit ex vsu. Quo circa citius sexto anno nobile Sabinum idoneū nō est, qđ & diutissime in stomacho, ac vētriculo innatet, & fluctuationes faciat. Nobile voco, qđ austerū est, non Sabinum modo, verum ēt Adrianū, & Albanū, & *Arsynium, & Titacazenū, oīaq; id genus: dictū nanq; fusius de oībus uinis seorsum est. Ad has igitur, veluti metas, respiciens, ēt misturā eius cū aqua temperabis. Quin ēt exactius cōiecturā de iā dictis facies, si vitiorum aquæ capita memoria tenueris. Porro pendent ea ex frigiditate eius oīa: cuius culpa, & in p̄cordiis diutissime moratur, & fluctuationes excitat, & in flatū mutatur, & corrumpitur, & ita ventriculi resoluit robur, sic, vt deterius proinde cōcoquat; sed nec digerendo per corpus alimento aliquid magnopere cōducit. At verò memoratorum vinorū uirtutes cōprehensis iā aquæ vitiis aduersam quodammodo naturā habent, cū nec inflent p̄cordia, immo si inflata sint subsidere faciant: nec inibi moram trahunt, ꝓꝓ caloris mediocritatē. adde qđ, cum digestionis uias aperiant, & pariter impellant, ac nutrimētum sursum agant, ad celeritatem deductionis in corpus conducunt. Sunt præterea boni succi, & ad *miscenda concoquendaq; ea, q̄ in ventriculo, & uenis sunt, idonea. Iam vires quoq; organorum adaugent, & expellendis excrementis uiā faciunt. Eoq; fit, vt ēt talia vina præter cætera vrinas moueāt: qñ & ipsa totum corpus celeriter transeunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt. Ac dictum q.dem alibi diligentius est de uinorum facultate æque, ac ciborum. Cōuenitque, ut, qui artem *methodo tradi sibi } studet, omnis materiæ uires prius p̄didicerit: nec expectet, ut eas in singulis affectibus audiat: sed simul ac curationis tm̄ speciē norit, debitam victus rationem inuenire possit. Ego uero iis consulens, qui veritatis discendæ sunt auidi, eiusmodi doctrinam attingere saltē nō grauabor, quo scilicet, q̄ minus exercitata cogitatione sunt, exēplis a generalibus ad particularia, veluti manuducti, descendant. Ergo, qđ reliquum est, apponēdum. Potionis modus erit, ut nec in uentriculo innaret, nec fluctuationis ullius sensum inuehat. Ciborum uero, potissimū si fieri potest, ut ne grauent quidem ipsum. quod cum difficile sit, vel fortasse eiusmodi, qđ uitari in imbecillo uentriculo oīno nequeat, proximum est, ut q̄ citissime grauis esse desinat. Ab hoc tensio in flatioq; præcordiorum uitandæ ijs sunt. Quod si tale quippiā primo die inciderit, pro magnitudine symptomatis ad portionem detrahendum postridie de cibo est, sin recte omnia cedunt, paulum adiiciendum. Ad eundem modum, & in tertio die uel demere, uel adiicere conueniet cū præcedente conferentibus. Atque ita semper omnia pro renutriendi reficiendiq; ratione, *frictionibus, gestationibus, inambulationibus, prout corporis incrementum procedit, administrare, etiā reliqua omnia pro refectoria uocata ratione adiicientibus. Quæ sanè genere a proposita ratione non differt, sed in eo, quod sub illa perinde totum corpus est affectum, sicuti sub hac uentriculus. Accidit autem sic affici corpus in diuturnis potissimum morbis, utique cum natiua cuiusque partis humiditas, ex qua prima nutritur, propemodum oīs exhausta iam est: nam, vt solidarum ipsarū siccitas corrigatur, id fieri oīno nō potest, sicuti nec senium, veluti ī libro de Marasmo docuimus: hanc uerò humiditatē, ēt si oīno sit absumpta, regigni modo dicta uictus ratione licet, Atq; in aliis refectionibus uentriculus egregiè præ cæteris nō afficitur: in proposito aūt affectu morbus est ipsius vētriculi, tēpore uero totum corpus, utpote parum probe nutritū, macrescit: quo rationabilius est exquisitiorem hos victus rationem requirere, propter concoctionis imbecillitatem. Cæterū, cum meliores sunt effecti, transferendi sensim sunt ad renutritoriam refectoriamq; vocatam victus rationem, Analepticen Græci vocant. Id fiet, si pluribus, & frictionibus, & gestationibus, quam ante, vtemur. Mutanda uerò interea est, & ciborum, tum qualitas, tum quantitas sic, vt tum plures, tum valentiores, q̄ prius, exhibeantur. Ac tempore procedēte, cum ad sanitatis statum prope ventum iam est, seponenda sunt ptisana, & lac: præterea sorbitio ex alica: ac ad consuetos cibos ueniendum: post etiam pisces detrahendi, nisi si in consuetudine fuerunt, ac volatilibus cibādum: tū suillas carnes esse a pedibus in ptisana elixis incipient: post verò

etiam

A. Arsyenum. † Antiq. legūt τὸν λεπτὸν καὶ λευκὸν, καὶ λαμπρὸν. i. quod tenue est, & albū, & splendidum. Lib. de Rat. uic. in ac. com. 3. t. 20. 7. 128. g

A. l. 3. f. 1. t. 1. c. 29. l. 290. d

Ibid. com. 3. t. 1. 7. 125. d

*Al. Arsyenū

*καταμεραστικοὶ. i. contemperanda.

*ἐργάζεσθαι.

*κινήσεσι, i. motionibus, est in īpressis.

A etiam imum crus recte sumãt: ab hoc etiã reliquas partes: primũ q̃ dẽ iuuenis porcelli, q̃, si hyems
sit, & pridie iuguletur, nam hesternum, q̃ recens necatum, facilius cõcoquitur. A estate sat fuerit,
si mane immolatus porcellus sit, ac circa Solis occasum comedatur: q̃ppe, q̃ in superioribus sua
simus, cum valentius alimentum vesperi exhibendum censuimus, id semper obseruare studebi-
mus, vtiq; non leue p̃cepturis cõmodum iis, qui ita cibabũtur: q̃ sanè diligẽtius inspiciens agno-
sces: satius.n. est à principio rem cœpisse. Quoniã, qui ita se habẽt, plurimo nutrimento indigent,
nequeũt aũt, vel q̃ mediocre est, cõcoquere, paulatim hos, & sæpius cibare melius fuerit. Atq; id-
circo fieri non põt, vt semel eos cibasse sit satis, sed nec bis, quoad scilicet sunt gracillimi: atq; hac
de causa ipse ter eos cibare sum solitus. Verũ, qñ iã manifeste meliores facti apparent, ẽt bis nu-
triuisse sit satis. Ergo tantã exhiberi primã cibationẽ est rationale, quanta prius q̃ secunda suma-
tur, tota prorsus erit cõcocta. Id contingere valentiori alimento non põt. Quare primo loco le-
ue sumendum his est, quò videlicet concoquatur celerrime, & excrementum eius discedat, & va
cuus, purusq; vẽtriculus secundum excipiat. At, qm̃ non solum quies, & somnus, sed ẽt longius
tempus huius naturalem administrationem excipit, rationabile est, vt valẽtiores ciborũ hoc ma
B xime tẽpore offeranẽ. Itaq; ẽt athletæ oẽs sic faciunt: qui eum vsum non solũ aliqua ratione inue
nerũt, sed ẽt longa experientia cõprobarunt. Sed enim, & q̃ illi faciunt, nihil mali sit, si ij, qui con-
A.l.2.f.1.t. cap.102.f. 449.b.c ualescentium victu vtuntur, ẽt faciant, vt ilico" post cœnã non bibant, uidelicet ante, q̃ cibus fue
rit concoctus: siquidẽ innatant cibi, si bibant, ita, vt eos ventriculi corpus p̃p interpositũ humo-
rẽ non cõtingat. Verum, si sitibũdi fuerint, prohibere eos in totum, vt graue est, ita nec expediẽs:
sed tantillum indulgendum, qđ & molestiam soletur, & sitim leuet. Postea verò, q̃ nutrimẽtum
concoxerint, abunde bibere sunt sinendi: quippe celerrime, si ita faciant, per corpus digeritur.
Manè verò post somnum, cum deiecerint, & paulum inambulauerint, modice sunt fricandi. Est
autem modica his frictio, quæ eatenus administratur, dum corpus incaleat: mox gestationibus
vtendum: dein rursus, cum lauandi sunt, tum fricandi, idq; intra meridiem, aut plane circa ipsum
meridiem: quò videlicet ad vesperã abunde spatium interueniat. Quòd autem & de domibus, in
quibus conualescens nutritur, habenda in primis cura sit, potissimum, ne frigidiores calidioresve
iusto sint, superuacuum dicere arbitror: pari modo, & de aliis eius generis, quæ inuenire sibi quis-
que, sine nostra opera põt, doctus videlicet non solum ex his, quæ hic, sed etiam quę in opere De
C sanitate tuenda sunt dicta. Est nanq; cõualescentium victus ratio media quædam inter eam, quæ
sanorum propria est, & quæ ægrotantium. Quare difficile non est ex iis, quæ de vtraque sunt p̃-
dita, vt per seipsum quis mediam inueniat. Nam, sicut nec aliarum rerum, ita nec victus vna om-
nibus species in consuetudine est: cum aliis semel esse, aliis bis: & aliis citius, aliis ad uesperam in-
cepisse cibum, moris sit. Iam cibus ipse aliis piscis plurimũ est, aut deniq; aliquid ex mari: aliis olè
ra magis, aut denique hortẽsia: aliis * poma: aliis legumina: aliis * nuces: aliis aliud quippiam: aliis
quadrupedum carnes, atque harum aliis aliæ: aliis auium, idque aliis aliarum. Quin etiam caseo,
& lacte utuntur nonnulli plus, q̃ ceteris cibis, generaliter quidem caprarum, vel boum: sunt ta-
men, qui & aliorum aĩalium. Bibunt quoque alii calidum, alii frigidum; & vinum, uel liberaliter,
vel parcius, vel omnino nullum: vel hoc genus, vel illud. Ad ea igitur reducendus quisque est, q̃-
bus insueuit. Scriptum autem diligentius de consuetudine seorsum est. Nunc illud dixisse abun-
de sit, non modo in conualescentium victus ratione, sed etiam in morbis magnam partem † ad
totius victus, medicamentorum q̃; } inuentionem ex consuetudine sumi. Ratio enim totum ge-
nus indicare potest: materia cum ex aliis, quæ retuli, tum verò ex consuetudine nõ minime est su
D menda. Sed & naturarum inspiciendæ sunt proprietates. Noui.n. quosdam, qui, si quod vigilan-
tium opus nocte obire fuissent coacti, dormire p̃terea non poterant. Talibus igitur, vt noctu bi-
bant, consulendum non est; ne uidelicet ea occasione vigilare coacti, maximam inde noxam sẽ-
tiant: siccat nanq; totum corporis habitum vigilia, eoq; infestissima est ijs, qui ex siccitate labo-
rant. Sunt & qui, si ptisanam gustent, protinus nauseent, eadem in quibusdam facile acescit. Esse
vero aliquos, qui facile carnem bubulã concoquant, iam vnum ex publice iactatis est; præterea
alios esse, qui ad alios cibos potusq; recte se; aut nõ recte habeant. Non solum autem ex his ma-
teriæ, q̃ ad uictum pertinet, copia suggeritur, sed ẽt ex regione, & tempore. Scriptaque iam hæc
sunt a multis, qui me præcesserũt, quo minus ipse istis insisto; qui ideo tantum ea commemoro,
nequid videlicet sit omissum. Quod verò ab omnibus iunioribus medicis est omissum, id perse-
quar; nempe quemadmodum affectus corporum methodo curetur. Eam methodum veteres
(vt ante dixi) probe inchoarunt, nemo tamen eorum ipsam absoluit. Verum rursus ad propositi-
tum redeundum. Siccæ intemperies, vbi solida ipsa corpora cõtigerunt: siquidem in vna quapiã
parte consistant, veluti nunc in uentriculo propositum est, nunquam ad perfectionem sanabun-
tur, nec in eum statum, qui ante morbum fuit, reuertentur. Sed, quod dici in consuetudine vul-
go solet, re scilicet ipsa edocto, id talibus maxime intemperantiis accidit, morbum uentriculum
afflixisse, & in reliquã vitam imbecillum reddidisse. Quippe senum ij vẽtriculum obtinẽt prius,
quam cõsenuerint; quo fit, vt facile ex leuibus lædantur causis, perinde ac senes, nec probe conco

* ὀπώρας. * ἀκρόδρυα.

† εἰς ὕλης προφῆς ἐκλεξιν, est in anti: quis desit ad electionem materiæ

quere

quere possint: quo euenit, vt ēt totū his corpus deterius se habeat. Ad eundem modum, & si alia E
quauis afficiantur parte. Quòd si ipso ēt corde sint affecti, celeriter arescūt: vocatq; ariditatem si-
ue marasmū eiusmodi Philippus ex morbo seniū. Is igitur marasmus breui mortē affert. proxi-
me huic, qui ab iecinore est inceptus: mox qui a vētriculo: qui ab aliis particulis ortum hēt, tāto
sanè tardius, quāto quælibet harū minoris est præstātiæ, q̄ illæ. Si verò leuiter cordis corpus sicca
tum sit, senescunt quidem celeriter, cæterum plures annos trahūt, q̄ qui vehemēter sunt læsi. Ad
eundē modum in iecinore & ventriculo, ceu dictum est: ac in reliquis oībus ad portionem. Cęte
rum victus ratio eadem genere est, tum in hac siccitate, tum in illa, quæ solā eam humiditatē ab
sumit, quæ solidas nutrit: præterea ēt in tertia, quam supra memorauimus, siccitate. Facillima ue-
rò oīum sanatu quarta est, in qua uenæ succo sunt inanitæ. Immo hic affectus, vt frigiditas potius
habitus, curatur, quā vt siccitas: vel (vt clarius loquar) frigiditatis respectus in hac siccitate exupe
rat, periculumq; in ea vertitur. Siccitas fm locum obtinet, habetq; proinde sanationem, tum ex
promptā, tum celerrimam. Siquidem, si biduo quis victus rationem his caute exhibeat, modice
1. Aph. 7. Ext. ord. 11. h calfaciens, & tutò nutriens, statim in tertio pleniorem victum citra noxam admittunt: multoque
id magis in quarto & quinto. Atque hoc sanè erat, quod Hippocrates præcipit: "Quæ longo spa-
tio extenuata corpora sunt, ea segniter reficere oportet, quæ breui, breuius. F

Ratio curandi frigidam, & siccam intemperiem ventriculi. CAP. 7.

SCire aūt licet solidorū corporum siccitatibus, si perdurent, succedere necessario frigiditatem.
Quippe permanere siccitas ipsa per se, non mutata oppositione, quæ ex calido, & frigido si-
stit, non potest. Celerrime. n. ex nutriendi defectu refrigerantur partes, propterea scilicet, q̄ ex
calido succo sanguinis nutriuntur. Sed, quod inter initia dictum est, nunc siccitatis curationē exe
cuti sumus, & quæ ab initio sola est contracta, & quā nulla diutissime secuta est notabilis frigidi-
tas. Ergo proximum fuerit frigiditatem illi copulare, quæ euidētes q̄dē habeat notas, cæterū ma
gna non sit. Est itaq; curationis consilium non simplex, vt prius, cū non modo tibi, vt humectes,
danda sit opera, sed ēt vt calefacias. Quare intēdendum acriter est ad præsidiorū materiā, nec ubi
imprudentes, ijs, quæ humectāt, ea, q̄ nimiū calefaciant, adiungamus: quippe his vehementer sic
candi uis subest. Iam verò quantitas noxæ in vtraq; intemperie ad materiæ inuentionem potest
uiam ostendere: ut iamiā maximæ quidem siccitatis sanationem mō ꝓscripsimus Modicæ verò
scrupulosa victus rōne non indigēt, q̄nquidē nec uires ipsis funditus sunt collapsæ. Etenim nulla
alia de causa difficilis redditur validæ siccitatis in corpore commoda curatio, q̄ q̄ refici q̄dē cor-
pus postulat: cibus verò ꝑ se coalescere cum eo nō pōt, sed eius, q̄ nutritur, operam, qua præpa- G
retur, requirit, quod est imbecillum. Ergo, cum id modice siccum fuerit, propterea, q̄ vires non
penitus conciderunt, vberius cibare licet: nec metus est vllus, ne à modo aberres. Quo magis ipsi
de difficillima intēperie differere instituimus: ac in ea, veluti exemplo, studiosos exercuimus. Hic
nanq; orsi ipsimet, ad mediocres siccitates corrigendas idoneam materiam inuenient. Propona-
tur aūt & nūc siccitas quidē similis priori, copuleturq; ei frigiditas. Ergo calefacientis materiæ ad
miscendum iam dictis tm̄ erit, quātum particula ad frigus inclinauit. Proponamus igitur eā pri-
mum modice refrigeratam: Ergo iis, q̄ paulo ante retulimus, in lactis quidē vsu mel uberius adij-
cietur. Vinum" verò, quod quidē ad genus spectat, idē, cęterum quod minus aquosum, q̄ prius, & A. l. 3 f. 13. t. 1. c. 30. f. 290. e
plurium annorū sit, dabimus. Quin ēt esculenta oīa calidiora exhibebimus, idq; nō naturalibus
mō ipsorū tēperamētis, uerū ēt recētibus {ex igni} qualitatibus. Nardino præterea vnguēto vn
gendus assidue vēter est sic, ut nunq̄ remaneat siccus. Sin id unguentum non adsit, mastichinum
satisfecerit; sed & opobalsamo eum perungas, tum ipso per se, tum verò cum iam dictis misto.
Quod si corpori ea magis adhærere studebis, ēt ceræ aliquid admiscebis. Si verò etiā aer ambiens
sit frigidus, lanam ex his imbutā impones. Quin ēt chiam mastichen in opobalsamo, aut nardino
vnguēto liquans lanam inde madentem ventriculo impone: Sanè vtilius fuerit, si, quod madefa- H
cies, etiam optima sit purpura, qualis est Tyria; † quando & adstringi ipsum modice, & cutis eius
meatus obstrui expedit.} Siquidem, quæ rarum habitum faciunt, & relaxant, ea tū digerunt suc-
cos, tū particulas frigidis extrinsecus aduenientibus obnoxias reddunt; quę verò valenter adstrin
gunt, ea siccant. Quo fit, vt medicamētum, q̄ eiusmodi corpora excalfaciat, id nec euocantē uim
habere expediat, nec adstrictoriā multam sibi immistam. Memineris. n. uelim, tum eorum, quæ
in ægris es contemplatus, tum quæ in opere de medicamentis es edoctus, nempe acerbā qualita-
tem sua quidem ipsius uirtute, & refrigerare & siccare: q̄ sicui valide calfacientium sit admista, qđ
ex ambobus compositum est, minus quidem in calfaciendi munere efficere, q̄ alterum, siccando
verò non minus, quam vtrunque. Maxime contraria faciunt ijs, quæ præcepimus, nostri tēporis
medici, qui siccæ parti, & quæ nutrimento male fruitur, compositum sæpe medicamentū ex cali
da, & acerba materia imponunt. Est autem eorum, quę ῥυφναὶ græce dicuntur, {nos inopia com
modioris uocabuli acerba diximus,} nullū ꝑfectò modice* adstringēs, ideoq; nec modice siccās:
quo videlicet magis prohibēda ea in iā dictis affectibus sunt. At verò, si cū siccitatis intemperie
multa frigiditas sit, sic, vt fortius calfacere subigat, oīū primū ītēperamēti genus ad memoriam

reuocabis

† codices græci īpressi hēnt, ut Linacer uertit. quāquā antiqui ad Tyriā referunt, ita. n. hēnt, συφεὶ τὲ γὰρ μετρίως αὐτὴν, ἐμπλάττει τὲ τοῦ δέρματος τοὺς πόρους, id est: ea enim modice adstringit, cutisque meatus obstruit. utraque tamen lectio bona est.

* codicis īpressi, & pleriq; ēt manuscripti habent, ut Linacer vertit. Sunt tamen, qui habeāt ψύχον, i. refrigerans.

A reuocabis,quippe quod omnium grauissimũ esse ostẽdimus.Quocirca ad corrigendum quoque esse difficillimũ,multaq; solicitudine egere,id minime est ignorãdũ. † Incipere* vero simili modo a cõprehensis prius materijs tẽtabis,sperans scilicet fore, vt longiore tpe per tutiores sanetur affectus.Sunt porro tutiores hæ,nam repetere ea,quæ sunt tã necessaria,est satius.In nardino vnguẽto solues mastichen chiã q̃ pinguissimam,ac purpura excipiẽs vteris.Eritq; vtilius,modo copia eius sit,si opobalsamũ adieceris.Dãdũ p̃terea vberius cũ lacte mel est, sed detracta prius spuma,quo & minus sit excrementosum,& magis nutriat.Quin etiam mel ipsum*despumatũ,per se optimũ nutrimẽtũ frigido vẽtriculo est,ita,vt calido aduersissimũ. Atq; hæc ambo meminisse in primis oportet,vtiq; plurimis medicis ignota. Ac neque aliquid in frigido corpore melle magis expetendũ,neq; in calido magis respuendũ.Ergo plurimũ huic affectui pro nutrimento mel optimũ esto,sed quod prius sup prunas ex quercu,viteve ad summũ candentes,fuerit decoctum,ac curiose despumatũ.Vinũ aũt eligẽdum semper est antiquum:eoq; antiquius,quo maior fuerit frigiditas.Tum,si res postulabit,totũ genus immutandum:ac primo loco Adrianum,mox Tyburtinũ,aliudve similis generis eligendum:vetera q̃dẽ oĩa, cæterũ non adeo,vt amara iam sint:ficB cant enim q̃ amara sunt,immodice.Sanè optimũ medicamentum talibus oĩbus sit, quo piscatores quotidie vtũtur.Ergo illinire eo totũ vẽtrẽ cõueniet,ac post auelli prius,q̃ refrigeretur, atq; hoc,si bis vno die deinceps feceris,abunde erit:sæpius aũt nõ expedit, qd̃ ita,per halitũ digeras, non sanguine bono particulã impleas.at nos ex ppinquis locis attrahere, non id,p continetur, educere studemus.Idẽ omnibus particulis,quæ ex nutrimẽto fructum nõ sentiunt, (atrophusas Græci uocant) mirificũ medicamẽ est,siquis eo moderate sciat vti.Sed & calfacere vẽtriculum; ita,vt in qualitate calorẽ eius non intẽdas,sed q̃ maxime naturale eius temperamentum tuearis, ac substantiam inaugeas,id ex leuissimis in eiusmodi affectu consiliis non est.Efficit hoc in victu simul cum ijs,quæ iam dicta sunt,maxime vinum:ex ijs verò, q̃ uentri extrinsecus applicantur, boni habitus puellus vna sic accubans,vt semper abdomẽ eius contingat. Sunt,qui catellos pingues in hunc vsum habeant,neq; id in aduersa mõ ualetudine, verum ẽt in pspera:tales itaq; ijs, qp ssiccitatem quoq; solam imbecillum vẽtriculum habent,sunt idonei. Seruandumque ante oĩa est,ne puellus humecta sit cute:q.n.noctu sudore perfunduntur,refrigerant potius,q̃ calefaciant.Nocent præterea tali affectui & calida fomẽta: q̃ qdem sicca sunt,eo,p rorem similarium C corporũ depascunt:quæ humida sunt,p hunc digerunt,potissimum vbi largius his vtimur:præterea p nimis rarum frigoriq; opportunum corpus efficiunt.Ac de hac intemperantiarum coniugatione hactenus sit satis.

A.l.3.f.13. t.3.ca.5.f. 298.g

A.l.3.f.13. t.1.c.31.f. 298.g

De curanda Ventriculi siccitate,cui caliditas iuncta sit. CAP. 8.

AB hinc multæ,vt propositum est,siccitati iuncta caliditas esto non admodum multa.In eius modi intemperie primũ curationis modum seruabimus,sed vini vim, mellisq; copiã diminuentes,nõ solũ nõ augẽtes,ita,vt mel prorsus non degustetur,vinum vero exhibeatur,p minime sit antiquum.Iã cibos apponemus † sub lactis tepore:} sed si æstas est, † sub aquæ fontanæ frigore.} Sed & ventriculum ungemus oleo tum crudo,tum melino. Ac multo sanè magis,si pluscula caliditas sit,ipsum vinum,tum aquosius exhibemus,tũ sub eo frigore, qd̃ fontis aqua p mediũ ver exhibet,illud nobis persuadẽtes,eiusmodi affectũ febri pportione respondere:quippe,p illa vel in toto animali,vel in corde est,id ppositus nunc affectus in ventriculo est. Atq; ipse scio me una cum p̃ceptoribus primum omniũ uidisse hominẽ quẽdã maturæ ætatis nõ paucos iã mẽses vexatum:sed nec eorũ quisquã affectum eius intellexit,nec ẽt ipse:postea verò,cũ iã medendi D {eius affectus} methodum inuenissem,uenit mihi in mentem hunc vtique illum esse affectum, quem olim fuerã cõtemplatus.Melius aũt est,rem ẽt exponã:quippe utilis oĩno erit iis,q audierint,nõ secus, ac fuit mihi.Homo erat quadraginta natus annos:medio,dũ valebat,crassitudinis & gracilitatis habitu.Is siri vehementer affligebatur, ac calidam auersari se dicebat,cum illi frigidã nemo daret,tametsi hanc impẽse flagitabat:febricitare tã medicis non videbatur; & vẽtriculus,quæ sumpserat,tribus aut quatuor horis post euomebat simul cũ potione.Itaq; gracilis iã effectus erat,ac periculo propinquus,minime videlicet adiutus ab austeris acerbisq; tũ cibis,tũ medicamentis.Sumebat verò & post cibum,austerum vinum is homo, cum nec vltra sitim tolleraret,ac (vt aiebat) mori mallet,q̃ in cruciatu viuere. Aquam frigidam simul multam super cibũ hauriẽs,ptinus sitire destitit,paulo verò post plurimum {eius} euomuit.Ab hinc horrorẽ in toto corpore sensit,pluraq; operimẽta popposcit, cũ prius oĩa abijceret: tũc igitur reliquũ totũ diẽ, quo id fecit,noctemq; totam in quiete egit,cooperimẽtis se fouẽs.Vẽter vero circa mediã noctẽ semel excreuit,q̃ medioriter erant cocta. Itaq; nec sticulosus p̃terea erat.Posterò autẽ die tum coloratior multo tum firmior est effectus. Ac deliberabant iam medici,an hominẽ lauare expediret,alij quidẽ suadentes,alij dissuadentes,vicit autem sententia eorũ, q lauare suaserunt. Itaq; ẽt lauatus citra offensam est,ac modice cibatus:tum melius ei,q̃ pridie,vẽter concoxit. Questus autẽ est,quod difficulter transglutiret,visumq; omnibus est ppter uomitum,q præter consuetudinem inciderat,vellicatam illi* gulam fuisse,ac proinde male habere. Cæterum,vt ẽt secutis die

bus

* ἀπέρχεσθαι est i aliquibus co. ut Linacer uertit. ἀπέχεσθαι. i. abstinere est ī impressis. In aliquibusẽt cod. legit ἀπέχεσθαι δεὸμοὶ ὡς τῶν ἰσχυρῶς θερμῶν ϗ σφυρῶν πειρῶ. i. Abstinere uerò simili mõ a vehemẽter calidis & acerbis tentabis.

* ἀφεψημένον.

† tepẽtes,quos medici γαλακτώδη, i. lacteos uocare consueuerunt.

† quos uocant χρηναίους. i. fõtanos.

* σόμαχον græce legitur.

bus ſymptoma permanſit, conſtabat nobis omnibus ventriculi imbecillitatē eſſe ſanatam, gulā E
aut eſſe ꝓfrigeratā. Nec ſane mirādū erat, ſicut potione illa, ꝙ immodice calfactū erat, ad mediocritatem eſt reuerſum, ſic, qđ mediocriter calebat, finiſſe refrigeratum. Cæterum gulā eius nemo potuit ſanare: ſed uitio ī vitiū mutato tādē mortuus eſt. Aliū verò huic ſimilem non paucis annis poſt vidi, cū oēm vētriculi intēperiē diſcernere iam poſſem. Viſum igitur eſt mihi ſtatim maiore conatu refrigerādū eſſe prius, q̄ homo magis extenuatus ſimile ꝙppiā priori ex refrigeratione pateretur. Tutius igitur vilum eſt primū refrigerātia medicamenta, q̄ p̄cordiis imponūtur, experiri. Quo facto, æſtus ſanè uētriculi eſt remiſſus, cæterū homo ſuſpirāti ſimiliter reſpirabat, tāquā ægre totū thoracē moueret. Quin ipſe quoque interrogatus, talem quampiam ſentire ſe offensā fatebatur. Aduerti itaque illi trāſuerſum ſeptū refrigeratū eſſe: ꝓindeq; abiectis refrigeratoriis, foui locū oleo calido. Cū aūt reſpiratio ſtatim naturalē motus ſui ordinē recepiſſet, a fouendo deſtiti: ſtatui aūt hoīem lōgiore ſpatio moderate refrigerare. Ergo, & q̄ extrinſecus refrigeratoria applicui, infra magis impoſui, a ſepto vmbilicum verſus recedēs: & cibum potionemq; oēm (excepto lacte) ſub fontanæ aquæ frigiditate exhibui. Atq; ita lōgiore ſpatio ſanatus eſt, nuſquā alibi offenſus. Sciri tñ illud ante oīa debebit, vbi valide in ambabus qualitatibus immutata quęuis particula eſt, omnem eius actionem perire: nec facile, quod ſic eſt affectum, ad ſuā naturā reuerti F
poſſe. Vbi verò altera tantum qualitas pluſculum immutata eſt, veluti nūc ſiccitatem finximus: reliquarum aliqua mediocriter ſe habet: vtique, qui ita affectus eſt, ſanari poteſt.

De caliditate ventriculi curanda, cui humiditas, vel ſiccitas coniungatur. CAP. 9.

PRoponamus itaq; rurſus exuperare intemperiem calidā, huic aūt adiunctam eſſe modo humiditatem, modo ſiccitatem, ſed mediocrē vtrāque, ac prius humiditatē. Hanc intemperiem minore metu aqua frigida curabimus: qñ minime ex ea lædentur vicinæ partes, q̄ mediocriter ſe habeant. Nā in ſiccis affectibus neceſſe eſt, non ea modo, q̄ proxima ſunt, ſed ēt totū corpus gracilius reddi; vētriculo aūt ipſo nondum ſiccato, vt nunc eſt propoſitum, nec totū attenuatū eſſe corpus pōt: quare nec frigidæ potu lædi. Sicubi verò adeo vehemens caloris intēperies ventriculū occupet, vt vſq; ad cor ipſum ꝓueniat, febricitare hoīem neceſſe eſt. Quominus mirum eſt, ſi eiuſmodi intēperiē maius periculū inſequitur, ſanatio tñ genere eadē eſt: tradetur aūt poſtea, vbi de febrium curatione differetur. Qui aūt cum ſiccitate coniunctus calor eſt, eadē genere remedia poſcit, cæterum non adeo ſecurus eſt refrigerātium vſus propter eas, quas retuli cauſas. Humida verò intēperies, ſiue ſola cōſiſtat, ſiue cum calore frigoreve cōiuncta ſit, oīum facillime curatur. Et qm̄ tres hæ intēperies creberrime vētriculum affligunt, ſuntq; curatu facillimæ, harum curationem in memoria habent, quicunq; abſq; methodo, hoc eſt via, & ratione, morbis medentur: ac ad alias eā intēperies (vt dictum eſt) trāsferunt, ignorātes videlicet plures eſſe. Sunt porro ipſius humidæ intēperātiæ, cum ſola cōſiſtit, remedia, cibi, q̄ citra valentē calefactionē, refrigeratio nem ve ſiccent: p̄terea conſuetæ potionis parcitas. Eius aūtē, q̄ cum caliditate cōiuncta eſt, adſtrin
¶ quin & frigida potio eis ē cōueniens. ad dif̄ in cod. græcis. gentium, & ciborum, & potionum vſus; ſint autem & hi auſteri, ſine calefactione. † At eius, quæ cum frigiditate eſt coniuncta, optima præſidia ſunt, acria oīa: quibus admiſceri debebunt, q̄ acerba, ſed citra manifeſtum frigus ſint. Optimum eſt & his p̄ſidium exigua potio atq; ea vini cuiuſquam inſigniter calentis: cōſtat autem id minime nouum eſſe. Ad portionem uerò eorum, quæ comeſta, & bibita ſunt, etiam reliqua omnia, quæ foris applicantur, adhiberi debebunt.

Epilogus curationis intemperierum ſimplicium, & iunctarum: CAP. 10.

ET quoniā de his abūde tractatum eſt, repetito rurſus ſermonis initio, capita eius colligamus. Calida ergo intemperies refrigeranda eſt, frigida verò calfacienda: ſimiliter humida ſiccāda, & ſicca humectanda. Quòd ſi per copulationē aliquam duarum qualitatum intēperies conſiſtat, miſcenda amborū conſilia ſunt: ac, q̄ humida calidaq; eſt ſiccanda, & refrigeranda: q̄ verò humida, & frigida, ſiccanda, ac calfacienda: ad eundem modum ſicca, & frigida, humectanda, ac calfacienda: ſicca uerò, & calida, humectanda, & refrigeranda. Scire verò licet omniū harum peſſimā H
eſſe inter ſimplices ſiccam: in compoſitis ſiccam ſimul, & frigidam. Atq; hoc loco finem habent ventriculi intemperies, quas ſcilicet extrinſecus nullus alit ſuperuacuus humor.

De curanda ventriculi intemperie, cum vitioſi humores, vel in eius cauitate, vel in tunicis continentur. CAP. 11.

DEinceps ad eas, q̄ ex eiuſmodi quapiam occaſione fiunt, ſtilū conuertam. Sæpe igitur in ipſo ſinu ventriculi contentus humor, qui aut calfaciēdi, aut perfrigerandi, aut humectandi, aut ſiccandi, aut etiā horum aliqua per coniugationē efficiēdi naturā obtinet, intemperiē creat: interim, uero, & in ipſas uentriculi tunicas (vt ita dicā) imbibitus, ſiue impactus. Ergo prior affectus, ſi ſemel cōſtiterit, per vomitum expurgatus, facile quieſcit. Sin rurſus ex alia quapiā, uel alijs particulis humor confluit, diligēter diſcerni indiget. Curatio vero poſt effectricis cauſæ cognitionē ſtatim ſe exhibet. Dictū.n. nobis eſt, tū alibi, tū uerò in ijs, q̄ De differentijs febriū ſcripſimus, confluere nōnunq̄ ex aliis in alias particulas id, qđ in his redundat: ueluti ex capite ad oculos. Quo caſu oportet, curata ea parte, quæ tranſmittit, duntaxat firmitati ꝓſpicere oculorū, quō uidelicet

eorum

A.l.3.f.13. t.1.c.33.f. 388.d

A eorum, q̃ ad ſeſe cõfluũt, minus promptè quicq̃ admittãt. Ita igit & in" ventriculi affectu oportet, vbi id, qđ ſuperuacuũ trãſmittit, inueneris, oẽm huc curã cõferre: de vẽtriculo aũt tãtiſper eſſe ſolicitũ, ne, quæ cõfluant, prõpte recipiat. Id qđ duplici (vt arbitror) rõne fiet, vna oĩum fluxionũ cõi, quippe q̃ ab adſtringentibus repercutiũtur: altera verò nõ minus ipſa quoq; oĩum partium, quæ ad bonã habitudinẽ reducũtur, cõi, nẽpe ex ipſarũ temperiei mediocritate. Ergo primũ inſpiciẽdum totum corpus eſt, an excrementoſum, an plethoricon, i. nimia æqualiũ humorũ copia redundãs fluxionem ventriculo immittat. Secundo loco, ſi id non videt, ſingulæ partes expendẽ dę. Atq; in toto quidẽ corpore æſtimãdo, tum redũdantiæ, tũ excremẽtorum notas & ex opere De ſanitate tuẽda, & ex libro De plenitudine didiciſti. Super has tñ illa quoq; æſtimabis: primũ quidẽ in mulieribus, an naturaliter nõ purgẽtur: mox in viris an excretio aliqua cõſueta his retẽta ſit. Pleriſq; .n. ora venarum, q̃ in ſede habẽtur, vacuare ſuperflua aſſunt ſueta. Alijs ꝓfluẽs è naribus ſanguis, aut vomitus, aut alio quopiã* modo in certis periodis uas aliqđ recluſum: noui.n. tum in ore: tum in faucibus id multis contingere. Non deſunt, q̃bus & ꝑ ventriculum ſanguinis expulſio certo t̃pe fiat, potiſſimũ iis, qui cum vehementẽ exercitationẽ depoſuerunt, à priore tñ victu non deſtiterũt: aut ẽt artuum toto aliquo ſunt priuati, veluti ẽt Hippocrates indicauit. Sũt,

B q̃bus diarrhœæ & choleræ certis interuallis oẽm corporis redũdantiã educant. Ab his illud æſtimandũ, quanã victus rõne ſit vſus, vtrumne frequẽti cruditati aut ſatietati inciderit, idq; in ocioſa vita, ac p̃cipue p̃ter cõſuetudinẽ, an contra. Illud deinde ꝓpendẽdum, an aliud membrum corporis certo tẽporũ circuitu vexari ſolitum, nũc nõ vexetur. Alijs .n. articularis morbus, aut coxẽdicus, aut podagra: aliis cephalæa, aut ẽt fluxio aliqua, quæ in oculos vel aures ꝓcubuit, nunc migrauit ad vẽtriculũ. Nõ paucis verò catarrhi & coryzæ {id eſt deſtillationes ꝑ guttur & nares, } q̃ aſſidue vexabant, cõuerſæ certo t̃pe in vẽtriculi loca ſunt. His igitur oĩbus cõſideratis, ſi quidẽ ex minus momẽtaneis trãslatio facta eſt, q̃ ſuperfluum eſt, rurſus ad ea reuelles: Sin ex ijs, q̃ maioris ſunt momẽti, ambobus ſimul cõſules, eum ſemper ſubmouẽs affectum, q̃ fluxionẽ excitet. Fiet id, ſi oẽs corporis partes ab bonam habitudinẽ reducamus, ac oẽs naturales expulſiones, fluxiles ſem ꝑ reddamus. Hæc quemadmodũ efficere poſſis, in opere de ſanitate tuẽda eſt præceptũ. Nec illud latet, ſi ꝓ ꝓ æqualium in toto corpore ſuccorum redundantiã vẽtriculus fluxione tentatur, totum corpus vacuãdum eſſe: Simili mõ ſi ꝓ ꝓ mali ſucci abundantiã, eã purgãdã eſſe, atq; hinc ad uẽtriculum ueniendum. Prorſus .n. cũ plures iã dies deleta in eũ ſuperuacua ſint, vliq̃d vitij ex malitia eorum cõtraxit. Itaq; nõ intẽpeſtiue, q̃ ita laborat, abſinthij potione utet. Sed nec,

C q̃ poſtea adhibẽda ꝓuidẽtia ſit, quoad vẽtriculo priſtinũ habitũ recuperaris, latere arbitror. Quippe, ſi ꝓ temperamẽto noxiæ fluxionis, intẽperie aliq̃n laboret, corrigi nimirũ ꝑ contraria ꝑſidia poſtulat. Facillimũ uerò eſt eiuſmodi noxã corrigere, vbi paucos durauit dies. Nam, ſi* deſiderio eius, q̃ curaſſet, lõgiore ſpatio ꝓmanſit, aliq̃n tunicæ eius malo ſucco implent: aliq̃n ipſa ſimilaris earum ſubſtãtia intemperata nõ leuiter effecta, ſimilis curę indiget ei q̃ prius de intemperãtiis in hoc libro retulimus. Reliquum igit eſt, vt exponamus, quemadmodum curari ſuccus uitioſus debeat, q̃ in ventriculi tunicis eſt receptus. Sunt porrò ad eiuſmodi affectus idonea pharmaca genere q̃dem ea, quæ modice purgant ſic, vt eorum vis ſuper vẽtriculi & inteſtinorum loca nõ aſcẽdat; aut, ſi q̃d vltra, vaſa tñ in meſenterio contingãt. Speciatim verò, quæ ex aloe componũtur, ſunt aptiſſima. Etiam, ſi illa præſto non ſint, aloe ipſa per ſe. Hæc itaq; nõ elota valentius vacuat:

A.l.3.f.13. t.1.c.24.f. 389.d

elota purgat quidem minus, ſed roborat ventriculum magis: expedit ergo paratam habere, quã oẽs medici Picran, id eſt amarã, vocãt: atq; hanc dupliciter confectam, vtiq; ex aloe elota, & nõ elota. Admiſcentur aũt huic cinnamomũ, & xylobalſamũ, & aſarum, & ſpica nardi, & crocus, & chia maſtiche. Sunto aũt horum cuiuſq; drach. ſex, ſolius aũt aloes drachmæ centum. Præſtantiſſimum hoc medicamentum eſt ad uitioſos ſuccos, qui in tunicis uentriculi habẽtur: utiliusq; eſt

D eo ſicco ex aqua vti duũ paruorũ cochlearium mẽſura, vbi mediocriter ac medio quodã modo eo uti ſtudemus: nam maximus eius modus ac abſolutiſſimus eſt duorum non utiq; paruorum, ſed magnorum, potio in aquæ temperatæ cyathis tribus: minimus, unius parui. Vtendum vero hoc tempore & ptiſanæ cremore eſt: q̃ primus à balneo ſumetur. Nam medicamen ipſum ſolito purgantium medicamentorum t̃pe dabitur. Poſt id uero, ubi modice inambulauerit, & modice ſe mouerit, de reliqua uictus rõne nihil eſt immutandum. Sunt, qui reponunt medicamentum, excipientes id deſpumato melle. Et fit quidem ita durabilius, cæterum non perinde ad ꝓpoſitos hoc loco affectus utile, cum & minus uentriculum roboret, & magis aluum deijciat. Verum quibus lenta pituita uentriculo eſt infixa, ijs prius exhibenda ſunt, quæcunq; hanc diſſecent; poſt deinde purgandum. Quòd ſi ad uomendum ſunt idonei, non inutile ſit per radiculas ex oxymelite uomere. Sin uero nec lentus humor ſit, nec craſſus, vtique abunde ſit à ptiſanæ ſolius cremore uomuiſſe; item à mulſa: quo caſu ſumendum vtriusvis plus eſt, q̃ vel nutrimenti uel etiam deiectionis cauſa ſumeretur. Idoneum vero eſt, & ſi mulſa, in qua incoctum abſinthiũ ſit, bibatur: nam id quoque tenues ſuccos, quicunque uidelicet in ipſius uentriculi ore continentur, cõmode deorſum impellit. Sanè cõmunis eſt totus hic ſermo, qui de intemperie agit, cum ſanitatis tuen-

dæ

*πτύον eſt in antiquis, vt Linacer vertit. τὸ πτύον eſt in impreſſis, i. loco.

*διὰ τοπίαν. ob conſilij ineptiam.

dę præceptis,ea ſcilicet ſui parte,quæ de parũ firmis actionibus diſputat: non enim prõfecto ea, E
qua de ꝓditis,ac vitioſe functis agit. Quippe pars illa a ſanitatis tuẽdæ contẽplatione planè ſeiun
cta eſt. Imbecilla vero actio, ꝓut magis minusve talis eſt, aut ad ſanitatis tuendæ, aut ad medendi
tractationẽ ꝓtinet: leuiter q̃dẽ impedita ad priorẽ, grauius ad poſteriorẽ. Diſcernitur utraq; ex
eo, ꝙ a conſuetis actionibus obeundis ꝓ ꝓ noxæ magnitudinẽ vel deſiſtatur, vel non deſiſtatur.

De ratione curandi, cum intemperies, humores q̃ in cauitate ac in ventriculi tunicis contenti coniun-
guntur: ac de indicationibus, quæ curandi initium ſibi uendicant. CAP. 12.

Dictum autẽ & de his eſt in opere De ſanitate tuẽda: quo vtiq; celerius trãſeunda eorũ tracta-
tio nunc eſt, præſertim omni methodo, qua ventris intemperies ſint curandæ, iã p̃ſcripta, ſi-
ue hæ *firmius ex mora inhæſerint, ſiue *leuius. Nec verò illud latere puto, eſſe aliq̃ miſtũ ex tri-
bus iã dictis ſimplicibus in ventriculo affectum ita, vt & ipſæ ſolidæ partes intemperie laborent;
& mali ſucci ita vẽtriculo ſint infixi, vt elui ex facili nequeant: & alij in interno eius ſinu cõtineã-
tur. Põt nanq; interim fieri, vt primus cũ ſecundo cõſiſtat: põt & ſecũdus una cũ tertio: põt & pri
mus cũ tertio: ſæpe ẽt oẽs ſimul. Pro quibus methodũ, quã prius de *vulneribus tradidimus, vbi
oẽs affectus ſimul coniunximus, ad memoriã reuocabis: quã nũc quoq; apponere nõ ſit inutile. F
Primum nanq; in eiuſmodi cõplexu æſtimabis, a quo maxime diſcrimẽ ægro impendere videa-
tur. Secundo loco, quid, quæve ex his cauſæ rõnem obtineant, & q̃ ab ipſis efficiãtur. Tertio, q̃ ſa
nari ante alia poſſint, & q̃ nõ poſſint: ueluti de vlceribus, quæ vna cũ phlegmonis conſtitere, oſtẽ
dimus. Vbi nãq; a quoquã affectuũ nõ leue periculum inſtat, ad id quod urget, dirigi primũ curã-
tis conſiliũ dẽt. Vbi aliud efficiens eſt, aliud quod ab eo efficitur, ipſa cauſa ſpectanda. At vbi cura
ri hoc ante illud non licet, ad id qđ ordo dictat, eſt reſpiciendũ. Atque in eo q̃dẽ curationis conſi
lio, quod ab vrgente initur, affectus magnitudo perpẽdẽda eſt. Ea triplex eſt, alia, q̃ ex læſæ actio
nis p̃ſtãtia ſpectatur: alia, q̃ ex propria affectus eſſentia: & tertia p̃ter has, q̃ ex facultate, q̃ læſum
corpus gubernat, æſtimatur. In eo vero cõſilio, qđ ex cauſæ rõne initur, animaduertẽdũ eſt, q̃d
nã eorum, q̃ inter ſe cõiuncta ſunt, augere aut gignere reliqua poſſit: q̃ rurſus ab eo vel gignãtur,
vel incremẽtũ accipiãt. In eo uero, ꝙ ordo p̃ſcribit, q̃d ante qđ, vel q̃d cũ quo, vel q̃d poſt q̃d, ſa
nari poſſit. Fingatur igitur in vẽtriculum defluere ex cerebro ſuperfluũ humorẽ frigidum, atque
eius occaſione intemperiẽ quandã uentriculo cõtractã iã eſſe: adhuc uerò ẽt magis, malũ iã ſuc-
cũ per totũ eius corporis media oĩa ſimilariũ particulariũ ſpatia occupaſſe. In eiuſmodi cõplica-
tis dignatione maior eſt intẽperies, ꝓpterea videlicet, ꝙ & ipſa *tẽperies: ꝓpriæ uero eſſentiæ rõ- G
ne quodcũq; vtiq; tale fuerit, circa ꝓpoſitũ ĩ ſermone ægrũ. Ac ponatur ad p̃ſens maximus triũ
affectus eſſe ſuccorũ, qui in tunicis vẽtris continẽtur. Eſto (ſi libet) vt idẽ quoq; affectus morſus
ſenſum faciat: atq; ex eo ipſo animi defectũ & ſudores quoſdã cũ ſyncõptica diſſolutione acer-
ſat, ita videlicet, vt quatenus ſupra uires eſt, reliquis ſit maior. Cõſtat igr̃ primam eſſe adhibendã
curã, vt ei, ꝙ vires reſoluit, occurratur. Deinde, q̃m omniũ maximum propriæ eſſentiæ rõne hoc
finximus, vtiq; ad id primum te verteris, ac primũ id ſanes. Vbi id mediocriter ſe habuerit, ac ne-
que vires amplius labẽt, neq; plurimũ vitioſi ſucci in vẽtriculo ſit, tũ nimirũ ad cauſam accedes,
illud pro cõperto habens, nõ poſſe ad perfectionẽ vllum affectũ ſanari, manẽte adhuc ipſa, unde
natus eſt, cauſa. Ordo aũt curationis, modo cõtraria inter ſe remedia, ſicut in phlegmone & vlce
re, indicat: oſtẽſum nanq; eſt, q̃ phlegmonẽ ſanãt, ea maius reddere vlcus: modo alteri affectui ni
hil nocet, ſicut in propoſito nunc caſu. Qui enim educit humorem, qui in ſinu ventriculi cõtine-
tur, is humorum, qui in tunicis cõtinentur, alimentum adimit: æque & qui cerebrum ita ſanat, ne
quam ſenſibilẽ redundantiã creet, is veluti fontem fluxionis in uentriculũ deſtruit. In his ergo or
do curationis cum ordine cauſarum cõſentit, quan q̃ in aliis diſſentit. Cæterum, quod ex magni- H
tudine ſpectatur, id diſtingui, prout dictum eſt, debebit. Ac primum q̃dem id agendum eſt, ut ei,
qđ maximum eſt, propriam medicamentorum materiem accommodes: deinde pro cauſarum
ordine totum cures. Etenim, cum neq; copia notabilis excrementorum in ventriculo ſit, nec eo
rum quæ in capacitate eius continentur, nec eorum quæ in tunicis, ſed neq; mordicatio quæ uiri
bus officiat, tum omnium primum ſanandum ipſum cerebrum eſt. Ab hoc ſinus ipſe uentriculi
vacuandus extergendusq; eſt: poſtea ipſæ tunicæ expurgandæ: poſtremũ intemperiei eſt medẽ-
dum. Dicta vero prius ſunt cuiuſq; horum medicamenta. Itaque nec prolixus habendus adhuc
ſermo eſt, ſed finis iam libro imponendus. Omnium enim reliquarum partium intemperies ſimi
liter ijs, quas in ventriculo propoſuimus, ſanabuntur. Semper enim comparandum remedium
eſt, quod ſit affectui contrarium: ac illi remediorum indicatio, quæ a laborantis natura ſumitur,
adiicienda: de qua dictum in ſuperioribus iam eſt, dicetur tamen in ſequentibus uberius. Neceſsũ
verò erit & nunc paucis de ea mentionem facere.

Methodus indicationum, quæ à Læſæ partis natura deſumuntur. CAP. 23.

PRima quidẽ indicatio à laborãtis loci tẽperie ſumitur, q̃ calfaciendi, refrigerandi, ſiccandi, uel
humectandi, uel aliquid horũ cõiuncte cũ alio faciendi, menſurã præſcribit. Secunda ex eo ſu
mitur, ꝙ actio eius oĩbus animalis partibus ſit cõis, aut ꝙ cõem virtutem ſubminiſtret. Tertia, ab

ipſa

*καθ' ἕξιν. *κατὰ σχέσιν. *Vlceribus. *εὐκρασία.

A ipſa partis figura. Quarta, ab ipſius poſitura: cuius portio eſt ad vicinas aĩalis partes ſocietas. Tũ p̃ ter hæc oĩa, ipſa ſentiendi, vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicetur quidẽ in ſequẽtibus de ſingulis horũ latius: nũc paucis eã trãſcurramus. Quęcũq; calidiores natura partes ex frigore laborãt, hæ & liberalius & diutius calfieri poſtulant: ſicuti ẽt, quę frigidiores natura ſunt, ſi ex calore labo rent, refrigerari: & ſicciores, ſi ex humiditate male habeant, ſiccari: ad eundem verò modum hu mectari, quæ húmidiora naturaliter ſunt vbi ex ſiccitate laborant, tum vberius, tum diutius po ſtulant. Quippe eatenus redeat ad naturam eorum quodque, neceſſe eſt, quatenus a natura receſ ſit: ac, veluti quadã via, retroferatur, q̃ in diuersũ agat ei, q̃ facta in ipſo eſt, tranſmutationi. Cõtra verò pars, q̃ calidior natura eſt, ſi calido morbo ægrotat, exigua breuisq̃; temporis refrigeratio ne eget: ſicut, q̃ frigidior eſt, calfactione: ad quẽ modũ in humidis quoq; & ſiccis ſe hẽt. Siquidem paruus eſt in eiuſmodi in id, qđ præter naturã eſt, lapſus: quare & rurſus in id, quod ſecundum na turã, reditus. Vñ ẽt minus periclitantur, quicunque cognato naturæ ſuæ morbo laborant. Nõ la tet vero, & ꝓ, ſicubi coniugatę intemperies inciderunt, eatenus hę reduci ad naturã poſtulãt, qua tenus a natura receſſerunt. Atq; ita quidẽ a tẽperamento laborantis partis, auxiliorum indicatio ſumitur. Ab eo vero, ꝓ actio eius oĩbus animalis partibus vtilis ſit, aut paucis quibuſdã, aut uni ſi
B bi, in ijs intemperiei generibus, q̃ abſq; humore infeſtãt, utique nihil ex hac indicatione ſumitur. Nam & refrigerari, & calfieri, & ſiccari, & humectari, & ꝑ cõiugationẽ quidnis horũ pati, ſingu læ particulæ ꝑ morbi portione requirũt. In ijs tñ, q̃ ex humoribus ſunt ortæ, ſi particula ſoli ſibi inſeruiat, audacter vacues, licet, prout affectus ſuadebit, ſed tñ ẽt virtuti attentus: Sin neceſſariũ opus eius ſit oĩbus aĩalis partibus, veluti uentriculi & iecinoris, non leuis habenda ſolicitudo de robore uirtutis eſt, ne hanc magna ſemel vacuatione vſus diſſoluas. Eſt porrò cõe opus & uenarum, & arteriarum, & cordis, & thoracis, & renum, & vtriuſque ueſicæ, tum eius q̃ lotium excipit, tum eius q̃ bilẽ, cũ uaſis ẽt, q̃ ab vtraque procedunt. Cerebri verò opus, cũ ſani ſumus, ad uolũtarias actiones neceſſariũ eſt, iis ſ. inſtrũmẽtis, q̃bus eiuſmodi actiones obimus: cũ ægri ſumus, neceſ ſarium non eſt, niſi ijs tñ, quæ ad reſpiratum ſunt deputata. Reliquorum vero organorum actio certe non eſt: miniſteriũ tñ eſt ad vitã neceſſarium, veluti pulmonis, & aſperæ arteriæ, & fauciũ.
C Ergo ex eiuſmodi particulis q̃ primũ uacuare redundantiam licet, prout volueris: ex ventriculo vero, & iecinore vtcunque vacuare nonlicet: ſed cum cautione, vt nequid virtuti officias. Qm̃ au tem non par eſt actionũ dignitas ad ægros ſeruandos, ſed aliæ magis his, aliæ minus, vtiles ſunt, vtiq; ad portionẽ actionũ dignitatis, ẽt cuiuſq; partis proſpiciẽdum eſt robori. Maxima igitur eſt cordis officij dignitas: atq; ægrotantibus maxime oĩum neceſſaria: cerebri vero ad vitam q̃dem par eſt momentũ, non par robur eius in ægrotis requirimus, cũ neceſſe oĩbus non ſit neruorũ ac muſculorũ opera uti. Itaq; abunde fuerit, ſit tm̃ eius ſeruatũ, ſit, quo reſpirationis munus ſit obeũ dum. At verò iecinoris opus oĩbus particulis perneceſſarium eſt: non tñ adeo ſaltẽ perpetuã ne ceſſitatẽ hẽt, ſicuti ipſius cordis. Ad portionẽ aũt iecinoris, ẽt vẽtriculi opus ſe hẽt. Intelligens ergo oĩum particularũ tum functiones, tum vſus, quos in aliis cõmẽtarijs tradidimus, haud difficul ter inuenies, quatenus cuiuſq; robur cuſtodiri oporteat. Ad eũdẽ vero modum, & quęcunq; par tes alijs authores facultatũ ſunt, harum quoq; robur ſeruare decet pro facultatis earum vſus por tione: quo videlicet aĩalis partibus ſubminiſtrẽt. Sanè deiis particulis illud, arbitror, didiciſti, cere brum neruis ac muſculis: cor arterijs: iecur uenis ſuppeditare virtutem. A figura vero indicatio ipſius modi vacuandi excrementi ſuggeritur, ad hunc modum. Ventriculus vomitu deiectione-
D que inanitur. Inteſtina deiectione tm̃, ſicuti etiam iecinoris caua. Renes vero, & veſica, ac iecino ris gibba, ſi multo vitioſo ſucco ſunt referta, †per deiectiones, & pharmaca deiectoria (Catoteri ca Græci vocant) } expurgantur: ſin mediocri, per vrinales meatus: Cerebrum vero per palatũ, & nares, & aures: Pectus pulmones per aſperã arteriam, & fauces. A ſitu indicatio dabitur tum ad ſolidarum intemperies, tum aũt ad ſuccorum vitium ſanè nõ leuis. Nã, qui per ſumma corpo ris intemperie laborant, iis medicamẽta, quæ intẽperies requirit, applicabimus. Quibus aũt in ꝑ fundo corpore intẽperies eſt, in ijs rõnẽ interualli inibimus. Si. n. medicamentis ijs vtere, q̃ intẽ peries requirit, vtiq; multo imbecilliora, q̃ pro vſu tuo, ad locum affectũ peruenient. Iam ad va cuationes quoque non nihil ſitus indicat, dum ſocietatem laborantis particulæ cum alijs docet. Nam, niſi illud compertum haberemus, ꝓ cauo iecinoris ſubijcitur vẽtriculus, & ieiunum: tum ꝓ ieiuno ipſi tenue inteſtinum ſuccedit, id vero colon excipiat: ac colon, quod appellant rectũ; vtiq; inueniſſe illud non licuiſſet, ꝓ iecur & ꝑ aluum, & vomitũ, expurgari poſſit. Cæterum ap tior ſit prior vacuatio, tanq̃ vſu iã callentibus inteſtinis iecinoris ſuperflua tolerare. Non ſpernẽ da verò indicatio eſt, & ea, quã ſenſus partiũ acuitas hebetudoq; ſuppeditant: quãdo omne me dicamen cõtemnũt, quæ tardi ſunt ſenſus, ẽt ſi nõ leuiter mordeat. At, quæ acuti ſunt ſenſus, eorũ vires dolore reſoluũtur. Expedit igitur, has nec cõfertim, nec ſemel ualẽtibus auxilijs, mederi ten tes, ſed tuto potius in tꝑe. At, vbi tardus eſt ſenſus, in his ẽt celeriter obire, qđ iuſtum eſt licet, ſe mel vſis remedio, quod ſit idoneũ. Verum qđ ſupra dixi † de horũ indicatione, } latius diſcepta bitur in ſequẽtibus, idq̃; eo præcipue loco, quo de tumorum præter naturam curatione agemus.

† διὰ τῶν ὑποπλάτων τὲ καὶ κατωτερικῶν ὀνομαζομένων φαρμακων. i. p medicamenta deiectoria, q̃ græce hypelataq; & catoterica nominãt.

† Al. ex antiqs ὑπὲρ τῆς ἀποτῶν τόπων ἐνδείξεως, i. de ĩdicatione, q̃ a locis ſumitur.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS.
LIBER OCTAVVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Absoluit vniuersam Curandi rationem, quæ Diarijs febribus debet adhiberi.

De communibus differentijs atque Indicationibus febrium curandarum. CAP. 1.

QVemadmodum verò febres quoq; non secus, q̃ alij morbi, qui ex intemperie in nobis consistunt, quosq; in præcedenti libro narraui, methodo curentur, tempestiuum nunc dicere videtur. Quòd igitur, Eugenianę charissime, simplicium ac primarum (partium) quas Aristoteles similares vocat) natura ex calido, frigido, humido, & sicco, inter se mistis constet, vno volumine ostẽdimus, in quo de elementis secundum Hippocratem disputauimus. Quòd verò ex eo, q̃ hæc calidior sit, illa frigidior, vel humidior, vel siccior, vel simul horum aliquibus copulatis affecta, simplices ac primæ particulæ inter se differant, id in libro De temperamẽtis est assertum. At in libro, quo de morborum differentijs agitur, duo in vniuersum esse morborum genera, quæ in simplicibus animalis particulis oriantur, docuimus: alterum, quod ẽt secundis, & compositis, & instrumentalibus sit commune, vocauimus aũt id vnitionis solutionem: alterum ipsarum peculiare, quod in calidi, frigidi, humidi, & sicci intemperie, consistat: Esse aũt ex intemperantijs ipsis, quæ quidẽ in vna sunt contrarietate simplices; q̃ in ambabus, cõpositas: In ea itaque, q̃ est inter calidum & frigidũ, oppositione duas esse simplices intẽperies: alterã, vbi quicq̃ tanto efficitur, q̃ ante erat, calidius, vt eius lædatur actio: alterã, vbi pari modo inualuit frigidum: In ea verò oppositione, q̃ est inter humidũ & siccum, alteras ẽt geminas, nempe humidam, & siccam. Copulatis verò inuicẽ simplicibus, alias existere quatuor, humidã & frigidam, humidam & calidam, siccã & frigidã, siccam & calidã. Traditæ verò sunt & causæ, q̃ has intẽperies generent, in alio libro, in quo morborum causas reddidimus. Sanè vnus quispiã morborũ est, qui per intemperiem fiunt, & febris, vtique cum adeo immodice auctus calor est, vt & hoiem offendat, & actionem lædat: qñ, si neutrum adhuc efficiat, quantumuis sit homo nunc, q̃ ante, calidior, non tñ febricitare eum mõstrauimus. Qm̃ aũt, quicquid præter naturã in nobis oritur, siue speciale nomen sortitum sit, siue generale, id extra corpus non est, sed tum phlegmone, tum pleuritis, tum morbus, tria simul in vno consistunt corpore, verbi gratia, [illegible] ionis: indicat autem & horum quodq; propriam indicationẽ æque ꝑfecto, vt eius, quod maxime oĩum speciale est, ipsæ differentiæ: ob hæc vtilius visum est seorsum de febrium differentijs tractare, quò oĩbus prius præparatis sermo nobis hoc loco citra oẽm eorũ, qui parum recte de ijs scripserunt, refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam discriminis earum capita, quò propriã ex vnaquaque indicationẽ sumamus. Est igit̃ vna earum differentia illa, in qua causa adhuc adest febrim creans: aut febri excitata iam desijt. Altera verò, qua vel (vt Græci loquuntur) hectica febris est, quæ iam facta est: vel ẽt (vt aliq̃s eorundem dixerit) schetica: Nam, qm̃ eos affectus, qui facile discutiuntur, εὐχείρωτα græce vocant: q̃ tales non sunt, δυσεξίτητα. concedendum est, dilucidioris doctrinæ causa, etiam febrium ipsarum eas, q̃ ægre discutiunt̃, hecticas: quæ facile, scheticas nominari. Dicendumque febrium alias facile solubili affectu esse, perinde ut calfactũ in Sole lignum: alias difficile solubili, veluti qđ igni eatenus excalfactũ est, ut iam accendatur, & fumum edat. Hæ sunt primæ febrium differentiæ. Quas vbi cum summis primũ indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis speciales veniemus. Prima. n. omnis febris indicatio, veluti à morbo est, ablationem eius præscribens. Secunda uerò ceu abs tali est morbo, quæ non absolute sublationem, ut prior, sed certam quandam sublationem indicat. Nam, cum febricitantes ex intemperie laborant, necesse est sanationem quoq; eorum intemperantiæ depulsionem esse. Omnis autẽ excessus ꝑ contrarium excessum sanatur: etenim id quoq; ante est ostensum. Quare febrilis quoque intemperantiæ excessus per contrarium excessum sanabitur. Est autem febrilis intemperantiæ excessus in caloris abundantia. Huic ergo ad temperamentum* uia erit per id, qđ refrigeret. Itaque, si iam præsens* febris est, sed causa, quæ eam excitauit, iam desijt, huc tm̃ sanandæ eius consiliũ dirigetur, vt refrigeretur. Quare quærenda nobis talis materia est, quæ cum redundante calore paria refrigerãdo faciat. At si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accendit, submouenda est. Sin pars eius iam genita est, pars in gignendo adhuc est, vtriq; consulendum est: primum quidẽ submouendo, quæ eam accendit, causam: deinde extinguẽdo, quæ ab hac accẽsa est, febrẽ. Ergo, nisi quis ad vnguem memoria teneat, & quæ causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu, is nunq̃ methodo febri prospiciet.

* eucrasiam.
* γεγενω̃σ. i. genita.

De ratione

A *De Ratione curandi febrem Diariam ex meatuum constipatione in calidis & siccis naturis: ac Aduersus eos, qui hac febre correptos tridui inedia excruciabant.* CAP. 2.

Dictum nanque est in ijs corporibus meatuũ constipationẽ febrem excitare, in quibus, qđ trã spirat, halituosum non est (Atmωdes Græci dicunt) cuiusmodi visitur in ijs, qui boni sunt succi, sed mordax & acre, fumo fuliginive non absimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci & tẽperata lauatio: tum frictio, quæ rarefaciat: & exercitationes mediocres: & victus, dulces efficiat succos: Aduersissima verò sunt lauatio frigida, & aluminosa, & lauationis abstinẽtia, & exercitatio acuta, & frictio vel planè nulla, vel dura, & victus mali succi, & vigiliæ, & ira, & tristitia, & cura, ustioq; ĩ Sole, & fatigatio. Verũ de reliquis post dicam, ipse stipatione verò meatuũ, unde digressus sermo est, liquido scire licet solam eã, si reliqua oĩa desint, accẽdere febrẽ posse. Si itaq; eiusmodi naturas a cõuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti aũt ꝓfectò, quo tẽpore Romæ nobiscũ egisti, aliquos ita laborare. In quibus, qui mirificam diatriton transmittere eos in cibi inedia cẽsent, ipsi difficilimas * febres faciunt: qñ protinus in primæ accessionis inclinatione, in balneum eos ducere oportebat: ibiq; sinere crebro, si uellent, ne- * καχοηθεσέ-τους.

B bo, dum semel, aut bis lauare. Ego nanque reliquis omnibus omissis, eum tibi in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quæ Albula uocãt) lauerat, ac ex eo cute densata, post cœperat febricitare: quippe satisfaciet is pro claritate sermonis nostri veluti exemplum. Sanè hominẽ inuisebant medici quidã non incelebres, alter Erasistratius, alter Methodicus. Visum autẽ est ambobus hominem a cibo continere. Quod tã nos, cum post illos digressos superuenimus, non permisimus: sed statim in balneũ perductũ, & tepẽti oleo largissime perfusum, tum blandissime perfrictũ, q̃ plurimũ tẽporis in calidi solij aqua uersari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex cõsuetudine uso, tũ sindone cooperto, cõsidere paululũ ad uires recreandas præcepimus. postea denuo in balneum perducto, ac rursus similiter tũ uncto, tũ ꝓfricto, ac in calida morari iusso, dein rursum educto, ac frigida merso deterso; exhibuimus cibũ protinus quidem, vt egressus est, atq; aquam bibit, ptisanæ cremorem: dein paruo in interuallo lactucã: ac post hanc ex simplici albo iure piscĩ aliquid eorũ, qui molli sunt carne, cuiusmodi saxatiles sunt oẽs, & aselli quos uocant. Porrò non alienum sit, quò nihil narrationi desit, oĩa recensere. Tempus anni erat, quo hæc agebantur, paululum post caniculares, quos vocãt, dies. Homo ipse circiter quinque & triginta annorũ, colore

C nigello, & habitu corporis gracili, atq; hirto: tum qui tangentibus, ẽt cum valeret, manifeste calorẽ exhiberet mordentem. Vrinas quoq; habebat abunde flauas, ac, si plusculũ cibo abstineret, ẽt mordentes. Aluus assidue sicca erat: tũ, q̃ excernebat, exigua acriaq; & sicca. Mores animi ad irã & cogitationem propensi. Ipse pauci oĩno somni, & qui ꝓpetuo de vigilijs quereretur. Hic quodã loco, quò negociorum gratia concesserat, Albulis (quæ haud longe aberant) est vsus septima (vt aiebat) diei hora, ac ter quaterq; se lauit, salubriter sibi cõsuluisse ratus. Hinc quoque, vbi rursus in agrũ se recepisset, ac cibũ sumpsisset, & paululũ ĩdormisset, venit ad urbẽ sero vespere: vbi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cũ aũt tertia ferè diei hora cõtemplati eum medici essent, iusserunt non eum modo diem; uerum ẽt posterum totũ per inediam transigere, quò tertiæ diei noctem obseruarent. Atq; his dictis abierunt. Nos tum lauato, tum, vt prædictum est, cibato, ministris præcepimus, si medici vesperi uenirent, quiescere hoĩem dicerent: eosq; statim remitterẽt, ac postridie mane redire iuberẽt. Vt verò abierunt, rursus hoĩem simili modo lauatũ, ac cibatum, ijs ipsi, quæ egimus, dormire ꝓbe fecimus. Accedẽtes aut mane postridie medici, censuerũt ẽt eo die cibo illi abstinendũ, ẽt si q̃ maxime sine febri prorsus esset. Illo verò ꝓmittente se fecturũ, quod iuberent, scis, quantus illis digressis risus sit excitatus: quẽ nos paulo post superueniẽ

D tes deprehendimus. Non fugit verò, nec quomodo cũ laborante ipso sit actũ. Nã, qm̃ (inquã) cũ valeres, bis lauare solebas, ac medici cibũ tibi oĩno circuncidunt, nec illis iure in totũ obsequendũ esse, & aliquid eorũ, quibus per sanitatẽ es vsus, immutandum arbitror. Eo verò putante mẽ sibi suadere, vt lauaret quidẽ, sed non bis: tum paratũ se affirmante, quicquid iusserim, exequi. ergo (inquã) neq; inediã tolerabis, neq; lauabis bis: siquidem & laborasse mihi uideris iam triduo, & calfactus vehemẽtius a Sole fuisse: Propter igitur laborem (inquam) & vstionẽ, unã te adijcere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audiẽtẽ lauari, qm̃ id mihi facturũ te pollicitus es. Ille subridens, dura (inquit) imperas, cæterũ, qm̃ stare pactis est iustum, faciã, quæ iubes. Quæ vero medici post hæc egere, nosti planè, quanto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransusque dormierat, cum circa occasum Solis ministrorũ quispiã adesse medicos nunciat, Hic vero febricitare se simulat: ac veste circũdatus inuolutusque * quo minus bibisse uinum ab ipsis deprehendere- * ἴσως ραῤῥεῖς.

tur, amico cuidã mandat, medicis, siquid percontẽtur, ꝓ se respondeat. Erant aũt de more, ubi in uolutũ curiose hominem ẽt cum capite uiderent, primum illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accessio inuasisset. Cum autem amicus respõdisset, fermè ne vnam quidem integram, ex quo cœpisset, intercessisse horã, cum horrore ne an frigore cœpisset, rogant. Eo cum horrore respondente, tangunt hoĩem iam corpore propter risum & operimentum madentem. Itaque ubi hominem laudassent, quod sibi obtemperasset, nec quicquam ante tertiæ diei accessionem deliquisset,

quisset,ob id ipsum (inquiunt) nũc te deseruit horror,estq; sudoris indicium, ac multa humidi- E
tas circa cutẽ:q̃ haud quaquã euenissent,nisi inediã tolerasses,& triduũ transmisisses. Iussis igitur
propinquis,si q̃ guttulæ illi manarent,diligenter detergerent,ne frigore afficeretur,tũ mane se re
dituros præfati discedunt, ne tum quidem post sudores iusso hoĩe nutriri: visæ nanque sunt illis
noctes eo tẽpore breues,vtiliusq; esse postridie mane nutrire. Digressis igitur ipsis,perfusus su-
dore iuuenis,ita,vt inuolutus uestibus fuerat,in balneum cucurrit,ac tertio lauit; & similiter est
cibatus. Postridie prius,q̃ aduentarent medici, egressus domo dedita opera est,ne se deprehende
rent. Itaq; cum paulo post uenirent,& egressum intelligerent,mirati inter se sunt,qd tandem ho
minẽ egredi subegisset iã bidui pastum inediã: Ergo,si hoc vno male ab eiusmodi medicis ægri af
ficerentur,ꝙ pluribus diebus in cubilibus detinerentur,cũ liceret sine intẽpestiua hac inedia mul
to citius ad cõsueta vitæ munia redire,esset ꝓfectò vel id pergraue: Verum lõge grauius est,qd
accidit. Cum.n.memoratæ naturæ,vbi sub tali uictu reguntur, grauissimis occupentur febribus,
hunc iniungunt medici,nihil mihi à carnificibus differre uidentur. Non.n.veluti qui humidi, ac
boni succi sunt,ubi in febri diaria transmittere mirificam diatriton coguntur,vnum id tm̃ patiun
tur incommodum, ꝙ frustra cruciantur,sic ẽt naturæ iam cõprehensę: immo ex longiore inedia
acerrimis *acutissimisq; corripiuntur febribus: a quibus promptus est in hecticas transitus: atque F
ab his rursus in torridum marasmum: aut,si os uentriculi facile iniurijs patet, in eum, qui Synco-
pen,id est animi defectum,infert. } Audisti.n.subinde nonnullis talium medicorum dicentẽ me,
licere ipsis euidenter intelligere,quantũ mali committant, dum eiusmodi naturas in inedia custo
diunt,si velint,dum sani oĩno sunt,biduum eos inediam iubere tolerare. Cernent.n.illico febrici
tantes,idq; ob nullum profectò aliud,q̃ famẽ. Siquidem, cui nec suberat prius quicq̃ in corpore,
quo grauaretur,nec quicquã illi interim accessit extrinsecus noui, is planè ex inedia febricitauit.
Quando.n.(vt dictum est) non vnus,alterve sic intemperatorum,sed plane oẽs,ubi inediam to
lerarunt,& balnei solio abstinuerũt,febri corripiuntur,ne uel leuis quidem amplius relinqui no-
bis suspicio põt,quasi ob aliud quippiã,& non inediam febricitarint. Quibus nanque in corporis
tẽperatura siccum prævalet humido,& calidũ frigido,his corporis habitus gracilis,hirsutus,& ni
grior est: ac reliquis a † tribus intemperamẽtis,quæ hoc sunt minus calida, } tactu calidior aduer
titur: plurima quoque his flaua est bilis,vrinæque,ac deiectio bili satura,& pulsus magni,& som-
ni leues & pauci,& b †* animi impetus } vehemens. Ergo recte horũ Hippocrates tum generalẽ
victus formulã,cuiusmodi esse cõueniat,tum,quot ac qualia symptomata in eiusmodi hoĩes inci G
dãt,nõ solũ ubi totũ diem in cibi inedia transegerint,verum ẽt vbi altero cibo,qui ꝓ prandio da
tur,abstinuerint,prodidit. Quippe in sexto de populatim grassantibus morbis ita inquit: c" In ca-
lida natura refrigeratio,aquæ potio,quies. d" In libro autem de acutorum uictu, quem aliqui e †
Gnidijs sententiis adscribunt, } cũ de ijs disputat, qui solitum dimittunt, ẽt huius naturæ homi-
num meminit, Picrocholus eos græce, quasi amaræ bilis homines, ab redũdante.f.succo nomi-
nans. Habẽt verò eius verba se ad hunc modũ: Sed &,qui bis die comedere cõsueuerunt,ij,si non
prandẽt,ægrotãt: tum imbecilli & infirmi fiũt,ac timidi ad quoduis opus: prẽterea cordis dolorẽ
sentiunt. siquidẽ suspensa illis viscera uidentur,& calidum, pallidumq; mingunt,& deiectio urif.
Sunt præterea,quibus os f* uentris amaricat,oculi cauantur,tẽpora g saliunt,* & extremæ partes
frigent. Hæc ubi prædixit,mox alia quædã tum de cęna,tum de nocte,h" ad finẽ sermonis ait,hu
iusmodi notæ homines (quos Picrocholus uocant) tum vnicum in die victum, tum inediam,q̃
alios homines, difficilius ferre, unam nimirum in eo libro exponens partem eorum, q̃ in sexto
Epidemion monuit in vniuersum,nempe quod ad victum spectat. i" Nam refrigeratio,quam ca
lidis natura suasit,efficitur cum ex alijs quibusdam,tum non minime ex cibi exhibitione. Qui nã H
que originalem temperaturam parum moderatam habent, horum insitum calorem,si squalens
acerq; est,cibi mitiorem minusq; mordentem reddunt. Sanè illud non latet,& boni succi, & ex-
quisita debere esse,q̃ his exhibeantur,nutrimenta: non tm̃ ea,quæ boni succi propterea,ꝙ exiguũ
huiusmodi substantiæ in se habent,nominentur,ac nutrire nequeant, immo quod utile plurimũ
in se contineant. Sunt nanq; & maluæ, brassicæ,& betæ,& lactucæ,& denique omnia olera, &
fructus,* nutrimenta,cum substantia in his habilis ad alendum contineatur. Verum, sicut in his
exiguum est,quod nutrit,non exiguum,quod est inutile: ita in pane puro,& ouis,& carne,& ali-
ca,plurimum est,quod nutrit,minimũ,quod est inutile. Quòd si inutile,quod admistum utili est,
præterquam quod non nutrit,etiam acrem,aut acutam* aut acerbam,aut amarã,aut denique vi
tiosam quampiã qualitatẽ habet,non modo non proprię nutrimenta sunt, sed ẽt medicamento
sę facultatis non parum in se habent. Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis,quicunque
nec medicamentosam ullam sensu perceptibilem uim habeant,sed nec ipsum,quod nutrit,pluri
mum: qñ hoc quoq; si exuperat uitio non caret. Principio nanq; nec,quæ in uentriculo eorũ agi
tur,concoctio est exacta. nec,si uentriculus ea superet,quæ in uenis obitur,est absoluta. Quòd si
hic quoque haud magnus sit error,saltem tertiã (quæ singulis partium propria est) difficile fuerit
in omnibus illis rite perfici. Conueniet ꝓfectò huic, & vt frigidum humidumq; quodam modo

ei

*A. ξηροτάτοις .i. ficcissimis.
† εἰς τὸν συγκοπώδη i. in syncoposum, syncopos* aũt marasmus non infert syncopã; immo fit, ubi, quiiã syncopa fuerit correpti, vehementiam quidẽ periculi euitarint, relictũ tamẽ ipsis fuerit aliquid syncoposę affectionis.
A † nõ est in antiquis.
B * θυμοὺς.
C Sect. 4. t. 15. 3. 183. e
D Cõ. 2. t. 24. 7. 119. h
E † πρὸς τὰς κνιδείας γνώμας ἐπιγράφουσι. i. aduersus Cnidias sẽtẽtias iscribũt.
F * nec in Grẽco est exemplari. nec forte addendum.
G * παλλονται. i. palpitant.
H Ibidẽ. t. 29. 7. 120. c
i Com. 4. t. 15. 3. 183. e

* ὀπῶραι.

* ἰξείαν. i. acidam.

A ei nutrimentum exhibeas, vbi corpus tum calidius, tum ſiccius ſolito eſt redditum. Quare commodiſſimus huic eſt ptiſanæ cremor ad vnguem coctus, in quo nullum ſit ſuperfluũ condimentũ, utpote qui & refrigerare, & humectare, ac ſine ſiti ſeruare hominẽ põt: cũ eo, ꝙ nec halituoſũ, nec humidũ, nec ſiccũ detinet excrementũ. Voco halituoſa, quæcunq; ꝑ cutim foris effluere ſunt apta: humida, q̃ per veſicã: ſicca, quæ ꝑ aluũ: quippe à vincenti in ſingulis eorũ ſubſtantia, nomina ipſis impoſui. Quòd aũt nullum horũ retinebit ptiſanæ cremor, manifeſtũ eſt. Quæ. n. per aluũ excrementorum deiectiones ſunt, eas adſtringentia retinere ſolẽt: q̃ per vrinas, & vniuerſam exeunt cutim, hæc detinent ea, q̃ exiguis meatibus inhærent, Emplattomena vocant: præterea, q̃ valẽter adſtringunt, ea Stryphna Græci vocãt: Ptiſana verò nec exiguos cutis meatus obturãdi, nec adſtringendi uim hẽt vllam. Ac, ꝙ non adſtringat q̃dẽ, uel guſtus ipſe docet, cuius vnius eſt propriũ, qđ adſtringendi vim habeat, diſcernere. Quòd verò nec cutis meatibus {lentitia, craſſitudineve ſua} inhæreat, id ratiocinari ex alijs eius affectib⁹ eſt prõptũ. Nã ſiue ſordidũ corpus extrinſecus ptiſana defrices, utiq; ſicut aphronitriũ, & mel, deterget: ſiue ex uẽtriculo per uomitum educere mediocrem pituitã uelis, nihilo minus mulſa vtilẽ ptiſanæ cremorẽ experieris. Additum tñ in dictione eſt (mediocrẽ) qm̃ ſi multa, & vehementer glutinoſa, & craſſa pituita ſit, hanc radi-
B cula ex oxymelite, nõ mulſa aut ptiſana detergere eſt habilis. Eſt ſanè & mulſa ad omnes ante dictas expulſiones idonea, uel ũ nec ſitim reſtinguit, ut ptiſana, & in amara bili abundantibus naturis facile uertitur in bilẽ. Optimũ igit̃ (ut prædiximus) in eiuſmodi tẽperamentis nutrimentum eſt ptiſana. Proximũ ab hoc alica, cui pauluſũ aceti† ſit adiectum: Tertiũ, q̃ ſine aceto liquida eſt, non craſſa, qualẽ nõnulli præparant aſſimilẽ pulti: inieciſſe uerò huic, dũ coquit̃, aliquid porri ſati⁹ eſt: nã, ꝙ tũ anethi, tũ ſalis aliquid neceſſario habebit, neminẽ latet. Quin ẽt in furno * coctus panis utilis eſt cibus: Sicut etiã à piſcibus ſaxatiles oẽs. Nec ipſis minus aſelli, niſi ſi propè lacum, aut magnum flumen, quod in mare decidat, depaſti, humidam magis glutinoſamq; habeant carnem: Proxime aſellos ſunt ſolea & torpedo, itemq; lupus, & mulus, poſt mugil è pelago. Omnis aũt piſcis deterior eſt, qui prope lacum, qui mari cõiungitur, aut magni fluminis oſtium paſcit. Ex uolatilibus autem optimi ſunt perdices, ac mõtani omnes paſſeres. * Ab his gallinacei, & phaſiani, & {iuuenes*} columbæ, ſed nec hæ tñ intus claudendæ, cũ excrementoſa ſint oĩa, quæ exercitatione carent. Excrementoſa uerò non minus ſunt, tum lacuſtria, tum paluſtria oĩa. Quo fit
C ut ẽt ex ipſis ſuillis carnibus optima ſit montana: Ab his deinceps hędi ſunt. In oĩbus iam dictis fugienda, tum vetula, tũ recens edita, ſunt: illa nanq; duriora, concoctuq́; difficiliora ſunt: hæc immodice humida, & excrementoſa: ac potiſſimum quæcunq; ex animalium generibus ſunt q̃ naturaliter humida ſunt, ut oues, ſuesque. Verũ de oĩum ciborũ facultate alibi præcepimus. Nunc veluti alia in hoc opere, ſic iſta quoq; exempli cauſa ſint dicta. Siquidẽ propoſitum nobis in hoc eſt non, tanq̃ in ijs, quæ de alimẽtis & medicamẽtis ſcripſimus, materias inueſtigare, ſed ſolas facultates generales. Nihil aũt ꝑfectò referat, generales ne facultates, an uniuerſales, ipſas appelles. Reuertamur ergo rurſus ad propoſitum. Quibus acre aliquid quotidie trãſpirat, ij, ſi cutis ipſis ſtipetur, prompte febri corripiuntur. Stipant" verò hãc tum quæ adſtringũt, oĩa, ueluti paulo ſupra memorauimus de Albulis aquis: tum quæ {lentitia, craſſitudineve ſua} exiguis meatibus inhærent. Aliq̃ aũt ipſius cutis immoderatior ſiccitas exiguos ipſius meatus denſat. Proinde, qui œnanthe in balneo utebatur, hunc nos uidiſti, quo ꝑ inæqualitatem ſentire ſe quereret̃, uti uetuiſſe: Simili modo, & qui largo uino cum oleo exiguo utebatur. Itẽ, qui lentiſcino, tum cũ denſitudinẽ ſentiebat, hunc quoq; de cætero (ut ſcis) uti prohibuimus. Inhibuimus non minus, & eũ, ꝙ quotidie inſolabatur: & eũ qui puluere utebatur. Alteri verò, qui iã ad inæqualitatem febrilem
D peruenerat, uehementiã remittere frictionis iuſſimus. Iã alium (ut ſcis) curauimus, mirantẽ, quo pacto una lauatione ac debita frictione horridã eius multorum dierum inæqualitatem diſſolueri mus. Vtebatur aũt & ille adſtringente oleo, hoc, inquã, iure ꝑ alios uſus celebri: Hiſpanum uocant. Hoc igitur mutantes, ac Sabino tũ pinguiter, tũ molliter uberius perfricantes, ac bis lauantes, ilico ſanum reddidimus. Nõ ſolum igit̃ hæc oĩa uitanda ijs ſunt, qui fumidum & fuliginoſum è corpore exhalant, ſed ẽt quæ glutinoſum, & q̃ craſſum gignũt ſuccum: qñ hæc paruis meatibus inhærentia tranſpirationem morantur. Retinent nõ minus (ut dictum eſt) tranſpirationẽ, & q̃ cutim immodice ſiccant. †Multos ſiquidẽ talium, cũ Sole uterentur: alios verò, cum uberiore nitro: alios, cũ ſale, aut exercitatione multa, aut frictione dura, præterea frictione ſicca, (Xerotribian uocãt,) {& calidis fomentis,} & puluere, & horũ occaſione quotannis ęgrotarẽt: ipſe teſtis es, ut ab his prohibitos, moltis iã annis ſanos ſeruauerimus. Sunt autem meritò eiuſmodi præcepta tum ualentium adhuc, tum eorũ, qui iã de valetudine querunt̃, cõia. Nõ. n. ei, quæ iã facta eſt, febri conſulunt: ſed ei quæ nunc in generatione eſt, proſpiciunt, tollendis. ſ. ijs, quæ illas excitant, cauſis: ꝙppe, quę adhuc in generatione febris eſt, dũ aufertur cauſa, ipſa vnà interit. Quare quæ in libris de ſanitate tuenda de eiuſmodi temperamentis ſunt prodita, ea oĩa ad eos, qui febricitare incipiunt, ſiue id ſanationẽ appellaſſe oportet, ſiue ꝓuidentiã, ſunt transferẽda. Siquidẽ ſanamus id febris, qđ iã inuaſit; ẽt ſi exiguũ eſt, ꝓſpicimus, ne quid amplius ꝓueniat, adimentes cauſam.

A. l. 4. f. 1. t. 1. cap. 3. fo. 414. d

† Ita habẽt antiqui codi. ut Linacer uertit Impreſſi tamẽ addunt χάριν ἀνα δόσεως. i. diſtributionis, gratia. Vidi porrò hæc verba in margine cod. antiquiſſimi repoſita, ut gloſſema ac dẽclaratio, cur acetũ adijciatur.

*clibano.

* σφουβλοι. i. auiculæ.

* In antiquis non inuenitur.

† *Impſi cod. græci habent,* πολλοὺς γοῦν ἐν ἡλίῳ χρωμένους τοῖς τοιούτοις, *id eſt multos, ſiquidem cum talib⁹ in Sole uterẽtur.*

De curanda Febre Diaria ex Vstione, Ira, Refrigeratione, Vigilijs, Tristitia, Curis, ac Lassitudine. CAP. 3. E

VEluti verò iam dictarũ maximè naturarũ, & cũ valẽt, & cũ de se querunt, illud cõe consiliũ est, ut fluxile, & trãspirabile undiq; corpus reddatur: ita illud quoq; ut tum uigilias, tũ irã, tum tristitiam, tum curã, tum vstionem, tum frigus, tum lassitudinẽ fugiãt: cũ promptissime post hæc, eiusmodi tẽperamẽta febri capiãtur. Sanare verò ea, quoties ex aliqua dictarum occasionũ febricitarint, oportet, partim similiter ijs, quos ex stipata cute laborare diximus, partim dissimiliter. Quippe in prima" accessione inclinãte ducendi in balneum oẽs sunt: tũ pinguiter simul ac molliter fricandi, ij quidẽ, q̃ ex aliquo, qđ cutim adstrinxit, laborãt, sicut dictũ est: q̃ uerò ex sicci tate, fricandi quidem & ipsi, sed parcius, lauãdi aũt uberius. Respiciendũ uerò semper ad virtutis modum est in oibus eiusmodi auxilijs. Atq; iræ quidem, & tristitiæ, & vigiliæ, ac curæ, nec frictionibus, nec lauationibus multis, indigẽt: sed oĩbus, q̃ ex eiusmodi occasione febricitarint, oleũ infundendum tepidum large est, cui minime adstringens vis insit: tum paululum fricandi, atq; ex consuetudine lauandi. Vstio verò ꝓtinus ab initio refrigerationẽ desiderat, tum crebriorem lauationẽ: minime verò aut oleum largum, aut crebram frictionẽ. Sint aũt, quæ refrigerent, & rosaceũ, & omphacinũ, quod ẽt, arbitror, omotribes, id est crudũ oleũ nominãt. Vtiliora verò ex his F sunt, quæ nihil in se salis oĩno habẽt. Efficies hæc magis frigida si ita vas, in quo cõtinẽtur, in puteo suspẽdas, vt aquã tangat. Præterea, si defluxus frigidæ aquæ vasi se illidat, magis humorem refrigerat. Quòd si largius refrigerata cupis, vas niue, circũdabis. Infundere aũt sinciputi, sublata in altũ manu, ꝑ mediocrem lanæ modũ oportet. Hæc vsq; ad inclinationẽ faciens, in balneum duces. Si verò, q̃ memorato est tẽperamẽto, de quo oĩs hic sermo est, ex frigore febricitet, ẽt ducendus ad balneum in remissione is est. Si aũt cum grauedine & destillatione febricitet, prius, q̃ hæc cõcocta sint, lauãdus nõ est. At, q̃ ex vstione febricitãt, ij, vel cum hæc adsint, lauari debebũt: veluti in libris de sanitate tuenda ostendimus. Post lauacrum verò ijsdem, q̃bus ante, madefacienda amborum capita sunt: eorũ quidẽ, q̃ ex vstione febricitarunt, refrigerãtibus: qui ex frigore, calfacientibus. Sunto aũt & hæc post balneũ mediocria: cuiusmodi irinum est, & nardinum vnguentum. Verum de his immorandũ pluribus nõ est, p̃sertim in libris de sanitate tuenda iam proditis. Sed sufficerit dixisse reliqua simili modo in febricitãtibus esse facienda, quẽadmodũ in vstis & refrigeratis citra febrẽ, faciẽda p̃cepimus: Nõ tñ quouis t̃pe lauãdos febricitãtes esse, sed in accessionis remissione. Præterea, q̃ ex vstione febricitãt, ijs intendendã, quæ ex refrigerãtibus constat curationẽ esse: ijs verò, q̃ ex frigore, eã, quæ ex calfaciẽtibus cõsistit, remittendam. Reliquum autẽ G fuerit, vt cõmunitatem ac differentiã in victu omniũ comprehensarum conditionum in proposito tẽperamẽto, vbi febri diaria laborat, exponamus. Omniũ igitur cõmunis victus species esto, quæ & boni sit succi, & concoctu facilis, & quæ nusquã exiguis cutis meatibus inhæreat: Sed ijs, qui exusti sunt, cum eo, quod refrigeret & humectet. Pari modo ijs, quos ira male habuit: Iis verò, q̃ refrigerati fuerunt, cum eo, quod calfaciat modice: Iis, qui peruigilio, & nimia cura sunt affecti, quod humectet ac somnum conciliet; Ad eundem modum ijs, qui fatigati sunt, magis nutriens; Iis, qui refrigerati sunt, minus nutriens: Reliquis, quod medium sit amborum. Vinum verò ipse conscius es omnibus me eiusmodi {naturis} concedere, sed quod tum aspectu, tum viribus, sit aquosum: id enim ad oĩa vtilius, q̃ aqua, est, utpote quod & concoctionẽ iuuet, & vrinas ac sudores prouocet. Constat autem & Hippocratẽ non in diarijs modo febribus, verũ etiam in acutis, ex ijs, quæ" de acutarum victu prodit, vinum dare. At in sexto Epidemion, siue ipse sit, siue Thessalus eius filius, uinum" calidis tẽperamẽtis prohibet: idque non modo cum febricitant, sed ẽt per sanitatem: quippe in calida natura suadet tum refrigerationem, tum aquæ potionem, tũ quietẽ. Nisi forte copiosius vtendum esse aqua, q̃ vino, eiusmodi naturis suadere eum dixeris, quẽadmodũ nonnullis placet. Hoc igitur seorsum per se disquiratur. De potione verò frigidæ de H cidendum. Ego igitur censeo, eius generis naturas & dum valent, eiusmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria febri ijs, quibus in vsu fuit, eam circuncido. Si quis verò non assueuit, huic per febrem dare non inceperim, nisi pristina planè sanitate prius reddita. Quòd si vel propter timiditatẽ, vel ꝑ ꝑ consuetudinẽ à pueris, vel falsam opinionem, frigidam timeat, tum opere homini persuadeam, obseruans in æstate cum æstuat, tum oratione post opus. Nam, ubi post vsum eiusmodi potionis liberatus statim ab vrendo æstuandoq; * est: visusque firmiorem ex eo stomachum, q̃ ante, habere: tum ventriculus illi bilioſum deiecit, & probe concoxit: ac corpus cum ea iterum, iterumque vsus fuerit, reficitur: tum vero alijs quoq; ei indicatis, quibus simili ratione cõtulit, exposuerim: Primum quidem illud esse omnium longe veriſſimum, quòd contraria contrariorum sunt remedia, proditum autem mihi de hoc prius est: Mox illud, ꝙ temperamẽtum eius sanitatis symmetriam egressum morbo est propinquum: Tum, ꝙ sanitas eiusmodi corporum dubia est, ac potius in affectu, quã schesim uocant, q̃ in habitu, quã hexin. Præterea ꝙ si boni temperamenti esset, hoc illi omni studio tuerer: cum verò vitioſi sit temperamenti & naturæ, in melius immuto. Porrò dictum & de his susius est in libris De sanitate tuenda. Vnde nec immorandum

A.l.4.f.1.t.1.c.9. fol. 413.a

* Al. διαθέσεως. i. affectionis.

A.li.4.f.1.t.1.c.9. fol. 412.h

3. de Rat. uic. 1 ac.t.1.7.125. d.Sect 4.t.15. 3.183.e

* χρὴ κλύειν,

A dum mihi hîc multis est eos imitanti scriptores, qui, cum pauca ꝓrsus sciant, ipsa in omnibus libris inculcant. Id.n. non multa est docere, sed multa scribere, & multas chartas consumere, cũ licet paucas: ac multũ tẽporis nulla necessitate cõterere. Itaq; nec notas diariarũ febrium hoc loco describo, vt pote iã p̃dictas mihi ĩ secũdo De crisi ꝓpemodũ vniuersas, si quę verò reliquę fuerunt, ẽt in primo de febriũ differẽtiis proditus. Quin etiam in libris De pulsibus, quãtũ ex ipsis sit vtile, exposuimus, soli (vt scis) oĩum, q̃ ante nos fuerũt: {idq; } ideo (arbitror) clare, vt nec puerũ, ꝙ tradidimus, lateat: cum Archigenes (vt ostẽdimus) non docuerit, sed deblaterarit plurima tum in opere de pulsibus, tũ in eo, quod de febrium significatione inscribit. Vt aũt eũ, q̃ in alumi nosa aqua se lauit, medici vsq; in tertium diẽ cibo abstinere iusserunt, ad eũdem scis modũ, neminẽ eorũ, qui vel exusti fuerunt, †vel alia quapiã ex iam dictis causis febri tentati, lauisse, aut nutriuisse prius, q̃ diatriton transmisissent: necesse.n. profectò est & inediatriton dicere, ne in hoc quoque nugis eorũ me exponam, dicẽtiũ aliã esse tertij diei accessionẽ, aliã ipsam primã diatritõ: ꝙpe hactenus eorum nugas processisse ipse aliq̃n audisti. Sed siue primã diatriton, siue aliud quiduis, appellasse velint, non semel nos bisue aut ter, verũ sæpius, q̃; ut meminisse possimus, tum in

B primo statim die ad vesperã eos, qui diaria febri laborarunt, lauimus, tum vel magis in secundo; immo ẽt ĩ ipso tertio: ceu paulo ante diximus de eo, cui stipata cutis fuerat. Verũ hanc causam ranter vidi febrem accendere, itaq; etiã maxime tractãdã desumpsi: vstionẽ verò & lassitudinẽ, & cæterorũ singula, planè sæpe. Vidisti aũt eos omnes quarto die mane ad solita redire munia: ac medicis, qui ipsos tertium diem prorsus cibi inedia exegisse fuerant opinati, occurrere. Itaq; etiã miranti tibi ac quærenti, quid demum causæ esset, cur vel nunc saltem eiusmodi medici ab ijs, q̃ perperam opinantur, non recedant, cõuenienter (vt arbitror) respondi, ꝙ neq; verã speculationẽ noscerent, & nũc eam incipere discere erubescerent; Aliqui tamẽ (ueluti cõfitẽtẽ aliquãdo ex ijs quẽdã, idq; cum lacrymis veritatem nobis solis audiuisti) nec vitæ sibi necessaria aiunt affutura, si, qui eos scire aliquid existimant, discẽtes iã videãt. Verũ tu hoc semel audisti: deos aũt oẽs testor, multos id mihi sæpe soli confessos idq; lacrymantes, ac infœlicitatẽ suã deplorantes, ꝙ submalis p̃ceptoribus tps perdidissent. Iuroq; tibi rursus deos, illud quoq; mihi ꝓsępe à cõdiscipulis dictum esse, cũ essem adhuc ætate adolescens. Nam cũ mihi mos esset, vbi aliquis me de secta aliqua, num sana esset, percontaretur, dicere, me respõdere non posse, nisi reliquorũ oĩum dogmata didicissem: ac† methodũ quãpiam mihi comparassem, qua, ꝙ potius esset, discernerẽ, nõ pauci

C ex condiscipulis, qui hæc audierant, mihi responderunt, me & excellenti natura, & singulari ꝓꝓ patris mei liberalitatem esse eruditione, tum & ætatem ad discendum idoneam, & impensas, vnde disciplinis vacem, suppeditatas hre: secum non ita agi, qui & rudes in primis disciplinis essent, nec acuto, vt ego, ingenio, nec, quod impenderent, habere: itaq; contentos esse oportere iis, quę nunc nossent, qualiacunq; ea forent. Minime igitur mireris, cur plerosq; medicorũ non pudeat diatriton in ore habere, ẽt si sexcenties nos præsagire in ægris uiderunt, diaria ne febri laborarẽt, an ea, quæ tertio quarto ve die accessionẽ esset habitura. Illud potius æstima, quod Hippocrates monuit, homo alias ingenio maxime philosophico: [a] Cum [b] in † acumine } morbus est, statim tum vltimos labores infert, tum [c*] tenui ad vltimum victu necesse est vti, Vbi uerò non, sed licet liberalius cibare, tm̃ est de vltimo remittendum, quantum morbus vltimis est mitior. Labores namq; dicit omnia, quæ hoĩem offendunt: ultimos verò, maximos: quales vtique in summo uigore fiunt. Iubet aũt reseruari in id tpis summam uictus tenuitatem, nihil profecto docẽs diuersum ab eo, quod alibi dixit: [d] Cum in summo vigore morbus est, tum victu uti tenuissimo est necesse. Atqui fieri non potest, vt summam victus tenuitatem ad summi vigoris tẽpus differas, nisi

D inter initia cõieceris, circiter quo tum diem in vigore morbus sit futurus. Sed & insanire Hippocratem dicunt, qui hæc scripserit: & tametsi nos opere ea ostendimus, omnia potius putãt, quam posse quempiam in prima aliquando accessione certã notitiam affectus ægrotantis habere. Ego verò nec in omnibus ægrotantibus fateor exacte me scire in primo die affectum, nec ullam diariam me febrem posse fugere: at verò, vt nihil in victus ratione primis saltẽ diebus peccet, hoc satis est, si discernere diariã a reliquis queas. Ac propterea quarto die, in quo illi hominem, q̃m iam [*] siccarunt, primũ nutrire incipiunt, nos ad consueta dimittimus: ac a diarijs in acutas febres transitum fieri hac uictus ratione prohibemus; cum, si quis aliter cibet, excipiant necessario iam dictas naturas ardentissimæ febres. Sunt enim aliæ naturæ, quibus aut nihil, aut non magnopere, incommodet tot dierum inedia, sicut è diuerso aliæ, quibus non modo innoxia, sed etiam vtilis est trium dierum inedia, Verum de cæteris naturis post decernam. Propositum verò nunc nobis ab initio temperamentum in ediæ in summum ducunt discrimen, in quacunque iniungantur febri, non solum ijs, quas modo commemorauí, diarijs.

† Addũtã tiqui cod. καὶ κοπωθέντων. i. & qui fatigati fuerũt.

* προταρεχευσαμένης.

Quo pacto Diaria Febris ex obstructione curanda sit, ut præcaueamus, ne in putridam per transeat. CAP. 4.

ET enim, si propter obstructionem aliquando (vt dictũ est) morata transpiratio est, si parua ea sit, qui recte deterserit, secundam fore accessionem uetabit, sin momentanea, non possis

Septima Classis.

† Addunt anti qui cod. δυναμενῆ, i. facultatem uel.

A 1. Aphor. 7. Ex. ord. 4. d

B † peracutus.

C* Al. tenuissimo.

1. Apho. 8. Ex. ord. 4. f

Melius, nisi ef fatu digna lit. græce. n. ἐξιολέγου δὲ γενολένης, ãtiquus interpres magna uero facta

ita promittere. Quòd si & multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint, q̃ hos excipit febris, fieri E
non potest, vt intra fines diariarum consistat: qñ ex necessitate huic in mali succi naturis ea, q̃ ex
putredine humorum accenditur, succedet. Nam in aliis saltem temperamẽtis, quæ in sequẽtibus
exponã, excitari ex tali causa põt citra humorum putredinem aliqua continentis febris species.
Porrò capere eiusmodi sermones oĩno non potest, qui prius in memoratis operibus non sit exer
citatus: ac potissimum in eo, quod de febrium dria inscribitur. Nam, vbi obstructio quæpiam me-
diocris est, ob quam febricitant, quibus vitiosus est succus, in primo die, atq; etiam sed'i aliqua par
te, nullum est in pulsu putredinis signum, æque vt nec cruditatis in vrinis. Protracta tñ inclinatio
ne, nec amplius ꝓ rõne, sicut post summum vigorem inceperat, cedẽte, suspectus affectus est: ue-
† Antiqui. co. addunt. ἢ νοτί δες, i. uel ma- dores. luti è diuerso, in quibus ad solutionem festinat, vel halitus aliqui† vel sudores exierunt, vel multa
bona vrina, cũ signis in pulsu bonis, in ijs proculdubio diaria febris est. Sed, q̃ ex parua oritur ob-
structione, ea (vt dictum est) saltem inter initia similis diarijs est. Protracta tñ inclinatione, suspe
cta redditur, q̃uis putredinis indicia in pulsu adhuc nõ appareant: quippe, nisi vitiosus succus pe-
nitus transpiret, necesse est, putrefiat. Ergo, vt transpiret, maiore iã auxilio est opus. Ac, siquidem
vel puer, vel senex sit, sanguinẽ detrahere non licet: inter has ætates, vbi robur ægro non deest, se
canda vena est, ẽt si plenitudinis signa non adsunt. Præstat. n. vitiosi succi maiore parte emissa ad F
detergẽdas obstructiones accedere; cũ alioqui m̃etus sit si obstructionibus liberandis prius, q̃ va
cuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas. At soluunt quidẽ obstructiones, q̃ detersoriã faculta
tem obtinent, seu foris cuti sint admota, seu introrsus in corpus accepta. Periculũ verò est ẽt, ne, q̃ fo-
ras trahũt, una cum ijs, q̃ * obstruunt, ẽt aliud quippiam atrahant: &, q̃ ab interno sursum ferũtur,
a' In A. C. Græc. legitur. ἀνορύττουσι, i. soluunt obstru ctionem. aliquid secũ in ijs, q̃ in vasis continẽtur, rapiant. Quod ipsum si tenax sit * & crassum, obstructio-
nẽ planè geminabit: sin aliter, multitudine certe sua nõ parũ oĩno nocebit. Cernimus. n. aliq̃, ẽt
ꝙ multũ est, cũ, simul totũ confluit, obstruẽdo hęrere, infigique non minus, q̃ ea, q̃ glutinosa sunt
& crassa: ꝙ si per meatus angustos est transitus, multo profecto magis retineri. Quo igitur & his
iter liberũ, & ijs, q̃ foris admouẽtur, attractio tuta sit, vtilissimũ est corpus inanisse. Quin ẽt fumo-
sa fuliginosaq; succorũ excrementa, q̃ trãspirant, succis ipsis imminutis pauciora restabunt. Qua
re inde quoq; minor reddetur febrilis calor, sic vt foras transpirare, si exiguæ obstructiones sint, A.l.4.f.1.r.
queat. Ergo, ″cũ suspicio erit cutim esse ex obstructione occlusam (id ꝙ tũ ex eo conijcies, ꝙ non 1.c.33.fol.
fuerit in primę accessionis remissione vacuatio satis magna, tũ ꝙ similis sibi ꝑ durauerit remissio) 414.c
si homo ex nulla manifesta febricitauit causa, ẽt certius argumẽtũ obstructionis habes: sin ex eui G
dẽti aliqua causa, fieri põt, vt duæ simul coierint causæ: nam, si altera tm̃ causarum, nempe quã ex
terna impressit, subesset, imminuta remissio fuisset cũ sensibili alicuius expulsione. Haudquaq̃ igi
tur differẽdum est sanguinẽ ita laborãtiũ mittere. s. tum ad virtutis, tũ ad obstructionis modi por
tionẽ. Discernetur aũt obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris: vt q̃ ex maiore ob-
structione maior, ex minore minor inciderit. Vbi verò modice vacuaueris, haud multo post aut
nutrimentũ aliquod, aut pharmacũ ex ijs, q̃ detergeãt, exhibebis. Sunt porrò nõ multa, q̃ in febri-
bus id præstent. Sed, sicut dictũ prius est, in alimentorũ rõne sunt ptisana, & mulsa: in pharmaco
rũ oxymeli, & quæcunq; incoquere in mulsa licet, ceu calaminthã, & hyssopum, & origanum, &
serpillũ, & irim, & apiũ. Verũ hæc oĩa iusto sunt calidiora. ideoq; febres accendunt, ita vtique, vt
vinũ. Oxymeli verò solũ nec febres accẽdit, & strenue detergetsic, vt ea, quę glutinosa crassaque
sint, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porrò inter mulsam & oxymeli mediũ locũ habet,
qđ Apomeli græce dicitur: cuius plurimus in Peloponeso est vsus. Nõ immeritò, arbitror, & sac
charũ inter hæc numerãdũ. Ex hoc victu seruabis, q̃tum de febrili calore minuitur. Etenim si ter
tio die mane videris minimum esse, qđ de febri reliquitur: ac″ neq; putredinis humorũ in pulsu H A.ibid.g
nota subsit, neq; in vrina cruditatis: suspecta verò hora, qua primo die febris occupauit, extra me
ridiẽ nota sit: audacter hoĩem, q̃ ocyssime lauabis, lõge ante sextã horã. Abũde tñ sit si in intra ter
tiã horã lauationem compleueris. Ad eundẽ modũ, & si decimã horã suspectã habueris, vsq; ad
septimã laues, licet: cũ tres æquinoctiales horas quatuorve inter balneum accessionisq; tps inter
poni, abũde sit satis. Debet aũt in balneo corpus prius vnctum ac moderatissime frictũ, mox de-
tergeri extrinsecus, abluique. Sanè detergentium matériam expositam habes in cõmentarijs ijs,
qui de medicamentis sunt cõscripti. Deligẽda verò semper sunt, quæ ad rẽ propositã sint accom
moda: quippe distincta in his sunt, tum quæ magis, tum quæ minus, detergent. Sed & nũc exem-
pli causa pauca dicemus. Moderatissime detergent tum erui farina, tum hordei, tum fabarum: prę
terea mulsa, quæ sit aquosa: magis verò, q̃ hæc, iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulsa, quæ
mediocri est mistura: ueluti etiã hac magis, quæ meracissima est. Fit hæc, vbi mista melli exigua
est aqua sic, vt liquatum mel exiguos cutis meatus facile ingredi possit. Possunt aũt uel hac ma-
gis detergere tũ spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrũ. Si aũt nitrum, oportet, quod ex
tenuibus partibus constet, cuiusmodi Berenicium est: si uerò lapidosum sit, vri id læuigarique di-
ligẽter debebit: Mel autem purissimum, acerrimumque, cuiusmodi est Hymmetium. Est autem
& sapo ex ijs, quæ maxime detergere valeant. Atq; hæc satis multa detergẽtium materiæ exem-

pla

A pla ſunt. Tempeſtiuum.n.eſt iã ad eà, quæ poſt balneum adhibentur, accedamus. Sunt ãt ea minime multa. Nã præter aquam, quæ parum apij incoctum in ſe habuerit, nihil his eſt offerẽdum, licet, quod inter balneũ, & ſuſpectas horas ſpatium erit, triũ fore horarũ conijciamus. Si verò citra veſperã, aut duabus horis citius, q̃ primo die, acceſſio inuadet, tũ lauiſſe mane liceat, tũ cibaſſe, ſed tñ ptiſanæ cremore. Deinde, ſi ſuſpectę horæ nihil prorſus afferant, & lauare rurſus, ſi velit licet, & cibare, ad eas, quas diximus, conſiderationes intento. Sin aliquid eueniat, & conferẽdũ id eſt cũ acceſſione, quæ primo die inciderat, & tum vrinæ conſiderandæ, tum pulſus ſunt: quæ oĩa proſectò mediocria apparebũt, ubi exigua relinquitur obſtructio. Quare ipſum, & lauabis quarto die, & cibabis, ad iam dictas conſiderationes ſpectans: ſperabisq́ue nihil quinto die ſuperuentu rum. At, ſi magna obſtructio facta ſit, ea febris ex diariarũ genere non erit. Quare in proximum differatur librum, cum in hoc de diarijs tantum agere ſtatuerimus.

De Diarijs febribus, quæ ſuperueniunt cruditatibus ciborum. CAP. 5.

A.li.4.f.1. t.1.c.34.f. 414.h

QVoniam igitur diariæ febres in propoſitis corporum temperamentis ſæpenumero ẽt cibo-
B rum cruditatibus ſuccedũt, proximum fuerit de ipſis diſſerere. Ergo peſſima quidem in eiuſmodi tẽperamentis cruditas eſt, citiſſimeq́; febrem accẽdit, in qua cibi in nidorulentã, & fumoſã qualitatẽ corrũpuntur: qñ ea, q̃ in acidã uertit, ut* raro talibus naturis contingit, ita minus nocet, Dicemus aũt de utraq; ſeorſum, incipientes ab ea, q̃ ſæpius his incidit, & magis lædit. Ea eſt (ut diximus) nidoroſa q̃dã, ac fumoſa: q̃ vtique, ſi aluus lubrica eſt, minus eſt noxia: ſin adſtringitur, grauis eſt. Siquidẽ ex adſtrictione eius* vitioſæ naturę in febres prõpte incidũt, ac potiſſimũ, cũ negle
C cto conſilio in lectulo domi manendi, ad ſolita cõuertuntur opera. Febricitant aũt nõnulli, & ex ijs, quos diarrhœa ex cruditate male hẽt: quibus vtiq; nõ minime increſcit febrilis affectio, & exeſurgendi frequentia. Quòd ſi ẽt roſio, aut dolor, aut calor immodicus in vẽtriculo, & inteſtinis ſit, hinc utiq; uel lõgè magis affectio febrilis increſcit. Eſt aũt eorũ, quibus clauſa aluus eſt, & q̃b* fluẽs, nõ eadẽ ſanatio. Itaq; ẽt ſeorſum de vtriſq; agetur. Apparebit.n.ſic tractantibus nõ ſolum, quatenus differunt, ſed etiã quantum ambobus ſit commune. Si igitur ea tantum, quæ corrupta fuere uacuata eſſe uidentur, tũ lauandum, tum nutriẽdum in remiſſione febris eſt, ſed ijs, quæ circa ventriculum ſunt, prius conſulto. Sin ita multa inanitio, aut prius facta ſit, aut nunc etiam in homine duret, ut virtus iã defeſſa ſit, ſatius eſt omiſſa lauatione, cibare, ſed conſulto prius, ijs quæ circa uentrem ſunt. Conſuletur ita laborantibus, ſi modo vacuatio amplius non duret,* fomento ex oleo, & abſinthio: expedit autẽ tingi abſinthium, quo minus nidore offendat, feruenti aqua. Quod ſi q̃s morſus, aut doloris ſenſus, in ventriculo adhuc ſuperſit, incingi illi peniculus poſt fomentum debebit, qui uel ſiccus, & calidus ſit, uel ex oleo, in quo abſinthium incoctum fuit, madẽs, ac plurimũ expreſſus. Satius autẽ fuerit, ſi nardini vnguenti, quod curioſe ſit factum, facultas ſit, ex eo* peniculum eodem modo imbutum uentri incingere. Iam multo ẽt ſatius ſit, ſi purpura marina is ſit: atque ẽt longe optimum, ſi optima ſit Tyria: quippe tenuiorem adſtringẽdi vim habet tum ea purpura, tum optima nardus ita, vt uis earum ſiccando, calfaciendo, ac robur inferendo, in corpora, quæ circa ventriculum habentur, alte penetrare poſſit. Quòd ſi os uentriculi (q̃d ſtomachum appellare ſolemus, abutentes nimirũ appellatione) imbecillius ſit, ẽt tãta portione chiæ maſtiches in nardino tunſa, unde ſordium craſſitudo exiſtat, madefactam ex eo purpuram imponemus. Eſto autem abunde calens taliũ quodque, cum primũ imponitur: quippe, quæ tepida ſunt, oĩa ventriculi firmitudinem diſſoluunt. Non aũt te fugit ſolere me unguenta calefacere in vaſe duplici, utique coniecta prius in vas maius, aqua feruente: q̃n aliter calefactis uitiatur
D eorũ facultas. Cæterũ fluente adhuc aluo, utilius eſt optimo recenteq; melino ſimili modo, quo nardino, uti. Vtile aũt ad omnia talia eſt, & maſtichinum. Non in poſtremis accommodata ſunt ciuſmodi uentriculi affectibus, & vnguenta ea, quæ ad gratiam delicatarum mulierũ fiunt: hæc, inquam, pretioſa, quæ Romanorũ luxus vĩ inueniſſe, appellationesque Romanas dediſſe: nominantur.n.tum ſpicata, tum foliata. Si verò, qui affligitur, cinctum non patitur, ſiue ob conſuetudinem, ſiue delicias cingi recuſet, licet, cerato idem efficias. Eſt aũt in ciuſmodi vſum optimum, q̃d ex cera fit Tyrrhenica in vnguento nardino liquata,† cui poſt, q̃ refrigeratum eſt, } aloes, ac maſtiches molliſſimus puluis eſt admiſtus. Debet aũt ſingulorũ hic eſſe modus: Ceræ, ac nardi partes pares: aloes pars octaua: ſic etiam & maſtiches, uel (ſi placet) huius paulo aliquid plus. Quòd ſi cerato aliq̃d è ſumptuoſis his vnguẽtis admiſceas, pſtantius medicamentum habebis. Si aũt uentriculus intus uritur ita, ut affect* quidã phlegmonæ ſimilis in eo cõſiſtere uideatur, utilius eſt ceratum, q̃d ex melino cõficitur. Sũt porrò alia medicamenta nõ pauca, alia quidem ex œnanthe, alia ex hypociſtide, & balauſtiis, & palmularũ carne cõfecta, quæ uentriculo tũ refrigerando, tũ vero firmando, ſint idonea. Horũ ergo, quod ad rem preſentẽ ſit commodiſſimum, id deliges, ijs, quas memorauimus, cõſiderationibus intentus. Cibandi verò deinceps his ſunt: fluente quidẽ ẽt num vẽtre, polenta, & pane, quẽ græce Oxylipe uocãt: qui utiq; minimũ aceti habeat, non ſicuti in dyſenteria, & diutina diarrhœa pparare ſolemus. Inſpergere autem polentam debebis alias aqua calida ubertim: alias, ubi, ſ. uẽter adhuc plus iuſto excernit, uel mali punici, uel pirorum, vel malorum

A.li.4.f.1. t.1.c.26.f. 418.a

* ἐμβροχή.

* πίλημα hapſum coactæ lanæ.

* In antiquis ita legit ψυχθεὶσα ἐπὶ κεφαλῆς σθείσῃ τῇ κηρωτῇ. i. cui, poſt quàm refrigeratum eſt, ac derasũ, &c.

malorum ſucco, potiſſimũ cotoneorum. Quod ſi iucundius laborãti erit, ẽt decocto ex piris, aut E
malis, aut myrtis, p̃parato, polentã inſperges. Sin venter non amplius excernit, ſuffecerit tũ alica
ſimiliter ptiſanæ præparata, hoc eſt aceti habens pauxillũ: tũ ex ea ſine aceto ſorbitio: tũ gallina-
*ὀπωρῶν ceorũ teſticuli: & ſaxatiles ex albo iure piſces: p̃terea *fructuũ aliquis ex ijs, qui adſtringant, uel ſo
lus, uel cũ pane. Hos verò vel magis ẽt vẽtre adhuc fluẽte dabis. Quòd ſi appetẽtia careant ſic, ut
cibos auerſentur, (incidit nanq; id nõ paucis eorũ, quos diarrhæa ex cruditate male hẽt) ẽt de me-
dicamento, qđ ex ſucco fit cotoneorũ, unũ, aut duo cochlearia danda his ſunt: aut, ſi huius copia
non eſt, eius, quod ex carne eorũ cõponitur. Tradita verò eius generis medicamẽtorũ cõpoſitio
eſt in libris De tuẽda ſanitate. Atq; ita quidẽ in prima remiſſione, ijs, q̃ ex cruditate febricitãt, vẽ-
tre excernente, mederi cõuenit. Si verò oĩno uenter adſtringitur, p̃tractatis prius* p̃cordijs, mox
* Græcè hypochondria. Linacer autẽ cũ Celſo ſemper uertit præcordia. toto ventre, conſiderabis diligenter, nũ cibus in gracile inteſti nũ, aut in colon deſcenderit. Dein
de ægrũ interrogabis, qua maxime in parte vel morſum, vel grauitatẽ ſentiat, qualesve habeat
ructus. Vbi ex his compertũ habueris, in qua nã totius ventris parte nutrimentũ conſiſtat, ſi in ſu
perioribus partibus pendet, aliquid diatrion pepereon dabis, nõ medicamẽtoſi illius, ſed eius, qđ
in opere de ſanitate tuenda, ceu & ſimpliciſſimũ, & ijs, qui cruditate laborarẽt, aptiſſimũ laudaui
mus. Poſt deinde p̃cordia, omnemq; vẽtrẽ perfundes. Hoc verò, ẽt ſi inferius deſcẽderint, quæ F
vitioſa ſunt, facies, pluris minorisq; ratione id uariãs. Siq̃dẽ plus, & tẽporis, & perfuſionis exigũt
ad præparationem eorum, quæ deinceps ſunt agenda, quibus in ſuperioribus uentris corruptũ
nutrimentum adhuc manet. Sin motũ id notabiliter ad inferiora ſit, adiuuandũ, aut glande ſub
dita, aut leui per inferius infuſione eſt, utique, ſi morſus ſimul adſit, hũc mitigãtibus: ſi flatus, hunc
*καθιζῶντες, in manuſcriptis eſt in impreſis, μεθιστῶντες. *cõprimẽtibus: ſin neutrum fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei id, quod ſubter infundetur, fa-
cientibus. Vbi uerò vehementior morſus vrget, Sabinum oleũ, in quo aliquid ſeui anſerini ſit li-
quatum, eſt utilius: ſi verò eius copia non eſt, gallinacei ſeui: ſin nec huius facultas eſt, caprini: q̃
ſi huius quoq; penuria eſt, inijciendum oleo parum ceræ eſt, potiſſimũ elotæ. Flatus verò ſanan-
di ſunt oleo, in quo ruta, & ſemina, quæ flatus diſcutiũt, fuere incocta, cuiuſmodi ſunt apij, & cu-
mini, & marathri, & ſinonis, aliaq; id genus. Vacuata uero aluo, nutriendum protinus in cæteris
quidem iis, quos memorauimus, ſimiliter eſt, amotis tñ ijs, quæ adſtringant. At, ſi quidem primo
die ad veſperam hæc egeris, aut etiam noctis qualibet hora, etiam ſecundo die ſimilem adhibebis
prouidentiã. In quo ẽt, ſi planè deſiit febris, lauari hominem ſines. Ac, ubi in ſequenti nocte, quie
tus citra offenſam dormierit, ſanũ iam hominẽ prorſus exiſtimabis. Si verò, qui cruditati ſucceſ-
ſit, dies cum ſequenti nocte febrem attulerit, uelut in ſecundo die, ita nunc, & accurandus, & nu- G
triendus homo eſt. Si verò, & nox tertiæ diei febrile quiddam paululum afferat, ne ſic quidẽ for-
midandũ, ſed hos quoq; poſtridie lauabis, nutriesque, ac reliqua omnia in illis, ut ante definitum
eſt, ad portionẽ exequeris. Sanè" mutationes crudi alimenti in acidam qualitatem nec incidere A.li.4. f.1. t.1.c.3 4.f. 415.a
in eiuſmodi naturis cernuntur, niſi admodum raro, idque ex cibis, qui prompte aceſcunt: nec fe-
brem accendere diariã, æque, ut nec tarditas concoctionis: quãdo, ſicubi propter talem cruditatẽ febricitant, quibus amara bilis in temperamento abundat, obſtructionis, & humorum putredinis ſuſpicio eſt. De qua poſtea diligentius definiã, cum de putredine agam. Nunc huic de diarijs febribus diſputationi hoc adiecto, ad alia tranſibo. Fumidus vapor ex tarditate concoctionis, aut cruditate, in qua ructus ſentiuntur acidi, nunquam excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibus ſuccis* aſcendunt, hiq; omnino pauciſſimi, minime autẽ uapores multi fumidique, ac fuligi-
* ἀποῤῥέουσι. noſi: cum nec in ijs, quæ extra ſunt, aliter aut fumũ edi, aut fuliginẽ videas, q̃ fumum ex materiis (ut ita dicã) ſemiuſtis, fuliginẽ ex immodice aſſis uſtisque: eſt nãq; fuligo uapor terreſtris, fumus miſtio quædam ex terreſtri aqueaq; ſubſtantia. Verum nõ eſt, quòd hoc loco audire expectes, aut quemadmodum ijs, qui tarde cõcoquũt, aut ijs, qui acidum ructant, ſit proſpiciendum: eſt. n. de his tractatio ad opus de tuenda ſanitate pertinens. Hic tantum earum cruditatum mentionem H
faciemus, quas febris ſubſequitur. Quoniam igitur diaria febris cruditates, quæ cum acido ructu ſunt, non conſequitur: quæ verò ex putredine humorum oritur, ea quando que ſequitur: non ſine ratione in eam tractationem, q̃ de illis inſtituitur, diſtuli de his cruditatibus præcipere, ſed ne tunc quidem eo modo, quo in ſanitatis tuendæ libris. In illis. n. diximus quæ nã per ſanitatẽ agenda ſint illi, qui cruditate laborat: hic verò, quæ nam in ijs febribus, quæ cruditati ſuperueniunt.

Quo pacto, qui Diaria ex Bubone correpti ſunt, ſibi ipſis conſulant, ac Diatritarios, uocatos irrideant. CAP. 6.

Dicta mihi fermè ſunt de diarijs febribus uniuerſa: q̃ qui ex bubone febricitãt, medicos, q̃d ſibi ſit agendum, ne conſulunt quidem, ſed, ubi tum vlceri, quod bubonis occaſio fuit, tum poſtea bubboni ipſi proſpexerint, in remiſſione eius, quæ inciderit, acceſſionis lauantur. Ac, ſiquis tũ diatriton uel nominet, oẽs irrident, ſcholaſticumq; appellant, natura (puto) ipſa intelligentes id tranſmittendum non eſſe, quod omnino non erit. Cenſentq; etiam in omnibus ijs, quæ ſenſum fugiũt, tales debere eſſe medicos, quales ipſi ſunt in ijs, quæ ſenſui apparent. Porrò in oĩbus tales eſſe, nihil eſt aliud, q̃ intelligere, quãdo ſit in tertio acceſſio futura, & quãdo futura non ſit.

Quin

A Quin etiam,qui refrixerunt,aut vsti sunt,aut fatigati,aut tale quippiam passi, postea verò febrici tarunt,hi,vbi remissione talem status quietem,qualis erat per sanitatē,sentiunt, ne tunc quidem eos,qui diatrion nominent,ferre possunt.Quod.n.vsurpare sæpe soleo,quemlibet priuatum,qui secundum naturam se habeat,quouis sophista veriores opiniones habere,hoc etiam in diuinissima istorum diatrito videre licet,vt quæ ab omnibus,qui naturaliter se habēt, sit irrisa.Nuper.n. è plebe quidam,qui in splendida cœna prolixius sibi epulis potuq; indulsisset, venit domum errabundus,ac manu deductus.Cum aūt ea,quibus grauabatur,in ventriculo eius fluitarent, omnia ea euomuit:& per noctem quidem febricitauit.Dormiuit autem in magnam partem sequentis diei.Postea surgens,ac paululum inambulans,lauit,risitq; eum, qui sibi diatriton manendam suaserat illo nēpe authore ēt postero die inediam tolerare debuisset. Vt aūt (res ipsa monebat,& ipse sua spōte faciebat) lotus,& modice cibatus,post somno deditus,eoq; inoffense fruens,mane surrexisset:ad consuetaq; redijsset etiam in ipsa diatrito, in qua eum tolerare inediam oportuisset,si diatritarijs medicis paruisset,ita.n.eos per iocum eleganter nominant quidam, & quidem cum cœnatus iam ex consuetudine homo esset:accedēs facetus ille,risum excitauit,commemorans quemadmodum eum,q; tertio ante vesperi vomuisset, oportuisset, ēt biduo inediam siccū
B ac* sordium plenum tolerare,ad horasq; spectantem pro diatritariorum iussu decumbere. Sūt * ἄσης. enim arbitror,uel plebi non obscura,quæ præter rerum euidentiam temere audentur.Atq; inde merito alios medicos,alios græce Logiatros,id est verbis tenus medicos esse dicunt. Quomodo enim non iure hac appellatione censeantur, qui ea nesciant,quæ nemo è vulgo ignorat?Quomodo nō meritissime irridēdi carpendique,qui ēt,cum talia ignorent,Hippocrati se præponūt? Verum illorum stupiditatem ne Mercurius quidem ipse cum Musis sanauerit.

A.l.4.f.i.t. 1.c.2.fol. 411.e

De curanda Diaria in calidis,& humidis naturis,ac in habitibus,qui sunt acquisiti. CAP. 7.

ABsoluta verò in ijs naturis,quibus amara bilis redundat (in quibus.s. elementū frigidū vincitur à calido,& elementum humidum à sicco)de diariis febribus disputatione;ad aliud corporum temperamentum trāseamus,quod nihil minus,q̄ supra dictum,vitioso est succo, in quo .s.calidum prævalet frigido,& humidū sicco.Maxime enim oīum putredinis morbis hæc intēperies" exposita est: ꝓpterea,q̄ per ipsam sanitatem ꝓxime putredinem accedit:velut tum ex sudoribus conijcere est,q̄ grauiter his olent,tum verò ex vrinis,deiectione,atq; ēt ipsa* respiratione. Etenim,qualis est hircorum,talis est,& talium naturarū temperies.Ideoq; prompta est ex qualibet occasione,tum alijs multis morbis tū verò febribus,corripi.Nam,q̄ hac intemperie sunt, cūr
C stipata cutis eorum est,effugere febrē non possunt:sed nec,cum valentem cruditatem contraxerunt,aut perusti{in Sole} fuerunt,aut tale q̄ppiam aliud passi.Ac vitiosis q̄dem habitibus stipatio cutis plurimum esse incōmoda solet.Ideoq; q̄bus amara redundat bilis,non minus, q̄ qui ad putredinem sunt proni,(Sepedonōdes,id est putredinosos Græci vocant) febribus ijs, q̄ ex stipata oriuntur cute,patēt.At ab nidorosis cruditatibus,q̄ humidæ & calidæ naturæ sunt,(quas modo putredinosas ꝓpterea vocaui,ꝙ succi facillime in ijs putrescāt)promptius lædentur.Nā de ob * ἐκτυοῆς,i.ex- structione q̄d attinet dicere? q̄ idcirco maxime febres accēdere diximus, ꝙ putredinem in ijs, q̄ piratione. non transpirent,corporibus creet.Verū de eiusmodi febribus post agemus. Sanè diariæ oēs prōptissime in iam dictis temperamentis accenduntur,idq; ex qualibet earum causarum, quas modo in amara bili vitiatis naturis retuli:curationemq; persimilem illis habēt,ac in paucis oīno dissidentem.Nam,cum humidiores naturæ sint,magis ferūt,q̄ illæ,famem sitimque. Itaque minus lædentur hæ,siquādo fame ꝓ diatritarios cruciētur,si modo libera ipsis trāspiratio nō desit. Atq; idcirco balneum hi,ceu qd̄ cutim eorum laxet,vel magis,vel certe non minus, q̄ qui amara bili abundant,requirunt:ceu quod humectet,non requirunt. Quæcunque verò de eiusmodi natura sunt dicta,eadem de acquisito habitu dicta esse censendum.Aliqui.n.quibus boni sunt natura succi,coeuntibus aliqñ eodem tꝑe pluribus siccantibus corpus,calfacientibusq; causis, in amaræ bi
D lis vitiosum habitum mutantur.Da enim venisse hominem æstatis tempore in regionem calidā, & siccam:esse præterea eodem tēpore statum cœli calidum, ac siccum:tum vesci eum cibis calidis siccisque: cogitare quoque,ac tristari,& vigilare,& irasci,& q̄ plurimum laborare: fieri autē potest,vt idem homo per id tempus uenere sit usus frequēti,& in Sole maiore ex parte uersatus, & medicamenta,quæ siccent calfaciantque biberit,veluti aliqui Theriacen, nonnulli Ambrosiam,& alij Athanasiam,scimus enim profectò medicamenta à iunioribus medicis eiusmodi nominibus uocari: Cui ergo omnia iam dicta per æstatem contigerunt,hunc,necesse est,calidum, & siccum reddiderint,ꝙac propterea eo habitu,qui amara bili abundet, quamuis antea optimi succi fuerit.Itaq; etiam ex omnibus supra dictis causis facile febricitauit.Ad eundē modum, & siqs naturaliter boni sit succi,ac locum temperatum incolat: si illinc se in alterum locum,qui calidus sit,& humidus,ueris tempore transferat,idq; statu cœli calido humidoque: tum omni victus ratione calida humidaq; vtatur:is quoq; similiter illis,qui natura sunt putredinosa,tum cæteris tētabitur morbis,quibus illi:tum febricitabit non solum alijs,sicut illi ex ijsdem causis,febribus,sed etiam non minime diarijs,de quibus agere nunc instituimus.

Quæ

Quæ inter Diarias febres, in acutas, aut multorũ dierũ, promptius, ac facilius pertranseãt. CAP. 8. E

CVm verò octo intemperies in vniuersum sint, ut ostẽdimus, opportunissimum" ad febres est calida, & sicca: ac, nisi quis hãc, ut dictum est, cibet, ocissime in ea mutatur diaria febris in acutam. Propinqua huic est, præsertim, q̃ ad febrẽ attinet, q̃uis ad alia sit deterior, calidą intẽperies, & humida. Tertia ab his intẽperies est simplex illa, in qua oppositio altera recte se hẽt, vtiq; quæ ex humido, & sicco cõstat, in altera calidũ exuperat. Quippe opportunior est hæc, q̃ cæteræ, quæ sequuntur, tũ ut oĩbus supradictis occasionibus lædatur, tũ ex diarijs in †pluriũ dierũ } febres transeat: nihil enim alienũ fuerit eas sic appellare. Huic proxima est, q̃ in calido, & frigido debitũ modũ seruet, cæterum siccũ elemẽtum hẽt humido prævalens. Ab hac deinceps media oĩum est. 1. q̃ mediocritatẽ in vtraq; oppositione seruat. Quatuor, q̃ reliquæ sunt intẽperies, neq; facile febrib⁹ occasione iam dictarũ causarũ patent: neq; diaria tentatæ, si inediã tolerant, in pluriũ dierũ febres transeunt: Immo aliquæ saltẽ earũ, ubi redundantiã humorũ citra corruptelã cõtraxerũt, (cõtrahunt aũt eiusmodi intẽperies assidue) utilitatẽ ex inedia sentiũt: ac potissimum, q̃ frigida est, & humida: ab hac, q̃ humida est: tertio loco, q̃ frigida: quarto loco, q̃ sicca est, & frigida. Siquidem post diarias febres discussas, ubi coactus quispiam nulla necessitate est mirificã diatriton transmittere, alia quidẽ nulla in frigidis temperamentis ex inedia febris excitabitur: lædetur tñ ipse siccus, & fridus corporis habitus q̃ maxime, ut, nisi longo tpe, redire ad naturã, qui ea sunt intẽperie, nõ possint. Cæterum, si quod forte fortuna his adsit acquisititium humorum vitium, fieri potest, vbi in fame, & illoti per triduum custodiuntur, ut ex diarijs, in plurium dierum febres immigrent. At, quæ sicca quidẽ corporis natura est, sed in altera cõtrarietat tẽperata, ea in longioribus inedijs gracilescit magis, q̃ quæ sicca est, & frigida: reficitur tñ facilius, cum idoneum nacta est uictum. F

A.l. 4. f. 1. t. 1. c. 2. fo. 411. d

†πολυμερους.

Quo pacto curatio, ac victus ratio, instituenda sit, cum dissidentes indicationes in Diarijs febribus coierint. CAP. 9.

ENimuero eiusmodi omnibus victus ratio alteranda est, multo profectò magis, quã ijs, de q̃bus primũ oĩum est dictum, nẽpe, calido, & sicco, item calido, & humido. Quippe, qui frigidus, & humidus natura est, quoniam calido siccoq; in vtraq; intemperie contrariè est affectus, contrario nimirũ utetur victu. Melius tñ est nõ absoluto sermone, contrario, dicere, sed ex solius temperamenti indicatione, qñ ex eo, q̃ eadem febri febricitant, non diuersam, sed omnino eandẽ sortientur indicationem. Dictum nanque sępe numero iam est, id, quod secundũ naturam est, similia semper postulare: quod prẹter naturam est, cõtraria. Siquidem, quod naturaliter se habet, custodire: quod præter naturam est, tollere oportet. Porrò febris omnis præter naturam est: ideo q̃ victus rationem humidam frigidam q̃ exigit. Temperamenta vero ipsa alias similia, alias postulant contraria. Quæ enim vitio carent, similia perpetuo, quippe quæ seruare expedit: quæ vitium habent (veluti in opere de sanitate tuenda est dictum) alias similia, alias contraria. Idque merito accidit, cum, nec ad vnguem naturaliter se habeãt: quomodo enim essent vitiosi? nec prorsus præter naturam, quando, qui sic attẽperati essent, perpetuo ægrotarent: Ergo similia desiderant, tũ in alijs, de quibus mox dicetur, tum verò in* vlceribus omnibus: monstratum enim id sæpe numero iam in superioribus est: contraria uerò in eo victu, qui per sanitatem adhibetur, ueluti in libris de sanitate tuenda, docuimus: sed neq; hæc perpetuo, sed tum, cũ corrigere intemperiem eorũ studemus. Quippe duplex nobis in ijs, qui sani sunt, finis proponitur: nempe uel corpus sannm in pristina eius temperie tueri: uel etiam hãc meliorem reddere. Sic igitur, arbitror, in ijs, qui diaria febri laborant, cibandis, uel vni febrili affectui contrarium, vel ẽt ipsi laborantis intemperamento, desumemus. In ea tamen natura, quæ haud dubie in medio temperamento est, ab ipsa febri contrariorum indicatione accepta, eatenus humidum frigidumq; victum adhibebimus, quatenus siccius calidiusque, quã ante, iã redditũ corpus apparet. Verũ hoc tũ perspicuum, tũ indubitatũ est. Reuertantur autem rursus ad intẽperatas naturas. Nam, quoniam eas (sicut in libris De Sanitate tuenda est proditum) licet & quales accepimus, seruare, licet & ad melius trãsferre, satius, arbitror, est, cum planè ualent, non cum ægrotant, vel de se queruntur, victus illius rationem mutare. Gaudent enim naturæ consuetis semper, ut & Hippocrates" euidentissimis argumentis in libro De acutorum victu adstruxit: & in omnibus, qui se secundũ naturam habent, manifeste apparet. Quòd nanque, qui sibi iam displicẽt, extra cœtum eorũ, qui secundũ naturam habent, sint ponendi, id nemo, qui compos est mentis dubitet: cæterum, ij an præter naturam se, an non naturaliter solum habeant, id vtiq; quis æstimãdũ duxerit. Atqui, si ex ipsa consuetudine indicationem aliquam sumi conueniet, siquidem multo iam tempore intẽperatas naturas contrario uictu ei, quæ vicit, intemperiei cibauimus, ita ẽt, & cum parum ex sententia se hñt, faciemus: sin minus, q̃ similia tẽperamento suadet, indicationem præferem⁹: Ita verò, & Hippocrates mihi sentire uidetur, ubi ait:" Humidus omnis victus febricitantibus est idoneus, potissimum aũt pueris, & alijs, q̃ ita cibari sunt sueti. Febricitantibus. n. in quantũ febricitant, ex ipsa contrariorũ indicatione humidus victus conducit: pueris, ex similium. Eodẽ aũt modo, & eà, quæ à consuetudine præbetur, quo eã, q̃ ab ætate dãtur, accepit. Nã & ætas cũ ex ijs sit, q̃ natura nobis insunt, G H

Al. ulceratis.

2. de Rat. Vict. in ac. 20. & de inceps. 7. f. 116. a

1. Aph. 16. Ext. ord. 8. h

similem

A similem sibi uictū postulat. Et, quæ à consuetudine indicatio sumitur, sic sumpta est, sicut ea, quæ ab ætate: quippe seruare quoq; hanc iubet, perinde ac proprium ætatis tēperamentū. Itaq; etiam nos, tū ex oībus, quæ circa ægrū spectant, eius, quod conducit, inuētionē moliri: tum, qñ indicationes oēs secum consentiant, & qñ inter se dissentiant, inspicere sem ꝑ cōueniet. Oībus. n. cōsentientibus, vnā ꝑrsus victus speciē cōstituemus: dissidentibus verò inter se, q̄ valentiores, ac plures sint, præferemus ita, ut victus species, q̄ hæ ꝑscribant, ꝓferatur, sic tñ, ut ne cōtraria sit neglecta. Porrò prælatio hęc alias vtrisq; in vnius auxilij materiā mistis perficit, alias seorsum sumptis. Ac cōis quidē hæc rō est oīum, q̄ inter se cōplicatę sunt, cōtrariarū indicationū. Qūo aūt hanc ad vsum conferre oporteat, cū aliqñ ipsi morbi coeuntes sint cōtrarij: aliqñ morbus unus sit, sed qui contrariā indicationē subijciat, aut naturali laborantis tēperamēto, aut ei, quod nunc acquisierit: præterea ætati, & cōsuetudini, & regioni, & anni tēpori: in ipsa particulatim tractatione ostendā. Nunc ergo, cū propositū nobis hoc loco sit vnicuiq; memoratorū intēperiei generū idoneū inuenire victum, cōis, quē cæpimus methodi modus, ueluti sub exēplo, examinetur. Pone. n. correptos febri esse duos homines in regione natos, educatosq; tēperata: nunc in ea non esse, immo
B alterū in calida, & ficca, alterū in humida, & frigida: præterea eosdē diuerso esse tū tēperamento, tū natura, tum consuetudine, tum ætate: ēt sub diuerso (si placet) & anni ꝑte, & statu cœli ægrotare, sic, ut alter calidus siccusq; natura sit, ac tali victus rōni in totū insueuerit: præterea iuuenis sit, & hyeme ægrotet, idq; in humida, & frigida regione, ac statu cœli simili: Alter humidus, & frigidus, simili uictu assuetus, tū puer ætate, ac æstate, in calida siccaq; regione, ac simili cœli statu laboret: Quæ nā igitur in utroq; horū sunt indicationes? Nēpe, quæ à febricitādo sumitur, cōis amborū est, ac, quæ refrigerent, humectent, desiderans: reliquorū nulla est ꝑterea cōis. Siquidē prio ri, & ꝑ ꝑ naturā, & ꝑ ꝑ ætatē, q̄ simili sibi victui fuere assuetę, siccioris calidiorisq; tēperamenti cibus idoneus est: idēq; propter, & anni tēpus, & statum cœli, & regionem conuenit: non enim, q̄ ab his suppeditatur, indicatio similia desiderat, sed cōtraria: Alteri ex propositis propter ætatem, & naturam, & cōsuetudinē, similia ipsis exhibenda indicantur: ꝑ ꝑ ætatem quidem humida, modiceq; calida: propter naturam, & consuetudinem humida, & frigida: propter regionem, & anni tempus, & statum cœli, contraria: quæ & ipsa nimirum sunt tanto temperatis frigidiora, & humidiora, quāto regiones ipsę sunt calidiores temperatis, & sicciores. A consuetudine. n. sem ꝑ est indicatio similium, quoad. s. ægrotant homines. At ab ætate, natura, regione, anni tēpore, & statu cœli, ubi temperata hæc sunt, similium semper* præsidiorum est indicatio, siue ualeant homi-
C nes, siue ægrotent. Contra ab intemperatis anni tempore, statu cœli, & regione, contrariorū est indicatio: cæterum ab ætate, & natura non absolute, sed cum cōsuetudine. Porrò nihil in contrarijs indicationibus tam conuenit expendi, q̄ magnitudinem † eorum, quæ ad indicationem coierunt. {Quā vtiq; in libris De sanitate tuenda duplicem esse ostendimus: alterā, quæ ex ipsorū, q̄ indicant, dignitatibus censeatur: alterā, quæ ex ipsorum (ut sic dicā) proprijs substātijs spectetur quas ex conferendo, cum mediocri, & quod secundum naturam est, accipiendas esse testati sumus. Nisi enim ita quis indicationum potestates examinet, nequeat sanè mensuram uictus inuenire. Cum enim refrigerandum humectandumque esse febris perpetuo indicet, reliquorum uerò quodque, prout dictum est, ubi cōcors eorum indicatio est, nullum exhibetur negocium; vbi discors, pro pluribus, ac potioribus formari uictus ratio debebit. Siquidem in modo propositis, ex eo, ꝙ febricitant, communis refrigerantium, ac humectantium iudicatio præstatur, non tamē ex cæteris. Sed cuius, tum ætas, tum temperamentum vnà cū consuetudine, tum regio, tum anni tempus, & cœli status, humectantia refrigerantiaq; exhibenda indicant, hunc haud dubium est non solum humectandum refrigerandumq; esse, sed etiā nec leuiter hæc, nec utcūque, faciendа esse, immo planè magnopere, ac uehementer, omnibus scilicet* indicationibus idem dictan-
D tibus. Cuius uerò reliqua omnia refrigerantem quidem humectantemque victum, quemadmodum, & febris, non indicant, sed contrarium ipsi, calfacientem scilicet, & siccātem, utique ambiguitas pugnaq; indicationum inter se oritur: quo casu magnopere opus est, tum numerū indicationū, tum magnitudinem, simul conferas. Quippe, quæ à febri sumitur, ea reliquis, qñ oēs contrarium faciendum præscribunt, numero quidē inferior est: magnitudine tñ, quæ ex dignitate, aut potestate, aut quomodocunq; appellasse libet, spectatur, utiq; superior est, potissimum, si longe à natura recessit: quippe duplex, tum magnitudo illi accedit, & q̄ ex febris genere prouenit, q̄ oībus est cōis: & quæ propria, suaq; ipsius est. Siquidē, & quia febris plus cæteris omnibus solicitos nos habet: & quia, præterquam, ꝙ febris est, etiam magnitudo illi notabilis accessit: idcirco contrarias indicationes inducit, atq; obumbrat. Sin parua fuerit, fas est reliquas oēs unà coniunctas cū ea conferri, atq; expēdi. Ac, siquidē pares uideantur, neq; febris indicatio præferetur, sic, ut humectandum, & refrigerandū sit: neq; ēt reliquorum sic, ut calfaciendum, ac siccandum sit: immo media victus ratio, ubi ita se corpus habet, eligēda erit. Sin altera indicatio exuperet, tm̄ recessisse à tēperato, & medio victu par est, quantum ea, quæ pollent, sua contraria superant. Ergo tum exercitatū in his omnibus, tum natura prudentē, esse medicū cōueniet, quò cuiusque

indicationis

* *Quidā cod. græci habent,* βοηθημάτων *ut Linaceruertit aly* διαιτημάτων καὶ βοηθημάτων, *i. uictus rōnum, et ꝑsidiorum. alij* διαιτημάτων *solum, ut etiā Aldinus: quæ melior lectio uidetur.*

† Ita legēdum esse, ut Linacer uertit, tum ex codicibus græcis, tū magis ex libro tertio de sanitate tuenda patet, ubi de hoc diffuse tractatur. Neque. n. legēdum est τῶν συμφερόντων, *i.* eorum quæ cō ferunt.

indicationis poteſtate diligenter cõſiderata, omnibusq; inter ſe collatis, unã idonei uictus ſum E
Scopis. mam, q̃ laboranti ſit commoda, cõparet. Ac diariarum quidẽ febrium indicationes ex his gene-
neribus capiuntur, raroq; accidit, (ſi alicubi) à laborantis virium modo: cũ febriũ, quæ pluribus
diebus affligunt, indicationes, tũ uirium reſpectum neceſſario adhibeant (non enim leue in his
conſilium eſt, quod à uiribus petitur) tum cauſarum, quæ ipſas excitant, exceptis tamen hecticis,
†ἐνάπτεται reaccendit. vtpote quas nulla† accendit cauſa, quemadmodum nec corpus id, quod in habitu calorem ignis
in ſe ſuſcepit, ſiue id lapis, ſiue lignum ſit. Illud nanque commune cum diarijs habent, q̃ videlicet
nõ amplius fiãt. Differũt aũt in eo, q̃ diariæ in leui (ut ſic dicã) affectu (κατὰ σχέσιν Græci uocant)
calorem habent: hecticæ in habitu, qui ægrè ſoluatur. Licet etiam dicas eã quoque, quæ à uiri-
bus ſumitur, indicationem tum in reliquis oĩbus morbis, tum in diarijs febribus, ſemper adhiberi:
nobis tamen in præſenti diſputatione opus ea non eſſe, propterea, q̃ ex prima quidem ratione
non indicet, ex accidenti uerò indicet. De eo verò accidente in ſequentibus diſſeremus.

GALENI METHODI MEDENDI F

IDEST DE MORBIS CVRANDIS

LIBER NONVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Curandi ratio febrium continentium. ac ordo, & dignitas indicationum, quibus curatio vniuerſa continetur.

De tranſitu diariarum in alias febres, ac de ipſarum perduratione. CAP. 1.

*τὴν τῆς θερα-πείας μέθοδον.

Diariarum, ò Eugeniane* curationem in libro, qui hunc præcedit, expoſui totius q̃-
poſiti operis octauo. Eſt autem huius febriũ generis vnica acceſſio, vno plurimũ
die ex ipſius ſaltem natura circunſcripta. Quippe, "quæcunq; uel per medicorũ A.li.4.f.1.
ignorantiã, uel ægrorũ intẽperãtiã, uel miniſtrãtiũ errorẽ, in eiuſmodi febrib' cõ t.1.c.1.fo.
miſſa in aliud ipſas genus transferũt, hæc ſuæ naturæ ſponte nõ incidunt. Non. n. 412.g
eſt q̃fectò mirũ, ſi per ea, q̃ delinquuntur, non ſolũ porrigatur, aut in aliud genus
tranſeat, morbus quiuis, ſed etiam, cum prius nõ eſſet, nũc excitetur. Nam cũ ijs, qui integri ſunt, G
delinquere non ſit tutum, haudquaquam id ægris ſine diſcrimine contingat. Reliqua uerò cũ ſint
genera duo, (ueluti in libro De febriũ differentijs eſt oſtenſum) alterum ex humorum putredine
naſci docuimus: alterũ, quod iam ſolidas animalis particulas occupauit, hecticum nominãt. Trã-
ſeunt ſæpe autem diariæ febres, ueluti ſuperius oſtendimus, in utrunque genus, niſi quis eas com
mode tractet. Veluti autem in cæteris rebus omnibus, quæcunque uno genere comprehenſæ
ſocietatem in naturis habent, ac propterea mutuo in ſe tranſire ualent, tertia quædam formula
in tranſitu ipſarum exiſtit, quæ neutrius extremitatum formam planè exhibet; ita nimirum, &
in diariarum febrium tranſitu imagineris, licet, alterum quoddam genus in tranſitu exoriri, qđ
neutri extremitatum ſit idem. Ac primum quidem de hoc diſſerendum eſſe mihi uidetur, quò, ſi
cuti reliqua, ẽt ipſum tũ protinus noſcaẽ, cũ incidit: tũ ſic inhibeatur in primo ortu, ne aut ægre
ſanabile, aut inſanabile, poſt q̃ auctũ eſt, euadat. Cæterũ, mediũ id, cũ inciderit, nec noſſe ij poſ-
ſunt, nec ſanare, qui extremitatũ, quarũ eſt mediũ, ſpeci ẽ ignorant. At tibi, qui præſertim nõ ſo
lũ diariarũ, ſed ẽt reliquorũ duũ generũ, notas intelligis, ubi vel diariarũ notæ aliquatenus ſunt
alienatæ, uel reliquarũ notæ ſimul apparent, haud difficile fuerit iã trãſitũ ſuſpicari. Ergo ex adu-
ſtione, cruditate, laſſitudine, vigilia, animi perturbatione, uel bubone, qui ex euidenti aliqua ſit H
cauſa, nũquam ad tertium uſq; diem progredietur febris acceſſio, niſi quid delictum circa labo-
rantem ſit. At quibus ſtipatio febris occaſio eſt, iis etiam ultra hos porrigi acceſſio poteſt. Nam
q̃m ſtipatio" vel obſtructis exilibus meatibus, uel conniuentibus, uel etiam corpore ipſo immo- A.li.4.f.1.
deratius denſato accidit, merito, arbitror, diximus ex frigore, & balneis, quæ uel contactu refri- t.2.c.1. fo.
gerent, vel facultate: præterea pharmacis ſimilis generis: pari modo ijs, quæ cutim ſiccent, uelu- 416.d
ti Sole feruente: nec minus ẽt ijs, quæ denſent', ueluti dura cũ ijs, quæ frigefaciãt, frictione: & de-
†ἀνάπτεσθαι. reaccendi. tineri intra corpus ceu fumida fuliginoſave excrementa, & ab ijs febrem† accendi. Verum ex his
denſationem quandã corporũ ipſorum fieri, ac veluti exiguorum meatuum conniuentiam: ob-
ſtructionẽ verò uel propter glutinoſos, uel craſſos, vel copioſos ſuccos incidere. Quin ẽt febres
quaſcunq; uel conniuẽtia meatuũ, nel recens corporũ dẽſatio excitant, has & deſiſtere poſt pri-
mam acceſſionẽ, ſiquis recte eas tractet, & vere diarias tum eſſe, tum appellari: at, q̃ ex obſtructio
ne creanẽ, ſi hæc puſilla ſit, ſolui ipſas quoq; ſimiliter, ut alias diarias, ſiquis eas legitime ſanet: ſin
ualẽter impacti humores ſint ſic, ut ualẽtius aliquid, quod eos eximat, deſiderẽt, eas febres por-
rigi ultra unam diem neceſſe eſt, ac diariarum febriũ genus uideri egreſſas. Quomodo enim dici

vltra

A vltra diaria febris poteſt, quæ in tertium vſq; diem extenditur, qñ ex ipſa nominis rõnẽ in ſecun
do eam deſiſtere par erat? Dictum.n. ſupra eſt vigintiquatuor horas eſſe ſic appellatæ diei ſpatiũ,
utiq; ut cum nomine diei nox quoq; vna comprehendatur. Atqui, ſi neque humor putreſcens
ſubſit, nec corpus ipſum febrilem calorem, vt habitum, ſuſceperit, à duobus generibus diuerſum
ſit. Aut ergo aliud præter tria iam dicta genus eſſe in prima febrium diuiſione dicendum eſt: aut
appellatione pro nihilo habita diarias ipſas nominare oportebit. Neque.n. ꝓfectò de ſubſtantia
ipſa talium febrium eſt diariæ uocabulum: uerum conuenienti nomine deſtituti, clarioris ſimul
breuioriſq; doctrinæ gratia, ab eo, quod ſæpius eis accidit, nomen indidimus. Ac natura quidem
eadem his eſt, quæ diarijs, nomen autem non idem.

Quæ ſint febres, quæ Synochi appellantur, & quæ ipſarum enumerentur inter diarias. CAP. 2.

Siquidẽ, in qbus vna acceſſio ab initio ad finem ꝓpetuo manẽs, in multos dies porrigĩ, eas fe-
bres ſynochos, i. cõtinẽtes, appellãt, nõ illi qdem græco nomine vſi, cæterum ſolœciſmũ com
mittendũ potius rati, q̃ formã ipſarum ſine nomine linquendam. At nõ, ſicuti idea vna eiuſmo-
di febrium eſt, à qua ſynochos eas nominãt, ita & natura ſimplex vnaq; eſt. Quædam nanq; earũ
manifeſtam habẽt putredinis notam: quædam prorſus non habẽt, quas nimirũ ex diariarũ febriũ
B genere eſſe diximus. Cum.n. acceſſionis * remiſſio ex feruentium humorum tranſpiratu contin
gere ſoleat, nõ" trãſpirant aũt in vehementi ſtipatione, neceſſe eſt multorum dierũ fieri acceſſio-
A.l.4.f.1.t. 2.c.43.fol. 425.b nẽ. Igiĩ, vbi in tali febri nulla ſubeſt occaſio, q̃ alterius acceſſionis principium excitet, vltra hoc, ꝙ
multorũ dierum febris eſt, nec inuaſionem alicuius †febrium ſignificationis } facit, ſed ꝓmanet ab
initio ad finem vna febris, q̃ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartane* notã præferat. Cæteru, cum me audis dicentẽ, vbi vehemẽter ſtipata corpora ſunt, cohiberi intra corpus febrilẽ calorẽ,
nõ ita factã ꝓrſus dẽſitudinem putandum eſt, ut nullũ ex ijs humoribus, q̃ tenuati admodũ ſint,
effluere foras ſinat: cum nec, ſi de oſſibus ita dixeris, id uerũ ſit, nedũ carne, & cute. Verum, cum à
feruẽtibus humoribus vapor attollatur plurimus, effluat aũt foras exiguus, hũc, qui relictus eſt, fe-
brem ſeruare eſt neceſſe, neque id modo propterea, ꝙ ipſe manet, ſed etiam propterea, quòd quę
proxima ſunt, adurit.

†ἐπισημασίας. *ἐπισημασίων.

Quo pacto febris continens, cum putredine, aut ſine putredine oriatur. CAP. 3.

QVoniam igiĩ ex duobus his ſeruari febris põt, & ꝙ totus vapor nõ trãſpiret, & ꝙ idẽ vapor
ea, q̃ contingit, ẽt excalfaciat, neceſſe eſt tres eſſe in ſynochis febribus differẽtias: nempe vel
pari ꝓmanẽte magnitudine ea, q̃ in prima acceſſione ſummã* habuit: vel adijciẽte sẽper exiguũ
C aliqd, diminuente ve: atq; hæc vel æqualiter faciẽte, vel inæqualiter. Ac, ſi quidẽ qđ accendiĩ, ei,
quod trãſpirat, par fuerit, nec augeri, nec minui febrilis calor cernet, ſed perinde ſibi ſimilis ꝓma-
nebit, ac ſi nihil illi ꝓrſus adijceretur, aut demeretur. Quippe ad æqualitatis cuſtodiam, nihil in-
tereſt, ſeruenturne eadem aſſidue ſubſtantia: an ei, quæ vacuatur, par ſit ea, q̃ adijciatur. Verũ, ſi al-
tera earũ vicerit, vtiq; ſi, quæ vacuatur, minui febrem neceſſe eſt: ſin, q̃ adijciatur, omnino increſ-
ceret. Sed nec illud ſanè quenq̃ latet, ꝙ, cum ex febribus altera magis minusve, q̃ altera tũ augeẽ,
tũ minuitur, id ob exuperãtiæ imparitatem neceſſario accidat. Nam, vbi alias ampliore menſu-
ra, aliàs minore, uel febriũ generatio uel trãſpiratio exuperat, nec ijs, quæ augẽtur, oĩbus par eſſe
auctio: nec ijs, q̃ minuuntur, demptio, omnino põt: immo plurimã eſſe, tum exceſſus, tum defe-
ctus, differẽtiam eſt neceſſe. Atque vnum quidem hoc (ſiue genus, ſiue ſpeciem, ſeu quiduis aliud
appellare libet) συνόχων, id eſt continentium febrium eſt, quodq; ex eadem cũ diarijs natura con
ſtat. Alterum eſt, vbi in oĩbus uaſis, ac potiſſimũ maximis, æquabiliter ſucci putreſcunt. Eiuſmo-
di febriũ in gracili, & frigido corpore neutra cõſiſtere ſolet: ſed plurimum in ijs, q̃ ſanguine abun-
dat, &* corpulentis, gigni cernuntur: qñ nec obſtructio citra putredinem excitare febrem ualet,
D niſi id, qđ trãſpirat, & copioſum ſit, & calidum: nec humorũ putredo in oẽs, quę inter inguina, &
alas interſunt, venas æquabiliter, ac cito porrigi in frigido habitu põt. Debent.n. {ſemper,} quæ
putreſcunt, tum calida humidaq; eſſe, tum uerò difficilem tranſpirationem habere. Eoq́ fit, vt
nec in frigida ætate, nec in frigido corporis tẽperamẽto, ſiue id ab initio cõſtitit, ſiue modo frigi-
dum ſit factũ, continens excitetur febris: Sed nec in gracilibus, vel qui raro ſunt corporis habitu:
Immo tũ ætate, tum natura, tũ acquiſititio tẽperamẽto, quæ calida ſint, ac præcipue ſi & carno
ſus, & bono, ac multo ſanguine affluens, & denſo corpore æger ſit, aut ẽt calidis excrementis re-
fertus. Proinde fit, ut, qui ita febricitant, iis & pulſus maximus ſit, & æqualis, & uehemens: quibus
ẽt arteriæ* habitus, nec durior, q̃ pro natura, eſt, nec mollior, celeritatis tñ frequentiæq; eò ꝓue-
nit, quò febris ipſa magnitudinis. Atq; hæc quidem ambarum ſunt communia: alteri uerò priua-
tim putredinis inſunt notæ, idq́ue tum in lotio, tum pulſu, tum caloris ingrata qualitate.

* πολυσάρκοις.

† τάσασις. i. cõſiſtentiam.

*Adoleſcentium duorum curatio, quorum alter Continente ſine putredine, alter cum putre-
dine, febricitabat. CAP. 4.*

ACtibi exẽpli cauſa redigã in memoriã adoleſcẽtes duos, quos unà mecũ uidiſti. Erat alter
eorum liber, & palæſtræ peritus: alter ſeruus, haud inexercitatus ille quidẽ, cæterum in palæ
ſtra parũ uehemens, nec tñ ad quotidiana, quæ ſeruũ deceãt, tum exercitia, tũ opera tractãda, nõ
idoneus.

idoneus. Porrò liber continenti citra putredinem febri laborauit: seruus continenti, cũ putredine: Horum utrique, quæ nã fit adhibita curatio, non intempestiuum dictu nũc arbitror, quando quidem in exẽplis exercitari, quiduis discentes maxime expedit: neque enim satisfaciũt ad exactã cognitionẽ vniuersales methodi. Sunt aũt exẽplorũ ea ꝑ potiorib⁹ habenda quæ ipsi oculis vsurpauimus: qñ, si oẽs, qui docere scribereve aliquid sunt aggressi, ea prius operibus ostendissẽt, prorsus paucula quędam falso dicerentur. Nunc verò pleriq; alios docere tentant, q̃ nec ipsi vnq̃ fecerunt, nec alijs ostenderũt. Cęterũ vulgus medicorũ, nihil miri est, si contẽptis bonis morib⁹, opinioni sapientiæ magis, q̃ veritati, inhiat. Verũ non sic fuit rõ nostra: Nõ. n. heri, aut nudiustertius, sed statim ab adolescẽtia, philosophiæ studio capti, primũ nos ad eã contulimus: Mox patris euidenti insomnio moniti ad medicinæ studiũ excolendũ venimus, ac ꝑ totã vitã operibus magis, q̃ verbis vtiq; studio incubuimus. Quo minus mirũ est, si, in quo tꝑ alij totã vrbẽ salutando lustrãt, & cũ diuitibus cœnant, ac eosdẽ comitantur, hoc omni nos sedulo laborantes, primũ qui dẽ oĩa, quæ ueteribus pulchre sunt *inuẽta, didicimus: mox eadẽ opere tũ indicauimus tum exercuimus. Ergo, qui palæstræ peritus inuenis erat, ubi febricitare hora prima noctis cœpissẽt, postridie eum mane circiter horam diei tertiam uidimus. Cum autem inueniſſem febrem admodum calidam, sed pulsus" æquales, & maximos, & celeres, & frequentes, & vehementes, tum caloris qualitatem, quæ tactum minime morderet: iã verò & vrinas, tum crassitudine, tum colore, à naturali habitu non multum alienas: audiens præterea hominem circiter triginta dies exercitationis consuetudinem intermisisse, pridie tamen exercitasse se vehementius, cæterum non multum: sumpsisse autem solitos cibos, atq; eos concoxisse, quamuis tarde, & ęgre, utpote cum febris vespere occupasset: cum interim rubicundus plenusq; homo appareret, atq; etiam plenitudinis sensum se percipere diceret: faciente interim quodam eorum, qui aderant, de vena secanda mentionem: uisum nobis est eius auxilij considerationem in aliud tempus remittere, simul ut certius sciremus, cuius generis febris esset: simul necessario propter eam, quæ præcesserat, concoctionis tarditatem. Cum autem uesperi similem vigorẽ tueri febris est visa, ceu nihil sensibiliter remittens, suspicio iam erat synochon esse, hancq; ex obstructione, & sanguinis abundantia, & prę carnis copia, stipatione. Ac, cum parem magnitudinem per totam noctem febris seruaret, postero die uisum est medicis omnibus, qui inuiserant, sanguinem esse mittendum. Discordia verò orta de tempore: & uincentibus, qui id in sequẽtem diem differendum suaderẽt: febris per totum eum diem euidenter uisa est uigorem suum augere. Mox tertia sequente nocte, alia quidem accessio minime incidit, quæ primæ ad portionem responderet: erat tamen æstus ipse laboranti intolerabilis: vrgebatque cum tensio totius corporis, utpote repleti, tũ capitis pulsatio: atque ob hæc grauis vigilia, iuuene in aliam alias se figuram iactante. Itaque, cum ultra ferre nõ posset hora noctis circiter octaua mittit ad me ministrum, rogatque, ad se ocyus veniã. Ipse annuo, atq; abeo, inueniog; febrem calidissimam, pulsumque, qualem prædixi. Quoniam autẽ nec in hoc, nec in lotio, nec in ipsa caloris qualitate, indicium aliquod humorum putrescentium apparuit, optimum factu visum est venam incidere ante, quam putredo inciperet. Aufero itaq; ab homine eousque de industria sanguinem, quoad animo linquerctur, maximum planè ubi valentes vires sunt, continentis febris remedium: id quod, tum ratione, cum experientia didici. Primum nanq; in contrarium statum agitur corpus, celerrime ex animi defectu refrigeratũ. Hoc uerò nemo inuenire potest, neque quod ipsis ægris, neq; quod naturæ, quæ animantes gubernat, iucundius vtiliusve sit. Postmodũ in eiusmodi corporibus necessatio superuenit alui deiectio, nonnunq̃ etiã bilis uomitio: quas res statim à toto corpore madores sudoresve excipiũt. Quæ nimirũ oĩa, cũ huic quoq; contigissent, protinus febrẽ extinxerunt, ut quidã ex ijs, qui aderant, iugulasse me febrem per iocum dicerent: unde oẽs risimus. Verum, quò narrationem oẽm absoluam, nihil mali erit paucula addidisse. Post duas nãq; à sanguinis missione horas paulo nutrimenti dato, ac iusso quiescere, discessi. Quinta vero hora reuersus, tam profundo somno indormientem inueni, vt tangentem me prorsus nõ sentiret. Cum verò, & ministri adeo illi altum somnum fuisse dicerẽt, ut nec, cum madores eius abstergerent, expergiscereturſuasi ita facerẽt: esse nanq; hominem iam prorsus à febri liberũ. Reuersus autẽ, & decima rursus hora, ẽt nunc dormiẽtem inueni. Egressus ãt iterum ad alios visendos ægros redeo hora prima noctis, non tamẽ, ut ante, tacens, sed voce de industria sublata, quò ægrum à somno excitarem. Quod cum ita accidisset, ubi solo ptisanæ cremore ipm nutriui, abij. Cuius modum postero die augens, tertio lauatum dimisi. Ac, quæ ad hunc pertinebant infirmum, ita sunt gesta. Quæ verò ad alterum, nunc dicam. Is, cum toto die multum laborasset, deinde lauatus paucula comedisset, cœpit nocte febricitare, totum ẽt cõtinuans sequentẽ diẽ. Hunc nos post secundã noctẽ uidimus, in cæteris quidẽ oĩbus iam dicto iuueni similiter affectum, verũ putrescẽtium humorũ euidẽtes præbentẽ notas. Itaq; vena quoq; huic protinus inciſa vsq; ad animi" defectũ vacuauimus. Post id, idoneo interposito spatio cibauimus primũ mulsa: deinde una interposita hora, ptisanæ cremore. Atq; hæc oĩa inter quintã acta sunt horã. Cum ãt similis sibi ꝑseueraret febris, synochon eã fore ex putredine expectauimus. Itaque accidit. Quippe cum

* ἐυρηνται est in impressis, ut Linacer: εἰρηται. i. dicta, est in manuscript.

F A. li. 4. fol. 1. t. 2. c. 34. f. 425. d

G

H

A. ibidẽ. e

A pe eum eam secũda noctis hora pari magnitudine cerneremus, tertiæ diei accessionẽ, futurane esset, an secus, diligenter obseruare nolebamus: cuius in septimã horã noctis suspicio erat. Itaque cum summo mane superuenissem, inueni, qđ expectaram. Nam nec tertiana incide rat accessio: febrisq; remissior paululo, q̃ vesperi fuerat, apparuit. Vt autẽ rursus hoïem meridie udi: eratque iam certissimum, & febrẽ decreuisse, & synochon febrẽ esse, sed quæ {assiduè} decresceret: satius uisum est, tũ quoq; hoïem similiter nutrire. Quarta uerò exacta nocte, manifeste minor ẽt quarto die erat. Quo rursus quoq; ad eũdem modum hoïe cibato, aduertimus, tum illo die toto, tum quæ hunc secuta est, quinta nocte magnitudinẽ remittere sic, ut quinto die liquido planè apparet minor esse febris, q̃ ante. Itaq; ad portionẽ minuentis se febris, urinæ quoq; cõcoctio ꝓcesserat. Eratq; haud obscurum septimo (id quod factum est) finiendã. Hanc igitur planè cõtinentẽ ex humorũ putredine febrem, & quæ assidue decresceret, uidimus. Multas uero alias continentes conspeximus, †quarũ aliæ crescentes: aliæ similẽ tenorem seruantes erãt (illas Epacmasticas, has Acmasticas uel Homotonus Græci uocãt:) aliæ, ceu q̃ mõ memorauimus, decrescentes, quas Paracmasticas dicunt. Aliæ rursus in primo die putredinis notas habuerunt: aliæ in tertio, aut certè
B ad summũ quarto, idq; alias medicorũ ipsorum inscitia, q̃ sanguinẽ nõ miserant, alias laborantiũ ipsorũ timiditate. Siquidẽ eorũ, qui ex sola obstructione febricitarent, nemo in putredinis febrẽ incidit, q̃ priꝰ sanguinẽ miserat. Quẽ, ubi ualida virtꝰ subest, & ætas ꝓmittit, usq; ad animi defectũ mittere expedit: ubi horum alterũ non satis rñdet, tutius est quantũ satis uisum fuerit, tm̃ principio detrahere: quod defuit, iteratione supplere. Etenim hoc p̃sidio omisso, q̃ ita febricitant, in sũ
A.l. 4. f.t. t. 2. c. 4. fo. 417. c
mũ discrimẽ ueniunt, nisi si eos uel uiriũ robur, uel largũ sanguinis" profluuiũ, uel sudor copiosus ex manifesta pernicie eripiat. Et tm̃ nõnulli ex medicis sunt, qui, tametsi manifestissime uidẽt, naturã sanguinis ꝓfluuio non paucos eorũ, q̃ sic periclitentur, seruare, tm̃ sanguinis missionẽ fugiãt, nullã nec experientiã, nec verã rõnẽ secuti. Cęterũ hos mittamꝰ, disputato p̃sertim cõtra illos abũde uno ĩtegro libro, q̃ ẽ De sãguinis missione ꝯ Erasistratũ scriptꝰ: ipsi vero ad ꝓpositũ reuertamur.

De ratione curandi cantinentes febres per venæ sectionem, & frigidæ exhibitionem. CAP. 5.

ERat uerò in p̃ti disputatione ꝓpositũ de ijs febribus differere, quæ ex stipatis ꝓ obstructionem meatibus oriuntur. Quas, si sine putredine consistant, ex diariarum esse genere dixi: sin
C ijs putredo aliqua uel ab initio statim, uel post modum superueniat, ubi in oĩbus uenis, ac p̃cipue magnis ea constitit, cõtinentes excitari febres: ubi in unica animalis parte, febres, q̃ certo ambitu accedunt. Verum de his postea. Quod aũt & bis, arbitror, & ter, & sæpius, iterumq; dicendum esi, q̃ ita laborant, si recte curabuntur, ijs sanguinis missio est adhibẽda: qñ, quibꝰ corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tm̃ caloris congessit, ut inde iam febricitet, ijs tm̃ sanguinis est detrahendum, quantum vires tolerant. Pro certo quoq; habendum, nisi ijs, qui hoc per naturam sunt habitu, id adhibeat præsidium, fore, ut uel suffocentur, uel certe syncope prehendi oĩno periclitentur, nisi (ut dictum est) eos uel uiriũ robur, uel plurimus sudor, uel largum sanguinis profluuium, à morte uindicet. At illud vel me tacente constat, ijs præsertim qui librum de plenitudine studiose perlegerunt, quanq̃ & nunc quoq; à me dicẽt, non esse nunc nobis de ea abundantia sermonem, quæ ad virtutem cõparatur (quippe q̃ nec sic obstruit uenarum ora, ut refrigerationẽ prohibeat, nec tunicas earũ distendit, nec ruborem, nec tumorẽ inuehit, multoq; minus uel carnis, uel cutis transpirationẽ moratur) uerum de ea, quę cõtineri à uasis vltra non ualet: quæq; ob id ipsum, tũ perrumpere vasa, tum recludere solet: reliquaq; modo dicta symptomata inducit, obstructionem, distẽtionem, tumorem, ruborẽ: de hac, inquã, mihi oĩs
D sermo tum habitus est, tum uerò nihilominus habendus. Siquidẽ copia hæc, dum bonitatẽ suam seruat, ut pariter augeri cum robore uiriũ est nata, ira, si qñ has grauat, nec de cætero augebitur, & bonitatem naturæ amittet. At, sit naturale mſemel bonitatem amiserit, } fieri nequit, ut non putrescat: qñ quidem nec aliud vllum ex ijs, quæ foris sunt, humidum calidumq; corpus manere imputrescibile cernimus. Ergo festinare ad sanguinem detrahendum oportet, quo *uenarum natura ex transpirando ventilandoq; naturalem temperiem seruans, humoribus eo, quo inter initia, modo dominetur: qñ, si ad intemperiẽ uersa laborabit, metuendum est, ne hi putrescant. Excitatur aũt intemperies in ea ex febris calore. Quem siqñ rudis quispiã medicus auxit, nõ uacuata stipationis causa, in incerto reliquum oẽ remedium est. Vbi nanq; emitti abundãtia postulat, calor autẽ refrigerari, pugna discordiaq; inter ipsa sanandi oritur remedia, scilicet ijs, quæ refrigerent, quamuis temperiem naturæ concilient, saltem abundantiam intra corpus detinentibus: quæ verò rarefacienda cute hanc educant, oĩbus calfacientibus, sic, ut, si abundantiam emittere velis, febrem augeas: si febrem refrigerare, abundantiam moreris. In hanc consilij inopiam deueniunt, qui statim à principio non vacuarunt, Erasistrati persuasione inducti: qui nec spontanea sanguinis profluuia potuit imitari. Optimum igitur factu est (id quod nos semper in re quaque sacere uidisti) statim non numero dierum, sed uni uirium robori, in febribus eius generis attentum esse: quippe quod si seruatum est, non solum sexto septimoue, sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus. Quòd si curare aliq̃n infirmum cogeris, cui non solum antea secandæ venæ

† τοὺς μὲν ἐπακμαστικούς, τοὺς δὲ ὁμοτόνους ἢ ἀκμαστικούς, ἢ ὅπως ἄντις ἐθέλοι καλεῖν. ἐνίους δ' ὥσπερ καὶ οὗτος ὁ προειρημένος, παρακμαστικούς.

† τὸν ἐκτῆς φύσεως κόσμον ἀπολέσειε.

*τῶν ἀγγείων. i. uasorum.

remedium prætermissum est,sed nunc quoq; vel ꝑ medicorũ ignorantiã, vel ipsius laborãtis ꝓ- E A.li.4.f.1.
pinquorumve eius timiditatem ꝓcedẽte tꝑe mittere sanguinem ꝓhiberis,ad frigidam exhiben- t.2.c.7.tol.
dam accedes,sed diligẽter ante discernẽs,quãtum ex ea nocumentum contingere possit. Nam,si 418.f
id aut exiguum erit,aut nullum,offerenda potui est,quæ ꝓrsus sit gelida, quantum bibere ægro
libet:quinimmo magis id audebis,si frigidę potioni insueuerit.Sin magnum timetur incõmodũ,
ab hac quidem abstinẽdum,atq; alijs auxilijs,ꝗbus obstructio eximat̃,& abundãtia vacuetur, &
febris feruor deferbeat,vtendum.Porrò incommoda,quæ frigidã potionem intẽpestiue immo-
†Linacer uertit ut ipressi legunt. antiqui addũt καὶ πολλοὺς.i.& multos. diceq; exhibitam sequuntur,in his cõsistunt,ꝙ lentos crassosq; †humores,siue hi obstructiones,si
ue putredinem,siue phlegmonem: siue, qualis erysipelas,aut scirrhus,aut œdema est, affectum
creauerint:attenuari digeriq; ꝓhibẽt.Ergo,quoties ex his febris accenditur,atq; ad eos vacuan-
dos frigida data nõ conducit,ad præsens quidem nõ paruum affert leuamen, ꝓpterea, ꝙ iam ac-
censam febrem extinguit:verum,cum causa eius adhuc perstet,aliam denuo accendi est necesse,
atq; ea,quæ præcessit,non numq̃ difficiliorem ꝓpterea,ꝙ densatum ex frigida corpus est. Atque
hæc vna noxæ species est minime contemnẽda. Altera talis est.Multæ laborãtis imbecillæ parti-
culæ,siue ita se ex naturali intemperie habeãt,siue ex vitio adscititio,à frigida læduntur. Alij nã-
que gula adeo vehemẽter est affecta,vt vix deglutiret. Alij ventriculus sic, vt uix concoqueret: F
Alij ipsum uentriculi os,aut iecur,aut colon,aut pulmo,aut septũ transuersum,aut renes,aut ve-
sica,aut tale quippiam aliud à frigida ꝑcussum,ad ꝓprium opus infirmũ est redditum. Nonnulli
aũt ex intempestiua immodicaq; eius potione,non multo interposito tꝑe,nec postmodũ,sed il-
lico,difficultate spirãdi,& cõuulsione,& tremore corripiunt̃:ac toto(vt semel dicam)neruoso ge
nere læduntur.Nec ignoro,ꝙ formidolosum te ad frigidam offerendam ex ijs,q̃ memoraui,red-
derẽ,nisi ea me vsum subinde uidisses, semperq; cum successu, nec ægrum in vllo manifeste læ-
sisse.Quibuscunq;.n.in principe particula tumor aliqs è phlegmones,œdematos, aut scirrhi ge-
nere cõstitit,ijs frigidam offerre non oportet:sed nec iis,ꝗbus obstructio, putridusve humor nõ
cõcoctus incommodat.Quod si euidentes ꝓcipis absq; iam dictis tumoribus cõcoctionis notas,
illud duntaxat æstimabis, sitne pars aliqua temperamento adeo frigido,vt in hanc noxa procũ-
bat.Porrò erysipelas,qđ uerũ erysipelas sit,nõ aliter sanaueris:at,si mistum cum phlegmone sit,
in hoc concoctionis expectandæ sunt notæ.Atque hæc latius,q̃ pro re nunc ꝓposita, cum post
modum ẽt forte necessum erit de frigida exhibenda mentionem facere.Nunc.n.altera continen
tium febrium ex sola obstructione est orta: altera uerò ẽt cum putredine per omnes venas. Cũ
ergo concoctionis humorum in ijs notas uideris,de quibus dictum abunde in libris de Crisi est, G
audacter frigidam dabis:quippe solidarum animalis partium natura roborata prætenuatos iam
humores aggreditur ita,vt qui utiles sint atq; ad nutriẽdum habiles,hos quidem ad se trahat: inu
tiles vel per ventrem,vel per cutim eiiciat.Quòd si ẽt frigidæ assuetus æger fuit,magna cum fidu-
cia frigidam exhibebis,ipsa scilicet experientia iam doctus, omnia viscera eius occursum fami-
liariter tolerare.Omnino nanq; si quod frigidum adeo esset,ut ab hac offenderetur,id per sanita
tis tps euidẽter offensam suam ostendisset:nulla uerò per sanitatem particula quicq̃ ab hac læsa,
nec ẽt inter febricitandum quicquam lædetur.Vbi nanq; nõnulli aquæ frigidæ potioni nõ assue-
ti,tñ ꝑꝑ ardentem febrem eam bibere coacti,nullum incommodum senserunt, multo profectò
minus eorum,ꝙ assueuerunt,ꝙsquam lædi debet:cui ẽt quasi pro munimento maximo accedit
ipsa caloris copia.Hic nanque,cum in uasorum sinibus plurimus contineatur,vtpote tum aerea
in his substantia,tum ẽt succis omnibus inflammatis,quantum ab frigido patitur refrigeratus, tñ
rursus calfaciendo in ipsum agit.Ideoq; minus tuta ijs,qui exiguum sanguinem carnemq; obti-
nent,frigidæ potio est:celeriter nanq; ad solidas aĩalis peruenit partes,nulli,quod eius uim fran
gat,occurrens.Eo ẽt fit,ut hecticæ febres nec perinde eam,quæ prorsus sit gelida, nec multam,
desiderent:ceu quæ extenuatis oĩno,exiguiq; sanguinis corporibus,incidãt. Verum de illis post H
agetur.Maxima uero continentium febrium remedia hæc duo sunt,detractio sanguinis,& potio
frigida.Verum illa nullo non tꝑe,modo uires sustineant:hæc,cum & in pulsu, & urinis, concoctionis euidentes cernuntur notæ,febris autem est maxima.Attendenda uerò cum uenæ secan-
dæ* indicationibus sunt,tum quæ eam præcedunt,tum uerò,quæ oĩno excipient. Nam," si præ-
cedat ciborum cruditas,tanto tꝑe differre uenæ sectionem iubebis, quantum satisfacere tum ad
eorum concoctionem,tum ut excrementa descendant,uidebitur. Sin sequetur necessario vacua
tio quæpiam,tm̃ illi de eo,quod superfluum est relinquendum, quantũ est per eam uacuandum.
Itaque,si tempore mittẽdi sanguinis menses moueri contingit, siue ẽt hæmorrhois sit recluſa, si
inspectus fluentis impetus satis fore videbitur,qui solus,quod requiris,vacuet, naturæ rem oẽm
ꝓmittes: sin minus,tantũ ipse detrahes,quo ex coniunctis ambobus perficiatur,qđ postulas. Ve
luti aũt in his ad ipsam naturalem uacuationem, quæ sensu usurpetur, non leuiter attentum esse
oportet,ita alibi uel ad naturam ipsam,uel ætatem,uel cœli statum. Sunt.n.nonnulli ad exhalã
dos digerendosq; corporis succos natura propensi:pueri certe propter ætatem perpetuo: cœli
verò status,ubi calidus nimiũ est & siccus. Voco cœli statum ipsam ambientis nos aeris tempe-
riem:

A riem:ſub qua & anni tempus,& regio comprehenditur:quãdo horũ quoque utrunq; ex ambien
tis tẽperie indicationẽ mutuatur. Propenſi aũt ad digerendos corporis ſuccos ſunt, quicunque
natura ſunt humidi: magiſque ſi accedat caliditas:præterea, qui raro corporis ſunt textu:ad hæc
quibus os uentris,aut amara bili abundat,aut imbecillum eſt,aut ſupra modum ſenſile. Atq; hæ-
quidẽ indicationes ſunt,quæ ſanguinem detrahendum dehortantur. Contra poſtulant,vnà cum
affectu,cuius cauſa primũ requirebatur,habitus durus,denſusque,& uno verbo,q haud facile di
geritur,tũ ambiens humidus frigidusq;. Sanè merito quædã ſanguinẽ mittẽdũ adhortant,q̃dã de
hortantur:ſiquidẽ id ℔ vacuatione oĩno ſuſcipitur. At eorũ,q̃ cõprehẽſa ſunt, q̃dã trãſpirationes
morantur,quædã ℔mouent:& quædã ad vacuandũ prõpta ſunt,q̃dã ſecus. Sanè tranſpirationẽ
corporũ ℔hibent,tñ meatuũ ſtipatio,tũ circundantis nos aeris humiditas,& frigiditas; contra ℔
A.l. 4. f. 1. t. 1. c. 7. fo. 412. g mouent ea,qũæ his ſunt cõtraria. Eorũ aũt,q̃ vacuant,q̃ calida humidaque, ac tenuia ſunt,ea ce-
lerrime digerũtur:contra,q̃ craſſa,glutinoſa, & frigida ſunt,ægre tranſpirant. Atq; hæc quidẽ ad
rem propoſitã de miſſione ſanguinis,ac frigidæ aquæ potione, non ignoraſſe expedit. Quarum
utrunq; metuentes nõ paucos medicos uidiſti,utiq; imperitos. Quorũ alteros Hæmophobus,id
B eſt ſanguinis mittẽdi timidos:alteros Pſychrophobus,id eſt frigidæ exhibẽdę formidãtes, ſic græ
ce noĩamus,ſicut,q̃ a rabido cane ſunt morſi,Hydrophobus: ſunt.n.proculdubio horũ quoque
aliq̃ præ dogmatis ſui ſtudio,non leui in rabie. Ergo relictis his, qđ initio inſtitutũ nobis fuerat,
℔ſequamur,ad memoriam reuocantes,quẽadmodũ ſermo noſter occaſione cõium quorũdã in
ipſis accidẽtiũ,à diarijs uenit ad continentes. Qm̃.n.obſtructionis affectus,cũ & ipſa exilis eſt,& ri
te curatur,diariã febrem efficit:cũ uerò uel propter magnitudinem,"vel medici inſcitiam,conſue
tum diariarum tempus exceſſit, aut continentem, aut aliquam earum, quæ certo ambitu repe-
tunt :merito nos de ea, quæ diarijs cognata eſt,continenti febre diſputatio excepit: propter has
verò protinus & de hac,quæ cum putredine humorum erat. Viſumq; ſatius eſt vel claritatis, uel
exercendi legentis cauſa,unius ægroti in vtroque febrium genere mentionem facere.

*Indicationes non à traditis tantum ſuperiori libro ſcopis, ſed à cauſa morbi, ac ægrotantis uiribus pe-
tendas eſſe: & illarum methodum exercitatione in particularibus comprobandum. CAP. 6.*

IGitur,qm̃ hæc nobis peracta ſunt, ac per ea demõſtratum euidenter eſt (id qđ in præcedenti
hunc libro ad calcẽ eſt dictum)oportere in alijs febribus, q̃ amplius diariæ non ſint, non mo-
C do ab ijs*rebus,q̃ in illo libro p̃cipiantur, faciundorum indicationes peti, ſed ẽt ab ea cauſa,quæ * ſcopis.
febrẽ excitet,ac laborantis uiribus,ad uniuerſalem denuo exercitationem reuertamur,pro com-
pertò hñtes,non licere vllius artis ſcientiã nanciſci, niſi & methodum quandã habueris per uni-
uerſalia uocata theoremata,& in particularibus te exemplis exercueris. Cum neque fieri poſſit,
ut ſine multiplici in ægris ſingulatim exercitatione,quod ex vſu ſit,facias:nec ſine vniuerſalium
cognitione probe exercitatio ℔cedat, quippę cum in uniuerſalibus methodus,in particularibus
exercitatio,conſiſtat. Tanq̃ igr̃,q̃ iter aliqđ ingredi ſtudẽt,utroq; inuicẽ utuntur crure: q̃ altero
claudus eſt,uno duntaxat utitur,& lõgo ſpatio,& ſæpe errans,uiã peragit:ita ſanè,& qui finẽ cu-
iuslibet artis cõſequi parat,duobus his ueluti cruribus,vel inſtrumentis, uel qũocunque appel-
laſſe libet,uti debebit:in uniuerſalibus theorematis,methodo: in particularibus, exercitatione.

Aduerſus eos, qui curandi indicationem à laborantis uiribus ſumi negabant. CAP. 7.

REuerſi igitur ad methodum,nunc age de ægrotantis agamus uiribus, conferãt ne ad cura-
tionem hæ quippiã,an planè nihil, ceu nonnullis eſt uiſum. Videtur tñ eorum,qui inutilem
virtutem eſſe ad curationem inueniendã dicunt, non propria operum artis diſceptatio eſſe, ſed
D logica potius,ac ſophiſtarum. Aiunt.n.ab eo,quem curauimus, affectu,faciẽdorum indicationẽ
præſtari,haud quaquam à uiribus. Ergo & anni tp̃s,& regionem, & ſtatum cœli, & ætatem, &
conſuetudinem & corporum temperies inutiles eſſe,eadem ſcilicet ratione dicunt. Poſtea, cum
mutare curationem ℔℔ hæc coguntur,immemores eorum,quæ inter initia dixerant,quædã eo-
rum contraria aliqñ indicare aiunt ijs,ad quæ curantis conſilium dirigitur: quædam ad præſidio
rum materias eſſe inutilia,quemadmodum & aĩalis partes. Etenim in illis quoq; eadem utuntur
ſtropha in principio ſermonis inutiles eas eſſe ad curationis inuentionem aſſerentes:poſt,ubi re-
darguuntur,ad curationis quidẽ indicationem inutiles dictitantes,ad materiæ tamẽ mutationẽ,
uel inuentionem,uel dr̃iam,uel qualitatem (nam nominãt eodem oẽs modo) neceſſarias eſſe fa-
tentes. Itaque,qđ modo dixi,nunc quoque repetam,nempe q̃ egreſſi ex eo,quod in arte eſt uti-
le,in logicã diſceptationem ueniunt. Eſt nanque artis utilitas,auxilia,quibus æger ſanetur, inue-
nire:quo illi relicto,de noĩbus litigant,Endeixeis,& Antendeixeis(quaſi indicationes, & indicatio-
num contradictiones dicas):item cõitates,& ſcopos,& auxiliorum materias,aliaq; ſimilia loquẽ-
tes. ſ. hac noĩum diuerſitate purgaſſe ſe pro ijs,quæ falſo affirmauerant,arbitrantes. Ego uerò mi
nime ueto noĩbus,quibus libitum ſit,uti,meminiſſe tamen eos velim eorum, quæ ab initio pro-
poſuerunt. Ea ſunt auxiliorum inuẽtiones:ad quas quicquid cõducere qũolibet uidebitur,id fa-
tendum eſt ad curationem eſſe neceſſarium. Sic igitur,& virtꝰ neceſſaria ne conſideratu in ęgris
à medico ſit,an nõ,indagemus. Ego.n.ſæpe maxime eſſe neceſſariã aio ſic, ut, quæ circa ægrum

adminiſtrantur, omnia fermè eius vnius cauſa fiant: aliqñ mediocriter neceſſariam ſic, vt aliquid E
ex hac quoque ad ea, quæ facienda ſunt, conſilij petatur, non tñ p̄cipua faciendorũ ratio huc oĩs
referatur. Poſſum rurſus oſtendere tibi virtutem adeo exiguum ad inuenienda remedia confer-
re, vt ꝓpter exilitatem etiam lateat: aliàs verò prætermitti, ac ſilentio præteriri, quaſi prorſus ex
utiliter conſiderandis non ſit. Verum, quod accidit in uirtute, id in reliquis omnibus, quę aliquid
faciendum indicant, vſu venit. Nam aliquando aliud eorum alio minus, aut plus valet: aliquãdo
adeo eſt valens, vt ſolum indicare videatur: aut ita imbecillum, vt omittatur.

Medendi methodum primum ab Hippocrate inuentam, deinde à Galeno declaratam, ac abſolutam fuiſſe. CAP. 8.

HAec igiť dum doceo, adſis aĩo velim, illud habẽs in memoria, ꝙ nec in vllis curatio, q̃ per me
thodũ agiť, cõſiſtit: nec alius ante nos ꝙsq̃ oĩa ea ordine definiuit, quanq̃ ẽt ab Hippocrate
via eſt inuẽta. Hęc. n. ipſa, q̃ ego nũc enarraturus sũ, ille curationẽ indicare primus oĩum ſcripſit:
verũ, ceu primus inuẽtor, nec debitũ oĩbus ordinẽ dedit, nec cuiuſq; indicationis dignitatem ad
vnguẽ finiuit: & quaſdã in ipſis diſcretiones omiſit, obſcureq; plurima ꝓ antiqua dicẽdi breuita-
te eſt interpretatus. Præterea de cõplicatis affectib. pauciſſima oĩno p̄cepit. Ac, vt breuiter dicã,
oẽm ad medicationẽ viã aperuiſſe mihi vr̃, ſed ita tñ, vt ea curã diligẽtiãq; ad abſolutionẽ deſide- F
ret: veluti nũc quoq; videmus, quaſdã ueterũ in terris viarũ, q̃bus pars quæpiã eſt, vel lutoſa, vel
lapidibus ſentibusve impedita, vel moleſte ardua, vel periculoſe prona, vel feris obſeſſa, vel ꝑ ꝑ
magnitudinẽ fluminũ inuia, uel lõga, vel aſpera. Itaq;, cũ ſic ſe haberẽt oẽs in Italia viæ, eas Traia-
nus ille refecit: q̃ quidẽ earũ humidæ, ac lutoſæ partes erãt, lapidibus ſternẽs, aut editis aggeſtioni
bus exaltãs: q̃ ſenticoſæ & aſperæ erãt, eas expurgãs: ac flumina, q̃ trãſiri nõ poſſent, pontibus iũ-
gens: vbi longior, q̃ opus erat, via videbatur, aliã breuiorẽ excindẽs: ſicubi verò ꝑ ꝑ arduũ collẽ
difficilis erat, per mitiora loca deflectens: iam, ſi obſeſſa feris, vel deſerta erat, ab illa transferens,
& ꝑ habitata ducens: tum aſperas cõplanãs. Itaq; mirari nemo debet, ſi, cum viã rõnemq; medẽ
di ab Hippocrate inuentã eſſe ſim teſtis, ipſe tñ hoc opus ſcribere ſum aggreſſus. Neq;. n. ceu ea
planè non eſſet inuenta, ſed veluti, quæ ꝓxime diximus, deſideret, ad hæc cõſcribenda venimus,
nemine priorum, qui eã methodum abſoluerit, ante me inuento: qñ alij oĩno eã non nouerant:
alij, cũ noſſent, non potuerũt tñ, quod defuit, adijcere: nõ deerant, qui incognitam eſſe, vmbraq;
nductam, ac prorſus è medio ſublatam voluerunt, ij verò qui fuerint, in ſermonis progreſſu dice
ur. Nunc quod promiſi, aggrediar: omnesq; deinceps medicandi indicationes exponam.

In diarijs febribus ab affectus cauſa, atque ægri uiribus non præberi præcipuam indicationem. CAP. 9. G

VTile aut ad claritatẽ eorũ principium ſumetur ex reuocatis ad memoriã ijs, quæ in ꝓximo
libro diſſeruimus, cũ de diarijs ageretur. Videbať. n. in illis prima, ac (vt ſic dicã) maxime præ-
cipua faciendorũ indicatio eſſe, quæ affectũ ægrotãtis amouendũ ſuadet, æque, vt in ſanis prima
eſſe, quæ ſtatũ eorũ ſeruandũ monet. Verũ hic, ſicut ꝓ ſimilia ſeruatur, ita ꝓ cõtraria perimiť. Cõ
ferre p̄terea ad auxiliorum inuentionem diximus tum ipſam corporis tẽperiem vnà cum cõſue-
tudine, tum regionẽ, tũ anni tp̃s, tum cœli ſtatum: In quibus verò morbis egregius aliquis in vna
parte aĩalis affectus ſubſiſteret, veluti ex aduſtione in capite, à parte quoq; ipſa aliq̃ faciendorũ in
dicationẽ ſumi. De viribus tñ, vel cã quæ affectũ creet, in eo libro nihil eſt dictum, ꝓ pea, ꝙ nec vi
res in diarijs febribus egregiã vllam ꝓuidentiam requirant, vtpote quæ oĩno validæ ſint: nec af-
fectus vllus in vera diaria ſubſit, qui eam vel gignat, vel augeat, nam vtroq; mõ loqui licet. Verũ
nunc prius de viribus præcipiam: deinde ad cauſas, quæ febrem excitant, accedam.

Triplices genere in nobis eſſe uires, ac quo pacto illarum ratio ſit habenda, quando quæ ab eis eſt indicatio, cum reliquis indicationibus pugnarit. CAP. 10.

GVbernant" animal (vt in libris de Hippocratis, & Platonis dogmatis eſt monſtratũ,) tres di- H
uerſi inter ſe gñis facultates, toti corpori ex ſuo quodam veluti fonte quæq; diſtributa: eas
Plato aĩas vocat, ꝓpriam cuiuſq; ſubſtantiã inueniens. Eſt. n. earum quædam ad nutriendum ani-
mal neceſſaria, ac cum ſtirpibus cõis, quæ iecur veluti pro fonte habet: canales verò ad hoc in to-
tum corpus ſparſos, ipſas venas: hanc ſeu appetitricem, ſeu, a* naturalem, ſeu altricẽ voces, nihil
intereſt: veluti nec, ſi aĩam, aut facultatem. Altera eſt, quæ non modo vt ſtirpibus, aut vita prædi-
tis, ſed ẽt ut animalibus b* aĩa eſt inſita: hæc ſedẽ in corde hẽt, ipſo quoq; inſiti caloris quodã ceu
fonte: ab hoc fonte canales arteriæ ſunt: uocaturq; hæc multis ſanè nominibus, nã & facultas ſi-
ue uirtus uitalis, & facultas ſiue uirtus c* animoſa, & } & aĩa uitalis, } animoſa dicitur. Tertia aĩa,
ratiocinatrix, in cerebro domicilium habet: ea uoluntarijs actionibus unà cum ſenſibus præ-
det: utitur & hæc particulis quibuſdam, ceu canalibus, nempe ipſis neruis, ſenſum motumq; per
hos in totum aĩal trãſmittens. Ergo has facultates ſeruare, nihil plane eſt aliud, q̃ uitã ſeruare: ſi-
quidẽ monſtratum eſt, qualibet earum amiſſa neceſſe eſſe reliquas quoq; unà perire. Ac ꝑ pea in
opere De ſanitate tuẽda, huc oẽ conſilium direximus. In hoc verò, quod eſt de methodo meden
di, primum propoſitum, & ei, qđ in opere de ſanitate tuenda proponitur, ad portionem rñdens,

morbi

A.l.1.f.1. d.6.c.1.ſ. 25.h

A* φυσικὴν eſt inampreſſis. i. tiAuralẽ: in an tquis φυτικὴν. -n egetabilẽ.
B*. nobis.
C* θυμοειδῆς.

A morbi est sublatio: qñ cuiusmodi in illo sanitatis est tuitio, eiusmodi in hoc est morbi sublatio. Quorũ utriq; vnũ est cõe, ipsa scilicet vitæ custodia: q̃ nimirũ in illo de sanitate tuenda opere sanitatis custodiã sequebatur: quod.n. scd'æ valetudinis tuendæ gratia geritur, idẽ statim & uitã tuetur. At in hoc opere aliter se habet, ꝓpterea, ꝙ, quæ affectiones ꝑter naturã in nobis discutiũt, eã nõ oĩno vitã custodiant, q̃ppe aliqua eiusmodi p̃dita sunt facultate, ut, si immoderate, aut intẽpestiue utare, vitã adimãt. Siquidẽ in sanguinis missione, q̃ vsq; ad animi defectũ faciedã esse paulo ante diximus, quò flãma in continentibus ex meatuũ clausura febribus extingueretur, nõ paruũ merito subsequetur incõmodũ, nisi opportuno tẽpe, aut debita mensura fiat. Duos nanq; in ipsis medicorũ manibus perire vidi, q̃ post, q̃ animo liquerentur, nunq̃ reuixerũt. Multi verò, etsi nõ ꝓtinus, at postea ꝓpter virtutis infirmitatẽ perierũt: quos siquis citra eius resolutionẽ uacuasset, minime perijssent. Quin ẽt aliqui in morbos inciderunt longos, post q̃ immodica inanitione resolута naturalis uis fuit. Alijs, cũ immodicæ vacuationis noxã sarcire nõ potuissent, in oẽ reliquũ vitæ tẽs totius corporis tẽperamentũ redditum est frigidius. Ex qua refrigeratione facile ex quauis occasione læsi, alij decolorati, ac malo corporis habitu vixerunt: alij ex eo ipso in morbos decide-

B runt exitiales, aquam inter cutem, & orthopnœã, & iecinoris ac ventriculi imbecillitatẽ, & apoplexiã, &* deliria. Ergo, cum virtus tantopere necessaria sit: eam aũt lædant oĩa uacuãtia remedia, siq̃s scilicet iis parum moderate utatur: utiq; aduersæ inter se faciendorũ indicationes in talibus corporibus sunt, in quibus affectus, quò expugnetur, notabilem vacuationem desiderat: virtus autem hanc ferre non valet. Verum, cum sæpe ex vacuatione virtus lædatur, hinc sumitur inconsideratis, & temerarijs medicis occasio, ut eam prætermittãt, ceu nusquã quicq̃ indicet. Fallũtur aũt (ut dictũ est) ꝓpea, ꝙ non intelligunt alterius cuiusdam rei causa virtutem esse spectandã, nec quicq̃ ad affectũ amouẽdum indicare. Tãq̃ igitur in ijs, qui valent, semper ea comitatur, q̃ sanitatis gratia administrãtur: nec est quicq̃ inuenire, qd' sanitatẽ tueatur, † qd' idem uires corrumpat: sic in ægrotantibus aliqñ ijs succedit, q̃ veluti in pernicie eius administrãtur: aliqñ ab ipsis soluitur. Si nanque abundantia paulo uiribus superior fuerit, utique ex moderata vacuatione adeo nullũ accedit uiribus incommodum, vt ẽt maximum cõparetur cõmodum, qd' eas premebat, sublato. Sin, quo affectus sanetur, multa vacuatione est opus, resoluatur aũt ex tãta inanitione virtus, nõ modo rursus homini nõ proderit, sed ẽt maximum illi periculum afferet. Porrò in

C ijs continentibus febribus, quæ ex stipatione meatuũ accenduntur, qñ valida plerunque virtus est, citra periculum vacuatio adhibet: in alijs vero morbis maxime est periculosa, ueluti si forte incidit in corruptela humorum. De qua tẽpestiuum est mentionẽ facere, quò oẽs mittendi sanguinis* indicationes in hoc libro decidamus. Ergo, quod corruptum est, id alienum à natura est: qd' tale est, id se auferendum dictat. Si igitur cũ uiribus imbecillis corruptela incidit, utique, quod affectus remedium est, id cum virtutis custodia pugnat. Siquidẽ affectus vacuandum esse p̃cipit, idq; uel uena incisa, uel purgatione: harum aũt neutram ferent imbecillæ vires. Qñ igitur in omnibus eiusmodi repugnantijs incerta succurrendi ratio est, alias insanabilis oĩno affectus relinquetur: alias spatio, & ægre, idq; si magnum nactus sit medicum, sanari poterit. Oportet nãque, ubi indicationes ita sibi aduersantur, & paulatim, qd' vitiosum est, uacuare: & paulatim inuicem, qd' salubre est, ꝓ eo reponere. Vocant medici eiusmodi vitiosi succi curationẽ græce Epicrasin.

Venæ sectionis exemplo ostenditur, quando uirium indicatio considerãda, aut omittenda videatur. CAP. 11.

MEmineris uerò mihi ad ea, quæ dicenda sunt, ẽt quorũ causa uenæ sectio petitur. Nam, qñ hæc sanguinis uacuandi causa adhibetur, sanguis aũt * inutilis naturæ est, utiq; probe hanc administrari conueniet sic, ut, quod inutile naturæ sit, emittat. Fit aũt sanguis naturæ inutilis bifa

D riam, uel cum propriam qualitatem ad vnguem non seruat, nec amplius nutrire, sicut prius, cum utilis esset, potest: uel ita multitudine creuit, ut aut uires premat, aut tum venas, tum arterias, uel distendat, uel findat, uel obstruat. Ac in his quidem missio sanguinis vtilis est, ceu vacuãtium præsidiorum vna: † in alijs, ceu quorũ vehementiorem impetum ad diuersam partẽ reuocat, vel per propinqua deriuet. Postulat aũt semper ualentes vires quæ modo uacuationis eius rñdeant. Ad hæc igitur respicientes sanguinem" detrahimus, alias semel, alias bis, uel ter, uel sæpius: ueluti insequentibus patebit. In præsentia verò illud manifestum fecimus, uirtutem uacuantia remedia aliqñ citra noxm ferre, utpote nec adiutã ab his quicquam, qd' sit æstimandum, nec uerò læsam: Sæpe uerò magis minusve, tum iuuari, tum lædi; præterea, quoties notabilis illi ex uacuantibus auxilijs noxa incidet, toties patere ipsam quoq; tunc utile aliquid ad considerandum indicare, æque utiq; ut cum manifeste iuuabitur: Vbi vero ex ijs, quæ affectum submouent, nec commodum illi accedit ullum, nec incommodum, ibi velut inutilis, prætermittitur.

Ex ijs, quæ indicant, quædam simplicem indicationem, quædam non simplicem præbere. CAP. 12.

POrrò una semper est, quæ ab hac præstatur, conferẽtis indicatio, ueluti etiam reliquorum omnium. Nam, quicquid pro natura sua indicat, id unum semper indicabit, ceu quod unam habeat naturam. Atq; id vnum, si, quod indicationem facit, simplex est, ipsum quoq; simplex erit:

* παραπλῆξιας, seu παραπλήγιας, quid autem sit para plexia, tum ex pleriſque alijs Galeni 1 cis, tum præcipue ex commento 27. quarti commẽtarij de diæta in morbis acutis, pater.

† *Clarissimus. quod idem uirtutẽ tollat: sic in ægrotantibus ipsa (uirtus) aliquando ijs succedit, quæ pro solutione morbi administrãtur: aliquãdo ab ipsis tollitur.*

* χρησίμου. i. utilis.

† *Ad uerbum. in alijs autem ut reuulsiuũ, uel deriuatiuum, quando impetu humorum uehementiorem uel in contrarium reuellemus, uel deriuabimus in latera.*

A.li.4.f.1.t.2.c.7.fo.419.c.

sin illud est compositum, hoc quoq; erit cõpositum. Sanè quædã sui custodiã indicant, q̃dã amo- E
tionẽ. Siue autẽ hanc indicẽt, siue illã, qđ simplex est, simplicẽ quoq; indicationẽ hẽt: qđ nõ sim
plicẽ. Idcirco in superioribus semp simplicẽ intẽperiẽ simplicẽ indicationem p̃bere diximus, ve-
luti in frigiditate caliditatẽ: nõ simplicẽ verò, ẽt indicationẽ suggerere nõ simplicẽ: calidã. n. siccã
q̃ue intemperiem curationem sui per ea, quæ humectent, & refrigerent, moliendam indicare.

Quo pacto indicatio, quæ est à viribus, nunc reliquis prior, nunc posterior esse uideatur. CAP. 13.

ERgo" vires quoq; unam rem semper indicabunt, utiq; sui custodiam. Quibus ergo (roget q̃s) A.li.4.f.1.
rõnibus seruabitur? Nempe potissima rõne ex eo, qđ de substantia earum vel inanitum, vel t.2.c.7. fo.
alteratum est corrigendo: Secundo loco ex prohibendis ijs, quæ ipsarum substantiam uacuare 418.d
alterareve p̃nt. Comprehensa verò inter ea, quæ alterãt, breuitatis causa sint, & quæ earũ unita-
tem distrahunt. Hæc itaq; cum uires p̃petuo indicent, in valentibus (sicut dictum est) consensus
agendorum oĩum ad ipsarum perennitatem est: in ægrotantibus aũt non semper. Quo t̃pe æsti-
mari debebit, quod uel magnitudine, uel dignitate (vt prius est dictum) prævaleat. Maxime igi-
tur dignitas ipsarũ est virium: q̃n viuere ipsum nobis ex harum custodia constat, vtpote cum vi
tam, aut ipsas esse uires, aut earũ actiones, fit necesse: at vita ipsa nihil esse prius in animantis cor-
pore pothers: propterea, q̃ nec sanos esse citra vitam licet. Virtus ergo omniũ prima custodienda F
hominibus est. Seruabitur aũt, si nec eius substantia inaniatur: nec tanta alteratione alteretur, ut
ea corruptioni sit propinqua. Atq; huius custodiæ pars est, ubi uel *temperiem ipsam præsentem
seruamus, uel abtentẽ inducimus. A virium indicatione p̃xima est, quæ ab affectibus, quos cura
re proponimus, datur: postea deinceps reliquæ. Quicquid igitur indicationi, quã uires præbent,
aduersatur, id sed̃i est loci, ac posterioris ijs, quæ illæ præcipiunt: quæ verò cum ijs, quę uiribus
conducunt, in idem competunt, hæc utrunq; calculum referunt, & eorum, quæ primæ (ut ita di-
xerim) sint notæ, & eorum quæ secundæ. Itaq; hæc citra controuersiam sunt facienda: quæ vero
aduersantur, aliq̃n administranda prorsus non sunt, aliq̃n *paulatim. Quippe, si, quẽ curare studes
affectum, is vacuationem requirit, uires autem extrema imbecillitate laborãt, toto illo tempore,
quo uires reficimus, eorum, quæ affectum sanent, nihil planè ęgrotanti exhibebimus. Vbi vero
eò roboris peruenisse eas conijcimus, vt nihil, aut parum ex uacuando sint lædendæ, tum est ad
affectus quoq; curationem accedendum. Prima igitur oĩum *indicatio est, quę à virtute sumitur:
verum non sic prima, ut quæ curationẽ doceat, cum ex numero curatricium indicationum non
sit, verum (ut ita dixerim) vitalium, *siue quæ ad vitæ custodiam pertinent. } Nam, neq; ut uale- G
mus, nec ut à morbis liberemur, ab ea quicquam primum desumimus, sed ut uiuamus. Additum
in sermone est illud, primum, quòd ex accidente aliquando virtutis roboratio ad affectus cura-
tionem conducit. Verum id in sequentibus docebimus.

*Curatiuas omnes indicationes tribus hisce contineri, affectu scilicet naturali, affectu præ-
ter naturam, & aere nobis ambiente.* CAP. 14.

NVnc ad pensum rursus redeamus, in paucas summas, compendij causa, rem oẽm cogentes.
Medicatoriæ indicationes à morbo ipso sumuntur, à corporis temperamento, & tertio am
biente nos aere. Quòd si aliæ quædam antea sunt positæ, vel postea nõ hæ modo, verum ẽt aliæ
dicentur, oẽs tñ ex ijs in partes diductis natæ videbuntur. Siquidem corporis temperies, quæ il-
lo tempore fuit, quo ægrotare id cœpit, quæq; ad inuenienda remedia est utilis, ex natura, ætate
consuetudine, & ambiente nos acre ortum habet. Ambiens verò ipse eiusmodi est redditus p̃p
tum regionem ipsam, tum anni tempus, tum cœli statum. Ergo, cum unum sit eorũ utrunque, ex
pluribus tñ tale efficitur. Affectus verò haudquaquam in causas diduci est aptus, sed in differẽ-
tias: nam aut in similaribus consistit partibus, aut in instr̃arijs: Ac in similaribus quidem, uel sim- H
plex est intemperies, uel composita: in instr̃arijs, circa simplicium partium vel posituram, uel for
mam, uel numerum, uel magnitudinem, tum quæcunq; horum singillatim traditæ sunt differen
tiæ, consistit: Hæc itaq; tria illa prima sunt, quæ curationem indicant, nempe ambiens ipse cum
geminis corporis siue affectionibus, siue constitutionibus libitũ est appellasse, una naturali: alte-
ra, quæ præter naturam sit, quæ sanè morbus est. Non posse aũt plura esse prima genera indica-
tionum, quæ ad medendum pertineant, q̃ tria, quæ modo diximus, ex ipsa rerũ substantia scire-
licet. Nam morbus & sanitas, corporis sunt affectus, ille se tollendũ, hæc se tuendã indicans: am-
biens verò is est, sine quo, nec tolli morbus, nec teneri sanitas põt. Hic igitur causæ, sine qua non,
obtinet rationem. At verò cum id, quod ægrotat, alteramus, nisi constat, quousq; sit mutandum,
utique, q̃n sit ab alterando desistendum, non intelligemus. Generatim igitur in omni curatione
agendorum indicationes in his ad summum tribus cõsistunt. Membratim vero (vt supra est cõ-
prehensum) aliquæ simplicium particularum sunt propriæ, aliquæ compositarum. Eorum ergo,
quæ in simplices incidunt partes, unum est intemperies ea, quæ in calido consistit. Hæc, cum m
totum diffusa corpus est, febris nominatur: ideoq; oĩs febris, qua febris est, humectatio refrige-
ratioq; remedia sunt. Ac, si sola hæc sit, ad refrigerandum humectandũq; omne medentis consi-
liũ, veluti ad finẽ, dirigitur, ità, ut nihil sit, qđ præterea ad curationẽ desideretur, nisi ut materiæ
inueniantur,

A inueniãtur,q̃ huic propoſito ſunt idoneæ:materia verò inuenta,vt opportunum tps ex quatuor febris tẽporibus captes:quãtitatẽ uerò,ex cõferẽdo cũ naturali habitu morbum,quippe quãtũ is a naturali habitu receſſit,tm̃ opus eſt,ægrũ refrigeres & humectes.Sanè ambiẽs, ſi cõtrariã morbo tẽperiẽ hẽt,è pſidiorũ numero vnus eſt:ſin ſimilẽ,ægritudinaliũ cauſarũ eſt vnus.Qm̃ aũt reliquas materias,tũ deligere,tum fugere licet:q̃ aũt ambiẽs pſtat,fugere non licet,immo neceſſe eſt pñti cœli ſtatu vti:idcirco huic quoq; attẽti eſſe cogimur:q̃ vtiq; ſæpe eũ iis, q̃ morbus faciẽda ſuadet,(vt diximus) eſt cõcors:ſæpe diſcors,& q̃ cõtra moliat̃. Habebit ergo (vt diximus) ambiẽs rõnẽ mõ materiæ ſanãtis:mõ cauſæ morbũ fouẽtis.Quippe,cũ humectari refrigeratiq; morbus poſtulat,ſi hæc pſtat,ſanãtis materiæ rõnẽ obtinet:ſin calefaciat & ſiccet,morbificis cauſis eſt annumerãdus.Vbi igitur cũ medẽdi indicationibus cõſonat,p̃ gr̃a eſt habẽdum: ſic vbi aduerſatur,inhibẽda eius noxa eſt,ſcilicet reliquorũ auxiliorũ humiditate, ac frigore intẽſis, adauctisq; Sedulo igitur agendum eſt,vt ambientẽ,quo ad fieri poteſt,qualem eſſe expedit, præpares.ſ.humidiores frigidioresq; domos,tum deligens,tum verò p̃parans:ſicut è diuerſo,ſi frigida ſit humidaq; morbi ſpecies,quæ calfieri ſiccariq; poſtulet,& eligendæ, & p̃parandæ domus ſunt, q̃ calfaciant,& exiccent. At deligendas quidem dico,q̃ ex ſe ipſis eiuſmodi ſunt:p̃parãdas verò,cum arB te noſtra molimur per æſtatem ſubterraneas eas,& ad ſeptentriones uerſas; ac paſſim ẽta earũ aſſidue humore aſpergentes:tum vt ex euripo aliquo aura inſpiret, machinãtes:flores præterea,ac germina,quæ frigidæ,humidæq; facultatis ſint,per areã proiicientes: per hyemem uero cõtraria horum molientes,præſertim vbi morbus (vt prædictum eſt) ſuadet:vbi non ſuadet,exceſſus tantum vtriuſq; temporis remittentes. De quo mihi aliquid neceſſario,poſtea eſt dicendum. Nunc auxiliorum materias indicare non decreuimus,ſed methodos docere.

Quo pacto curatiuæ indicationes modo in plures diduci,modo in pauciores cogi poſſint. CAP. 15.

QVare rurſus ad has diſputationem reuocemus:doceamusque quemadmodum, & paucę, & multæ pro diuerſa ſectione curatoriæ indicationes ſint: quando & tres vniuerſas (vt proxime docuimus) facias,licet,in pauca capita tota ſumma reducta: & qualibet earum rurſus diuiſa,ex ipſis multas efficere:id quod etiã iam monſtratum eſt. Quin & ipſarum ſectionum, quamlibet rurſũ diducas in mẽbra,licet,donec ad inſectile uenias.Iam primas quoq; illas tres,quas memorauimus,fieri poteſt,vt redigas ad pauciores ſic,vt duo eorum ſcoporum,qui curationem indicent,omnino capita ſint, nempe præſens affectus,quem morbum nominam⁹; & qui priũs fuit, C quem ſanitatem & naturalem habitum diximus.Neq; n. aliud eſt ipſa ſanatio q̃ præſentis in corpore uitioſi affectus in naturalem habitum mutatio;cum autem contrarij hi affectus ſint, neceſſe eſt,per contraria fiat eorum alterius in alterum translatio.Atq; ita rurſus una ſola erit curationum maxime generalis indicatio,nẽpe cõtrarietas.Ergo hinc rurſus ſumpto initio,age particulares indicationes diſquiramus.Qm̃ id,quod ægrotat,ei,qđ̃ ualet,eſt contrarium, vtiq; per contraria eſt ab illo in hoc uia.At qũo (inquies) in contrariis inuenitur modus? Non.n.ſatis eſt calido affectui admouiſſe frigida,niſi id debita fiat menſura:cum alioqui metus ſit,ſi intra modum id fiat,ne morbi reliquum quppiam relinquatur;ſin modum excedas, contrarium genus morbi inducas:qui.n.ſupra,q̃ par eſt,calidum morbum refrigerat,is ſanitatis mediocritate tranſmiſſa,aliũ excitabit morbum,qui ſit frigidus. Quod quo minus accidat,naturã curandi corporis ſcias,oportet;quò,quantum morbus ab illius ſymmetria diſceſſerit,intelligens,menſurã refrigerandi præſidio imponas.At fieri non poteſt,vt quantum a ſe inuicem diſtent, inuenias,niſi compertum habeas,q̃ eſſet corpus,aut humidum,aut frigidum,aut calidum aut ſiccum,cum ualeret;quãtumq; ex his exceſſerit poſt,q̃ ægrotauit.Quippe,quod plurimum a naturali habitu receſſit,id vehemẽD tibus eget contrariis:quod non plurimum,leuibus.Sanè plurimũ receſſit frigidus morbus a corpore natura calido,ita ut è diuerſo calidus a frigido:minus receſſit, tum calidum a calido tum frigidum,a frigido. Quare ex utriſq; indicatio curationis p̃ſtatur. Verum,cum materiæ reliquorũ præſidiorum oĩum electio in noſtra poteſtate ſit:eius verò,quam ambiens p̃ſtat,in noſtra manu non ſit,ratio eſt,ex hoc quoq; propriam quandam indicationẽ ſumamus. Cæterũ,qm̃ noſci ad vnguem oportet corporum tẽperamenta,id vero eſt planè difficile, vtique tentandum eſt,tũ ex ijs,quæ in libro De tẽperamentis ſunt ſcripta,ea inuenire,tum verò vltra hæc,quò magis ſcienti fica notitia ſit ex ætate,& tota anteacta uita,quæ nimirũ in uitæ exercitio,& victus ratione conſiſtit:præterea in hac regione,& hoc anni tpe,& hoc ſtatu cœli,conuerſatione. Si nanq; natura gracilis & tãgenti calidus & biliоſus,& propenſus ad irã, & hirtus ſit, calidus hic ſiccusq; natura eſt.Non tñ neceſſe eſt nunc quoque,cũ ægrotare incepit,cũdem plane habere affectum: fieri.n. poteſt,vt in deſidia uixerit,idque cum frigidis humidisque potione & cibis, ad hæc ẽt cũ balneis poſt cibos,& multo ſomno,præterea in regione humida & frigida, & hyeme in qua frigidus, & humidus exuperabat cæli ſtatus.Rurſus fieri põt,ut horum præceſſerint contraria, id eſt calfaciẽtia & ſiccantia,idque per ſingula dictorum iam generum.Ergo, ſi quo ad præſens temperamentum noſcendum deficimus, id ex præeuntibus ipſis ſupplebimus, ex illo verò inuento,adminiſtrandorum indicatio ſuppeditabitur.

Vtilem esse ac minime contemnendam indicationem, quæ à consuetudine præbetur. CAP. 16. E

ACdictum quidem prius est, vbi de frigida exhibenda p̄cepimus, illud quoq; ex ijs vnū esse, quæ cōsideranda tum essent, nūquid particula quæpiā, cui frigida natura esset, lędi magnopere ex eius potione posset. An igiť fas est in ægrotāte homine, cuiusq; particulæ tēperamētum iuuenisse absq; ijs notis, quas libris de ipsis retulimus? Atq; illi quidem nec inquirūt, nec norunt, sed iuxta ꝓuerbium, vno calopodio oēs calceant. Nos certe (quibus inquirēdi cura fuit) illud inuenimus, ꝙ ꝓ plures, ac cognitu difficiles notas cuiusq; membri temperamētū, cōiectura potius, q̄ sciētia, inueniatur. Si igitur notis multis & * paruis aliqua certior apparuerit, nonne abiectis illis hanc ꝓ oībus arripiemus? nemo id arbitror, q̄ mentis est cōpos, negabit. Atqui, si oēs tēperamē torum notas in vnum colligas, hæ lōgissime absunt, vt parem ei, q̄ cōsuetudo p̄stat, fidem faciāt. Si.n. antea per sanitatem quispiam frigidam ꝓpetuo biberit, neutiquam nec ei in iecinore, nec vesica, nec vētriculo, nec alio quopiā talium offensus, planum est & valida illi esse hæc oīa, nec nūc à frigida lædenda. Non est igitur, ꝙ paruum quiddam, atq; ad ſpectādum leue, ad inuentionē remediorum consuetudinem existimemus: veluti nec ad sanitatem tuēdam. Nemo.n. adeo est stupidus, vt magnopere ex frigidæ potione læsus, hāc in diutinum vsum duxisse velit, ꝓpterea, ꝙ lęsus interim, atq; ab ea euidenter ægrotās, oīno abstinebit. Ergo, sicut alia non pauca quidem medici præter cōes sensus, ita illud quoq; effuderūt, ꝙ nulla, nec salubris inueniendi victus, nec ægrorum curationis, ex consuetudine sumatur occasio: videtur.n. non sicut alia quædam, exiguam leuemq; sed maximam ac maxime principalem vim habere: vt quæ singulorum corporum naturam ostendat. Sanè ipsi via rationeq; ab ea ꝓcedentes fatemur nos partium affectum inuenire, dein ex illo rursus ad faciendorum indicationē venire. Empiricus vero p̄terire se naturæ inquisitionē ꝓfitetur, qppe, quod per eā cōsecuturus fuisset, id iā se habere, intelligere. s. se, nō lædi à frigidæ potione ægrotātis corpus: id verò esse, quod nobis ab initio ꝓponatur, non vt naturam noscamus. Post (arbitror) nos q̄dem, veluti ambages frustra secutos, merito taxet: eos verò, qui in totum inutilem esse cōsuetudinem dicūt, veluti à cōi sensu alienos, iuste accuset. Quid igitur, inquies, eis respondebimus nos, q̄ methodo artē condimus? Nempe quid aliud, q̄ ꝙ vera dicunt de ijs cōsuetudinibus, q̄ adeo euidentem vtilitatē offensamve ostendunt? quippe quas nemo vel ante methodum non nouit. At reliquarum quasdā, quæ scilicet paulatim magnum contrahunt incommodum, non æque licet ꝓ experientiam inuenire: dictum aūt fusius de eiusmodi consuetudinibus est in libris De sanitate tuēda. Vnde, si in frigidæ quoq; exhibitione cōsuetudo citra methodum satisfacit, nec nos ꝓfectò experientiam fugimus: immo oēm, q̄ illi, vtilitatem ab ea capientes, ēt extrinsecus præter hanc adijcimus, qui saltem id possumus, eam, quæ à rerum natura suggeritur indicationem. In hoc verò libro methodi rōnem sequentes fatemur longiore via idē inuenire, qđ breuius inuenire citra * ratiocinationem liceret. Siquidem, cū sæpe iam uiderimus non paucos ex ijs, q̄ febribus ardentibus p̄merentur, cum iam mediocriter concocti humores essent, statim ex frigidæ potione febre liberatos, quamuis ei potioni parum assueti fuissent, multo (arbitror) magis in ijs, qui assueuerunt, vtilitatem fore citra noxam vllam sperabimus. Habes itaq; nunc ēt de consuetudine rōnem, etsi ex incidenti oblatam, tñ satis definitam. Est.n. ea quoque vnum quiddam eorum, quæ curationis rōnem per * morbi naturam intercedentem indicēt, quemadmodum & ætas. Si quidem ipsa quoque temperamēti interuentu indicationem præstat, veluti puerorum: quæ cum humidam & calidam temperiem habeat, facile digeritur.

* μακρὸν est iu græcis, i. longis.

* ἀναλογισμὸν.

* corporis.

De indicatione ab ætate, ac summa vniuersarum indicationum. CAP. 17.

ADsis.n. animo, velim, ad ea, quæ de corporum diuersitate hoc loco dicam. Lapidum substantia constans stabilisq; propter siccitatem, & frigus est: ad eundem modum æris, & ferri, & auri, & vno verbo, omnium, quæ ex terra sunt, corporum, At, quæ humida calidaq; sunt, eorum substantia celerrime in ambiētem dissipatur, aliàs in halitum sensibilem soluta: alias in perspirationes, quæ visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atq; hæ corporū naturæ, ueluti ex diametro, (vt Græci loquuntur) id est longissimo interuallo, à se distant. Reliquarum oīum illa, quę frigidæ, ac siccæ proxime accedunt, ægre quidem per halitum digeri possunt, minus tñ ægre, q̄ ferrū, & lapis, & adamas. Ac, quæ calidæ, & humidæ sunt vicinæ, hæ promptius quidē digerūtur, atq; exhalant, cæterum minus hæ quoq; q̄ aqua calefacta. Nam citra calorem non potest in halitum digeri corpus vllum, substantia eius coacta, densataq; manente: sed nec ꝓ calorem oē, imò qđ habile est in halitum resolui; tale porrò est, qđ humidum est. Ergo puerorum substantia omnium facillime digeritur, ac dissipatur, propterea, ꝙ est omniū humidissima: nulla uero frigidior. Quo minus uacuātis præsidij eget, cum habeat ex se ipsa, unde naturaliter uacuetur. Fit autem profectò, & ꝓ calidam siccamq; regionem, & tps æstiuum, & statum cœli impense calidum & siccum, notabilis per cutim uacuatio. Itaq; etiam huius causa ijs, qui sanguinis detrahendi egēt, aut prorsus uenam non secabimus, aut parum detrahemus. Sanè erunt in hac quoq; detractione multi scopi medico spectandi, natura ab initio, consuetudo, ætas, locus habitationis, anni tps, cœli status: adhæc ægritudinalis, quem curamus, affectus: aliaque rōne ante hunc laborantis vires,

Cum

A Cum verò affectus numerosi sint, cuiq; eorum sua est curationis indicatio. Quippe à calido indicatio est refrigerãdi: à frigido calfaciẽdi: ac à reliquorũ quolibet cõtrarium applicãdi. Quare, cum octo intẽperamẽta sint, octo ẽt erunt morborũ, q̃bus simplicia corpora sunt obnoxia, particulares, indicationes. Vltraq; has vna eius affectus. q̃ ẽt instrumentalium est cõis, cuius nullum apud priores nomen fuit: sed nos, q̃ eum interpretari sumus coacti, cõtinui solutionem appellauimus: ostendimusq; cõem curationis * indicationem hic quoq; esse vnitionẽ. At verò, quæ ex hoc rursum in partes diducto particulares consistãt, hæ quatuor voluminibus sunt ꝑditę, nempe tertio, quarto, quinto, & sexto, huius operis. Ac nũc quidem institutũ de intemperamentis sermonẽ ẽt in sequentibus libris ꝑsequar. Hoc absoluto ad instrumentalium partium morbos cõuertar: ostẽdamq; secundum eandem methodum in ijs quoque tum primas oĩum curationis * indicationes, quas vtiq; generalissimas appelles, licet: tum quæ ex harũ sectione nascantur: deinde rursus, q̃ ex illis oriãtur, donec ad eas, quæ vltra sectionem nõ admittant, ꝑuenero: hanc etenim oĩs constituendæ artis methodum Plato nos docuit. Verum de instrumẽtalibus postea (vt ꝑmisi) dicetur: Nunc (si prius, in qua parte ꝑpositi operis simus, admonuerimus) præsenti iam disputationi finẽ idoneum imponemus. Est igitur vnũ morbi genus, quod similares, & simplices aĩalis vexat partes, q̃ intemperiem vocant. Huius aliquas differẽtias ex corporibus nuda qualitate alteratis ꝑuenire docuimus: aliquas cum materia quapiam, q̃ in ipsa confluit: rursusq; ambas incidere, vel in vnicam animalis particulam, vel plures, vel ẽt totum corpus. Ergo, cum in operis huius ꝑlibro septimo intemperies eas, quæ alteratis tantũ qualitatibus in partibus proueniunt, pertractarim, in duobus deinceps libris ad eas, q̃ in totum se animal extendunt, venientibus, primum agere de febribus placuit. At, quoniam harum ipsarum aliquæ adhuc fiunt, manente scilicet in corpore causa, quæ eas excitauit: aliquæ factæ iam sunt, sed, quæ eas accẽdit, causa iam abijt: satius visum est de ijs primum sermonem facere, vtpote simplicem primam curationis indicationẽ habentibus: deinde illas quoque stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER DECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet precauere, ne diatiæ febres in Hecticas pertranseant, ac ipsas Hecticas, cum inuaserint, curare.

De ratione curandi, cum indicationes ab affectu, à causa, & à viribus in idem coierint, vel inuicem pugnarint. CAP. 1.

ERgo in diarijs febribus simplex quidam est in corpore præter naturam affectus vtpote causis, quæ primum eas excitarunt, iam ademptis. In quibus verò causa, quæ eas accendit, adhuc manet, in ijs, nec affectus simplex, nec sanatio est: siquidem, quod febris iam receptum in corpore est, id ex ꝑpria ipsius curandi indicatione discutere oportet: quod adhuc est futurũ, id ꝑpulsare, ac, ne fiat, vetare: vetabitur aũt, si, quæ id excitat causa, prorsus sit submota, Itaque in diarijs faciẽdorum indicationem ex ipsa febre maxime capiemus, sed cũ illa naturã, & ætatẽ, & consuetudinẽ, D ꝓterea anni tẽpus, cœli statum, & regionẽ, † & vires, } simul expendentes. In reliquis, quæ accẽsionis suæ causam intus habẽt, prima * indicatio ab ipsa sumetur causa. Itaque, si febriũ, quæ * mul tos dies cõtinuant, recte ostendimus putredinem esse causam, hæc nimirũ sananda est prima: sed nec interim extinguẽdæ febris, q̃ per eã iam accẽsa est, ratio nõ habẽda. Ac, si quidẽ in idẽ cõsentiãt, & q̃ febrẽ extinguunt, & q̃ causam oppugnãt, qđ ab vtrisq; indicaẽ, cũ vnũ sit, sine cũctatione agẽdũ est. Sin febris, q̃ iã accẽsa sit, sanatio, causam, q̃ hãc excitauit, est auctura: aut, quæ causam submouẽt, febrẽ exasperabũt, diligẽs habẽda cõsideratio est de remediorũ specie. Sanè diligẽter cõsiderauerit, q̃ totã deliberationẽ in tria hæc æstimãda diuiserit, febris ne sola curãda sit non solicito de causa: an causa oppugnãda, minime curãti de febri: an plurimũ quidẽ remediorũ ad alterã earũ sit adhibendũ, non tñ altera neglecta. At, quod primo quidẽ loco est dictũ, ꝑbare non debemus: qñ, si, quibus ꝑsidijs id febris, quod semper gignitur, oppugnamus, ea effectricem eius causam auxerint, planè nec generationem eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinem minuemus: q̃ppe & generatio eius, effectricis causæ speciẽ imitabitur: & magnitudo cũ illa pariter inaugescet. Quod secundo loco diximus, si id distinguemus, poterit esse nõ incommodũ. Nam, si intolerabilis ægro magnitudo febris sit, cõmittendũ nõ est, ut ꝑ ea, quibus causam adimimus,

A.l.4.f.1.t. 2.c.7. fol. 418.b.c

† Hæc verba ĩ pressi cod. græci habent, antiqui nõ habẽt.

febrẽ augeamus. Simul enim arbitror utrunque, & febrim sustulerimus, & hoiem. Sin ita medio- E
cris sit febris, ut, quo tempore cõtra causam tm pugnas, obruẽdę interim uires ęgrotatis nõ sint,
utique cõtemnendus is modus nõ est. Nõ contemnendus autẽ, nec tertius est, qui contrà id, cuius
maius momentũ est, instare iubet, nec tã alterius oĩno negligentẽ esse. Sanè plerunq; causæ mã-
ior est uis. Fieri tn aliqn põt, ut ea sit febris magnitudo, q̃ presentẽ pniciẽ, nisi occurras, afferat: quo
casu oportebit hac pri⁹ submota, deinde ad causam submouẽdã accedere. Atq; hæc, mi Eugenia
ne decidẽda tibi inter initia statim de contrarijs indicationibus sunt. Cùm autẽ in ijs examinãdis
nõ parũ visa est ad hominis salutẽ momenti habere uis ipsa {naturalis,} utique de ea quoq; nõ le
uis ad agendorum inuentionẽ cõsideratio est habenda. Ita fit, vt tres primi scopi sint, qui † in pro-
positis iã ob putredinẽ febribus} agendorum indicationẽ nobis præbeant: vna febris ipsa: altera ef
fectrix eius causa: tertia vis ipsa {naturalis.} Cæterũ priores duo scopi submouẽdi sunt: tertius est
tuendus. Erit igitur rursus hic quoq; eadẽ tibi cõsideratio, quæ paulo supra, vt cũ uiribus, tũ febrẽ,
tũ cãm inuicẽ cõferas. Mox, si eadẽ ambo, remedia requirent, ea prõpte exequaris. Sin indicatio-
nes pugnabunt, vnã pferas, vel quæ a viribus sumitur, vel quæ a causa, vel q̃ a febre: ac quæ cæte-
ris sit valentior, hãc magis sequaris, nec tn cæteras negligas. Ex hac nanq; discretione doceberis
primũ cãm febrẽq; profligare, vbi videlicet conijcis harũ remedia uires posse ferre; rursus primò F
roborandã uirtutem esse, vbi hæc imbecillior est, q̃ vt causæ febrisq; præsidia sustineat. Quinetiã
omnia pariter sub coniecturam agi licet, ueluti paulo supra de febri & de causa est monstratum.

† ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῆ σκέψει πυρετοῖς. *subiectis considerationi febribus. & ita uetus interps.*

Quæ ex diarijs febribus magis aptæ sint perdurare, & in alias febres transire: quaq; ratione id periculi declinemus. CAP 2.

ERgo, cum tria hæc sint, ad quæ attentum te esse in propositis febribus curandis oporteat, fe-
bris ipsa, huius efficiens causa, & ægrotantis uires: inuentiq; præterea sint generales indicatio
num modi, quos ẽt generales vniuersalesq; dicimus: transeundum, arbitror, nunc est ad pfidiorũ
differentias, quæ specialia particulariaq; sunt, sed mentione de diarijs repetita: qñquidẽ ab ipsis in
eas, quæ plures dies continuent, aliqui transeunt. At uero, cum in has transeant una quidem rõne
maxime communi, ipsa medicorum inscitia: duabus magis priuatis, quod ipsarum febriũ, uel cau
sa effectrix iam abijt, uel etiamnũ manet: de vtrisq; seorsum est dicendum. Potrò abiit effectrix
causa, quoties ab ira, dolore, vigilia, cura, æstiuo Sole, fatigatione, & bubone iã inclinato, excita-
ta citra stipationẽ febris est. Manet, quoties vel ab externa causa, vel ab ipsa febre stipatio aliqua
facta est. Nam & frigiditas, & adstringentium vsus, per mediam stipationem semper febrem ex-
citant. Vstio præterea nõnunquã corporis habitum constipat. Iam ipsum febris principium, ubi G
cum horrore inuasit, stipationẽ subinde fecit. Quin etiam glutinosi, & crassi, aut etiam copiosi
succi, ubi mediocriter obstruxerunt, diariam aliquando febrẽ accendunt, utique cum idoneum
sortiti sunt medicũ, ut supra est indicatum. Sanè dicuntur idcirco id genus febres omnes diariæ,
quia solui, (quod utiq; ex ipsis est) uno die sunt aptæ, computata cum hoc una & nocte; quemad
modum cum dicimus mensem esse triginta dierum, & annum trecentorum sexaginta quinque,
& hoc gestum esse ante tres dies, aut gerendum esse post quatuor. Cæterum, non est idẽ ipsarũ
oĩum affectus, sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est: ab aliquibus minime inseparabilis, sed
uel ut plerũq; simul adest, uel ambigua sorte, uel raro. Inseparabilis stipatio est ijs, qui x alumi-
nosa aqua, uel chalcanthode, uel tali quapiam alia, aut ex frigore, aut leui obstructione, febrici-
tarunt: Plurimum vero ijs adest, qui ex ustione febricitant: Ambigua sorte, ijs, qui ex fatigatione:
Quicũq; verò ex ira, uel tristitia, uel vigilijs, uel pertinaci studio, vel cruditate, uel bubone febri-
citant, ijs raro adiuncta stipatio est. Atq; harum omnium febrium nulla, (quod utique ex ipsa sit)
ad secũdam usq; accessionem perdurat, sed intra quatuor & uiginti horas *oĩno desinit. Aut, si qñ
earum aliquæ (quod tamen rarius fit) longius trahunt, duæ ijs accedunt causæ, quæ ipsas solui ue- H
tant: earum una frigus est, qd̃ uel ex ambiente aere, uel ex unctione quapiam extrinsecus admo-
ta, proueniat: Altera egregia ista diatritos est, si qui uidelicet hanc transire medicorum inscitia
coguatur. Quòd si & ambiens aer calidus sit: & nemo ex medicis, qui diatriton suspiciũt, ad ægro
tantem accedat: febris quidem post primã accessionẽ finietur, idq; cum sudore, vel madore, vel
transpiratu, qui halituosus sit. Aeger autem, vbi se liberatum à febri senserit, ad cõsueta munia re-
dibit, lauans, ungensq; se: aut etiam, si agrestis quispiam monticola vel sit, his omissis, comedens.
Ac vulgus quidem, sicuti multa alia, vtiq; ab ipsa rerum natura edoctum, melius, quam sophistę,
agit, ita & in diarijs febribus omnia sibi ipsi præstare sufficit, præsertim ubi citra valentẽ stipatio
nem constitere. Vbi uero cum eiusmodi stipatione inuaserunt, qui infortunati sunt, in medicum
aliquem incidunt eorum, qui diatriton efferunt: qui fortunati, in eum, qui ipsos & lauabit, & nu-
triet, cæteraq; oĩa præstabit; quibus stipatio soluatur. Sæpe nanq; (ceu dictum est) ex leui obstru-
ctione cum cutis latente densitudine, quæ uel ex uitiosa lauatione uel alio quopiam est cõtracta,
diarijs nõnulli febribus sunt correpti quo tẽpore, nisi quis celeriter obstructionem submouerit,
in plurium dierum febres transeũt. Est nanq; eiusmodi febris (quantũ ex ipsa est) earũ, quæ plures
dies infestant, & quæ diariæ sunt, cõis, cæterum p̃p causæ paruitatem, unius dici efficitur: sic ut-

πουπίαν.

A.li.q.ff t.1.c.3.fo. 412.c.

etiam

A etiam propter magnitudinem, multorum interim dierum: uerum acceſſio eius ab initio ad exitū vſque vna eſt, modo ne ipſam excipiat ea, q̄ ex putredine humorū naſcitur. Ergo, quoad nec in pulſu, nec in calore, nec lotio, putredinis adhuc aduertitur nota, atq; ex ſola obſtructione ortum hēt, vtiq; ipſa obſtructionis ſolutio eius eſt ſanatio: quemadmodumq; hanc ſoluere conueniat, ante eſt dictum. Multæ igitur apparent diariarum eſſe febrium particulares differentiæ: Vna, quā do iam prorſus abijt effectrix ipſarum cauſa, ueluti uſtio: Altera qñ hæc ēt adeſt, ſicut ſtipatio cuius duæ monſtratæ ſunt differentiæ, nempe exiguorum meatuū dēſitas, &, de qua nunc agimus, obſtructio. Sanè dēſitudo ipſa alias ex ſiccitate prouenit, veluti poſt feruores, aut fatigationes aut iras: alias ex frigore, eoq; vel ſimplici, vel cum adſtrictoria ui: q̄ quemadmodum inter ſe differat, in libro de medicamentis eſt præceptum. Iam verò obſtructionum ipſarum alia eſt, quæ ex abundātia: alia q̄ ex qualitate ſuccorū, ſcilicet, qui aut lenti, aut craſſi ſint, īcidit. Præferetur aūt inter re media, in ea, q̄ copia facit, ſanguinis miſſio: In ea, quæ ex humorum qualitate cōſiſtit, attenuantiū vſus. Quod vero ex viribus cōſilij petatur, vt in diariis ſanè eſt exiguū, ita in iis, q̄ pluribus die-
B bus vrgent, ſatis magni eſt momenti: eoq; maior quo hæ ſunt longiores. Enim uero, vbi naturaliter ſe vires hēnt, ne minimum q̄dē † in plurium dierum febribus } vacuantiū auxiliorū vſum morātur. Vbi nō naturaliter ſe hēnt, (voco aūt non naturaliter, cū infirmiores quodāmodo ſunt) pro magnitudine imbecillitatis impeditur vacuātium auxiliorum vſus. Sanè rarius accidit, vt ꝑtinus in primo ſecundo ve die uires imbecillæ cernantur: accidit tamen interdū, vel propter ęgrotantis malum corporis habitum, vel propter ſenium. Nonnullis enim fatigatio, vbi uſtio, & triſtitia, vigiliæque præceſſerunt, & inedia per totum ſecuta eſt diem, dein febris prius, quam homo cibaretur, circa veſperam occupauit, & nox inſomnis eſt acta, vires magnopere reſoluit

Quo pacto iuuene febricitante diatritariorum errorem Galenus indicauerit, ac emendarit. CAP. 3.

NEc alienum ſit, ſi tibi talem ægrotum deſcribā, in quo primum auſus ſum rōne ipſa mihi viā monſtrante, & diatriton contemnere, & virium rōnem habere: poſteaq; alios, quos in ſimili caſu vidi, audacter eodem modo, quo illum, curare: ſiquidem primum periculum poſt, q̄ ijs, q̄ ab indicatione ſunt inuenta, ſubſcripſit, ad ſecundum vſum reddit magis animoſos. Ergo iuuenis
C qui febri eſt correptus, annos natus erat quinq; & viginti, gracili corpore & muſculoſo, ueluti canis: tum ſicco calidoque omnino temperamēto. Iam idem exercitatione quodammodo delectabatur, & alioqui cogitabundus & induſtrius erat. Is peregre agēs, cum nūcium parum gratum accepiſſet, & triſtatus eſt, & propere ſe accingēs ad vrbem feſtinauit. Ac priore quidem die & laborauit modice, & lotus cœnatusq; in quodā diuerſorio quieuit, ſed maxima ex parte ſine ſomno. Poſtera die etiam magis feſtinauit: ac lōga via, & ſabuloſa, & ſquallēte, tum ſub feruente Sole cōfecta, hora prope ſeptima & ſemiſſe peruenit in vrbem. Ibi, cum ea, quorū cauſa maturaſſet, meliora audiret, in gymnaſium lauaturus proficiſcitur, dein uictus, vna cum quodā eorum, qui aderant iuuene, perfrictus eſt. A quo cum, vt paululum dimoueret, prouocaretur, orta inter eos cōtentione, (qualia ſæpe incidunt ijs, q̄ exercitationibus indulgent) plus iuſto eſt exercitatus: eratque iam immodice ſiccus. Egreſſus vero gymnaſium, inuenit amicorum quoſdam pugnantes: quos dum diri mit, imprudens in aliam exercitationem non leuem incidit, dum alios eorū diuellit, alios impellit, alios complectitur medios, alios vt iniurios increpat, ac pro iis, qui iniuriis affecti eſſent, iraſcitur, adeo, vt domum ſe in ſumma ſiccitate reciperet, laſſitudinem inæqualitatemque ſentiens. Aquam igitur ex conſuetudine bibens, ubi nihilo ſe leuatum, ſed inqualitatem ſibi
D intendi ſentit, hanc quidem uomuit. Ratus aūt vtilius adhuc cibo abſtinere, accubuit, ac quieti ſe dedit hora ferme diei undecima: q̄ cum feciſſet, ac nocte tota febre diuexatus vigilaſſet, poſtridie quoque quieuit vſq; ad meridiem, ſperans ſe ſomni aliquid conſecuturū. Quo tpe cū eū medici quidam diatriton colentes, inuiſerent, tum quidem homini ſatis magnam eſſe febrem aiebant, veſperi aūt ſe illū reuiſuros. Itaque, & veſperi cū redirent, ac febrem inclinatam cernerent, ne tum quidem nutriendum cenſuerunt, qnāuis ēt id alius quidam medicus ſuaderet, immo ſtrenue reſtiterunt, adiicientes, ſi quidem ſine febri eſſet, fortaſſe cibum daturos, febricitante adhuc minime id facturos. Quin etiam, cum tertio die mane redirent, etiam tertiæ diei acceſſionem tranſmittendam cenſuerunt, erat autem (vt prius dictum eſt) ſuſpecta hora illius diei undecima. Ergo digreſſis illis, ipſe acceſſi, ac faciem iuuenis contemplatus, vidi talem eſſe, qualem in prognoſticis Hippocrates his verbis pingit; Naſus acutus, concaui oculi, ac reliqua, quæ deinceps ab eo dicta ſcimus. Itaq; cum omnino mihi perſuaderem fore, vt tum in hecticam febrem, tum quam maraſmōde vocant, homo, niſi cibaretur, incideret; ſorbitionē ex alica quam primum paro, atq; exhibeo. Et tñ quamuis hac ſumpta, cum acceſſio ſuo tempore circa vndecimam inuaderet, ſic extremis partibus perfrixit, ut calfieri hæc vix poſſent, & pulſus illi paruus * rarusque q̄ maxime fuit. Qua ex cauſa illi etiam quarto die tum mane, tū veſperi cibum dedi, quo. ſ. & vires repararem, & corpus humectarē: erat" nanq; cutis eius, ceu coriū, arida. Vbi aūt febris tenuis & ſimilis perſeuerauit, ſtatui deinde quinto die non ſimplici ſorbitione hominē cibare, vt ante, ſed alica ex aqua calida,

† ἐντοῖς πολυπ μέροις πυρε-- τοῖς, legunt, tū impreſſi, tū plerique ex manuſcriptis codici. vt etiam Linacer uertit. Sūt tamē quidā codi. qui addant καὶ ἐν τοῖς ὀλιγοπ μέροις. i. & in ijs, quę paucorum ſunt dierum.

* ἀῤῥαϛος. i. imbecillus.

A. l. 4. f. 1. p. 2. cap. 8. fo. 420. d

calida,citraq; cõdituram,iniectis in eã mali punici granis. Est nãque is optimus cibus bilioso sto E
macho:nã & roborat hunc malum punicum:& alica, cũ diutissime in uẽtriculo citra corruptio
nem maneat,sensim cõcoquitur,nec acescens,nec innatans:q̃ vitia accedere sorbitionibus aliq̃
solent.Incidit verò & in ipso quinto principium accessionis simile.Itemque,cũ & sexto & septi-
mo eum simili rõne ciba ssem,in *nono rursus simile principiũ præcedentibus fuit.Vbi nimirum
vel amentiam,vel pertinaciam,vel,haud scio,quid dicam,eorũ, qui in principio hoiem transmit
tere tertiæ diei accessionẽ sine cibo iusserant,prorsus intelligere licebat. Nam, cum cunctis eui-
denter appareret nũquam peruenturum eũ ad quartum fuisse, si nutritus ante accessionem ter-
tij non fuisset,illi & tum eũ,& secutis ẽt diebus non recte nutritũ aiebant. Cæterum committen
dum non erat,vt eorum redarguendo studio,ægrum quis,non exhibito in ipso accessionis die ci
bo,proderet.Igitur nono die similiter hominem nutriẽs: cernẽsq; in accessione pulsum eius red
ditum,q̃ prius erat,firmiorem,cæterum imbecillitatem illam adhuc præferentem cũ extremarũ
partium frigore: non potui sustinere medicorum illorum meras nugas, sed vndecimo die præfa
tus prius ægrotantis amicis, fore, vt ipso die intelligerent hominẽ hactenus nostra opera fuisse
seruatum,permisimus illi prẽterire accessionis horas.Ergo,cũ & sine pulsu omnino in ipsis esset:
& frigus eum vehemens totius corporis premeret sic,vt nec loqueretur amplius, & vix impellẽ F
tem sentiret:conuocati in vnum medici omnes,qui ab initio videramus, ab ægrotantis propin-
quis propemodum sumus diseerpti,ego q̃dẽ,q̃ ob p̃tinaciã vltro ægri salutem p̃didissem:q̃ ve-
rò diatriton colebant,p̃ p̃ ignorantiã,& stupiditatẽ.Ac illi quidem pallidiores frigidioresque,q̃
ipse æger,cõsilium quoddã fugæ captabant.q̃ ego p̃spiciens,aulæ ostium obserari iusseram,& si
mul amico cuidam clauem seruare.Post medius eorũ stans,iam,inquam, uobis cõstare plane ar
bitror,q̃ hactenus hominẽ seruarit.Seruabitur aũt,& nunc nostra opera. Neque enim,si perituru
rum oĩno in hac accessione putassem,à cibatione destitissem:sed, qm̃ ex p̃cedenti iã uictu tm̃ illi
roboris supereſſe noueram,vt tolerare accessionẽ posset,p̃misi accessionis horas,sine cibo trans
mittere.Ac satius q̃dem fuisset multo ante hominẽ nutrire.verum,quò & istos sedarguam:& q̃-
busdam his auscultantium,qui confici à nobis iuuenem, q̃ illam occasionem omiserim, dicunt,
persuadeam:nunc illis ostendam, vel in accessione ipsa ægrotantes quosdã nutriri debere,nedũ
ante hanc.His dictis,ac diductis hominis maxillis,infundo ex angusti oris uasculo,cremoris pti-
sanę tres cyathos:paulo post albi,& tenuis vini,modiceq; calida diluti,duos cyathos.Post quos,
& sustulit oculos,& tum audire,tum loqui,tum præsentes nosse cœpit,cum ante,ueluti lignum
aridum,porrectus,sine uoce,ac sensu iaceret.Rursus itaque dato ex vino,quo dixi modo diluto, G
pane ad comedẽdum exiguo,prorsus hoiem reuocaui. Quem,vt rursum ad institutam ab initio
victus rationem reduxi,& tertii decimi diei accessionẽ facile tolerare vidi,in quartodecimo rur
sus mane cibaui:ac post circiter horã octauam laui: deinde rursus liberalius cibaui: ac mox vinũ
bibendum exhibui.Idem verò,& in duodecimo,& tertiodecimo fecerã. In quinto aũt decimo
rursum cibaui mane. Cum verò facilius tum quoq; accessionem ferret, in sexto decimo denuo
laui:cæteraq; circa hominẽ peregi,sicut in præcedentibus diebus.At vbi in decimo septimo mi-
nime grauis paruaque accessio fuit,audacter hominem de cætero sub conualescentium uictus
rõne habui.Hic æger non paucos semimalorum,ac non penitus asinorum,docuit,etiam ante ac
cessiones ipsas nonnunquam esse cibandum,vel si duarum horarum intercedat spatium:ac mul-
to magis ante accessionem tertij diei. Ostendi autem tibi,& in prima ipsa accessionis inuasione
eiusmodi homines esse nutriendos.Dico autem eiusmodi homines, in quibus corporis intempe
ries ad siccum,& calidum conuersa febres accendit.

*octauo.

Ratione atque experimento monstratur,quam vtilis nonnunquam sit ante accessionem,
vel in ipsa accessione cibatio. CAP. 4.

POrrò hoc quoque plerisque medicorum fortasse sit incredibile. Sed, siue rationi ipsi fides est H
adhibenda,siue operibus,nos fidem ambobus facimus; Operibus quidem, dum homines iis
monstramus,qui,si biduo patiantur inediam,necesse est,febricitent, ita scilicet,vt nonnulli, ubi
concitati ad iram sunt,vel mœrore,vel vigiliis affecti; euidentissime enim, tum in conualescen-
tibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur, tum ijs, qui calido, & sicco sunt temperamento.
Quam verò ratio ipsa fidem huic rei facit,alibi iam dicta est; dicentur tamẽ & nunc eius rei sum-
mæ.Mordens halitus,& succus,vbi per insensibilia corpora fertur, horrores & inæquales totius
corporis concussiones (ῥῖγη græce dicunt) facit: ex quibus cute stipata, quæ prius transpira-
bant, iam retenta, quoties suliginosa sunt, febres accendunt. Ergo eiusmodi halitus & succos,
tum multa,& vehemens dimotio,tum vigiliæ,& ira, & dolor, & cura augent; tum proximę ab
istis unum illud per se interdum augere eos sufficit, vtique si cibum quis non sumpserit: effici-
tur enim corporis habitus in ijs naturis,quæ facile amaram bilem generant, ex longa inedia bi-
liosus.Si igitur tum id incidat,tum æger motu quopiam ualentiore,quam pro uiribus, vsus,mor
dentium excrementoꝝ impetum confertim foras excitarit, necesse est (ueluti in symptoma-
tum causis ostendimus) concussionem, quam modo dixi, vel horrorem subsequi. Ac con-

cussio

A cussio quidem ista succedet propter eorum, quæ feruntur, excrementorum, tum multitudinem, tum actimoniã, tum impetus celeritatem: tum laborãtis uirium infirmitatem. Nam, & quæ multa, paucis: & q̃ qualitate sunt insigni, ijs, quæ ita non sunt, mordẽt magis: pari modo, & quæ cũ celeritate ferunt̃, ijs, q̃ tarde. Iam uires, ubi ualentes sunt, oĩa contemnunt ac tolerant: ubi infirmæ sunt redditæ, uel abs quouis offenduntur. Horror fiet, ubi & qualitas eorum, & impetus uelocitas est remissa: tum copia minor: ac potissimum, cum uires tristanti obsistunt. Si uero iam dicta largius remittãtur, ne horror quidem fiet, sed uel ulcerosus quidã sensus, uel tm̃ inæqualitas. Ergo coeuntibus oĩbus iam dictis, †quod uehementissimũ est, orit̃.utiq; supradicta totius corporis cõcussio: †rursus remissis oĩbus, nullus ex transitu excrementorum fit sensus. Quod si quædam sint, quædã nõ sint: & quædam maiora sint, quædam minora: in eiusmodi mistionibus media latitudo omnis, †quæ inter id, quod maximum est, quod ῥῖγος græce uocari diximus, & minimũ, q̃ est nullus omnino excrementorum sensus, }efficitur. Itaq; nihil mirum est, si dictarum causarum quælibet uel p̃ se, uel cum alijs iuncta: alij inæqualitatem, alii ulceris quempiam sensum, aut horrorem, aut dictam concussionem, afferre uideatur. Nã pone, uires imbecillæ sint, corpus ipsum admodum sensile, quippe id quoq; ostensum est, nõ parum ad eiusmodi symptomatũ generatio

B nem cõferre: habitus aũt corporis gracilis, & tẽperamentum biliosum, stomachusq; similiter bili affectus, tũ his oĩbus accedãt inedia cibi, & vigiliæ quæpiam, & tristitia, & solicitudo: ad hæc p̃ gressus à domo, q̃ ex urgẽte quapiã causa sit necessarius: postea his p̃positis (id quod aliq̃n fieri uidisti) det sedulo operã, vt plus itineris p̃ urbem, re ita postulante, festinus peragat; nunq̃d huic ex eo, q̃ excitatus est, mordentium excrementorum motu, primũ quidem inæqualitas quædã, mox uero ẽt horror, prõpte incidet? quod si motum quoq; continuet, uel cibum sumere nõ anteuertat, p̃tinus ẽt febris? Equidem ita febricitantes aliquos ostẽdi tibi, maxime ex ijs, qui è lõgo morbo cõualuerant. Quorum cũ uni forte fortuna occurrissem, qui mox ante horrescere cœpisset, ut rem exposuisset, dato ex uino diluto pane, continuo horrorem inhibui. Verum hunc (uti scis) per uiam in officinam quandam perductũ febricitare p̃hibui: alios verò, qui prius se domũ suam recepissent, in ipso principio horroris, uel paulo posterius, cibauimus. Atque, vt semel dicã, quibus incipientis adhuc accessionis aderant symptomata, ijs omnibus panem ex uino diluto, ac calẽte mature exhibens, & horrorem statim inhibui, & ẽbrem prohibui. Quãto uero hos citius cibaueris, tanto scilicet magis febrem p̃hibueris. Quod si paululum aliq̃n morere, vtiq; febris ne tum quidem, calor tm̃ multus, ijs aduenit, simillime planè ijs, qui p̃ uehemẽs frigus facto

C itinere, reuersi domum, calidis sunt nutriti. Quippe, si plusculũ morere, maiorẽ calorem sentiẽt, talemq̃; ac tantũ, vt dubites, an hunc febrem appelles. Sin duæ horæ ab initio inæqualitatis inter positæ sint, nutries tunc quoque, modo horr or adhuc duret, prædicens tamen, quòd hi febricitabunt, cæterum innoxia febre, & cui cutis mador succedet: quo facto, tum lauare, tum rursus nutrire debebis. Quod si horror præterierit, ac iam planè febricitent, cibandi id temporis non sunt, sed decrescente iam accessione illico sunt nutriendi integritate nõ expectata. In nullo nãq; squalido affectu commode finitur accessio prius, quã illi uel ex lauacro, uel humido uictu, humectatio accesserit. Hæc ego omnia cum operibus indicarem, qui me uel laudabant, uel æmulabantur, scilicet quod supra eorum opinionem erant, quæ egeram, παραδοξοποιὸν, q̃ paradoxa facerẽ, (ut scis) vocabant. Cum uero ratione de ijsdem differens, docerem aliquos ante accessionem esse cibandos: aliquos in ipsa, idq̃; uel inclinare iam incipiente, uel etiam in ipso summo vigore: tum παραδοξολόγον me, quod paradoxa dicere viderer, appellabant. Ergo quid facias his hominibus qui bus nec opere, nec ratione persuaderi potest? At, inquiunt, fieri nequit, ut eiusmodi affectus quis agnoscat. Quomodo igitur nos eos agnouimus? Videturne cuipiam fieri non posse, ut calida & sicca intemperies agnoscatur, uel quæ ab ortu usque fuerit, uel quæ in præsenti tempore talis sit reddita? Mihi sanè tam uidetur facile, quã has ipsas agnouisse literas. Quid illud uerò, si huic nõ sit

D adhuc in succis putredo ulla, illi uero sit, nõ posse uobis uidetur hoc discerni? Mihi posse uidetur. Nam & ex pulsu, & urina, & ex ipsa nonnunquam, quæ in calore est, qualitate, euidenter id discernimus. Quod si propterea, q̃ nec ipsi quicquam discere uolunt, nec se se exercitare, sciẽtibus parum credunt, quid uerat, quo minus tum geometris ipsis, tum arithmeticis, tum reliquis artificibus omnibus nihil credant?

†τὸ σφοδρότατον ἔστι ῥῖγος. i. uehemẽtissimꝰ oritur rigor.

†τοῦτε μεγίστου ῥίγους καὶ τῆς παντελοῦς τῶν περιπωμάτων ἀναισθησίας. ad uerbũ inter maximũ rigorẽ, & omnimodã excrementorũ insensibilitatem.

Calidas & siccas naturas inediam non tolerare: ac de primis capitibus, quibus ratio cibandi continetur. CAP. 5.

MIsso igitur hoc genere hominum, rursus seriem sermonis nostri persequamur. Calidis ac siccis naturis aduersissima res inedia est, ac febrium paratissima causa. Voco naturas calidas & siccas non solum, quæ à primo ortu tales ex proprio temperamẽto sint, sed ẽt, quæ posterius ex calido siccoq̃; uictu, & plurima dimotione, & uigilia, & cura, & tristitia, & regione calida siccaque, & tempore æstiuo, & cœli statu calido siccoque, sint acquisitæ. Sanè licet & citra tẽporis anni mentionẽ, in eiusmodi sermone statum cœli solum nominare. Verũ, si altius repetã, id, qd̃ dico, magis credes. Calida & sicca tẽperamenta, siue ea ex prima origine talia sint, siue ex uictu,

&

& immodico labore,& animi ꝓturbationibus,& regione,& cœli ſtatu, inedia vehemẽter lædit. E
In hac dictione,ipſis ſaltem verbis,omiſſum eſt anni tẽpus: poteſtate tñ omiſſum non eſt, vtpote quod in cœli ſtatu comprehendit,qñ calidus in ſummo,ſiccusq; cœli ſtatus iam dictam tẽperaturã efficit.Hic aũt ſtatus alio anni tempore,quam æſtate, plane incidere non poteſt:qñ nec in autumno,nec in vere,multoq; minus in hyeme,fieri poteſt, vt calidiſſimus ſimul ſicciſſimusque cœli ſtatus fiat:ſicut nec humidiſſimus pariter frigidiſſimusq; in alio,q̃ hyeme.Ob hæc igitur ipſe quoq; aliquando prætermiſſo anni tempore,cœli ſtatu ſum cõtentus.Liceat tamẽ cuique nominibus,quibus velit,vti,modo a rerum natura nõ diſcedat.Eſt porrò rerũ natura,qualẽ & modo diximus,& nihilo minus nunc dicemus:nã, quæ maxime ſunt ad curationem neceſſaria,eademq; maxime ignorata,nec Hippocrates ipſe identidẽ repetere grauatur.Igitur inedia ſiccis calidisq; corporibus,ualẽtibus quidẽ noxia eſt:ijs verò,qui in calida & ſicca æſtate febre laborant,
* πάθεσι. quæ ſcilicet ex uſtione,aut labore immodico,aut vigilijs,aut comprehenſis iam animi* motibus ſit contracta,nõ ſimpliciter noxia eſt,ſed,ſi quidq̃ aliud,plane ꝓnicioſa: quippe vel in febres ardẽtes ex ea incidunt,a quibus,niſi prius mors occupet,in hecticas migrãt, atque ab his in maraſmũ:vel protinus ab initio,ardentibus præteritis, in hecticas. Maxime tñ (vt dictum ſæpius eſt)
* διαθέσεις eſt in impreſſis,ut Linacer uertit. κράσεις autem. i.tẽperaturas, eſt i quibuſdã antiquis. ſiccos calidosq;* affectus ſtatim a principio hectica corripit:Sicuti mulieri accidit,quæ autumno F
ex triſtitia,& vigilijs febricitare cœpit: perſeuerauit aũt ad plurimum hyemis. Hanc quarto die
(vt ſcis) vidimus,deprehẽdimusq; ſtatim hecticam eſſe febrẽ,cum alia, quam humores excitarant,coniũctam.Curatio autem una tum fuerat,vt frigida tẽpeſtiue & moderate daretur,cõſuetæ ſcilicet hãc per ſanitatem bibere:verũ aliis curatio huius erat commiſſa, quare nobis ſilere eſt viſum.Alteri verò,q̃ eodẽ tẽpore ægrotarat,& ſe nobis cõmiſerat, quoties nutritus eſt,fontanæ plane gelidæ dedimus interim binos cyathos,interim ternos: qñ frigidam ſimul multam ſibi dari,qui ita ſunt affecti,citra noxam non feruut.Quo circa vtiliſſimum eſt, vbi febris ideam perſpexeris,in in prima ſtatim acceſſione minore cũ periculo,copioſiore frigida vti,corporibus ad ualidam ſiccitatem nondum perductis.Qui enim in feruoribus ſub canicula ex ira febricitauit,(iuuenis aũt hic erat ſiccus & calidus) vbi in prima acceſſione duas frigidæ heminas bibiſſet, ſtatim q̃dẽ euomuit flauiſſimam bilem:non multo autem poſt etiam deorſum excreuit. Deinde,cũ rurſus poſt cibum aquæ circiter heminã ſimiliter ſumpſiſſet,iam febricitare deſijt. Non defuere tamẽ medici,qui,cum nullam principio febris ſpeciem agnoſcerent,ſed poſtea,cum iam præterijſſet occaſio,intelligentes vel in hecticã,vel etiam in maraſmoden febrem ægrotãtem incidiſſe, frigidam bibendam,nos imitantes,præbuerunt. Sed nemo metã attigit:nam magna ſolicitudo habenda eſt in ijs,qui ita ſe habent,de frigidæ potionis menſura. De qua paulo poſt dicemus,vbi ꝓpoſitæ diſputationi finem impoſuerimus.Quippe æger is,quem ante deſcripſimus,exemplo omnibus eſt,quibus propter ſiccitatem a principio ſtatim dari cibus debet, ẽt ſi febricitare iam incipiãt.Nam,cum accẽditur in his febris ꝓꝓ mordẽtẽ acrimoniã excalfacti, attenuãtiq; ex Sole, & inedia,& laboribus ſucci,maximũ eius remedium eſt humidũ nutrimentũ:ſicuti è diuerſo,ubi ob copiã,vel obſtructionem,vel phlegmonen,vel (vt ſemel dicam) humoris alicuius putredinẽ, febris eſt orta,maximo malo eſt cibus. Atque hos quidẽ nec in inclinatione febris citra noxã nutrias,nedũ ipſa acceſſione inuadente:illos vero omni certe tempore, ſed potiſſimum ꝓ inclinationẽ.Me quoq; ſubinde vidiſti eos, qui ex abundantia, & qui ex phlegmone laborarẽt, ſub longa inedia tenuiſſe ſic,vt prorſus ante ſeptimum diem non cibarem,ſed ſola mulſa contentus eſſem, viribus ſcilicet valentibus. Quoſdam eorum,quibus videlicet uires ualidæ non fuerãt:aut ſtomachus aut bilioſus,aut imbecillus,aut plus iuſto ſenſilis: ſolo ptiſanæ cremore vſq; ad ſeptimũ diẽ
†Al.παρεκμάζειν.i. declinare. traxi,quo morbus † in ſummo eſſe incremento } debuerat,aut etiam omnino per criſin diſcuti.
Sunto igitur tibi à prim ſtatim die in omni ægro ſpectanda duo illa, quæ Hippocrates iuſſit,à q̃-
1.Apho.9. bus cibãdi cõſilia petas,morbi ſummus vigor,& ægrotantis vires.Poſtea,ſi tranſiri ſummũ incre H
mẽtũ ſine omni cibo põt,in cibi ahſtinẽtia hominẽ ſeruabis: ſin exiguum adminiculũ requirat, abũde erit ſola mulſa:quod ſi maius deſiderat, q̃ ſit ex mulſa,ptiſanę cremor ſatis erit. At,ſi fas nõ eſt ſummũ morbi incremẽtũ,aut tenui victu,aut inedia trãſmitti,id agẽdũ,vt homo ſtatim in primæ acceſſionis inclinatione cibetur. Aliquos vero eorũ (vt dictũ eſt) & cũ inuaſura adhuc eſt,& cũ incipit,cibabis.Sint porrò hi ſicco tẽperamẽto ac calido, aut a primo ortu,aut certe illo tẽpore,oportet;tũ viribus neceſſario imbecillis:neque.n.fieri põt,vt abũde ſiccũ calidumque corpus, cũ febricitet,uiribus ſit valẽtibus.Si tñ cũ eiuſmodi febri ac corpore, momẽtanei membri phlegmone ſit cõiuncta,oĩno æger morietur:(nã id quoq; ꝑdixiſſe me ſemꝓ, nunq̃ vero falſũ,ipſe teſtis es.)Magisq; id certũ eſt,ſi pulmonis,vel mẽbranæ,quæ coſtis ſubtẽditur, vel uẽtriculi,vel iecinoris plegmone ſit:etenim,quæ has partes phlehmonæ occuparunt,non modo ijs,qui tam imbecillis ſunt viribus,ſed etiã ijs,qui valentiores ipſis ſunt, mortiferæ eſſe ſolẽt. Vnaque ſalus tum pleuriticis,tũ peripneumonicis,adde ẽt ſynanchicis. i. qui angina laborant,eſt ipſum uirium robur;nõ ſecus uero,& quibus uel iecur,uel uentriculum phlegmone obſidet. Nã,quod ad phlegmonen,quæ in ijs eſt partibus,ſpectat,minime plane eſt cibandum: quod ad uirũ infirmitatem,

vtique

A vtiq; ſæpe. Ita neceſſario aut uires reſoluent, aut phlegmone augebit. Atq; hæc mihi latius forſitaſſis q̄ pro re ꝓpoſita, ſunt dicta: q̄ præſertim hoc libro ſtatuerim de febrib. q̄ abſq; phlegmone ifeſtāt, diſſerere. Cæterū tractationis cōueniētia fecit, vt quaten⁹ neceſſariū eſſet, digrederemur.

Quo pacto præcauendum ſit, ne febris in ſqualente habitu in hecticam pertranſeat: ac de duplici putredine, quæ febres accendit. CAP. 6.

DEnuo igit redeamus ad febres, q̄ iam cōprehēſis febrib. ſunt affines, quas noīare hecticas ſolemus. Nā, q̄ ſupra deſcriptus à me iuuenis eſt, hectica febri laboraſſet, ſi mirificā diatritō trā ſigere fuiſſet coactus: niſi tñ prius ab ijs, q̄ abſq; methodo uictus rōnē ordinare cōſueuerūt, fuiſſet interēptus. Proponat igit alius q̄ſpiā, cui cū ſupradicto cætera q̄dem oīa ſint eadē, uires tñ tā to ſint ualētiores, ut tridui inedia tolerata duret: Neceſſe eſt hūc, ſi mō ita cibet, quemadmodū cibāt, q̄ diatritō extollūt, in hecticā incidere. Nā ij primū in quarto ipſum cibarent, poſt in ſexto, mox in octauo, deinde in decimo: q̄ppe talis eſt (vt ſæpe vidiſti) eorū cibādi formula. Prima q̄dē cibatio poſt primā diatriton: reliquę alternis diebus. Protinus aūt (arbitror) & ex artomelite, i. pane ac melle, ſiccaſſent eius p̄cordia: nā id quoq; ex legibus eiuſmodi medicorū eſt, ſiue phlegmone viſcus aliq̄d laboret, ſiue ſecus. At, quemadmodū q̄dē eos cibare, q̄ ita laborēt, inter initia cō-
B ueniat, ſupra eſt dictū; ſed nihilo tñ ſecius nūc quoq; ſummatim reperet. Quoties uel ex laſſitudine, uel ira, uel pluribus curis, vel vigilijs, uel triſtitia, uel lōga inedia, vel uniuerſis vnà (ſicut in ſupra deſcripto iuuene) coeūtib. ſiccatū corpus eſt: ac febris inuaſit, q̄ & aridā reddat cutē, & igneū habeat calorē: utiq; hūc talē timor eſt febri hectica correptū iri potiſſimū in æſtate, ac cœli ſtatu calido ſiccoq;. Oportet aūt, q̄ primū ptiſanæ cremore, & ſorbitione ex alica nutritū, paneq; poſt oblato, aque frigidę potione hoīem cures: q̄ppe ꝓtinus extinguit, ac ceſſat oīno febris; mō (ut dictū eſt) nec phlegmone aliqua ei ſit adiūcta, nec putredo humorū. Nā, ſi horū vtrumuis ſit, attendere diligēter oportet, ac diſcernere, quo primū t̄pe aquā frigidā dare homini ſit audēdū. Ego. n. taliū quoq; nō paucis dedi, tutius eſſe ratus phlegmonas in p̄ſens augere, q̄ ſinere hoīem hecticā febrē incurrere. Vbiq; igit (vt ſemper dicere ſoleo) curatio dignotionē p̄notionem q̄; conſequitur. Siquidē, & dignoſcat, q̄d præſens eſt, & p̄noſcat, q̄d ex eo futurū eſt, oportet, q̄ uolet notabilis efficaciæ remedio uti. Si tñ magnū fore incōmodū uel humorum putredini, uel phlegmona, conijcies, à frigida q̄dem dāda abſtinebis, refrigerātibus aūt remedijs, q̄ foris applicantur, vteris, modo ea ſuper os uentriculi, aut tota præcordia, modo ſuper pectus imponēs, vbi. ſ. plurimū ſubeſſe caloris maxime iudicabis. Sanè diximus iis, q̄ ita laborāt, balnea quoq; eſſe nō incōmoda:
C dico ijs, qui ſiccato plurimū corpore ſunt, & ex aliqua earū, quæ dictæ ſunt, cauſarū citra humorum putredinē febricitant. Monſtratū uero nobis eſt in iis, q̄ de febribus ſcripſimus, phlegmonas quoq; ꝓ ꝓ putredinē humorū, q̄ in ipſis habentur, febres ſubſequi. Quocirca, ſiq̄ dicā febribus, quæ ex putredine accendunt, tale quippiā conducere, uel nō conducere, ēt eas, quæ à phlegmone excitant, in cōi putredinis genere cōprehenſas intelliges. Sicubi vero deinceps utraſq; nominare uideris, ſcias eas, q̄ ex phlegmone, ab ijs, quæ ex ſola putredine ortū habēt, tum diſcerni. Cuiuſmodi aūt ſit phlegmones affectus, tum in libro de inæquali intemperie, tum uero in eo, q̄ De tumoribus præter naturam eſt inſcriptus, docuimus: admonuiſſe tā & nunc te nō ſit inutile. Cū ſanguis calidus copioſior in aliquā animalis partem procubuit, maiora eius uaſa protinus diſtenduntur, utpote abundantiæ continendæ non ſufficiētia: ab his deinceps, quæ minora ſunt. Mox, vbi nec in ijs ſatis continetur, exudat foras in ea ampla ſpatia, q̄ inter uaſa ſunt, ſic, ut ēt oīa, quæ in cōpoſita carne habentur, loca occupet. Atq; hæc quidem eſt phlegmones affectio. Poſſunt vero & ſine hac in ipſis uaſis humores aliqui putreſcere, idq; aut in una animalis particula in finibus ipſorum impacti: aut ēt in totis eorum capacitatibus, quę inter buboues & alas ſunt comprehenſi. Cum igitur (ceu diximus) citra putredinem ſqualenti corpori febricitare contigerit, caput totius curationis in ijs remediis, quæ refrigerent, & humectent, ſtatuere oportet.

D *Sex eſſe materiæ differentias, quibus frigus & humiditas hecticis febribus conciliantur.* CAP. 7.

POrrò duplex genere eſt harum rerum prima materia; una eorum, quæ foris* admouentur: altera, quæ intro in corpus ſumuntur, quæ ſane & proſpheromena, id eſt ſumenda, uocantur. Extrinſecus, corpori incidunt tum aer ipſe, qui nos ambit: tum pharmaca, quæcūq; humectandi refrigerandiq; uim obtinēt: & tertium præter hæc, dulcis aquæ balneum. Intro in corpus ſumuntur, quæ eduntur, ac bibuntur, & inſpiratus aer. Ab his generibus tentandum eſt ꝓpoſitis hoc loco febribus tum humiditatem, tum refrigerationē comparare. Verum refrigeratio, q̄ñ per efficaciſſimam qualitatem inducitur, & parui temporis eſt, & periculoſa: contra, ſiccitatis per ea, quæ hnmectēt, curatio, ut longi tēporis eſt opus, ita minus eſt, q̄ refrigeratio, periculo expoſita. Igitur dictas ſex materiæ differentias deinceps iam examinemus, ab ambiente exorſi.

* προσπίπτουσι.

De eligendo, ac parando aere, qui hecticis febribus conueniat. CAP. 8.

HIc igit ſi tēperatus eſt, qualē ſe exhibet, vtiq; tali nobis eſt vtēdus, nihil amplius de eo ſolicitis. Sin admodū calidus eſt, uel admodū frigidus, pro calido inducendus arte contrarius eſt, ſubterraneis inuentis domibus, quæ & frigidiſſimæ ſint, & maximè perflatæ, & ad ſeptentrionem

uerſę:

*ἡδέας, idest suaues.

uersæ:tũ auris quibusdam,quæ ipsis sint * propriæ,opera nostra paratis, alias ex euripis,in quos se deijciãt multi aquarũ fontes:alias aqua frigida de vasis in vasa transfusa.Iã hoc statim ẽt somnife rum est.Præterea domo assidue aqua q̃ prorsus frigida sit,aspersa:ac rosis plurimis humi fusis,aut vitium capreolis,aut ruborũ summitatibus,aut lẽtisci ramis,aut deniq; reliquarũ,quæ refrigerẽt, stirpium aliquibus.de q̃bus ẽt prius est dictum.Turba quoq; hominũ ingredi prohibita : nam id quoq; domũ calefacit.Atq; ita quidẽ calidissimũ aerẽ refrigerare,qui.s.in æstate calida & sicca ac cidit,est tentandum:quãdoquidẽ in hyeme calidissimus esse nõ potest, sicuti nec frigidissimus in æstate.At,siquis modice frigidus est,hoc esse cõtẽtos oportet,nihil aut machinantes,aut de tem- perie eius alterantes.Qui vero frigidissimus est,vtique,quatenus respirando attrahitur,admittẽ dus est,vt qui calorẽ,qui est in corde, admodũ refrigeret:non tamen quatenus extrinsecus ægrũ contingit,quippe id densat cogitq; cutim, ac*putredinosorum humorũ affluxum transpirare p̃- hibet.Siquidem per pulmonem,quod rarum viscus est,difficile non est , ut tum qualitas ipsius,tũ ẽt substãtia,ad cor facile perueniat:at,per cutim,fieri nequit,vt eius uel qualitas,vel substantia,ad cor perueniat,vtpote prius densatam: Nã,quod in libris De simplicium medicamentorũ faculta te,de iis,quæ vehementer adstringunt,est dictum, id hic quoq; reuocari ad memoriã debebit,ac sciri,qui nimium frigidus aer est,hunc cutim densando,semper sibi ipsi uiam p̃cludere.Scire tã licet maius fore ex frigida inspiratione commodum, q̃ ex cute densanda incommodum:p̃sertim cum operimentis hanc calfacere licet.Porrò vtendũ maxime eiusmodi aere est in ijs hecticis,qui bus primũ,q̃ afficit̃,ipsũ est cor:æque,vt si vẽtriculus primũ esset afflictus,ipsi p̃ comesta, & bibi ta esset succurrẽdũ:huic.n.illa cũ ĩtegris adhuc viribus occurrũt,sicut cordi inspiratus. At iecinori ex inspirato aere nulla certe vtilitas accedit:a comestis uerò & bibitis minor plane , q̃ vẽtriculo, cæterũ aliqua nõ obscure aduenit. Cõis aũt sanatio est p̃ ea,q̃ extrinsecus applicata & refrigerãt & humectant.Atq; * in his q̃dem uisceribus magna ex parte hecticas marasmodesq; febres acci dere contẽplati sumus.Superueniunt tamẽ aliquãdo & pulmonum siccis calidisq; intẽperamen tis:attamen opportunum eiusmodi febribus id viscus non est,vtpote humidum laxumq̃ue.Inci dunt præterea & * pectori,& pingui mẽbranæ,quod Mesaræon dicitur,& ieiuno , & colo:inte- rim verò & vtero,& renibus.In* septo uerò transuerso marasmum non vidi,hecticam sanè febrẽ uidi,& hanc semel quidem planè absolutam,sæpe verò citius interimentem, q̃ plane esset cõple- ta:Eiusmodi nanq; affectũ,& spirandi difficultas,& deliriũ excipere solet:ex q̃bus magna ex par te prius moriuntur,q̃ hectica prorsus sit perfecta.Est autem eorum agnitio facillima,tum ex pul sus duritia,tum ex eo,p̃ præcordia plurimum trahuntur sursum:tum ex difficultate spirandi,quę illis est & inæqualis & uaria:quippe alias quam maxime paruum & frequenter spirant: rursus ali quando manifeste spiritum tardant,dein subito,quemadmodum gementes respirant:uel dupli- cẽ spiritus intromissionem,quasi super inspirantes,uel duplicem foras missionem faciũt , ueluti , respiratio respirationẽ cõprehendat.¶ Respirant verò hi sæpe & reliquo thorace toto,non sensi- biliter modo,verum ẽt notabiliter,tũ opertas scoptulas,quas Homoplatas vocant , attollentes, aliquando admodum raram & magnam respirationem edũt , vtiq; cum delirij malum præcipue dominatur. Verum præsentis instituti nõ est uel laborãtium partium notas,vel earũ causas refer re.Quare denuo ad curationes reuertamur:æstimemusq̃ue, quas uires p̃positæ iã materiæ aduer sus hecticas febres habeant. Sanè diximus iam nonnulla de aere tum calido,tum frigido:q̃ præ- cipue quidẽ est utilis,cũ,quod primum afficitur.ipsũ est cor, q̃uis confert & in reliquis febribus nõ parum,quãdoquidẽ in his quoque,necesse est,cor similẽ intẽperiẽ recipiat, citra quã nec ma- rasmus,nec hectica,nec reliquarum ulla febriũ cõsistere potest.Quò facile apparet ẽt pulmones, vbi scilicet ij sunt,qui primum patiuntur, plus cæteris omnibus refrigerantem aerem requirere.

*ex.

*ex pectore,& mesaræo, &c.

*ex.

*ἡπεδονωδῶν al.συγκαυμέ- νων,i.eorum,q̃ comburuntur.

* al. καθὰ περ- ἐπεκπνέοντες, .i. ueluti super expirantes.

De parandis medicamentis,quæ extrinsecus hecticis admouentur. CAP. 9.

SEquitur iam,vt de ijs medicamẽtis agam,quæ extrinsecus admota humectent, & refrigerent. Porrò horum quoq; ea deligenda esse,quæ citra vehementem adstrictionẽ refrigerent,nemi- nem latet. Talia.n.præterq̃ p̃ non humectant , etiam demittere frigiditatem suam alte non ua- lent,propterea,quòd cutim cogunt,ac coarctant. Optima verò sunt,quæ non modo citra adstri ctionem refrigerant,sed etiam corporis substantia sunt tenui. Ac,quæ quidem absolutissime te- nuium partium sit,substantiam exacte frigidam inuenisse fortasse non est.Dixi, exacte, propter acetum,quod cum omnium,(quæ nouimus) potestate refrigerantium,planè tenuissimarum sit partiũ,admistam sibi aliquam caliditatem habet.Præterea corpora,quæ cõtingit,siccat,quamuis ad imaginationem sit humidum. Quo fit,vt ad eos affectus,quos humectari & refrigerari expe- dit,solo eo nõ utamur,sed tanto aquæ frigidæ admisto,ut possit bibi.Cęterũ,quanquam corpus, quod absolute tenuium partium sit & simul frigidum,inuenire non est , attamen deligi materias oportet,quæ ad eiusmodi medicameti compositionem maxime sint idoneæ.Ac dictum quidem latius de his est in opere de medicamentis,Dicetur autem in exemplis non nihil & nunc,quò in hoc quoq; genere membratim sis exercitatus . Incipiam autem ab eo medicamine,quod oĩum quæ humectent ac refrigerent,est simpliciſſimum;quo etiam aduersus erysipelata utor, & phle- gmonas

A.l.4.f.t.3.cap.4.to.432.c

A gmonas in pudendis, vtiq; inter initia, prius, q̃ depascens aliqua subindicetur putrẽdo. Debebit
A.I.4.f.3. t.1. ca.3.f. 452.b. autẽ ad id præparata esse cera quàm optima, & elota. Sanè optima fuerit vel alba põtica, uel quæ ex atticis sit fauis. Esto autẽ & rosaceũ, qđ ex oleo fit à nõnullis vocato omphacino, ab alijs crudo, quodq; citra salem sit cõfectũ. Maxime verò ad rẽ pertinebit, si & ipsum oleũ tenuiũ, prius sit partium: cuiusmodi sabinũ est. Cũ uti voles, ambo mista liquantur in vase duplici: factoq; humido cerato, (cuiusmodi. s. erit, qđ triplũ aut quadruplũ ad cerã rosaceũ hẽt) post, q̃ ipsũ fuerit refrigeratũ, miscetor* ei paulatim in mortario tm̃ aquæ, quãtũ in se, dũ cũ ea mollitur, accipere possit. expedit aũt & ceratũ ipsum prius admodũ esse refrigeratũ: atq; ẽt, q̃ huic admiscebitur, aq̃ esse frigidissimã. Abunde aũt ceratũ refrigerabis, si, cũ modice coiuit, totũ vas, in quo continetur, in aq̃ frigidissimã dimittas. Quòd si aceti quoq; admodũ tenuis ac clari paululũ adijcere velis, utiq; magis adhuc tũ refrigerans tũ humectãs medicamentũ efficies. Non debebit aũt medicamentũ hoc eò vsq; super ægrum corpus manere, dũ manifeste incaleat, sed assidue subinde mutari. Aliud medicamentũ. Oxalidos, aut oxylapathi succus cum exigua tenui* polenta mista excipiatur duplicato †peniculo detrito: affatimq; frigidum & ipsũ imponatur. Quòd si eiusmodi peniculi occasio non sit, tũ linteũ duplicãtũ, & madefactum refrigerandæ particulæ impones. Quin etiam por
B tulacæ, & semperuiui, & vuæ immaturæ succus, similiter* polẽtæ miscẽtur. Ad hæc lẽs palustris, & viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, aliaque, quæcũq; refrigerare est dictum cum tenui* polenta. Præterea sine* polenta licet integris herbis tunsis uti. Iam verò, φ epithema ex pinguibus fit palmulis, quas παπτοὺς græce vocant, salutare medicamen est. Porrò coquere oportet harũ carnẽ, omni membranoso exempto, alias ex solo claro aceto: alias & aqua ipsi admista: atq; hac, ubi tenera satis reddita est, tunsa uti. Quòd si parũ molli crassitudine uidebitur, prę stiterit iam dicti aliquid admiscuisse creati. Quòd si rosacei quidpiã dictorum singulis aliquando miscere volueris, nihilo inutilius pharmacũ habebis: esto aũt, quod admiscetur, tum minimum, tum & simplex & perfrigidum, & quod factũ ex oleo sit salis experte. Sanè, quoties simplex rosaceum, aut aliquid quiduis id genus dico, quod sine aromatis est cõfectũ, intelligi uolo. Est uerò salutare ad talia medicamen & rosarum succus frigidus, unà cũ * polenta. Salutares verò sunt & ipsæ rosæ tunsæ: præterea stirpium, quæ moderate adstringũt, germina trita. Ad quem modũ vti aliquando licet & herbis, quæ mediocriter adstringãt, ueluti solano. Verũ eiusmodi medica-
C minũ materiam in alio opere reddidimus uniuersam; nunc abunde pro exemplis sunt, quæ iam dicta sunt. Porrò utendum his est, non (sicut vulgus facit) toti impositis thoraci, aut toti ventri, immo illi maxime, quod primo est affectũ. Neq; enim necessum est, vt aut cum eo, quod refrigerari valenter desiderat, etiam id refrigeres, quod prorsus nõ desiderat: aut ante iustũ tempus refrigerare desistas, timens vicinam aliquã particulam lędi. Ego nanque hominẽ scio, qui, impositio prę cordiis refrigerante medicamento, difficultate statim spirandi laborarit: alterum verò, qui protinus tussierit: atque paulo post vtrique finitum symptoma, ubi, quod refrigerauerat, est ablatum. Quòd si adeo strenue refrigerare non studebis, habes, quæ id modice efficiant *adhærentium medicaminum, ac cerati speciem referentium magnam copiam. Quorum non materiæ modo vim, sed etiam compositionis methodum didicisti.

* ξυσθέιση, id est deraso, est in antiquis codi. græcis.

† ἀλφίτωνι. quã dictionem alij farinam uertunt.

† ῥάκει. Lacinia linea. peniculi .n. uoce supra car. 53. c. uertit. πίλημα, qđ est coacta lana.

† i. passas, seu calcatas.

* ἐμπλασῶν.

De balneorum partibus, ipsorumq; facultate, ac qua ratione hectica febre laborantes sint in balneum ducendi. CAP. 10.

VErum ego, cum iam sentiam mensurã præsentis instituti me excedere, ad ea, q̃ tractationis series proxima exhibet, conuertar. Proxime verò se à iam dictis exhibet cõsideratio de bal-
D neo, tum ipsius rei causa, tum uel magis propter Philippum, qui † hecticis, quas μαρασμώδεις uocant, } ipsum noxium putat. Ipse igitur, tum de omni balneorum vi, tum etiã quæ ad eos, qui hectica, & marasmo laborãt, uel (ut semel dicam) omnibus est accommoda, in hoc maxime libro, quid sentiã, explicabo. Memini nanq; me, & supra in diarijs febribus illa laudare: & in septimo huius operis libro, in ijs, qui propter siccã uentriculi intemperiẽ cruditate laborabant, atque ex tenuati erãt, sæpe utẽda iubere. Cæterũ de uniuersa eorũ in nullo alio libro disserui, sed in hunc seruaui: ubi & de ijs agitur, quibus efficacissimus eorum est vsus, & quibus Philippus ea interdicit. Atq; prius quidẽ, ubi de vlcerum curatione egimus, indicata causa est, cur propriæ cuiusque morbi indicationes sint ignoratæ: dicetur autem nihilo secius, & nunc, vtpote, tum ad ea, q̃ nunc paramus, tum ad ea, q̃ dicenda sunt, vtilis. Cum. n. vnus in corpore affectus est, eius curationem inuenire, si non ratione, certe experientia, haud difficile est: ubi verò connexi duo tresve sunt, præsertim, qui maxime contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit, ut experientia, qđ agendum sit, inueniatur: immo nec facile ratione. Siquidem & substantiam cuiusq; affectus ad vnguẽ nouisse oportet: & propriã curationis indicationem à quoq; affectu cepisse: præterea quem primum oĩum, aut magis: quem rursum minus, aut secundo tertioue loco curare conueniat. Hæc igitur causa est, cur vulgo medicorũ ignotũ sit, & φ febrium omnium, quã febres sunt, proprium remedium refrigeratio sit, siue ea talis actu sit, siue potestate, & quòd alia multa ex accidenti refrigerantia, febrium sint remedia. De quibus & dictum nonnihil in præcedentibus est, & in

† τοῦς μαρασμώδεις. i. eis, qui marcescũt.

sequentibus dicetur. Quędā nanque remedia complicatam quodammodo, duplicēq; facultatem habent ita, vt & prima rōne proficiant, & ex accidente. Quod genus & balneū est. Nā frigidę potio per se quidē proficit, vtpote actu refrigerans: succus aūt vuæ immaturæ potestate refrigerans medicamentū est. Atq; hæc quidē ambo refrigerāt primū, id est ꝑ se ipsa, nec ītercedēte alio: ut sanguinis missio (veluti prius indicauimus in febribus cōtinētibus, quas synochos vocant) nō primū, sed ex accidēti calidam aliqñ intēperiē sanat. Ad cūdē modū, & clyster, & purgatio, & * fomē tū {ex calido liquore,} & cataplasma, qđ digerat, aut concoquat. Vtrāq; verò facultatē in se cōprehensam hēt propositū nūc in sermone balneū, utpote ex partib⁹ varia facultate præditis compositū. Quippe ingrediētes in aere versantur calido: postea in aquā calidā descēdūt: mox ab hac egressi in frigidā: postremo sudorē detergent. Pōt aūt prima eius pars † materias ꝑ totū corpus tū calfacere, tū uerò liquare: } præterea, q̄ inæqualia sunt, æquare: & cutim rarefacere, & multa, quæ sub hac ante * detinebātur, vacuare. Secūda eius pars, ubi quis in sicco corporis affectu ea utitur, pōt madorē vtilē solidis partibus immittere. Tertia balnei pars potest, vbi qs frigida vtitur, & totum corpus refrigerare, & cutē dēsare, & uires firmare. Quarta verò corpus ꝑ sudores citra refrigerationis noxam uacuare. Ergo, cū hæc omnia circa hominis corpus efficere valeat dulcis aquæ tēperatū balneū: & præter hæc etiam, siquis intēpestiue lauetur, tum horrores, tum cutis densitatē: tentandum nobis est omnia deinceps distinguere, ac primum de illis sermonem facere, qui, cum in balneo se lauāt, horrore tētantur. His enim vna (vt sic dicam) continens excitati symptomatis causa est: aliæ, quæ hanc præcedunt, multæ. Sanè horroris causam esse dico mordentiū excrementorū confertim actorum citatiorem motum. Proinde, quibus horū est abundantia, caro verò ac cutis densæ, siue balneū sint ingressi, siue steterint in Sole, siue quoquo modo vel gestati vel perfricti, uel exercitati, uehemētius sint dimoti, utiq; ijs horror incidit. Cōtra, q̄bus hæc pauca sunt: & corporis habitus, ut laxetur rarefiatque à balnei calore, prōptus: ij nō modo non horrent, sed etiam meliores redduntur, ut pote excremētis per id vacuatis. Quo rationailbus nec in febrilis significationis principio, nec, in incremēto quisquæm ægrotantem lauit: quippe densata est hoc tempore coarctataque & cutis ipsa, & quæ sub hac habetur, carnea substātia. At in febris inclinatione uel incipiente, uel procedente, uel amplius progressa, & nos sæpe, & alij medici non nulli multos sæpe numero ægrotos lauātes, nō parum his cōtulimus. Porrò, quando inclinatione incipiente, aut etiam ꝑgressa, aet etiam in summo incremento (interdū enim id quoque accidit, tametsi rarò) æger in balneum sit ducendus, in sequentibus definiemus. Nunc, cū de generali facultate singularū balnei partium differere instituimus, unum omnium primū exponam. Dicoque multos eorum, qui cruditate laborāt: plures uerò eorum, in quibus mordentium excrementorū abundantia subest: omnes præterea, qui uel in febrili significatione, uel in ascensu: etiā omnes, q̄ in summo sunt incremēto, præter admodū paucos: siue hi sint in balneum ingressi, siue steterint in calido Sole, siue exercitationes, frictiones, gestationesve tētauerint, merito horrescere: singula nanque horū confertim & impetu agi excremēta subigunt. Cum igitur tàm adhuc densa lauātis cutis sit, ut ad primū ambientis aeris occursum nequeat naturalē suum habitum recipere, sed maiore ad id spatio indigeat, excrementa verò foras uersus ruant vniuersa, & retineri illic ea est necesse, & quà sub cute sunt aceruata, &, quà per carnes ferūtur, mordere. Porrò in libris de causis symptomatū indicauimus, mordētia excrementa, ubi ꝑ sensibilia corpora feruntur, tum concussiones, quas ῥίγη uocant, tum horrores excitare. Ergo, quamobrem horreāt in balneis omnes qui ante sunt cōprehensi, iam causas inuenimus. Pari modo, & cur nō horreant, quibus aut nullum est in corpore excrementū mordens, aut tantillum, ut facile vacuetur. Ergo de his deinceps loquamur: propter quos etiam de ijs, qui horrent, meminimus. Siquis enim balneum ingressus non inhorruit, sed laxata est illi rarefactaque cutis, huic planè necessario prædicta succedent, ex cremētorū uacuatio, æqualis ꝑ totum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tensorum relaxatio, densatorum fusio. Ac uacuatio quidem excrementorum omni febri est vtilissima: pari modo, & rarefactio, & relaxatio: fusio tamen & calor nō item. Sed calor omni febri est inimicus: quando refrigerari, non calfieri febrium affectus postulat: At fundi æqualiter, id solidis quidem animalis partibus est alienum: succis certe nō ꝑpetuo est utile, sed quoties in animali uel phlegmone quæpiam, uel affectus phlegmonæ similis constitit, uel utrauis abundātia, siue ea quę ad vires cōfertur, siue ea quæ ad uasorū capacitatē, omniū profectò inimicissimum. Ac phlegmonæ quidem, cum calefacti, & liquati succi ad ipsas confluunt, augētur. Tunicæ verò uasorum impares abundantiæ, quæ iam ex liquatione spiritu est impleta, distenduntur: ac uires hoc ipso male afficiūtur. Ergo calidis his siccisq; affectibus, de quibus agebamus, * emissio mordentium est salubris: fusio enim eorū est citra periculum: calefactio tamen noxa non caret. Atq; hæc quidem ex prima balnei parte iis, qui ita laborāt, prouenire, modo tēpestiue balneo utantur, memoria teneamus. Transeamus modo ad secundam eius partē, quæ erat id, quod maxime proprie lauacrū uocant. Ergo in hac, sicut ex humectatione iuuantur, sic ex calore nihil illis cōmodi accedit. Accedamus & ad tertiā, in qua & refrigerantur innoxiè, quæ fuerant excalfacta, & uires firmantur.

Siqua

* ἐπιβροχὴ.

† In codicibus græcis impressis ac ātiquis pleriq; legitē, θερμῦναι τὲ δ'ὶ ὅλου τὸ σῶμα, καὶ χέιματὰς ὑλας, i. tum totum corpus æqualiter calfacere tum materias fundere. Linacer uidetur legisse, ut aliqui etiam codicus legūt, δ'ὶ ὅλου τοῦ σώματος. prio rem tamen lectionem meliorem esse indicabunt uerba paulo inferius à Galeno scripta, hoc est, æqualis per totū corpus calor &c.

* Impressi Codi. & multi ex ātiquis legūt, κατεχομένων, ut Linacer uertit. sunt tamē, qui legunt, κατᾳχομένων, i. fusa erant.

* ἀποχεῖσθαι.

A Si qua verò & rarefacta,& iuſto plus ſunt laxata,ea in naturalem redeũt mediocritatem:id quod quarta balnei pars indicat.Quippe,quibus omnia rite ſunt adhibita,ij poſt frigidæ vſum adhuc ſudant,& oĩa ipſis excremẽta vacuantur.Itaq, ex oĩbus,quæ de balneis retulimus,una ſumma colligitur,ꝙ vacuatur quidẽ quicquid in corpore vel fuliginoſum,vel fumidum fuit:conſiſtunt autẽ in naturali ſymmetria,tum caro ipſa,tum cutis:ſolidarũ partium ariditas corrigitur: & calor nõ modo is,q̃ ex lauacro acceſſit,uerum ẽt q̃ prius fuit,ex frigidæ vſu ſubmouetur. Maximo huius rei documẽto eſt ſtatus,q̃ ex huiuſmodi balneo redditur, poſtquã Sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id,ne loq̃ quidẽ præ linguæ & faucium ariditate ualẽtes, totum corpus ſtipulæ ritu aridum habentes.At egreſſi è frigida,ilico omnia ꝓ naturæ habitu recipimus, nec febrili calore vexati,nec ſiccitate afflicti,ꝓmpteq; loquẽtes,ac plurima ſitis parte leuati.An igitur eui dentius adhuc balnei vires in ſicco & calido corporis affectu cognoſcere deſideras? Ego tanè nõ arbitror.Licet aũt,cui placet,experiatur,ꝙ incõmodum ſequatur,vbi tali peracto itinere non lauerit.Aut.n.ſtatim febricitabit,ant multo plenus tædio,grauato,ſ.capite, ꝓſeuerabit, potiſſimũ ſi frigida calorem nondũ extinxerit.Multi tamen iuuenes eiuſmodi confectis itineribus, vbi ilico ſe in aquam frigidam ꝓiecerint,iuuantur:ac potiſſimum,q̃ valentibus ſunt viribus,& frigido ſolio aſſueti.Ita verò & ruri faciunt,vbi,ꝙ balneæ non ſunt, in ſtagna vel flumina ſe ipſos conijciũt,nullo medici ſuaſu,ſed ipſa gubernãte corpus natura,ad id,qđ cõducat,impulſi. Quæ eadẽ, ẽt rõne carentibus animalibus inſtinctũ inſerit ad eorum,q̃ offendunt cõtraria: ſiquidem ea quo que vbi æſtu vexantur,frigida ſe lauãt:ſicuti ẽt,vbi frigore vrgentur,calida cubilia ſibi inueniũt. Eodem contrarietatis ſtudio ẽt,cum eſuriunt,comedunt,&,cum ſitiunt, bibunt: reliquaq; omnia naturæ impulſu obeunt.Ac ſi certam febricitantium naturæ notitiã haberemus,nõ,arbitror, dubitaremus eorum aliquos aſſidue in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam,ꝙ ſint quidam, q̃ eam deſiderent,vel ex ijs,quos iuuit,cõſtare põt:vt q̃bus frigida lauatio haudquaq̃ cõtuliſſet, niſi eo tẽpe recte ad eã diſpoſiti fuiſſent. Verum, qm̃ exacta nobis diſpoſitionum notitia non eſt, ac maxima ex errore impendet noxa,vtiq; eiuſmodi præſidia recuſamus: potiſſimum in febrib. hecticis:qm̃ per has,& pauci ſanguinis,& nudum carne,& expers adipis redditũ corpus eſt. Nullum enim hi ſolidarum partium munimẽ habent,quod frigidæ occurſum ſine noxa excipiat:ſed protinus ſimilaribus ipſis partibus occurrit,à quibus oẽs animantium actiones obeuntur. Iuuenis verò,cui abũde ſit carnis,ætatis tẽpe,atq; in febris ſummo vigore,modo nulla uiſcerũ phlegmone ſubſit,ſi in frigidam ſe cõiecerit ſudabit:ꝙ ſi frigidæ lauationi ſit aſſuetus,ſecurus remedio
C vtetur.Verum de eiuſmodi corporibus poſt agetur.Qui autem ex calida,& ſicca intemperie,hectica febricitant,ac potiſſimum qui iam maraſmodes fiunt,ijs,vbi tale præſidium petunt,tutum non eſt in totam conijci,æque,ut nec gracilibus & imbecillis,qui æſtate calida & ſicca,longa via peracta, refrigerõne indigẽt: nam neq; his tutus eſt frigidi ſolij vſus,niſi prius fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Quippe ſimile quiddam nobis accidere videtur, cum in frigidum ſoliũ poſt balneum ingredimur,ei,quod ferro accidit,cum tingitur:etenim tum refrigeramur, tum roboramur.quemadmodum & illud,vbi candens iam redditum frigida mergitur. Atque huius rei cauſa ad imbecilla corpora inuentæ ſunt balneæ,quæ ea præcalfaciant,atq: ad frigidum ſolium præparent.Non diſſimile quiddã faciunt,& qui ſine balneo frigida vtuntur,cum ſcilicet ſe ab exercitatione in eam ſaltu demittunt.Si quidẽ,cuiuſmodi nobis eſt balneum, eiuſmodi illis eſt exercitatio:vt quæ non tm̃ calfaciat,ſed ẽt inſiti caloris motum è profundo corpore extrorſum concitet ſic,vt & frigidæ impetui occurrat:& quò minus violenter in profundum ruens, viſcerum aliqđ feriat,aduerſetur,atq; ꝓhibeat.Nam neq; ipſam frigidæ ſubſtãtiam,neque eius qualitatem omnino integram vſq; ad viſcera pertingere eſt ſalubre:immo & ſatius & tutius eſt ſolam eius qualitatẽ, †ꝑ eã,q̃ intercedunt(vt ſic dicam)propagatam, citra ſubſtantiam ad ꝓfundum permeare. Iam, † τῶ τῆς διαqui hectica febricitantes ad balneum accedunt,niſi in frigidam ſint dimiſſi,nihil iuuantur. Qui.n. δόσεως λόγῳ.
D aliter febricitant,eorum ſolidæ partes nondum difficile ſeparabilem calorem obtinent.Itaque ẽt ex ſudoribus,vnà cum inſenſibili tranſpiratu,abunde his remedij eſt: & ſanè diariarum febrium ipſam propemodum ſubſtantiã vacuari per hæc contingit.In ijs verò,qui ex ſiccitate & caliditate febribus hecticis urgentur,ſolidarum partium affectus candenti ferro eſt ſimilis.Quo vtiq; minus eos in balneis calfeciſſe duntaxat humectaſſeq; contenti eſſe debemus,quippe cum ſic alimẽtum,incrementumq; febri præbuerimus:immo melius erit, vt merſis in frigidam extinguamus calorem.At in hoc metus eſt,ne corpus in diuerſa tranſferas,ac frigidum reddas. Quis hoc negat?Non tamen propterea uitio dandum eſt,quod proſpere ex præſidio ſuccedit: nec ꝓpterea, ꝙ menſura eius deprehendi eſt difficilis,prorſus eſt deſerendum.Siquidẽ,ſi aliter liceret tum cæteras hecticas febres,tum maraſmodes ſanare,conſultius eſſet tutiore uia inſiſtere:nunc,quoniam totum curationis momentum in refrigerando humectandoque conſiſtit,omnibus uerò refrigerantibus auxilijs ꝓpter corporis horum gracilitatem noxa imminet,neceſſariũ arbitror Thucydidis eſſe conſiliũ,Agentes aliquid uel periclitari. Quibus enim alia ſalutis ratio non eſt, & quæ vnica videtur,ea dubia eſt,neceſſum,arbitror,his eſt,aduerſos ꝑiculis ire. Sed nec error ipſe aut

A.l.4.f.1.t.3.ca.6.fol.433.g

mortiferus est, aut irremediabilis. Siquidem, quos in extinguenda febre aqua frigida in cõtrariũ E
affectũ transtulit, hos licet in toto, qđ sequitur, tpe calfaciẽdo sanare. Iam nec periculum par est
nec frigidi affectus, nec ẽt ipsius remediorum. Indicauimus nanq; tum prius in huius operis septi
mo, tum in libro de marasmo, tum ante hos in libris de tuenda sanitate, fieri nõ posse, vt solida-
rũ partium siccitas cõsumate sanetur. Quòd si fieri id posset, vtiq; fieri posset, vt nõ senescceret, q
ea victus rõne vteretur. Si igitur insanabilis solidarũ partiũ siccitas est, tum expeditissima in eam
p hecticas febres via patet, melius est hoiem in frigidam intemperiem transferre, ac, cui curatio
nem deinde adhibeamus, habere. Quippe, q fecerit, is postea noxam oppugnauerit: q verò mor
tiferam insistere viam sinet, is desperatam ægrotanti salutem fecerit. Quanto itaq; satius est ali-
quid non nulla fiducia, vel cum periculo facere, q̃ spe adẽpta certò perire: tãto ꝑfectò satius est
potentibus p̃sidijs pugnare, q̃ nihil agere. Ergo ilico eos, q hectica febricitãt, omni rõne refrige-
remus ante, q̃ ꝑgressi in marasmũ peruenerint. Quem aũt marasmus planè iam occupauit, hunc
sanare ne tentaueris. Nam, etsi calorem eius extinxeris, attamẽ siccitas, quæ relinquitur, senectu-
tis ritu hominem conficiet, tantisper nimirum victurum, quoad solidæ eius partes reniti aduer-
sus summam siccitatem valebunt. Atqui maluerit fortasse ꝑpinquorum ægrotantis aliqs, atque
ẽt ægrotans ipse, aliquo spatio in senis habitu viuere, q̃ ilico mori. Itaq; curare hos quoq; cũ præ F
fatione expedit, ac in alterum transferre marasmum, quem iam nominare senium ex morbo in-
sueuimus: licebit. n. his non tm̃ plures dies, verum etiam menses viuere. Ego nanque, cum iuue-
nem quendã, qui ita laborabat, sanassem, reficiens deinde, ac senilem eius imbecillitatem pro se-
num rõne tractans, nõ solum in menses, sed ẽt annos viuum seruaui. Nec est, q hic eiusmodi ma-
rasmi curationem audire desideres, vtpote tum in huius operis septimo, dum siccas & frigidas in
temperies sanauimus, traditam potestate: tum operis de sanitate tuenda ea in parte, quæ senibus
alendis est delegata. Præsens autem liber non marasmorum, sed hecticarum febrium curationẽ
docendam promisit. Ex quo genere sunt, & quæ marasmodes græce dicuntur: de quibus tum alia
non pauca diximus, quæ non modo rõnis, sed ẽt vsus iudicio probauimus: tum illud, s. non opor
tere balneum (vt Philippus facit) formidare: q cautius fortassis eo vtitur, ad eũ modum, quo ĩ cæ
teris solemus febribus, quas vel phlegmonæ, vel putrescẽtes succi accenderunt. In his enim nihil
offendes, ẽt si in frigidam ægrum nõ merseris, sed dum (ut mos est) perfundas primum tepida, po
stea quæ veluti ex Sole tm̃ æstiuo tepet: mox hoc etiam paulo, q̃ illa, frigidiore. In hecticis verò
febribus, id, quod remedium affert, calidæ solium non est, sed frigidæ: ad q̃ balneæ ægrotãtis prę-
parant corpus æque, vt reliquorũ omnium, qui per sanitatem lauantur. Porrò non ꝑp id modo G
vr̃ mihi Philippus ignorare, q̃ salubris res balneum sit in ijs, qui marasmode hectica laborant, q
tàm extenuatos in frigidæ solio tingere nemo audet, aut saltem vltimã aquã ipsis frigidam infun
dere, sed ẽt q sæpe altera coniuncta febris est, quæ vel ex humoris putrescentia, vel phlegmone
sit excitata: tum verò q tali hectica laborãtium mortiferum est vitium: ac propterea quidam nõ
recte omnia, quæ his exhibentur, culpant, cum non sit illis imputanda culpa, sed affectui. Ergo re
censitis denuo, q̃ diximus, huic disputationi finem imponemus. Quicunque hectica febre labo-
rant, atq; ex his præcipue, qui iam marasmode hectica febricitant, modo his alia nulla febris, vel
ex sola putredine homorum, vel cũ phlegmone, sit adiuncta, eos oẽs audacter lauabis, sed pror- A.li.4. f.1
sus citra oẽm laborem, ne uires resoluas: quod ipsum cum noceat vehemẽter, occasio fit balnei t.3.c.6. io.
culpandi. Qđ citra laborem dixi, id ita intelligo. Volo, "æger in balneum super lectulo deporte- 433.c
† Paratãq; ad manum hẽat calentẽ findonẽ, super quã, in prima triũ domorum balnei nudatus, transportetur. tur: † in cuius prima è tribus domo nudetur, ac transferatur in sindonem calentem prompte in id
ipsum paratam. } sint autem quatuor, qui hanc teneant, à quoque fini vnus. Ac, si quidem prima
domus satis calida sit, æger in ea nudatus, in secundam portetur: sin tibi frigidior videtur, non nu
dus, sed coopertus, vel alia sindone minime frigida, vel tali aliquo inuolucro. Constat aũt, & sin-
donem eã, qua portabitur, esse valentiorem oportere: aut, si imbecilla per se sit, duplicari eã erit H
satius. Esto autem media domus non tantũ situ media, sed ẽt temperie, tanto scilicet prima cali-
dior, quando est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone il-
latus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducantq; hominẽ, ubi so-
liũ est sic, ut per tres balnei domus duntaxat transierint. Per quas nec celeri gradu transibunt ij,
qui ægrum portant, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferat tã-
tum à lectulo: in media uerò, dum perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiusq; domus nec sũmo
calore, nec ẽt frigens, sed admodum tẽperatus, & modice humidus: id fiet, si aqua temperata ex
labro sit liberaliter proiecta, sic, vt perfluat per omnes domos. In ipsa verò solij aqua mediocriter
moretur, idq; in sindone sustentus, nulla infusione aquæ, cuiusmodi in alijs vti solemus, adhibi-
ta. Immo nec capiti eius infundi quicquam velim, cum sit satis id quoq; bis terve unà cum toto
corpore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursum, per quatuor iuuenes,
q eum portãt, leuata. Mox hinc eductus, in frigidam semel totus tingat, ne uel breuissimo quidẽ
spatio illic moratus. Porrò, qui eum portant, tum reliqua omnia curiose esse edoctos cõueniet:
tum celeritatem tingendi, non documenti modo, uerũ etiã præcepti loco, præter cætera habere.

Protinus

A Protinus verò alter paratã habens ſindonẽ ipſi inijciat,{ac deinde aliam.} Tum in lectulo collocatus,primum ſpongijs detergatur, deinde mollibus linteis. Nec cõmittẽt,qui eum detergebũt, vt violentius eum contrectent,ſed,quoad fieri poteſt, blandiſſime. Poſt hæc vnctum,ac veſtibus amictum,rurſus ſuper lectulo in domum,vbi cibatur,reducẽt,ac nutrient. Sane dictum ſupra eſt in horum cõmentariorium ſeptimo,vbi ſiccam ventriculi intemperiem ſanauimus,domum balneo debere coniungi. Ac de balneis quidem ſaris (quod ad rem propoſitam ſpectet) hactenus.

De alimentis eorum,qui Hectica correpti ſunt, ac de curandis hecticis,quæ Maraſmodes appellantur. CAP. II.

A.1.4.f.1.t. 3. cap.4.f. 432.d

SEqui prædicta videtur,vt de nutrimenti facultate præcipiam. Sanè" frigidum eſſe,ac humidũ, qđ hecticis febribus ſit conducturum,nemo neſcit. Eiuſmodi verò ſunt tum ptiſanæ cremor, cum frigidus ſumitur:tum alica ſimiliter ptiſanæ cremori condita,id vero eſt ex aqua,& exiguo porri,& anetho,tum ſale,oleo,& aceto. Commodus præterea ijs,qui ſic laborant,eſt & exiguus in aqua frigida panis. Cæterum nullius horum pura frigiditas eſſe debebit,ſicuti potionis. Quippe hæc mature tum incaleſcit,tum per corpus digeritur:illa,cum pluſculum temporis in ventriculo morentur,ipſum fortaſſis refrigerãt,ſi fuerint immodice frigida. Vbi vero febris iã moram
B traxerit,dãdum quoq; aſininum lac eſt,ſed diligenter obſeruato,ne in ventriculo cogatur. Id uerò interim ipſe nos æger docebit,utpote ſuæ ipſius naturæ peritus: interim id nobis inueniendũ eſt,paulatim ad eius vſum accedẽtibus:ac expedita quidem rõ eſt ad ſymptomata declinandũ, ſi mel illi admiſceas,aut ſalis, quo veſcimur,exiguum. Cæterũ abſtinendũ (quo ad fieri põt) in hecticis febribus a melle eſt,atque idcirco ẽt a mulſa:quippe protinus uertitur in bilem,& ſicciores acriorisq; caloris febres reddit. Dãdũ itaq; principio eſt aſinini lactis nõ plus cyatho,veluti a medatũ uidiſti,ſed inducta in ipſum cubiculum aſina,quò nullũ tps interponatur, ſed æger id protinus bibat,cõtẽplantibus diligenter nobis,ac cõferẽtibus arteriæ motũ,qui a ſumpto lacte agitur, cum eo,q ante id ſumptum,fuit. Si.n.corruptum ſit,eiuſmodi inuenies pulſus, cuiuſmodi in oris ventriculi afflictione* accidere noſti:ſin aũt corruptum non ſit,& maiores,& valentiores reddi- *θλίψεως.
tos inuenies. Itaq; ẽt licebit,cũ poſtea exhibebis,mẽſurã lactis dimidio cyatho adaugeas,ac deinde rurſus alium dimidium adijcias,ſicque ſenſim vſq; ad mediocrẽ mẽſurã addas. Menſuræ verò non lactis tm̃,ſed ẽt reliquorum ciborum oĩum metæ,q bus attentus eris, in ſeptimo huius ope
C ris,ubi uentriculi ſanauimus intemperies,ſunt traditæ. Nã,cũ primum in eo libro frigidam* eius *ſiccam.
intemperiem hactenus inueteratã propoſuerimus,ut totũ iam corpus gracile reddiderit,indicauimus,quo pacto quis ſimul ambo probe ſit ſanaturus,tum uentriculi intemperiem,tum corporis gracillitatẽ. Ideoq; fortaſſe ſit ſatius quo minus multa ſcribamus,ad illum te librum pro reliqs oĩbus cibis remittam:cum.n.ſimiles affectu ſint,ſimilia nimirũ remedia poſtulant. Verũ,quãto hecticarum febrium affectus eſt calidior, tanto vtique frigidiora requirit auxilia:& ſimul maiorẽ ſolicitudinem,ne valentibus auxiliis vtẽtes,quicq̃ lædamus At, q iã maraſmo urgẽtur,eos, ſicut dictum eſt, lauabis: quos verò hectica premit, nondum tamen maraſmo tentantur, eos, licet,ẽt ſine ſindone ſubiecta,laues,vtpote viribus adhuc valentes. Inferri tm̃ & hos in domũ,uel ſup lectulo,vel ſaltẽ alio quopiam idoneo* cõueniet; mox ipſos ex ſe ipſis ingrediẽtes ad calidã *φορείου, id eſt
duci,quo in ea morent. At,q ex his minus ſunt valẽtes,eos nõ tutũ eſt ꝓmittere frigidã natatio uehiculo.
deſcẽdere,ſed foris potius ipſos ꝓfundere,primũ tepida, ſecundo frigida. Eſto aũt tũc ꝑparata in labro aqua frigida (quãta.i.ex eo ſemel hauſta ꝓfundere ſimul totum iam lauatum poſſit) ea frigiditate,ut nullam euidentẽ qualitatẽ nec ꝓrſus frigidarum nec tepidarũ aquarũ ꝑferat,ſed qualẽ ea, q̃ fontana uocatur,q̃ & frigoris qđ ferit,& teporis q reſoluit, eſt in medio. Ac,ſiquidẽ oĩa
D curioſe adminiſtrabũtur,tũ q̃ ad balneum, tum q̃ ad nutrimẽta ſpectant, vtiq; ſanãdi iã eius,quẽ maraſmus cõſumit,ſpes eſt:ſin error uel in vno cõmittatur,is reliqua ſubuertit oĩa: quippe,cum exitialis horũ affectus ſit,ne leuiſſimum quidẽ errorẽ tolerat. Ac,ſi qs taliũ eſt ſeruatus,huic carnoſam portionẽ maraſmus occupauerat:ipſis vero ſolidis ſiccatis fieri nequit, vt homo prorſus ꝓſaneſ:ſed oĩno vel ſtatim eũ febris ipſa iugulauerit,uel poſt, q̃ in eũ affectũ eſt translata,quẽ ſenium ex morbo vocamus. Nã primũ eiuſmodi febris ꝓpriã partiũ humiditatẽ,ex qua nutriũtur, depaſcit:hinc uero ad carnoſum genus tranſit,ꝙ circa tum fibroſas, tũ mẽbranoſas partes ſolidorum corporũ hæret:ita deinde ipſas ſolidas populatur. Siquidẽ in ſingulis ſimpliciũ ac primarũ, quas uocant,partium (vt in diſſectionibus es contẽplatus) alia portio ſubſtantiæ eorum eſt ueluti fibroſa,alia membranoſa,alia carnoſa. Sicut,exempli cauſa, cum uena vnã tunicam habeat, & eam tenuem,licet fibras in ea inuenire multas, q̃ ſint araneoſis quibuſdam interſitis cõtextæ: q̃bus vtriſque ipſa propria uenæ ſubſtãtia adnaſcit. Hæc alia in alijs partibus habẽt, nec vllũ cõe nomẽ eſt nacta:cæterũ docendi cã nihil uetat,eam carnoſam ſubſtantiam uoces, vel certe huius particulæ quandam carnem, quæ in uentriculo quidem ſit alia, in iecinore alia,ſimiliter in arteria & muſculo. Vocãt aũt caro tm̃ ea, q̃ in muſculo eſt:reliquarum nullam hoĩes carnem uocãt, præterq̃ admodum pauci:ſed,quæ in uiſceribus,ceu iecinore, renibus,liene, & pulmone viſuntur,eas Parenchymata (quaſi affuſiones dixeris) græce uocant: quæ in inteſtinis,uentriculo,ſto

macho,& vtero ſunt,ſine noïe relinquunt. Tu tñ de nominibus nõ laborabis. Illud potius intelli E
ges,ſingularum particularum ſubſtantiæ molẽ ex tali maxime cõpletam eſſe natura, q̃ vtiq; (vt
in ſinuoſis vlceribus videre licet)& perire,& regigni põt. At verò nec fibroſa,nec neruoſa, mẽ-
branoſaue natura eandem gñationem habere cernitur:nec fas eſt eiuſmodi ſingularũ partium fi
bras à malignis febribus liquari,ſicuti carnes:qñ animal ipſum prius,q̃ hæ ꝓrſus ſint ſiccatę,inte
remerint.Sanè ſunt,& quas maraſmodes febres vocãt,vniuerſæ ex earũ genere, quæ colliquant:
ſed in eo differunt,q̃,quæ portio carnis in his colliquatur,ea ſemper vaporis vice digeritur: in il-
lis defluit in ventrem.Cernitur hoc ẽt in carnibus, dum in craticulis torrẽtur, euidenter fieri: ſi-
quidem ab aliquibus plurima liquatio defluit,deciditq; in prunas largiter:ab aliq̃bus nihil oĩno,
quod vtiq; ſentias,defluere vr̃,ẽt ſi par ſit prunarum ſubdita copia. Quippe ferĩs ſuibus,aut nihil
oĩno,aut planè minimum eſt,qd̃ defluat,cicuribus verò plurimum:quantoq; magis vel adipe,
vel carne,animal abundat,tãto ꝓfectò,quod ab ipſis carnibus,dum in craticulis torrẽtur,defluit,
cernitur copioſius. Ad eundem itaq; modũ in calidiſſimis febribus, ſi carnes humidæ ac molles
cum adipis copia fuerint,eas ſenſu liquari deprehẽdas:ſin ſine adipe & ſiccæ ſint, in maraſmodes
febres tranſeunt.Clariſſimo huius rei argumẽto ſunt infirmi,q̃ ꝑ aluum,qd̃ liquatur, excernũt:
qui,niſi prius vel morbi violẽtia,vel medicorum inſcitia moriantur,in maraſmodes febres inci- F
dunt.Siquidem,quoad materiã vberem hñt,hãc colliquãt:vbi illius tũ adeps,tũ caro mollis defe-
cit,duras & ægre liquabiles carnes ſiccãt,à q̃bus ꝑ ſiccitatẽ nihil defluit:veluti nec ab ijs, q̃ ſale
ſunt ſiccæ,ſiq̃s has quoq; torrere parans,pari cum alijs igni admoueat:nam & ſicciores earũ car
nes reddentur,& corij ritu durabuntur:nec defluet ex his vlla ſenſibilis liquatio. Hæc igitur cum
ſcias,ẽt colliquantium febrium ijſdem methodis curam ages,tũ ad frigidã exhibendã q̃ primum
properans,tũ ijs,quæ humectẽt & refrigerẽt,nutriẽs.Mulſam verò inimiciſſimã cenſebis: qua tñ
vti pleroſq; medicorũ in eiuſmodi febribus vides.Verum de colliquantibus febribus diſſerere in
poſterũ licebit,æque,vt de ijs hecticis febribus,quæ in peſtilentijs contingunt:cuiuſmodi ea eſt,q̃
nunc publice graſſatur: dicetur nanq; & de hac inter peſtilentes febres.Reliquarũ verò tum he-
cticarũ,tum quas maraſmodes vocamus,abunde mihi ſanationis methodũ tradidiſſe videor.

GALENI METHODI MEDENDI

IDEST DE MORBIS CVRANDIS LIBER VNDECIMVS. G

ARGVMENTVM LIBRI.

Indicationes omnes explicat,quæcunque in curandis Putridis Febrlbus æſtimantur ac pertractat de Cataplaſmatis, Perfuſionibus, & Balneis, quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

Quid actum ſuperioribus libris,quid hoc agendum:ac de primis, & communibus fontibus curatiuarum indicationum. CAP. 1.

EBrium,quas putreſcens accendit humor,primæ remediorum indicationes dicẽ
prius ſunt:quo loco,eas quemadmodum & duas & tres efficias, docui:etiam ſi
velis,vnam. Nũc verò,quod in aliis febribus fecimus, vt ex primis generibus de
ductis,ad ultimas vſque ſpecies diuidẽdo perueniremus,idem & in ꝓpoſita dif-
ferentia facere tẽtemus,illud prius admonentes,qd̃ ẽt in libris de pulſuũ differen H
tia oſtendimus,ſiue primas differentias,ſiue prima genera, ſiue maxime genera-
les ideas,ſiue quomodocũq; aliter appellare libeat, modo exactã rei notionem ſerues, nihil in-
terfuturum. Ac febrium quidẽ ipſarũ quemadmodum eas,quas diarias uocamus,cures, in horũ
cõmentariorũ octauo expoſui:pari modo & quemadmodũ cõtinẽtes,in libro,qui illũ ſequit: at-
que ẽt quemadmodũ tertias,hecticas ſcilicet,ĩ eo,qui illi ſuccedit, qui totius operis eſt decimus.
In q̃bus nõ ꝓpria modo cuiuſq; ſed etiam communium pleraque explicaui. Nunc quemadmo-
dum,quæ ex putreſcentibus humoribus excitentur,methodo ſint ſanandæ,aggredi ſtatui. Quæ
curationem indicant,ꝓut in duo diuiduntur,affectus quem curamus,& partium ægrotantis tẽ-
peries ſunt. Licet aũt,ea(vt dictum eſt)& una ſumma interpretemur,dicentes, unam eſſe omniũ
morborũ cõem curationis indicationem,nempe cõtrarietatẽ ipſam:qua rurſus diuiſa, duas exi-
ſtere,morbo,ſ.ex ijs,quæ ſibi cõtraria ſint,adhibenda remedia indicante:laborantis uerò tẽperie
unà cum ipſo morbo,contrarietatis menſuram definiente. Porrò dictum in illis eſt ambientem
quoq; nos aerem unã efficere indicationem poſſe:Et,cum primam ſectionẽ in duo tm̃ facimus,
ambientẽ uel ægritudinis cauſis,uel ſanitatis,annumerãdum eſſe. At uerò cũ ſanitatis cauſæ ſint
omnia,

A omnia,quę ſanitatem efficiunt,vna certe earum eſt,quod auxilium,remediumve uocatur:quod pro varijs notionibus & vltima,& prima ſanitatis cauſa recte dicitur. Quippe tpe vltima erit,ppterea,p tpe natura,& ars,& fortuna priores eo ſanitatis cauſę ſunt: prima vero eſt,quatenus id laborãtis corpus tangit,alteratq; eius affectũ:ac pp alterationem, q̃ id facit,cũ ægra corpora ad ſanitatẽ perducuntur,ars & artifex †ſanitatis cãæ fiunt,nõ p hæc morbos primũ ſummoueat, ſed alia materia ad id cõmoda intercedente, qđ auxiliũ appellatur. Siquidẽ ſanguinis miſſio, q̃ phlebotomiam vocant,ipſa quidem per ſe hoc,quod iam dictum eſt,nomen poſſidet:ac, cum homini malum affert,ex cauſis fit morbificis: cõtra,cũ prodeſt,ex ſalubribus. Ac propterea, cũ ppficit, uocatur auxiliũ:ſicut profectò oĩs materia,quæ quomodolibet corpus alterat,quo tpe iuuat auxilium dicitur. Ad eundem modum & ambientis proprium pro natura ſua nomen eſt aer: relatũ ad nos,alias auxilium & ſanitatis cauſarum una efficitur:alias ijs contrarium, nẽpe morbificarũ. At,qm̃ aeri tum ex præſente cœli ſtatu, tũ anni tpe,tũ regionis natura, ſuæ in humido,ſicco, calido,& frigido mutationes accedunt, ex illorum rurſus vnoquoq; aliæ particulares indicationes oriuntur. Ac fortuna quidem,& ars,& artifex,materiarũ interuentu agũt:natura verò per ſe ipſa: Ea ex tribus his partibus completur,ex ſpũs,& partium,quæ vere dicuntur ſolidæ,ſubſtantia,quas alibi ex ſemine genitali conditas eſſe monſtrauimus:& tertia ab his carnoſa, quæ cuiq; particulæ eſt ſua. Singulæ aũt iam dictarum triũ propriã pro natura ſua tum qualitatẽ hñt, tum quantitatẽ. Ac qualitas quidẽ earũ ex congrua tẽperie humidi ſicci, calidi,& frigidi conſiſtit:quã titas verò ſolidarũ partium par ſemper manet,ſed ijs,qui adhuc inaugẽtur, numero duntaxat: q verò abſoluti iã ſunt,ẽt magnitudine. Carnoſæ verò ſubſtantiæ magnitudo variatur,ẽt ſi pterea nõ augeatur aĩans. Pari modo & ſpũs ſubſtantia,tm̃ non quolibet momento,tũ minor,tũ maior cõſpicitur. Ergo ẽt ſupra ea,quæ indicationes pręſtare prius diximus,virtus uel ſola ijs tribus ſubſtantijs,quas mõ cõprehendimus,ſimul enumeratis additur:uel,ſi temperies ſeorſum ſit diſcreta, in ipſa. Atque hæc ipſa rurſus bifariam quoque ut oſtenſum eſt,ſcindirur, & in originalem naturam,& in acquiſititiũ affectum,ſic nimirũ,ut ex iſtis,& alijs,q̃ prius dicta ſunt,ppria q̃dã cuiuſq; remediorũ ſit indicatio. Sæpe aũt adſcititia tẽperies ad efficiẽtes cauſas reducta, illis indicationẽ cõcedit. Ad hũc itaq; modũ ex ætate,uitæ inſtituto,& cõſuetudine,indicationẽ remediorum ſuggeri diximus,cõſentireque inter omnes iam dictas indicationes: ſiquidem in ijs, quæ magis ſunt ſpeciales,contineri ſemper,quæ magis ſint generales:agi uerò in vſum, quæ magis ſint particulares,ſcilicet ex magis generalium ſectione inuentas.

† καὶ ἡ τύχη, i. & fortuna, & addũt antiqui co.

C *De indicationibus,quæ ab affectu febris præſtantur:ac quid differat putridarum curatio à reliquarum febrium curatione.* CAP. 2.

PRima nanq; oĩum curationis indicationum,quæ ex ipſo,qui curatur, morbo accipitur,cõtrarietatẽ præſcripſit. At,qm̃ morborum plura ſunt genera, cuiq; eorũ ſua erit cõtrarietas. Verum cætera in præſens omittant. Proponatur aũt nobis ad pñtem diſputationem duntaxat morbi,quem curamus,genus in intemperie poſitũ. Id igitur p contrariam ipſi intẽperiem ſanabitur. At,qm̃ uniuerſi febriũ gñis intẽperies eſt calor,nimirũ per frigiditatẽ curabitur, ſic, ut oẽs indicationes inter ſe cõcordẽt. Nã,ſiue dixerimus abſoluto ſermone,febrẽ p ea,q̃ cõtraria ſunt, ſanandã eſſe,ſiue adiecerimus,per ea,q̃ cõtraria ſunt tẽperamento, nulla pugnantia in ſermone erit:ſimiliter nec,ſi per frigida ſanandã febrẽ eſſe dixerimus. Sed nec, ſi diuidentes id, dicamus aliqñ,ſanare nos febrẽ p ea quæ actu,aliqñ & p ea quæ ptãte, aliqñ & per ea q̃ ex accidenti refrigerant: aut ẽt iſta coniungentes, nulla pugnantia cum iis,q̃ dicta ſunt,in ſermone erit. Pari modo nec,ſi-q̃s dicat,q̃ actu,uel ptãte,uel ex accidenti calfaciant,ea febres deteriores reddere, q̃ prius fuerãt: contra q̃ actu,ptãte,uel ex accidente refrigerent,ea febres ſanare. Quippe indicatio,q̃ ab affectu ſumitur,in tot numero particulares indicationes eſt diducta. Hæ verò rurſum ipſæ particulares
D indicationes materias inueniũt iuxta eas methodos,q̃ in opere de medicamẽtis ſunt traditæ: qñ illarũ principiũ id eſt,in quo finita eſt curãdi affectus diuiſio. Ac maxime quidẽ ppria in ſoluẽdo morbo intelligitur curatio, ſed per abuſionẽ ẽt miſtũ genus tũ ex vera curõne,tũ prouiſione,q̃ Prophylacen appellant. Ac diariariũ quidẽ febriũ, quẽadmodũ & hecticarũ,vera, & propria curatio eſt. Earũ verò,q̃ ex putreſcentibus excitant humoribus, vocata curatio, pphylacẽ quoq; ſibi adiunxit,cuius officium eſt cauſam,q̃ morbũ creat,adimere. Sanè nominatur hęc ipſa quoq; artis pars,curatrix: quæ utiq; ab ea, quæ pure ſyncereq; pphylactice dicitur, in eo diſtincta eſt, p ſub hac iam ſenſibiliter ex ipſa cauſa morbus eſt genitus,in prophylactice verò eſt futurus. Atque nominibus quidem quiſque,prout uolet,utatur,(id enim ſemper monere oportet)ſed remediorum indicationem,quæ à rebus ſingulis præſtetur,ſeruet:quando, ſi uel vnam aliquam earũ prætereat,ad portionem tum magnitudinis illius,tum facultatis,curatio claudicabit.

De curationum modis,qui ex indicationibus ab ægroti uiribus ſumptis præſtantur. CAP. 3.

POrrò,quemadmodum ab affectu ad materias præſidiorũ peruenimus, eodem modo ab ſingulis reliquorum generũ primorum deſcendendum ad eas eſt: veluti à uirtute. Nam ea morbo ceu aduerſatrix eſt oppoſita: propoſitumque medico eſt, huic omni ratione opitulari ac ſubuenire

uenire. Ergo quis primus est à virtute scopus, aut quenam indicatio prima? nam hic quoque loq E
pro arbitrio possis, s. virtutem ipsam vnum scopum ac primum statuens: quod verò ab ea indicatur, alterum & secundũ. Itaq; cum monstratũ sit virtutẽ sui custodiam præscribere, sicuti morbũ se tollendũ, erit rursus in virtute secũdus scopus, ipsius custodia: sicut in morbis, ipsorũ sublatio. At verò custodia similiũ exhibitionem indicabit: sublatio cõtrariorum. Qm̃ verò viriũ substãtia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur, ex ijs, quæ similia sunt, moliri cuiq; suam Diamonen, i. custodiam, conueniet: Spiritui ex respiratione, ac transpiratione, &, q ex sanguine attollitur, vapore: licet verò hic quoq; volenti, vel græce Aerωsin, quasi aerationem dicas, vel sanguinis attenuationem, uel in halitũ solutionẽ, *vel, vtcunq; libuerit, appellare: Solidorũ verò generi, ex solido nutrimẽto. Quemadmodũ carnoso generi, per eã naturã, q̃ in medio humidorũ ac solidorũ corporũ est. Porrò cuiusq; horũ mensurã ex conseruandæ substantiæ quãtitate inuenies: qualitatẽ verò ex ipsius tẽperie. Cũ verò horũ cuiusq; vel optima tẽperies sit, uel aliquatenus vitiosa, quæ quidẽ optima est semper seruari debebit. Quæ verò oĩno vitio non caret, hæc in sanis quidẽ vel seruanda est, vel alteranda; in ægris verò seruanda est, ea ipsa, s. rõne, qua prius ostendimus, maximã esse à consuetudine indicationẽ, quippe vel temperamẽtũ originale ipsam seruare, uel adscititiũ inducere: Præstari verò (vt p̃dictũ est) mensuræ auxiliorũ indi- F
cationẽ ex eo tẽperamento, qd̃ iã præsens sit, ita nimirũ, sicut ex ætate, non q̃ æger prius habuerit, sed quã nunc habeat: Cũ verò diuersitas non parua sit in partiũ aĩalis tẽperamento, ꝑpriam cuiq; mẽsuram fore eorũ, q̃ ipsi sint similia: nẽpe ei, quę terrea magis est, eorũ, q̃ magis sint terrea: & ei, quæ humidior est eorum, q̃ sint humidiora: ad eundem modum & ei, quæ magis aerea est, eorũ, quæ plus huius substantiæ in se habeant: sicuti calidiori, eorũ, quæ magis substantiæ igneæ participent. Hinc verò iam materias particulares oẽs in cibis, potione, aere, & oĩbus †peragi soli tis, ꝯinueniendas esse: Vbi verò secum pugnauerint indicationes aliquæ, superius comprehensa methodo ad ea, quæ agenda sint, inuenienda utendũ esse, ꝑpẽsis. s. indicantium scoporũ tum magnitudine, tum dignitate. Ostendimus. n. eligendas eas indicationes esse, quas scopi digniores maioresque præscribent: ac dignitatem eorum, vel vitæ, vel sanitatis respectu iudicandam: Magnitudinem verò duplicem esse, vel propriæ substantiæ rõne, uel declinationis à naturali habitu. Ergo ab his iam methodis agedum exercitemur in genere febrium, quod ex putredine nascitur.

* χύσιν est in antiquis, idest fusionem.

† ἐπιτηδευομένοις.

Indicationes, quæ ab Affectu ipso, qui putredo est, in continentibus putridis præbentur. CAP. 4.

QVoniam putredo vel æqualiter in omnibus subsistit uasis: uel in maximis, maximeq; principalibus, ea porrò sunt inter alas & inguina: uel vna quapiam particula, q̃ vel phlegmonem in se habet; vel etiam citra phlegmonen, ueluti in foco quodam, principium febris in se continet; in singulis his differentijs seorsum exercitari conueniet. Ac primum eam tractandam proponemus, quæ uel in maximis uasis, vel simul omnibus consistit. Quæ igitur ex tali affectu oritur febris, planè necessum est synochon, i. continentem, esse. Nec fieri potest, ut ea sanetur, nisi inhibita prius putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam, febris sanari debebit. Ergo quæ causa putredinis est, quæ se per oĩa uasa æquabiliter diffundit? Sanè reuocare in memoriam prius conueniet, quæ nam alias putredinis indicata sit causa: ac deinde, cur pari modo in oĩbus aĩalis partibus fiat, inquirere. Ergo ostẽsum est, vbi morborum causas reddidimus, illa tm̃ putrescere corpora, quæ cũ calida humidaq; natura sint, neque perflata, neque ventilata, in calido humidoque loco maneant. Quòd si in motu sint, ventilenturq; ac perflentur, posse ea non putria integraque seruari, potissimum quæcunque corpora sua ipsorũ natura reguntur, vt animalium & stirpium: ea nanque (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernant. Ostensum non minus & in alijs duobus libris est, quanta sit tũ respirationis, tum pulsuum vtilitas ad perflatũ ventilationẽque corporis, atque eius natiuum calorem tuẽdum. Itaque, siquidẽ in eo manifeste putrescere debebit, dictas transpirationes H
impeditas esse oportet. At verò qui fieri põt, ut illæ per totum animal sistantur, nisi uel finibus vasorum stipatis, uel tota cute? Porrò accidere in finibus vasorum stipatio potest, vel ex vehemẽti extrinsecus refrigeratione, uel ex succorum, qui extrorsum in ipsis confertim ruerint, crassitudine, multitudine, uel lentitia. Accidit hoc illis & ex ijs exercitationibus quæ in palæstra, uel alias obeũtur, & itinere laborioso, uel ambientis statu, cum ex rigore in æstum subito est mutatus. Nõ nullis verò feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, dictas stipationes effecerũt. Quis quis igitur propositam sanaturus est febrẽ, hic simul causam eius adimat oportet: simul calorem, qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac quemadmodum quidẽ ille sit refrigerãdus, prius est dictum. Causam verò adimi oportebit propria cuiusque naturæ inuenta contrarietate: utique; si ex frigida causa stipatum densumq; redditum corpus est, relaxato eo, omniq; rõne rarefacto: sin ex obstructione ita est affectum, hac recluſa. Quòd verò recludet, hic quoq: ad contrarietatis indicationẽ attentus inuenies: vbi nanq; abundãtia humorum est, hos vacuabis: ubi crassi sunt, & glutinosi, tenues eos, ac fluxiles efficies. Si plures causæ aliquando coibunt, omnibus ꝑ

A.l.4.f.i.t. 2.c. 1. fol. 416.d G

contraria

A cõtraria occurres: siquidem fieri potest, ut & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul, ac lenti humores subsint. In eiusmodi autem causarum complexu, si recte, quæ prius comprehensa sunt, meminimus, cœpisse à sanguinis missione conueniet: ac abũdantia uacuata, tum ad extenuandos humores venire: ab hoc ad remittenda, quæ sunt constricta, & rarefacienda quæ sunt densata. Atque hæc quidem à morbi affectu indicatiue sunt sumenda.

Indicationes à uiribus eorum, qui continente febre putrida correpti sunt. CAP. 5.

AViribus autem (qm̃ has cibi, potiones, & *spiritus certa mensura, & apta qualitate exhibita seruabant, inuentus aũt est quãtitatis eorũ *modus ex viriũ subꝫa, qualitatis verò à temperamento) nimirum æstimari debebit, quemadmodũ uires, q̃ corpus regunt, in his se habeãt. Quippe, si ualentes sint, audacter vacuãtibus pfidijs vteris, hæc aũt ab affectu morbi fuere accepta: sin infirmiores sint redditæ, uacuãtia remedia cautius administrabis. Sed & nutrimenti *modus hinc tibi est desumendus. Quippe, cum uires legitimum robur suum habent, & morbi summus uigor breui futurus expectatur, tenuissimo uictu licet vti: cum sunt infirmiores, non licet sine graui noxa: sed adijcere ad nutrimenta tantũ oportet, quantum est de robore uirium imminutum. Atque
B ex his scopis accipiendus est nutrimenti *modus. Qualitas uerò ex morbi affectu, unà cũ solidorũ cõrporum, quod tum est, naturali temperamento: ab affectu, si is obstructio est, quæ extenuet: à naturali ipsorum tẽperie, vnà cum cõsuetudine, prout ẽt prius est definitum. Tempus verò nutriendi, quod quidẽ ad reliquas spectat febres, quæ ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicetur. Quæ vero unicam tantum à principio ad finẽ accessionẽ habent, (de his nanq; præsens est sermo) in his facilis toleratio, & consuetudo spectari debebunt: qñ cibus illis eo tempore, est offerendus, quo facilius, q̃ in cæteris, morbum tolerant: eoq; potissimum diei tempore, quo pri⁹ in sanitate cibari erant sueti: etenim facillime cibum ferent, si ex his considerationibus assument. Quòd autem frigida quoq; ijs, qui ita laborant, sit exhibenda, cum. s. iam succi concoquuntur, & crassitudo eorum prætenuata est, id ex ijs, quæ prius sunt comprehensa, manifestum arbitror.

Quid cõe habeant Continentes febres cũ Diarijs, & reliquis, q̃ ex putredine oriuntur. CAP. 6.

SIquidem cum eiusmodi febris cõia quædam cum ambabus habeat, tum ijs, quæ ex humorum ortæ putredine circuitibus quibusdam accessiones hñt, tum ijs, quas diarias vocamus merito in utroque genere de ipsa mentionẽ facimus, cũ unicam accessionẽ habeat, ut diarię, cęterum ex putredine orta multos duret dies. Itaq; vnum cũ diariis cõe habebit: duo cum ijs, q̃ ex putredine
C ortæ multos durant dies. Reliquũ continẽtium febriũ (quas synochos vocãt) genus duo hẽt cum diarijs cõia, nẽpe &, qꝑ sine putredine sit, & qꝑ absq; circuitu: tertium vero commune nõ est, cum subinde in quintum porrigatur diem. Atq; harum quidem continẽtium febriũ prodita prius curatio est. Continentiũ verò, quas putredo excitauit, curatio, cum vtrique generi cõis esset, ẽt nos in ambobus de ipsa differere coegit. Cæterũ substãtia earum, totaq;, natura ex eo est genere, qđ nunc nobis proponitur. In uno autem eorum, quæ ipsis accidunt, cum diarijs conueniebant. Id fuit, qꝑ vna in totũ totius morbi accessio erat. Ergo & curatio earũ unum hoc duntaxat cõe cum diariis habeat, oportet: iñ reliquis aũt oĩbus bifariam diducatur. Atq; aliæ quidem curationis indicationes *ex communi genere earum, q̃ ex putredine sint ortæ, accipiantur: aliæ ex propria earum substantia. Ad eundem verò modum, & cæteras natarum ex putredine febrium differentias sanari conueniet: nempe (sicut sæpe prius dictum est) indicatione, tum à communi ipsarum genere, tum vero à cuiusque propria differentia desumpta.

Quot in totũ sint primæ febriũ putridarũ differentiæ, ex quibus petenda est curandi ratio CAP. 7.

ERgo denuo repetentes, dicamus primum, quot sint febrium, quas humorum putredo accendit, in uniuersum differentiæ: deinde quæ nã sit ipsius generis earum communis *utilium au-
D xiliorũ indicatio: mox quæ sit singulatim cuiusq; propria. Par est. n. profectò, ut quòd omnium earum cõe est, cõem habeat indicationẽ: & quod in singulis est *proprium, quãtum à reliquis eiusdẽ generis est diuersum, in tm̃ & diuersam ab illis sortiatur indicationem. Sunt igitur natarum ex humoris putredine eiusmodi differẽtiæ. Vna ex eo, quòd causæ ipsius putredinis adsunt, uel non adsunt. Scđa ex eo, quòd per totum animal, aut eius partem aliquam diffusa putredo sit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerandum nobis est, quidnã cõe habeat indicatio, quæ à causa sumitur adhuc manente: quid nam ea, q̃ putredo ipsa præstat: ab his deinde, quid indicatio putredinis, quæ ꝑ totũ diffunditur animal, aut certe maxime principalia in eo uasa: quid eius, quæ in una cõsistit parte: mox deinde earum, quæ in una quadam parte sunt, æstimabimus differentias. Quippe aliam esse indicationem eius, quæ cum phlegmone coniungitur, ratio est: aliã eius, quæ sine hac cõsistit. Rursus in his etiam ipsis aliã esse præsente adhuc effectrice causa: aliam uerò hac submota: Postremo cuiusq; causæ adhuc manentis differentias, ꝑ oĩa, quæ quæ in specierum diuisione sunt inuenta: siquidem hic iam desinant necessum est, indicationes, q̃ ex curandis sumuntur affectibus. Post has verò eas nimirum, quæ ab ipsis curandis suggeruntur particulis, pro iam dicta methodo sumemus. Quibus si eas, quę à viribus præbentur, adiecerimus, absoluta nobis methodus de febribus omnibus †sanandis erit.

*πο σὸν. quas ιτιας.

*μέτρον. mensura.

*ποσὸν.

*ἰασομένων, i. sanaturorum.

*διάφορον.

†In græcis impressis additur ἐπὶ σηψει, i. à putredine incẽsis.

De

De putredine, & eius cauſa curanda. CAP. 8. E

ERgo ordiamur ab eo, quod primum in diuiſione *indicans fuit, ea erat humorum putredo: ac conſideremus, quibus maxime *indicantibus, quibusq; indicationibus vſi, curationẽ eius inuenire poſſimus. Principiũ verò inuentionis, ipſa erit rei natura, qua de agitur: etenim id quoque in demõſtrandis methodis didicimus. Quæ nã igitur eſt putredinis uatura? nẽpe mutatio totius putreſcentis corporis ſuſtantiæ ad corruptelã, à calido externo. Nõ. n. profectò à proprio calore
*αὐξάνεται. corrũpitur quicq̃, immo cõtra prorſus, quicquid in rebus ſubſiſtit, id *gliſcit, roboratur, ſanũ eſt, ac viuit, dũ proprio calore regitur. Veluti nimirũ ipſa animãtiũ copora, tametſi plurimã ſuꝑbæ ſuæ portionẽ humidã, & calidã ſunt ſortita, magnũ tñ annorũ numerũ ſine putredine, ac ſana, viuaq; exigũt, ſi ſeruetur (vt monſtratũ eſt) eorũ proprius calor, in cordis quidẽ corpore ꝓ reſpirationẽ: in reliquis oĩbus partibus, tũ per cõmunitatẽ, q̃ hñt cũ corde: tum per aliã quandã reſpirationis ſpeciẽ, q̃ per totã agitur cutẽ, & trãſpiratio ꝓſpiratione dr̃. his verò læſis, vnà ẽt naturalis calor lꝙ dir̃. Alter verò quidã alienus, ac præter naturã in corporibus excitatus, primũ quidẽ ipſos ſuccos ꝓꝓ humiditatẽ, & putrefacit, & corrũpit, ſpatio verò tũ adipẽ inuadit, tũ ẽt carnẽ. Tanq̃ igitur in ijs corporibus, q̃ nõ viuunt, ac putreſcunt, primũ quantũ eorum iam computruit, ſeparant, dein
*αὶ σαρκὸς σήψαντα. ei, quod reliquum eſt, in frigidum aerem *ſublato, perſpirationẽ refrigerãtem moliũtur: ita vtique F
*σάρκωσεσι. & putredinem, quæ in viuis eſt orta, ſanabimus, id ſcilicet, quod iam corruptũ eſt, omni ratione
*κενώσεσι. vacuantes: quod reliquum eſt moderatis *motibus, & refrigerante perſpiratu, ad exactã ſymmetriam reducentes. Ac vacuationem quidem illius per vrinam, deiectiones, vomitum, ac ſudores, moliemur: poſt hanc *dimotiones mediocres, vna cum ambientis bona temperie, adhibebimus. Quemadmodum aũt horũ quodq; recte adminiſtrandum ſit, paulo poſt æſtimabimus. Nunc ad ſecundũ in diuiſione tranſeamus, nempe quẽadmodum quis cauſæ, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis remediũ facillimè inueniat. Eſt autẽ neq; in hoc difficultas vlla, quippe cum per contraria tollatur. Itaque, qm̃ tranſpirationis prohibitio, putredinis occaſio fuit, hanc, arbitror, ſubmouere oportet. At, ea cũ variis generibus eſt orta, & denſatis exiguis *meatibus, & cõſtrictis A.l. 4. f. 1. t. 2. c. 1. fo. 416. d
corporibus, & humoribus, tum abundantia, tum craſſitudine, tum lentitia ſua obſtruentibus, ſingulæ harum affectionũ curandæ per contraria ſunt, denſitas, per ea, quæ rarefaciunt: conſtrictio, per ea, quæ fundunt: abundantia, per ea, quæ vacuant: craſſitudo, per ea quæ diſſecant: & lentor, ijs, quæ detergent. Ac, ſi quidẽ totũ corpus dictorũ iã ſingula occuparint, ẽt toti corpori per contraria eſt ſuccurrendum: ſin unã partẽ quampiam putredo inuaſerit, illi adhibenda iã dicta ſunt remedia: Sanè non eaſdem omnes partes vacuationes, medicamentave requirent, cũm & tem- G
peramentis, & poſituris, & forma, & omni denique conſtitutione, naturaque inter ſe diſſideant.

De curandis putridis febribus per medicamenta purgantia, balnea, inunctiones, & potus. CAP. 9.

ERgo, quemadmodum ſingulis ſit opitulandum, id poſtea pro cõuenienti ſermonis ordine diſquiremus: cuius initium à putredine, quæ totum corpus occupet, quæ ipſa continentes quoque febres, quas ſynochos vocant, excitet, faciemus. Ergo à corporibus, quæ ſic afficiuntur, expellenda, quæ putruerunt, per vrinas, & aluum, & ſudorem ſunt: q; ſi ad os uentriculi aliquando ſua ſponte impetum capiant, etiã per vomitiones: aliter autem nõ eſt, q; ea præter naturam irrites. Ac eorum quidem, quæ iam dictas vacuationes promoueant, non parua materiæ copia eſt, ſed maior eorum portio, cum calida ſiccaq; facultate ſit, febrem auget. Itaq; deligenda medico ſunt ea, quæ citra calfactionem ſiccationẽq; ualentem, ſupradictas vacuationes præſtent: cuiuſmodi ſunt cremor ptiſanæ, & aqua mulſa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hęc autem ipſa vẽtri quoq; ſunt idonea: qui ſi nihil reddat, injcienda per clyſterem aqua mulſa, cũ oleo eſt. Sanè totum corpus prius, quam id vacuaris, rarefacere non expedit: ubi vacuatum eſt, utique licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus inſit, rarefacias: cuiuſmodi eſt, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore ſi vinũ quoque aquoſum biba- H
tur, id omnes vacuationes promouerit: Idem faciat, & temperatum dulcis aquæ lauacrũ. Quòd ſi appoſitum aliquando in dictione uocabulum dulcis non ſit, utique id ſubaudire debebis, certo ſciens de eo nos in febricitantibus lauacro ſemper loqui, nõ bituminoſo, aut ſulfureo, aut aluminoſo, aot chalcanthode, aut ſalſo, aut ex marina ipſa. Cæterum, ubi magnitudo febris obſtat, ſicut in continentibus, nec vino eſt vtendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciant, unctionibus: ſed aqua frigida, ſicut prius diximus, pota in his febribus eſt aptiſſima, niſi tamen aliquid eorum, quæ prædicta ſunt, hanc quoque prohibeat. Quippe ipſius febris frigida pota perpetuo eſt remedium, non tam in putreſcentium humorum per aluum, vrinas, uel ſudorem uacuandorum. Quo magis exercitatum eſſe in ijs, quas nunc tradimus, methodis oportet: ac in ægrotantibus conſiderare, & quæ ſint ipſius febris remedia: & quæ ipſius, vbi per ſe ſola ſubſiſtit, putredinis: quæ rurſus efficientis hanc cauſæ: atque huius quoque, cum per ſe ipſam ſubſiſtit. Quippe non ſꝑ inter ſe conſentiunt hæc omnia, ſed plerunque aduerſantur. Quo caſu memores eorum, quæ didicimus, id, quod maximum omniũ eſt, aggredi oportebit, atq; ei uel ſoli, uel magis, q̃ cæteris, ſubuenire. Sanè ſcire licet difficile eſſe, acriq; iudicio indigens, febrem, putredi-

nem,

A nem,& effectricẽ cãm,vbi.ſ.ipſa quoq; adeſt,inter ſe cõferre:difficilius tñ eſt,ſi vires, quoq; cum illis vnà cõferre velis:qđ vtique,ſicut ante cõprehenſũ eſt,ꝑꝑ vitæ ipſius reſpectũ ſemper eſt nec ceſſarium:aliqñ verò & ex accidenti,ſicut ad morborum ſanationẽ.Hoc verò me oſtẽſurum ꝓmiſi.Siquidẽ,quod putreſcit,ſi veſtis eſſet,aliudve inanime corpus,vtiq; ex his duntaxat,q̃ prædicta ſunt,indicationẽ caperemus.Nunc,cũ in uiuẽte corpore putredo cõcipitur, quod tũ alterare põt,tum cõcoquere,tũ vtile reddere,ꝙcquid putreſcentiũ,veluti ſemiputreſcẽs ſemimalũq; eſt, vtiq; facultatẽ eius,qua naturaliter cõcoquit,excitans firmãſq; q̃ putreſcẽtia ſunt,ſanabis. Itaq; ẽt tum maxime eos cũ fiducia vel in balneo lauamus:vel ijs,quæ habitũ rarefaciãt, medicamẽtis vtimur:vel aquã frigidã,vel vinum bibendũ damus,cum notas humorũ concoctionis cernimus. Neque.n.pulſus duntaxat vires ad eiuſmodi agenda firmas requirimus,veluti nec eius facultatis,q̃ voluntarium motum præſtat,ſed,ſicut eſt dictum,ipſius potius concoctricis. Ergo,ſi vires cũctæ valentes ſunt, & febris ardẽtiſſima,& cõcoctionis notæ planè euidẽtes,frigidã homini dare audacter debebis:cõſtat nanq; talẽ hominẽ ſenem nõ eſſe,ex quo oẽs illi virtutes ualentes eſſe ꝓpoſuimus.Quòd ſi ẽt bona corporis habitudine ſit,quod εὔταρκον Græci vocant, tum ſtatus cœli calidus,ac ſiccus,ẽt ſi in frigidam natationem hunc dimittas,haudquaquam lædetur. Eiuſmodi nanq; t ꝓpis opportunitate vſi,q ſe ſe in frigidam coniecerunt,& ꝓtinus oẽs ſudarunt, & nonnullis eorum aluus biliоſa reddidit. At,ſi mediocris eſt febris,& vires †non validę,ſed cũ notis cõcoctionis,ijs q ita ſe habent,balneum ꝓdeſt & vini potio:tũ verò ex vnctionibus eæ, q̃ rarefaciunt,idq multo magis,cum ambiens eſt frigidus.Neque.n.aut frigidam in balneo lotionem,aut frigidã potionẽ in eiuſmodi cœli ſtatu ferè expetũt,utpote inſpiratu ipſo aſſidue refrigerari:cũ,ſi q̃ñ in frigido ambiẽte vehemẽter vri ægrotũ cõtingat,exigua ſalutis eius habenda ſpes eſt. Si verò nec cõcoctionis habeat ſigna,nec vires validas,ſeruari is planè nõ põt:quo minus, aut idem lauandus in balneo eſt,aut medicamẽtis ijs,q̃ rarefaciant, vngendus,aut uinũ illi dandum, frigidave offerenda.in quo.n.deſperata oĩno ſalus eſt,imprudẽtis cõſilij fuerit,apud vulgum inſamare præſidia,quę multis fuere ſaluti.Ipſe ſiquidẽ aliquos noui ex amethodis iſtis medicis, qui,cum ea,q̃ nos geſſimus,eſſent imitati:ijſdemq; præſidiis in iis,q prorſus morituri erãt, vſi: adeo nihil ꝓfecerunt,vt ẽt tẽpeſtiuum eorum vſum ſuſpectum formidoloſumq; reddiderint. Verum nos tẽpora præſidiaq; iis,quos ſeruari ſpes eſt,ſcribimus,quando ęgris,qui inſanabiles ſunt,ijs nec tẽpus vllum opportunum,nec præſidium eſt.Atque hoc mihi ꝓ oẽm ſermonem teneri memoria velim,quò minus præcipua illa,primaq; omnium curationis* indicatio cõuelli aliqñ poſſe videatur.Quippe,cum dicat Hippocrates"Contraria eſſe contrariorum remedia,quid uetat omnibus febricitantibus frigidam uno ordine exhibere?Verum nec exhibenda eſt, nec ſubuertitur eo tpe generalis oĩs curationis* indicatio.Vnum enim ex ijs,quæ actu refrigerant,aqua frigida eſt. Sed & alia plura ſunt,quæ partim poteſtate(vt dictum eſt) refrigerent,partim ex accidenti: quorum aliis ꝑꝑ concurſum pugnantium inter ſe* indicationum aliàs vtimur.Porrò tradita iam methodus eſt,eius,quod conducit,ante alia ſemper deligendi.Oſtenſum præterea eſt ipſius febris,prout febris eſt,aquã frigidã ſemper eſſe remedium:quod verò ad alia ſpectat,non ſemper: veluti, cum ex obſtructione glutinoſorum,& craſſorum humorũ putredo oritur.Ponatur verò,& cũ his redundantiam in toto eſſe corpore,tum virtutem non imbecillam.In eiuſmodi nanq; complexionibus cum multa præter naturam in corpore ſint,quædam eorum præcedentes cauſæ erunt,veluti redũdãtia,cum glutinoſis,& craſſis humoribus:horum.n.vitio obſtructio eſt orta,quæ morbus inſtrumentalis eſt eorũ, q̃ obſtructa ſunt,corporũ.Hanc ſymptoma ſecutum eſt, ipſa trãſpirationis retentio:q̃ rurſus putredo humorum excepit, ipſa,ſ.febris antecedens quædam cauſa.

A.l.4.f.1.t.2.c.42. fol. 424.g

† Ita et gr. τῶν δυνάμεων οὐσῶν οὐχ' ἰσχυρῶν. Sed uide an legendum ſit, οὐχ ἀνισχυρῶν. non inualidæ: infirmis enim uiribus linea proxime quinta ſcribitur balneum non conuenire quod et Hippocr.3. de r.u. in ac.59. Lib.de Flati. à principio. Et 2. Aph.22. Ex or.15.a. Et 2. de Natura hu. t.1.7.181.c

Quæ putredinis,& cauſæ ipſius indicationes ſint,& quæ remedia præſcribant. CAP. 10.

D ERgo,qui febrem curare uolet, neceſſe eſt,putredinẽ inhibeat. Ita duæ* indicationes ſe exhibent,altera à febri:altera à putredine.Atq; à febri rurſus duæ,ſcilicet ut portio febris, quæ iã facta eſt, ꝓcuretur:quæ uerò in generatione eſt, inhibeatur: Aliæque duæ rurſum à putredine erũt* indicationes,ut & quod putredinis iam factum eſt,ſanes: & quod in generatione adhuc eſt, ſiſtas.Porrò,quod in generatione eſt,id adiapneuſtia,id eſt perſpiratio impedita,facit:nihil enim deterius fuerit clarioris doctrinæ gratia ita eam nominare. Ita ab hac quoq, aliæ duæ indicationes naſcentur,tum ut,quod retentum eſt,uacuetur: tum, ut quod retinendum eſt, prohibeatur. Sanè prohibebitur ijs præſidijs,quæ obſtructioni medentur. Cuius rurſum ipſius, quod iam factũ eſt,ſanandum eſt:quod futurum eſt,inhibendum. At curabitur quidem,quod obſtructionis iam factũ eſt,per ea,quæ obſtructa liberant:inhibebitur,quod futurum eſt,ſi affluxum obſtruentium ſuccorum compeſcas. Ergo,quod ultimum in ipſa reſolutiua methodo eſt inuentum, id primum omnium in curatione eſt peragendum.Oſtenſum enim in prioribus libris eſt, ſi ijs auxilijs,quæ obſtructione eximant,uti,non uacuata prius abundantia,uelimus, fore, ut non modo nihil proficiamus,ſed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus ſcilicet inter ſe indicationibus.At,ſi uacuata prius multitudine ad curandam obſtructionem accedamus, medicamentis ijs,quæ obſtructiones expediant,erit opus.Verum,quoniam horũ plurima calida ſunt, metus

eſt

eſt,ne tũ putredinẽ,tũ febrem augeant. Itaq; ijs,quæ citra calorẽ liberare obſtructiones valeant, E
vtemur:ubi aũt,q̃ obſtruunt,deterſa diſſectaq; ſunt,p̃ aluũ, vrinas,& ſudorẽ, ea vacuare tentandum. Cũ vero materiæ, q̃ hæc efficiant,etiã calidæ ſint, neceſſe eſt interea, tũ putredinẽ augeri, tũ febrẽ. Quare,quoad licet,id agendũ,ut,quæ minus calfaciat,materia deligatur:aut,ſiqua inuenīrì pōt,quæ nõ calfaciat,quẽadmodũ in hoc caſu balneũ,utiq; ea eſt petẽda. Hoc verò t̃pe etiã vires roborare,quò putredinẽ ſu p̃antes,ſuccos cõcoquant, ſtudebimus. Quòd uero febris ipſi⁹ iã factũ eſt,id refrigerabimus:in auxiliorũ.n.inueniẽdorũ ordine vltima eſt,quę ab hac ſumiẽ,*indicatio,quãuis alia rõne ſit prima: quippe, cũ à febri cœperit inueniendorum p̃ſidiorũ methodus.

Ex ſymptomatis ſuperuenientibus nunc protrahi, nunc peruerti febrium curationem. CAP. 11.

ACſi nullũ quidẽ inter in vehemẽs incidat ſymptoma,prohibeatq;,quò minus auxilia ab initio morbi ad finẽ ita procedant,celerrime finiꝛtur febris: ſin tale quippiã incidat,qđ totam ad ſe curationẽ reuocet,neceſſe eſt,ſerius adueniat curationis finis. Siquidẽ,qđ ita interuenit,oĩno vel cõtrariũ eſt remedijs,q̃ antedictũ cãrũ,affectuũ, & ſymptomatũ ordinẽ ſanẽt:vel oĩno nihil ſaltẽ cõfert. Enimuero,ſi eius,qđ interuenit,ſanatio antedicto p̃ſidiorũ ordini ſit cõtraria, neceſſe eſt interim cũcta deteriora reddi:ſin nihil originali affectui interueniẽtis obiter mali correctio nec officit,nec p̃deſt,totius curationis celeritati in mora erit:ſi ãt nocet,neceſſe eſt, aut vniuersã medicarionẽ in lõgius ſpatiũ trahi,aut aliqđ ſubſeq̃ periculũ,aut ẽt forte vtrũq;. Finge nãque,exempli gratia,afflicto interim ſtomacho ſyncopẽ incidiſſe,cui ſuccurrere coacti cibum intempeſtiue dederimus,ac vinum cum frigida: Ex horũ.n.uſu tum obſtructionẽ,tũ corporis coarctationem,tum putredinẽ,auctas eſſe neceſſum eſt: atq; ex harũ auctu ipſam ẽt febrem: Verum, ubi,tũ uirtus ſatis valens eſt,nec quicq̃ interuenit,cuiuſmodi,quam mõ diximus ex vitio ſtomachi ortã ſyncopẽ:ſed nec,quæ aliqñ accidere poſſũt, aut ſanguinis p̃fluuiũ,aut vigilia, aut dolor aut error aliqs,vel ipſius ægrotãtis,vel eius familiariũ:vbi inquã nihil tale accidit,totius q̃ p̃xime dictus eſt,remediorũ ordo hoĩem p̃fectò ſanabit. Sed nec ipſe tñ quocũq; remedio oĩa, quæ p̃ter naturã ſunt,ſanat. Nã aqua mulſa,qđ ad craſſos ſuccos extenuãdos,& glutinoſos detergendos,& excretionẽ promouendã attinet,optimũ planè medicamẽ fuerit in ijs ſynochis, quos habitus coarctatior,& putredo excitarũt; quatenus verò calorẽ febris adauget, eſt noxia: vñ,ſi hic immodicꝰ ſit,parcẽdũ aquæ mulſæ eſt,vtendũq; ptiſanæ cremore: Quòd,ſi difficiles, ac contumaces eſſe obſtructiones iudicaueris,ẽt oxymelite. At hoc ipſum rurſus,ſi immodice vtare,& inteſtina radit,& tuſſim excitat,& neruoſa lædit. Adeo.ſ. difficile eſt eiuſmodi aliqđ auxilium inueniſſe,quod citra vllã noxã magnifice p̃ſit. Id accidit (vt dictũ eſt) ex cõplexione ortorum in corpore præter naturam affectuum, vnà cũ præcedentibus eos cauſis, & ſequẽtibus ſymptomatis. G

Præceptum hoc,contraria contrariorum eſſe remedia,non in affectibus modo,ſed & in Symptomatis uerificari. CAP. 12.

NVnq̃ tñ propterea præceptũ illud,q̃ Contrariorũ contraria ſint remedia,aliqñ verum erit, aliqñ falſum:immo id perpetuo verũ eſt:qñ fieri nõ pōt,ut eorũ q̃ præter naturã ſint,quic q̃ per alia vllã remediorũ ſpeciẽ curetur. Nõ tñ ex vſu eſt ſemp̃ oĩbus,quæ præter naturã ſint, mederi,ſed cũ ſola per ſe ſubſiſtunt. Nã,ſi cũ alijs vna incidant, alijs ſæpe eſt ante illa medendũ:ſicut in canis vlceribus,ubi ea ſimul cũ phlegmone ſunt cõiuncta. Quippe verũ in his quoq; manet,q̃ per ea,q̃ carne implẽt,curãtur:cæterũ his uti prius,q̃ phlegmonen curaueris,non licet. Ac interim,dum hæc ſanatur,vlcus cauũ adeo nõ melius,q̃ fuit,redditur, ut ẽt fiat magis cauum. Quòd ſi ijs,quæ carne impleant,medicaminibus vti velis,neq; ipſum impleueris,& phlegmonen auxeris. Quæ nanq; carne implent,ea demũ implere poſſunt,quæ phlegmone vacãt, nõ q̃ phlegmone adhuc sũt oppreſſa. Hoc itaq;,quod in dictione tã eſt breue,nẽpe,Cõtraria contrariorũ eſſe remedia,poteſtate deprehenditur maximũ. Quippe oẽm medendi methodum confundet,quiſqs hanc*indicationẽ neglexerit: cum omnia, quæ præter naturam ſunt ab ijs, quæ ipſis ſint contraria,curentur. Cum autem eorum,quę p̃ter naturam ſunt,duplex prima differentia ſit,alijs per H
ſe ſubſiſtẽtibus: alijs in ipſo (ut ſic dicam) fieri,eſſentiam ſuam habentibus,ac vmbræ ritu affectus comitantibus,ſanatio quidem affectuum ipſorum eſt ſublatio:hãc verò ſymptomatũ amotio ſequitur. Quibus quanquam ipſis nihil prima rõne adhibetur, attamen in ijs quoq; perpetuum illud præceptum manet,quòd Contraria contrariorum ſunt remedia: quippe, cum affectus,quos ſymptomata ſequũtur,ſanamus, ſymptomata nimirum ipſa in contrarium ſtatum perducimus. Quare,quæcunq; ſymptomata exiguorum meatuum denſitas inuexit, ea rarefactione tollẽtur. Quòd ſi ipſi quoq; ſymptomati, quod ex dẽſitate ſpiramentorũ eſt natũ, id eſt minori, quã iuſtũ ſit,excremẽti effluxui,(qđ ſanè paulo ſu p̃ius adiapneuſtiã vocauim⁹) ſymptomatũ genus aliud
†ἄπορος ὁ λόγος. cõtrariũ opponere velis,ne ſic quidẽ †deſit,qđ dixeris. ſũt nãq; plura iuſto defluuia, iuſto pauciorib⁹ eõtraria. Adeo,ſicuti in ſymptomatis ipſis libet Cõtraria cõtrariorũ remedia dicere,in ijs quoq; ſtat immotus primus oĩum,quę p̃ter naturã ſunt,curationis*index. Verũ ſati⁹ eſt (ut p̃dixi mus) eorũ,quæ vere,& primum curantur,id eſt affectuum in corpore,qui uere ſunt ſubſiſtentes, cõtraria eſſe remedia exiſtimes. Quippe actiones eorum,atq; ẽt offenſas,ut eas in ipſo,ut ſic di-

A eam,fieri esse dixeris,ita absolute subsistere minime dixeris.Nã manũ extendere, aut flectere,ex ijs,q̃ absolutè sunt, dici non possunt,sed ex ijs,quæ fiunt: multoque minus ipsius immobilitas, q̃ ipsa quoq; symptoma est eius,qui in musculis neruisve subest, affectus:sed affectũ,q̣ ex subsistẽtiũ numero est vnus,cõtraria postulare remedia dixeris.Hunc verò solutũ,contrariũ seq̣ statum, q̃ sanitas est:atq; hanc rursus,quãdã naturæ actionẽ, q̃ symptomati iã finito sit cõtraria. Sed nec noĩbus falli, (q̃ sæpe alia forma ꝓferũtur, q̃ vt cõtrariis cõueniat,sæpe verò planè nõ sunt,) sed ex ipsa rerũ natura cõtrariũ inuenire debes,habẽs. s.quò ꝓ illo discernẽdo spectes, confessum illud,cõtraria esse,quæ sub vno genere plurimum inter se distent. Ergo si intellexeris in illo genere,q̣ mediocre est, (id verò est,vt sæpe mõstrauimus, q̣ inter extrema est mediũ) infinitã quãdã cõtrariarum rerũ multitudinẽ,q̃ maioris minorisq; rõne inter se dissideant,ex eo inuenies.Verbi gratia,In affectibus,tenuium spiramẽtorũ symmetriã intelligẽs, ex vtraq; parte duo ĩmodica,q̃ inter se sint cõtraria,inuenies:in actionibus verò,symmetriã vacuatorũ considerans, ipsi quoq; ex vtraq; parte ametria respondet.Verũ in paruis spiramẽtis nomina excessibus non desunt, nẽpe dẽsitas,& raritas,in vacuatis posita nõ sunt. Eoq; fit, vt cogamur plures paucioresq; effluxus dicere,ita nimirũ,vt si dẽsitatis raritatisq; nomina non essẽt,spiramẽtorũ ipsorũ alibi plura iusto
B esse,alibi pauciora,dicere cogeremur.Ergo (sicut diximus) hoc maxime cauere debemus,simul ẽt in eo nos exercitare,quò celerius cuiusq; sic dicti contrarium inueniamus. Non.n.in corporũ mõ qualitate,verũ ẽt in quantitate eiusmodi contrarietatẽ inuenias;q̃ vtique Aristoteles oppositionẽ uocat,nõ contrarietatẽ.Neq; enim magnum paruo vult esse contrariũ,sed in eo,ꝓ aliquid dr̃,oppositum:neq; multũ pauco:sed nec rarũ dẽso: neq; relaxatum contracto:neq; ipsi, ꝓ secundum naturã est,id qd̃ ꝑter naturam est. Verum Hippocrati oĩa id genus cõtrariorũ habẽt appellationẽ,sicuti ẽt Platoni,q̣ generationes ex contrariis esse dicit. Ostensum quoque a me in aliis est,nec Aristotelem ipsum suam ipsius legem in nominibus seruare, quo loco principia eorũ,q̃ natura regũtur,materiam,*speciem,& priuationem statuit. Verum (ꝓ diuinum Platonem secuti semper testamur) contemnere nomina oportet,minime aũt scientiam rerum. Ea nanque ad salutem hominum pertinet,errorisq; in ea finis est ꝓnicies:nominibus siue ꝓprie, siue impro prie vtare,ad ægrotos id parum attinet. Intelligas id clarius,si non contrariorum contraria, sed quemadmodum illis placet,oppositа sibi inuicem esse remedia dicas.Siquidẽ copiã sanat uacuatio:defectum nutrimenta:in summa,quod exuperat,ablatio,quod deficiens est,adiectio.Itaq; ẽt
C in alio opere recte arbitror a sene dictum:"Medicina appositio est,& detractio:* deficientium q̣ dem appositio,redundantium detractio. Porrò deficiunt redundantque quædam in quantitate, quædam in qualitate:in quantitate,cum sanguis immodice est auctus,aut rursus minor redditus: in qualitate,cum vel calidus,vel frigidus,uel crassus,vel tenuis plus iusto minusve est effectus. Si ue igitur contrarietatem,siue oppositionem,nominare libet,eius *indicationibus medendi,quę ab oĩbus,quæ ꝑter naturam sunt,præbetur,semper meminisse debebis,eique esse intentus:potissimum quidem,vt dictum prius est,in affectibus:sed tñ,& in symptomatis: quamuis horum nec primum curatio sit,nec proprie contrarietas, sed curatio quidem simul,cum affectibus, ex accidenti:contrarietas uerò,lucidioris.s.breuiorisque doctrinæ causa loquentibus,abusiue.

*formam.

Lib.De Flat.a principio.

Indicationes omnes tradit tum rerum Præter naturam,tum Secundum naturam:quibus quidem vniuersa continentium putridarum curatio continetur.

CAP. 13.

VErum ad medendi *indicationis propositi nobis febrium generis reuertamur: repetamus què singula genera,quæ in nobis præter naturam sunt,nõ causarum mõ,verum ẽt morbo-
D rum,& symptomatum. Et causarum quidẽ genera sunt,multitudo,& crassitudo,& lẽtor humoris.Causa simul,& symptoma est,transpirabilis excrementi retẽtio.Simili modo causa pariter,& affectus est ipsa putredo.Morbus verò,tum obstructio,tum febris ipsa. Symptoma uerò est ipsa transpirabilis excrementi retentio.Ergo indicabit (vt dictum est) præcedentium causarũ quæli bet propriũ aliquid:multitudo ipsa,quæ ex eorum est numero,quæ sunt ad aliquid in pdicamento quantitatis,uacuationẽ:lentitia uero, & crassitudo,quæ sunt in qualitatis affectu,sanationẽ, q̃ per contraria perficiatur.Cũ verò in pleriſq; oppositionibus consueta nomina nõ sint, accidit, vt qui in rerum scientia minus sunt exercitati,fallantur.Cũ.n.uno nomine nequeunt,quod animo concipiunt,nominare,id,ceu prorsus non sit,dimittunt,quẽadmodum profecto in glutinosis,& crassis succis faciunt.Quippe"crassus succus ex aduerso oppositum habet tenuem;glutinosus uerò (sicut ipse *primus græce noĩaui) rhypticon, quasi detersiuum dicas:sicuti vero aliquis dixerit,q̣ a solidis corporibus nominandi occasionẽ acciperet,friabile. Siquidem hoc pacto sem per uidetur Aristoteles oppositionẽ facere,uerũ nõ in succis, (vt dixi) sed in solidis ipsis corporibus.Quod si glutinosi humoris naturam sub ea ratione intelligas,ꝓ quicquid tetigerit,huic ægre dissolubilis adhæret,nõ immerito,arbitror,eũ,qui nec adhæret,& ea,quæ adhærent,deterget,cõtrariũ ipsi statues.Et antecedentium quidẽ causarũ contrarietates abunde sunt dictæ. In instrumentali vero morbo,q̣ est obstructio,contrariũ ei est græce ecphraxis,quã reclusionẽ (puto) dixeris,symptomati vero,qd̃ est trãspirabiliũ retẽtio,excretio ipsorũ contrariũ est.At vero in humorum

A.T.2.de me.cor.c.1. f.g.561.b

*Al. πρόσθεν i.antea.

morum putredine,& excretio,& refrigeratio,& vẽtilatio,& ſemiputridorũ cõcoctio, ex aduerſo reſpondent:ipſius verò febris, refrigeratio, oppoſitio eſt. Porrò, quibus methodis materiã, quæ ſingula mõ memoratorum perficiat,inuenias,iã diximus. Pugnãtibus igitur his (ſicut diximus) alias aliæ tũ indicationes uincent,tũ materiæ. Indeq; factũ eſt,ut quidã, cũ ignoraſſent vnã ſem p dari ex re quaq; indicationẽ,ac,ſi pter naturã ſit,qđ idicet,cõtrariũ id ſem p idicare: ſin ſm naturam ſe habeat,nõ contrariũ,ſed ſimile:nec medẽdi hi,nec ſanitatis tuẽdæ, methodũ conſtituere potuerint. Siquidẽ,cũ in primis ipſi indicationibus ſunt lapſi,multo profecto magis in ijs, quæ ſecuturæ erãt,decipi debebãt. Debẽt.n.(arbitror) ædificiis fundamẽta iaci firma, & ſcaphis poni idonea carina,ſiq d ædificãdorũ pangendorũq; in ijs futurũ eſt firmũ.ubi.n.prima ipſa baſis ſtatim ab initio debilis fuit,qui fieri põt,vt,qđ ſuperſtruxeris, futurum infirmũ non ſit? Itaque, qm̃ in cõtinẽtibus ex propoſita ſtipatione febribus (neq;.n.grauari debemus iterũ,atq; iterũ ſermonẽ repetere,quò nunc ſaltẽ medicorũ vulgus verã methodũ cõdiſcat) qm̃, inquã,ſeptẽ pter naturã poſita ſunt,a quibus indicationes ſumuntur,humorum multitudo,craſſitudo, lentor,obſtructio,trãſpirationis retẽtio,putredo,& febris carens intermiſſione:atq; hæc contraria omno eſſe adhibẽda docebant:Præter hæc verò ab ijs,q ſm naturam habebãt,poſitę indicationes ſunt ex tẽperamẽto tũ ipſius laborãtis partis,tũ reliquarũ oĩum, quæ principes ſunt,ex ſubæ ipſarũ quã titate,& ex ſpiritus ipſius ſubæ tũ q̃titate,tũ qualitate:horum vero indicationes non cõtrariorũ erãt,ſed ſimiliũ: ad iſta vero (ſicut dixinus) dignoſcenda, tũ ætas,tũ conſuetudo, tũ oẽs quæ externæ morbo cauſæ fuere,cõtulerunt,utiq; ortis hinc quoq; indicationibus non paucis: Oẽs ꝑfecto inſpicere ſimul medicũ decet,quò.ſ.intelligat,quo nã primũ,ac magis,quonã minus, & ſecũdo,quo nam adhuc,& tertio,atq; deinceps,quo poſt quod præſidio,ſit utendum.

De ſanguinis mittendi ratione in propoſita febre. CAP. 14.

Quippe,ſi vires eius,qui ex putredine humorũ (vt poſitũ eſt) febricitat,valentes ſint,mittendus ſtatim ſanguis eſt,ſi cruditas vẽtris nõ ſit,ſtatim morbo incipiẽte. Sin vires infirmæ ſint, aut ætas diſſuadeat, incidẽda uena non eſt. Porro dictum ſupra eſt eiuſmodi febrẽ in virtutẽ imcillã non incidere:quippe ſynochos bene habiti corporis,ac calentis ætatis, ꝓpria eſt. At,ſi ĩ puerũ incidat,q quartũdecimũ annum hactenus non attigit,mitti illi ſanguis nõ debebit, ꝓpterea,q tantillis,cũ pſertim calidi,ac humidi ſint,plurimũ corporis ſubæ quotidie defluat,ac digerat. Ita q ex incidẽda uena moliẽdũ nobis fuerat,id vltro nobis ex curati corporis natura pſtatur. Quod ſi corpus quartũdecimũ annũ exceſſerit,æſtimãdum eſt,qualis nam eius* natura ſit,num gracilis,& ſpiſſa,& dura,& copioſi ſanguinis,an cõtraria:atq; ita in priori miſſionẽ ſanguinis adhibebis: in ſecunda nequaquam. Quinetiam* modus vacuandi ſanguinis ex ijſdem* indicationibus ſumetur. Si enim cui ſanguis mittitur, triginta annos natus ſit, ſed laxus, & mollis,pinguis, & albus, ac gracilibus uenis, huic aut planè ſanguinem non mittes in tempore ætatis, & regione æſtuoſa, & cæli ſtatu calido, ac ſicco: parũ detrahes in reliquis tum anni temporibus, tũ regione,tũ cæli ſtatu. Etenim,ſi neq; obſtructio ſubeſſet,nec putredo,ſed ſola ſuccorũ redũdãtia, ꝓtinus a miſſione ſanguinis, ꝓ naturæ ſuæ rõne ſe haberet. Itaq; tm̃ ſuccorũ ĩ oĩ tũ corporis tẽperamẽto,tũ regione,tũ anni tẽpore,tũ ſtatu cœli detrahi par erat, quãtũ ſupra naturalẽ ſtatũ fuerat inauctum. Verum,qm̃ nec obſtructio,nec putredo curari ꝑ ſãguinis miſſionẽ põt,vt q̃ alia remedia (ceu prius mõſtratũ) deſiderẽt,repoſni ſãguinis aliq d ad curationis ſpariũ debebit,quominus tẽpeſtiue nutrire neceſſitate ulla cogamur. Quãtũ nãq; ad eiuſmodi ꝓtinet febrẽ, ꝓfus nutriẽdũ non eſt:ſiq dẽ oſtenſum prius eſt,ſolũ virtutis reſpectum eſſe, qui de nutrimẽto indicanẽ p eat. At uero,quãtũ ad id,q inanitũ corpus eſt,nutrire oportet. Ita neceſſum eſt duorũ alterũ,aut febrẽ,ſi nutris,augere:aut vires,ſi nõ nutris,deuicere. Satius itaq; fuerit (vt dictũ eſt) aliq d ſanguinis, qđ propriũ partibus aĩalis nutrimẽtũ ſit,relinquas:ac ipſe pauciſſimas ſorbitiones potionesq; exhibere ſis contentus:quibus vtique,ceu medicamentis potius, quã nutrimentis, egemus. Nam id quoque ſupra (quo minus multa de ijdem adhuc loquamur) eſt oſtenſum.

Aduerſus methodicos,qui omiſſa uenæ ſectione,præcordia cataplaſmatis,& perfuſionibus relaxabant. CAP. 15.

† Al. σχέσις. i. habitudo. male Baſ. codex hẽt quoq.

† Al. ἀμεθόδου θεραπείας.

IAmo de cataplaſmatis,ac p̃cordijs profundẽdis eſt loquẽdum. Quippe pleraq; medicorũ turba vnum quiddã hoc quoq; ex † methodicorum iſtorũ curandi ſanctionibus ſtatuit. Oẽsq;, ſicuti poſt tertium diem nutriunt,ita ẽt oleo prius perfundunt. Inde vno die interpoſito rurſum nutriunt,cataplaſma prius imponentes: quod ſi cui aluus adſtricta,etiam hanc clyſtere ducẽtes. Itaque his ſaltem authoribus ordinandi victus artem,una hora quis didicerit. Verum non ita ſe vera res habet:ſed.cum ars ipſa tota ſit magna, non leuiſſima eius eſt pars eſt ſcientia ordinãdi victus. Quæ vtique ex his maxime remedijs conſtituitur, cibo, potione, perfuſione,cataplaſmatis,& clyſteribus. Quippe ijdem medici,cum ſanguinis miſſionem in principio etiam ſolam adhibuerint,reliquã omnem ægri curationem victui mandant. Itaque (ut dixi) vnius horæ eſt victus eorum diſciplina:qđ ſi,qui diſcit,ingenio ualeat,ne huius quidem integræ, ſed minimæ eius partis,in qua.ſ.quæ nunc dicã,audiſſe licuerit. Qui febricitant,ſi valentes viribus ſint,omnibus ſangui-

A sanguinem ab initio mittes. perfusosq; oleo post tertiæ accessionē, vel mulsa cum alica nutries vel sorbitione. Deinceps verò alternis cibabis diebus, sed cataplasma ex artomelite prius imponens. Sicubi verò aluus adstricta fuerit, clystere hanc duces. Atq; illorū quidē vniuersā ordinādi victus artē, in his verbis iā audisti, non utiq; in sex mēsibus, sed sex versiculis. Verā aūt diæteticē. i. victus ordinandi artē, nunc audies. Calfacere præcordia cataplasmatis, aut perfusionibus nō est perpetuo tutū, sed in ijs tm̄ ęgris, quibus in toto corpore nullū *errat superfluū; cæteris oībus extrema est pernicies. Nā, siue redundantia vtravis sit, vel quæ ad vires, vel quæ ad vasorū continentiā cōparatur: siue ēt in vna parte pluribusve vitiosa excrementa sint, oīa ad partē excalfactā trahuntur. Quoties. n. vidisti p̄cordia, cū planè phlegmone carerent, intra quatuor dies, q̄ ea gregales isti medici perfundere cæpissent, phlegmonē cōtraxisse, cū ego ēt id ipsum tibi prædixissem, iussissemque, diligenter ad phlegmonē futurā attentus esses? In quib⁹ id maxime intellexisti, quā tum malū sit, vsui, qui alienus à ratione sit, insuescere. Quippe hi, cū ex ijs, q̄ ipsimet faciūt, phlegmonas semper excitent, id non animaduertunt, sed ijsdē semper errorib⁹ implicantur: veluti Hippocrates ijs accidere dixit, q hinc, & inde ossiū fracturas cū vlcere deligabant. Et. n. illi, cū phleg

B monas in vlcere crearēt, nō tm̄ destiterunt: rati id adeo non ex deligatura, sed alio quopiam errore incidisse. Et qūo, quæso, ad aliā curationis rōnem se transtulissent, qui vsum sine rōne ꝓfitebāt ex ij sq̄ tum ipsi sem ꝓ facere essent assueti, tum præceptores suos ante se facere contēplati? siquidem huius generis homines ne tētandum quidem censent, ut ex indicatione quicquam sumant: sed sola experientia sunt cōtenti. At Hippocrates ab ipsa rei natura idoneum curationis modum inuenit. Quo postea in vsum veniente cognitum est, quantus esset in priori error. Quin siquis in ciusmodi affectibus, cataplasmatis & perfusione ex oleo relictis, velit ad curationem, quam ratio docet, accedere, ipse, quantopere oberrent, qui plethorica, & quæ parum pura sunt corpora, sic curant, haud magno negocio experientia ipsa indicabit. Sanè accidit, ut in eiusmodi morbis diuites potius, q̄ pauperes perperā curentur. In his enim propter ipsorum delicias duplex peccatum non raro cōmittitur, & ꝙ sanguis non mittitur: & ꝙ à medicis impensior scilicet adhibetur diligentia, ut quotidie aliquid circa ægrotātis corpus fiat. Ac inter initia quidem sanguinis missionem maior eorum pars propter mollitiem non admittit, tametsi magis, quàm pauperes, redundantiæ sanguinis affectibus sunt obiecti, vt qui magis, tum cibis se impleant, tum in ocio viuant: Medici, verò, qui eos curant, ubi summum remedium est omissum, aliorum vsu sarturos se, quod

C deficit, putāt. Huc accedit, ꝙ ipsi quoq; ægri, †si quis victu cōtra morbū minore cum negocio instet, } negligentiā rati: siquis rursum quiduis agat, diligentiam: cogūt eos p̄cordiis aliquid quotidie admouere, sed nec inuitis profectò ipsis medicis: ut q facere sēper aliquid videri velint, ꝙ sic se maiorem mercedem accepturos sperāt. Itaq; accidit, ut illo ipso tempore phlegmone diuitibus incipiāt, quo iā pauperibus morbus propemodum perductus est ad finem. Quippe misso in propositis febribus inter initia sanguine, non pauperibus mō, uerum ēt diuitum seruis, plurimis quidem quinto, aliquibus septimo, crisis contigit, nemini serius. At diuites, qui & sanguinis copiam, & excrementorum plus, q̄ pauperes, & serui habent, cum sanguinis mittendi prætermisere remedium, ac quotidie, tum calido oleo perfundantur, tum laxantibus cataplasmatis utantur, phlegmonem nimirum aliquā vel in iecinore, vel ventriculo, uel reliquorum istic viscerum aliquo contrahunt, alij in quarto, alij in quinto, oēs planè in sexto. Nec oblitus, arbitror, es eius, q dum perfunderetur, difficultate spirandi laborauit, omni superuacuo † ad præcordia } caloris uitracto. Ergo non hic modo periit, sed alij quoq; infiniti quotidie pereunt, cataplasmate ipso cucurbitulæ ritu corporis superuacua in viscera trahente. Non defuerunt profectò, & qui cucurbitula quoq; ipsa sunt vsi, eo tantum consilio, ut circa ægrotantem aliquid semper moliri viderentur. Saluberrimum igitur (ut prædiximus) est in febribus venam incidere, non continentibus modo, verum etiam alijs omnibus, quas putrescēs humor concitat, ubi pręsertim nec ætas, nec vires prohibent. Leuata nanque, quæ corpus nostrū regit, natura, exoneratāq; eo, quo, velut sarcina, premitur, haud ægre, quod reliquum est, uincet. Itaque proprij muneris haud oblita, & coquet, quod concoqui est habile: & excernet, quod potest excerni. Eorum. n. quæ in medio sunt corpore, (ut isti vocant) prouidentia, ubi detractus sanguis non est, maximum planè est malum: ubi detractus est, non maximum. Quanquam sic quoq; noxia esse in synochis febribus potest: quippe deusta immodico calore viscera ēt amplius deuruntur, ac torrētur. Ergo eiusmodi prouidētiam illi duntaxat requirent, quibus in vna particula putredo consistit: si tm̄ hi quoq; sanguinem prius miserint. Prouidebitur autem his, non sicut triuiales isti medici prouident, qui statim inter initia relaxant, sed in plurimis prorsus cōtra. Relaxātia nanq; remedia, sicuti quod in membris continetur, euocant: ita, si in principio sint admota, ꝓ eo plus attrahunt. Cum enim adhuc ad affectū locū fertur fluxio, reprimere remittereq; hanc expedit, non ad ipsum attrahere. Quæ verò Apocrūstica. i. reprimētia dicūtur, quę adstringendi certe vim obtinēt, in principijs idonea sunt dupli

D ci ratione, & ꝙ robur affectis particulis inferunt, unde minus prōpte affluxum excrementorum in se recipiant: & ꝙ eorum, quæ in ijs iā contenta sunt, tenuissimum extrorsum exprimāt. Quòd si tum

* Al. καταλειπεται. i. relinquitur.

3. de Fract. t. 8. 7. 243. b

† τὴν ἐφ' ἵππου χίας δίαιταν.

† ἐπὶ τὰς φρένας i. ad septū trās uersum.

situm fluxio humorum per ea remedia, compescitur; tum dẽsitas, quæ adstringẽdo in affecta par- E
ticula relicta est, crassiora detinet: iã tempestiua relaxatio est, quò ea, quæ retenta sunt vacues. Prę
cipue aũt adstringẽtibus est vtendũ, vbi in iecur, aut ventriculũ superuacuũ ꝓfluit: quando &
è primoribus admodũ hæ partes sunt: & munus suũ obeãt vel in ipsis morbis, est necessum. Por-
rò est non exiguũ eorum munus, qualeq; reliquarum partium, quibus illud modo negociũ est,
ut id, quo nutriantur, conficiant, verũ quod tantopere animalis interfit, vt, si neq; in vẽtriculo ꝓ
be alimentum fuerit cõcoctũ, nec in sanguinẽ in iecinore mutatum, vtiq;, qđ in fame nobis acci
dit, vt cibi penuria degere in abstinentia cogamur, idem tũ oĩbus aĩalis partibus accidat: non. n.
ex ijs, quæ deuorarit quis, sed ex ijs, quæ in iam dictis visceribus confecerit, alimentum toti corpo
ri suppeditatur. Atq; ob hæc nimirum impẽsius, quã cætera membra, vẽtriculus, & iecur adstrin
gentia desiderant. Ergo, cum ea, quæ iam infixa sunt, euocandi tempus est, tum quoque modice
adstringi postulant: quod. n. adstrictionis in principio largius ijs, q̃ cæteris partibus, adhibetur, id
seruandum assidue est, nimirum manente, qui id indicet, vsu: vsus verò est (ut paulo ante testati su
mus) nutrimenti cõfectiõ. Si igitur per imbecillitatem parum recte concoxerint, non mõ assum-
pti cibi nulla est utilitas, sed ẽt ventriculo non raro ex eius corruptela lacessito, expellitur quoq;
aliquid prioris. Ita fit, vt duplex iam noxa toti corpori accedat, cum nec ex cibo sumpto nutria- F
tur, & aliquid †ex eo, quod sibi reposuerat, amittat. Huc accedit, & ꝙ ciborum concoctio, siue ea
in iecinore, siue in ventriculo fit improspera, febres intendit, ac succi vitio exacerbat. Quo magis
in omni febre, ciborũ concoctioni ꝓspicere magnopere oportet: atq; eius rei causa roboris quo
que instrumentorũ, quibus perficitur non leuis habenda est cura. Sanè aliqui sunt (vt Hippocra-
tes ait) qui ex eo, quod ignorãt, non parum lucri faciunt. Arbitrantur. n. iecinoris se phlegmonẽ
relaxantibus præsidijs curare, ex eo scilicet famã sibi comparantes, ꝙ in agnitione falluntur: siqui
dem videntur nonnunquam* lineamenta musculi, qui à costis thoracis ad præcordia peruenit,
† περιγραφὴν. i. circumscriptio. persimilia iecinori. Mirum autem minimè arbitror, eos, qui nec aliud quicq; ã in arte probe di-
dicerunt, nec in agnoscendis affectis partibus se exercuerunt, sic laudem aliquando consequi.

τῆς οἰκείας παρασκευῆς

3. de artic. t. 47 7. 273. c.

Qua ratione Cataplasmata parare oporteat, quæ uentriculo, iecinori, lieni, & reliquis inferioris uentris partibus conducant. CAP. 16.

VErum istos mittamus. Nos, vel si minima suspicio sit iecur vẽtriculumve laborare, absinthiũ
protinus oleo incoquemus, ac eas particulas ꝓfundemus. Cũ aũt duplex in omni absinthio
facultas, & qualitas sit, veluti in libris De medicamẽtis est traditum, vtiq; in pontico adstringẽdi
facultas nõ parua est: in reliqs omnibus amara qdem qualitas est vehemẽtissima, adstrictio ve- G
rò (quam saltẽ gustu agnoscas) aut planè obscura, aut ꝓrsus nulla sentitur. Proinde ponticum ad
iecinoris, & ventris phlegmonas eligi præstat. Porrò id est tũ folio, tum flore longe, q̃ cætera ab-
sinthia, minore: odor quoq; huic nõ mõ non insuauis, verum ẽt aromatum quid præferens, reli-
quis aũt oĩbus est fœdus: quare hæc fugere conueniet, uti aũt semper pontico. Etiam reliquorum
medicamẽtorum, in q̃bus mista cum amaritudine adstringẽdi uis est, aliq̃d in oleum conijcere,
atq; ad eundem modum uti licet. Ostẽdimus nanq; opere, qđ De medicamẽtis inscribitur, ama-
ram qualitatem præire, ac uiam adstringenti facere. Quò fit, ut medicamẽtum id genus, oĩbus,
quæ tm̃ adstringant, sit præstantius. Ac, siquidem, intendere adstrictionem studes, ẽt oleũ ipsum
adstringendi uim habeat, cuiusmodi est, & qđ Hispanũ uocant: & qnæcunq; cũ frondibus oleæ
præparare solẽt: vel quale est crudum, quod græci omphacinon uocãt. Sin leuiore uti adstrictio-
*βαλλῶν, libro sequẽti vertit, germina. ne placet, aliud olei genus præparabis, præcipue, quod tenuium sit partium: qđ genus Sabinum
est. Optimum tm̃, ubi adstringere uehementius est opus, Histricum oleum est, ut qđ ambas in se
uirtutes habeat, & amaram, & q̃ adstringat. In penuria uerò absinthij inter initia uel melinũ, uel
mastichinũ, uel lẽtiscinum satisfecerit, qđ si exigua febris sit, ẽt unguentũ, qđ ex nardo cõponit.
Esto aũt optimum id quoq; neq; enim parum interest inter id, & qđ uitiosum est: cum id, quod H
Neapoli in Italia cõficiunt, nomine tm̃ nardinum vnguentum sit, si cum eo, quod in Asia fit, cõfe
ratur. Id antea Laodiceæ tm̃ componebatur: nunc ẽt in multis fit oppidis. Quòd si inclinatio fe-
bris, in qua ista moliris, non admodum sit facilis, abstinebis à nardino: uteris aũt hoc tpe rectius
melino: aut, si id non est, lentiscino, ab hoc uerò, mastichino. Omnibus namq; his nardinum un-
guentum valentius excalfacit: quare, si reliquorum copia non est, rosaceum illi admiscebis. Sanè
myrtini adstrictio idonea non est, cum crassiorum sit partium, q̃ ut alte descẽdere possit. Atque
hæc quidẽ exempli gratia protulimus: nam magnam eorum copiam deligere ex medicamento-
rũ libris licet. Ad eundem uerò modum, & cataplasma compositam uim habeat ex ea, quæ te-
nuium sit partium, ac relaxet, tum uerò ex amara, & adstringente. Superet autem in ijs, ubi. s. tũ
reprimere, " tum robur addere studemus, quod adstringat: ubi tenuare, ac detergere, amarũ: ubi A. l. 2. f. 1
euocare, quæ ex relaxantibus tenuium maxime sint partium: siquidẽ, quę crassæ substantiæ sunt, c. 4. t. 95. b
ea pus mouentibus monstrauimus esse accõmoda. Cum aũt definitũ in opere De medicamẽtis
sit, & q̃ uel solã obtineant adstringendi qualitatẽ, uel amaritudinẽ, & q̃ ambas possideãt qualita-
tes, maxime deligenda sunt, quæ ambas habẽt: ubi ea non adsunt, ipse amara ijs, quæ adstringant,

miscebis

A miſcebis ita nimirum, vti nos in iecinoris phlegmone, ex copijs præſentibus cõponere cataplaſma vidiſti. Erat. n. is, qui ægrotabat, medicus: quẽ iã lucernis accenſis inuiſimus: quo tpe ab ijs, q talia uenditant, nihil emi potuit. Ergo, cũ inclinatã notabiliter febrẽ inueniſſem, vtendũ occaſione q̃ primũ cẽſui. eo certe magis, qp ſuſpectã horã, quæ gallicinio futura erat, alterius acceſſionis initũ allaturã verebamur: Incoxi in oleo quidẽ abſinthiũ: in aqua verò malũ cotoneũ. Dum aũt hæc coquebãtur, myrobalani pieſma, & ireos radicẽ, q̃ intus inuenerã, cõtudi cribrauique, dein olei, & quæ parauerã, portionẽ in lebetẽ immiſſi: ac vbi modice coxerã, myrobalanũ & irim vnà cum exigua cera inieci. Coquimus aũt cotoneũ non in aqua modo, verũ ẽt perſępe in auſtero vino: ac oĩbus eiuſmodi cataplaſmatis de ipſa quoq, cotonei carne interdũ admiſcemus. Quippe, vbi & quod confluit, copioſum eſt, & particula ipſa infirmior, adſtringentẽ vim (ſicut ſcis) inaugemus: vbi verò tum torpus totũ purũ eſt, nec mẽbrũ ipſum imbecillũ, nec vltra quid confluit, ibi in ijs, q̃ miſcentur, materijs minimũ quidẽ ſit, qđ adſtringat: copioſius verò nõ ſolũ, qđ relaxet, ſed ẽt & qđ amarum eſt, & quod acre. Quòd ſi exigua febris ſit, ac phlegmone non adeo calens, tum æger ipſe inediam tolerare valeat, hoc caſu digeſtoriam quidem curandi ſpeciem intendes, adſtringẽtem autem remittes. Neque. n. amplius ipſi ſaltem phlegmonę conducere poſſunt, quæ
B adſtringunt, ubi nec affluit quicquã, & craſſus humor affecto loco tenaciter eſt infixus, (ſed (ſicut prædictum eſt) trahẽdæ potius curationis: ac, quæ adſtringant, miſcendi conſiliũ probamus, quo robur membrorum tueamur. Vnde ne colo laborãte, nec reliquorum inteſtinorum quouis, nec muſculis, qui in præcordijs habẽtur, aut ipſo peritonæo, miſcenda adſtringentia ſunt: ſed nec, cũ veſica male habet, vterusve, modo (ſut dictum eſt) nihil vltra ad locum fluat, nec ſanguinis redundantia, nec excremẽtorũ copia in toto ſint corpore. Porrò renes & pectus in media prædictorũ conditione ſunt; quantam, ſ. à ventriculi iecinoris q̃ ſolicitudine abſunt, tantũ reliquorum ſupergreſſa: ſiquidem in ventriculo ac iecinore exolui robur eſt perniciosiſſimum, illis minime eſt periculoſum. In his verò eſt quidem periculoſum, non tã perinde, ut in illis: niſi ſi pus educere ex pectore, aut pulmone, aliqñ ſit opus. De liene pronunciare abſolute non eſt, nec niſi prius definitum corporis totius natura, tum verò affectu, qui curationis tpe occupauit. Nam, ſi uel æger ex ijs ſit, qui †atræ bilis, excrementum naturaliter congerant, uel etiam eo tpe ſuccus is in eo abun- † *melancholi-*
det, neceſſe eſt in liene curando adſtringentia reliquis admiſceas, viſceris robur cuſtodias. Ita *cum.*
enim & excrementa ad ſe trahet: &, cum corpus expurgarit, ipſe rurſus per uentriculum excer-
C net: ueluti in naturalibus commentarijs de his eſt proditum. Sin nullum oĩno ſit †atræ bilis } ex- † *melancholi-*
crementum, aut oĩno adſtringendum non eſt, aut parciſſime. Obſeruandum verò diligenter eſt, *cum.*
non in liene modo, verum ẽt in oĩbus partibus, in quibus humor putreſcit, quod ſymptoma maxime ſit vehemens, quod ſecundo loco, aut tertio: quò videlicet, affectu ex ipſis planè inuento, idoneam ei curationem adhibeas. Alias nanq; in membro affecto calor ſuperat: alias tumor, qui vel propter abundantiam humoris, vel propter craſſitudinem ſit durus. Si igitur calor præponderat, id agendum, vt ſenſim per ea, quæ tepentem calorem obtinent, digeratur: quod genus eſt, tum lini ſemen, tum chamæmelum: quibus adijci uel hordei vel fabarum farina debet, quippe quorum neutrum excalfacit: Sępe aũt (uti non ignoras) quod medici artomeli vocant, pro cataplaſmate eiuſmodi phlegmones præparamus, atq; aquę aliquid miſcemus: ad lienem verò etiam aceti aliqñ aliquid. Si verò laborantis phlegmone partis calor non multum à natura exceſſerit, ſed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud timide ſine aqua debebis, etiam fœnigræci aliquid ſupradictis immiſcens. Si verò, veluti ſcirrhoſa phlegmone, ſi pp humorum, quos cõtinet, uel craſſitudinem, vel lentorem, tum aceti aliquid, tum amara medicamenta ſimul immiſcenda
D curabis: potiſſimum in liene. Etenim viſcus hoc propterea, qp ab iecinore craſſum humorem trahit, eiuſmodi humoris occaſione plerunq; laborat. Quo magis cataplaſma, quæ ex oxymelite, & abſinthio & cappari fiunt, illi ſunt idonea. Hæc igitur cum medicorum vulgus ignoret, oẽs oleo perfundunt: & cataplaſmatis relaxantibus curãt prius, q̃ corpus vacuetur, oĩumque maxime diuites: quibus non ſolum in talibus obſequuntur, ſed ẽt eos lauari in balneo permittunt. Ego verò nec eorum, qui ex putredine humorum febricitent, lauem quenquam: nec relaxantibus cataplaſmatis prius, quàm ſuperuacua purgarim, utar. His vacuatis non ſolum audacter lauem, ſed etiam cataplaſmatis utar, in alijs quidem membris, ijs, quæ relaxent: in iecinore verò ac ventriculo, additis etiam, quæ mediocriter adſtringant.

Quæ cataplaſmata cordi, & pulmoni, & omnino pectori conueniant. CAP. 17.

PArcius verò ad pectus, q̃ ad ea, eſt adſtringentibus utendũ: qñ talia humores, q phlegmonem excitant, in pulmones & cor nonnunq̃ reprimunt. At cibis potius horum firmitudini eſt cõſulendum: neq; n. ſicut in iecinore & ventriculo, ita hic quoq; tenuiſſimo uictu eſt utendum: In illis nanq; alimentum concoquit, metusq; eſt, ne ipſis phlegmone laborantibus nec nutrimentum rite concoquatur, & phlegmone augeatur: in pectus verò tm alimenti iã concocti peruenit quantũ uni ipſi particulæ nutriendæ ſatisfacit. Ac longe quidem magis in pulmonis phlegmone abſtinendũ ab adſtringentibus eſt: qñ in eo ipſis quoq; relaxantibus admiſcendũ aliquid acrium

quo dammodo & euidenter calfacientiũ eſt: quippe foras trahere potius, q̃ reprimere, in eo debe E
mus, Itaq; ẽt cucurbitula vtiliter ijs, qui ſic laborant, ſi prius ſint vacuati, applicabitur: ſi verò abũ
dantia ſuccorum (quam uocant Plethoram) in his ſit, nõ magis ex pulmone in pectus aliquid ex-
crementi transferet, quàm ex toto corpore attrahet in vtrunque.

Cataplaſmata laboranti cerebro & capitis partibus accommodata, CAP. 18.

EAdem rõne nec in cerebri, & eius membranarum phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio
vtemur, verũ ubi nec influit adhuc quicq̃, & totum corpus prius eſt vacuatum. At reprimen
tibus in his quoq; inter initia vtendũ. Sed, cũ oſſibus cranij mediũ occupãtibus in altũ deſcende-
re reprimentiũ vim cupimus, eorũ, q̃ præire ac deducere ea poſſunt, aliq̃d reprimẽtibus admiſce
bimus: ea ſunt, quorũ ſubſtantia ex tenuibus partib⁹ conſtat. Sanè acetũ non modo tenuiũ partiũ
eſt, ſed ẽt non mediocrẽ reprimendi vim obtinet. Quo ꝓfecto rõnabilius in principijs affectuũ
ipſo vtunt̃, roſaceo admiſcentes. Procedente verò tꝑe ẽt ſpondylij & ſerpilli (quibus iã nõ modo
partiũ tenuitas, ſed ẽt calor ineſt) aliquid admiſcent: quo. ſ. tꝑe tranſire ad ea, q̃ concoquant ac di-
gerant, cõuenit: atq; hæc vtraq; valentiora, quã poſtulet ipſa pars phlegmone affecta, deligere,
ceu uiribus eorum per ea, q̃ interſunt, oſſa remittẽdis. Sanè ad eũ modũ & caſtoreo vtimur, cũ tñ
eo in alijs phlegmonis minime vtimur, q̃uis ẽt in ſumma inclinatione ſint: eſt.n. calidius id, q̃ vt F
phlegmonis ſit idoneũ. At verò locis circa cerebrũ, phlegmonis ipſis iã inclinantibus, eſt vtiliſſi-
mũ, qm̃ nõ continuo his, ſed oſſibus interuenientibus occurrat. Ineſt añt eiuſmodi pharmaco &
partiũ tenuitas, qd̃ ipſum ijs, quorũ per denſum obicem trãſmitti vim oportet, eſt accõmodum.

Quæ partes per quas vias, & per quæ remedia vacuentur. CAP. 19.

ILlud te profectò non fugit, nos ſingularũ particularum meatus, qui ijs ad ſuperuacuorũ emiſ
ſionẽ ſunt proprij, fluxiles reddere, Inteſtino, ventriculo, & meſenterio, & concauis iecinoris
inteſtinum rectum: Renibus, veſicæ, iecinoris gibbis, venæ cauæ, & arteriæ magnæ, & oĩbus q̃ in
lumbis habentur, eum, qui vrinis eſt delegatus. Pulmonibus & pectori, ipſam aſperam arteriam
& fauces: Cerebro & eius inuolucris eum, qui per palatum & nares deſcendit. Parĩ fluxibilitas
ijs quidem, quæ per ſedem excerni habent, mulſa, & cibis ijs, qui ventrẽ molliunt, & pharmacis,
quæ modice proritare poſſunt: quæ.n. acriora ſunt, uitare oportet, qm̃ phlegmonas exacerbent,
Ad ventriculum verò iecur, & lienẽ, ſi q̃n phlegmone ſunt vexata, nec mulſa ipſa eſt vtilis, qm̃ il-
lico in bilẽ tranſeat, ac viſcerum phlegmonas augeat. Excrementa verò, vt cum vrinis excernan-
tur, ijs medicamentis, quæ vrinas mouent, (Diuretica Græci vocant) promouebis. Non ſecus, q̃ G
in pectore & pulmone continentur, tuſſi (per ea ſcilicet, quæ hanc moueant) vacuabis. Porrò in
opere de medicamentis cuiuſque materiam didiciſti, non eorum modo, quæ iam comprehenſa
ſunt, ſed etiam, quæ cerebri, membranarumq; eius ſuperflua per nares emittunt.

Quo tempore, & qua ratione cataplaſmata relaxantia & balneum ægrotos iuuent. CAP 20.

ETenim horum quoq; omnium vberem materiæ ſupellectilem in illis commentarijs habes,
Quare abunde ſunt ad rem præſentem, quæ hactenus de phlegmone laborantium partium
dr̃a diſputauimus. Dicturus.n. plura de ijs ſum in ea methodo, quæ omnium tumorum, qui præ
ter naturam ſunt, curationem comprehendet, neq;.n. in præſentia dedita opera & ſtudio hunc
ſermonem ſum ingreſſus, ſed præter penſum in eum, ſequela quadã rerum inuitante, diuerti. Si-
quidem propoſitum nobis in hoc libro non fuit, ut te partis cuiuſq; phlegmone obſeſſæ optimã
curationem docerem: immo vt noxã eorum oſtenderẽ, quibus cataplaſmata in febribus non ua
cuato prius toto corpore imponũtur: potiſſimum vbi intra corpus aliquid phlegmone infeſtat:
quippe, ſi ambiens ita calet, ut materias ualẽter liquet, maior noxa eiuſmodi cataplaſmatis ſucce-
dit, q̃ lotioni in balneo. Quanquam autumant, qui quotidie præcordia perfundunt, & cataplaſ-
matis inducunt, non modo nullam ex iis noxam, ſed etiam magnam utilitatem ægris cõparari:
contra ex lauando non modo nullam vtilitatem, ſed etiã maximum incõmodum, ſcilicet igno- H
rãtes, ſicut reliquorum oĩum, quæ circa ægrum adminiſtrant, ita & balneorum naturam. Ego ve
rò de vniuerſa eorum vi in ſuperioribus diſputaui pleniſſime. Nanc rm̃ dixiſſe eſt ſatis, quibuſdã
prorſus nihil nociturum balneum: quibuſdam minus, q̃ cataplaſmata. Quod.n. in præcordijs re-
laxantia (quæ iſti vocant) præſidia faciunt, id balneum in toto efficit corpore. Eoque, cum in re-
miſſione febris adhibetur, corpore iam mediocriter tranſpirante, non exiguum affert commo-
dum, oĩa ex eo tum fuliginoſa excrementa, tum fumida educens. Et, ſiquidẽ nullius viſceris im-
becillitas ſubſit, proficiet ægrotanti: ſi tñ horror inter exhibendum non incidit. Tribus.n. his in
balneo, quod in quacunq; febri adhibebis, intentus ſis oportet: uni, ꝓ citra horrorem ſit admini-
ſtratum: ſecundo, ꝓ nullum primæ notæ viſcus ſit imbecillum: tertio, ꝓ multitudo crudorum hu
morum in primis venis non contineatur. Horror nanq; (ut prius dictum eſt) non ſolum intende
re iam præſentem febrem poteſt, ſed etiam, cum non fuit, eam interim excitare: partes uerò im-
becillæ liquatos iam humores magis recipiũt, q̃ ante, quàm liquarentur: crudorum uerò humo-
rum copia in totum corpus digeritur. Horum ſi nihil obſtet, ex balneis duo hæc ægro cõpendia
accedant, & ꝓ redundantiæ humorũ aliquid vacuabit: & ꝓ multum febrilis caloris tranſpirabit.

Quòd

A Quòd,si præter q̃ ꝙ nulla princeps pars imbecilla sit, ẽt inferioris notæ partium aliqua sit inualida,veluti podagricis pedes,& ijs, qui articulari vitio laborant(Arthriticos Græci uocant) uniuersi corporis articuli,maxima salutis pars ægro ex balneo, cõparabit, ipsis ifirmis partibus,q̃ suꝑuacua sunt excipientibus. Assolent.n.nonnunq̃ & citra balneũ superuacanea in partes infirmas confluere:à balneo verò magis,vtpote tum succis ipsis per id liquatis,tũ vijs,ꝑ quas meent, patefactis:ambo.n.hæc ex moderato calore ꝓueniãt, necesse est,ut tum humores liquent, tum viæ dilatẽtur. Proinde fit,vt,cũ iecur,vẽtriculus,pulmones, pectus, vel principũ id genus partiũ aliqđ imbecillũ sit,maxime lædant quicunq; se lauerint,si illis superuacua in corpore sint:ijdẽq; ipsi cataplasmate vsi,duplex incõmodũ sentiãt,nullo cõmodo. Quippe balneũ tũ corpus totũ vacuat,tũ,qđ fumidũ est ac fuliginosum,digerit:relaxãtia cataplasmata,ac similis facultatis ꝓfusiones,ut nihil horũ bonorũ afferunt,sic superuacuum oẽ ad imbecillius,quodcunq; id circa mediũ corpus sit,contrahunt,siue iecur id,siue ventriculus,siue septũ transuersum,siue mesenterion,siue ieiunũ,siue colon,renesve sit. Quòd si diligentiã ostentare volentes, ẽt pectus vnà excalfaciant, uel in ipsum,vel ẽt in cor,uel in pulmonẽ, superflua rapient. Voco imbecillã partẽ, vel q̃ natura
B est intemperatior(alij nanq; alia sic se hñt) vel q̃ ex præcedente aliquo morbo intẽperiẽ contraxit:vel quæ in præsenti tꝑe in hanc sit perducta. Non.n.partiũ oĩum, q̃ aut phlegmone laborãt, aut putrescentes humores,aut obstructiones continent, virtus statim infirma est: prõptius tñ in ijs quoq; superuacuũ,qualecunq; id sit,in ægram partẽ ꝑ ꝑ calorẽ,quẽ affectus excitat,fertur:qꝑ pe particula,q̃ obstructio,aut putredo,aut phlegmone obsedit,febris ipsi' veluti focus est. Ergo, cum huic propter calorem sua sponte trahenti, alia quæpiã occasio extrinsecus ex ijs, quæ potestate excalfaciant,accessit,necesse est affectũ intendi. At verò,siquis,uti prædictum est,toto corpore prius vacuato,relaxantibus curet,ubi scilicet maxima febris non adest,utiq; prodesse aliqñ poterit. Tum verò,ceu dictum ẽt est,lauare citra noxã licet. Cauendũ tñ à frigido solio est:quãdo & crudi & putrescentes succi,{minus apti ad exhalandum}redduntur,siquis in co moretur. Sanè officit ijs etiam si aqua admodum sit frigida: qñ sic affectorum tum corpus,tum uel maxime affli cta particula, difflari euaporarique postulat. Quo fit,ut vel perfundere illos aqua idonea soleamus:uel,si moderate,q̃ in natatione est,frigeat, ingredi permissos celeriter exire iubere. In progressu tñ morbi,quo tempore & absumpta iam superuacua sunt,& tum cruda,tum putrescentia concocta,& cataplasmatis relaxantibus, & balneis sine periculo vtare.

* Al. δύσεπτοι. i. minus apti ad cõcoctionem.

C *Quo pacto ratio victus, æstimato initio ac febris vigore, statuenda sit.* CAP. 21.

POrrò aptissimum in febribus,quæ intermittũt,{& repetunt}tempus est, cum,vti dictum est, exhalare iam cœperit febrilis calor. Statim.n. corpus ad nutrimentum præparat, huius quoque opportuno tempore ex duplici coniecto respectu, nempe summo præcedentis accessionis vigore,& futuræ principio. Ad hæc nanq; spectantes operam dabimus,ut q̃ longissime ab vtroque nutriamus. Ergo,si spatium, quod inter summum prioris accessionis vigorem, & sequentis principium interuenit,satis sit amplum,facile est idoneum tempus inuenire: sin exiguum id fuerit,alterum facias,necesse est,ut aut ægrum admodum adhuc calentem nutrias, aut sequentis accessionis inuasione iam iam affutura. Quo magis præsagi medici eiusmodi febris indiget, qui primis statim diebus,quanto spatio duratura febris sit,coniiciat: quippe,si * continens fuerit, constat breui finiendam. Si itaq; ultra septimum progressiura non videbitur, prorsus continendus à cibo æger est: utique si virtutem non defecturam conijcimus. Sin ad nonum, aut vndecimum, aut quartumdecimum vsque progressiura uidetur, aut etiam in septimo finienda, cæterum æger vires infirmiores habere,quàm ut in tantum tempus sufficiat,necessum erit nutrire, ac deligere, sicut in re ancipiti conuenit,quod minus sit noxium,distinguendo id discernendoq; ab eo,quod magis sit nociturum, idque tum ex loco afflicto vnà cum affectu, tum accessionis & principii, &
D summi etiam uigoris*consuetudine. Siquidem, ubi vel iecur, vel ventriculum phlegmone prehendit,pernicioſissimum est ante accessionem cibare: ubi hæc abest, quibus infirma est virtus, vtiliſſimum. Assolent*enim eos,qui ita se habent,iecinore quidem afflicto alui deiectiones unà cum accessionibus inuadere:ore autem uentriculi vexato,syncope. In alijs verò animalis instrumentis,quod iam dictis portione respondeat, tum ex situs eorum ratione,tum dignitatis, æstimabis:ageturq; de ipsis postmodum: Ad summi vigoris,& accessionis principij morem sic considereres,censeo. In summo uigore notabis,an citra magnitudinẽ febrilis caloris siccus sit & squallens,an citra squallorem vrens. Priorem nanque humectante victu madefacere quàm primum oportet:in secundo,dum plurimum caloris se remittat, expectare. In principij verò accessionis more æstimabis,an corporis extrema perfrigeret, & magnam sanguinis reuocationem ad interiora corporis faciat:an omnino corpus non premat. Quippe secundum hoc,ceu facile mansuetumve,contemnes:in priore distinguas,oportet. Nam si absque viscerispblegmone,aut succorum redundantia,motus ad interiora in accessionibus pollet, nihil offendes paulo ante cibans: sin vel phlegmone, vel redundantia subsit, cauenda est ante accessionem cibatio, ceu res maxime noxia.

* συνεχὴς. i. cõtinua,elli cod. græcis. σύνοχος legit Linacer.

* ἤθει. i. more quẽadmodum inferius uertit.

* *Al. autem.*

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER DVODECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Symptomata, quæcunque insigniora sunt ad euertendas vires, ac cum febribus inuadunt, curare docet.

Quo pacto aduersus Symptomata pugnandum pro ratione noxæ, quam viribus inferunt. CAP. I.

NOn sunt, sicut nonnulli autumant, eæ, quæ cum symptomatis cõsistunt, febres, aut febriũ genus ullum, aut species, differentiave: sed veluti, tũ alius morbus alij morbo, tum symptoma symptomati, vno tẹ: eodem in corpore copulãt, sic F & cũ febre incidũt quædam grauiora symptomata, qbus ꝑspici maiore medẽtis solicitudine debet. Nam de leuioribus, quæ febrium generationi necessario succedunt, adeo omnino nõ meminerunt, vt ẽt, ceu ꝑrsus non sint, innominata ea reliquerint: at, quæ vel rarenter febricitantibus incidunt, vel cõem magnitudinem excedunt, seorsum ab alijs tradẽda censent. Sunt porrò eorum primæ differẽtię tres. Aut. n. in actionũ offensa cõsistũt: aut in retentorum vacuatorumve immodico excessu: aut corporum ipsorum affectu. Quartum. n. genus numerandũ inter symptomata nõ est, ẽt si inter symptomata q̃ maxime non pauci id posuere, sicut erysipelata, ophthalmias, vlcera, parotidas, reliquaq̃; id genus. Ex prædictis verò tribus actionum quidẽ offensæ si contristãt, solicitudinem medici ad se conuertunt, affectumq̃; deserere cogunt: idem faciunt & eorũ, quæ retinentur vel expelluntur, excessus. At genus symptomatum, quod in affectibus consistit, alterius quidem, quẽ curare oportet, affectus est signum: ipsum tñ nullam seorsum curationem exigit, vt pote cum affectu, vnde nascitur, vnà cessans. Vt. n. in summa dicã, nullum symptoma, quà symptoma est, nec curationis rõnem indicat, nec primũ immutat: Monstratum. n. est, ex morbis ipsis curationis indicationem p̃stari, ueluti ex causis ipsis ꝑuidentiæ. Dictum præterea est & qũo prouisio ipsa cum medẽdo simul sit mista. Ex G accidenti tñ symptoma quoque curandi rõnem aliquando mutant, causæ scilicet locum eo tẹ habentia. Eorum omnium, cum ueluti causæ, curationem immutant, unum "caput est: dico id vnum læsionem, siue ea ipsius uirtutis sit, siue affectionis: quando, si nihil ijs officiant, curationẽ non interpellant. Lædunt aũt uires uigiliæ, dolor, & immodica uacuatio. Affectui uerò eadem non utique semper, cæterum magna ex parte nocent ac potissimum cum fuerint immodica. Ob hæc igitur sola curandi rõne, q̃ ab initio institueramus, ad præsens mutata, symptoma submouere primum cogimur. Ergo, si resoluantur uires, non tñ vehementer sunt iam resolutæ, sed adhuc resistant, ad symptoma tñ sumus attenti, atque id q̃ primum submouere maturamus: sin iam resolutæ uehementer uires sunt, nõ modo symptoma sedare, sed ẽt illas firmare, ꝑperamus. Quòd si uno remedio tum symptoma leniri, tum morbus curari quæat, id vtiq; non fuerit symptoma respicere. aut symptomatis causa remedia sumere: sed oĩs eiusmodi auxiliorũ species planè morbi curatio est. Neque. n. cum lateris dolorem in pleuritide, misso sanguine, uel corpore purgato, sanamus: nec, cũ absessum distentum & cum dolore pulsantẽ diuidimus, ac pus dimittimus: eiusmodi curatio symptomatis est: sed cum, exẽpli gratia, in dysentericorum deiectionibus, ubi ue- H hemẽter rodũt, uel tragi succũ, vel" hircinũ seuũ, uel rosaceum ceratũ, ꝑ inferius indimus: quibus utiq; pẽsidijs ipsa exulceratio intestinorum nõ sanatur, maxime si putredinosum aliq̃d habeant: sed uires interim conquiescunt: atq; id est contra symptoma instãre, morbo ad id tempus neglecto. Quippe, ubi uitium roboris fiducia est, adeo nunq̃ contra symptomà pugnamus, ut contra ꝑrsus per ea nonnunq̃ præsidia, quæ dolorem afferunt, morbos ipsos curemus: veluti profectò dysenteriæ ipsi mordentibus maxime medicamẽtis tum potissimũ medemur, cũ utiq; est grauissima. Quippe medicus quidã quinquagenarius, cũ iam septimã noctem ægrotaret, nec uiribus ad modum valentibus esset, dolore illi capitis vehementi in dextro potissimum tẽpore oborto, non expectans, dũ amicorũ quispiã ad se ueniret, sibi ipsi nocte uenam incidit. Itaq; dolor illi protinus conquieuit, cæterũ longo tẹ, tum decolor, tum viribus imbecillis, tum exilis mansit: aliq; corpus eius desijt (Atrophian Græci vocant) sic, ut uix pristinum habitum receperit. Est porrò hic quoq; duplex medicorum contra dolorem instãtium ratio: altera, qua delicijs cubantium subscribunt: altera ex artis ratione. Quippe, si licet ægrũ doloribus obnitentem ualentibus remedijs vno die persanare, qui tota neglecta curatione dolori tantũ est intentus, non id ex artis ratione, sed in ęgrotantis gratiã facit. At si ex dolore uires resoluuntur, atque ex eo periculum impendet, & miti-

A. l. 3. f. 1. t. 2. c. 1. fol. 189. b

A. l. 3. f. 16. t. 2. c. 7. fo. 339. c

† Græcus codi. habet. ἢ τέαρ αἴγειον. caprinũ seuũ, sic ẽt vetus ĩterpres: & si verba prę cedentia male transferat: Nã Gal. 4. de simplic. med. c. 6. scribit. seuum hircinum acre multũ, & igneũ esse.

A & mitigari dolor,& roborari vires debebunt:quò & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſuffice re valeant.Equidem noui quoſdã,tum medicos,tũ ægros, qui,dũ animoſi videri volebant,ob id ipſum perierunt,q̃ fortiter ac viriliter contra dolorẽ ſemp̃ ſunt renixi, nec, qđ eũ leniret,quicq̃ ceperũt,ſed in aſperis,&(vt ipſi interpretabãtur)affectũ deſtruentib⁹ auxilijs perſeuerarũt.Quos ſanè ſpatio lõgiore curatos eſſe ſatius fuiſſet,q̃ breui viriliter mori, quidã aũt(ut ſibi eſt viſus)ge neroſe dyſentericos vehemẽtiſſimo medicamẽto curãs, multos vno ſanauit die, quoſdã verò iu gulauit.Erat nanq; eius medicandi rõ eiuſmodi. Cæpas id genus, qđ Græci Carton vocant,uno die,comedẽdas cũ pane dabat,tũ potũ parcũ:poſtridie mane muriã acerrimã per inferiora infun debat:ſcđm hanc ẽt pharmacũ validũ . His igitur tolerandis quicunq; ſufficere potuerunt ,prſus ſunt ſanati:aliqui verò conuulſione,†aut aĩæ ex dolore defectu}vnà cũ madore cutis oborto,in teriere.Eſto igitur terminus in ægrotantibus,quẽ nõ trãſibit is,q̃ ex arte generoſe contra morbũ pugnat,vt tuto mediceẽ:ei verò,qui dolorẽ mitigat,vt vires cuſtodiat.Vbi vltra pergitur*,crude lis hominis officiũ facit qui vn à cũ morbo vitã quoq; homini aufert:q̃ verò cubantis delicijs ſub ſcribit,eiuſq; voluptatẽ non ſanitatẽ pro meta gerendorũ hẽt,adulatoris. Cõmittunt medici eiuſ modi exceſſus cũ in alijs quoq; remediorũ generibus non paucis, tum uel maxime in ijs vocatis

B anodynis:q̃ ex papaueris ſucco vel alterci ſemine,uel mãdragoræ radice,uel ſtyrace,vel tali quo piã fiunt.Nã,& qui ægris gratificãtur,in eorũ medicamentorũ vſu modũ excedunt:& qui intem peſtiue immodiceq̃; ſunt animoſi,dũ ,prſus horũ vſum refugiũt, dolorib⁹ ægros iugulant.Ergo, veluti in oĩ totius vitæ,tũ habitudine,tũ actione, ita hic quoq; conſilium illud ſapientis,qui,Ne quid nimis,dixit,complectemur,hñtes pro fine,quò tendamus,cubantis vtilitatem.Quippe,ſi fas eſt ijs remedijs,q̃ morbum ſanent,utendo,quod optamus, efficere,abſtinendum ab ſopientibus medicamentis eſt,q̃ vocant Anodyna.Sin ex vigilijs,& uiribus reſoluendis, ad mortis diſcrimen æger tendat,tũ profectò tempeſtiue eiuſmodi medicamentis utare,ſcilicet nõ ignarus, corporis habitum non nihil ex his lædendum:læſionem tñ,q̃ mortem, potius eligenda. Nã,ſi hæc admo dũ magna non ſit,ſaltẽ poſtea ſpatio lõgiore eã ſarcire licebit:ſin ita eſt immodica , ut nec proli xo ſpatio perſanari queat:ac certe hanc ipſam eligendã potius remur,q̃ ut homo pereat.Hac ni mirũ perſuaſione,ipſe quoque,tametſi oĩum maxime ab vſu grauiter ſopientiũ abhorrẽs, aliqñ tamẽ ea & colicis exhibeo,& ijs,qui uel oculorũ,uel auriũ,vel aliarũ partiũ vehementiſſimo do

C lore cruciantur.Interim verò,& cũ æger ex tenui diſtillatione, uigilijs,& vehementi tuſſi vrgeẽ, pauxillum eiuſmodi medicamenti offero, facile noxam eius,ſiquis ſemel eſt vſus,ſpatio emenda tum iri ratus.Porrò diſſident inter ſe ipſa medicamenta . Quippe quæ plurimũ ſopientium in ſe hñt,ea ad præſens quidem magis ſunt efficacia, cæterum valentem,& remedijs rebellẽ in ægro tantis corpore frigiditatem relinquunt: q̃ horum in ſe hñt minus , calfacientium verò ſibi admi ſtorum plurimũ,ea quanto ſunt ad præſens minus efficacia,tanto in futurum minus ſunt noxia. Oĩa tñ id genus magis ſunt ſalubria, ſi poſt annum à compoſitione ſumãtur, veluti quod ad Phi lonem referunt authorem:quod ad dolores ſedandos ſenſum ſtupefaciendo nullo minus eſt ce lebre.Sunt ſanè & alia medicamenta non pauca ex ſeminibus confecta,græce Diaſpermatωn,& Trigωna nominata,quæ,ſicut ad torporẽ in præſens inducendum mitiora, ita in futurum ſunt tu tiora:atq; hæc quoq; oĩa utilius annotina ſumunt̃. Philonis verò medicamen,ẽt ſi duorum triũ ve,aut quatuor annorum ſit,multo ſanè eſt melius, ſed nec inutile tamẽ ſequentib⁹ annis ad deci mum vſque.Quod.n.vltra inueterauit,tanto quidem eſt minus noxium,quanto eſt vetuſtius:cæ terum languidis eſt uiribus,eoq; parum nauiter,cuius gratia paratum eſt,perficit.Ergo,ſicut ca uendus eſt,quoad fieri poteſt,eiuſmodi medicamentorũ vſus,ita,ſi neceſſitas vrget, nec admodũ

D noua ſunt offerenda,q̃ frigida,quæ in his ſunt,præualentes uires adhuc habeant,nec ita antiqua, vt ſpem noſtrã fruſtrent̃: ſed,uti comprehenſum eſt,tandiu dimittenda ſunt , quoad violentia re frigerantium, ab eorũ, quæ calefaciunt , ui mitigetur.Et taliũ quidẽ medicamentorum vſus,eo rum,qui aduerſus ſymptoma pugnant,eſt proprius,potiſſimum vbi ex frigida cauſa dolor eſt ex citatus:obſunt enim talia plurimum toti affectui,ac curationi contumaciem eum reddunt.

Inter remedia,quædam vnà cum affectu, cui adhibentur,quædam ſeorſum ſymptomata curare. CAP. 2.

AT ſanguinis miſſio,quæ ſcilicet vires nõ deijcit, ſymptoma ſpectantis medici opus non eſt, ſed eius,qui totũ affectum adimere ſtudet. Ad eundem modum & balneum , & purgatio , & fomenta calida, & vini potio . Quorum omniũ Hippocrates in aphoriſmis ‖vbi de oculis do lentibus loquitur,his verbis meminit:Oculorum dolores meri potio,lauatio, fomentum calidũ, venæ ſectio,uel purgatio ſoluit.Hæc nanq; omnia,dum affectus ſanant,vnà etiam cum ipſis do lores ſedant.Eodem modo nutrimentum,(ut in ſuperioribus eſt dictum)ubi in ſicco & ſqualen te*corpore,ſtomacho laborante exhibetur,dum affectum ipſum ſanat, etiam ſyncope prehendi prohibet.At non ea,quæ ex redundantia frigidorum humorum incidit,ſiue exolutio,ſiue ſtoma chi ſyncope eſt, alimentum ceu medicamen deſiderat: quanquam ẽt eiuſmodi affectibus non ſolum nutrimentum,ſed etiam vini aliquid,non raro ægrotanti dare cogimur,nõ vtiq; quò affe

A.l.3.f.116. t.2.ca.7.f. 340.b

† *Aut ſyncopa ex dolore.*

* σκαιοῦ.

6. Apho. 31. Ext.ord.49.

* Al. νοσήματι i.morbo.

ctum curemus,sed quo periculum in præsens depellamus. Quippe vacuatio potius quàm adiectio,est hoc genere laborantium curatio:licetque quotidie videre sic ægrotãtium plurimos,"medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nunc mihi tempestiuum videtur. E A.l.3.f.11. t.2.c.8.fo. 281.d

De curandis ijs,qui ex summa crudorum succorum copia febricitantes, syncope facillime corripiuntur. CAP. 3.

ERgo febricitare incipiunt nonnulli,vbi maximã crudorũ"succorũ copiã vnà cũ oris vẽtriculi,quod sanè stomachũ uocant,offensione,vel ex cruditatibus, vel alia quapiã occasione congesserũt. His & præcordia inflata,& totũ corpus ampliore mole, q̃ pro naturæ modo,cernitur; tum color alijs quidẽ ad albidius,q̃ pro naturali habitu,& †inter cutẽ aqua laborãtiũ magis similitudinem,}est mutatus:nonnullis ẽt ad nigrius,aut liuidius,quos quidem medici plũbei coloris appellãt. Oĩbus pulsus minores sunt q̃ pro caloris rõne:præterea obscuri,oĩnoq; inæquales, sæpe ea inæqualitate,q̃ Systematicẽ Græci vocant:sem p verò ea,q̃ in vno est ictu. Nulli taliũ sanguis mitti sine maximo dispẽdio solet,cũ tñ vacuationẽ desiderent:verũ nec sanguinis"missionẽ,nec purgationẽ sustinẽt,utpote quos sine his syncope subito adoritur. Quæ nã igit̃ est rõ talibus medẽdi,q, cũ vacuari postulent,vacuantia præsidia non ferunt? Sanè nullã aliã his {idoneã} vacuationem inueni,præter eã,q̃ ex frictione paraĩ. Incipere verò in principio statim morbi oportet, ac primũ à cruribus,superne deorsum,idq; linteis nõ admodũ mollib⁹ sed aspredinis mediocre quid habẽtibus:debet.n.*radi ab his cutis, cum simul & calefieri per eã, & digeri ægrotus postulet. Dehinc tota brachia,ab humeris vsq;, superne deorsum simili modo sunt fricãda. Vbi verò artus omnes abunde calere videbuntur:& metus fuerit, nequis ex multitudine frictionis,contusa iã carne,lassitudinis sensus ipsis superueniat:oleo relaxante uteris,quod genus est Sabinum:ab adstringente vero abstinebis,cuiusmodi Hispanum est, Histricũque, & quod vnà cũ*germinibus uel ex oliua adhuc immatura conficit. Hyems verò si fuerit, nihilo deterius sit, si ad digerentiũ aliquod transieris,cuiusmodi Sicyonium est,aut quod cum chamæmelo cõponitur,{aut}quod apud Aegyptios est in pretio. Quòd si horum copia nõ sit,oportebit accepto relaxantium oleorũ aliquo,& in quo nulla sit adstrictio,potissimumq; quod est antiquius, immittere ipsi aneti,quod videbitur saris. Mox(ut ipsi solemus)vbi in uase duplici tantisper calfeceris,dũ mediocriter qualitatem hetbæ imbiberit,vngere hoc artus,& fricare tunc quoq, q̃ plurimum debebis:postea oleum, qm̃ tædium afferat,detergere:atq; ad spinam dorsi transire,hancq; totam pariter fricare, primum sicca frictione,post oleo. Ab hac rursus ad crura te conferes,& ab his ad brachia,exin denuo ad spinã, ita totum agens diem in domo puræ lucis,nec madente:esto eius domus & calor media tẽperie. Sanè mulsa,in qua doctum hyssopum fuit,his est aptissima. Seruandumque,ne uel cibũ,uel sorbitionem,uel aquã exhibeas,uel oĩno liberaliter bibere sinas, nisi mulsa tribus primis diebus duntaxat uti,ipse,quas dixi,partes*ordine fricãs,eoq; solum tempore intermittẽs, quo somnus hominem occupauerit: ad quem ẽt alliciendum,& frictio vberior facit: itaq; uel hoc nomine utile præsidium fuerit,nedum q̃ uacuet. At verò nec uberior"somnus his est salutaris, cum nec crudos succos digeri sinat,& uiscera grauiora reddat:sed,si quis alius affectus est, qui somnũ & vigilias modicas desideret,hic profectò in his est. Quippe somnus concoquit, uigiliæ digerunt:quorum utroque est opus ijs,qui ex multitudine crudorum succorum ægrotant. Ergo inuicem mediocriter adhibiti,iuuare se mutuo utiliter poterunt. Atque si pulsus his paruus admodum infirmusq; sit,aut etiam supra hæc vehementer inæqualis, scire licet extremum periculũ esse:faciendã tamen nobis quæ tetuli,sunt,nec aliud quicquã mòliendum. Sin pulsus robore mediocri sit, ac magnitudine,præterea minime intercisus,& æqualis,considera,q̃ ad aluum spectant:ac, si sua sponte commode non deijciat,audacter per inferius aliquid infundes. Accidit nãq; post aquam mulsam,vt,quæ in primis uenis,quæ.s.circa iecur,& mesenterium sunt,colligi superuacua solẽt, hac commode deijciãtur. Quòd si maior iusto superfluorũ impetus ad aluum citetur, principio quidẽ percoquere mulsam amplius oportebit: ea nãque,sicut minus aluum subducit, ita magis nutrit:Contra cruda ut minus nutrit,sic magis subducit. Post hæc si superuacua largius descendant,ne sic quidem sistenda,sed exhibendus pro aqua mulsa ptisanæ cremor est. Si verò fluere pergãt,alicæ sorbitione nutries,pulsuũ interim ratione obseruata:aliquando enim subito ad imbecillitatem,uel inæqualitatem,uel paruitatem mutantur. Quo tempore panem ex vino diluto exhibere cõuenit,utique si nec uentriculus,nec iecur phlegmone laboret:quando,si hac infestentur,iam cotpore crudis succis referto,plane desperata salus ægro est,pulsibus sic mutatis. Ergo ĩ eiusmodi ægri casu te ipsum à culpa immunẽ præstabis,si moriturum prædixeris, ac nullo generosiore medicamento vsus fueris. Quibus verò spes est salutis (est autem omnibus,qui ita citra phlegmonem ægrotant)maximũ medico, qui vtique ipsos in principio susceperit,uidetur mihi dedecus esse,si in syncopem inciderint: quãquã per insciti am medicorum quotidie id fieri cernitur. Verum non est,q̃ hos spectemus,aut cum his nosmet conferamus,sed cum eo,qui cũ re vera peritus in arte sit,fœdum putet,ægrum †animo extemplò linqui, ipso nec symptoma prædicente,nec ad id præparato,aut idem prohibẽte. Sanè dictum à me etiã in superioribus est, qui cataplasmatis

A.l.4.f..t.2.c.52.f. 426.h *

A.li.4.f.1.t.2.c.30.f. 422.f

F

H

G

A.l.4.f.1.t.2.c.53.fol. 428.d

τὸ δ' ἀλεαίτερον. i.aquosius.

* ἀμύττεσθαι.

*Libro superiore uertit frondes.

* ἐκ διαδοχῆς.

* ἄθλιττος.

†Syncope extẽplo deprehẽdi. Inter syncopẽ aũt & lipopsychiã differẽtia est, ut inferius patebit. ca. 5.

A plasmatis & perfusionibus assidue p̃ cordia vexant, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minime igitur est his vtẽdum prius, q̃ superuacua magna ex parte partim vacuata sint, partim concocta: tum verò ẽt his vtaris, licet; non tñ duntaxat relaxans, sed ex absinthio mediocriter ꝓfundens: si tñ febris nõ planè sit magna. Si verò medicãti tibi tres primos dies, vt dictũ est, nihil occurrat incõmodum, ijsdem ipsis vteris vsq; ad septimũ, aqua duntaxat mulsa, in qua incoctum hyssopum sit, cõtentus: siquidem longissimã, qui ita sunt affecti, cibi abstinentiã ferunt, corpore scilicet ex crudis ipsis, quos cõtinet, succis concoquẽdis alto. Quòd si non modo crudi succi sint, sed ẽt eò corruptionis ꝓuenerint, vt cõcoqui ad ꝓfectionẽ nõ queant, q̃ sic ægrotãt, eorũ desperata est salus. Sed q̃, si nullus p̃sertim cõmittatur error, seruari possunt, ij aqua solũ mulsa ad septimum vsq; sunt nutriẽdi: aut sicubi id res exigat, vel aluo fluente, vel ægro mulsam fastidiente, ad ptisanæ cremorẽ est transeundum. Sin hũc quoq; auersetur, alica ad cundẽ, quo ptisana, modum ei p̃parabitur: neque. n. ijs, q̃ ita sunt affecti, acetum incõmodũ est: immo, sicubi crudos affatim succos esse animaduerteris, oxymel, pro mulsa exhibere assidue debebis. Quòd si huius assiduus vsus tædio esse cœperit, transire inuicem ad mulsam & ptisanam conuenit: dein rursus ad oxymeli reuerti. Maxime verò, q̃bus tum paruus, tum tardus ac rarus pulsus est, ijs, frigidos su-
B besse succos putandum. Ijsdẽ ꝓtinus & color uitiatus in toto corpore manifeste cernit: qualis nimirum prius est traditus. Sed fieri fortasse, qđ dictũ est nõ posse cuipiã uideat, cum nulli febricitantium aut tardior, aut rarior pulsus fiat. Cæterum duplici rõne uerum esse, qđ dictum est, comperietur: una q̃ euidenter in accessionibus appareat & tardiores & rariores, q̃ pro naturali ipsorum habitu, pulsus fieri: altera, q̃ reliqs præter accessionẽ tẽporibus, horum arteriæ tum rarius, tũ tardius, q̃ aliorum quorũuis qualitercunq; febricitantium, pulsant. Ergo, si æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis: sin hyems sit, oĩbus calidum, tum ijs, qui calidæ, tum ijs q̃ frigidæ insueuerunt, offeres: æque ut, si immodicus æstatis tẽpe æstus sit, ẽt ij, q̃ calidæ assueti sunt, frigidum, vtiq; si nullum sit ijs uiscus ad iniuriam opportunum. Sane ꝓpositis aduersissima sunt tum balneum, tum aer ambiens, quoties uel nimium calidus est, uel frigidus. Itaque, ut lauandi non sunt, sic & reclinandi in domo sunt, æstate quidem, quæ frigeat: hyeme, quæ caleat. Læduntur nanque non parum ab vtroq; excessu, videlicet in balneo, æstate, & omni caloris incremento, crudis humoribus liquatis ac per omnes corporis partes fluentibus, ita: ut metuendum sit, ne ad pulmones & cor ferantur: aliqñ ẽt ne ad cerebrum subeant: cum lõge præstet,
C vt circa iecur & primas uenas adhuc ipsi subsistant. In domo verò immodice frigida, & hyeme, & denique ambiente frigido, succi qui crudi sunt, & inepti ad concoquendum manent: & iecinoris obstructiones, si leues sunt augent: si nullæ sunt, eas crassitudine sua hærentes impactiq̃ue creant. Atq; hæc quidem agenda sunt, vbi à primo die ipse curationem susceperis. Si autem ad eos, quos syncope iam premit, sis accitus, si ea, quæ retuli, loca phlegmone vacent, panem exhibebis nõ multum, huncq; ex uino aliquo, quod celerem in corpus digestionem adiuuet, statimq̃ue ad frictiones venies: quas ẽt pro tradito iam modo administrabis. Ac, siquidem æstas sit, regio naturaliter calens & æstuans, aut status cœli uehementer calidus, cum frigida uinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quæ tamen secundo & tertio dabitur potio, omnino calidam exhibendam curabis. Quippe ad vniuersam eam curationem, cuius gratia frictiones adhibuimus, calidum præstat, utpote crudorum succorum concoctionem adiuuans.

De curanda Syncope, quæ oritur ex flaua bile: ac de natura vinorum, quæ curandis Syncopis conueniunt. CAP. 4.

D AT, quibus ex flaua bili, q̃ os uentriculi infestat, syncope incidit, ijs frigida exhibenda potio est. Vinum" tñ quod & calidum natura sit, & deductionem in corpus ꝓmoueat, omnibus, quos syncope malè habet, offerre conuenit: distribui nanq; per corpus nutrimentum, qđ sumptum est, non in uentre manere volumus. Cõstat autem ex uinis ea deligenda esse, quæ & flauo sint colore, & substantia tenui, ætate uetera: talia nimirum & boni odoris cõtinuo fuerint. Quinetiam ipse, si paululum, ubi mista sint, gustes, senties calorem per totum corpus transmitti. Cæterum amara præ uetustate uina ne sunto, præsertim quæ iis exhibebis, quorum stomachus flaua bili vrgetur. Talia nanque simul laudabilem ac nutrientem vini succum iam amiserunt: simul, iucunda cum sint, hoc ipso stomachum offendunt. Commodissima igitur his uina sunt, quę, cum naturaliter austera sint, sensilem iam adstringendi vim propter uetustatẽ nõ amplius exhibẽt, calorem tamen admodum euidentem habent. Omnia enim, quæ requirimus, in ijs, quorũ stomachus amara bili uexatur, efficient, cum & iucunde sumantur: & tum ad concoctionem, tum ad digestionem in corpus, etiam faciant: & succi uitium mitigent: & corporis habitũ excalfaciant: & stomachum ipsum firment. Huiusce generis vinorum optima sunt Surrentinum, Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marsum, omnia quidẽ Italica, & adstringentia, non tamen pari modo omnia. Nam Surrentinum, cum mediocriter adstringat, tum calidius cæteris, tum iucundius est: Ab hoc nobile Tiburtinum: est enim & aliud quoddam imbecillum Tiburtinum, quod etiam, sicut Sabinum, leuiter potest adstringere. Signinum uero austerius est: sicut etiam Signino multo

A.l. 3. f. 16. t. 2. c. 3. fol. 281. a.

magis Marsum. Hæc oĩa vina stomacho, qui amara vexatur bili, salubria sunt. Ideoque illis uten E
dum, quoties vel ex ardẽti febri offensus syncopẽ attulerit, vel alias multa in eũ bilis fluxerit, vel
multã imbiberit. Quib⁹ tñ ex crudis humoribus syncopes periculum imminet, sanè Falernũ tãto
iã memoratis ptæstat, quãto tum melioris est succi, tum ẽt calidius: vtpote qđ & velocius illis p
corpus digeretur, & crudis succis cõcoquendis auxilio erit. Quæ cũ dictorũ singula, aliud magis,
aliud minus faciant oĩa, tñ Falerna magis stomachũ roborãt. At, qm̃ ipsorũ Falernorũ, aliud dul
ce admodũ est, qđ Faustianũ uocant: aliud, si cũ hoc cõferas, austerũ: si cũ Signino & Marso, dul-
ce: deligendũ ad talia scđm est. Si verò cubans per sanitatẽ dulcibus vinis insueuit, huic nihil pro
hibet dulcius Falernũ exhibere. Verũ in Asia, & Græcia, & nationibus, q̃ his sunt vicinæ, vbi co-
pia iã dictorũ vinorũ aliqñ non est, ex ijs, q̃ illæ regiones suppeditant, aptissima ad digestionẽ in
corpus sunt Ariusiũ, & Lesbiũ: hoc quidem, ueluti ex ipso nomine patet, in Lesbo natum. Ariu-
sium locis quibusdam in Chio prouenit. Cum verò tria sint in Lesbo oppida, minus certe, tum
odorũ, tum dulce in Mytilene gignitur: magis & odoratum, & dulce in Eresso, dein in Methym-
† Hæc erant in cod. græcis. na. Porrò sumenda ex his, †quæ aparachyta sunt. ita.n. nominãt ea, quibus marina aqua admi-
sta non est, ratis maximum futurum incõmodum ex ijs, quibus est admista. Alioqui nec assolent
in Lesbo nobilibus vinis, de quibus nunc agitur, marinam aquam immittere: veluti nec Ariusio F
in Chio. Prouenit & in Hellesponti Mysia vinum Surretino non absimile: * Mysinum per emi-
* Al. Mysium. nentiam vocant. Hæc omnia vina flaua † & odora sunt, & cõsistentia, quæ inter aquosa crassaq̃ue A.l.4.f.1.t.
† & calida. sit media. Aquosę porrò consistentiæ sunt Adrianum, & Sabinum, & Albanum, & Gaurianum, 1.ca.1.fol.
& Thuscum, & Neapolitanum Aminæum, quod scilicet in locis Neapoli vicinis gignitur, unde 432.d
etiam ita id nominant: in Asia verò & Tibecinum, & Titacazenum, & tertium ab ijs Arsyinum.
Contra verò crassa sunt, ueluti Siræon, id est sapa, quod apud nos hepsema nominant, & Scy-
bellites, & Thæreum, & Albates: in Asia verò Aegeates, & Perperinũ. Ergo, quibus ex abundan-
tia crudorum humorum syncope incidit, ijs crassa vina ceu noxia, aquosa ceu parum efficacia,
sunt fugienda: deligenda vero eorũ sunt media, quæque, ut prædictũ est, flaua sint & calida. Ne-
que.n. inuenias ex albo vinorum genere calidum vllum: qñ etiam austera, & mediocriter alba,
cum inueterauerint, fuluiora quodammodo reddantur: q̃ si aliter nominare fuluum colorẽ ve- G
lis, licet, voces igneum pallens. Quotquot aũt in ipsis calidissima sunt, omnia certe flaua sunt: cu-
iusmodi in Italia est Cæcubum. Quod etiam vnũ quoddam genus eiusmodi vinorum ab initio,
sicut aliqui putant, non est, verum ex vetustate eo peruenit, vt igneum colorem contrahat, vnde
ipsum quoq; nomen est sortitum: non tñ eo omnia perueniunt, cum prius crassẽt, quàm in per
lucido flauorem accipiant. Reliquorum vini generum, austerorum, quæ mediocriter alba cras-
saq̃; sunt, certe nullum ad digestionem in corpus est idoneum: si tñ abunde inueterauerint, nec
aliorum copia sit, uti illis licebit: sunt verò eiusmodi omnia cum inueterauerint, stomacho uti-
lia. Quò vero habeas horum quoq; exemplum, tum eius, quod ex Nicomedia affertur, memine-
ris, uelim, quod oĩbus hominibus est notũ: Tum Siculi Aminæi, quod in magnis reponitur ficti-
libus: quod.n. in paruis seruatur lagunculis, maxime huic est contrarium, cum & malum stoma-
cho sit, & capitis dolorem excitet. Ac semper quidem est id agendum, vt optimũ eligas: id si non
est, quod illi pro iam comprehensis notis est quàm simillimum. Aptissima nanque ad deductio-
nem in corpus sunt Ariusium, & Lesbium: sed, si ea desint, simusque in Asia, aut Aphrodisiense
petemus, aut austerum Tmoliten, aut aliquod his similium, quod & colore sit fuluum, illico,
cum bibitur, manifeste excalfaciat. Considerandum vero ante omnia est, qualis nam ægrotantis
natura sit. Nam, si imbecillum illi caput est, & quod facile calidis uinis impleatur, quæ minus ca-
lida sint potius sunt offerendu: sin firmo admodum capite est, & talibus vinis delectatur, aut etiã
citra noxã ea ferre est solitus, haud timide his vtẽ. Porrò uina, quæ odora fuluaq̃; sunt, quantum
ex ipsorum est natura, omnia caput grauant: eoq̃; tum Falernum, tum Tmolites, tum Lesbium, H
infirmo capiti noxia sunt. Qualis autem in Falernis tradita nobis differentia est, talis profectò, &
in Tmolitis habetur: alterum.n. admodum est dulce: alterum austerum, si cum illo conferatur: ca
lida tñ admodum ambo sunt, eoq̃; caput grauantia. Austera vina ventriculum roborãt, caputq̃;
inter omnia vina minime tentant: cæterum digestionem in corpus non promouent: quo magis
fugienda tibi in syncope prehensis sunt non secus, q̃ aqua. Habile verò ad facilem in corpus de-
ductionem, & Hippodamantium, cum inueterauit, est, ipsum quoq; ex ea specie, cuius tum dul-
ce Falernum est, tum verò Tmolites: inest huic & adstrictio manifesta, quæ tñ in neutro illorum
est, itaq; etiam salubrius stomacho est. In penuria verò vini, quod accommodatum vtriq; synco
pæ sit, ei inquam quæ ex multitudine crudi succi oritur, & ei, quæ ex bili incidit, coactus prorsus
vino vti, fugere (ut prædiximus) oportebit omnia tum austera, tum noua, itemque crassa: delige
re uero aquosa, magisq̃; si sũt antiqua: talia nanque, tametsi non ualenter excalfaciunt, tñ facileĩ
* ἐπικρασικοὶ, aliter ἐπικρα- oẽ corpus deducuntur. Proinde, cum celeritas digestionis in corpus sit his cum fuluis commu-
τικοὶ. nis, differentia rursus in his erit, q̃ cõcoctioni, quæ uel in vẽtriculo, vel in venis agit, fulua magis
cõducunt, propterea, q̃ magis excalfaciunt: præterea mistibilia * sunt & nutrientia, eoque ad suc-

ci boni

A ci bonitatem opportuna utiliave. Quorum omnium nihil in aquoſis vinis eſt, minimum enim ex horum ſubſtantia in ſanguinis mutatur ſpeciem. Sed, cum fulua caput feriant, quæ aquoſiora sũt, nuſquam id contriſtant: urinas aũt præter cætera uina mouent. A quibus ſecũdũ locum obtinẽt, quæcunque fuluorũ maxime ſunt tenuia: quæ ẽt ad ſyncopas potiſſimũ ſunt deligenda. Tardius his deducuntur in corpus, q̃ fulua ſunt, & craſſa: quanq̃ ea quoqne auſteris omnibus magis ſunt penetrabilia. At uero nutriunt hæc magis, quam tenuia, ac uitioſos ſuccos omnium uinorum celerrime, bono ſanguine generando, corrigunt. Ergo inſtitutum ſermonem denuo repetamus.

De affectibus tum in ſpiritu, tum in partibus corporis, quibus uires læduntur, & ſyncope exoritur, remouendis. CAP. 5.

A.l.3.f.11. t.2. c.6. fo. 279.h. QVòd ſyncope præceps uirium lapſus ſit, id ab alijs ante me dictum eſt. Sed, cum" eſſentia uirium, quibus regitur corpus, vt in ſpiritu, tum in ſolidorum corporum temperamento conſiſtat, hæc nobis, & ubi integra ſunt, ſeruari: & ubi corrumpuntur, ad integrũ reuocari omnino debent. Ac quemadmodum tueri ea per ſanitatem conueniat, in opere de tuenda ſanitate eſt præceptũ. Quemadmodũ uero & in morbis, traditum iam* aliquatenus & in præcedentibus commẽ-
B tarijs eſt.† Non tamen adhuc res tota ad talẽ, qualem exigit, *cõtemplationẽ eſt perducta: nec talem methodum habuit, qualem priora. Quod igitur deeſt, id nunc adijciamus. Spiritus ſubſtantia una cum ſolidis corporibus ſic nobis cuſtodienda in morbis ſunt, ut tum qualitate, tum quantitate, quoad fieri licet naturaliter ſe habeẽ. Ac, ſi quidem ſic proſpici his poſſet, ut nec ſubſtantiæ eorũ quicq̃ aut uacuaretur, aut prorſus immutaretur, id eſſet optimum: ſed, quoniam in cõmentarijs de ſanitate tuenda oſtendimus fieri non poſſe, ut id generabili corpori unquam contingat, id agendũ eſt, vt, q̃ ſubſtantiæ portio defluit, hanc apponẽdo farciamus: quod alteraſcit, in debitã temperiem p̃er contratiã alterationem uindicemus. Si igitur tũ uacuatio, tũ alteratio ſenſim paulatimq̃ fiant, etiã correctio utriuſque ſenſim adminiſtrabitur. quod munus ad artẽ ſanitatis tuẽdæ ſpectare eſt monſtratum. Sin cõfertim & ſemel ac magna aliquando uacuatio, uel etiam adiectio incidat, & morbus ita efficiatur, & medendi methodũ ad eorũ ſanationem requiremus. Veluti enim mutationem in non naturalem habitum, quæ ſenſim paulatimq̃; irrepit, corrigere, ſanitatis tuẽdæ artis ſunt patres, ita eam, quę multa ſimul irruit, ſarcire, ad medendi peritiam ſpectat. Ergo animalis ſpiritus cerebrum ueluti fontem eſſe, clare oſtendimus: qui partim ex inſpirando, partĩ ex eo, quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigatur atque alitur. Vitalis ſpiritus nõ æque eui-
C dens demonſtratio erat: ſed tamen in corde eũ & arterijs cõtineri exiſtimare, alienũ à rõne nõ eſt: eundemq̃; nutritum maxime quidẽ ex reſpiratione, ſed tamen & ex ſanguine. Quod ſinat uralis quoq; aliquis ſpiritus eſt, utique is quoque in iecinore & uenis continebitur. Sanè dictum fuiſſime de uirium eſſentia eſt in libris, quos de Hippocratis & Platonis placitis ſcripſimus. Solidorum uerò corporũ ſubſtantia certa eſſe quantitate proculdubio deſiderat: eoq̃; nutrimẽta mortale genus tuẽtur. Sed nihilo ſecius & elemẽta, ex quibus componitur, mediocri eſſe temperie requirit: dictumque ſubinde eſt, quemadmodum temperies ea ſit tuenda. Cæterum, uirium lapſus, de quo nunc agere inſtitui, qui quidem ſolidorum corporum ſubſtantiæ digerendæ ſuccedit, in longiſſimis morbis ſubinde incidit, animante ex frequenti atrophia, id eſt nutriendi defectu, extenuato: † præterea in ijs febribus acutis, quæ corpus liquant: Qui uero ex ſubſtantiæ temperie mutata, prouenit, cũ uel immodice ipſa fuerint calefacta, uel frigefacta, uel madefacta, uel ſiccata, aut horũ aliquibus copulatis effecta. Alteratio uero in ſpiritu, tũ ex uitioſis prouenit ſuccis, tum ex ambientis aeris malitia, qui aliàs alia de cauſa in hãc eſt mutatus: præterea uenenatis facultatibus, aut animalinm, quæ uirus eiectant, uenientis. Verum hæc à præſenti inſtituto ſeponãtur. Ipſius uero eſſentiæ ſpiritus corruptio, & quæ futura timetur, & quæ iam adeſt, quæ tũ ex affectu animi inci-
D dit, tũ ingenti dolore, tum plurbus motibus, cuius generis & uigiliæ ſunt, tum ex immodica eius tenuitate, & continentium eum corporũ raritudine, tũ uero ante hæc omnia ex ipſo reſpiratu ꝓhibito, & nutrimẽti defectu, diligẽtius corrigi profecto poſtulat. Sũt porrò affectus animi, timor ſubitus & uehemens, quẽ Ecplexin Græci uocant: præterea, quæ contraria huic timori eſt, voluptas maxima, Græci Pericharman uocant, quaſi exceſsũ gaudij dixeris. Scimus enim amborũ occaſione periſſe quoſdam. Iam reliqui quoque magni timores oẽs, & cũ his maxime uoluptates, A.ibidem. etſi nõ pullulãt, at certe facile reſolubilem infirmumq̃; ſpiritum reddunt. Triſtitia" vero, & anxietates, & ira, & cura, eo genere ſunt noxiæ, quo frequentes uigilię, quoniam uires reſoluant. Ac in ijs quidem omnibus ipſa per ſe ipſam mouetur anima, in* corporalibus aũt actionibus ipſa corpus mouet: reſoluitur autem eius robur utroque motuum ſuorum genere, ſi modum excedant. De laboribus uero quid attinet dicere, quo pacto & uehementius aucti quoſdam ingularint, & omnes certe læſerint, tametſi non ſuſtulerunt? In omnibus eiuſmodi caſibus manifeſte uidentur ægrotantes, tum animo linqui, tum uiribus reſolui; nonnulli uero (vt dictum) etiam mori, ſcilicet aliàs ſpiritu ipſo deperdito, aliàs alterato, aliquando ex parte digeſto non raro hæc utraque perpeſſo. Tractatum autem fuſius de his eſt cum in alijs libris, tum uero in ijs, quos de Hippocratis & Platonis dogmatis prodidimus. Ad rem uero propoſitam, modum, quo ſingula læderesunt

† *Adduntur quidem hoc in loco & in græcis cod. & in tralatione ve teri, dicetur uerò & in præſenti, ea tamẽ verba Linacer uidetur cõ ſulto omiſiſſe.*

* *Græcus contextus hunc in modum habet.* ὥσπερ οὖν τῆς ὑγιεινῆς ὧν ἔργον τὸ καλὰ μὲν κρατὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴν ἐπανορθοῦσθαι, οὕτω τῆς δ ραπευτικῆς ἐστὶ τὸ κατὰ μεγάλα. *i. quemadmodũ artis tuendę valetudinis partes, sũt mutationẽ ad ſtatum præternaturalẽ in paruis; corrigere ſic in magnis ad euratoriã pertinet. Habet autem Galenus ſimilem huic ſententiã libr. 7. huiuſce tractationis ĩ fine.*

† *præterea in acutis, per febres colliquatiuas.*

* Practicis, eſt in pleriſq; cod. græcis, ψυχικαῖς. i. animalibus eſt in aliq bus.

re ſunt nata, diſquirere neceſſe non eſt, immo, ꝙ lædunt, ab ipſa euidentia accipere, ac eó ad uires E
tuẽdas in morbis ſalubriter uti. Pari modo, & ſi ſpirituum, q̃ noſtrũ corpus regunt, ſubſtantia aliqñ plus iuſto extenuata fuerit, utroq; ꝓfecto modo imbecilla fuerit, & tã q̃ tẽperie alterata, & tã q̃ diſſipabilis, vel exhalabilis, vel, quocũque modo libet appellaſſe, reddita. Eadẽ nimirũ ratione, & ſi totũ corpus tranſmutatũ in immodicã raritudinẽ ſit facile ſpirituũ ſubſtantia digeretur, ꝙ & ipſa tenuiũ partium ſit, & corpus eam non cõtineat. Ergo nec rarefaciendũ immodice ęgrotantis corpus eſt, ſi ſpiritũ retineri in ipſo ſtudes: ſed nec, quæ in eo, ſunt ꝓ comeſta & bibita ualẽter extenuãda. Iam uero, ꝙ ipſorũ quoq; ciborũ, ac potionum non leuis habẽda ſit cura ad robur viriũ tuendũ, ut uidelicet tum quantitate modici, tũ qualitate exacti exquiſitiq; ſint, id neminem latere arbitror: Sicut illud profectò cuiq; perſpicuum, ꝙ etiã ſubſtantiæ, quam inſpiramus, habenda ſit cura, ut ſcilicet tũ optima temperie ſit: tum ab omni inquinamento puriſſima, nec aliq̃d ex metallis, aut caminis, aut barathris ſibi admiſceat: aut aliquid ex putredine leguminũ, vel olerũ, vel animaliũ, vel cuiuſcunq; rei contrahat: aut halitus ex ſtagnis paludibus, uel fluuio recipiat. His itaq; omnibus proſpiciat, oportet, qui vires illæſas tueri uolet. Ad hæc etiã ipſorũ corporũ ſolidorũ, in quibus utiq; uel maxime cõſiſtere uirium ſubſtantia uidetur, nõ parua habenda prouidentia eſt, vt. ſ. ſano tẽperamento ſint: atq; hoc q̃dem omnium partiũ cõmune commodũ eſt. Ad robur au F
tẽ uirtutis conſeruandũ, & ad ſyncopalẽ acceſſionẽ, quo minus de repente incidat, cauendã, ſingulare præſidium eſt tẽperamẽti cuſtodia, ante omnia quidem triũ principiorum: mox uero reliquarũ partiũ, quæcunque in conſortium affectus, principia ſecum ex facili trahunt: eiuſmodi eſt uentriculi os, q̃d propter exquiſitum ſenſum, tũ alia ſymptomata non pauca, tũ uero ſyncopas accerſit. Porrò memoratus iã crudorũ humorũ affectus, ſi & copia ſua hi uires premãt, & propter tũ multitudinẽ tum craſſitudinẽ exiguos aĩalis meatus obſtruant, iam multis noĩbus exitialis eſt, ac ſyncope opportunos reddit: nempe & ꝙ animal ſub eo non nutriatur, & ſuffocetur, & ꝙ mediocritas tẽperamẽti eius non ſolum alteret, ſed ẽt corrũpat. Quippe crudi ſucci nutrire prius, q̃ ſint concocti, nequeunt: ijdemque, cũ multi ſunt, grauanti; ſi verò ſpiramẽta, quibus perſpiratio agitur, obſtruãt, calorẽ extingunt: q̃d ſi nec obſtruant, nec onerent, ſyncopen ij certè nõ inferũt, ſed animi deliquia, quas Lipopſychias Græci uocant, ſiquidem reſoluuntur eiuſmodi ægrotantes, niſi frequẽtius nutrianẽ. Porro exhiberi his oportebit nõ copioſe ſemel, nec quæ craſſa frigida ve poteſtate nutrimẽta ſint, ſed, ſicut dictũ pri° eſt, quæ ex genere extenuãtiũ calfacientiũq; ſunt. Ad eundẽ modũ & medicamẽta, quæcunq; ſaltẽ medicamẽta ſumere febricitans homo põt, exte
nuantia calefacientiaq; ſunt offerenda. His & aquoſum uinum idoneũ ab initio ſtatim eſt, ſi tñ ue G
hemẽter nõ febricitent: ꝙ haud ſanè frequenter in hoc affectu fieri aſſolet: magis ẽt, ſi, q̃ laborãt, ſenes ſint, p̃bendũ ijs poſt quãq; cibationem uinũ eſt, magisq; ẽt, ſi interpoſita quietis ſpatia mediocria ſint. Sanè, qui ex eiuſmodi ſuccis laborant, hos quotidie acceſſiones exercẽt, p̃cipueq; ad ueſperam, & noctu, non mane, nec uſque ad meridiem. Atq; de his quidem hactenus abunde.

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 35. f. 327. a

De curanda ſyncope in ijs, qui tenuiſſimos ſuccos, & qui facillime exhalant, obtinent. CAP. 6.

AGe modo tranſeamus ad eos, qui contrario quidem huic laborant affectu, ſed tñ ſyncope ſimiliter opprimũtur, niſi quis ſedulo ſit attentus. Hi ſunt, qui præter nues ſuccos habent ſic, ut ocyſſime* exhalent. Itaque ẽt diuerſa à iam dictis ratione ſunt curandi. Illos nanq; paulatim & aſſidue uacuauim°, propterea, quòd multã ſimul uacuationem ferre nõ poterãt: at qui ſic ſe habent, hos paulatim & aſſidue nutriemus. Quòd ſi à principio hos uiribus adhuc ualentibus, curandos ſuſceperimus, nec paulatim eos cibabimus: poſſunt nanq; ij, vel quod liberius ſemel datum eſt, nutrimentum ſuperare. Tanquam autem eos, qui ex crudi humoris multitudine ſyncope periclitantur, prorſus* periclitari diximus, ſi vel iecur his, vel ventriculum phlegmone obſedit, itidem de quibus nunc agere inſtituimus, inſanabiles ſunt exiſtimandi, ſi uiribus iam languentibus H
aliquod eorũ uiſcus phlegmone infeſtetur: quando nec aſſidue hos nutrire fas eſt, ſed tantum ĩ remiſſionibus, nec ſeruare eos, ſi nõ nutrianẽ, licet. In eiuſmodi affectibus mortifera illa ſpecies ĩ facie celeriter apparet: Natus acutus, oculi caui, & reliqua, quæ deinceps ſunt adſcripta. Nam, ſiue multum excernant, ſiue uigilen, ſiue triſtentur, ſiue non cito nutriantur, protinus eiuſmodi faciẽ habent. Porro, ſi alicuius horum, aut etiam plurium occaſione tales eſſe uidebuntur, minus eſſe malũ putabis, q̃ ſi abſque his eſſent emaciati. ſin abſque his tales appareant, pernitioſum iudicabis: atq; hoc amplius, ſi à principio morbi eam hẽant ſpeciem, neq; enim, dum concoquatur, ſufficient. Atq; ob id Hippocrates dixit, ſiquid eiuſmodi conſenſerit: minus ſubeſſe periculi putãdũ. In morbi nanq; principio (vt prædixi) etiã ſi cum aliquo dictorũ in eo ſint ſtatu, haud quaquam id bonum eſt: cæterum minus id periculi minatur, quàm ſi cum horũ nullo, immo ex ſpiritu ipſo prompte digeſto. Non ſolum autem extenuatis ad eum modum ſpiritu horũ, & ſanguine, digeſtio ſæpe incidere aſſueuit, ſed etiam expultrice ui per uniuerſam corporis molẽ immoderatius cõcitata. Id q̃d incidere maxime ex imbecillitate retentricis ſolet. Sanè nutrire, quicquid horum inciderit, eſt neceſſe; ſicut etiam corporis ſummã denſare non ſecus, q̃ priorũ rarefacere. Cum an.

maxime

*διαφορεῖται.

*ὀλεθρίως ἔχειν.

1. Progn. 8. 4. 191. e

A maxime ijs affectus inter se dissideant, etiam præsidiorum speciē diuersissimā requirunt. Ergo frigidum ijs aerem adstringentemq; comparabimus: qui, quemadmodum fiat, prius est dictū. Vngendi præterea sunt adstrictorijs unguentis. Tum cibi ijs dandi, qui non admodum prompte diffluāt, non aqua mulsa, non ptisanæ cremor, sed panis, & sorbitio ex alica. & fructus austeri, & qui non facile corrūpantur, tum ipsi per se, tum uero & cum pane ēt alica, quæ in aqua sit cocta. Dabimus uero* aliquando ijs & oua, præcipueq; eorum uitellos, albūm enim eorum ægre cōcoquitur: præterea gallinaceorū, q lacte sint alti, testiculos: itemq; suillum cerebrum, sed vel diligenter assum, (quando, sib* cruētum detur, summopere lædit) vel in albo iure legitime elixum, porro & anetho iniectis. Deniq; omni ratione agendum, vt & succorum materiam crassiorē reddas, & cutim dēfses, & exhalationem inhibeas. Vinum vero ijs aquosum necessariū †inter initia est, sumptū post cibum. Quod si ex sententia nobis omnia responderint, etiam carnei ijs aliquid nutrimenti post alia dabimus: potissimum post quartum diē, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad concoctionem uenientibus. Tali affectu laborantis iuuenis, in decimo libro meminimus, quē (vti dixi) quotidie nutriui, atq; ante accessionem potissimum: tum, quemadmodū, semel dedita opera non exB hihito illi cibo, accessio cūsyncope inuaserit, memorauimus. Ergo in omnibus eiusmodi curatio uibus, si iam deprehensus syncope cubans est, oīs solicitudo medentis ad symptoma uertitur: sin nondum ea premitur, utriusq; curā habebit, & ut symptoma non incidat, & ut morbus paulatim discutiatur. Celerius autem hunc discuteremus, si nullus symptomatis subesset metus. Quippe, q multitudine crudi succi grauatur, hunc, si modo iustam semel uacuationem ferre posset, nec metus, aliquis syncopes impenderet, semel, arbitror, uacuatum a morbo explicaremus: d† eum uero, cuius spiritus & succi facile exhalant, }si ante accessionem cibare non cogeremur, longiorem illi morbum certe non redderemus. Ac de ijs quidem hæc mihi dixisse sit satis.

A* in multis quidē cod. græcis manuscriptis hāc dictionē non inueni, est tamen in aliquibus, & ī tralatione ueteri.

B* ἔναιμον, i. cruentū, est in impressis; ἔναιμον quod subcrudū ab aliquib⁹ vertitur, est in manuscriptis quos uiderim.

D† statim.

A.li.4.f.1.t.2.c.30.f.422.f. Et li.3.f.11.t.2.c.8.f.280.g

De reliquis Syncope causis, ac primum de affectibus, quibus dolores succedunt. CAP. 7.

D† τὸν δ' ἐυθὺ διὰ φόρητον.

A.l.3.f.11.t.2.c.6.f.278.h

NVnc reliquas occasiones, quibus syncope succedunt, deinceps referemus. Hæ sunt numero quatuor: dolor" uehemens, uigiliæ; immodica* uentris inanitio, ac in ijs, qui aliena loquūtur, aliquando motus. Sed & quintam, si non displicet, addas, nempe principiorū, intemperiē, de qua in calce libri agemus, idcirco maxime, q dupliciter ,puenit, vel q a in nudis qualitatibus particulę atterātur: vel quia vitiosus aliquis succus in has recipitur. Deinceps igr̄ de oībus, quæ memorauim⁹, est agēdū, initio à doloribus sumpto. Ergo, si causam ipsā, unde dolor excitatus, adimere possis, ita utiq; contra symptoma non pugnaueris, sed ægritudinem curaueris: sed si qua occasione prohibitum, affectui submouēdo intētū esse non licet uehemētiā doloris mitigabis. Verū qñ nec dolorū causas submouere, nec uehementiā eorum remittere fas est, nisi intellexeris, cuius uitio is dolor in cubātis corpore excitetur, ppendēdæ prius tū causæ dolorū sunt: tum uero signa, quibus hæ dignosci queant, nā, cū sensui plerūq; parū pateāt, hoiem, qui in tali speculatione sit exercitatus, nimirū postulāt. Itaque, cū nobis in alijs operibus uō pauca de dolorū generatione sint præcepta, ipsorūq; omniū opportunū tempus iā uenerit, necessū arbitror totā eorū rationē summatim percurrere. Quoniā igitur in alis corpore omnibus cōsentientibus sectis, non omnes partes sensiles sunt, manifestū est, qua prorsus sunt insensiles eas non dolituras. Igitur, cū sensibus duntaxat dolor accidat, sequēs est, vt æstim m", eiusmodine corpora perpetuo an dolitura, an uno aliquo tempore, cū videlicet ortus in his crucians affectus sit. At, si ipsa euidentia nos docet multū esse temporis, quo nihil omnino doleamus, non obscurum est, certo aliquo tempore, quo scilicet excitatur in singulis, quæ dolent, crucians affectus, necesse esse ea doelre. Ergo, si inuentum nobis fuerit, quænam affectio ea sit, quæ in sensilibus corporibus orta, facit ut animal doleat, utiq; & q quærimus, iam fuerit inuentū. Hic igitur ab ijs naturalibus notionibus, quæ oībus nobis sunt cōD munes, ,pcedere methodo ad id q cōsiderandū proponitur, cōueniet. Porrò naturalis notio nos docet uitiū id corporis, ex quo sit dolitурum, aut continuitatis diuisionem oportere esse, aut alterationē aliquā. Ita etiam nō incōmode dictum ijs est, qui ex insectilibus, vel insensilibus, vel incōpactibilibus elementis corpus cōponunt, affectum, unde dolor nascatur, prorsus inueniri † non posse} Quippe, quæ tantūmodo tāgunt, eorū nihil uidetur dolorificum: at talia corpora tantum se inuicē tangunt. Quòd si non contingant modo, sed etiam se inuicem in concursu frangant, ad dolorem creandum nihilo plus conferunt, si, quæ franguntur, insensilia statuuntur; nisi ēt lapides cum diuiduntur, dolore affici dicemus. Verū de his latiùs tum alibi, tum in quinto de Asclepiadis placitis differuimus. Nunc autē confessum hoc principium sumentes, necesse esse, vt affectus, qui dolorem excitet, ueldiuisio sit, vel alteratio, illud etiam memoria repetamus, ne alterationē quidem ipsam sensim irrepētem, doloremafferre animali posse: sed quæ dolore animal afficiet, eam mutationem tum confertim factam, tum verò uiolētam esse debere. Videntur. n. corpora nō solum cum in habitum contra naturam confertim aguntur, tristem mutationē sentire, sed ēt in ipso ad naturalē statū suum reditu, nisi eum paulatim accipiant, cruciari. Scimus. n. qui in uehemēti frigore, iter fecerunt, eos cū se se nō sensim, sed semel calfacere ,pperarent, dolore circa unguium radices adeo uehementi affectos, vt ferre non possent. Illud uerò inquirere, an ipsum quod uehe-

† ἄπορον εἶναι.

† In pluribꝰ cōgræcis ātiquis hæc dicto, uentris, nō habeē.

menter

menter excalfacit,aut refrigerat,diuiſionem aliquã continui efficiat, longiore fortaſſe diſputatio E
ne eget:& utique hoc oſtenſum à nobis eſt in commentarijs de ſimplicium medicamẽtorũ facul
tatibus.Verum quid agendo,quæ uehementer vel excalfaciunt vel refrigerant, dolorem inferant
quærere,ad rem propoſitam minime eſt neceſſe:ſiue enim vt ſubſtantiæ ſenſibilium continuitatẽ
diuidentia,ſiue ut eam ſemel & confertim alterantia,id ad eorum inuentionem,quę dolorem le- A.l.3.f.1.t.
uabunt,nihil refert,modo ſciamus,quod violẽter vel excalfacit vel refrigerat,id ſentiẽtia corpo- 2.c.1.fol.
ra dolore afficere.Ergo ſi cœpiſſe ab euidentibus conueniet: euidenter aũt uidentur,eorum, quæ 189.2
corporibus noſtris propinquant,hæc ſola eſſe dolorifica,& quæ uehemẽter vel excalfaciant vel
refrigerent,& quæ ſubſtantiæ continuitatem diuidãt,hæc autẽ sũt, quæ vel contundunt, vel inci
dunt, vel diſtendunt:vtique curationis eorum inuentionem quæremus via aliqua inſiſtẽtes,quæ
à quærendorũ natura ſit accepta,quæ methodos appellatur.Rurſus igitur ſupra repetentes dice-
mus.Quoniam id quærimus,quemadmodum in morbis dolore affligamur,vbi nihil nobis extrĩ-
ſecus triſte appropinquat,neceſſum eſt,aliquam talẽ cauſam in corpore quæramus, quæ ſcilicet
vehementer excalfaciens,vel refrigerans,vel diuidens ſubſtantiam ſenſilis alicuius corporis, nos
excruciet, Ac primum illud ſpeculabimur,cuiusnã eſſe naturæ debeat,quod continuitatem diui- F
det . Neceſſe igitur eſt,vel ruptionem, vel contuſionem, vel eroſionem, eſſe affectum eũ,qui di-
uiſionem continui faciat. At uerò ruptio ex diſtentione quadam:contuſio ex grauante:eroſio ex
mordente prouenit qualitate.Ergo,cum nihil extrinſecus ſit, quod vel diſtendat, vel grauet, vel
erodat,ſed ex ſe ipſo horum aliquod corpus ſentiat,neminem latere poteſt, diſtentionem ab ali-
qua intrinſecus ſubſtantia,quæ multitudine ſua corpus ſe cõtinens diſtendat,aut immodica ficci-
tate,prouẽnire:contuſionem ex eo,quod aliquod corp⁹ ab*externo ſupercecideri t,quod vel du- *ἔνδοθεν, id eſt
rum,vel magnum,vel graue,vel ſimul ambo fuit:eroſionem uero ex ſucco aliquo, cui mordens ab interno, eſt
natura inſit.Igitur,vbi vehemens dolor urget,ſcrutandũ nobis eſt,an ſuccus plurimus, an ſpiritus ĩ aliquib⁹ cod.
cui non ſit exitus,an grauis moles,an mordens humor, an ſiccus affectus ſubſit;ad hæc,veluti in- græcis & ita ui
ter initia eſt definitum,an aliquid,quod ualenter excalfaciat,vel refrigeret.Quorum ipſorũ quo- detur eſſe legẽ
que rurſũ cauſæ vel in ſpiritu,vel in humoribus,vel in ſolidis ipſis ſunt ſtatuendæ:quicquid enim dum.
eorum uehementer excalfactum,refrigeratumve ſit,quando,quod uicinum eſt,tangit,dolorificũ
illi redditur.Igitur,quemadmodum ſingula,quæ comprehendimus, agnoſci poſſint: tum uerò ꝙ
non omnium habeamus manifeſtas notas, quodque, ſi aliud quicquam, etiam cauſarum & affe-
ctuum,quæ ſenſum fugiunt,agnitio ex multa exercitatione,& curioſa omnium perpenſione no-
bis tandem pariatur;alibi monſtratum eſt.Nunc verò id conſiderare propoſitum nobis non eſt, G
immo ſolam ipſam medendi methodũ per ſequi.Ex qua ſcienter perſpecta,quãtum auxilium cõ
pendiumq; medicis non ad præſidiorum modo curationumque facultatem, ſed etiam ad affect⁹
aliquando agnitionem comparetur,ſæpe uobis in ipſis ægrotantibus manifeſte oſtendi: quorum
iam duos tresve,qui haud pridẽ ſunt ſanati,referam. Vnus enim,ut ſcis quadragenarius erat: qui
*ἰυπορίαν. cum colo laborare putaretur,nõ modo nihil eſt à formẽtis tum humidis cũ ſiccis leuatus,ſed nec
cataplaſmatis,nec clyſteribus,quibus ſcilicet publice uti in eiuſmodi affectibus ſolent, uerum ẽt
à plurimis eorum exacerbatus.Nam à rutaceo oleo per ſedem infuſo deterius habuit, itemque à
caſtoreo:quin etiam,vbi mel coctũ cũ pipere aſſumpſit,extremis doloribus eſt afflict⁹: iam,cum
cremorem cocti fœnigræci unà cum melle accepiſſet,uehementer eſt irritatus. Ipſe igitur, vbi
mordentes ſuccos in tunicis inteſtinorum immerſos conieci, qui ſcilicet ſecum unà corrũperẽt A.li. 3. f.1
tũ ea,q̃ per inferiora eſſent infuſa,tum ea,quæ per os ſumebat,exhibui homini nutrimentũ,quod t.2.c.2.fol.
non facile corrumperetur.Deinde,cum minus eum cruciatum intellexi, uitioſos humores pur- 346.c
gãdos iudicaui. Cum vero aptiſſimum ad eiuſmodi uitioſos humores eſſe medicamẽtum, qđ ex
aloe componitur,quodq; iam vulgo picran appellant: utique ſemel hominẽ iuſte purgare non I
ſum auſus,ꝙ doloribus & inedia duobus menſibus confectus eſſet:uerum ex quibuſdam interual H
lis moderate id faciens,quĩdecim circiter diebus hominẽ(vt ſcis)prorſus ſanaui,idq; nullo ꝑterea
adhibito præſidio.Atque hic quidem illo primum tempore ſic eſt uexatus, nunquam prius inte-
ſtini dolorẽ expertus.At alius iuuenis huic quidẽ ætate prope par, ſed qui ſæpe antè colicis cru-
ciatibus fuerat affectus,accepto ſcammoniæ ſucco fuit purgatus. Cum autem bene largiter fuiſ-
ſet uacuatus,primo quidẽ die ueſperi in balneo lotus, mox ptiſanæ cremorem ſumẽs, poſt piſcẽ
quoq; comedens,noctẽ ea,quæ ceperat,euomuit:Secundo die itidẽ lauatus, comedit primũ la-
ctucã,mox auiũ carnis aliquid in albo iure elixæ;ab hac alicam ex aqua ſumpſit uino auſtero inie
cto.Vbi uerò ab ijs mediocriter ſe habere eſt viſus,etiam tertio die nutritus ſimiliter eſt. Reddidit
tamẽ per aluum plura,quam pro ciborum portione,eaq; cum morſu. Deinde quarto die etiam
magis dolere ſibi uentrem ſenſit:&,cũ ſe in balneo alicubi frigus accepiſſe imprudentẽ putaſſet,
rutaceum ſibi oleum per ſedem infũdens,non ſolũ vehementiſſime eſt vexatus, ſed etiã liquidã
deiectionẽ copioſiſſimam excreuit; quod facile declarauit aliquid à toto corpore ad loca uentris
deferri.Poſtrdeinde ꝑ circuitus ſimilis redibat cruciatus.Audientes aũt eius ſymptomata,intelle
ximus noxam ex ſcammonia in illis maxime inteſtinis procubuiſſe, quæ prius ẽt fuerant imbecil

la ſic,

A la ſic, vt quaſi fluxionis quidam exortus eſſet affectus. Ergo, quemadmodũ hunc quoque ſanauerim, ſcis. Abijcere enim iuſſi præſidia colica, alicaq; calẽte, q̃ cocta in aqua eſſet, nutriri, immiſſis ei mali punici granis. Cum aũt tota nocte citra dolorẽ dormiuiſſet, miratus ꝓfecto eſt remedij nouitatem: rogauitq; qd eſſet bibendum. Dedimus itaq; bibendum dilutum rhois cremorem: quo videlicet, ſiue aliqua eſſet in ſummo inteſtino facta vlceroſa affectio, eã adſtringeret: ſiue ẽt ex conſuetudine aliquid ex ſuperioribus locis in partem afflictam confluueret, id reprimeret: pran dioq; eodem vti iuſſimus: deinde ad veſperam cœnare pane puro madefacto in uino aliquo na turaliter quidẽ auſtero, ſed ueteri. Conceſſimus ꝑterea, ut auſterũ quẽcunq; vellet, *fructum ſumeret, ſiue malum, ſiue pyrum, ſiue punicum. Simili rõne ẽt tertio die cibatus, in quarto theriacẽ bibit, ſanusq; omnino eſt redditus: ac de cætero ad cõſueta reuerſus, nullum ſenſit incommodũ. Simili genere & alteri cuidam in æſtate affecto, cum ſitibundus admodum eſſet, ſupra alia, quæ memoraui, ẽt frigida potione vti permiſi. Ergo ne requiras in omni affectu eiuſmodi notas, qua les in pleuritide vel dyſenteria apparent. Quippe ſcientifica eſt morborum id genus agnitio, cer tis videlicet definitisq; notis comparata: cum eorum, q̃ proxime ſunt dicti, coniecturalis agnitio ſit, ac ſolis ijs inueniri potis, qui exacte cuiuſq; morbi ꝓpriam curationem norint. Quare, quo-
B niam de hac ꝓpoſita nunc diſputatio eſt, ipſam per ſe abſoluamus. Nec affectuum agnitiones attingamus: maxime quæ ex coniecturalibus notis incipientes, cum eorum, quæ proſunt obſuntque, cognitione ſunt cõiunctæ. Methodum enim in ijs, atque etiam exercitationem, ĩ mor borum agnitionibus ſeorſum per ſe fecimus: quò ſcilicet arte quis inſtructus in omni ægro tum locum, qui affligitur, tum ipſius affectum, ſicuti nos, inueniat.

Ratio curandi dolores. CAP. 8.

ERgo reuertamur ad effectus, q̃ dolores excitant. Si ſanguinis abundantia ſit, q̃ diſtendat, ve-luti ꝓfecto in phlegmone fieri ſolet, ꝓtinus, vbi vires ægri valentes ſunt, ſanguis mittendus eſt. Sed, ſi is vel ſanguinis miſſionem timeat, uel imbecillis uiribus ſit, tum reuellendus {in diuerſum} ſanguis eſt: tum {per propinqua} deriuandus: dictumq; nobis prius eſt, quemadmodũ hæc fieri cõueniat. Quod ſi his peractis dolor ẽt perſtat, patet ꝓfectò in ægrotante particula impactũ eſſe, qd̃ cõtriſtat. Patet verò nõ minus, & q̃ curatio ipſa per digerẽtia medicamẽta ſit molienda. Pari rõne, & qui flatuoſo ſpiritu dolores fiunt, curabimus, ſed ſimul in ijs potius, tum extenuãti-
C bus cibis, tum potione, tum per ſedem iniectionibus, tum cataplaſmatis, tum humidis ſiccisq; fomentis, auxiliantes. Sin moles aliqua grauando contundẽdove dolorẽ excitet, moli ipſi eſt medendum. Sin mordens humor eſt, q̃ affligit, aduerſiſſima huic ſunt, q̃ extenuant & calfaciunt. Poſtulat nanq; huius generis affectus, ſi mõ curandus eſt, vt ea, quæ contriſtant, uacuentur: ſi id omnino fieri nequeat, ut ꝑ epicraſin ſanẽt: ſin id quoq; fieri nõ poſſit, quæ torporem inferant, medicamenta exhibeãtur. Quæ quanq̃ ſunt reliquorũ cõmunia, minus tñ hos affectus, q̃ alios, lædũt. Quippe tenuis conſiſtentiæ, & calidarũ uiriũ, plurimi talium humorũ ſunt: quæ aũt ex papaueris ſucco, & alterco, & eo modo frigidis cõpoſita medicamenta ſunt, ſimul oĩno & refrigerãt & ſiccant: qua rõne nõ ſolum, vt ſenſui torporem inducentia, ſalutaria ſunt, ſed ẽt ut humorum tenuitatem cogentia atq; craſſantia, præterea vehementem calorem refrigerantia. Vbi uerò craſſi glutinoſiq; humores exuperant, alieniſſima ſunt, quæ torporem inducunt: cauendusq; magnopere in eiuſmodi affectibus eorũ uſus eſt. Sed nec alioqui comitatur eiuſmodi ſuccos, modo ſoli ſint, dolor uehemens. Si uero ex accidenti aliquo coniunctus his halituoſus ſpiritus eſt, q̃ ex ijs, q̃bus continetur, corporibus erumpere ꝓrſus non põt, grauiſſimis omnino doloribus, q̃ ita ſe habent, cruciantur. Porrò accidit id illis duplici ex cauſa, uel obſtructione, uel calore, nam & obſtructio
D ſpiritum cohibet, nec exire permittit: & craſſa glutinoſaq̃ue, cum calefiunt, flatuoſum ſpiritũ gignere ſolent. Eiuſmodi ſanè affectus ijs, qui ſe cibis natura frigidis, & conſiſtentia craſſis ac glutinoſis referſerunt, qñ in ipſis inteſtinorum tunicis flatuoſus ſpiritus cõtinetur, potiſſimum incidit. Nam, cũ hæ duplices ſint, vbi medio earum ſpatio eiuſmodi collectus humor eſt, in flatulentum mutatur ſpiritum. Sanè is & craſſus, & frigidus, & tardi motus eſt. Vbi igitur tum retinetur: tũ tunicas diſtendit: tum ſuccus, vnde oritur, inteſtini partes, quas cõtingit, vchementer refrigerat: du plici occaſione affliguntur, q̃ ſic laborant. Ac ad tẽpus quidem, vbi torporem faciens medicamẽ biberunt, prorſus indolentes redduntur, cæterum affectus his omnino fit maior: nam inteſtinorũ tunicæ medicamentorum frigiditate denſiores, minusq; flatui tranſmittendo habiles redduntur: & humor ipſe tum craſſior, tum ad motum ineptior euadit. Itaq; & ſpatio longiore ad ægri curationẽ, & medico, q̃ egregie in arte ſit exercitatus, eſt opus. Niſi enim certa ratione poſtmodum curationem aggredietur, verendum erit, ne ſucci ſecundo in flatuoſum ſpiritum uerſi, eundẽ dolorem renouent: vnde rurſus ſtupefacientium aliquid medicamentorum exhiberi ſit opus, eadẽ ſcilicet neceſſitate urgẽte: ac pari modo tertio, & quarto, & ſæpe deinceps, quoad homo inſanabilis effectus, in malum totius corporis habitum perueniat, & poſt longa tandem tædia pereat. Quo pacto igitur dolores eos, quos frigidus humor in medio inteſtinorũ intercluſus excitauit, ſanare cõueniet? Sanè non ꝓfuſionibus & cataplaſmatis, quæ ualenter excalfaciant: quippe lenti

omnes

Interpretis uerba.

A.l.3.f.16. t.4.c.2.fol. 346.c

A.li.1.f.4. c.30.fo.84.

omnes craſſiq́ue,& frigidi humores ab ijs,quæ calfaciũt,niſi ẽt ualenter digerant,liquantur,ac in E
flatum mutantur. Conuenit igitur eos incidere ſimul & concoquere: quas res tenuantia medica
menta præſtabunt:potiſſimum tamen, ſi calida uehementer non ſint. Quod autem horũ quoq;
ipſorum ea maxime deligẽda ſint,quæ magis ſtatũ diſcutiãt,magisque ſiccent,nemini poteſt du-
bium eſſe. Sæpeque ex plebe non paucos audias,minus ſibi dolere colon affirmantes, cũ nec ip-
ſis cataplaſma imponitur,nec oleo aliquo perfunduntur,nec per clyſterem aliquid infunditur. Et
ſanè,qui generoſi animi fortesque ſunt,ſi mediocri utuntur uictu,tutius lõgiore in tempore per-
curantur,quàm qui uiolenter(vt dictum eſt) calfacientibus utuntur. A nullo enim in eiuſmodi
ſuccis tã eſt metuendũ,quàm à calore,qui eos liquet,atque in flatũ uertat, ſed digerẽre non ua-
leat. Vidimus nanq; ex agreſtibus operis quempiam, qui, vbi coli dolorem ſenſit,protin° ſe cin-
xit,cum cingi ante non ſoleret:comedit autem cum pane allium, nullum dimittens conſuetum
opus:nec toto die quicquã bibit,ſed veſperi meracius. ab his & tota nocte dormiuit, & mane ab
omni dolore planè liber ſurrexit. Eſt enim profectò allium in eorum ciborũ genere, & q flatum
diſcutiant,& minime ſitim inferant. Sunt,qui parum id experti exiſtiment maiorem, quam cæ-
pas,ſitim excitare,ſed planè errore:cum non modo non maiorem,quã cæpæ,ſed nec oĩno ſitim
faciat. Idem omnium planè eduliorum maxime flatum diſcutit. Itaq; ipſe certe agreſtiũ theriacẽ F
id appello. Ac,ſiquis vel Thracas,vel Gallos,vel denique qui frigidam regionem incolunt,ueſci
allijs vetuerit,non leuiter ijs hominibus nocuerit. Ac,quos ex ſupradicta cauſa vehemẽs in teſti-
norũ dolor citra febrem exercet,ijs & allũ eſſe licet: & theriacen bibere,quippe q̃ eiuſmodi affe-
ctibus magnopere ſubuenit. At,ſi cum febri unà talis dolor aliquando incidat,principio quidem
ſi id ferunt, fomentũ ſiccum x milio eſt adhibẽdum. Si ab hoc non quieſcant, ſemen aliquod,
quod flatum diſſipet,in oleo,quod tenuium ſit partium,coquere:mox per linteũ,quo purum ſit,
oleũ colare:deinde anſeris ſeuum in oleũ liquare,& per ſedem infundere oportebit. Si anſeris ſe-
uũ non ſit,gallinaceo eſt utẽdum:in primisq; curandum,ut ſit expers ſalis,eſto autem nec admo
dũ uetus:licet verò & recenti vti,præſertim anſerino. At, ſi neq; ex hoc remittuntur dolores,ſe-
cundo rurſus injiciendũ idem eſt, adiecta etiamnum caſtorei & papaueris ſucci, utriuſq; † fabæ
Tex. Grę. Baſ. μὴ μεῖζον κυάθου. i. non plus cyatho. quo etiam pacto uidet antiquus interpres legiſſe, at melius κυάμου; ut hic legit, aut ſaltẽ correxit. non amplius magnitudine:olei verò hemina* modus eſto. Excipitur & lanula exhoc medicamẽ-
to aliqd:|debebitq; appẽſa forti filo,quam penitiſſime in rectũ inteſtinũ dimitti,quo utique,& cũ
libet,id facile recipiatur, & e identem cõferat utilitatẽ. Ad eundẽ modum & oculorum & auriũ
dolores,qui ex huiuſmodi humore,aut ſpiritu flatulẽto in febri excitantur,ſedare conueniet tum
fomento ex milio,quoniam id omnium & leuiſſimum eſt,& maxime ſiccans,quodque ab eo de
fluit,innoxium expersq; morſus eſt:tũ auribus medicamentũ id quod" ex caſtoreo & papaueris G A.l. 3. fo. cap. 8. fol. 249. g
ſucco conficitur,infundentibus;quo ſcilicet ad talia vti ſolemus. Liquor,quo hæc liquantur,ſapa
eſto,quod apud nos uocãt Hepſema:pleriq; medicorũ Siræon græce appellant. Quod ſi imponi
cataplaſma aliquando oportebit,papauerũ capitibus in aqua coctis,ac fęni græci,vel hordei, vel
lini ſeminis farina aquæ miſſa,cataplaſma conficies. Scire aũt licet medicamentũ,quod caſtoreũ
recipit,non ſolum aurium ſedare dolorẽ, ſed etiã oculorum & dentium,ſi auribus inſtilletur. Iã
vero collyria, quæ ex opio fiunt, vehemẽtiſſimos oculorum dolores remittere omnes norunt;
Vtẽdũq́ue(vt prædiximus)his eſt,cum maxima neceſſitas vrget,illud minime ignorãtibus,parti-
culas ipſas nõ nihil lædẽdas,imbecilliioresque in reliquam uitam ex refrigeratione futuras,cæte-
rũ ſaluti hominis in præſens,ipſam futuram poſtea noxam poſt habentibus. Siquidem non pau-
cos eorũ,qui his ſunt vſi,eò infirmitatis veniſſe,vt alij ferè nihil omnino viderẽt,alij propemodũ
ſurdi forent,id oĩbus iã notũ eſt. Itaq; nos,ſi qñ cogimur his vti,poſtmodum in ſanitatis tempore
particulas ipſas excalfacimus, nẽpe aurib° oleũ id, quod ſolũ caſtoreum habet,infundentes:ocu-
lis verò collyria,quæ tãtum excalfaciant ad quod ſcilicet munus maxime id probamus, quod ex
cynnamomo conficit. Ac de doloribus quidem,qui ex craſſis glutinoſisve aut frigidis ſuccis, vel H
etiã flatuoſo ſpiritu excitãtur,hactenus abunde. Similis nanque eſt eorum omniũ curatio,vt quæ
per comprehenſas iam materias perficiatur,niſi q̃ is,qui ſpiritum flatuoſum comitatur, propriã
quandam curationem eſt ſortitus ex cucurbita" cum flãma copioſa ſubinde admota. Videbiturq;
tibi præſidium hoc in huiuſmodi affectibus incantamenti cuiuſquam ſimile quid efficere, ſiue hi
in inteſtinis,ſiue in quauis corporis particula ſunt excitati. Illico enim cucurbita admota,q̃ ſpiri- A.l.3.fo. r.2.cap. 293.a
tu flatuoſo cruciantur,tum à dolore liberi tum omnino ſani redduntur. Quos verò non ſpiritus
modo flatuoſus,ſed etiã humor quiſpiam, unde is oritur,male habet,ijs ilico ad tempus dolor ſe
datur, redit tamen vel in ſequente nocte,vel poſtridie,vel etiam tertio die ſimilis dolor: ac potiſ-
ſimum,vbi in victu aliquid deliquerint,aut importunius particulas excalfecerint. Tibi verò hoc
quoque maximum indicium affectus erit:ac curationẽ pro ratione proſequeris,nec impẽſe par-
ticulã excalfaciens, & tenuatoria curationis ratione utens. Quod ſi in uentre quoq; talium quip-
piam incidat, mirifice hi ex acrium iniectione leuantur. Sed percuranda in his primum doloris
acceſsio eſt,admota ſcilicet cucurbita,quo uentoſus digeratur ſpiritus;poſt id vacuandus humor
eſt,infuſo q̃ ſedẽ eiuſmodi medicamentormu aliquo. Ego verò oleo quopiam tenuis ſubſtãtiæ

uti

A vti assueui, rutam incoquens. Porrò aliqui in tali curãdi ratione, vbi oleũ acceperũt: maximo dolore cruciantur: postea exiguo interposito spatio excernunt humorem vitreum, atque ex hoc protinus simul & à dolore & ab affectu liberantur; quippe sublata causa, quæ spiritũ flatuosũ gignit, omnia conquiescunt. His humoribus cõtrariã maxime naturã habent, qui tenues sunt atq; acres, sed similem dolorẽ inferũt: nõnunq; autẽ & cõuulsiones *crebras accersunt, utiq; cũ in ore uẽtriculi sunt collecti; veluti dudũ illi contigit, qui paulo post æruginosum humorẽ euomuit. Satius uerò sit non æruginosum ipsum dicere, sed exactam planè æruginẽ; talis nãq; erat, qualis pulcherrima est ærugo. Verum huic adolescenti cum conuulsione & syncope, etiam* guttæ quædã frigidæ, & pulsus in summo gradu parui erant. Ex quibus cum conijcerẽ in ore ventriculi, quem publice stomachũ uocant, mordẽtẽ aliqnẽ contineri humorẽ, dedi illi aquam tepidã bibere; post quam protinus tale quid euomuit, quale si ipse facere velles, floridissimã æruginẽ aquæ misceres. Cũ igitur talis humor in uẽtriculo cõsistit, uomitu est expellendus: cum in intestinis, inijcere persedẽ conueniet, q̃ eluere eiusmodi humorẽ sit aptum. At id detersiuũ sit omnino, oportebit. Cum aũt taliũ plurima mordeant, commodissime ex iis aliquod deligitur, cui morsus absit: eius generis

B maxime est ptisanæ cremor. Cibi verò exhibendi his sunt, & qui boni sint succi, nec facile corrũpantur; quorũ etiam exempla in priore libro iam tradita habes. Quoniam vero etiã eorũ, qui exsiccitate uehementi tenduntur, cruciãturque, mẽtionẽ feci, satius fuerit de his ẽt aliquid apponere. Scire nanq; licet eiusmodi affectũ, si modo curabitur, humectationem poscere, cæterũ curatu per difficilẽ esse, vel potius, qui curari omnino non possit, si febris occasione est contractus. Succedit maxime exitiali phrenitidi, nec sanatũ quempiã, ita conuulsorũ aut ipse uidi, aut aliũ narrantẽ audiui. Nã temere conuulsio vel ex repletione neruosarũ partiũ incidit, qua rõne eos, quos magna phlegmone premit, adoritur: vel ex mordẽte & tenui humore, qui neruosa corpora rodat: vel ex ingenti frigore, quod tale quippiã, quale gelu, efficit. Atq; hæ tres conuulsiones subinde percurãtur: sed, quæ ex neruosarũ partiũ siccitate prouenit, insanabilis est. Quippe etiã in libro de marasmo docuimus solidorũ corporũ siccitatẽ omnino esse insanabilẽ. Quo minus adijciendũ quicquã de eiusmodi symptomatis præterea puto: sed nec de ijs, q̃uitio immodicę uacuationis vel p̃ aluũ, vel per vomitum, vel sanguinis profusionẽ incidũt: q̃ & antea de his mediocriter sit dictũ, & post hac dicere sit necessum, potissimum cum mihi de tumoribus, qui præter naturã incidunt, erit agẽdum. Itaq; librum hunc iam claudã, qñ de symptomatis ijs, quæ utiq; tractatu maxime erant ne-

C cessaria, & præcipuè quæ cum febrium affectibus ipsi sunt connexa, abunde disserui.

A.li.3.f.2. c.5.f.215e.

*συντόνους, uehementes.

*νοτίδες.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER TERTIVS DECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Inflammationes, a c reliquos præter naturam tumores curare docet. idq́ue indicationibus diligenter adscriptis, & ac iis maxime, quæ sumuntur ex affecta parte.

Quid hactenus hoc opere actum est, quid hoc libro agendum: ac de duplici inflammatione. CAP. I.

DVo iam genera morborum, quemadmodum quis methodo sanet, docuimus, alterum in intemperie positum, cui antiqua est appellatio: alterum cui nos nomen indidimus, continuitatis solutionem. De qua prima in tertio, quarto, quinto, ac sexto horum commentariorum pręcepimus. Post eam de ijs, quæ in intemperie consistunt, usq; ad duodecimum egimus. In hoc verò totius operis tertio decimo de tumoribus, qui præter naturam incidunt, disserere incipiemus, in quibus scilicet partes à naturali habitu in quantitate recesserunt. Sanè, sanitatem, an naturalem habitum dixeris, ad ea, quæ nũc paramus, nihil interfit. At, cum plures specie affectiones in his sint, primum agemus de phlegmone. Expedit enim ab hac cæpisse, & quod frequentissime incidit, & quod febres aliaq; symptomata periculosissima excitet. Cum autẽ veteres Phlogosin (quam inflammationem interpretere) subinde phlegmonem appellant, sciri uolumus non hoc loco nos de hac phlegmone disserere, sed de ea, quæ supra inflammationem, tensionem quoq; in particula facit, quam non mõ ipsi tactu deprehendamus, sed etiã ipse ęger †proprio sensu aduertat. Quin etiam pro tensionis mõ tangenti quoq; remittitur pars phlegmone obsessa, auctiorq; est, quam pro naturali habitu: nec dolor illi deest, maior minorve: cum quo nõ nũquam & pulsationis est* sensus, cũ. s. malum amplius increuit, ac potissimũ cũ suppurat. Rubor quoq; in parte, quæ phlegmone

† διαιτῆς ἰδίως ὀνομαζομένης συναισθήσεως, i. eo sẽsu qui peculiariter συναίσθησις (quasi consẽsum dixeris) appellatur.

*συναίσθησις.

mone laborat, maiorve semper uisitur. † Semper autem omnia partibus inflammatis insunt} E adeo, vt siue in ipso pedis uestigio, sine in parte interna manus magna phlegmone incubuit, hæc quoque magis rubra uideantur quam ante..

†In cod. græcis antiquis legit ἀεὶ δὲ πάντως φλεγμαίνουσι μορίοις, i. ipſe tũ (ipse rubor) omnino ineſt partibus phlegmone laborantib⁹; & ita omnino uidetur legendũ.

Indicationes, quæ ex fientibus: uel factis inflammationibus præbentur. CAP. 2.

ETenim ostensum est, phlegmone omnem e sanguinis confluxu consistere: qui alijs statim calidior est, quàm ℔ natura, fuit: omnibus certe in ipsa parte, quæ phlegmone uexatur, calidior efficitur. Atq; hoc omnium sectarum commune est, siue impactum tantum sanguinem in sinib⁹ uasorum, phlegmones causam, velint: siue intercidẽtiã eius (parempt℥sin vocant) in solis arteriis, siue obstructionẽ aliquã, siue in raritatibus ratione cõtẽplabilibus resistentiã. †Quò fit, vt ẽt curationis* indicatio omnib⁹ sit cõis, nẽpe vacuatio redũdãtis in particula phlegmone obsessa, sanguinis. Phlegmones verò, quæ in generatione adhuc est, duplex* indicatio est, veluti in reliquis mornis. Phlegmones verò, quæ in generatione adhuc sunt, nec dũ absolutionẽ sunt nacti, ostẽdimus. Nã ℔ eorũ bis omnibus, q̃cunq; in gigẽdo adhuc sunt, nec dũ absolutionẽ sunt nacti, ostẽdimus. Nã ℔ eorũ generatũ iã est, id medicinæ artis parti, q̃ morbos curat, subijcit: ℔ in generatione adhuc est, parti, quæ futurũ morbũ præcauet. Atq; idcirco diximus nõ simplicẽ, sed cõpositã esse totã, de ijs ægri tudinib, q̃ in generatione adhuc sunt, medẽtis sol icitudinẽ, ex ea, s. quę prouidet, & ea, quæ curat. Sicut etiã, si omnino phlegmone laborare adhuc nõ cœperit, sed tamen appareat iã subesse in cor F pore genus aliqd̃ eorũ; quæ phlegmonẽ excitare possint, in talibus quoq; omnibus sola prouisio* indicat. At, si nulla adhuc in corpore causa subalitur, ijs, qui ita se habent, ea, q̃ sanitatis est tutrix, prouidet. Ergo, quę causæ phlegmonẽ accersere uidentur, has, cũ iã in corpore sint conceptę, sed tamen exiguæ adhuc & incipiẽtes, vtique ne maiores fiant, inhibere conueniet. Atq; hoc p̃cauẽtis phlegmonem est officium. Cum verò ex magnitudine sint, vt iam phlegmonẽ creent, eas sub mouere oportet, ac, quantum iam phlegmones genitum est, sanare.

De ortu inflammationum. CAP. 3.

ACcommunis omniũ phlegmonarum generatio ex sanguinis influxu est, copiosioris. s. quã pars postulet; veluti tum in libro de tumoribus præter naturam ostendimus: tũ in eo, qui de inæquali intẽperie est inscriptus. Sanè copiosior sanguinis influit alia quapiam, alijsve particulis aliquando eum mittentibus, ac ea, quæ phlegmone laborare incipit, recipiẽte: aliquando particula, quæ affligitur, hunc ad se trahente. Partes, quæ mittunt, aliàs vt copia superuacuũ, vel vt qualitate molestum, aliàs vtroq; nomine, succum propellunt; quæ attrahunt, ea morboso calore tratate molestum, aliàs vtroq; nomine, succum propellunt; quæ attrahunt, ea morboso calore trahunt. Porrò in doloribus incipit quidem causa ab eo, quod affligitur, sed quicquid est phlegmones: id su ℔positæ partes efficiunt. Ergo, ℔ ad partẽ excalfactam, vel trahũtur uicini succi, (ut nos G cẽsemus) vel cõfluunt (vt Asclepiades putabat) euidẽter cernitur; & cõstet hoc loco ex ipso, quod cernitur, sermoni fides. At verò, quæ dolent, cernũtur ea quoq; phlegmonen ex dolore pati: sed causam eius quidã omnino non assignãt: quidam nullo modo probabilẽ. Nostra vero sententia talis est. ocuimus in eo opere, quod de naturali usf cultatibus edidimus, unã esse naturæ facultatẽ, quã excretoriã dicimus. Ea suo munere tũ fungitur, cũ triste aliquid sentit. Vnum verò quidam est ex ijs, quæ eam contristant, ipsa, quæ dolorem excitat, causa, quæcunque ea sit. Hanc igitur eijcere dũ properat, phlegmonem interdũ in particula concitat. Cum enim primis suis conatibus nihil profecit, uehemẽtius aggressa, quod infestat, expellere, sanguinis & aliquid spiritus ex suppositis partibus in afflictam simul exprimit. Atque hinc fit, ℔ ex dolore particula, pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attolitur.

A.l.4.f.3.t.cap.2.fol.451.f.

Tumores oẽs præter naturam ex rei influẽtis natura uariari; & quæ sint inflãmationis causæ. CAP. 4.

QVin etiam omnium tumorũ, qui præter naturã sunt, uarietas ex eius, quod influit, natura nascitur. Vbi enim flatulenta materia copiosior accessit, flatuosi mgais tumores fiunt: phlegmonæ verò magis similes, vbi sanguis; sicut erisy pelati, vbi flaua bilis: & œdemati, vbi pituita: similiter scirthosi, vbi vel crassus, vel vehemẽter lentus humor est, qui parti est infixus. Sanè crassus humor, quodãmodo iã melancolic⁹ magis minusve est. Lentus autẽ ex glutinosis prouenit cibis: sed & ex ipsis aliquando neruosis partibus, vtique cũ multũ excremẽti genuerint. Verum de cæteris tumoribus post dicetur. Nunc de phlegmone agemus, ac prius, quę oĩum sunt cõia, ad disputationẽ propositis, sic deinde, quæ solius eius vitij sunt propria, adijciemus. Cũ igitur particula aliqua phlegmone urgeri cœperit, videndũ est, an ℔℔ calorẽ aliquem, q̃ in illa p̃ter naturam sit ortus, an ℔℔ dolorẽ vel ipsius, vel propinquæ alicuius partis, hanc cõtraxerit: quo. s. adempta causa, phlegmone non amplius increscat. Post hanc considerationẽ proxime illa cõtemplabere, nũq̃d uicina aliqua particula sanguinem largius ad partẽ phlegmonẽ obsessam transmittat: deíde num totum corpus† sanguine nimium abundet, πληθώραν uocant}.

A.li.3.f.3 t.2.c.1.fol.457.c

H

† πληθωρικῶς διάκειται.

Inflammationes in glandosis carnibus facilime excitari, & quo pacto curari debeant. CAP. 5.

NAm tibi (arbitror) non excidit, vtpote sæpe à nobis monstratum, superuacanea, quæ a ualentioribus partibus ob redundantiam vel qualitatem expelluntur, ea in imbecilliores prohibere atq; hinc accidere, ut glandulæ, quas adenas uocant, facile fluxiones recipiant, & maxime quæ rariores natura sunt. Quippe valentius est arteriarum, & venarum, & neruorũ, & musculorum

A.l.1.fo.1 d.1.c.1.fo.10.e

A rum robur,imbecillius aũt,ac forte prorsus nullum, corporum, quæ glandularum sunt naturæ.
A.li.4.f.4. t.3.c.2.fo. 472.c. Sic igitur fit,ut & ꝓpter vlcus,quod in manus,aut pedis digito sit,eiusmodi glãdulæ in inguinibꝰ, & alis,tum intumescant,tum phlegmone occupentur,cum defluẽtem †ad vltimos artus }sangui nẽ priores exceperint. Quin etiam in collo,& secus aures sępenumero glandulæ ijs,quibus in collo,capite,vel aliqua vicina parte vlcus est natum,intumescunt: nominant autem ipsos Adenas;cum sic intumuerunt,Bubones. Quod si scirrhosior earum partium plegmone aliqñ fuerit,hęc & ægre sanabilis est,& Chœras,idest struma,dicitur. Quænam vero sit strumarũ curatio, in proximo dicetur libro. Nũc de phlegmonis,quoniã de ijs differere proposuimus, denuo repetẽtes dicamus,ꝙ inhibitio earũ incipiẽtiũ,ex generante illas causa tollenda præstatur. Prmũq; de ijs,quę vlcera sequuntur,agamus;postea.n.quam prope magnã arteriam,aut uenam vlcus ortũ est,celerrime bubones excitantur. Cernitur autem aliqñ ipsa quoq; vena per totũ* membrũ rubra,& calẽs,& distẽta,ac siquis eã tãgit,dolens. Erg , si uel totũ corpus sit plethoricum,vel malo succo redundet,difficilis curatio redditur:sin sanũ planè sit,facilis. Quippe excalfacere, & humectare modice totũ mẽbrũ,quo dolor mitigetur,oportet(nosti aũt eiusmodi præsidiorũ materiã) ipsi utiq; vlceri tetrapharmaco in linamento imposito,liquatur id oleo potissimũ rosaceo, vel, si id non adsit,relaxanti aliquo:toto uero mẽbro, hapso lanæ ex calente oleo imbuto circundato. Quinetiã ipsi vlceri calidũ imponi medicamentũ oportet,ac super ipsum,calidũ extrinsecus eata
B plasma ponere,qđ ex farina,vel hordeacea,vel triticea,vel ambabus mistis constet; humorum aũt habeat aquã cũ pauco oleo. Non secus vero ẽt ipsi adeni, quæ phlegmone vrgeri cœpit, vt mitigetur,imponi debebit primo die lana ex oleo calente madẽs, nõ aũt sicut nõnulli faciunt,statim addito sale;post enim sale vtemur, cũ & tumor ꝓ totũ mẽbrum fuerit remissus, & dolor vlceris sedatus. Quin etiã macedonicũ,quod uocant pharmacum,similiter, sicut tetrapharmacum, ipsi vlceri imponere licebit:etenim similia inter se sunt, solo thure tetrapharmacũ macedonico superante. At,si vel plethoricũ corpus sit,vel malo succo redundet,curatio per ea,quæ sic calent, fluxionẽ ad membrũ citat. Atqui nec alia vlla vti datur. Cogimur ergo aliàs sanguinem mittere, idque aut vena incisa:aut membris ijs,quæ læsa non sunt,scarificatis. Manu enim laborante,scarificabis crura:altero crurũ male habẽte,reliquum. Has namque uacuationes indicat ipsa copia,sicut etiã succorũ vitium,redundantis succi purgationem. Ac plerunq; post hæc præsidia,glandularũ phlegmone definit. Sæpe tñ,vel ipso,qui curat,ad corporis totius uacuationẽ segniore: vel ipso,qui laborat,}præ mollitie eã non admittente:earũ phlegmone maior efficitur, sic, vt ad suppurationem ꝓueniat. Sed & q̃ Phymata quoque græce appellant, memoratis* carnibus, sicubi *glandulis.
C fluxio in eas procubuit,citra vlceris occasionẽ accidunt. Vbi ergo distentæ uehemẽter glandulæ sunt,aut alia deniq; particula quæuis,quam phlegmone premit,cogimur toto corpore prius uacuato ipsam scarificare. Sanè vacuamus totũ corpus (sicut in libro De plenitudine mõstrauimus) nõ modo cũ redundãtiã succorũ in habitu, sed ẽt cũ mediocritatẽ succorũ cõtinet, si morbi magnitudo suadeat. Siquidẽ dolor,& calor*mẽbri,in quo phlegmone sedet,ẽt si purum ab excremẽ *μέρους.
tis totum corpus sit,fluxionis causæ sunt. Expedit igitur parcius id,hoc casu facere: ac vacuare, prout maxime,tũ ætati laborãtis,tum naturæ,congruere videbitur, æstimatis præterea, tum anni tempore,tũ regione, tũ ægrotãtis ipsius consuetudine:de quibus sæpe iam in multis diximus sic,ut,etiã si adhibita in sermone non sint,subaudire ea conueniat:Vbi uerò phlegmones ipse veluti feruor iam subsedit,mitigatorijs cataplasmatis dimissis,ab ea,quæ digerunt,paulatim est transeundũ. Ac primũ cũ mitigatoriis paulũ mellis miscendũ. Mox triticea farina in totũ prorsus auferenda,cõtentis hordeacea cũ melle vberiore. Deinde ad aliquoũ eiusmodi digerentium medicamentorum est veniendum,q̃ vel humida cõsistentia sint,similiter ijs,q̃ in linamentis,vel linteolis excipiuntur(Emmota græce vocant) vel cerati specie: Ac duris autem abstinẽdũ est, qualia pleD raque emplastra sunt:nã & phlegmonarũ reliquas cõtrahunt,& rursus phlegmonem in ægra parte excitant. Quin,si pus aliquod notabile in suppurante particula sit contentũ, nõ expedit (quod nonnulli faciunt)protinus incidere,immo exhalationem moliri medicamentis ad id valentibus, quorũ usus ex affectu sit cõiectatus:quippe,cũ phlegmones naturæ quicquã in*membro adhuc *μορίῳ.
restat,acria medicamenta magis irritant,q̃ digerant. Cum verò, qđ explegmone relinquitur, scirrhosum effectum videtur,fidenter iam ualẽtibus medicamẽtis veteris,sed obseruato bis in die, quem præstent affectum,primum mane,secundo vesperi. Quòd si balneo quoq; vtatur,etiam in eo tempore fiat. Si quando ergo ægram partẽ medicamenti acrimonia irritatam videtis,ut tumẽtior,aut rubicundior sit,aut magis doleat,mitigabis eam interea fomẽto,quòd per spongiã admistrabis. Id aũt aliquando ex aqua dulci esto,aliquando etiam sal habente,vbi scilicet scirrhosiores phlegmonæ sunt. Sin aliquando puris copia medicamẽta superet,nec ea uideantur tibi totum digerere posse,†secare exitũ ei,quod digestioni non cessit,}eo potissimum loco oportet,quo est †τὰ μυῶν χρὴ τὸ οὕτως ἀφιστάμενον. i. qđ sic abscessit, secare.
editissimum:quippe tenuissimam etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in sectione & alterius indicationis, quæ ad effluxum pertinet:atq; ad ambo respiciens, ita,quod suppurauit, incide:ac deinceps medicamentum aliquod eorum,quæ sine morsu siccent,impone. Quòd si com-

putruiſſe portio aliqua ſuppurantis partis videbitur,excidi eam eſt neceſſe:Sanè quidã in ijs,quæ E
in axillis,& inguinibus ſuppurant,in myrtei folij ſpeciẽ ſemper excidi cutim iubent,qm̃ in ijs laxa
† Ex antiquis, ita uertendũ, ex leui occaſione phlegmonẽ facile contrahat. ea naturaliter ſit, ideoq; oẽ,quod ipſi aduenit,prompte recipiens: †pterea ipſa ea leui occaſione
phlegmonem facile contrahant.} At maximas aliqui ſectiones facere ſolent: quarum occaſione
particula,vbi ad cicatricẽ eſt ꝓducta,nõ ſolum turpiſſima redditur,ſed ẽt fit imbecillior, & quæ
ſæpe homini ad motus ſit in mora.Hæc igitur ipſi uitantes,ſæpiſſime certe ſola inciſione, & me-
dicamentis valenter ſiccantibus,huiuſmodi affectus ſanauimus. Quòd ſi aliquando excidere ali-
quid ꝓ ꝓ multitudinem nõ puris modo,ſed ẽt corruptarum partium, fuit opus, contenti eramus
ſectione,quę myrti folium imitatur,planè non magna. Cum autem in ea exciſione longitudo
maior,quàm latitudo ſit,eſto in inguine longitudo per tranſuerſum ducta,non aũt ꝓ membri re
ctitudinem:quippe ita,cum membrũ inflectimus, naturaliter cutis ſibi applicatur. Poſt exciſam
ὑπόστεμα. cutim,medicamento,qđ Græci Mannam vocant, affectam partem implebimus: eſt autem ea
purgamentum thuris,leui adſtrictione prædita,atq; hoc noſe etiam thure ipſo ad nonnulla uti-
lior.Thus.n.puris tm̃ mouendi facultatem obtinet,utpote nullam adſtringendi uim habens:ma-
gisque id facit,qđ pinguius ex eo eſt,& magis albicãs;ſicuti etiam,quod flauum ex eo magis eſt,
validius ſiccat.Mannæ verò,ẽt corticis thuris paululum eſt admiſtum: unde .ſ.adſtringendi uim F
hẽt.Ipſe verò cortex thuris,tũ adſtringit,tũ ſiccat inſigniter. Itaq; ẽt ad moderatiores ſanguinis
profuſiones eo vtimur ſolo:ſicut ẽt ad valentiores ſolo vſto,ſed tunc & cribrato,& in molliſſimũ
puluerem redacto.Quin etiam mitigare prius inciſam partem(ſicut dictum eſt)quantum poſcere
*ἐπιβροχῆς. uidebitur,oportet,*fomentis primũ,dein cataplaſmate,mox humectante aliquo medicamento,
aut non ſiccante,ſingulis.ſ.extrinſecus impoſitis.Nam in ipſo vlcere tum manna, vt dictum eſt;
tum ex præſidijs,quæ linteolis excipiuntur,primum ea,quæ pus citãt:dein ea,quę expurgant,sũt
imponenda;poſt quæ,ſi cauitas etiamnum ſit,quæ impleant, adhibenda ſunt: ſin minus,ea,quæ
cicatricem inducunt(græce Synulωtica,& Epulωtica uocant) ueluti quod ex cadmia conficitur.
At,qm̃ in horum quoq; vſu plurimis medicorum non paruum quiddam peccatur,non ab re fue-
rit etiã de ijs diſſerere.Tũ nanq; duccere ulcus ad cicatricem incipiunt, ac idonea illi rei medica-
menta applicãt cum iã penitus ſit impletum,nec quicq̃ illi reſtat cauum.Hinc illis accidit,vt cica
trices efficiant circumpoſita cute magis eminentes.Quò igitur illi cuti ſint æquales, conueniat id
genus medicamentis vti prius,q̃ vlcus ad æqualitatem prorſus ſit impletum,impoſito ſuper ipſas
vlceris oras ex ſpecilli mucrone medicamento aliquo ſicco ex ijs,quæ in vlcerum curatione retu
limus;ſuper reliquum,linamento dato quod aliquo medicamento ex ijs,q̃ cicatricẽ inducant,& G
humida ſint conſiſtentia,fuerit imbutum.Cedẽte aũt proſpere curatione,etiam id amouebis: ac
poſtea ſicco tantũ medicamine vteris,lato ſpecilli mucrone{ex eo} ſuper toto vlcere volutato.
Foris aũt ſuffecerit linamẽtũ,vel ſiccũ,vel ex vino madẽs:ac potiſſimũ ꝙ ex mollib⁹ ſit elychnijs:
cuiuſmodi Tarſenſia ſunt,quoniam hæc quoq; ad vlcera,q̃ ſupercreſcãt,ſubmittenda uim aliquã
obtineant.Atquæ hæc ducente nos rerum ſocietate diximus.

A.li.4.f.3. t.1.c.3.fo. 451.g

De curatione ſingulorum affectuum,qui ad inflammationem excitandam concurrunt. CAP. 6.

NVnc ad ſermonem de phlegmone reuerſi dicamus, cõem omnium phlegmonarum cura-
tionis indicationem eſſe vacuationem.Quæ verò adhuc in generatione ſunt,in ijs prior ua-
cuatione eſt confluentis ad affectum locum ſanguinis inhibitio.Inhibebitur is commode,ſi ipſam
fluxionis cauſam inuenerimus.Sanè ea duplex eſt:aliquando.n.ex ipſa parte, quam phlegmone
uexat,oritur:aliquando ex alia quapiam,alijsve.Ex ipſa quoties aut calidior eſt facta,aut dolore
(ſicut ante diximus)urgetur:non ex ipſa,qñ vel ab alia quapiam,vel ab alijs,ſuperfluum illi tranſ-
mittitur:vel etiam ex toti⁹ corporis affectu.Fit igitur calidior, vel ꝓ ꝓ immodicũ motum,vel ali
quem ex Sole,aut igni teporem,vel acre medicamentum.Dolore verò angitur,& propter intem
periem,& vulnus,& contuſionem,& diſtorſionem,& tenſionem,præterea obſtructionem quan
dam, & ſpiritum flatuoſum.Intemperies modo extrinſecus illi prouenit: modo ex ſuccis, qui in H
ipſo habentur corpore: Et extrinſecus,vel ab aliquo uenenatorum animalium:vel pharmaco,
quod vehementer excalfaciat, aut refrigeret: etiam ab ambiente nonnunquam: Ex ipſo verò
laborantis corpore,cum id uitioſos ſuccos,qui facultate ſint diſſimili, congeſſit. His igitur omni-
bus æſtimatis,quæ phlegmonæ adhuc in generatione ſunt,earum cauſas prius abſcindes:quæ ve
rò iam facta ſunt,has vtique curabis ſolas.Ergo quidnam medenti agendum ſit,ſi totum corpus
male ſit affectum,& dicta prius,tum in his non pauca ſunt,tum in libro [illegible]e plenitudine; & nunc
ſummas eorum,quæ dicta ſunt,recenſebimus.Vbi enim æquabiliter inter ſe ſucci ſunt adaucti, id
& Plerhos,& Plethoran Græci uocant:{nos plenitudinem, & ſuccorum redundantiam dixeri
mus.}Vbi verò vel flaua bili,vel nigra,vel pituita,vel ſeroſis humoribus refertum corpus iam fue
rit,eum habitum Cacochymiam(quaſi ſuccorum uitium dicas)non plethoram nominant. Er-
go plethora, tum ſanguinis miſſione curatur,tum frequenti balneo,tum exercitatione, tum fri-
ctione:præterea digerentibus medicamentis:& præter hæc omnia inedia; de quibus in ijs,quę De
ſanitate tuenda ſunt prodita,dictum abunde eſt. Succorum vitium purgatione, quæ cuique ſu-
peranti

A peranti ſucco ſit accommodata,corrigitur. Dictum porrò & de hac eſt in ea parte operis De ſanitate tuēda,quæ de præcauendis morbis eſt inſtituta. Illinc igitur huc ea transferas,oportebit,ac cōſideres,quo nam ex ipſis vti maxime expediat: Siquidē,ſi iā febricitet æger, nec exercitatione vacuare exuperantiā licet,nec vnctione,quæ excalfaciat:ſed nec multa frictione,nec balneo:immo ſanguinis miſſione unà cū inedia,vel purgatione aliqua. At,ſi nōdū febricitat,omnibus iam dictis vtare,optimū quodq; ad id,qđ inſtat,deligens. Illud enim patere,vel me tacente arbitror, eū cui crura phlegmone laborāt nō eſſe vel ambulatione,vel curſu exercitandū:ſed nec ſtare illi eſſe iubēdū:immo ſedenti plurimum fricari,mox manum motu exercitari, illi eſt ſatius. At,ſicui in ſupernis partibus cœperit pars aliqua phlegmone tentari,huic motus ex inambulatione aut curſu eſt ſalutaris. Similiter & frictio his quidem ea potior eſt,quæ cruribus adhibet̄:illis,quæ in ſupernis partibus adminiſtratur:quippe præceptum in contrarum reuulſionis in omnibus talibus commune eſt. Neque igitur cum vel circa ſedem,vel aliquam huic vicinam partem initium phlegmones incidit,aluū dejcies:neq;,cū in veſica vel cole,vel renib. eſt cępta,pharmaca,quę urinas prouocent,bibenda dabis,nec,ſi mulieri in utero,vel pudendo inſedit, menſes huic prouocabis: ſed ad partes,quæ maxime longinquæ ſint,ſemper reuulſionem facies, æſtimata ſcilicet tum phlegmones magnitudine,tum corporis totius ſtatu. Nam,ſi plurima ſuccorum abūdātia ſit,nec exercitatione,nec balneo ſine periculo vtare:ſin exigua ſit,licet,& per hæc vacues. Cæterū(quod di-

B xi)hæc tum in ea parte operis de ſanitate tuēda,quæ morbos præcauet, ſunt ſcripta:tum in libro, qui de plenitudine inſcribitur:tum in ijs,quæ de phlebotomia, ſiue incidenda vena: tum,quæ de purgantium medicamentorum facultatibus edidimus. Sed,quod ad commonefaciendum tantū de ijs ſit ſatis,nunc etiam abunde eſt dictum. Itaque ad propriam de phlegmone diſputationem nunc eſt veniendum. In qua primum merito verba faciemus de phlegmone,prout ab affectu partis,cui inſidet,oritur. quippe ſatis conſtat affectum illum principio tibi eſſe ſanandum:mox,quic quid iam phlegmones eſt factum: Porrò interim ijſdem prēſidijs ambo tolluntur: veluti cum ex flatulento ſpiritu & denſitate particulæ dolor quiſpiam eſt ortus. Hoc enim caſu eorum,quæ modice calfaciunt(quæ etiam Chalaſtica,id eſt relaxantia,ſiue remittentia uocamus) vſus eſt commodus;vt qui pariter & conniuentia corporis laxet,& flatuoſum ſpiritum tenuet,&,quod phlegmones iam conflatum eſt,digerat. Ad eundem modum, ſi ex frigido dominante intemperies ſit oborta:nam tunc quoque calfaciendo non ſolum intemperātiæ,ſed etiam phlegmonæ,vna medeberis. Itidem,ſi calor uehementior intemperiem fecit, refrigerantibus præſidijs ambo ſiſtes: ſiquidē intemperantia contraria ſemper requirit: Vacuatur autem,quod impletum eſt,non modo

C medicamentis ijs,quæ digerūt,ſed etiam,quæ adſtringunt & refrigerant. Magisq; profectò adincipientes phlegmonas frigidis adſtringentibusque,q̄ ijs,quæ digerunt,eſt vtendum: atque etiānm magis, vbi craſſum, quod confluit,nō eſt. Sed,ſi ſanguis in particula,quam phlegmone prehendit,uehementer eſt impactus,non eſt amplius repercutientibus vtēdum;ſed tum digerere eſt

A.l.4.fo.6. t.3.f.496.d tempeſtiuum. Vbi autem ex animalis punctu morſuve dolor incidit,duplex ſedandi doloris ratio eſt,uel virus ipſum vacuando: vel,quod dolorem excitat, alterando. Sanè vacues id eorū medicaminum ope,quę vehementer attrahunt,alteres ijs,quæ ſunt contraria,idq; vel qualitatibus, vel tota ſubſtantia. Monſtratum nanque eſt in libris de medicamentis quædam eſſe totis ſubſtantijs inter ſe contraria:quædam ſolis qualitatibus. Sed & illud indicatum æque eſt, qđ eorum, quæ contraria qualitate ſunt,methodus quæpiam ſit:eorum,quæ tota ſubſtantia ſunt aduerſa,methodus non ſit, ſed omnia ſint per experientiam inuenta. Tu igitur, quæcunque methodo curandi explorentur,hinc diſces. quæ experientia tantum deprehendit, ea in ijs operibus, quibus de medicamentis agitur ſunt collecta,uno,quod de facultate eorum inſcribitur,altero,quod de compoſitione:& tertio,quod de facile parabilibus inſcribitur. In quibus operibus oſtendimus, quæ nam

D ex ſola experientia:quæ nam ex ſola ratione;& quæ nam ex ambabus,inuenta ſint pharmaca. Ergo methodus,quā hoc opere tradere inſtitui,in doloribus vniuerſis,qui vel ex animalium,medicamentorumve noxa excitantur,duplicem indicationem habet,nempe eius,quod dolorē creat, vacuationem,atque alterationē. Vacuant id tū calfacientia omnia:tū quæ citra calefactionē, vehementer trahunt,veluti & cucurbitulæ,& caua cornua quædā, quibus nonnulli cucurbitularū uice vtuntur. Sunt autem, & qui ore ſuo virus extrahunt,ægræ videlicet particulæ admoti,ipsāq; labijs complexi. Huc ſanè pertinet & cauteriū,& medicamenta,quæ cauterijs ſimiliter eſcharā efficiunt. Atque hæc omnia totam eius,quod infeſtat,ſubſtantiam exinaniunt. Alterum auxiliorū genus eſt eorum,quæ qualitatem per contraria alterant, ſ. exhibētibus nobis, ſi uehementem calorem æger uel in ipſo demorſo loco,vel in toto corpore ſentiat,auxilia refrigerātia: ſin frigus ſentiat,calefacientia. Docuimus autem vtraque in ijs operibus,quæ de medicamentis ſunt ſcripta. At tales quidem omnis phlegmones communes medicationes ſunt: uariantur autem pro laborantium particularium ratione. Etenim id iam quoq; oſtenſum eſt,vbi de vlcerum curatione egimus:nec longo ſermone eſt opus ei, qui meminerit eorum, quæ ibi ſunt dicta, ſed ſat erit paucis tranſcurriſſe.

Indicationes, tum ex similaribus partibus, tum ex instrumentarijs, in inflammationum curatione præberi. CAP 7. E

VNa itaq; indicatio ex ipsis similaribus accipiť partib. altera ex instrumentarijs. Et ea, quæ ex similaribus sumitur, †modũ calfaciẽdi, refrigerãdi, siccãdi, ac humectãdi determinat: Quę ue rò ex instrumẽtarijs, tũ locũ ipsum, ꝑ quẽ vacuare oportet: tũ vacuationis rõnem: tũ verò i simili speciei medicamentorũ usu ipsum †pluris minorisq; modũ. } Ac de similariũ quidẽ partiũ indicatione supra, vbi de vlcerũ curatione est tractatũ, diximus: de instrumentaria verò hic agemus.

†τὸ ποσὸν. *mensuram.*

†*Plus & minus.*

In inflamationibus vacuandi indicationem, indicationem refrigerandi superare, contra in erysipelatis. CAP. 8.

CVm enim plegmone duplici rõne a natura recessit, & ꝙ pars ipsa multo sanguine sit referta: & ꝙ eadem sit calidior: vtiq; vacuationis indicatio refrigerationis indicationem vincit: contra. l. q̃ in erysipelate, in illo nanq; refrigerationis indicatio magis vrget, q̃ vacuationis. Quanq̃ vtriusq; affectus curandi cõe caput est infestantis humoris uacuatio. Ideoq; post, q̃ refrigeratum erysipelas est, ad ea quæ digerunt, medicamenta conuertimur. In phlegmone igitur †tantisper est refrigerandum, quatenus & ad incrementum eius sistendum inhibendumq; est commodum. Etenim, cum immoderatus calor dolorem excitet, atq; etiam aliquid ad ægram partem attrahat, utroq; nomine augescere phlegmonem accidit. Ergo, quantum refrigerationis phlegmonæ, ceu calido morbo, congruit, tantum certe, & incrementum eius inhibere est aptum. Idẽ parẽ gratiam præstat, & cum repercutit id, quod affluit. Quod uerò ex eo, quod in laborãte membro continetur, quidpiã in proxima, partes repellit, hoc phlegmones iam genitæ medela est. Simili modo, & quæ modice excalfaciunt, vtraque interdum ratione prosunt, quoniam & dolorem sedent, &, quod contentum in laborante particula est, digerant: quippe dolorem mitigando, augeri phlegmonas vetant: digerendo, quod earum iam conceptum est sanant.

A.l.4.f.3.t.1.ca.5.fol.452.c

† In antiquis codi. quibusdã additur ζεούσης. i. feruente.

F

Quatuor esse in totum vacuationum genera, quæ ex partium natura oriuntur. CAP. 9.

QVoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis, in redundantis ipsa sanguinis uacuatione consistit: vacuatio aũt hoc genus affectorum excogitata est duplex, aut translato ad alias partes, qui in ægra continebatur, sanguine, aut foris à corpore expulso: satius ꝑfectò est utraq; uti, obseruantibus diligenter, ne quę ex accidẽti læsio sequatur. Ergo, cum gemina sit dictarum vacuationum utraque, quadruplex in vniuersum nascitur vacuãtium auxiliorum genus. Trãslationis. n. sanguinis ad alias partes alterum genus est, vbi ipsa pars, quæ phlegmone laborat, sanguinem abigit: alterum cum eæ, quæ integræ sunt, ad se trahunt. Eius aũt, quæ extra corpus educit, alterũ sensibilibus effluxibus: alterum rõne tm̃ contemplabilibus perficitur. Atq; id, quod sensibilibus effluxibus peragitur, aliàs per ipsam fit partem, in qua phlegmone resident: aliàs† per ea, quæ vnà cum hac aperiuntur. } Proinde etiam dissectionum notitia ad eiusmodi consortium intelligendum est opus. Ergo tum hæ indicationes phlegmonarũ curationem immutantes à partium natura præstantur: tum supra has, quę tum ex positu tum figuratione sumuntur: quas nimirum laborans locus, quà instrumentalis, non quà similaris est, indicat.

G

†διὰ τῶν συναισθανομένων αὐτῷ.

De reliquis Indicationibus Similarium & Instrumentalium partium communibus. CAP. 10.

SVnt etiam aliæ, quæ tum instrumentalium, tum similarium communes sunt: sicuti cum actionem earum inspicimus: præterea an rara pars sit, an densa: an acuti sensus, an hebetis. † Ad quę omnia intentum esse oportet, qui recte curare studet.

†Addendum ἀναίσθητον. i. an sẽsu careat.

Ratio Reuellendi, Deriuandi, ac omnino Vacuandi Inflammatas partes, iecinoris exẽplo. CAP. 11.

QVoniam uerò (ut semper testati sumus) non satis est ipsa tantum uniuersalia nouisse, nisi quis etiam in particularibus se exerceat, ita utique & nos nunc faciamus, non tamen omnia particularia percurrentes, sed ea tantum, quæ nobis satis esse lectori uidebuntur. Proponatur itaque iecur iam phlegmonem cõtrahere incipere: tum, quæ nam mali eius commodissima sit curatio, quæratur. Omnium ergo primum ab ijs, quæ retuli incipiens, an totum corpus inanitione indigeat, considerabis. Quod si indigere inueneris, mox ægri uirtutem æstimabis: possit ne semel iustam uacuationem tolerare. Primum ergo ualida esto. Ab hac æstimabis ætatem. Nam, si puer sit, quæ per dissectam uenam fit (ut supra est monstratum) uacuationem non feret: uerum, cum pubertatem attigerint, iam pueri missionem sanguinis tolerant. Ergo pariter tum reuellendus, tum educendus, qui ad iecur fluit, sanguis est, interna in dextro cubito secta uena, propterea, ꝙ & è* regione, & ampla uia cum uena, quæ caua dicitur, societatem habet: hac non apparente, media secanda est: quod si nec ea se ostenderit, reliqua, ac tertia est incidenda. † Modum uero uacuationis tum ex redundantiæ modo, tum ex reliquis, quæ in superioribus diximus, inuenies, ætate, natura, tẽpore anni, regione, & consuetudine: tum ante hæc ipsa laborantis uirtute. Hæc enim in omnibus sunt cõmunia. Illud uero, interna ne, an media, an humeralis uena, secanda sit an ea q̃ iuxta malleolum est, an quæ in poplite; id uero ex laborante particula indicatur. Ac definitũ iam est in ijs, quæ de incidẽda vena scripsimus, de uacuationibus id genus omnibus: diceturque nũc, quantũ sit ad rem propositam opportunum: primumq; hoc ipsum, Non esse scilicet solum illud satis,

H

A.l.3.f.14.t.3.c.12.fo 315.g

*κατ' εὐθὺ. i. è directo.

†*Mensuram.*

A satis,quod vacuandũ sit,inuenisse;veluti sentiunt,qui amethodon sectam colunt:quibus nulla de laborantiũ locorũ differentia habetur ratio. Non.n.ratio tolũ, verũ etiam vsus ipse indicat aliam alij parti vacuationẽ congruere.Siquidem ex ijs,quibus oculi tentari phlegmone cœperant, nõ nullos sola purgatione per aluum,vno die sanatos vidisti. Quã rem si quis facere in iecinore,cum phlegmone laborare incipit,tẽtet,maximam excitabit phlegmonẽ,æque vt,si,cũ renes aut vesica phlegmone tẽtari cœperint,quæ urinas cient,medicamẽta exhibeat;aut,si cum vterus phlegmone laborat,menses deuocet:siquidẽ lõgissime ta tentata fluxione parte, } quod redundat, revellere,nequaq; ad eã trahere conuenit. Hac itaq; ratione,nec si uentriculũ aut intestina phlegmone occupare iã cœperit,medicamine,quod aluũ deiiciat,uti cõueniat. Eandẽ cum his indicationẽ & vterus sortitur,sicuti cum vrinæ vasis,pudenda. At vomitu vti pudibundis laborãtibus, {in diuersa}reuellens auxilium est,Græci Antispasticon vocãt. Eadem ratione in omnibus, quæ circa caput accidunt,medicamentũ,quod aluum deijcit,ad contrariũ auertit.Siqua verò circa fau
B ces,& palatum,aut linguã,aut deniq; in ore,phlegmone laborare incipiãt, in his omnibus cauẽda sunt,quæ pituitam per os euocant,Apophlegmatismos uocant: quippe cum id simile sit,ac si deijcere aluũ,intestinis ægrotãtibus,velis:aut vrinas mouere,cum renibus aut vesicæ sit ægre:aut vomitũ lacessere,cũ partes stomachi sint afflictę.Satius igitur sit,vbi partes quę in ore sunt,phlegmonẽ accersere incipiant,deriuare ad nates.Pari modo uenã quoque, vbi hæ partes sic laborãt, incidere humeralẽ in manu:si ea nõ cernitur,mediam:Vbi iecur,pectus,pulmo,aut cor sic afficiũtur,internã:In angina,quam synãchen græce vocant,primas in manibus;secũdas eas,quę sub lingua habentur. At ijs, q̃ in occipite sunt,afflictis,etiã eã,quæ in cubito est nec non eam,quæ habẽt in fronte:Renibus verò,& vesica,& pudẽdo,& utero sic habẽtibus,eas, quæ in cruribus sunt sitę, ac potissimũ,quæ circa poplitẽ sunt : sin minus,eas,quæ iuxta malleolos : Ac ꝑpetuo quidem in omnibus eã,quæ è directo est;vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dextra sunt manu: vbi lienẽ, contra.Itaq; statim prima uacuationis diuersitas pro particularum diuersitate variatur : cõstarq; communẽ indicationẽ nõ magis esse vtilitatis, q̃ noxæ,causam. Siquidẽ,ꝙ uacuãdũ sit, id cõmunis indicatio est, vnde autẽ,aut quomodo,vacuatio sit facienda,id æger ipse docet locus. Ad cũdẽ nanque modũ,vbi pectus,aut ventriculus,aut partes circa collum caput ve,phlegmone laborãt,
C excogitatum est artus uincire. Quippe ipsum,ꝙ phlegmone infestatur,uinciendum non est:sed,si in manibus phlegmone est orta,crura:sin in cruribus,manus.

† Aperte, quæ fluxio ne teneri incipiat.

A l.3.f.21. t.4.c.12.fo. 195.c

Ratio Refrigerandi ac Adstringendi inter initia Inflammatas partes. CAP. 12.

SEd nec refrigerare inter initia,aut adstringere, citra laborantis particulæ indicationem vtilitatis magis,q̃ noxæ,sunt causæ.Nam in particulis,quæ circa artus sunt,sat fuerit etiã spongiã vel ex frigida aqua,cui paululũ aceti sit immistũ,vel ex aqua sola madentẽ, imponere: sicut etiã ex vino aliquo austero:In iecinore verò,si phlegmone laborare cœpit,nemo cõpos rõnis his vtatur:immo nec si melino infundas,aut myrteo,aut mastichino, aut nardino, aut lẽtiscino, aut aliquo oleo,quod adstringat,aut etiã olio quopiã, cui absinthium sit incoctum, ne horum quidem vllum cõueniet frigidũ,sicut nec vllum cataplasma frigidum. Sed,si mala præcipue cotonea vino incoquens,cataplasma ex eo præparaueris,si iecur phlegmone laborare adhuc incipiat,ne id quidẽ admouebis frigidũ,veluti nec oleũ,vt dictũ est præparatum,vel oculis,vel oris partibus,sicubi hæc tẽtari phlegmone incipiant. Auri verò etiam si acetũ cum rosaceo infundas, nihil offendes. At nõ est oculis phlegmone laborantibus vtile,veluti nec medicamen, quod ex moris cõficitur, aut aliud quippiam eorũ, quæ Stomatica græce dicãtur;sunt enim eiusmodi omnia oculis tristia,
D quanquam genere sunt ex iis, quæ indicentur. Glandulis verò phlegmone tentari incipientibus, sæpe solum oleum calens sat fuit.

Quid differat Victus ratio, Iecinore, aut Ventriculo, & Glandulis, ac Artuum partibus inflammatis. CAP. 13.

SEed & reliquus victus ordinãdus is, quibus, † glãdulæ, aut etiam aliquid circa artus phlegmone tẽtatur, vnam tantum indicationem habet, quæ tot ac talia exhiberi iubet, quot & qualia facillime concoquentur. Nec quicq̃ refert,alicã,an ptisanam,an mulsam,an punicum, an malũ, an tale quippiã exhibeas. At,si iecur phlegmone infestatur,exquisitissimo victu est opus : æque profectò,& si ventriculus sic laborat. Quippe munus eorum toti animali est commune : accedit-q; omnibus animalis partibus maximum incõmodũ, siue non probe concoctum alimentũ sit,siue nõ rite in sanguinem cõuersum. Artuum verò partes tm alimenti capiunt,quanto sunt nutriẽdæ. Quo,fit,vt,siue ex malo,quod probe in ventriculo sit concoctũ, alimentum ad eas ꝑueniat, siue ex alica,siue ex ptisana,non multum interfit. In iecinore verò quantum referat nutrimentorum differentia, tum quòd maxima in utranque partem vim habeat,hinc discas,licet.

† τῶν τοιτῶν κατὰ τὰ κῶλα μορίων. aliqua pars circa extrema sic antiquus interpres & paullo supra, & paullo infra transfert semper τὸ κῶλον extremum.

A.l.1.f.4.c. 26.f.82.c

Quæ Nutrimnata medicamentave assumpta Iecinoris inflammationi conueniant. CAP. 14.

NAm expelli è iecinore oportet, quicquid in eo tum amaræ bilis, tũ saniei, q̃ ex phlegmone prouenit,est collectum. Id uero fieri nequit,nisi & vasa,quæ sunt in viscere,detergeantur,& meatus, ꝙ adiciunũ pertinet,sit apertus. Ergo alica,cum & huic inhæreat, & uasa, quæ in uiscere

ſunt condita,obſtruat,præcipueq; eorum ora,& bilem in inteſtinũ deſcẽdere, & alimẽtum in to E
tũ corpus digeri ꝓhibet. Poſcit ergo tũ iecur ipſum,tum os meatus, qui bilem tranſmittit, cibos & pharmaca,& quæ obſtructa recludant. Talia verò omnia ſunt,lenta quidem minime,ſed tenui conſiſtentia,& qualitate mordente. At verò ab his,vtpote mordentibus, phlegmonæ irritantur. Quare quæ citra morsũ ea detergeãt,indigemus,cuiuſmodi.ſ.mulſa eſt. At nouimus dulcib⁹ om nibus tũ iecur,tũ lienẽ maxime intumeſcere: Superſunt igitur, quæ culpa vacant,vt in cibis ptiſana: quippe quæ ſine morſu deterget,vt in pharmacis oxymeli aqua miſtũ: Nã & punicũ,& malũ, & cætera,quæ adſtringũt,dũ bilis meatus os arctant,bilem ipſam excerni ꝓhibent; atque inde iecinoris phlegmonis ſunt incommoda,præſertim ijs,quæ in cauo uiſceris cõſiſtunt: quibus ad anguſtias,quas facit ipſa phlegmone,etiam ea,quæ ex adſtringẽtib⁹ & lẽtis fit cibis,accedit. Ac,quæ mordent, ea phlegmonas ipſas, quæ in cauo ſunt viſceris, magis irritant; quippe ijs, quæ in gibbis eius conſiſtunt, mutata iã ueniunt ea,quæ aſſumpta ſunt,ita,ut nec, quæ adſtrictoria sũt, ſimiliter adhuc adſtringant: nec,ꝙ mordẽs eſt,ſimiliter mordeat: nec ꝙ ꝓpter lentorẽ in anguſtis vaſis hærebat,ſimiliter etiamnum maneat lentum. Eſt autẽ his occaſio mutationis duplex, & ꝙ prius ſunt cõcocta; & quod ſanguini, qui in iecinore prius erat,ſunt admiſta. Cauo autẽ iecinoris phlegmone obſeſſo, protinus etiam venas, quæ in meſenterio ſunt, vnà phlegmone labora- F
re eſt neceſſe,quãdo ex ea,quæ ad portam pertinet,omnes ſint ortæ: protinus etiam,quæcunque oſculis earum incidunt,uim ſuam oſtendunt.

Aduerſus Attalum Methodicum,qui Theagenem Cynicum inflammatione Iecinoris laborantem relaxantibus cataplaſmate enecauit. CAP. 15.

AN tibi ad communẽ phlegmones curationẽ parua ex particulis ipſis accedere differẽtia videtur? Mihi ſanè maxima videtur: quamuis ij, qui Theſſali ſtupiditatẽ æmulantur, cõmunẽ indicationẽ ſolã ſatisfacere putẽt. Placet autem nunc ad memoriam reuocare tibi egregiã eorum
ψυμμασίῳ curationẽ, quã Theageni philoſopho Cynico adhibuerũt: ſiquidem hanc norũt plurimi propter viri famam, vt qui publice diſputare in Traiani circo quotidie ſit ſolitus. Erat, qui hominẽ curabat, vnus ex Sorani diſcipulis, nomine Attalus. Is impoſuit quotidie iecinori cataplaſma ex pane A.l.1.fo.1. d.5.ca.1.f. 9.f
& melle, haud intelligens uiſcus hoc mediocriter adſtringi debere ꝓpterea, ꝙ animalibus" altricis facultatis prĩcipiũ ſit, & venoſum ab hoc oriatur genus. Ita igit uiſcus curauit, ſicut bubonas, meris.ſ.& ſolis relaxantibus utens, cataplaſma ex pane & melle ĩponens: ac prius oleo calẽte perfundens: tũ ſorbitione ex alica cibans. Hæc nanq; tria fermè omnibus nunc amethodis iſtis Theſſalis ad acutorũ rationem ſufficiunt. Viſum autem eſt mihi ſeorſum Attalum monere, vt adſtringens G
aliquid admiſceret, nec nudis vteretur relaxantibus. Ac de uiſceris quidẽ natura nihil erã homini dicturus (id enim fuiſſet planè aſino fabulã narrare) ſed, quod me ꝓſuaſurũ homini arbitrabar, & cui omnes homines facillime aſsẽtire video, id tantum expoſui, nẽpe longam experientiam, medicos docuiſſe, vt iecur miſta medicamentorum materia curarent; eam autem ſcriptam inuenturũ in ijs medicorũ libris, qui ſint de medendi ratione cõſcripti. Si ergo, inquam, tibi uidetur, miſce
†quod à myro balano expreſſa reliquũ eſt. aliquid de abſinthij coma diligenter tũſa, cataplaſmati: oleo verò, totius herbæ aliquid, modice id, quemadmodũ alios cernis in illo incoquẽtis. Cataplaſmati verò Myrobolani†piciſma, & irim, & iunci florẽ, aut narditidos herbæ radicẽ, aut cyperi miſcebis: nõ inutile ſit, & ex vino ea aliquando præparare, ac miſcere interim etiam de fęce ipſa: quin etiam aliquid adſtringẽtium incoquere malorum, cuiuſmodi cotonea ſunt, & quæ vocãtur ſtruthia, præterea, quæ Romæ abundant, vocata cẽſtiana. Oleũ verò (nã id quoque video miſcere te) non quodlibet eſto, ſed vel hiſpanum, vel hiſtricum, vel crudũ, vel lẽtiſcinum, vel myrteum, vel melinũ, vel nardinum vnguentum. Porrò aliam materiam plurimã eſſe dixi eorum, quæ incoquere liceret: nam & lẽtiſci tenera germina, & H
*cæſypũ, legũt antiqui codi. & myrti, & rubi, & vitis præſertim ſylueſtris, à quà œnanthen uocatam decerpimus. Non alienũ etiam ſit & atticum" hyſſopum tum cataplaſmati, tum etiã ceratis miſcere; nam & cerata quæ piã illi ex eiuſmodi materia imponere poſt cataplaſma ſuaſi. Et apponere illi tẽtabã vniuerſam deinceps curationem, quò ſcilicet etiã, quæ à medicis græce Epithemata uocantur, ex miſta materia cõponeret. Nam melius, inquam, eſt ſublato cataplaſmate aliquid ſuper viſcus eſſe. Attalus verò ſermonẽ meum interpellans, Niſi multum (inquit) tibi tribuerẽ, nihil horum toleraſſem; nam, in quib⁹ ſuperiores medici paſſi naufragia ſunt prius, quàm vera medicina inuenta à noſtris eſſet, ea mihi veluti ignaro ſuades. Cæterum tres (inquit) aut quatuor dies ſine me Theageni ex mea ſentẽtia proſpicere, & ſanum eum penitus conſpicies. Sed quid, inquã, ſi, cum ſubito pauci & hi lẽti apparuerint ſudores moriatur, recordaberis ne, quæ promiſeris, ac de cetero ſententiã mutabis? Atq; Attalus poſt hæc abijt irridens, nec quicq̃ præterea reſpondens, ſic, vt neq; de alica quicquã me conſulere permitteret: ſed nec quòd ex ijs, quæ vrinas cient, miſcere aquæ paulopoſt oporteret, quod ſcilicet iecinoris gibba eſſent afflicta. Nam, ſicut iecinoris cauum per aluũ purgatur, ceu paulo ſupra diximus, ſic gibba eius ꝑ ea, quæ modice vrinas mouẽt, cuius generis eſt apium. Procedẽte autem tẽpore, vbi phlegmone iam concoquitur, etiam valentioribus vti licet, aſſaro, & celtica nardo, & phu quod uocant, & petroſelino, & ſmyrnio, & meo: ſicut etiam per ventrem

vacuare,

A uacuare,si cauum afficitur,cnico cibis admisto,& urtica,& mercuriali,& epithymo,& *filicula; o bus præterea,quæ modice aluum deijciũt.Magisq; in remissionibus tum his ipsis audacius quã ante utẽdũ,tũ verò quæ his sunt ualentiora,partim in ptisana incoctis,partim tunsis,ac in mollissimum puluerẽ redactis:exhibenda uerò & hæc sunt vel ex ptisana,vel ex aqua. Ego nanque etiã filiculæ aliquid in ptisana aliquando incoxi, & nigri ueratri corticẽ. Etiam clystere uacuare eos cõueniet inter initia vel sale,vel nitro,vel aphronitro aquæ mulsæ admisto,cõtẽtis:in remissione verò, potissimũq; siquid scirrhoaũ relictũ è phlegmone est,etiã valẽtiora medicamẽta miscentibus:quippe hyssopum eo casu aquæ incoquimus,& origanũ,& colocynthida,& minus centauriũ.Opportunissima nãque ad scirrhum sunt iecur,& lienis,† siue quis parum habita de his ratione,glutinoso cibo vtatur,sicut Attalus,qui Theageni quotidie alicã exhibuit: siue nihil offerat.} quod tũ obstructiones eximat,tũ detergeat. Verũ quod cõtigit Theageni,vel potius Attalo,dici est tẽpus.Vt enim promiserat post tres dies daturũ se hominẽ à iecinoris phlegmone liberatũ, tũ magis,q̃ prius,calente oleo uiscus plurimum perfudit:tũ cataplasmate frequẽtius est usus,hac diligẽtia fœlicius sibi curationem cessuram sperãs:respõditq; percõtãtibus de Theagene gloriabundus,meliora.Cæterum contigit,prout ipse prædixeram,subito hominẽ mori.Et,qđ omnium maxime dignum risu fuit,ducebat Attalus secũ ex ijs,qui de hominis statu rogassent,quosdã;quibus ostenderet adeo recte eum se haber , vtiã esset lauãdus,lætusq; cum multis ingressus
B est domum,in qua iacebat:cum Theagenẽ mortuũ quidã ex amicis,qui & Cynici quidã erant,& alioqui philosophi,lauare ex more pararent. Itaque etiã usque ad mortuum accedere,idq; vnà cum spectatorum cœtu Attalo cõtigit:ut pote cũ nemo intus lugeret. Nã Theageni nec seruus erat,nec puer,nec mulier,sed cũ eo soli amici philosophantes versabantur: qui iusta quidẽ mortuorũ,citra tamen omnem luctum obibant.Atque hanc laudẽ Thessalius asinus inter multos spectatores est cõsecutus,ostẽdẽs explicatum à phlegmone hominẽ intra quatuor(ut pollicitus est) dies.Reliqui uerò methodici,cũ innumeros quotidie iugulẽt,adeo rationẽ curãdi mutare adhuc nolũt,ut,quæ à medicis sũt scripta,qui artis operibus vere insudarũt, ne vel semel experiri velit: adeo indelebile vitiũ vehementis ignorantiæ est,dræsertim si cũ superbia sit coniuncta.Eiusmodi igitur in omnibus sunt Thessali sectatores.

Qua ratione Viscera quædam facile Scirrhosis affectibus corripiantur:ac de ea,quæ à Particulis præbetur,Indicatione. CAP. 16.

Att.3.f.14 t.11.c. 11. f.315.c.

C NObis autem uitandi eiusmodi errores sunt; ac, si nihil aliud suppetat, saltẽ ipsi experientiæ credendum. Id quod ipse perpetuo suadere non desino ijs,qui circa rationem parum sunt exercitati. Nam melius profectò ijs est,quando & rudes sunt, & simul in rationabili methodo, quam nos nunc prodimus,minime exercitati,vt nihil penitus ex*ratiocinando accipiant. Quippe iecinoris substantia scirrhis maxime opportuna est, vtpote quæ naturaliter lutosum quippiã continet,veluti medicus quidam nostri temporis p iocum dixit.Lienis verò rarior substantia, q̃ iecinoris est,cæterum crebrius scirrhosis vitijs affligitur,propter nutrimẽti, quo utitur, speciem. Monstratum nanq; est,q̃ crasso nutritur sanguine,qui ueluti limus purioris est,facillimeq; nigrabilis efficitur:ideoq; etiam ipsum,melancholicum{siue atrum}appellamus excremẽtum. Atq; hæc duo uiscera scirrhosis tumoribus tentari,uel experiẽtia ipsa clare indicat. Renes verò, quòd cõditi sunt,tactum effugiunt.cæterum hos quoq;facile scirrhis deprehẽdi ratio docet, atq; idcirco nephritidas†alias facile solubiles,alias ægre solubiles esse.} cũ renes,ambo habeãt,quæ i uiscerum vtroque prędicta sunt inesse,tum substantiæ qualitatem, tum excremẽtorum, quæ per eos dilabũtur,uitium.Quo fit,vt,qui crassi succi cibis uescanr,calculi uitio corripiãtur.Ergo,quanto
D trium*horum uiscerum scirrhosi affectus difficilius curantur,tanto magis esse solicitos oportet, nequis in hoc incidat.Maxime autem(vt dictum est)incidũt,qui ipsis phlegmone uexatis, ijs cibis vtuntur,qui crassos lentosq; succos efficiant. Quin etiam eiusmodi affectuũ medicamina inter omnes conuenit ea esse,quæ dissecent, & dissoluant, & frangant: quæ utique ex eorum sunt genere,quæ obstructiones eruunt & detergent,cæterum uiribus valẽtiora.Horum non solũ materiam,sed etiam facultatẽ in opere de simplicibus medicamẽtis exposuimus.Itaq; etiam breuior nunc ero,contentus generali facultate,& sola methodo,cum paucis exemplis. Nã,cum & facultatum materiam iam habeas pręparatam:&,quæ curationem vnà coindicent,sint prædicta:nihil nunc aliud supereſt,nisi ut ppria cuiusq; morbi indicationes commemorem. Coindicãtia igitur voco uirtutem,naturam,ætatem,anni tempus,regionem,& consuetudinem,& siqua sunt id genus alia.Proinde de ea,quæ à particulis sumitur,indicatione deinceps dicam, initio ab ea, quæ à iecinore sumitur,sumpto . Quippe vbi id phlegmone laborat,quæ extrinsecus applicantur, ea mistæ esse facultatis debere postulat,idq; non in generatione phlegmones modo, (est.n.id omniũ phlegmonarũ commune:quãdo etiam,siquis repellẽtibus tantũ illo tempore utatur,nõ peccet)sed etiã cum nec affluat amplius quicquam,neque repelli, quo in laborante particula continetur,possit.Accidit enim hoc quoque multis de causis. Sanè in principio tum parum est, quod affluit:tum magna ex parte tenuius:tum partis ipsius,quæ recipit,uirtus nonnunquã ualentior,

*Poypodio.

Non nulla quidem exẽplaria græca habent, vt Linacer uertit.impressa autẽ hoc modo. †S.quis ip.a neglexerit , uel giutinoso cibo usus fuerit , sicut Attalus , q. Theageni quotidie alicã exhibebat , ac nihil offerebat.

* ἀναλογισμῶν.

† Græci codices legunt. τὰς μὲν ἀλύτους το πάμπαν εἶναι, τὰς δὲ παν δυτλύτους. i. alias omnino insolubiles , alias ægre admodum solubiles.

vtpote nondum laſſata: tum quod in afflicta continetur parte, nondum violenter impactū. At, E
cum phlegmone in vigore ſuo iam cōſiſtit, tum multus in ea ſanguis cōtinetur, isq; craſſior ſub-
inde, ac vehementer impactus: tum virtus partis iam eſt debilior: quam alioqui valentem requi-
rimus, quò. ſ. à ſe ſuperuacua amoliatur: quandoquidem haud ſatis potens eſt adſtringentiū præ-
ſidiorum uis, quæ ſola totum efficiat. Quippe pōt hæc cogendis, ac conſtringendis, & ueluti den
ſandis, & exprimendis corporibus, q̄ tenuiora cōſiſtentia ſunt, ad circumpoſitas partes expellere:
cæterum, niſi etiam laborantis particulæ virtus aliquid auxilietur, nihil adeo magnum efficiet.
Tunc igit̄, q̄ a phlegmone ſumat̄, vna duntaxat agendorum eſt indicatio: hanc Græce Diapho-
reſin uocant (latine digeſtionē euaporationēve dixeris:) hæc humorem, q̧ in phlegmone obſeſſa
parte cōtinet̄, p̧ meatus inſenſibiles educit. Quæ verò ab ipſa ſumitur parte, ea in diuerſam nos
partem trahit, ſ. robur eius ſeruari iubens. Coeuntibus igit̄ vna contrariis indicationibus, cōpoſi
tum quoq; eſſe medicamētū oportet. At, femur ſi phlegmone laboret, aut tibia, aut cubitus, aut
brachium, aut, qui in his ſunt, adenes; cauſa non eſt, cur horum robori conſulas. Hæc tibi commu
nis indicatio ſit in omnibus ijs partibus, quarum munus eiuſmodi eſt, ut toti corpori ſit ex uſu.

Vnde ſimilia diſſimiliave medicamenta, maioris quoque, ac minoris ratio, &
locus vacuationi aptus, indicentur. CAP. 17. F

ERgo nec lienem tantum relaxātibus curare oportet, cū hic quoq; ex iecinore, q̧quid limo
ſum, & melācholicum eſt, expurget, p̧pterea ſcilicet, q̧ ex eo humore nutritur. Idcirco quo-
ties obſtructio q̄dam in eum incidit, aut phlegmone, potiſſimū cū ſcirrhoſa ſit, tum ea, q̄ obſtru-
ctiones eximant, tum quæ diſſecent, vehemētiora exigit. Nam, quale medicamētum iecinori eſt
abſinthium, tale eſt lieni capparis cortex: quale rurſus iecinori, quod uocant eupatorium, tale eſt
lieni ſcolopendrium. Siquidē ſimilia genere medicamenta, ambo viſcera poſtulant: cæterū tāto
valētiora lien, quanto craſſiore utitur alimento. Scirrho igitur laborantibus ipſis cōuenientia nu
trimēta ſunt genere q̧dem eadem, ſed maioris minorisq; rōne dr̄ia. Itaque, & ſi capparis ex oxy-
melite edat̄, vtilis ſanè eſt utiq; uiſceri, cæterū nec ipſa pari modo, nec ſimiliter miſtū habēs oxy-
meli: nā & ipſa copioſior, & ex minus diluto oxymelite lieni erit vtilior. Atq; hæc dr̄ia eſt, q̄ ex
maioris minorisq; rōne accepta eſt. At ſimiliū genere, vel ſpecie, aut quomodocūq; dixiſſe liber,
p̄ſidiorum, ex actione & * cōpoſitione indicatio ſumpta eſt. A ſocietate verò cū vicinis partibus,
q̄d̄ idem cum ſitu eſt, illa capiuntur, q̧ gibba iecinoris p̧ renes expurgari oporteat: cauа uerò p̧
inferiorē uentrem. In liene verò alterā dūtaxat eſſe ſuperflui vacuationem: eum, q̄ per renes aga-
tur nulla huic uiſceri vacuanda uia pateat. Proinde, vbi phlegmone premitur, deiectorijs id medi G
camentis, tum detergemus, tum laceſſimus, quò dimittat relaxetq; ſuperuacua. Sanè duplex ra-
tio eſt eiuſmodi medicamētorum uſus. Cum partes ſuperius poſitæ laborant, p̧ ea, q̄ eduntur, ac
bibuntur: cum inferiores, per id, q̄d̄ ſit per clyſterem infuſum. Quādoquidem, q̄ edūtur, ac bibū-
tur, eorum uis ante, q̄ ad inferiores partes p̧ueniat, reſoluitur: q̄ infuſa ſunt, ea oīno ad ieiunum
vſq; aſcendere non poſſunt: immo, ēt ſi admodum nitaris, fortaſſe tenue tm̄ inteſtinum contin-
gant. Ergo illud quoq; ex partium poſitura didicimus, nēpe inferioribus inteſtinorum aliq̧d eſſe
p̧ clyſterem infundendum: ſuperioribus vero atq; ēt ipſi uentriculo, lieni, & ſtomacho, ſuperne
aliquid exhibendum. Voco hoc loco ſtomachum, gulam, q̄ proprie Græci ſtomachum appel-
†συγκόπτεσθαι. lant, nonnunq̄ enim ita etiam vocant os uentriculi: ueluti cū ſtomachice †anima linqui} aliquos
i. syncope cor- dicunt. Verum gulæ, quæ proprie uocatur ſtomachus, cataplaſmata ſuper ſpinam dorſi imponi-
ripi. mus: †non aūt ad pectus idem facimus, cum os uētriculi phlegmone urgetur, ſiquidem ſpinæ gu-
† *Non autē in parte anterio- re, quemadmo dum cum os &c.* la ſuperiacet, per collum & pectus deorſum uſq; ad ventriculum porrecta.

Quo pacto differentia remedia indicet laborans locus CAP. 18.

NEque igitur hæc nouere, qui Theſſalum imitantur (ideoq; oēs vna rōne curant) neq; vtiq;
illud, q̧ omne membrū phlegmone laborans, niſi cutim ſibi circundatam habeat ſpiſſam, H
tenuis ſaniei foras aliquid dimittit, ac laxat. Eo fit, ut ex ijs, quæ in ore, & naſo, & faucibus, & ſto-
macho, & inteſtinis, & uentriculo, & uiſceribus omnibus ſunt, aliquid foras effluat. Ad eundem
modum ēt ex interna facie pectoris, cum phlegmone premitur, excernitur aliqua ſanies. Quem
admodum igitur lien, & iecinoris caua, per inteſtina: gibba uerò iecinoris, & renes, per urinas
purgantur: ita pectus ubi interna eius phlegmone tentantur, per membranam, qua tegitur (Hy-
pezocota uocant) aliquid in medium ſui pulmonumque ſpatium tranſmittit: id autem expurga-
ri per eandem, qua pulmo uiam debebit. abimus igitur iis, qui ſic laborant, medicamenta, qui
bus tenuatoria ſit uis, quibus, & uiæ aperiantur, & quæ deferenda per eas ſunt, diſſecentur{ac diſ-
ſipentur:} præſertim cum uel craſſæ conſiſtentiæ ſunt, uel glutinoſæ, qualia in ijs ſunt, quos em-
pyos uocant. Deligenda tamen ex ijs ſunt, (quādiu adhuc phlegmone inualeſcit, quæ mediocria
ſunt: cum uerò planè iam decreuit, aut penitus ceſſauit, & educi excrementa poſtulant, quæ ua
lentiora ſunt. Ergo mediocre in hoc genere eſt tum ptiſanæ cremor, tum mulſa: ualentius autem
& urticæ ſemen, & mulſa, in quam coniectum fuit paululum aliquid acrium herbarum, quales
ſunt origanum, & hyſſopum, calaminthe, & pulegium, & illiricæ ireos radix. Quòd ſi uel plus

horum

* διαπλάσεως. i. confirmatione.

A horum admiſceas, vel irin in molliſſimum puluerem tunſam cribratamque in mulſam immittas, maxime incidens medicamen habebis. Ad eundem modum, & quod ex marrubio conficitur, oxymeli, aliaque eiuſmodi valenter craſſiora excrementa, quæ in pectore, & pulmone continẽtur, incidere poſſunt. Omnium eorum copiam inuenies in operibus ijs, quæ de medicamentis edidimus.

Differre curationem inflammationum, quæ in ſummo & in profundo ſunt corpore, ac de reuulſione pro ratione partium laborantium. CAP. 19.

NOn ſolum aũt iam dictã remediorum differentiam ex laborante loco didicimus, ſed ẽt illud, q, quæ in ſummo corporis phlegmone laborãt, ea ꝓprijs phlegmones remediis curẽtur: q in alto ſunt corpore, ſi cum his aliqd acrium medicamentorum ſit immiſtum: reſoluuntur enim eorum vires, dum alte deſcendunt. Hac rõne, & cucurbitula (ſtrenuum planè auxilium) eſt inuẽta, tum vt foras euocentur, q ſunt in alto: tum vt eximantur atq; eruantur, quæ iam in ſcirrhum abeunt. Verum vtendum cucurbita in ipſa parte, q phlegmone vrgetur, inter initia non eſt, immo poſtea, q totum corpus vacuaueris, ac neceſſarium ſit, eorũ, quæ in inflammata parte continentur, aliqd educas atq; eruas, aut ẽt foras verſus attrahas.* Generandis autem adhuc uitiis, mi
B nime ipſis membris, quæ laborare incipiunt, ſed ijs, q continuata his ſunt, cucurbita imponi debebit, auellendi in cõtrarium cauſa. Sic nãq; ad mãmillas cucurbitam imponimus, cum ſanguis ex vtero ꝓfluit, defixo maxime in ipſis cõmunibus pectoris & uteri vaſis, eius ore. Sic, ſi ex naribus ſanguis ꝓfunditur, p cordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud ſanguinis profluuiũ ad contrariũ ꝓ cões venas auertimus: Quẽadmodũ rurſum, & ſanguinẽ (ſi ita eſt opus) attrahimus: ſiquidẽ cũ mẽſes euocare in animo eſt, in pube, & inguine cucurbitam figimus. Prætera cucurbita in occipite defixa efficax eſt remedium ad oculorum fluxiones. Vacuari tamẽ prius totum corpus expedit: nam, ſi refertum ſanguine corpus ſit, in quacunque parte capitis cucurbitam defixeris, rotum ipſum implebis. *plethoricum.

Ea medicamenta ad curationem vſurpanda, quę noxiam qualitatem cum ea, quę conuenit, admixtam non habent. CAP. 20.

ERgo hæc oĩs phlegmones cõis* indicatio haud quaquã ſimiliter in qualibet parte adminiſtratur. Accedit ad oĩa, quæ pdicta ſunt, ꝓ non leui portione, ipſius exhibẽdi medicamẽti natura. Neq; n. abſolute, ſi adſtringere incipientẽ phlegmonẽ eſt opus, qdlibet adſtringẽs in ijs, quæ
C deuoranda ſunt, adhibebimus, ſed ea, q bus nulla corruptrix admiſta vis eſt. Nam chalcãthus inter pcipua adſtringit, ſicut ẽt miſy, & ſori, & chalcitis, & diphryges, & æs vſtum, & ſquama eius, & flos: verũ hęc medicamẽta deuorata, noxia ſunt: quocirca ſtomaticis ea miſcere totum nõ eſt, defluit nanq; interdum ex his aliqd ad ventriculum. Sed nec aloen ꝓbe miſcueris ijs medicamentis, q phlegmone alicuius cauſa, q intus cõſtiterit, deuoranda ſunt: qñ huic quoq; admiſta purgãdi vis quædã eſt. Cæterũ, vbi phlegmone ꝓrſus inclinauerit, ſiquis paululũ aloes admiſceat cauſa deijciendi uẽtris, q prorſus nõ deiecerit, nihil lædet. Verum ſatius eſt mercuriali, aut vrtica, aut cnico, aut taliũ aliquo, aluũ ſic laborantiũ ſubducere. In ſumma verò, ſiquis eam, q à partib. ipſis pſtatur, indicationẽ adimat, nihil obſtat, quo minus medicinã nõ ſex menſibus, ſed ſex diebus tã perdiſcas. At verò, nec ſi, quæ à partibus ſumitur, indicationem adijcias, iam totũ, quod exigit ad curationem, habeas, niſi ẽt methodos de medicamentis didiceris. Itaq;, eas aggrediatur, oportet, quiſquis conſummate ſanaturus eſt morbos. Nunc enim, ſi alicuius medicamenti meminimus, id (vt ſæpe teſtati ſumus) exempli cauſa fecimus.

Quid differat phreniticorum, & lethargicorum curatio, ac de loco Principis animæ facultatis, aduerſus Theſſali ſectatores. CAP. 21.

D SEd adijciamus adhuc ea, quæ de indicatione, quæ a partibus ſumitur, nondũ attigimus, Theſſaliorum iſtorum ſectam euidentiſſime præcipitantes: qui, cum nec diſſectionis rationem attigerint, nec partium actiones vſusve norint, tamen, cum floccos carpentem quenquam cernunt, & feſtucas legentem, audent oxyrhodino caput madefacere, noſtro exemplo. Nam cur, quæſo, non thoracem potius? ſiquidem indicatorie remedia mueniunt. Sanè fieri poteſt, ut etiam corde affecto phreniticus quis efficiatur. Empiricus nanque ab experientia ſe ait eiuſmodi medicamentorum nactum inuentionem. Qui autem, & hanc vituperat, & inquiſitionem de actionibus refugit, huic vnde, quæſo, ſuccurrit, ut pro thorace caput in phreniticis madefacere eligat? Cæterum, hoc ipſum oxyrhodinum, quod capiti phreniticorum applicamus, ceu, quidam ex amicis dicere ſolebat non ſolum amethodos iſtos Theſſali ſectatores, ſed etiam reliquos manifeſte redarguit vniuerſos, quicunque principem animi partem in corde ſtatuunt. Nam cum aliquando vidiſſem quendam ex Athenæi diſcipulis caput aceto, & oleo miſtis perfundentem, prohibui: iuſſique pe-
A.l.3.f.1.t. 3.c.3. fol. 197.g ctori admouere id remedium: quippe læſam in delirio eſſe partem principem, eam autem eſſe authore Athenæo in corde: itaq; non recte relicto pectore caput eum, integrum præſertim mẽbrum, vexare, eiq; negocium faceſſere nunc" oxyrhodinum infundendo, nunc radendo, tũ ſpondylium, aut ſerpillum, aut id genus aliquid admouendo, immo verò ſi malum traheret, etiam caſtoreum,

ſtoreum,aut certe etiã cucurbitã:quippe id eſſe perſimile,ac ſi,cui in femore phlegmone ſit,cal- E A. ibid. b
caneo remediũ applicet.Quin ẽt in lethargicis nemo eſt,qui capiti nõ applicet auxilia:nã & id vi
tium contrariũ quodãmodo ſecũdm ſpeciẽ phrenitidi eſt. Gignitur aũt cerebro patiente:in quo.ſ.
princeps animi pars reſidet.Ergo,cũ humor, qui in cerebro redundat, frigidus eſt,in ſenſibilitas
immobilitasq; hominẽ op primũt:cũ verò calidus eſt,ꝓpetuus potius motus,vnà cũ rõnis noxa.
Accidit enim,veluti monſtratũ in libris de his eſt, ex frigore ſegnitia: ex calore immodicus mo-
tus:ex humoris verò vitio dementia.Itaq; incidẽda in talibus affectibus vena eſt ſtatim ab initio,
ſi modo tam valens virtus ſit,vt ſine noxa miſſionẽ ſanguinis toleret:ac nihil ꝓhibeat eorũ,q̃ de
ſecanda vena retulimus,ſicuti vel crudi humoris copia,uel puerilis ætas,vel anni tps,vel regio,in
qua ſit extremꝰ calor,aut frigꝰ.Atq; hoc quidẽ cõe vtriq; vitio,& ei, qđ cũ ſopore,& ei,qđ cũ vi
gilijs incidit.Cõe præterea vtriuſq; eſt,ut oxyrhodinũ in principio admoueas: nã repellendus à
capite humor eſt,quiſquis is fuerit:Quæ ſequuntur,contraria ſunt:nam,q̃ cum vigilijs coniuncta
ſunt,ea lenire expedit: quæ cum immobilitate, excitare. Iure ergo,cum in ſummo incremento
ſunt,ijs vitijs,quæ peruigilio,& delirio infeſtant,perfuſiones ex papauerum capitibus applicabi-
mus:odorem quoque naribus obijciemus:ac narium alas intus, uel frõtem,ex ſimilibus medica-
mẽtis illinemus.Quippe ſopire,ac ſtupefacere principem facultatem oportet, cerebrum ſcilicet, F
quod ſupra modum incaluit,refrigerando:In contrarijs autem vitijs excitare:ac noxij humoris,
qui citra putredinem, & citra febrem altos ſopores inuehit, craſſitudinem incidere, atque excal-
facere.Tales nimirum altos ſopores,Apoplexias,& Caros,& Catochas græce uocant. Quòd ſi
aliqñ humor putreſcat,vtiq; cum febri incidunt ea genera:vocaturq; morbus græce Lethargus.
Incoquentes igitur in aceto thymum,& pulegium,& origanum, aliaq; id genus,naribus ſic affe
ctorum admouebimus: quò vapor ad cerebrum ſublatus, craſſitudinem humoris diſſecet. Mox
etiam palatum ualentibus,& acribus medicamentis vngemus. Ab his verò etiam ſternutatorijs
vtemur.Tum capiti ſimiles præſidiorum facultates imponemus, adaucta ſemper eorum etiam
ad ipſum uſq; ſinapi uehementia, ſi uitium diu trahat. Quin etiam cucurbitis ad vtrunq; vitium,
ſi diutinum ſit,vtemur: itemq; caſtoreo,quippe quod ipſum probe concoquit,ſi debito tempo-
re ſit adhibitum.Quare hic ad communem rurſus curationẽ redeũt lethargus, & phrenitis.†Er-
go in eiuſmodi affectibus manifeſte redarguuntur, & qui Theſſalum ſequuntur, oẽs, & quiſquis
medicus principem animi facultatem ſtatuit in corde. Non ſolum enim iam dictorum præſidio-
rum deſtituentur copia,ſed etiam, cui ea parti accõmodabunt, non intelligent.Neq; enim tan-
quam in ophthalmia,vel pleuritide,vel angina,tum ab ipſo ægro affectus locus ſentitur:tum vo G
bis partim tactu, partim viſu innoteſcit: ſic in lethargo, & phrenitide,& epilepſia, & *delirio, &
conuulſionibus,& tetanis, præterea eo ,quod proprie vocatur catoche,ſe habet.In quibus om-
nibus præſidiorum formula ex affectus inuenitur natura:locus verò, cui maxime ſint applican-
da,ex prænoſcendis tum affectionibus,tum vſibus partium.

*In impreſ. αὐτὸ, i. ipſum, in ãtiquis αὐτὰ, i. ipſa referẽdo ad ãbo uitia.

†eſt præterea ĩ græco, ἐπὶ τῆς παραπλῆς, i. in declinatione. *παραπληξίας ſeu παραπλησίας, luide ſuperius lib. 9. ca. x.

Qua ratione extrinſecus medicamenta capiti, aut oculis apponenda ſint: ac de communibus præceptis illarum partium curandarum, ac de arteriarum ſectione. CAP. 22.

ILlud aũt,quamuis in ſermone aliquando omittatur,ſæpenumero prius dictum eſt,meminiſ-
ſe oportere nos eorũ,q̃ ſimul indicent.Cæterum in præſenti eam, quæ à partibus ſumpta eſt,
indicationem propoſitũ eſt perſequi:veluti ſtatim in ijs, quæ ad caput pertinent, etſi non aliud,
ſaltẽ illud noſſe cuiuis eſt promptum,obiectam nobis ante cerebrum eſſe craſſam membranam,
quæ corijs iſtis externis ſit aſſimilis:poſt hanc ẽt cranium. Itaq; reſolui in denſis obicibus,& du-
ris,præſidiorum,q̃ imponuntur,uim eſt neceſſe:ac,niſi futuras in capitis eſſe natura ipſa fuiſſent,
molita,nihil æſtimandũ efficeret pharmacum vllũ extrinſecus impoſitum. Sed, quoniam etiam
futuræ,& in his præcipue coronaria non ſolum impoſiti medicamenti qualitates,ſed etiam ſub-
ſtantiam, ſi tenuis eſt, facile intro tranſmittit, merito multa circa cerebrum uitia ab extrinſecus H
applicatorum remediorũ facultate iuuantur. Ipſe enim in me ipſo expertus memini,cum infun-
deretur roſaceũ frigidum,citiſſime clariſſimeq; ſenſiſſe me in ſyncipitis loco eius intrò penetra-
tionem.Quin ẽt plurima diuerſitas futuræ huius in hominibus, ſi inter ſe conferantur,etiam an-
te diſſectionem manifeſte apparet. Vidimus enim in ijs,quibus rarum caput fuerat,inter mandẽ
dum,commiſſionis oſſium in coronali futura manifeſtum motũ ſic ut facile appareret,hominí-
bus illis eſſe eiuſmdi oſſium capitis compoſitionem. Merito igitur ad hanc maxime partem ap-
plicant omnes medici capiti infuſiones videlicet accepta quaſi per manus à primis inuentori-
bus ratione, ad id opus venientes: ſed & ipſi, quicunque non negligenter ijs, quæ fieri aſſolent,
attendunt,cernentes, & quemadmodum futura ea liquido moueri apparet, & quemadmodum
celerrime homines hac parte , ſiue ab externo admoto quopiam refrigeretur, ſiue excalfiat,id
ſentiant:nam præter reliqua etiam tenuiſſimum eſt hoc loco cranium, & rariſſimum.Ergo,quo
ties medicamenti cuiuſquã uim vehemẽter deſcẽdere voles hoc maxime loco impones. Com-
modius etiam fuerit,ſi & cum infrictione id facias, aut tonſis capillis,aut etiã planè abraſis: quòd
ſi humidũ ſit,qđ applicãdum eſt,ſi id ex alto effundas,ac veluti,fontis ritu,illidas,quippe penitus

intro

A intro ab ictu magis compellitur. Sicut aũt hic vehementior humoris casus conducit, ita in oculis est cõtrarius: in capite nanq; os est, qđ feritur: in oculis mẽbranosa quædã imbecillaq; corpora. Et in capite quidẽ aliud est, qđ ictũ excepit: aliud qđ curatur, quodque, vt ictũ non sentit, ita facultate q̃ ex incussu ad ipsum peruenit, fruitur; at in oculo non est, qđ feritur, diuersũ ab eo, qđ curatur: sed idẽ ipsum, qđ est curandũ, valẽter icitur. Ad hæc os capitis sensu caret: oculus acerrimi est sensus: Ergo infundere huic medicamẽta oportet, primũ superiorẽ* genã blãdissime attollentes, mox minime, quẽadmodũ in capite, incutiẽtes. Inueniendi p̃terea humores mitissimæ, minimeq; mordẽtis naturæ, qui cũ medicamẽtis sint infundendi. At mihi quidẽ magna cũ consideratione videntur veteres ad oui deuenisse humorẽ, e' ecto. s. ex eo, qđ & mordens minime esset, & glutinosũ. Nã ex eo, quòd minime mordet, mõ dictã* indicationẽ ijs cõpleuit: ex lẽtore aũt, ad indolentiam nõnihil confert: quippe lenire eiusmodi humores possunt asperitates oẽs, quascunque acris fluxio excitat. Accedit, q̃ crassus mediocriter, ac lentus humor constantius, q̃ tenuis, & aquosus, in loco permanet. Sanè q̃ lẽtum id, quod absq; morsu sit, cum modice incaleat, dolorẽ maxime leniat, id profecto ex mordentibus in aluo deiectionibus didicisti: in quibus iniectum

B seuum ilico* dolorem mitigat. Quòd autem permanere quoq; in laborante particula eiusmodi humidum expediat, manifestum est. Siquidem in ijs, quæ in ventre accidunt, per clysterem assidue infundere molestum est: in ijs, quæ in oculis, *genam attollere. At verò exquisitus membri sensus, læue esse, quod injciendum, nihilq; debere in se asperum "fabulosumve habere, omnino indicat. Hinc igitur excogitatum cõmode est, tum humido oui vtendum, tum, quę terrea corpora ophthalmicis, id est ocularijs medicamentis miscenda sunt, ea esse cum summa diligentia ad vnguem læuiganda. Quotics tamen dolores his accidunt vehementes, repetitis ijs, quæ de oĩum dolorum generatione accepisti, ciſquires, quonam ex his affectu dolere oculos in phlegmone, de qua nunc sermo proponitur, cõtingat. Nam aut ex vehementi acris cõfluentis humoris morsu: aut quòd eorum tunicæ plenitudine distenduntur: aut propter crassiorum humorũ flatuosive spiritus extensionem, vehementes in his excitantur dolores. At morsum quidem, tum purgantibus medicamentis, scilicet & deorsum reuellendo, & uacuando curare conuenit: tum ipsi particulæ oui humore infuso, quò per eum acris fluxio sine offensa eluatur. Vbi autem prius concocta iam phlegmone ipsa fuerit, & simul corpus vacuum, tum vtique lauationes, in balneo his sunt aptissimæ: nam & dolorẽ statim sedant, & fluxionem, quæ ad oculos fertur, sistũt, maxima qui-

C dem eius parte inter lauandum per totum corpus excreta, reliquo verò* diluto. At verò distensionem, quæ ex repletione prouenit partis, missione sanguinis, & alui deiectione, & infernarum partium frictione, curare conueniet: quòd si necessitas aliquando vrgeat, ligandis artubus: mox fomentis ipsi laboranti particulæ ex aqua dulci modice calida adhibitis. Atque {humorum vel flatuosi spiritus} extensiones curabimus, vacuato prius in his quoque toto corpore: sed & humorum momento deorsum auerso. Mox localibus remedijs (Græci Topica uocant) vtendum, non tamen medicamentis ijs, quæ repercutiant, ac reprimant, immo ijs, quæ* euocent. Fouendi igitur sunt, sicut modo diximus: ac fœnigræci decoctum ijs infundendum, sed lauato prius curiose fœnogræco, nequid illi uel pulueris vel sabuli adhærens clam lateat. Est nãq; medicamen hoc maxime omnium, quæ oculis applicantur, sine offensa digerens. Meminisse verò in omnibus, quæ membratim docentur, cõmunium præceptorum oportet. Quorum vnum id est, digerentia medicamenta, vbi redundantia in toto corpore subest, si particulis quibusdam applicẽtur, implere potius, quàm vacuare. Ergo tum reliquos morbos, tum vero phlegmonas (de quibus agimus) sicubi curas, nullo* euaporante auxilio prius fidẽter vteris, quàm totum corp** purgaueris. Illud quoque attendas in "omni vitio, nedum phlegmone oportet, aliq̃ totum corpus mediocri habi-

D tu esse in humorum, tum qualitate, tum modo: vnam autem aliquam, aut duas earũ, quæ suprapositæ sunt, partium, redundantiam suam ad ægram transmittere: ueluti non raro, sed planè sæpenumero accidere in oculis uidere licet, capite his fluxionem mittente. Manifestum igitur arbitror in ijs quoq; esse, ipsum prius caput sanandum esse, explorato eius affectu, quem superfluorum generatio comitatur. Et diutinas quidem oculorum fluxiones curamus oculis ipsis dimissis, atque ad capitis procurationem conuersi. Cuius vitium, si ex genere intemperantiarum sit, curationem ex sibi contrarijs, sicut prius monstratum est, adhibendam indicat. Plurimum igitur, vel frigida intemperies caput uitiat, uel humida: nec dubium est, quin etiam ambæ congrediantur. Rariores sunt, quæ propter calorem acrem oculis fluxionem immittunt: in quibus haud expedit ijs, quæ ex thapsia, & sinapi fiunt, medicamentis uti, immo contrarijs omnino, oleo crudo, & Hispano, & rosaceo, tum frequenti ex aqua dulci in balneo lauatione. Atq; aliquando cerebrum ipsum fluxionem transmittit: debetq; huius intemperies totius capitis epithematis corrigi. Aliquando vasorum ipsorum vitium est, cum venæ vel arterię imbecilliores sunt sic, ut alio

* Aliqui cod. hñt σμικραὶ, i. exigua. plures tamẽ σκληραι, i. dura.

rum uasorũ superuacua recipiãt. Quo casu aliqua earũ parte excisa, aut etiã totis bene alre prẽci sis, "dura cicatrice, quod interest, intercipimus: qua disiunctæ incisæ vasis partes, cõtinuæ p̃terea non sint, nec ex altera in alterã confluere aliquid possit. Cæterum, cum eorum vasorum, quæ in

profundo

* βλέφαρον, palpebram.

* διαφορουσι.

* διαφοτικῶτερη. uacuaueris.

A.li.3.f.3. t.1.9.fol. 222.g

A.li.3.f.3. t.1.9.c.fol. 223.a

* Al. δῆξιν, i. mordicationẽ.

profundo ſunt recondita,ac è ſuperiore ad oculos vnà cum neruis peruenĩut,vitium eſt,nihilho- E
rum agi licet,proinde ægre curabiles omnes eiuſmodi fluxiones ſunt. Quæ verò extrinſecus po-
ſita vaſa ſunt,ea uel ſine chirurgia roborare licet, illitis medicamentis, quæ robur inferant,Græ-
ci* Tonica uocant. Eſt & quando calidus ſanguis,ac vaporum plenus,ad caput aſcendit,ac maxi-
me in arterijs redundat. Cui initio excogitatum ſaluberrimum remedium medicis eſt, vt ipſa in-
cidatur arteria. Oportet autem deraſo capite curioſe tangere, tum quæ retro, tũ quæ ſecundum A. ibidẽ. g
vtranq; aurem ſunt arterias: præterea quæ in fronte, & quæ in temporibus ſunt. Quarum,quæ
calidiores alijs apparebunt,ac maiorẽ exhibentes pulſum,hæ ſunt incidendæ: quæcunque vero
& paruæ,& ppe cutem reſident,harum uel ſi partem aliquam excid ris, veluti facere in crurum
varicibus ſolemus,aptius erit. Noſtroq; tempore quidam ex ocularijs medicis non minimus,ex
arterijs,quæ in temporum ſummis muſculis reſident, non exiguam excidit partem. Ae ferè qui-
dem,cum exciſa eſt arteria,reliquæ eius partes ad ſibi continuas retrahuntur:euenitque id magis
in ijs arterijs,quæ tum minores ſunt,tum minorem exhibent pulſum. Quòd ſi inter nudandum
appareat tibi vas magnum,aut magnum exhibere pulſum,tutius fuerit uinculo id prius excipe-
re: mox,quod in medio eſt,præcidere. Sunto autẽ eiuſmodi vincula ex materia aliqua ægre pu-
treſcibili:talis autem Romæ eſt ea,quæ Gaietanorum dicitur, ipſa ex Gallijs aduecta: † vendita F
verò maxime in ſacra via,quæ à templo deſcendit ad fora. Ac horum quidem Romæ facilis eſt
copia:uiliſſime enim uenduntur. At,ſi in alia urbe artem exerceas,comparetur filum aliquod ex
ijs,q̃ ſerica nuncupantur. Hãt.n.ea diuites mulieres in multis ſub ditione Romanorum locis,po-
tiſſimum in magnis urbibus,in quibus multæ ſunt mulieres id genus. Sin huius facultas non eſt,
ex ijs,quæ inueniuntur in regione,quam incolis,deligito materiam, quæ minus ſit putreſcibilis,
cuiuſmodi eſt gracilium chordarũ:nam,quæ facile putreſcunt,eæ cito à vaſis decidunt. Nos ve-
rò poſt,quã vndiq; ſunt carne impleta,decidere vincula volumus. Quæ nanque caro in abſciſſis
vaſorum partibus coaleſcit,ea pro operculo eſt,ac oſculũ eorum claudit. Poſtea verò,quã id fa
ctum cernitur,decidere iam vincula ſecure poſſunt. At verò,cum venarum partem aliquam ex-
cideris,nõ eſt opus,eas tam imputreſcibili materia deliges,ſed ſufficerit alia quæpiam. Siquidem
in arterijs perpetuus motus inſecti uaſis ora reſoluit:in venis aũt,poſtea, quã ſemel ſunt vtcunq;
clauſæ,ſiue per deligaturam conſtrictæ,ſiue per medicamentum adſtrictæ, permittunt circum-
poſitã carnẽ circa coaleſcere,potiſſimum ſi,qui curatur,immotã partem ſeruet, magisq; ẽt,ſi tò-
to corpore vacuato ipſam attollat. Quippe etiã varices ita curamus. Vocatur aũt varix vena di A.l.3.f.22.
latata. Porrò dilatatur in teſticulis,& cruribus omnino. *Sed,quoniam,cum hos adhuc ſcriberem G t.1.c.15.f.
cõmentarios,nõ pauci amicorũ rogarunt,ut in fine totius operis oĩa,quæ ad chirurgiam perti- 400.c
nent,deinceps memorẽ,idcirco tractatio de varicibus nunc differatur. Cum verò nõ pauci ſpe-
ciatim ſint oculorum morbi,qui magis ſpecialem curationem deſiderent, ne de his quidem hoc
loco pluribus eſt agendum. Nam, qui curioſe,quæ prædicta ſunt,legerit,& naturali prudentia
fuerit,huic omnia inuenire,eorum rationẽ ſequenti,nullo negocio licebit. Qui autem tales non
ſunt,ijs ſatius fuerit omnium vitiorum,quę oculis incidunt,curandi rationem priuatim ſcribere:
maxime cum amicorum non pauci ita poſtulent.

† πιπρασκομένων δὲ μάλιστα κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν, ἣ τις ἐκ τοῦ τῆς ῥώμης ἱεροῦ κατάγει πρὸς τὰς ἀγορὰς. i. uendita aut præſertim in via ſacra, quæ à templo Romæ ad plateas deducit. Nam in via ſacra fuit templũ Romæ dicatũ, quod hodie Coſmæ, & Damiani titulo vocatur.

* τοὐναντίον.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER QVARTVSDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI. H

De reliquis tumoribus,& affectibus præter naturam curandis, ſumpta ex ſingulorum generibus curandi indicatione.

Quid differat inflammatio,& eryſipelas. CAP. 1.

DE tumoribus,qui prẽter naturã in corpore cõſiſtunt,quot numero,qualesq; ſint, proditum à nobis ſingulari volumine ſeorſum prius eſt: Quemadmodum autẽ hi methodo curandi ſint (quod vtique docere ppria propoſiti operis profeſſio eſt) in horum commentariorum tertiodecimo præcipere cœpimus. Et, quoniã in ſuperioribus de omni febrium ratione ſermo erat habitus, aptius mihi viſum eſt de phlegmone primum diſſerere, vt quæ,& frequentiſſime incideret,& febres ſubinde accenderet. Ac dictum quidem nonnihil fuerat in febrium curatione inter cæteras earum cauſas,etiam de phlegmone: verum abſolutus ſermo,& qui proprie illi debebat,in libro qui hunc præcedit, eſt traditus: in quo methodũ curandæ eius,qualis nam eſſe conueniat,tradidimus nequaquam

A nequaq̃ tñ auxiliorũ materiã,niſi tũ exẽpli gratia,ſicut in ſuperioribus fecimus. Haud lõge verò à phlegmone abeſt,& alius morbus,quem Græci eryſipelas vocãt.Is,vti monſtratũ eſt, ex bilioſo ſucco naſcit.Sed p̃ſtiterit fortaſſis eũ pluribus verbis à phlegmone diſtinguere.Ergo cõia amborum ſunt,tũ tumor,q̃ præter naturam ſit,tum uerò calor. Diſſidẽt inter ſe primũ,& maxime colore:qñ,ſi is ruber ſit,phlegmonẽ uitiũ appellãt:ſin pallidus flauusve,vel ex palido flauoq̃; colore miſtus,eryſipelas.Præterea pulſatio magnæ phlegmones ꝓpriũ eſt ſymptoma, q̃ppe quæ alte magis ĩ corpus demittitur:eryſipelas" vero in cute potius cõſiſtit, q̃ alte deſcẽdit.Tenuis nãque ſubſtãtiæ eſt calidæ bilis humor:itaq; facile ad ipſam cutim transfluit,carnoſis rarisq̃; corpo- *διερχόμενος.
A.l.4.f.3.t.1.c.4.fol.452.d ribus* tranſmiſſis.Cutis uerò denſitas non æq; eſt huic bili peruia, niſi admodũ tenuis aquoſaq̃; ſit:talis nanq; maxime eſt ẽt,quæ quotidie cũ ſudore exit.Licetq; multorũ, q̃ in balneis ſudorẽ ſibi ſtrigilibus detergunt,hũc eius uidere coloris,cuius lotiũ eſt, ijs, q̃ diutius cibo abſtinuerunt. Neq; n.ignoras eorũ,qui inediam diu tolerãt,pallidius ex aquoſo lotiũ reddi,mox uerò ẽt flauũ, niſi q̃s prius humectãte nutrimẽto potioneq̃; ſqualloꝛẽ corporis irroret.Ac corpore quidem ꝓ naturæ modo gubernato,amaræ bilis ſuccus inuiſibiliter exhalat: p̃ter naturam uerò ſe habente, tum alijs(de quibus poſt agetur)uitijs redundat:tum uerò eo,de quo nunc agitur, quod eryſipe- *εὐθρόως.
B las uocant.Cum enim uel longe copioſior,vel craſſior, q̃ pro naturæ modo redditus, *vniuerſus ad cutim compulſus fuerit eam tum perurit,tum in tumorem attollit.

Quo pacto inflammatio,& eryſipelas oriantur,ac de ipſorum generibus. CAP. 2.

SEd ſatius eſt, veluti ſemper non dicimus modo,ſed etiam facimus, ita nunc quoq; rebus non a nominibus initium faciamus:alterumq̃; principiũ,priore ſcilicet commodius, eiuſmodi ſermoni demus.Cum ſanguis copioſus in aliquam particulam procubuit ſic: ut ab eius particulæ vaſis nequeat contineri,exilitq̃; aliquid inſtar roris ex ipſis vaſis in ea muſculorum ſpatia, quæ ſimilaribus corporibus, ex quibus componuntur,interueniunt,utiq; tumor ex plenitudine oriẽ, τὸ δύνη δ'ἐνλῷ
cui ſuccedit cutis tenſio,†& in alta carne cum pulſu dolor,} & tangenti renixus quidam, & ru- ϛάθει. καὶ πόνος
bor,& calor,ipſa nimirum cute ea,quæ ſubiecta ſibi caro patitur,ſenti ente. Similis iam dicto,& μεταϛυγμοῦ.
in viſceribus affectus oritur.Eſt.n.his quoq; ſua quædam caro,quam aliqui Parenchyma græce uocant,in quam videlicet ſanguis ex refertis vaſis halitus ſpecie exudans,iam dicta ſymptomata efficit.Atq; hic vnus affectus eſt ſanguineæ fluxionis ſoboles, in carnoſa corpora maxime incidens.Secundus alter bilioſæ fluxionis germen eſt.ac circa cutim maxime conſiſtens,tum hãc ex
C ternam,quæ oĩum partium cõmune eſt tegumentum:tum membranoſam,& tenuem, quæ ſingulis internarum eſt circundata. Ergo, ſicuti prior affectus ẽt cutis aliquid apprehendit, ita hic quoq; aliquid ſubiectæ ſibi carnis occupat.Quòd ſi craſſior humor acriorq̃; ſit,ſummam cuticulam(Græci Epidermida vocant) excoriat: ſpatioq̃; temporis ad profundum aliqñ cutis exulceratio peruenit.Atq; hic quidem affectus eryſipelas nuncupetur,duplicem(ut iam dictum eſt) habens differentiam,q̃ vel abſq; exulceratione,vel vnà cum hac,incidat.Prior aũt affectus unius rationis eſt,uoceturq̃; phlegmone.Cum ergo nec planè bilioſa,nec ſanguinea fluxio eſt,ſed ex ambabus miſta,utiq; ab eo,quod in miſtura exuperat,nomen ipſi indatur:ac dicatur de eo id, quod exuperatur,ſic,vt vel phlegmonem eryſipelatoſam id uocemus,uel eryſipelas phlegmonoſum. Vbi autem neutrum vincit,ibi uitium phlegmones,eryſipelatosq; medium nominetur.

Ratio curandi ſimplex,& cum reliquis affectibus iunctum eryſipelas. CAP. 3.

CVrationis verò methodus ſicuti in alijs compoſitis,ita & nunc tradatur,initio à ſimplicibus ſumpto. Ego omnibus,qui ſic præter naturam conſiſtunt,tumoribus communis*indicatio vacuatio eſt.Adieci verò illud,ſic,admonens te multitudinis humorũ,qui eos excitent. Nam,ſi
D quis eos uacuet,naturalem habitum membrum recipiet. Iam vacuatio pari modo in omnibus duplex eſt,vna repellentium ad alias partes:altera foras digerentium per eum,qui ſenſum fugiat, halitum.At,quoniam eryſipelas non quantitate modo affligit, ſed etiam qualitate ipſa ex vehementi ſcilicet inflammatione cruciat,ampliorem refrigerationem, q̃ phlegmone, requirit. Nec tamen non periculoſa toti corpori eſt eiuſmodi curatio: ꝓpterea, q̃ bilis interim ad aliquod principium membrum fertur:quippe cum,ſi uel ſanguis ipſe abundet, haud tutum ſit ex minoris notæ membris fluxionem eius repellere.Tanquam igitur in illa,poſt totius corporis vacuationẽ Apocruſticis id eſt repellentibus uocatis auxilijs uſi ſumus, ita nũc quoq; facienus,ſed pro ſanguinis miſſione,medicamento,quod bilem trahat,purgantes:ipſam verò affligtam particulam refrigerantes.Eſto autem refrigerationis terminus,ipſa coloris mutatio.Etenim,quod purum eryſipelas eſt,ſtatim cum hoc quieſcit:quod non purum eſt, ſed iam quodammodo phlegmonodes, ſi pluſculum refrigeres,liuidam cutim præfert. Sin ne ſic quidem quis deſiſtat,nigricat, potiſſimũ in ſenili corpore,ſic,vt quædam ita refrigeratorum ne digerentibus quidem medicamentis ad ꝓfectionem ſanentur,ſed ſcirrhoſus quidam tumor in particula relinquatur.Ergo ſatius eſt,ubi la-
A.l.4.f.3.t.1.c.3.fol.452.a borantis particulæ alteratum colorem uideris, à refrigerantibus adſtringentibusq̃; ad contraria trãſire prius,q̃ uel liuida,ul nigra ꝓrſus fiat. Porrò" refrigerantiũ materia in opere de medicamentis eſt tradita:ſolanũ,& ſemperuiuũ,& portulaca,& vmbilicus ueneris,& pſylliũ,& altercũ

& lactu-

& lactuca,& *intybum, & lenticula paluſtris, & cerata ex aqua admodũ frigida,& alia id genus. E
Vbi verò inflammatio ægrotantis mẽbri iam deſijt, cataplaſma illi prius, q̃ liueat, ex hordei farina(ὠμὴν λύσιν græce voco) eſt imponendum. Quòd ſi iam liuor occuparit,inciſa cute cataplaſma ſuperponendum a † perfundendusq; locus plurimum quidem ex aqua calida: ſed & marina aqua,& muria interim conducet. Quin etiam ipſi cataplaſmati eiuſmodi aqua, vel acetum, vel oxalme miſceatur,{Hoc tpe ẽt coriandrũ cũ*polenta quidã eſſe ſalubre eryſipelatũ medicamẽ tũ ſcripſerunt. Alij rurſus eodẽ inter initia vſi,magnæ noxę occaſio laborantibus fuere.Sed & ro ſaceũ ceratũ,cui immiſtũ ſit calcis aliquid,eodẽ modo ſunt, qui prodiderũt eryſipelati prodeſſe, aliaq; ſimilis generis nonnulla ex ijs,q̃ valenter excalfaciant.Quorũ nullũ eſt eryſipelatis medela ante,q̃ videlicet mutatũ deſinat eſſe id,qđ ab initio fuerat,atq; alterũ iam,illiq; contrariũ eua ſerit.Quomodo enim,q̃ſo,non ſit cõtrarius calido affectui frigidus:aut ei,q flauo,aut pallido colore eſt,is qui liuidus aut niger eſt?Sicuti aũt ſubinde phlegmonæ admiſcetur eryſipelas,ita ẽt ali aliqñ œdemati:ac uocetur,qđ ex ambob⁹ tũ eſt conflatũ, eryſipelas œdematoſũ nõ ſecus,q̃ vbi ex refrigerando durũ ægreq; reſolubile reddit̃, vocabitur eryſipelas ſcirrhoſũ. Iã curatio quoq;, veluti in oĩbus compoſitis,ita in his adminiſtrabitur:ac potiſſimum quidẽ contra exuperans pugnabitur, non prætermiſſa tamen nec ea,quæ ex admiſto præſtatur, faciendorum indicatione. F

De curandis Oedematis,& ſcirrho. CAP. 4.

SIcut autẽ ex bilioſa fluxione eryſipelas, ita ex pituitoſa conſtat œdema ipſum, rarus quidam atq; indolens tumor.Equidẽ ſcio aliter quoq; œdemata prouenire, b* ſicut in pedibus, in intercutis aquæ affectibus,& phthois,alijſque, c † qui vehementes ſint,}malis corporis habitibus. Atq; in illis quidẽ œdema d* multitudinis eius,quæ hominem premit,eſt ſymptoma, nullã ſeorſum propriã curationẽ requires.Nam ſatis erit, (ſi modo curatione egebit,) ipſa tum crura perfricare alias oxyrhodino,alias oleo cum ſale, aut etiam oxyrhodino ſal habente. At, "ſi ex pituitoſo humore in particulã influente œdema conſtitit,abunde aliqñ ſatisfacit ſpongia,q̃ ex aqua, in qua ſit aceti aliquid,maduerit. Porrò hęc ita attemperabitur,ut vel bibi poſſit,vel vt non multum ſupra hoc,aceti habeat.Deligare verò ſpongiam debebis,ab inferiore parte incipiens,ac ſupra finiens. Eſto autem ſpongia,ſi modo conductura ſit,omnino noua: huius ſi copia non eſt, cuius erit,hanc detergebis expurgabisque nitro, & aphronitro, & aqua lixina. Quòd ſi ſub his œdema non ſubſidat,ubi rurſus deligabis, puſillum aliquid aluminis conijcies,ac nouam ſpongiam admouebis:ſi nouæ copia non ſit,melius eſt,eo quod vulgus uocat Elychnion,utare. Id verò ante omnia molle eſto,quod genus Tarſicũ eſt: cuius ſi facultas eſt, audaćter vtitor,vtilius G
enim exuperiere,quàm ſpongiam. Madeat verò ex poſca, quæ aliquid habeat aluminis: tum (ut præſcriptum eſt)deligetur ab inferiore ſurſum. Sit autem arctatio mediocris, veluti in oſſis fractura:ac primæ quidẽ faſciæ iniectiones, quæ ſcilicet inferne incipiunt, magis arctandæ:quæ deinceps ſunt,ſenſim remittendæ,cæterũ nõ adeo,ut laxa ſit aliqua deligationis pars. Porrò idoneum medicamentum ad hæc, & Glaucium eſt,tum ipſum per ſe liquatũ ex poſca, tum vel magis medicamentum noſtrum,quod ex eo compoſitũ eſt. Cuius compoſitionem habes in eo opere,quod de medicamẽtis eſt inſcriptum. Sanè hactenus à me ſcripta fuerant opera tria, vnum de ſimplicibus:alterum poſt hoc de compoſitione medicamentorum: & tertium de facile parabilibus.Quartum autem adſcribere conſtitui,quandoquidem multi amicorum ita ſuadẽt. In eo de communibus,& proprijs cuiuſq; partis, & vitij medicamentis agetur. Verum medicamen illud, quod Glaucium habet,non œdemata modo, verum multo ẽr magis tum eryſipelatoſas phlegmonas incipientes ſanat,ac potiſſimum calidas. Manifeſtum autem,quòd eryſipelatoſas phlegmonas,& eryſipelata phlegmonoſa, idẽ medicamentum ſanet: At non eas phlegmonas,quæ in ſcirrhum iã tranſierunt: aut eryſipelata, quæ iam refrixerunt:aut denique vllum ſcirrhoſum affectum ſanauerit: de quibus utiq; in quinto de ſimplicium medicamentorũ facultatibus aliquid H
eſt proditum:dicetur verò,& nunc. Siquidem humor, unde eiuſmodi vitium naſcitur,aut glutinoſus eſt,aut craſſus,aut vtriuſq; rationis particeps. Curandi verò eius communis indicatio eſt, vt,quod præter naturam in particula eſt, * totum vacuetur. Modus tamen vacuationis eius prius eſt:nam detergere,id vbi contumaciter inhæret, oportebit.Quòd ſiquis ijs,quæ vehementer trahunt,digeruntq̃ue,medicamentis vacuare tentet: nec ijs,quæ humectent, & excalfaciant, molliat,ac liquet:huic paucis primis diebus egregie proceſſiſſe curatio uidebitur,cæterum,quòd de affectu reſtabit,id inſanabile erit, ſiquidem toto, quod in eo tenuium partium erat, digeſto, quod reliquum eſt,ueluti lapidoſa concretio,linquetur. Quippe etiam,qui in articulari morbo viſuntur pori,ex humore craſſo glutinoſoq; proueniunt: quando is non paulatim eſt digeſtus, ſed violentis medicamentis totus ſimul ſiccatus. Ad eundem modum,& calculi generantur in renibus,aſſo ſcilicet in his craſſo glutinoſoque ſucco. Hac igitur de cauſa ad ſcirrhoſos affectus nullum vehementer excalfaciens ſiccansve medicamentum eſt aptum,ſed ea tantum, quæ cum moliendo digerere poſſunt,cuiuſmodi ſunt,tum ceruina medulla, tum vitulina:tum ſeuum hircinum,& taurinum,& leoninum:ad hæc ammoniacum thymiama,& bdellium utrunque, magitque

* σῆρις.

A † Antiq. cod. ita legunt. αἰρεῖντε τὰ μὲν πλεῖστα διὰ δάτος ἀερμοῦ καὶ θαλάσσης καὶ ἅλμης, ποτὲ δὲ συσίσει καὶ αὐτῶ γετῶ κατα πλασμάτι μιγνῦναι τοιοῦτον ὕδωρ ἢ ὄξος ἢ ὀξάλμην. i perfundéduſque eſt locus plurimum quidem ex aqua calida, & marina aqua,& muria nonnunquam vero conducet ipſi cataplaſmati eiuſmodi aquam vel acetũ,uel oxalmen miſcere.

B* *Dictio hæc non eſt in cod. græcis.*

C † *Cod. multi græci hæc non habent.*

D* In antiquis legitur πάθους, i. affectionis.

A.ibid.b

A.ſi.4.f.3.t.1.c.3.fo.457.d

A.ibid.e

* ἀθρόας.

A gisque Scythicum,quanto videlicet est humentius. Pari modo, & styrax,qui humentior est,sicco vtilior est.His igitur*indicationibus attentus,etiam complicatos affectus sanare poteris,subin de iam dicta in omnibus compositis vtijs methodo.

Indicationes remediorum,quæ in scirrhis,& œdemate ab affectis partibus præbentur. CAP. 5.

MIhi verò iam tempestiuum fuerit de affectarum partium differẽtia mẽtionem facere:q̃ sem per in omnibus,tũ morbis,tũ symptomatis,in memoria habendã cẽsui. Diximus aũt non pauca de indicatione,q̃ ab ijs sumitur,in libro,q̱ hũc præcedit.Siquidẽ oĩum,q̱ p̃ter naturã sunt, tumorũ,in quib⁹, vti qui adhuc nõ sunt geniti pori,prima curõnis*indicatio vacuatio est.Earũ verò partiũ,q̃ iã scirrhũ contraxerunt,vacuatio p̱ iã dicta medicamenta p̱ficitur:vocareq́; ea mala ẽtica,id est mollientia,medici solent.Qm̃ aũt membrorũ alia rariora naturaliter sunt,alia densiora,ẽt vacuationẽ eorũ diuersa specie remedia postulare est necessum. Hac igitur de causa,tũ in tẽdonibus,tũ in ligamentis,{cũ scirrhosa fuerint,}visum mihi satius est ei curõni,q̃ per mollientia medicamẽta molimur,aliq̱d incidentiũ admiscere. Ex quorum numero, vel in primis acetũ est. Interim verò,& in alijs partibus,quas scirrhus affecit,eo vtimur:vt paulo post dicam. Verum in
B tendonibus,& ligamentis in hunc modum: In aceto acerrimo candentem igni lapidem extinguo,ac,si quidem haberi potest, qui certe in magnis vrbibus rarus non est,pyriten: sin eius copia non datur,molarem, Græci Myliten vocant,scilicet ex quo molas,quibus molimus,faciunt. Deinde ascendẽte post infusum lapidi acetum vapore calido, in hoc dimoueri scirrhosum ligamentum vel tendonem cogo,atq; exinde rursus medicamen, quod molliat, impono. Oleo.n. in principio curationis, quotidie omnino laborantẽ particulam perfundo.Esto autem id oleũ haudquaquam adstringens,sed planè tenuium partiũ,cuiusmodi Sabinum est. Incoquimus autẽ oleo interdum althææ radicem,ac syluestris cucumeris, & siqua est eius generis alia. Atque hoc vtor(vt dixi) quotidie. Cæterum"curatio,quæ præter acetum administratur,vtilis est uitio iam adulto,& cum præparata iam submollientibus pars fuerit.Excogitaui autem, & composita quædam ex aceto medicamenta,quæ inter mollientium vsum ad vnum diem impono. Siquidẽ aceti vis,modo ea quis modice, & debito tempore vtatur, salutaris eiusmodi affectibus est,ceu crassos viscidosq́; humores dissecans,ac dissoluens:sin vel immoderatius vel in tempore nõ idoneo, tenuiores partes violenter absumens,id,quod reliquum est,lapidescere sinit.Sed & siquis eo diutius vtatur,substantiam ipsam neruorum delibauerit. Ob id igitur nec sæpe, nec inter initia,nec
C longo tempore,medicamentis,quę ex aceto componuntur,ad ligamenta,& tendones est utendum. At"in liene,& carnosis musculi partibus scirrho affectis tutus eius est vsus,quippe raræ sunt naturaliter hæ partes,nec est quod metuas,nequis neruus eius vi lædatur. Ammoniaco quidem thymiamate cum aceto etiam alij non pauci lieni imponẽtes utũtur, ad luti.s.crassitudinem,qđ ex vtrisq; mistum est,redacto:idq; solum ei curando sæpe satis fuit. Ad musculos verò,alium sanè non vidi:ego verò ẽt sæpe sum vsus,vtique mollientium vsui interponens. Atq; sub illis nulla cernitur euidens vtilitas.sed postea,q̃ mollitus per ea scirrhosus tumor est, maximũ certe vsum ammoniacũ aceto liquatũ confert.Sufficit aũt eo vno alterove die vsus,rursus ad mollientia reuerti:ac rursus his pluribus diebus vsos,denuo ad medicamẽ, qđ ex aceto fit,redire,siue id ammoniacũ,siue quid aliud habeat eorum molliẽtium,q̃ paulo supra sunt cõprehẽsa. Neq; .n.aliud quicquã est admouẽdũ,cuiusmodi.s.pleraq; sunt eorũ medicamẽtorũ,q̃* sicca vocãt:siquidem in ter initia medicamẽtũ probabis, sed id insanabiles affectionis reliquias relinquet.Ego nãq, eius rei causa in medio t̃pe cataplasmate ex althæa sum vsus;vocat aũt hãc vulgus Anadendromalachen.Huius igit̃ radix seuo soluta salutare ad talia medicamentum est. Esto aũt seuũ,si fieri põt,
D anserinũ:sin id non sit,gallinaceũ:sin nec huius facultas sit,suillo utendũ.Sed & sylueſtris maluę, q̃ passim nascit̃,folia cũ supradictorũ aliquo tusa proficiẽt:meliora tñ crudis sunt,q̃ modice ante sunt decocta.Ac eiusmodi quidẽ auxilia,& curationis variatio,qualis iã cõprehensa est omnium particularum,q̃ scirrhosis vitijs sunt affectæ,cõia sunt.Ad eundẽ modũ œdematũ curatio,quam paulo ante memorauimus,cõprehẽsis iã differẽtijs,p̱ particulas variat̃.Ijs.n.q̃ in præcordijs sunt, œdematis nemo frigidã ex posca spongiã applicuerit:veluti nec alijs, qui in his sunt,tumoribus, iã q̱s absinthiũ oleo incoquẽs,genu vnq̃ p̱fudit? quis oculũ,aut aliquid eorũ,quæ intra os sunt, qualitercunq; affectũ?at iecinori ægrotanti,& lieni subinde,cum maxima vtilitate adhibeẽ.Docet id ipsum,& experientia,quæ uim eorum euidenter indicat,non secus,q̃ ratio.Nos tamẽ nũc hoc opere solam eam remediorum intentionem,quæ methodo paritur, qualis nã sit,differimus. In operibus de medicamentis ambas miscuimus,omnia medico cognoscenda esse rati,tum quæ solo inuenta sunt usu:tum quæ sola ratione:ad hæc tertio loco, quæ conferentibus ad inuentionem vtrisque.Omnibus autẽ his ille solus commode utetur,qui in hac methodo est̃ exercitatus.

A.li.4.f.3. t.2.c.12.f. 459.c

A.ibid.

*In aliquibus antiquis codi. legitur ὀξυρᾶν .i. quę acetem recipiunt.

Tumorum induratorum differentia,& qui proprie scirrhi appellentur. CAP. 6.

AC de phlegmone quidẽ,scirrho & œdemate satis sunto, quæ hactenus sunt comprehensa, illo non omisso,quod scirrhum nominamus tumorem durum, qui sine dolore est,non tamen omnino sine sensu.talis enim sanabilis non est: reliqui omnes, sicut ægrius sensilem ipsam

partem

partem affectam reddunt,ita omnino insensibile non faciunt,utique si sensilis natura sit: liga- E
† Quòd siquis duntaxat tumores præter naturam,quin omnino sint insensiles. menta nanq; scimus insensibilia esse.†Quòd siquis eos duntaxat tumores,qui & præter naturam sunt,& oīno insensiles,{scirrhos appellandos censeat,reliquos non scirrhos,sed tumores scirrhosos,& se de nominib⁹ litigare sciat,& nos quoties cū eo disputabimus, ita quoq; affectū nomina bimus:siq; dē is mos noster est,q̄bus q̄sq; nominib⁹ delectatur,ijsdem in disputatione cū illo vti.

De Inflammationibus curandis,ac præsertim de priapismo. CAP. 7.

NVnc tempestiuum est,vt de inflationibus differamus: quibus diuersa ab œdematis curatio est.Illa nanque,ceu diximus,ex pituitoso succo ortum habent:proinde, premētibus nobis cedunt,digitiq; admodum alte in ipsa descendunt. Inflationes" verò ex flatuoso spiritu collecto nascuntur,alias sub cute,alias sub membranis, quæ ossibus circundantur,aut musculos,viscerum ve aliquod includunt.Porrò colligitur aliqñ nō parum etiam in ventriculo,& intestinis,itemque in medio spatio horum,& peritonæi.Differunt quoq; hæc ab œdematis,& pressa digitis non retinent vestigium & sonitum,veluti tympanum, reddunt:itemque q̄ in cauitate sensibili subinde cōtinentur,atq; hac nonnunquā maxima. *Indicatio autem curationis omnium communis est, ut,quod præter naturam est,vacuetur,in quocunq; id contineatur: propria verò post hanc communem est,ut tenuissimis,& calidis potestate medicamentis. Atq; in ventriculo quidē,& visce- F
A.li.4.f.3. t.2.c.1.f. 457.c
ribus oleum,quod tenuium est partium,quodq́; rutam habet incoctum,aut aliquod calidorū seminum,cuiusmodi sunt cumini,& apij, & petroselini,id præstabit.Aliqñ verò, & cucurbita magna bis terve sine incisione medio ventri affixa.Tanta verò ac taliter applicata etiam totum vmbilicum comprehendet. At in artubus,& musculis,qui sub cute, aut etiam membranis,quæ ossa vestiunt inflatio orta,si citra dolorem sit,liquor aliquis tenuissimarum partium, cuiusmodi est lixiuium,noua spongia exceptum,satisfecerit:sin dolor quoq; vrget,vngenda pars est oleo,quod relaxandi remittendiq; vim habeat.Incidūt porrò ex percussionibus eiusmodi affectus,vbi scilicet vel musculus,vel membrana,quæ os circuit,est contusa.Ac super membranam quidem,quæ os ambit,ante dicta ponenda est spongia.Ad musculos verò(nanque hi aliquando dolent)medicamentum,quod magis mitiget,est adhibendum. Quo fit,ut ad hos solo lixiuio non utamur,sed immissa ei tum sapa,tum pauculo oleo.Satius autem fuerit in principio,non addidisse lixiuium, sed sapa cū vino,& exiguo aceto vti, ac quod mediocre sit, olei adijcere: vbi mista sunt, modice excalfacere,ac lanam non lotam,quam œsyperon id est succidam vocāt,ipsi imbutam imponere. Quòd si eiusmodi lanæ facultas non sit, ipsius œsypus inijciendus miscellæ supradictæ est: q̄ autem atticus œsypus cæteris òmnibus præstet,tametsi à me non dicatur,ipse scis. Quin etiam G
ceratum,qđ ex œsypo componitur, medicamentum est omnibus notum : vtuntur plurimi eo ad phlegmonas,quæ in præcordijs sunt.Ergo huius quoq; aliquid,vbi œsypus præsto non est,recte ieceris.Debēt enim contusi musculi leniri medicamēto,cui mista facultas sit, quæ simul cō coquat,digerat,& modice adstringat:quando,si nihil habet adstrictionis,auget aliquando phlegmonas,ac maxime in ijs corporibus, quæ plethorica sunt. Ergo trium iam comprehensarum "indicationum in inflatis ex plaga quadam musculis memor, ubi dolor maior vrget, mitigatiua magis ratione vteris:ubi abest, † maiori ui instabis.} Maiorem vim intelligo,cum breui via properatur ad finem: Porrò breuis via fit per ea medicamenta, quæ ualentes habent vires: hæ maxime in lixiuio,& aceto habentur,post hæc in vino. Quoties igitur de mitigando non laboras,horum plus in misturam conijcies. Rursus, ubi repellere studes, vini plus,quàm horum,immittes.Porrò id optimum in hunc vsum fuerit,si nigrum austerumq́; sit. At, si digerere malis,lixiuij plus indes.Acetum verò si his miscebis,ab ambo erit utile:propterea,quòd inistas(ut monstratum est)habet facultates.Vbi verò musculus sine dolore est, licet sanè in lixiuij penuria pro H
† ἀγωνιστικατέ ῳ τρόπῳ χρῶ.
eo aphronitrū immittere:esto autem id minime lapidosum,sed magis spumosum.Est vero,quod lapidosum est,durum & spissum,ac ægre liquabile, cum dictis liquoribus misc etur; spumosum uero molle est,& laxum,itemq́; candidius,quàm lapidosum : hoc itaq; tum celerrime ab humore soluitur,tum iuuat maxime,utpote tenuium partium.Quæ verò huius generis inflationes neglectæ inueterarunt,primo quidem loco his ea,quæ ex lixiuio componuntur(ut prædictum est) adhibeas:secundo loco emplasticum aliquod. Dicam autem, & horum exemplum.Strigmenta" gymnasiorum feruefacta percola primum sic,vt pura sint:deinde rursum in cacabum immissis,calcem viuam in farinæ speciem tunsam insperge adluti vsq; crassitudinem. Salutare his est, & medicamē,quod ex sycomoro componitur,aliaq; id genus.Nūc enim (ut dictum est)exēpla tantum eorum medicamentorum scribo,quorum generalis facultas per medēdi methodum inuenitur.Tanquam vero medicamentorum hoc loco ponuntur exempla,tum vt tota hęc methodus clarius intelligatur:tum ut magis nobis ad inueniendam materiam facultas suppetat: si etiā, & affectarum corporis particularum proponuntur. Statim enim affectus quidam est,quem iunio res Priapismum nuncuparunt,propterea,quod ijs, qui sic sunt affecti, etiam inuitis pudendum arrigitur:quod ubi viderit quispiam,qui in his cōmentarijs est exercitatus, protinus intelliget ex inflationum esse genere.Qui enim memoria tenuerit tū oīa,quæ in dissectione eius membri
A.li. 4.f.3. t.2.c.20.f. 460.d

A bri apparent,tũ quę de functione eius & usu in naturalibus libris sunt prodita,is nullo negocio intelliget,q̃ cauernosus neruus,qui propriã colis substantiã constituit,halituoso spiritu impletus affectum hunc excitat. Porrò halituosum spiritũ in animalis corpore ex succis, qui lente sensimve excalfiant,nasci didicimus. Quippe,ubi tũ insitus calor validus est, tum partis humiditas ad summum cõcocta,utiq; in tenuẽ halitum soluta insensibili transpiratu in ambientẽ effluit: Contra, vbi vel ingenitus calor imbecillior est,vel naturalis humor tũ semicoctus,tum crassus,tum glutinosus,ibi crassior excitatur halitus,q̃ ut trãspirare possit,ac potissimũ sicubi particula ipsa dẽsior est reddita. Non nunquã verò humor,qui in mẽbro continetur, sub frigidus est, præterea crassus & glutinosus:auctior verò calor in halitus eũ crassos resoluit. Quæ res profectò magnopere tibi ad curationẽ æstimanda discernendaq; est. Siquidẽ principiũ ambobus affectibus commune est, nempe[a]*totũ prius"corpus vacuare,[b]†modo id capax vacuationis sit.} Dictum verò à nobis sæpe est de uacuantium auxiliorũ facultate. Ea sunt missio sanguinis:& purgatio,tũ per ea medicamenta,q̃ subter expellunt,tũ per ea,q̃ supra,siue ea uomitoria dicere mauis: præterea multa fricB tio,& omnis dimotio:itemq; balneũ potissimum qđ ex aquis sit digerentibus. Sed & acria medicamenta illita per halitũ digerunt,omniaq; vno verbo,q̃ calfaciunt & siccant. Ex accidẽti etiã vacuare indicauimus,& cibi abstinentiã,potissimum ubi ambiens calet. Ergo,quicquid horũ sustinere cubans aptissime potest,eo est uacuandus,imponendumq; ipsi laboranti particulæ medicamentũ,si ea calidior sit effecta,quod ad portionem caloris abundãtis refrigeret. Sin aliter,inter initia quidẽ omnino,quod modice refrigerat:postea verò id necessum nõ est. Pari modo,& quæ circa lumbos sunt particulæ oẽs, eiusdẽ facultatis medicamento comprehendendæ. Etiam reliquus uictus exhibendus,qui & flatui aduersetur,& siccet. Incidit uerò uitium hoc non sanè multis,sed iuuenibus magis,q̃ alijs ętatibus:quo magis hic sanguinis missio pręcipue est salutaris,ceu nec ætate eorũ eã recusante. Scio enim ipse quendã à me curatum tribus diebus, naturalem habitum recepisse,sanguine primũ misso,dein medicamento hoc adhibito. Ceratũ ex simplici rosaceo factũ ita liquidũ,sicut ad fracturas vti solemus, aqua frigida imbuens,ac simul cũ ea subigens (nam æstatis initium erat)pudendo ac lumbis imposui:atq; ita quidem hũc percuraui: Simili modo & alium,qui post missum sanguinem humido medicamento,quod ex chamæmelo cõficitur, est usus. Porrò istis etiam nymphææ aliquid potandum exhibeo,saltem in principio:moxc*amerinæ semen:ac,si traxerit adhuc uitium,rutæ semen copiose comedendum. Est enim illud cõmune præceptum omnium fermè,quos vitiosus succus creat,morborum, quod in fine calefacientibus & siccantibus sit utendum:quippe hæc,quod reliquum humoris est,prorsus absumunt.

A.l.3.f.20. t.1.cap.39. fo.377.d

A† est quidem in ĩpressis cod. græcis τὸν ὅλον ὄγκον, i.totum tumorem, sed in manuscriptis est,τὸ ὅλον, i. totum ut intelligatur de corpore, sicuti uertit Linacer.

B† ἦν ἂν οἷον τ' εἰνδέξασθαι κένωσιν legũt antiqui cod. 1. ea nimirũ euacuatione, quam ipsũ ferre possit.

Quo pacto prætumida lingua laborans à Galeno curatus sit. CAP. 8.

C SAnè linguam ita tumefactam cuidam uidimus,vt ore"hominis contineri non posset. Huic nec uena unquam incisa fuerat,& sexagenarius iam erat:horaq; diei ferè decima erat, cum ad eũ primum accessi & vidi. Ac uisus mihi est vsitatis mihi pilulis,q̃ ex aloe,scammonea, & colocynthide constant,uespere datis purgandus: ipsi tamen particulæ afflictæ sua si refrigerantiũ aliquid imponere,saltem in initio:post enim,inquam,applicabimus, prout suadebit euentus: Verum id uni medicorum non placebat:ac propterea pilulas quidem sumpsit,de locali tamen remedio deliberatio in diem posterum est dilata: quo tempore etiam efficacius aliquid præstiturum quicquid probatum fuisset,sperabatur,& purgato scilicet iã toto corpore,& humoribus ad inferna reuulsis. Cæterum ea nocte euidentissimum per quietem insomnium,nostrum homini consilium approbauit,ac materiã ipsam medicamenti definiuit,lactucæ succo collui iubens: quo ille solo usus prorsus est sanatus,nullius alterius egens. Quòd autem"priapismo uomitorijs medicamentis potius,quàm subducentibus,sit utendum,in linguæ vitio contra,id ex partium situ indicari manifestum est. Nam auersionis in contrarium(quæ ab Hippocrate a" antispasis dicitur) non à substantia,sed à curandi membri positu,inuentio præstatur.

A.l.3.fo.6. cap.10.fol. 245.f

A † In libro de Humoribus a principio.

A.ibidem.

B† Cod.impressi habẽt τῇ τοῖς οἴνοις ὑφιζανούσῃ. ueteres cod. τῇ τοῖς πίθοις ὑφιζανούσῃ. vt uertit Linacer

De Cancri ortu,& curatione. CAP. 9.

D IAm verò tempus monet,ut ad aliud tumorũ genus trãseamus,atq; à re potius, q̃ nomine,initium faciamus: ea nanq; est haud dubie verèq; scientifica doctrina. Quòd igitur omnibus eiusmodi tumoribus succus aliquis influit,id in libro,quem de tumoribus præter naturã scripsimus indicatum est. Quòd autem non idẽ in oĩbus sit,ipse sensus euidenter docet, differentibus nimirum ipsis tumoribus nõ colore modo,uerum etiam ijs,q̃ ex calore,frigore,mollitie,duritieq; spectãtur,drijs. Ac ruber quidem tumor euidenter subesse sanguinis indicat humorẽ:sicuti flauus & pallidus persimilem ipsis bilem:subalbidus uerò & laxus pituitam. Sunt ãt & præter hos tumores q̃dam,qui colore sint inter rubrum & nigrum medio:cuiusmodi color fuscus est. Hunc,cũ in corporis partibus sæpe incidat,plurimi medicorũ liuidum,græce Pelidnon uocant. Renixus"aũt his quoq; tumoribus valens est:ac,si venas euidentiores membrũ haberet,exaltatas eas à crasso & nigriore quodam modo sanguine, cuiusmodi per aliũm aliq̃ non paucis hepaticorum excernit̃, videre licebit:Suntque medici,q̃ mihi eũ nõ absurde uidentur fæci,[b]{q̃ super vini dolijs hæret,} assimilare. Ergo hic humor,ubi amplius incaluerit,aut propter putredinẽ,aut febrem[c]*phlegmo

A.l.1.fo.1. d.4.1.f.7.h

C † τῆς ἄγνου. ὑπίκος.

potest.

† ne ipſæ quidē muſcæ, et ita etiam ve-tus interpres.

nodem,nigram efficit bilem,q̃ nullum animal,†ne ipſi quidē mures guſtauerint: terra quoq; rā. E
ditur ab ea:ac partes,q̃ radunur,oēs in a'tū attolluntur: uocaturq; is affectus (ut Plato quodā lo-
co inquit)tum feruor,tum fermentatio.Eſt nanque is humor talis,quale eſſe acetū docuimus: ex
quo ipſo quoq;,ſi in terrā effuderis,idem affectus uiſitur. Quo minus alienum eſt, ſi ueteres eiuſ-
modi humorem acidum nominarunt æq;,ut pallidæ bilis amarum.Sanè non raro ēt in uomitio
nibus talis apparet. Verum,ſicuti paulo ante dixi,unum quoddam uitium eſſe proprium uerūq;
ſcirrhum,qui præter alia ēt inſenſilis ſit:reliquos tumores,qui uidelicet nondum ſunt omnino in
ſenſiles,dupliciter eſſe à medicis vocatos,nempe uel ſcirrhos,propterea,q̄ generis ſcirrhorū ſunt,
vel ſcirrhoſos tumores:& in humoribus,q̃ quidē haud dubie nigra eſt bilis,ea talis eſt,qualē mo-
do pinximus,certe acida,& terram fermenti ritu eleuans,tum oī animanti iniucunda. Quæ verò
fieri talis eſt idonea,hæc bifariam nuncupatur,vel melancholicus humor,uel nigra bilis,ſ.qui ſic
eam nominant,affirmaturis aliam eſſe nigram,q̃ dum animal naturaliter ſe habet,quotidie gigni
tur:aliam q̃ exuſtione,ac velut aſſatione conflatur.Quod aūt ſemper præcipio,ut nominibus con
temptis ipſam naturæ rerum ſcientiam exerceas,id nunc eſt faciendū, ac nominandum quidem,
prout ſuccurret:cæterum oratione ſic interpretandum,q̄ quidā præter naturam tumores ex eiuſ
modi naturæ ſucco proueniunt,cuiuſmodi eſt fæx in vino,& amurca in oleo: & q̄ hi ſpatio tem- E
poris putreſcente humore,p̄pterea,q̃ in uaſis ſit impactus,exulcerantur. Ergo,ſicuti reliqua oīa
vitia plurimam habent particularem in minorisq; ratione dr̄iam,ſic etiā hoc uitium habet. Quip
pe phlegmones alia quidem admodum rubra eſt: alia paulò magis, quàm naturali habitu rubra.
At ſpecies,ſiue genus,ſiue quomodolibet appelles,ambobus eſt idem:nā & rubriores, quàm pro
naturæ modo ſunt:& dolor omnino cum ipſis eſt,qui ipſe quoq; magnam habet in exceſſu defe
ctuq; differentiam:ad eundem modum nec renixus,nec cutis tenſio omnibus eſt,æqualis.Com-
mune tamen eorum eſt,tum q̄ pars magis renititur,quàm ante,cum naturaliter ſe haberet: tum
q̄ in tumorem quendam attollitur,extenta,ſ.attentaq; eatenus cute,quatenus tumor aſſurrexit.
Simili ratione & vitium,qd̄ modo deſcribimus, aliàs confuſa exiguaq;, & quæ vulgū fortaſſe la-
tere poſſint,affert ſymptomata:aliàs ita uehementia,& magna,& cunctis euidentia, vt ne puerū
quidem clam ſint.Verum cōe illud in omnibus particularibus, quod intelligentiam ad ſe trahit,
vnus id morbus eſſe oſtenditur,& unā ſibi appellationem imponi cogit.At ubi magna quidē om
nia ſunt,nemo de appellatione ambigit,ſed nominat uno aſſenſu omnes eiuſmodi affectum Cā-
crum.Cum autem adhuc incipit,nihil" miri eſt,ſi vulgus lateat,non ſecus profectò,q̃ ſtirpes, quæ G A.li.4.f.3.
è terra iā exeunt:qñ hæ quoq; peritis tm̄ agricolis agnoſcuntur. Ergo,quæ nam in cancro, tum t.2.c.15.f.
communis,tum propria curationis indicatio ſit,opportune nunc dicitur. Communis igitur eſt, 159.g
vt humorem,unde vitium eſt natum,ilico uacues ſimili vacuationis genere ei,quæ in alijs tumo-
ribus ſupra eſt comprehenſa:mox prohibere,potiſſimū ſi fieri poteſt,ne de cætero eiuſmodi ſuc-
cus in venis colligatur:ſin id fieri nequit,ſaltem eum omnino ex interuallis uacuare,& ſimul par-
ticulam firmare,ne quid humorum redundantiæ ad eam confluat. Veluti ergo amaræ bilis humo
rem medicamento,quod eum humorem trahere ſit aptum, educimus:ſic & melancholicū edu-
cemus vel ſimplicium aliquo, cuiuſmodi eſt epithymum pondo drachmatum quatuor in ſero la-
ctis mulſave exhibitum:uel compoſitorum aliquo, cuiuſmodi noſtrum eſt, quod ex duobus &
triginta ſimplicibus medicamētis eſt compoſitum. Sed horum materiam in alijs traditam habes.
Hic autem,quæ ad propoſitam methodum proprie pertinent,dicamus. Poſt nanq; purgationē
illud de omnibus eiuſmodi affectibus prius eſt præceptum,q̄ uel retro regerere humorem, qui in
membro procubuit,oportet,vel ipſum digerere: præterea,quòd in principio quidem tam in ip-
ſo purgationis tempore,quàm ante id,repellere:ubi iam totum corpus exquiſite purgaueris, di- H
gerere.Vbi tamen mediocris tantum purgatio præceſſit,miſtum eſſe,quod applicabitur pharma
cum,ex repellente digerenteque facultate conueniet.Sanè ad craſſum humorem inutiles ſunt tū
imbecillæ,eo,q̄ nullum operæpretium efficiant:tū valentes,q̄ uehementer tenuiores,quæ in ue
nis ſunt,ſanguinis partes vel digerant,vel retrudant:craſſas verò & melancholicas,quas fæci aſſi-
milauimus,nec euocent,nec repellant. Ergo,ſi his inter initia utare,utiq; minutus aperte tumor
erit,cæterum,quod reliquum eius eſt,contumax ad ſoluendum reddetur.Quare" mediocrium vi A.ibid.ca.
rium medicamentis eſt opus:quæ nec propter imbecillitatem vincentur,nec propter affectus ve 18.f.460.b
hementiam valenter ſanguinem craſſabunt: Ad hæc item,quæ omnino haud mordeant:quando
quidem vitij malignitas a ijs,quæ mordent,irritatur,ac,ut dici ſolet,efferantur.Propter hæc igi-
tur,quæ viribus quidem ſunt mediocria,qualitate verò minime mordentia, eiuſmodi affectibus
ſunt idonea.Materiæ verò copia,ſicuti in libris de medicamentis eſt traditum, exuſtis elotiſque
metallicis habebitur: Quippe,quæ medicamenta ex his componuntur, unà cum purgationibus
ad ſanandos incipientes cancros magnam vim habent,maiores verò,ſat fuerit,ſi his prohibeātur
augeri.Proſpicere uerò,ut,quia iam ſunt ſanati,amplius non regenerentur,id artis de tuēda ſani-
tate eſt opus:cuius ſanè portio eſt ea,quæ de cibis præcipit. Cæterum, ſiquando cancrū per chi-
rurgiam curare audebis, cœpiſſe quidem ab uacuando per purgationem melancholico humore
oportebit.

A oportebit. Vbi verò totum, quod vitiatũ est, prorsus excideris sic, ut nulla supersit radix, sines effluere sanguinem, nec propere eum inhibebis: immo premendo potius, quæ circum sunt, venas, exprimes ex ijs crassiorem sanguinem: mox alijs vlceribus similiter curabis.

De carbunculis & reliquis affectibus curandis, qui vlcere crustoso constant. CAP. 10.

A.l. 4. f. 3. t. 1. ca. 9. f. 453. b

EStt̃ & aliud vitium, quod ex humore crasso feruenteq; nascitur. Incipit hoc plerunq; à pustula, aliqñ verò & sine hac. Cæterum inter initia, quibus hoc instat, scabunt particulã oĩno: mox oritur pustula quædam: qua rupta, ulcus cum crusta gignitur. Sæpe verò non vna oritur scabentibus pustula, sed multæ exiles, veluti milij semina, † crebræ in particula residentes: } quibus perruptis, similiter crustosum vlcus prouenit. In carbũculis verò, qui per Asiam populatim sunt grassati, ẽt citra pustulas nõnullis excoriata statim cutis est. Oĩbus tñ, uti dixi, crustosum vlcus fit, mõ crusta ipsa cineris colorẽ pręferente, mõ nigrorẽ. Oĩbus præterea his circũposita caro in sum mã ꝑuenit inflãmationẽ nõ tñ colore aspiciẽ erysipelatis, immo q adhuc phlegmones colore sit nigrior, ueluti si plusculo rubro minus misceas nigri. Quòd aũt necessario febricitent, qui ita sunt affecti, idq; non minus, immo magis, q̃ illi, † quibus erysipelatosa est phlegmone, id vtiq; latere

B neminẽ põt. Sed & incipiendã ab incisa vena curationẽ esse, id quoq; neminẽ latere arbitror, qui præsertim meminerit, q̃ in curõne febriũ de sanguinis missione diximus. Nec illud obscurũ, sanguinis vacuationẽ, q̃ ad animi defectum vsq; sit adhibita, magis his ẽt collaturã: nisi tñ aliud quippiã obstet ex ijs, quę venã incidi uetent. Imponi vero sibi laborans particula, qđ ad humorũ inflãmationẽ spectat, refrigerantia desiderat. Cęterũ ꝑꝑ humoris crassitudinẽ atq; ẽt malignitatẽ, nec fluxionẽ auertere vnq̃ poteris: &, si qñ id feceris, aliud qppiã, qđ in alto sit corpore, offendes. At qui nec affluere is permittẽdus est, qu potius inquirẽda remedia sunt, quæ cum modice reprimẽdo, ẽt digerere possint. Tale profecto est tum cataplasma, quod ex* plantagine conficitur: tũ qđ excocta lente, s. miscentibus his nobis micam panis teneram, qui clibano sit coctus. Esto autem panis nec oĩno à furfure purus, nec nimium eius habens. Siquidem, qui omnino purus est, eius substantia in cutis meatibus hærere est apta, Emplastic@teron Græci uocant: fuliginosus autem crassiorum est partium. Super ipsum verò vlcus, ualens aliquod imponendum est medicamentũ: cuiusmodi est Andronis, Pasionis, vel Polyidæ, liquariq; id cũ vino aliquo dulci ad sordium crassitudinẽ debebit. Porrò cõmodissima ad hũc vsum vina sunt, tũ theræum, tũ scybelites: in quorum

A. ibi. c. 10. d.

C inopia sapa utendum, quæ apud nos Hepsema dicitur. Quæ" autem pharmaca reliquis adhiberi ulceribus solent, nempe quæ concoquant & pus moueant, ea nunc adhibenda non sunt: qñ ita putredinem particulæ auxeris. Quin ẽt scarificare eiusmodi tumores post sanguinis missionem alienum non sit: sunto autem incisiones mediocribus altiores propter infestantis humoris crassitudinem. Cessante uero iã inflammatione vlcus ad cicatricem similiter reliquis vlceribus perducęs. Atque hactenus de carbunculis dixisse sat arbitror.

† κατα πυκνοῦσαι τὸ μέρος. i. densantes particulam.

† In antiquis q̃busdã legit ὅτι ἐρυσιπελας ἐστιν ἡ φλεγμονή. i. quib⁹ erysipelas est, uel phlegmone.

* arnoglosso.

De Strumis, quas chœradas dicunt. CAP. 11.

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 9. fol. 458. d

DEinceps de reliquis agã tumoribus, orsus a strumis, Chœradas Græci uocant. Existunt hæ glandulis in scirrhosum affectum mutatis. Estq; curatio earũ, quod ad ipsum attinet uitiũ, ijs scirrhis, qui in aliis partibus nascuntur, cõis. Cæterum, quod ad ipsius partis naturã spectat, in quibusdam glandulis alias geminas curationis indicationes adijciunt. Præstiterit fortassis hoc loco de nominibus aliquid clarioris doctrinæ gratia distinxisse. Quippe glandulæ, quæ, quod in medio uasorum in diuersas partes diductorum habetur, implent, eiusque diductionis pro firmamentõ sunt, earũ haud magnus vsus animantibus est: sed ex abundantiore prouidentia, sicut alia quædam, sic has quoq; glandulas natura fabricauit. Earũ uero, quæ uel saliuam, vel lac, uel geni tale semen: ad hæc quæ pituitosum quendam humorem in mesenterio, uel faucibus, uel laryn-

D ge, generant: earũ maior est vsus. Atque aliqui has non glandulas, sed glanduloſa uocant corpora, ut quæ non paulo, q̃ reliquæ glãdulæ, & rariore sint & magis spongiosa substantia: quin etiam in has tum arteriæ, tum uenæ sensibiles perueniunt. Atq; hæ quidem, cum in scirrhoso sunt affectu, nõ aliter, q̃ cæteræ omnes partes, † sunt sanandæ. At, quæ in medio uasorũ spatio consistunt, in ijs alia curationis indicatio præstatur: qua simul cum uitio etiam pars ipsa tollitur. Est uero duplex ea quoque, nempe uel totum, quod uitiatum est, scalpello excidentibus nobis, ueluti in cancro: uel putrescere id medicamento cogentibus. Porrò quæ eiusmodi medicamentorum materia sit, id in opere de medicamentis est proditum.

† σκιρρωθειων, i. scirrho affectæ, additur ĩ antiquis.

De Abscessibus, quæ apostemata dicuntur. CAP. 12.

MIhi vero tempestiuum est de alijs tumoribus docere. Quorum se primum abscessus offert, Apostema id græce dicitur. Huius duplex item genus est, unum, cum phlegmone in pus uersa, pus ipsum tanquam in sinu aliquo est collectum: alterum, cum" nulla pręcedente phlegmone, humor aliquis statim ab initio, isq; alias specie alius, cæterum oĩno acris, in parte aliqua colligitur. Porro excoriat hic circũposita corpora, spatium uidelicet sibi moliens, uel inter duas tunicas, uel sub certis membranis. Excoriat autem omnino ipsa copia distẽdens: interim uero acrimoniam quandam putredinosam tempore contrahens. Sanè inueniuntur in huiusmodi abscessi-

A. li. 4. f. 3. t. 1. c. 20. f. 455. a

bus,cum ſcalpello ſunt diuiſi,proprietates quædam non paucæ,nec humorum modo,ſed etiã ſolidorum quorundam corporum.Siquidem unguium,pilorum,oſſium,teſtarum,lapidum,& pori fragmentorum ſimilia inuenta in his corpora,quædam ſunt.Ac humorum ipſorum alius,uelu ti lutum,uel cœnum,vel olei quidam limus,vel uini fæx:alius adeo grauiter olens,ut oẽs auerſen tur. Verum hæc rarius incidunt. Frequentiſſima verò huius morbi ſunt tria genera: quorum ſingula propriã appellationem græce ſunt ſortita.Ea ſunt, Atheroma,Steatoma,& Meliceris,à ſi militudine contentarum in tumoribus ſubſtantiarum dicta:eſt.n.aliud eorũ veluti ſeuũ,aliud veluti mel,aliud pulticulæ,quam Atheran vocant,ſimile.Curationis uerò eorum indicationes ſunt cões,nempe id quod continetur,vel digerere,vel totum putre reddere, vel excidere. Aliqui igitur eiuſmodi tumorum triplicem curationis rationem admittunt,quotquot,ſ.ex tenuiore humore conſtant,ut meliceris:aliqui duplicem tm,ueluti atheroma,quippe quod tum excidere, tũ putrefacere licet:ſteatoma verò ſola manuum opera curatur,cũ nec putrefieri poſſit, nec digeri. In ijs verò abſceſſibus,qui in alto corporis conſiſtunt,ac potiſſimum in viſceribus,medicamenta, q̃ ex aromatis componuntur,maxime ſunt utilia,utpote quorum uis collectum humorem,tum in halitum reſoluat,tum digerat.Sunt profectò & alia eius generis nõ pauca, quorum laudatiſſima ſunt tum antidotus,quæ ex uiperis componitur(Theriacen vocant)tũ, quæ Athanaſia uocatur, tum Ambroſia:atque hæc quidem ſumptuoſa:uiliorum ſanè optimum eſt noſtrum,quod ex cretica calamintha eſt compoſitum.Omnia uerò id genus in opere de medicamẽtis colligemus: qđ, vti paulo ante diximus,ſatius arbitror ijs tribus,quæ ſupra memoraui,quo nihil deſit,ſubijcere.

De tumoribus,qui toto genere præter naturam ſunt,ac de optima curandi via, CAP. 13.

QVoniã verò eorum,q̃ per chirurgiã fiunt,curationis indicationes aliquid cõe habent,aliquid proprium,ſatius nobis uiſum eſt ea non diſtrahere,ſed uniuerſa in calce huius operis apponere.Nunc porrò tantulum etiam de tumoribus,qui præter naturam cõſiſtunt,eſt adijciendũ, q̃ quicunq; ex his toto genere præter naturam ſunt,ij ſui ablationẽ indicent,communiori. ſ.indicationi,quę per omnia, quæ totis ſubſtantijs à naturæ habitu receſſerunt,extenditur,ſubiecti:ueluti ĩ ſteatomatis,& atheromatis habet.Huius certe generis eſt,q̃ Myrmecia græce vocatur,& quę Acrocordon,pterea in ueſica calculus, & hypochyma: & in mulieribus molæ in utero geſtatio, ita uerò appellant informẽ carnẽ:omnia nanq; talia ſummouere in totum properamus. Quorũ verò etiam locus ipſe affectus una quæpiam naturalium partium eſt,prima indicatio,ut affectus ſanetur.Secunda ab hac,ſi inſanabilis is ſit,ut una cum uitio pars quoq; ipſa excidatur: ſicut in cãcro & omnibus ulceribus,q̃ curationẽ reſpuũt.E cõtrario uerò in ſuffuſione, quod Hypochyma vocant,tuicti in prima indicatione,}ad aliũ eã locũ,qui minoris ſit momenti,transferimus.Non deſunt,qui hæc quoq; uacuare ſint aggreſſi:ſicut in ijs,q̃ chirurgia tractantur,dicã.Nunc illud dixiſſe ſufficiet,q̃ humor,qui in hydrocelis viſitur, alienus à corporis ſubſtãtia tota natura ſit,ſicut etiã,q̃ in aſcitis hydropibus continetur aqua.Quarũ certe vacuationẽ uel medicamentis,quæ digerant,molimur,vel chirurgia,in hydrocele quidẽ immiſſo ſiphone:in hydropibus uerò adhibita punctione,quã paracenteſin uocant.Porrò exciditur unà cum affectu ipſo ueluti in ijs, q̃ ante cõprehenſa ſunt,etiã pars affecta:ita & in herniоſis aliquid peritonæi. Pari modo & columella aliqñ una cũ vitio ipſo exciditur.Itidẽq; in crurib.& teſticulis,unà cũ uaricibus ipſæ uenæ: Ad hæc, tunica in naſo cũ polypo,& foramen dẽs cũ foramine:uerũ ex his nullum eſt,quod ad naturalẽ habitũ poſſit reduci.In columella verò id oĩno eſt conandũ, nec properandũ, ad eã excidendã: ſed qñ gracilis eſt,& ad lori tenuitatẽ redacta,tũ eſt auferenda.Porrò talem eã reddet longius tps: at, qualẽ Hippocrates in præſagijs deſcripſit,paucorũ dierum numerus:æq; uero & cætera, quæ in magnitudine naturalẽ habitũ excеſſerunt:in quibus annumeranda ſunt oĩa, quibus ſupercreuit caro,& encanthides,& qui in ſede thymi dicũtur.Sunt ex iſtiuſmodi ulceribus, & quæ ambigua ſint ſpecie,veluti cicatrices,quę ſupra circũpoſitam cutim multũ extant:item,quæ in oculis ſunt pterygia.Curationis tñ eorum indicatio manifeſta eſt.Siquidem talia oĩa amouere oportebit:atque id ſemper agere,ut rõnibus,quibus id fiat,penſitatis, optimam ſemper earum deligas. Sanè optimæ rõnes triſliciter iudicantur,tum ex tpis curandi breuitate:tum ex curando citra dolorẽ, tũ maxime ex tutò curando. Rurſus,ut tutò cures,tria propria ſunt, quibus intentus ſis, oportet, vnum primumq;,ut oĩno abſolutionẽ operis conſequaris: alterũ, ut ſic ubi hunc non conſequaris,ſaltem cubantem non lædas:tertium,ut uitiũ nõ facile reuertatur. His conſiderabimus ſi optimã curationis uiã iudicaueris,inuenietur in omnibus,quæ nunc ꝓpoſuimus,qñ potius chirurgiæ,& potius medicamentorum ope,ſit curandum. At chirurgiæ quidem ſtudium in iis præſertim, quæ nunc ſunt propoſita,ad interemptionem eorum feſtinat:ut quæ, quod in aĩalis corpore toto genere præter anturam habetur,id prorſus tollendum ſibi proponat:quod ſi perficere nequeat, proximum illud conſilium habet,ut uitium transferat,ueluti in hypochymatis. Quod vero ex medicamentis petitur,primum huc tendit,ut,quod præter naturam eſt,tũ uacuet, tum digerat: quod ſi per membri naturam,aut etiam uitii rebellionem fieri non licet,ut id tum in pus vertat, tũ putrefaciat:hoc vero ſecũdo loco deſtinat. Quippe ita in columellæ uitio facimus,primũ ſcilicet ad naturalem

* τῶν κατὰ φύσιν.i.earũ quæ ſecundum naturam ſunt.

† τὸ ποιῆσοντες τοῦ πρώτου σκοποῦ.

A.l.4.f.22. t.2.c.18.fo. 388.

3. Progno. t. 21.4.209.e

*Non eſt in antiquis.

A naturalem habitum eam reuocare tentantes: id si consequi non est, prorsus amputantes, idque vel chirurgiæ opera, vel ꝑ causticа medicamenta. Verum medicamenta, melius est in tractationem de ijs differamus (quandoquidem tribus iam proditis, aliam quoque quartam adijciendam statuimus) ac chirurgiam in calce huius operis apponamus.

Quæ secundum naturam, quæ præter naturam propriè in nobis dicantur. CAP. 14

NOn est igitur, ꝙ in his amplius immoremur: sed transeundum ad ea, quæ similem ijs, q̃ comprehensa sunt, curationem desiderant. Ea sunt, tum quæ in numero & magnitudine conuenientem modum excedunt: tum quæ in ambobus his deficiunt. Dixi hoc loco conuenientẽ: ꝙ si conferentem, uel conducentẽ, uel scd̃m naturam, uel utilem alibi usurpauero, eadem sermonis uis erit. Ac dictum quidem de his est alibi latius: cæterum redigere in memoriã summatim oĩa, etiam hoc loco alienum non fuerit. Omnium ergo, quæ corpore habentur, primum, cuius maxime indigemus, est ipsa particularium minime impedita functio. Hinc verò, quia possidemus natura, idcirco publice dicimus expetere nos secundum naturam agere. Et quia hoc ipsum cum eo, quod secundum naturã se habet, est coniunctum, merito profecto nihil interesse arbitramur secundum naturam habere, an secundum naturam agere dicamus. Quin & sine additione interim græce dicimus, expetere nos τοῦ κατὰ φύσιν vtique subaudito in dictione, vel habere, uel agere, uel ambobus: {Latinitas propter articuli fortassis inopiam, ea figura destituitur.} Atque hæc quidẽ causa est, cur medicis recte vsurpata vox hæc, Scd̃m naturã, sit de omnibus, q̃ in corpore ex sententia nostra esse cupimus. Scire aũt licet in ijs, quib⁹ natura* deficit, nec ꝑ ꝑ se ipsum, ſm naturã à nobis expeti, sed † propter actionem, } & ex accidente. Siquidẽ sextus digitus nonnullis ab ipso statim ortu est congenitus, & quintus defecit: & alia quædam similia, aliqua in numero, aliqua in legitima quantitate, uitiosa. Ac, si quidem hæc plurimum, recta uerò rara fierent, contra, quàm nunc, de naturæ operibus statueremus, utique non tuentes ut nunc, sed auferentes ea. Hæc ratio memoria tua nunquam excidat, cum sit ad nominum usum utilis, quæ tum fallere incõsideratos possunt, tum discordiæ phantasiam excitare, ſicubi alter dicat, totum, quod præter naturan est, esse tollendum: alter, quod nocet, aut inutile est, aut incommodat actioni.

* ἀποτυγχάνει † δευτέρως. i. secundario.

De ijs, quæ in magnitudine, & numero excedunt uel deficiunt: ac primum de curandis ijs, qui obesitate, & corpulentia onerantur. CAP. 15.

C ERrgo denuo repetentes, de rebus loquamur, q̃n de nominibus est nobis definitum, hinc orsi. Coniuncta cõprehensis iam morbis sunt ea, quæ vel magnitudine, vel numero, à debito naturæ modo sunt aliena: in quibus amputare quidem conueniet, quod magnitudine vel numero redundat, reficere autem & fingere, quod desit, ubi videlicet fieri id licet. Quintum nanque digitum, aut talè aliud membrum, medico certe gignere nõ licet, sed vnius naturæ opus sunt omnia talia. Verum in totum tollere, quod numero redũdat, aut præcidere aliquid eius, quod magnitudine modum excessit, hæc nobis quoq; licent. Siquidem ex medici officijs vnum est, nec id leuissimum, ubi in corpulentia eò deuenit corpus, ut nec ingredi sine molestia, nec sedem propter uentris molem contingere, sed nec respirare libere possit, hanc liquare ac tollere, † ęque nimirũ ut cum corpus ali desinit, (Atrophian Græci uocãt) quod genus, quos uomica male habet, patiuntur, } huic quoq; reficiendo prospicere. Sæpe aũt euenit, ut non totum corpus, sed una quæpiam pars ex atrophia tabescat: quã scilicet uel neruorum resolutio, uel ipsius partis intemperamentum præcessit. Opportuneq; iam de curatione horum considerabimus, orsi ab ijs, qui corpulentia nimium onerantur. Ostensum verò in libris est, qui de temperamentis sunt inscripti, ꝙ calidior siccioráq; temperies exile corpus reddit. Ergo id agendum, vt nimium obesi corporis tẽperamentum tale esse faciamus, si modo ad debitum modum redibit. Sanè docuimus tũ in illo opere, tum nihilo secius in opere de tuenda sanitate, ꝙ acuta exercitatio, & tenuans uictus, & id genus medicamenta, & animi cogitatio, temperamentum totum non solum calidius, sed etiam siccius, ac ꝓptera corpus exilius reddunt. Igitur in exercitationibus celerrimus cursus est idoneus. Tenuãtis verò victus materia seorsum singulari libro est prodita. Quòd si medicamenta tenuantia quoq; requirant, etiã hæc in operibus, quæ de medicamentis conscripsimus, sunt edita: quanquam referentur eorum nunc quoque, quæ sunt efficacissima: quibus, vbi demere nimiam obesitatem studes, vtaris suadeo. Ergo, quæ ad articularia vitia quidã exhibere solent, quæ scilicet valentem incidendi facultatem habent, ijs, tu quoque, cum nimiam obesitatem curabis, utitor. Sũt porrò talia rutæ semen, præsertimq; syluestris, vnà cum ipsis corymbis & aristolochia rotunda, & minus centaurium, & gentiana, & polium: præterea ex vrinã cientibus, ea, quæ pollentes habent vires, veluti petroselinum. Vnumquodq; n. talium, tum ipsum per se, tum verò alijs mista, vniuersa & extenuare potenter succos, & uacuare sunt habilia, partim quidẽ sensibiliter per utinas partim per insensibilem transpiratum: sed & sal, quod ex cõbustis fit viperis, potenter extenuat. Multique, cum vel graciliores, uel mediocris habitudinis essent ex eiusmodi medicamentorum potione perierunt, sanguine ipsorum excocto. Ruerant autem ad ea, propterea, ꝙ liberatos aliquos articularijs vitijs viderant, minime. s. ęstimantes, ꝙ tẽperies eorũ, qui sanati fuerant, humidior

† Clarius. ęque nimirũ, ut cũ corpus in ea reddatur atrophia, qualem ij, qui phthoe detinentur, patiuntur.

humidior pituitosiorq; erat, qualis nimirũ obesorũ est: in quibus huiusmodi medicamentorum E
securus est usus. Ipse nanq; inuenẽ quendam quadraginta circiter annos natum, oppidoq; obe
sum percuraui vsum tũ antidoto, quæ aduersus articularia vitia est, cõposita, tum sale theriaco, ip
saq; theriace, ac reliquo extenuãti victu, & pro exercitatione cursu veloci. Porrò ꝓparaui homi-
nẽ ad cursum, perfricãdo primum linteis asperis, quoad cutis ruberet: deinde statim cũ oleo, quod
in se digerens aliquod medicamentum habebat: quo ẽt post cursum rursus vtebatur. Talia medi-
* σικιου. cuc- camẽta sunt tum sylvestris* cucurbitæ radix, tum althæa, tum gentiana, tũ aristolochia, tum pana
meris. ci radix, tum polium, tum cẽtaurium. Perhyemem verò ẽt à balneo iam dicto oleo hominem re
unxisse profuerit. Verum cibum exhibere non statim à balneo, sed interposito somno, conue-
niet. Quòd si uelit ẽt rursus ante cibum lauari, permittes. Magis etiam ad rem pertinebit, si aquæ
ipsi digerendi facultas insit. Ac, si quidem talem aliquam sponte natã habemus, ipsa utemur: cuius
modi in Lesbo visitur, à Mytilene stadijs quadraginta: sin minus, ipsi similem aliquam moliemur.
Est porrò ea, quæ in Mitylene conspicitur, & viribus & colore talis, qualis vtiq; fiat, siquis florẽ
salis aquæ marinæ misceat. Hæc ipsa aqua etiã hydropicis, & reliquis tumefactis idonea est, vtpo
te valẽter desiccans, ita profectò, & præpinguibus, ac præcipue siquis ipsos cogat in ea celerrime
natare, nec post largam lauationem protinus esse, bibereve, sed somno interposito, aut oĩno saltẽ F
quiete. Sanè illud est sciendum, atque ab eo, qui obesitatem curat, prædicendũ, ꝙ aliqñ ex multo
simul obito motu, & febri hominem tentari est credibile. & quòd febris ad rem propositam non
aliena erit utique, si medicus recte omnia faciat. Etenim perspicuum est, ubi ex lassitudine febrici
tarint, qui ita curantur, quòd sopita eorũ febre, rursus ad eãdem curationis formulam redibimus.
Sanè fugere in ijs curandis conueniet & vina, quæ multum nutriunt, cuius generis crassa sunt: vti
verò vel aquosis, id est colore albis, & consistentia tenuibus, uel quibus mare est admistum.

De reficiendis corporibus extenuitatis, ac restituendis particulis, quæ deficiunt. CAP. 16.

AT, vbi eos, qui extenuati sunt, reficere in animo est ijs vinum exhibebimus crassum: cibum
verò, qui succum efficiat crassum: exercitationes paucas, frictionem mediocrẽ: ac, ut sum-
ma complectar, oĩa iam comprehensis contraria moliemur. His verò ẽt picari commodum est,
† δι ἡμερῶν ἢ τοι τριῶν ἢ τετ τταρων. i. idque tidq; tertio, aut quarto quoq; die: quippe id ad carnem instaurandam, egregium medicamen-
trium uel qua tum est adeo, ut siquod singulare membrum hoc vitio laboret, id hoc præsidio restituatur. Ac no
tuor dierũ ipa bis quidem in omnibus fermè hoc vnum satisfecerit, si quidem humectat & calefacit, sanguinis
tio. multitudine accita. Ergo nec assidue id ægrotanti corpori admouere conueniet, nec cum conue
niet, sæpe illinere, verum in hyeme bis, in æstate semel id feciisse est satis. Quibus uero a natali die G
gracilia sunt membra quædam, ijs etiam mangones puerorum hoc ipso præsidio succurrũt, unà
cum certa percussione, quam græce Epicrusin uocãt. Esto porro, & illius mediocritas quædam,
ut scilicet, nec plus iusto, nec minus fiat. Ea talis est. Ferulas paruas, ac leues modice illitas graci-
libus partibus incutiunt, donec modice attollantur: ꝙppe in hoc summa rei est: ueluti Hippocra
Lib. de offic. med. sect. 3. t. 16. 7. 215. h tes de perfusione aquæ calidæ dixit, Primum quidẽ pars intumescit, post gracilescit. Ergo, qui-
buscunq; particulis bonam habitudinem reddere studemus has & fricare, & perfundere, & per-
cutere, & picare oportebit tantisper, dũ intumescant: hoc ubi factũ est, protinus desistere prius,
q̃ digeri cœperint. Etenim, quæ calefaciunt oĩa, sicut attrahere, ita ẽt digerere sunt apta. Si ergo
perstes, dum, quod attractum est, digestum sit, operam luseris. Ad hunc modum mango quidam
† In impressis cõd. & in plerisque manuscriptis græcis legitur ὑπολέπτου. i. gracilioris. in aliquibus autem ut Linacer uertit. ὑπὸ λιμοῦ συντακέντος. i. fame cõsumpti. proximè nates pueri † fame consumptas, breui auxit, percussu mediocri quotidie vsus, aut sal-
tem alternis diebus: item moderata picatione. Cæterum, quibus totum corpus est extenuatum,
ijs lauari quoq; post cibum est idoneum. Veluti autem metus erat, ne tenuantibus auxilijs febris
succederet, corpore scilicet immodice per hæc calefacto, sic ijs, qui à cibo lauant, timẽdũ est, ne
sibi iecur obstruatur, potissimum ꝓ ꝓ ciborum speciem: quippe cum aliter quoq; obstruere so-
leant, quæ succum crassum gignunt, si quis his liberalius vtatur. Vbi igitur alias id efficere solent, H
multo profectò promptius idem post balneum facient. Incidit tñ ex tali uictu diutius exhibito,
ẽt calculi in renibus generatio: quod vitium cur oĩbus non cotingat, satis patet. Quippe incre-
dibile non est quibusdam uel densos admodum esse renes, uel peranguста uenarum in iecinore
ora: quibusdam contra esse habita. Horumq; dignotio nulla planè certa est: sed percuntandum
assidue ab eo, qui iam dicto modo est cibatus, num quis illi grauitatis sensus in dextris p̃cordijs
& circa a* renes sit. Quòd si q̃d tale aliqñ senserit, protinus capparis ex oxymelite in principio ci
bationis, donec constiterit grauitas, dabitur. Ad membra verò, quæ ægre reficiebant, ac plusculum iam refrigerata erant, vsus aliqñ & thapsia sum, alias ea ex melle membrum illiniens: alias
etiã ex cerato: siquidem attrahit ea quoq; partibus, quibus superposita fuerit, sanguiñis copiam.
Quibus autem exiguum aliquid pudendi præputio de naturali deest quantitate, ius non raro ci-
tra thapsiam sola tensione debitum modum reddidi, b* membranulam mollem firmamque cuti
gummi illitæ circumuoluens. Satis autẽ constat, ꝙ etiam membranulæ finem c † parti subiectæ
agglutinari gummi oportebit. siquidem & siccatur cito, & sine dolore adstringit. Porrò cuti præ
parij ex interna parte rotundum aliquid ac mediocre supponi prius oportebit, quod uidelicet

A* †ὸας. i. lumborum carnes.
B* ἴναχάοτου. i. fibram uel membranulã chartæ.
C † τῶ ὑτοβεβλημένῳ ἄνω μέρει τῆς ἰνός. i. illi parti membranulæ, quæ in superiori regione sibi subiecta est.

A poſtea,quàm agglutinata mẽbranula eſt,facile eximas. Eorum verò,qui thapſia præputium adducunt,quidam rotundum id è plumbo fecerunt,veluti ſolenarium quoddam:mox illi extrinſecus præputij cutim circuntendunt,ac molli loro deligant.Fueritq; & id nonnunquam vtile, vtique quibus multa defit cutis: quibus autem exiguum eſt,quod deeſt, ijs(vt comprehenſum eſt) ſola *membranula circundata ſufficiat: vbi autem circundabitur cuti, & agglutinabitur,ſubtus imponi ſolenarium prius oportebit.Ego verò,cum nihil horum præſto eſt, modicum chartæ in uoluens,immittere pro fulcimento præputij ſoleo, ut poſtea, cum planè coaluit,quod foris eſt circundatum,exempto,quod fulciuerat,facile meiat is,qui curatur. Conſtat verò hoc quoque vitium ex eo morborum eſſe genere,quod naturalem magnitudinẽ eſt egreſſum, alias putreſcente præputio incidens: alias ab ipſo ortu minore,quàm par erat,congenito. Subijcitur autem duplici chirurgiæ rationi, interim in ſuperna pudendi parte circulo inciſa cute, quo videlicet eius vnitate ſoluta eatenus deorſum trahatur, quoad glandem cooperit: Interim vero ſcalpro ex interna parte qua glandis initium eſt, excoriata, mox deorſum tracta, ac deinde(vt ſupra comprehenſum eſt)molli quopiam deligata.Dicemus autem, & de eiuſmodi ratiõnibus in ſermonis progreſſu æque profectò,ut de curtis id genus,quæ Colobomata Græci appellant:quippe ita vocãt, *χειρτιον.

B quæ in labijs,aut nariũ alis,aut aure deficiũt. Nam methodo quadam curantur hæc quoque, primum quidem excoriata vtrinq; cute, deinde adductis coniunctisq; inter ſe cutium oris:ac vtriuſque,quod calloſum eſt,detracto:mox,quæ reliqua ſunt,adſutis: atq; agglutinatis.Eiuſdem generis ſunt,& quas in maiore oculi angulo Rhœadas græce vocant,utiq; vel impenſius minuto vel prorſus perdito ipſo angulo. At prorſus quidem perdito eo,omnino inſanabile relinquitur vitium:minuto verò,ijs,quæ modice adſtringũt,curatur, ſi tamen totum corpus primum ante purgaueris,deinde caput. Sunt mediocriter adſtringentia medicamenta,& quæ è glaucio componuntur & croco,& quæ nardina uocantur:& in primis,quæ ex vino ſunt confecta. Vt verò ſumma complectar,quibus perit aliquid ſubſtantiæ, maxime quidem id agendum, ut ei quàm ſimillimam faciendam curemus:ſi id fieri nequit, ſaltem aliquid, quod eundem præſtet vſum, machibimur:erit autem profectò & id eatenus ſimile. Etenim, cum oſſis tibiæ ſæpe excindere portionem magnam cogimur,ad alteram loco eius ſubſtantiam producendum, carnem gignentibus medicamentis naturam ipſam prouocamus:quæ vtique inter initia velut dura eſt caro: poſtmodum calli durioris firmitudinem accipit: ac tẽporis ſpatio roborata,ad ingreſſum, oſſis loco, fit habilis.Quin etiam,vbi internodia digitorum excidimus,in exciſorum loco alteram,qualẽ præ-

C diximus,naturam prouenire cernimus.Quod autem uenas,quoq; ſenſibiles generatas aliquando vidimus,prius eſt dictum:verum has non tam ſimiles ijs, quæ prius perierant, quàm eaſdem, renaſci dixeris:ueluti in cauis vlceribus carnem. Cicatrix vero,quæ in hac calli modo durata gignitur,ea cuti quidem eſt quam ſimillima,cutis tamen non eſt: quando & denſior ea viſu tactuque ſentitur:& ratione ex eo,quod pilos non edit,intelligitur. Hæc igitur ſi præſtò tibi ad manum ſemper erunt,quæ tibi in curationibus peragenda ſint,minime requires.

De reliquis curandis affectibus, qui ad prædicta genera referuntur. CAP. 17.

MIhi verò iam tempeſtiuum eſt ad alia morborum genera trãſire, ſed quibus eſt cum ſupra comprehenſis ſocietas.Ergo ſerpens vlcus, qui Herpes græce dicitur,is eiuſdem eſt generis cum exulcerato eryſipelate:Ramex vero,quam Sarcocelen uocãt,cum ſcirrhis. Atuitia,quæ Ophiaſin,Alopeciam,& Ptilоſin appellant,ex eo ſunt morborum genere, in quibus naturale aliquid amiſſum,æque nimirum,ut Myrmecia eorum eſt, quæ toto genere ſunt præter naturam. Porro triplex omnium horum eſt differentia.Quędam nanq; ex mutatione cõſiſtunt ſolidarum partium,ſicut myrmecia,& leuce,& vitiligo, {& oſſis caries,quã ſphacelon vocãt,} & elephas, & ſcabies,& lepra.Quædam cum prius omnino non fuerint, poſtmodũ ſunt orta:veluti melice-

D ris,& atheromata,& ſteatomata:atq; alio modo helminthes, & aſcharides,& ceria,ita.n.vocant lõgam latamq; helmintha:omniaque,quæ ſupra diximus in abſceſſibus quibuſdam,calloſæ ſubſtantiæ,aut lapillis, aut oſſibus,aut pilis,aut alijs quibuſdã id genus ſimilia inueniri.Itaque attentum eſſe ſemper oportet omnibus,quæ præter naturam habentur,atq; diligenter aduertere,ex quo ea genere ſint:ſi modo illud recte à nobis dictum eſt,primã faciẽdorum indicationem,unde ad oĩa,quæ deinceps ſunt adminiſtranda,initium capietur, à genere ipſo ſumi. Herpeta nanque bilioſus procreat ſuccus:quo fit,ut eatenus eiuſdem ſit cũ eryſipelate generis,atq; huius quoque magis ẽt cum eo,quod exulceratum eſt. Differt autem ab eryſipelate humoris tenuitate: eſt.n. admodum tenuis,qui herpetem excitat,adeo profectò, vt non ſolum oẽs interiores partes, quæ vtiq; carnoſæ ſubſtantia ſunt,tranſeat,ſed & cutim ipſam ad ſummam vſque cuticulam(Epidermida Græci vocant,)quam ſolam, propterea,q ab ea remoratur,tum erodit, tum exedit:quando,ſi hanc quoq; ſudoris vice tranſiret,haudquaquam vlcus excitaret. Quippe id vlcerum,q̃ exmordente humore oriuntur,quæ nimirum ſpontanea uocant,cõe eſt,q humor,qui ea facit,ſiſtitur in exitu ac tardat.Porrò ex eo,q alter humor altero ſit tenuior craſſiorve,vlcerum differentiæ,quæ ex profunditate ſpectantur,proueniunt.Huius certe generis eſt, & q̃ Phagedæna Græ-

ce dicitur,& exulcerati cancri. Quorum omnium cõis curatio eſt,ut inhibeatur primum humo- E
ris confluxio,poſt ſanetur ulcus:propria verò cuiuſque,tum ex mẽbri inuenitur natura,tum ex
humoris non ſolum ſpecie,ſed ẽt quantitate. At tenuiſſimus quidem in eiuſmodi humoribus eſt
is,qui exulceratum herpetem excitat:craſſiſſimus,qui cancrum:proximũ ab his locum occupat,
quod ad craſſitudinem attinet,qui phagedænas creat. Harum ſpecies quædam ſunt,quæ Chero-
nia ac Telephia græce dicuntur. Iam aliæ quædam eiuſmodi appellationes ſunt,ſed inutiles & ſu
peruacuæ:ſiquidem ad curationem pernoſci oportet humoris tum copiã,tum craſſitudinis tenui
tatisq; eius modum,tum potentiam: Veluti ſtatim in herpete,qm̃ humor tenuis eſt(ut qui ex ge-
nere flauæ ſit bilis)vbi ſummam cuticulam in tranſitu perrupit,vtique,cũ digeſtus is eſt, permit-
tit cicatricem vlceri induci. Itaque,ſi q̃s toto prius corpore purgato,mox,quę influentem humo
rem reprimant regerantq;,medicamentis utatur,iam herpetem curauerit. Sin neutrum horum
fecerit,ſed tantum ea,quæ cicatricem inducunt,adhibuerit,vtiq; exulceratam cuticulam ita ſana
uerit: proximæ tamen illi,quò minus exulceretur,nõ conſuluerit. Poſt modũ uerò illa quoq; cica-
trice incluſa,quæ ipſi cõtinua eſt,exulceratur:idque longo ſpatio,ceu ſerpente malo ipſo,fit,do-
nec humor,q̃ id facit,ſit uacuatus. Etenim Romæ mulier quædam illuſtris, cũ herpetem in mal- F
leolo haberet,primũ quidem medicamẽto,quod algam recipit,eſt uſa. Hoc cum protinus cica-
trix induceretur, proximæ illi ſummæ cutis eſt excoriata,ueluti ex deſquammatis. Cui cum dein
de ſuperpoſitum medicamentũ eſt,rurſus illi cõtinua eſt exulcerata. Idq; ita aſſidue perrexit,do-
nec ad genu exulceratio perueniret:cum interim quiduis potius pati,q̃ medicamento, quod bilẽ
traheret,purgari parata eſſet. Itaque etiam,(quod fieri in talibus aſſueuit, qm̃ pleriq; culpant nõ
culpanda) damnato ex alga medicamẽto aliud admoueri iuſſit. Deinceps igitur, quod ex ſandi-
ce componitur,utebamur. At verò id quoque,quod exulceratum iam fuerat,ſanauit: quod uerò
nunc exulcerabatur,nõ inhibuit,ſed iã ad bubones vſq; uitium aſcenderat, ipſa neceſſitate coa- A.l. 4. f.3.
cta,ſerum" ſe lactis ſumpturam annuit. Immittẽtes igitur clanculum minimum ſcammoniæ, in- t.1.ca.7. f.
uitam purgauimus,ac ſanauimus. Ergo, cuius gratia hæc dicta ſint,denuo repetamus. Poſtquã 452.g
communem otium,quæ ſub eodem genere vitiorum ſunt,indicationẽ acceperis,vtique nõ hanc
* ἀναιρήσεις. in particularibus * exequeris,ſed reduces ſemper ad dr̃iam,quæ tum affectibus,tum ipſorum cau
ſis,ſit commoda:ſicuti de ſpontaneis oſtenſum eſt vlceribus. Vacuabis nanque eum, qui redun-
dat,humorem,cæterum aliq̃ medicamento,quod flauam purgat bilem. ſæpe eo, quod nigram:
modo eo,qd̃ miſtæ eſt facultatis,quod ſcilicet bilem ſimul & pituitã educat: veluti in altero her- G
petum genere,quem à ſimilitudine,q̃ habet cum milio,Cenchrian græce appellant. Quippe is
non protinus vlcus facit,quemadmodum alter ſed admodum exiguas puſtulas,ad ſpeciem milij:
quæ ipſæ interpoſito ſpatio in vlcus abeunt. Adeo non ſine rõne quibuſdam viſum eſt in eiuſmo
di uitio bilis eſſe aliquid pituitæ admiſtum. Incidunt ſanè nonnunq̃ & citra vehemens totius cor
poris humorum uitium in partibus vlcera,quæ haud difficulter medicamẽtis,quæ repellendi,di-
gerendiq; miſtas facultates habent,curantur. Ac repellunt quidem non ſolum ea, quæ adſtrin-
gunt,ſed ẽt,quæ ſine adſtrictione refrigerant:digerunt uerò,quę calfaciunt. Conſtatque,q̃ in ge
neratione ulceris exuperare debebunt,quæ repellendi facultatẽ habent:vbi nõ amplius confluit
in ægrorantem particulam uitioſus humor,quæ digerunt. Siquidem exiguum uitioſi humoris,
ẽt ſiquis ad uiſcera & magnas uenas retrudat,nullum ꝓfectò,quod ſenſu percipiatur malum cõ-
mittet: at,ſi eius non leuis quantitas ſit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit,
ubi ſcilicet prius naturæ uiribus totum corpus expurgantis non ſit uel per deiectionem,vel vri-
nas,vel cutim,quæ totum corpus includit, vacuatum. Atq; flauæ quidem bilis uacuario eſt fa-
cilis:pituitæ uerò,ac potiſſimum eius,quæ craſſior glutinoſiorque eſt, itemque nigræ bilis, diffi-
ciſior:quo magis purgantis medicamenti ope indigent. In herpete uerò,quoniam tenuis humor
eſt,qui id vitium creat, abunde eſt etiam aluum leuiter ſoluiſſe, uel urinas per ea,quæ id modice H
efficiunt,citaſſe. Verum,quoniam de medicamentorũ methodo proditum etiam aliquid in ſupe
rioribus eſt,non pauca autem & in operibus,quæ proprie his ſunt dicata, ſatius ſit ſermonem ni-
hil uitra proferre: quando ſatisfacere etiam ei,qui attentus erit,hæc poſſint, neque enim nos ea
à muſis accepimus. Verum homini,qui prudens ſit,& diligens,& mente exercitatus, ipſa rerum
natura,quid agendum ſit, ſuggerit: vbi uerò etiam inueniendi viam ab alio quis traditam cepe-
rit,huic facillimum eſt per eam ultra progredi. Huius rei amplum teſtimonium fuerit, q̃ eiuſ-
modi uiri artem maximis operibus illuſtrarunt: qui uero parum ſunt prudentes, ij nihil præterea
inueniant,etiam ſi tota uita infinitos artis effectus conſpexerint. Plurima nanque inueniuntur,
hodie,quæ apud maiores noſtros non fuere inuenta: veluti nunc Romæ quidam excogitauit,
quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore ſanet. Verum de prioribus, utpote à cute
extantibus,minus eſt mirum: de myrmecijs uero,potiſſimum quæ cum ſumma cute prorſus
ſunt æquales,mirum videbatur. Veruntamen has quoque primum labiorum applicatione, ceu
ſuctu,ad ſe trahebat,atq; à radice euellebat: deinde primoribus apprehenſam dentibus totam ſi
mul eximebat. Sed & ſcalpro ad myrtacei folij ſpeciem formato,& ferramento eo, quod Scolo

poma-

A pomachæriō Græci vocant, quiſpiā manibus exercitatus, facile eas excidat: cum proprijs lineamentis a circumpoſita cute circumſcripta diſcernātur. Aeq; vero & valēte aliqua pinna circulo myrmeciæ impoſita ipsā educimus. Debebit porro pinnæ fiſtula eſſe mirmeciæ craſſitudini par, vt eā vndiq; prorſus cōſtringat: q̄ poſtea circūacta, ac ſimul deorſum impulſa, celerrime ita myrmeciam ēt cum ipſa radice totā educet. Conſtat verò & ꝙ finis ipſi pinnæ, quæ eam circulo ſecabit, non tenuis modo, ſed ēt acutus & firmus eſſe debebit. Itaq; tum galli veteris pinna, tum vel magis aquilæ, ad hunc vſum eſt cōmoda. Abſcindere verò ab his tm̄ radicem verſus oportet, qua tenus reliquæ partis fiſtula cōplecti myrmeciā poſſit. Sanè ex ipſa ſtatim abſciſſione, ſi mō ſcite fiat, ēt acumen ipſi comparabis. Atq; hoc quidem ratio inuenit, non caſus. Iam, ꝙ hæc vehementer attrahentibus medicamētis ſurſum velletur, & putrefaciētibus enecabitur, rōne ab aliquo eſt inuentum, q̄ ijſdem poſtea vſus, experientia rem cōprobauit. Quædam nanq; ēt ante experiētiā fiduciam de ſe manifeſte præbent: veluti, quæ aculeum ac telum, quod modo infixum ſit, eximūt. itemq; arenulas, ſi quæ oculo inciderunt. Quædam rōne certe excogitantur, confirmantur autē †ipſo vſu. } Quò aūt facilius ēt per te eiuſmodi vias ad curationum comparandam copiam inuenias, non tædebit aliquod huius generis exemplum ꝓponere. Nominamūs aūt id genus, in numero particularum uitium. Quoniam. n. quædam deficiunt, ſicut dens, vel digitus, vel è naſo ala, vel auris quæpiam particula, vel pudendi pellis: quædam redundant, veluti ſextus digitus, & quæ Græce Exoſtωſεις dicuntur, & dentium ij, q̄ naturalibus adnaſcuntur: adīmere quidem, quod ſuperuacuum eſt, ſanè haud difficile eſt: aliud verò producere, quod ſimile ei ſit, quod deſit, id in quibuſdam quidem eſt facile, in quibuſdam difficile, in alijs, planè fieri non poteſt. Si" nāque carnoſum ſit, quod deeſt, haud magno negocio id reficias: atq; eius rei in cauis vlceribus tradita methodus eſt. Sin os ſit, ipſum quidem inſtaurare non eſt, cæterum aliud pro eo durum efficere, id licet. dictum verò etiam in præcedentibus eſt de reficiendis venis, nempe quod aliquando nouas alias ſenſibiliter progenitas vidimus: aliquando omnia tentantibus non prouenerunt.

A.l.4.f.7.t. 3.c.13.fol. 516.h

A.l.1.f.1.d 5.c.1.fo.10. b

†ipſa experientia.

De Reſarciendo pilorum defectu. CAP. 18.

AT, ſi digitus deſit, vel tale quippiam, reſtituere id prorſus non licebit. Sanè proditum & de præputio prius eſt, quemadmodum id quiſpiam inſtauret. At, quæ in naſo, uel aure, vel labio ſunt curta, ea quidem vt refeciſſe non licet, ita decōrem aliquem his adijcere licet, ſiquis diuiſam vtrinque cutim mox in vnum conductam queat agglutinare. Alia vero ratione huic morborum generi annumerantur atheromata, & ſteatomata, & melicerides, & aſcarides, & ceria, & helminthes. præterea, q̄ in articulos & pulmones incidunt, calli, quos poros uocant: itemque, q̄ in renibus & veſica inueniuntur calculi: quippe in omnibus his cōmunis eſt, ſubſtantiæ generatio, quæ ante non fuit. Contra fit in alopecia, & ophiaſi, & ptiloſi, item caluitie, in quibus amiſſio particulæ eſt, quæ vtilis fuerat. Tanquam igitur in cæteris omnibus, in quibus gigni quippiā volumus, id agimus, vt naturæ motus liberos minimeq; impeditos reddamus, eodem certe modo & in pilis amiſſis. Quippe naturæ opus eſt, veluti in ſinuoſis vlceribus generatio carnis, itidē in capite & palpebris productio pilorum. Ergo, ſi recordaberis ea, quæ in naturalibus libris noſtris de pilorum generatione didiciſti, utique ex ipſis amiſſionis eorum cauſas inuenies. Siquidem oſtenſum" in ijs eſt, quod ex ſuccis qui per cutim tranſpirant, quod limoſum eſt, id pilos tum à principio gignit: tū de cætero veluti ſuccreſcendo auget. Hoc igitur quoties vel prorſus perijt, vel redditum eſt vitioſum, toties pilos corrumpat eſt neceſſe. Corrumpuntur nanq; & ſtirpes ipſæ duplici de cauſa, aliàs nutriente ſuccode ſtitutæ: aliàs non idoneo vſæ. Ac prorſus quidem perdito eo, qui pilos alat, ſucco, caluities oritur. Eodem vitiato, tum quas Ophiaſεις græce uocant, tū alopeciæ proueniunt. Ad primum quidem †ex naturali eorum, tum ortu, tum mutatione, } etiā alienam à natura cauſam inueſtigabis. Ab hinc curationis rationem inuenies, †Quæ utique per indicationes omnibus iam dictis (in quibus vel aliud quoduis uitium, vel etiam vlcus, ex humoris vitio incidit) communes perageturſiquidem & inhibere, quod influit, & abſumere ac digerere, quod iam ægrotantem locū occupauit, conueniet. Ergo, ceu in vlceribus illis purgationem nocentis ſucci primum adhibuiſti, eodem modo in pilis ipſis ab hac primum curationē inchoabis, ſcilicet diligenter prius æſtimans, quis color cutis ſit, cuius cernis corruptos pilos. Nam ſi hic albidior, quam pro naturæ habitu, ſit, pituitoſi humotis purgationem exhibebis: ſin pallidior, eiuſmodi bilis purgationem non ſecus, quam, ſi nigrior conſpicitur, quæ nigram detrahant bilem, offeres. Sanè ad uitioſi humoris ſpeciem certius agnoſcendam non leue tibi adiumentum præcedens victus conferet, præſertim intelligenti, quinam ciborum nigræ bilis ſuccum colligāt, quinam pallidæ, uel pituitæ. Ergo cum iam planè purum ex purgatione corpus exiſtimas, eum qui in cute continetur, humorem digerentibus medicamentis diſcuties, ſic tamē, ut in ijs caueas ne adeo calida acriaque admoueas, ut cutis exulceretur. Quin etiam ea, quæ ualenter ſiccāt, caue re cōueniet, ne videlicet cum vitiato humore etiam utilem, qui adfluit, abſumas: ueluti in caluicie fit. Hæc igitur ipſe aduertens, admiſcui primū ijs medicamentis, quę alopeciam ſanarent, exiguum thapſiæ; Deinde conſiderans quotidie, quemadmodū ægrotantis natura ab hac eſſet affecta,

A.l.4.f.7.t. 1.c.1.fol. 520.g.h

*λυωδεις eſt in impreſſis & in aliquibus antiquis: in alijs λιγνυωδεις, i. fuliginoſum.

†In græco tantum eſt, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐυ ζῶν διοικήσεως, i. ex naturali ipſorum moderatione.

† ἐνδεικτικῶς ὑπὸ τῶν κοινῶν ἀγομένης σκοπῶν ἅπασι τοῖς προειρημένοις, i. quę indicatiue per ſcopos omnibus iam dictis &c.

cta,vbi vel tumefactam plusculum, uel quodammodo excoriatam uidi, illo quidē die à medica E
mento abstinui:illeui autem particulā vel galli vel anseris liquato seuo,propterea,quod hæc magis tenuium sunt partium,& altius descendunt. Deinde postero die,si quidem aliquid iam dictorum remāserat,simili modo illeui.Sin nihil tale apparuerat,rursus medicamento sum vsus. atque, ut id alte demitteretur,etiam cutim prius linteo infricui,quoad manifeste rubra fieret. Verum, si à balneo uti eiusmodi medicamento uoles, id ipsum ex balneo factum cernes, quod prius ex frictione habebas. Iam eos quoque, quibus periere ex cilijs pili(quos græce Ptilus nominant) similibus genere medicamentis sanabis.

DEligens autem materiam oculis idoneam:nec per negligentiam committes,ut medicamentū intra tunicas eorū confluat.Itaque sicca tutiora sunt de quibus æque, ac de cæteris,in nostris de medicamentis operibus est proditum.Nunc enim(quod dixi)abūde est sola genera medicamētorū,prætermissa particulari materia,trāscurrere,quo minus de ijsdem, identidē dicere cogar.a†Ergo,q̄cunq; ab ipsa naturæ moderatione sunt aliena,ea tota tollere cōueniet: quæcunq; uerò b † sub hac se tenent,} cæterū quodāmodo corrupta sunt,ea restituere,quatenus licet,oportebit.Sanè dictū a nobis est,aliqua ambiguę naturæ esse.Nec illud non dictū,q̄ eorū,q̄ aliena sunt quædam tota substantia sunt aliena, c† logica scilicet inquisitione, nec ad curationes, in quibusdam affectibus perinde utili. Siquidem pterygium à sanitatis habitu alienum esse, patere F
cuiuis arbitror,non tamen idem substantiæ ratione, quemadmodum atheroma & meliceris, est alienum.Sanatio uerò huius quoque dum paruum adhuc est & molle, per ea medicamenta quæ detergent, perficitur, cuius generis sunt, quæ trachomatica uocant: ubi magnum durumque, euasit, chirurgiam postulat.Simili ratione,& aquularum (quas Hydatidas uocant) quæ magnæ sunt,chirurgia curabis:quæ paruæ sunt, siccantibus medicamentis iuuantur. At Chalazion (est enim id quoq; ex uitiis,quæ oculos infestant, unū) cū toto genere alienū à natura sit, auferri postulat.Ad eundem modum,& pus ab oculis, quos Hypopius uocant: uerum id plerunq; medicamentis digeritur, Hypochyma verò iam incipiens digeritur: ubi diu constitit, nō potest. Aetate vero nostra ocularius quidam medicus, cui Iusto nomē erat, etiam concussione capitis multos hypopius sanauit. Collocans enim eos in sella rectos, ac capita eorū utrinq; à lateribus apprehendens,mox quatiebat adeo,ut manifeste descendere pus ipsi uideremus. Mansit autem horū pus deorsum propter grauitatē substantiæ,tametsi hypochymatis nequaquam manentibus, nisi admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenim leuius est, ac, ut ita quis assimilet,nebulæ similius hypochyma,quàm pus:quanq̄ horum quoque ipsorum quędam (hypochymatū dico) G
† Al. καθάπερ ἔνιοι τις ἰλύς. i. ceu uini fęx quę dam. seroſioris humoris sunt.Hæc autem punctione ad præsens discutiuntur:interposito tamen haud longo spatio,† ceu limus quidam} deorsum fertur. At quando pus,quod in oculis est, digerere placet,collyrijs,quæ myrrham habent,maxime utemur. quæ utique & diasmyrna Græci ,,prie vocant,his certe minus,sed reliquis melius faciunt,quæ Dia libanu uocant.Quæuero impense siccant,ad præsens certe ualenter uacuant,sed quod reliquum est,ita cogunt, ut ægre resolui possit veluti de scirrhosis tumoribus prius est comprehensum. Subinde vero multum simul puris uacuimus diuisa tunica ea, quæ cornu est specie paulo supra locum, quo committuntur inter se tunicæ vniuersæ.Nominant porro locum græce alij irin,alij stephanon id est cohonam.Quo fit, vt hoc quoque vitium tribus subijciatur uacuandi modis, & chirurgiæ quæ simul multum aut totum expellit:& per medicamenta,quæ paulatim ; & ei, quæ ad alium ignobiliorem transfert locum:veluti in concussione.Sunt profecto (ut dixi) ex genere eorum, quæ tota substantia,præter naturam sint,& ascarides,& helminthes,siue eæ teretes sint, siue etiam latæ.Quocirca & prorsus eas expelli è corpore conueniet.Expelles autē, si prius enecaueris. Necabis autē amaris medicamentis:uiuentes nanque obsistunt intestinis adhęrentes, at mortuæ expelluntur una cum stercore:Expelluntur cum hoc etiam uiuæ,sed stupefactę,& ut H
ita quis dixerit,semimortuę factę.At teretes quidem absinthium perimere potest: Latę uehementiora medicamenta desiderant {cuiusmodi est filix:}Pari modo,quæ ἀσκαρὶς· græce dicitur.Verum de medicamentorum copia dicere non est præsentis propositi. Quare hic iam huic quoque libro finem imponamus.

A † ὅτε μὲν τοίνυν ἀλλότρια τῆς κατὰ φύσιν ἐστὶ διοικήσεως. B † οἰκεῖα μέν. C † Hoc in loco inter dictionem aliena,& logica codex quidā antiquissimus græcus intercapedinē pluriū uersuū habet,in qua uox, λείπει, q̄, deest,significat, legitur.

GALENI DE ARTE CVRATIVA
AD GLAVCONEM LIBRI DVO
Nicolao Leoniceno interprete

Ab Augustino Gadaldino recogniti.

ARGVMENTVM LIBRI I.

Docet rationem curandi, febrium exemplo, quæ vel absque putredine, vel cum ipsa hominem inuaserint; Item propositis symptomatis, quę frequentius aut vehementius lædunt.

De communi & propria hominum natura dignoscenda, ac ex quibus medendi uia ac ratio constituatur. CAP. I.

C OPortet quidem non communem tantum hominum naturam medicum cognoscere, ò Glauco, sed & vniuscuiusq; propriam, & dudum ab Hippocrate" recte traditum est, & nos in ipsis artis operibus (vt nosti) circa id sufficienter studuimus. Nos tamen propriam singulorum naturam æque, atque communem possibile est scribere. Verum scripta contrario modo se operibus habent, tum in pluribus alijs rebus, tum præsertim in ijs, quæ ad præsentem pertinent intentionem. Petijsti enim à nobis, uti tibi vniuersalem quandam medendi uiam ac rationem, qua si per figuram & quoddam compendium ostenderemus: hæc autem qualitate & quantitate singulorum auxiliorum perficitur, nec non & modo eorum vsus, & temporis occasione, quæ præ omnibus est cognitu difficillima: circa quam præcipitem admodum existentem (quemadmodū" quodam in loco etiam scribit omniū bonorum nobis author Hippocrates) vides plerunque medicos non modo vulgares, sed & præcellentes, aberrare. Quin & quod magni etiam momenti sit: si quantitas bona coniectura uiribus accomodetur," idem vir pariter scripsit. Cum igitur ad recte medenddm plurimum conferre & temporis occasio, & auxiliorum quantitas, uideatur: inuenies autem hæc unicuique ægrotanti propria, nihil autem proprium possit sermone explicari: hoc pacto, quod commune est, cogimur scribere, quamuis id sit vsu secundum. Nam & quosdam aliquando ægrotos visimus, cum quibus dum sani essent, non eramus versati; quo fit, vt neque, quem colorem, quam habitudinem, aut natiuum calorem, aut quem arteriarum pulsum, à natura habuerint, agnoscamus; quæ si sciremus, magnitudinem morbi satis aliquando iudicare possemus: nam, quantum vnumquodque à naturali statu recedit, ad tantam morbus magnitudinem peruenit: quantum verò recedit, solus ille scire potest, qui naturalem statum exquisite cognouerit. Cum igitur hoc in ipsis fuerit nobis ignotum, ne omnino hæsitemus, ad commune confugimus, quamuis ad usum secundum locum obtineat: hic verò artifex plus aliquid, quàm ij, qui arte carent, assequitur. Quid verò hoc ipsum plus sit, primus omnium, quos nouimus, &" hoc memorauit Hippocrates: plenius autem de hoc scripserunt, qui Hippocrate fuere posteriores, atque illius scripta accurate legerunt: ex quorum numero vnus fuit † Mnesitheus Atheniensis, vir tum in alijs omnibus, quæ ad artem pertinent, sufficienter doctus: tum vero, qua via ac ratione medendi scientiam oporteat exercere, nemini peritia secundus. Hic igitur Mnesitheus à primis atque supremis incipiens generibus, putauit secari illa oportere in alia genera speciesque & differentias; hæc rursus in alia diuidi: ac denuo ista eodem modo, donec ad talem peruenerimus speciem, post cuius diuisionem in vnum numero, & indiuiduum desinere-mus. Mihi verò, qui ad te scribam, satis est breuibus meam explicasse sententiam. Nam ridi-

D

1. Epi. sect. 3. 1
1. 3. 117. a

1. Apho. 1. Ext. ord. 2. b.

Lib. de Alimẽto postmodũ.

1. Prognot. 2 4. 189.

† hunc Mnesitheum refert Plutarchus in causis nat. 26. sensisse, eos in peripneumonia sanari, qui à principio cepas appetunt, eos uero interire qui ficus.

culus

culus videri possem, si tua velim docere, tanq̃ nõ multo antea à Platone illa didiceris: neq; enim E
vt te docerem, quam viam ac rationem in diuisionibus sectari oporteat, hæc volui meminisse, sed
quoniam mihi ad sequentia omnia plurimum conducere existimaui. Et, cum à me exigeres edi-
scere causam, ob quam medicorum plurimis oberrare contingit, non aliter tibi ostendere pote-
ram: etenim, quæ in alijs hæresibus contingunt errata, & quæ multi medici nunc in ægrotan-
tium curatione delinquunt, hãc primam atque præcipuam causam habent, diuisionis scilicet pra
uitatem. Quidam enim in primis & supremis generibus stant, solum, quæ ab illis sumuntur, indi-
cationibus contenti: quidam verò vsque ad aliquid diuidunt, non tamen vsque ad finem perue-
niunt: nonnulli verò etiam vitiosis vtuntur diuisionibus. Qui" verò & omnia, quæ sunt secundum A.li.4. f.1.
naturam, & quæ præter naturam, ad eiuscemodi methodũ reducit, atque ab omnibus his per di- t.2.c.7.fol.
uisionem inuentis sufficientes sumit indicationes, hic solus, quantum humanis permittitur viri- 418.d
bus, medẽdo non errabit: atq; illos quidem, quorum habet notitiam, melius curabit, quã alios:
ignotos verò proxime illis quoad fieri poterit, ad sanitatẽ perducet. Si quis enim primum distin-
xerit eam, quæ secundum ætates, differentiam: deinceps autem eam, quæ secundum temperatu-
ras atque potentias, cæteraq; omnia, quæ hominibus insunt, colores dico, atque calores, habitu-
dinesque, pulsuum motiones, exercitia, assuetudines, atque animi mores: his quoque adiunxerit F
eam, quæ maris à fœmina, differentiam: & quæcunque ad regiones, & anni tempora perinde,
aliasque eius, qui nobis circunfunditur, aeris constitutiones, recto modo distinxerit: hic ad pro-
priam laborantis naturã agnoscendam proxime accedet. Sed ex his omnibus nonnulla quidem
in libris de pulsibus: nonnulla verò in ijs, in quibus agitur de temperamentis, sunt determinata:
Sicuti, quæ præter naturam sunt, vniuersa quomodo inter se & speciebus, & generibus differant,
in libro de passionibus est præfinitũ. Nunc verò de ijs solum ægrotis dicere proposuimus, quo-
rum natura, antequam morbum contraherent, nobis erat exquisite perspecta: cum quibus tamẽ
& reliqui omnes intelligentur, qui nobis erant ignoti: nihil enim difficile ab eo, quod est perfecte
distinctum, id, quod non tale est, inuenire.

De causis & signis febrium ephemerarum. CAP. 2.

INitium igitur sumemus à febribus: quoniam & tu in his præcipue curandi artificium habere
cupiebas. Et primum quidem de his sermonem habeamus, quæ simplicissimæ sunt, quas Hip-
Apho.55.Ext. pocrates" ephemeras, id est diarias, appellat. Hæ vero sunt, quæ propter lassitudinem eueniunt, &
ord.33.e ebrietates, atque *iras *furores, atq; mœrores, atq; alias animi curas vehementes. Et, quæ ex bu-
*ὀργὰς. bonibus febres ortum habent, ex hoc genere sunt, præterquam si absque vlcere fiant manifesto: G
*μανίας. tunc enim suspicionem afferunt, & nullo modo mites sunt. Et, vigiliæ plerunque simplicem, fe-
brem induxerunt, sicut frigefactio & exustio quandoque. Atque hæ omnes febres soluuntur fa-
cillime. Oportet siquidem eos confestim ducere ad balneas, atque ad aliam consuetam victus
rationem: quandoquidem, qui pertritum illum sermone medicorum triduanum terminum ad
mittunt, sæpius acriores febres effecerunt, quamuis & aliter pterea delinquant: quemadmodum
cernis ex eis plures in quolibet ingressu delinquere ita, ut manufactas planè faciant ęgritudines.
Sed" curatio quidẽ harum febrium in promptu est, sed earum dignotio maiorem exigit diligen-
tiam, de qua nemo ante nos, quantum oportuerit, scriptum reliquit: quare minus mirandũ, com-
plures tantum in medicinæ operibus aberrare, quantum etiam cognitione falluntur. Sæpius.n.
quidã ab initio casu aliquo in graues morbos incidunt, veluti vino pleni, aut Sole exusti, aut fri-
gefacti, aut lassitudine oppressi, aut vigilias passi, aut ira cõcitati, aut quauis alia causa, quæ per se
nocere natura sit apta, correpti: deinde totum in causa antecedente consistere, neq; aliam subesse
dispositionem arbitrati, circa victum negligentius se habent adeo, vt se ipsos lateant in insanabi H
les, aut ægre curationem admittentes morbos prolabi. Ob hæc igitur ante omnia curare oportet
1.Progno.t.2. quemadmodum etiam Hippocrates" admonet, ut non solum futura præcognoscamus, sed præte
4.189.c rita etiam, atque præsentia. Nam, & quod nunc prop nitur, ad eam artis attinet partem: qđ pro
viribus manifeste trademus. Neque enim parua est differentia, si laueris iam ægrotantem, & se-
curum esse iusseris, aut eum per omnem custodiam securitatemque traduxeris. Cum igitur ad
ęgrum accedes, primum à maximis, quæ circa ipsum sunt, consideratio incipienda, deinde & ab
alijs, adeo vt nec minimum aliquod pro viribus omittamus: nam vt magis aut minus ei, quæ fit
ex maximis, indicationi credamus, ex aliorum fit adiunctione. Maxima quidem in omnibus fe-
bricitantibus signa, in pulsibus atq; vrinis consistunt. His verò addere oportet, & quæcunq; alia
circa faciem Hippocrates scribit: accubitum quoque, & respirationem: item ea, quæ per superio-
ra, uel inferiora excernuntur: Et siquid aliud accidens circa aliquam corporis partẽ, aut opera-
tionem consistere videas, qualia ille mille in millibus scripsit: neque ex his vllum aliquod negli-
*ἦθος, i. morẽ. genter prætereas: Hæc quidem omnibus febribus communia sunt. Itaq; etiã in simplicissimis, de
Al. εἶδος, id est quibus præsens est sermo, nihil horũ relinquere oportet. At, postq̃ ex pulsibus, atq; vrinis febris
speciẽ seu for- *naturam perceperis; cum pulsus nullum inflãmationis signum habuerit, neq; omnino inæqua-
mam. litas in vna arteriæ cõpulsione apparuerit, aut si hoc affuerit, oĩno sit imbecille: vrinæ autẽ oĩno

similes

A simile ijs, quæ secundum naturam se habent, aut non multum à naturali statu recesserunt: tũc & ad omnia illa, quæ antea à nobis sunt dicta, accedere oportet. Et, dum veluti chorus quidam oĩa concinne loquuntur, tunc ẽt fidere oportet, ac, si libeat, interrogare, nunquid aliqua manifesta antecesserit causa. Siquid.n. huiusmodi æger fateatur, expectata prima febris solutione, statim oportet lauare, cum tũc certiòr tibi sit facta dignotio & ex ipso solutionis modo. Nã arteriarum motus in hoc in totum assimilatur ei, qui in sanis deprehenditur: cum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neq; si multum temporis inter primæ accessionis finem & secũdæ principium intercidat, quemadmodũ in tertianis, atq; quartanis: in illis enim febris remanet signum, in ephemeris aũt in totum aboletur, accessione cessante. Plurimis verò earum, & humidi quidẽ vapores, & q̃busdam ẽt sudores optimi apparent: aut oĩno quidam plurimis veluti vapor ex intimo corporis erit. Sed & vrinæ quoq; multo nunc meliores, q̃ circa febris principia, videbũtur. Et, si capitis aut alterius partis dolor simul inuaserit, neq; hic amplius persistet. Aegrotantis quõque in tolerãdo facilitas, magnum & ipsa signum tanq̃ sigillum quoddam, vltra oĩa alia signa, febris bonitatem tibi indicabit. Et, si, dũ lauant, neq; horror quidam .nsolitus molestauerit, neq; alia tristitia affuerit: &, si post balneum deinceps bene se habere perseueret, tunc ne verearis cibũ offerre. Vinũ quoq; sine formidine ad potandũ exhibe, adhibito tñ, vt præsentia exigunt, modo. Nos aũt, vt te non latet, eis causam, quæ antecesserit, solemus dicere, neq; expectamus, vt illam

B ægrotus anticipet enarrare: qđ maximum est argumẽtum, illum nõ errare, qui talem sit adeptus facultatem. Si igitur remanẽtibus adhuc animi affectibus cõsideratio habeatur, tunc ex pulsibus maxime tentanda dignotio, quemadmodum in libris de pulsibus scripsimus, post hos verò & ab alijs dignotio est petenda. Quòd si illi iam quidem cessauerint, remaneat aũt dispositio, paruum quidem ex pulsibus habebis indicium earũ, quæ febrem attulerunt, passionum: sufficient aũt tibi, & sine pulsibus reliqua. Cõmuniter quidem oĩbus vrinæ rufæ. Adiungitur verò ijs, qui p̃ p̃ tristiA.li.4.f.1. t.1.c.11.f. 413.e tiam febricitant, acritudo potius, q̃ abundantia caloris: quemadmodum è diuerso ijs, qui propter furorem. Sed & extenuatio corporis in ijs, quos tristit a, quàm in ijs, quos cura vexauit, conspectior existit: oculorum præterea cauitas, ac quædam inconsueta decoloratio, hæc quidem sunt & in alijs, qui quouis modo diu cogitarunt, communia. Maxime autem & ex oculis distinguerẽ oportet: nã ex his etiam in sanis animæ mores possumus coniectare: at in ægrotis, siquis diligẽter inspicere queat, sunt indicia certiora. Sic quidem eos, qui propter disciplinas, aut contemplationem aliquam diu cogitarunt, ab ijs, quos tristitia corripuit, discernere oportet. At eos, qui vigilarint, distinguit forma palloris: nam in ipsis facies est subtumens: & oculorum motus

C vix enim palpebras attollunt: inest etiam palpebris humiditas, nam qui tristantur, aut cogitationibus detinentur, his exiccantur. Cauitas verò est commune accidens omnibus, mœrori, vigilijs, cogitationibus, non tñ furori: in hoc enim neque oculorum cauitas, neq; pallor manifestus, & plus caloris, atque celerius ex imo prorumpit: neque pulsuum magnitudo destruitur, quemadmodum in vigilijs, tristitia, & cogitationibus. Quare hæc à furore apertissime distinguuntur: ab inuicem verò, quemadmodum diximus antea. Eorum autem, qui ex lassitudine in febrem incidunt, cutis est siccior, quàm in alia aliqua ephemera febre. Sed hoc quidem omnibus ex lassitudine febricitantibus commune existit in tempore accessionis, donec consistit, post hoc verò pluribus, modo non sint supra modũ labore vexati, quidam humidi vapores, aut calidus vapor, ex intimo corpore effertur: quibusdam uerò, etiam postquam febris consistere desijt, siccitas perseuerat: qđ maxime accidit ijs, quos superfluus labor oppressit, aut refrigeratis, aut à Sole exustis simul cum lassitudine. Et quidem pulsus non eodem in vtrisque modò se habent, quia parui quidem ijs sunt, quos superfluus labor vexauit; in alijs verò magni. Quæ verò cute condensata accidunt febres (condensatur autem hæc, aut ex frigore, aut ex qualitate aliqua, quæ vim astringendi

D habet, subito ei adueniente, velut illi, qui aqua aluminosa se lauit, accidit) hæ quidem ex omnibus febribus solæ sunt astricta passio. Has verò tactu cognoscere licet, quemadmodum, & arentes febres, & quæ ex lassitudinibus, & exustionibus fiunt: nam neque harum densitas eos queat latere, qui tactum habent exercitatum. Sed caloris motus nescio quo pacto resurgit, qui mitis quidem in primo tactu sentitur: acris autem, si plusculum tardemus. Non tamen & his vrinæ sunt rufæ, neque corporis moles concidit, neque etiam oculi caui atque aridi fiunt: quoniam etiam quibusdam humecti magis, atque prominentes apparẽt, quàm ij, qui secundum naturam se habent. Neque sunt pulsus minores, cuiusmodi in mœroribus, curis, aut vigilijs, aut valde immodi dieis exercitijs apparent. Febres autem, quæ ex bubonibus fiunt, pulsus habent maximos, veloces, atque frequẽtes: multusq; illis calor inest: ac postquam febris constiterit, statim ex profundo quidam emergit humidus uapor, calidus quidem, sed mitis, acrimonia enim & mordacitas minime omnium febrium, huic generi febrium adest: atque vt plurimum facies rubicunda illis & magis tumens: urinæq; subalbidæ. Communis autem omnibus huiusmodi febribus est pulsus æqualitas: nam paucæ admodum ex his febribus eam, quæ in uno ictu, inæqualitatẽ ostendũt, & neq; ipsæ satis aperte, ac manifeste illam præ se ferunt. Talia quidem sunt ipsarum indicia.

*Al. ligatus.

*Al. insolita.

De

De curatione febrium ephemerarum. CAP. 3. E

CVrare autem oportebat omnes quidem balneis. At qui ex dēſitate cutis, aut ex bubonibus febricitant, ſi ī aere balnei morari iuſſeris, haudquaq̄ nocebis: reliquos oēs q̄ citiſſime oportet ab aere ſemouere: ſi verò diutius in aqua immorari voluerint, permittēdū. Oleo aūt tepido & multo, & manib. mollib. ꝓfricare q̄ plurimū oportet, p̄cipue q̄dem, q̄ ex laſſitudine febricitāt: ſecūdo aūt loco, q̄ meatus habēt diſtrictos: & tertio, q̄ ex bubonibus febrē incurrerūt; ſ̨pius autē iſtos lauare oportet, in quātū cōtigerit. Cibum aūt aſſumere, q̄ ex laſſitudine febricitāt, poſſunt multoties, nō æque tā, q̄ ex denſitate cutis, aut bubonib. febricitāt: at his vtriſq; tenuis victus eſt optimus: q̄ vero ex laſſitudine febrierint, p̄cipiēdū eſt, ut cibos aſſumāt cōcoqui faciles, ac cruditatē p̄cipue deuitēt. ᶜ ed & vinū potare, quātū poſſunt cōuincere, ſunt ꝓmittēdi. Mēſuræ aūt rō, quēadmodū in alijs oībus ex virib. & ætate ſumīt ægrotātis, nec nō & ex naturali tēperatura, & p̄terea ex cōſuetudine, & anni t̄pe, & regione, atq; alijs huiuſmodi. Qui verò ex bubonib. febricitāt, arcēdi sūt à vini potu, donec bubones ſoluant. At, q̄ cutis foramina habēt adſtricta, vel refrigerati ſunt, ſi nō multū hoc affectu laborēt, neq; plenū corpˢ habeāt, nō ſunt à vini potu ꝓhibēdi: at, q̄ pleniore corpore ſunt, vel multū refrigerati, ꝓhibere vtile eſt. Qui verò ex vigilijs, aut aliquo animæ affectu febricitāt, poſtq̄ balneaueris, cibo humectāte ac boni ſucci reficere expedit. Vinū verò {oībus, ſed} p̄cipue ijs, q̄ vigiliā paſſi ſunt, intrepide offerēdū eſt, niſi capitis dolore premant, aut pulſum venarum in t̄pibus ſentiant: liquet aūt, q̄ ēt in alijs eadem obſeruāda ſunt. Sed & ijs, q̄ †ira, aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitāt, vinū eſt exhibendū: & q̄ †furore febricitāt, q̄n oīno ab affectu quieuerūt, prius verò nō tutum eſt vti vino. Tentare aūt oportet & cōtrariū ſem p̄ afferre ei, qđ moleſtat: labori q̄dē, quietē: vigilijs verò, ſomnū: iræ aūt, & †furori, atq; triſtitiæ, eā animi iucunditatē, quę ex ſermonibus, actionibus, ſpectaculis, enarrationibus p̄cipitur: Sic, q̄ cogitatione laborat, oīno ratiocinationes omittat: &, q̄ ex bubone febricitat, prius huius curationi intendat, ac multo prius vlceris, vnde originē habuit. Hæc q̄dem febrium ephemerarū indicia atq; remedia ſufficienter ſe habeant. Reliquæ verò febres nonnullæ ex inflammationibus, nōnullæ ex humoribus, accendunt. Et, q̄ ex inflāmationibus fiunt, ſunt veluti quædam accidētia partiū phlegmone laborātiū: & morbus magna ex parte ab inſtrumēto patiente denominat phrenitis, aut peripneumonia, atq; pleuritis, aut aliquid tale; ſed de his poſtea dicemus.

A.l.4.f.1.t.1.ca.9. fol. 412. h

F

A.l.4.f.1.t.1.c.18.fol. 413.h

†indignatione

†ira.

De Febribus putridis. CAP. 4.

AT, quæ ex humorū putredine febres accendunt, hoc ipſo nominant febres, & ſunt non accidētia morborū, ſed ipſæ morbi. Ex his vero nonnullæ quidē ſunt ſine accidētibus, & q̄ mitiſſimæ ſunt: quædā vero ſimul cū accidētibus infeſtāt. Nos uerò de prioribus dicamus febribus, G q̄ accidētib. carēt: in q̄bus maxime, ſi fieri poſſit, primo die, qualis ſit febris, an acuta vel longi tēporis, eſt cognoſcēda: & vtrū ex ijs, q̄ intermittētes dicūtur, an cōtinua. Quòd ſi primo ſtatim die fieri nō pōt, ſecūdo ſaltē formā inuenire eſt tentandū: q̄ ſi neque in hoc aliquid firmū aut ſtabile ſciat, in tertio ſaltem aliquid manifeſtum apparebit: nā paucæ oīno ſunt, quæ, vt exquiſite dignoſcantur, quantum deſiderent. Ego uero, q̄ breuiſſime potero, indicia explicare tētabo, ex quibus ſpeciem febris intelliges: planius autem ac manifeſtius de omnibus alibi diſſeruimus.

Signa febris tertianæ. CAP. 5.

QVæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero eſſe iudicabis, quæ per circuitum infeſtant. Tertianæ enim atque quartanæ in totum cum rigore faciūt acceſſiones. Sed tertianæ quidem in primo inſultu cum uehementi ſæpe rigore incipiunt: quartanam vero nō vidimus cum vehementi rigore incipientem, ſed poſt tēpus magnitudo illi ſuperuenit, præterid, q̄ neque ſtatim ab initio hæc febris ut plurimum ſolet inuadere, ſed alijs, q̄ anteceſſerint, ſubſequi. quartana itaque eas, quæ errabundæ aut erraticæ dicuntur, †inſequitur. Quotidiana vero raro aduenit, quin os vētriculi patiatur, quemadmodum quartana ex male affecto ſplene generatur: tertiana ex iecore laborante. Quæ quidem cum valido rigore incipit, magis febrem tertianam, quā H aliquam aliarum febrium, fore par eſt. Si vero & alia, quæ poſtea dicentur, ſigna atteſtentur, hāc proculdubio in prima die tertianam eſſe cognoſces. Quòd ſi cum paruo rigore inceperit, tunc magis & alia ſigna attendere mente oportet: quoniam nō quotidiana tantum atque quartana, ſed ēt hemitritæus, id eſt ſemitertiana, aut aliqua alia ex continuis eſſe poteſt. Alia vero ſigna & ex caloris qualitate & quantitate, & arteriarum motu, ſumuntur: ex ipſa iam rigoris, qui ſentitur, forma, & anni tempore, & regione, & temporis ſtatu, atque ex natura & ætate ægrotantis, & ex præcedentibus cauſis, & ijs, q̄ cōcomitātur. Nā calor quidē, multus & acris eſſe debet. Pulſus autem magni, †ac calidi, }vehementes, veloces, atque frequētes, omnis inæqualitatis, p̄terquam febrilis, expertes: Rigor autem, veluti ſi à re aliqua acuta magis, quam frigida, cutis pungeretur: cum ijs, qui quartanā, aut quotidianam patiuntur, potius frigidum rigorem ſentiant: Tempus autem anni æſtiuum, ſicuti & locus, & præſens conſtitutio calida. Sit autem & ægrotātis natura calidior, bilioſior, & ætas iuuenilis: & exercitationes potius, quā ocioſitas, anteceſſerint, magis deuſtio, quàm frigefactio: & parcitas cibi potius, quàm crapulæ: vigiliæ quoque, mœrores, atque laſſi-

A.li.4.f.1.t.2.c.62.f. 429.c

†quidam cod addunt, propter phlegma

† in antiquis quibuſdā hæc non leguntur.

A lassitudines, & intensæ cogitationes ad eundem perducunt effectum. Quòd si multos alios eodē tēpore laborantes contigerit tertianis corripi febribus, hoc quoq; maximū præter ea, quæ nuper diximus, signum erit. Quòd si, cum hęc omnia affuerint indicia, aut saltem q̄ maxima sunt & longe p̄cipua, sitis quoq; vehemens adiungat̄, vomitusq; bilis, aut sudor, vel vtraq; superuenerint: tunc ēt aperte manifesta erit. Quòd si post hæc à febre quieuerit homo, hac inquam, q̄ in suo motu est & oībus nota: propria verò febrium inæqualitas in arteriarū motu relinquat̄: tunc certissime poteris, esse tertianam febrē enūciare, æque, ac si per tertiū diem accessionem fecisse vidisses.

Signa Quartanæ. CAP. 6.

QVartana autem (nam & huius signa tibi scribere oportet) manifestissimum, sui præbet indicium in principijs accessionum, quando rigent adhuc, qui quartana laborant. Nam eorum pulsus satis tardi sunt ac rari. Cum autem consistit febris, aut etiam augetur, necesse quidem est, vt veloces fiant atque frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipsius tarditas ac raritas, si additam velocitatem atq; frequentiam accessioni, ratione perpendas. Etenim, si comparaueris quartanæ ſebris consistentiam tertianæ consistentiæ, non paulo velociores atque frequentiores in tertianis pulsus ostendere arteriæ videbuntur. Et ipsius vnius motus inæqualitas in quar-
B tana febre eius formā ostēdit: nā, quæ omnibus cōis est febribus, in uno pulsu arteriæ inæqualitatem, in hac manifestissime licet comprehendere: multo enim velocius principiū finem q̄; motus inuenies, quam medium. Non tā in tertiana ita se hēt: breuis etenim in ipsa est velocitatis excessus, atq; in consistentia p̄sertim. Verū & caliditatis indicia diuerso modo se hāt: nā tertianarū calorem & æstum & veluti feruorem, in quartanis haudquaquā inuenies. Hęc igitur signa maxima sunt. Reliqua verò extrinsecus: nam neq; hæc sunt omittēda, sed & ęgrotantis "natura est inspiciēda, si in ea atra bilis abundat: & tempus quoq; anni, si autumnus: & præsens constitutio, si inæqualis: sic verō & loci natura, & morborum peruagantiū populariter: & si lien intumuerit, febrisque sine ordine antecesserit, & ætas senior, q̄ consistentiū: & si cum sudore febres desinunt. In his verò bilis flauæ uomitus minime est expectandus, quēadmodum nec in quotidianis: hoc enim tertianarum proprium est. At, cum febris cessauerit, si adhuc signum febris remanserit: pulsusq; his, qui secundū naturam, rariores ac tardiores fuerint, quartana proculdubio erit huiusmodi febris.

A.l.4.f.1.t.2.c.62.fol.429.d

Signa Quotidianæ. CAP. 7.

FEbrem vero quotidianam vel ex his maxime signis agnosces. Nam eius caliditatē humidiorem cum quadam acritudine esse oportet, non, cum primum manus admouetur, confestim
C occurrentem, sed per moram: nam quædam fumosa caliditas, cum multo vapore cōmista exire videbitur: cum magis ignis in multo humore suffocetur, quàm ipsum possit conuincere. Sed & his multo minores sunt pulsus pulsibus quartanarum, quàm istarum pulsus pulsibus tertianarū. Rursus vero tanto rariores sunt in quotidianis pulsus ijs, qui in tertianis, quāto illis pulsus quartanarū: ac tarditas in utrisq; eodē modo se habet. Minus uero sticulosa hæc febris est: tantumque eam quartana excedit, quantum istam tertiana. Lingua vero, & totum corpus siccissimum est in tertianis: at in febribus his humidissimum. Et uomitus pituitosi. Et, quæcunq; per uentrem excernuntur, frigidiora sunt, atque humidiora, & crudiora, aquosiora, & pituitosiora. Vniuersum cor-
A.l.4.f.1.t.2.c.46.f.425.h pus denique in hisce febribus plenū crudis humoribus inuenit̄. Ideoq; "ætatibus, naturis, anniq̄ue temporibus, regionibus, & temperaturis humidioribus accidunt. Nam iuuenem biliosa ac sicca temperatura nunquam uidi huiuscemodi corripi febre. Pueri aūt, & maxime paruuli, & ex his, qui iam perfectum corpus habent, pituitosi & habitus crassi, atq; ocio plurimo dediti, crapulis, ebrietatibus, balneis assiduis, post cibū præsertim, utentes, à quotidianis facile capiuntur. Loca etiā humidiora, atque ex anni temporibus hybernum, atq, ex cōstitutionibus humidiores, hanc præcipue afferunt febrem. Quòd si sit etiam populo communicata, tūc præter ea, quæ antea di-
D ximus signa, hoc quoq; non parum ad eam dignoscendam conducit. Non tamen harum febriū declinationes, quēadmodum tertianarum & quartanarum, sudoribus terminātur. Quare neque ad integram quietem manifeste, exceptis paucis, perueniunt. Vrinæ vero, quæ procedentibus ipsis aduenient, totius morbi tempora docent: quæ autem in principijs uidentur, febris etiam speciem indicabunt. Nam in quotidianis uel albæ sunt & tenues, uel crassæ, & turbulentæ, uel rubidæ. In tertianis autem rufæ uel subrufæ. In quartanis uero variæ quidem, sed crudæ omnes. Hæc, quidem febrium intermittentium sunt indicia. *Aliter. &

Indicia febrium Continuarum. CAP. 8

A.l.4.f.1.t.2.c.3.fol.417.c.d FEbres "autem continuas ex eo cognosces, quod nullum eis adest ex signis, quæ intermittentibus oportere adesse diximus. Et si citra etiam quatuor & uiginti horas non cessauerit febris. Si uero inæquale habuerit incrementum, hoc præter alia signa, longius etiam tempus ostendit. Et quidem si & proprium febrium signum in pulsibus manifestum habuerint. Si vero & inordinatio quædam, uel inæqualitas ipsis, vel inconcinnitas adsit, & hoc etiā indicium erit, simul magnitudinis ac continuitatis. Si vero in hoc statu permanentes, tertio die maiorē accessionē ostenderint, aut excremēta, & vrinæ omnino crudæ apparuerint, non possunt huiuscemodi febres ad

septimum

ſeptimum diē iudicari. Si vero & quarta dies tertiæ diei ſimilis fuerit, & febris quodammodo* ſub- E
merſa, neq; facies aut reliquū corpus collabatur quieq̄, huiuſcemodi febris ad lōgius tēpus extē-
di conſueuit. Tales quidē ſunt differentiæ earū febriū, quæ accidentibus carent. Curatio aūt earū
deinceps ſcribetur, primū quidē intermittentiū, deinde continuarū. Ex intermittētibus uerò bre
uiſſima quidē ac mitiſſima eſt tertiana. Longiſſima aūt, ac quantū in ipſa eſt, haud quaquā pericu
loſa, quartana. Quotidiana vero, longa, & nō ſine periculo. Quare ab initio ſtatim ad vniuerſum
ægritudinis tp̄s inſpicientes, rōnē victus inſtituemus: nā" ægritudinibus; q̄ acutæ ſunt ac celeriter A.li.4.f.1.
ad ſtatū veniūt, & ſi valde tenuē uictū exhibueris, haud magnū afferes detrimētū. Quæ vero ſunt t.2.c.8.fo.
diuturniotes, niſi ab initio grandiori cibo reficias, hominē cū morbo pariter perimes: aut intēpe 419.h
ſtiue victus modū cōmutabis: neq; enim oportet ſtatu aduentante grandiorē, q̄ prius, cibū offer
re, ſed contra potius, tenuiſſimū victū, q̄ in toto morbo exhibeatur, ad ſtatū reſeruare. ¶ Hoc igitur
in oībus febribus cōe præceptū. Sed oportet p̄terea, q̄ ſingulis febribus intermittētibus propria
ſunt, conſiderare. Veluti confeſtim in tertianis (neq; enim male ab his initium ſumendū) primū
diſtinguas, ſi exquiſita ſit febris, & (ut quiſpiam diceret) legitima: aut nō exquiſita, ſed velut no-
tha. Nam, quæ exquiſita eſt, in ſeptem, quod longiſſimū eſt, circuitibus iudicatur, præter id, q̄ ēt
minime periculoſa eſt: alteram" verò, q̄ non eſt exquiſita, uidi qñque, cū in autumno incepiſſet, F A.li.4.f.1.
in vere deſinere. Deinde uero, ut par eſt, in tempore adeo longo: tum quia ægrotus medici præce t.2.c.35.f.
ptis parere noluiſſet, ſed in aliquo deliquiſſet: tū q̄a ex hyeme læſus eſſet: lien valde intumuit, & 422.h
†præcordia flatib⁹ ſunt oppleta, & iā ut ſubtumida quædā erat decoloratio in facie, ac præſertim
circa crura: adeo ut nobis de iuuene dubitare cōtigerit, ac maioribus vti remedijs fuerit neceſſa-
rium. Sic igitur nihil ſimile habet huiuſcemodi tertiana cum exquiſita. Quare & ab initio eas di-
ſtinguere oportet: quantum enim natura differunt, tantum rationabile eſt rationē victus permu
tare. Vt igitur eas optime ſciamus diſtinguere, q̄ adoleſcēti acciderint, mihi ſat erit ſcribere: quæ,
veluti quoddam exemplum ac monumenta tibi futura ſunt earum, quæ non exquiſitæ tertianæ
ſunt. Erat tempus anni medium inter occaſum pleiadum, & æquinoctium antecedēs. Inceperat
autem febris cū horrore adoleſcenti circa aurorā ferè, ut neq; in caliditate ſimilis tertianæ vide-
retur, neque in pulſibus: ſed neq; uomitus bilis ſubſecutus eſt, neq; ſudor ſufficiens, præterq̄ q̄ in
die ſecundo tantummodo circa horā tertiam quidā pauci humidi vapores exierunt: ex quibus
febris quidem tranſpirabat, at ita pedetentim, vt vix circa veſperā expers febris videretur: nam fe
bris ſignū ſatis manifeſtum in pulſibus manſerat: in reliquis vero circa veſperas ſatis bene ſe ha-
bebat: & q̄ totā pariter noctem. Rurſus verò circa tertiæ diei auroram ſecunda acceſſio facta eſt, G
omnino, præterq̄ in tempore, ſimilis primæ: nam nocte ſuperueniente paululū ante diē vapores
humidi exhalarunt, ac circa quartæ diei aurorā febris ceſſauit: Ac reliquo deinceps autumni t̄pe
atq; hyemis, quo ægrotauit, alia oīa & hora acceſſionis & ſolutionis febris eūdē modū ſeruaue-
runt. Agebat aūt adoleſcens circiter decimūoctauū ætatis annū, albus aſpectu, & pinguis, q̄ fæ-
pius ante in ocio degerat, & crapulis balneisq̄; plurimis & repletionibus vſus erat: quare neque
bene cibos cōcoquebat. Simul aūt aduenit ei dur⁹ pulſus, in prima quidē die atq; ſecūda medio-
criter: in tertia aūt & quarta atq; ſequentibus vſq; ad ſeptimā, ad tantā peruenit duritiē, ut quiſ-
piā qui ſoli crederet pulſui, multorum fore mēſium ægritudinē iudicaret: talis autem perdurauit
vſq; ad uernū æquinoctium, in quo cœpit molleſcere. Et rurſus poſtea quadrageſimo die oīno
æger à tertiana eſt liberatus, tēdente paulatim ad mollitiē pulſu, ac minore quotidie fiente acceſ-
ſione, vrinisq̄; bonam habētibus ſubſidentiā, etenim hæ quoque in priore tempore erant admo-
dum crudæ. Talis quidem eſt tertiana, quæ alteri exquiſitę maxime contraria exiſtit. Reliquas ue
rò intermedias haud numero paucas, ex extremis determinatis haud difficulter inuenies. Quæ
enim in principio ſermonis tertianarū febriū indicia ſcripſimus, ſi oīa affuerint, exquiſitam red-
dūt tertianā: cuius acceſſionis tēpus breue eſt, quatuor nimirū horarū, aut quinque, aut ſex, aut H
(quod lōgiſſimum eſt) vndecim, aut duodecim. Huiuſcemodi præterea febrium vrinæ tertio die,
aut ad ſummum quarto, cōctionis ſignū oſtēdūt. Hoc pacto quidē exquiſitā, aut non exquiſitam
tertianā cognoſces: eadē quoq; rōne & quartanā, & quotidianā. Cui enim oīa inſunt indicia, quæ
in quartanis febribus antea ſcripſimus, hæc uera atque exquiſita quartana eſt: cui uero minime,
ſpuria eſt, & nequaq̄ exquiſita: & quotidiana quoque, cui oīa, q̄ diximus, inſunt, exquiſita eſt: cui
aūt nō, non exquiſita. Non igit̄ ſicuti exquiſitæ quotidianæ, & quartanæ ita ēt nō exquiſitæ, ſunt
diuturnæ, ſed, quēadmodum exquiſita tertiana breuis eſt temporis, ſic & quartana & quotidiana
exquiſitæ, diuturni. Hæc quidē in ijs, q̄ p̄ circuitū quendā febricitant, oportet cōſiderare. In alijs
aūt febricitātib⁹ vrinas, atq; excremēta, atq; vniuersū corporis habitum inſpicere oportet: calo-
rē quoque, atque arteriarū motū, & q̄cunq; alia p̄ter hæc Hippocrates, & lōgus vſus inſpicere iu-
Lib. de Humo ribus à princi- bēt," veluti regiones, anni tēpora, cōſtitutiones, & ætates, corporū tēperaturas, cōſuetudines, &
pio. cauſas antecedentes, & q̄ ſimul cum morbis inuadunt, & quæ in medio tēpore apparent. Iam to-
tum, ut cuiq; uideatur, admonitū eſt, nō tñ re vera ita ſe habet, nā quoddā maximū ēt inter hæc
oīa, breue tamen dictu, nondum ſcriptum eſt. Quid hoc eſt? morbi quantitas ac virium, res, quæ

ad eam

A ad eam explicandam uno indiget verbo ad uſum vero permagna: neq; .n. bene prænoſcere poſſumus, niſi horum ſingulorum magnitudinem diligenter penſitemus: Nã, utrum morbus ſit exitialis, an non: & quando magis debeat mori, aut ſanitati ægrotus reſtitui: niſi omnium, quæ diximus, quantitatem, diligentius animaduertens, ad duo redegeris capita, ad ipſius. ſ. morbi magnitudinem, & ægroti vires, non poteris vere prænoſcere. Nam, ſi vires adeo validæ fuerint, ut poſſint morbum ſuperare, neceſſe eſt ægrotum euadere: ſi verò contra, omnino morietur. nõ igitur ſolum inſpicias, qualis ſit morbi ſpecies, ac forma, ſed & eius magnitudinem aduerte. Non paruã autem hoc exigit experientiam, tum alias ob cauſas, tum quia neque ſcribi, neque omnino ſermone edoceri ſingulorum quantitas poteſt. †Et, ſi quid in nobis eſt, ex nulla re adeo poſſumus ad exquiſitam peruenire notitiam, quantum ex crebra exercitatione circa quãtitatis coniecturam: hoc quidem in ipſis operibus, & diſcere, & docere poſſibile eſt: quæcunque uerò in qualitate determinantur, hæc diligenter, ac manifeſte, quàm breuibus poterimus verbis, tranſigemus.

†Al. Et ſi id, q̃ nr̃m ẽ, aliquid forte ẽ, ex nulla alia re ad tãtum perfectionis venit, quã crebra &c.

Tertianæ exquiſitæ febris curatio. CAP. 9.

EXquiſitam ergo tertianã, ut q̃ ex flaua bile cõmota inualeſcat, quanto magis fieri põt refrigerare oportet, ac humectare: nã contrariorũ contraria remedia ſunt, q̃ quidẽ qd̃ ſuperfluũ eſt, B reprimant: quod verò deficit, ſuppleant. At flauæ bilis humor inter omnes, qui in corpore ſunt humores ſicciſſimus calidiſſimusq; exiſtit. Hunc igitur, cũ ad ventriculũ repit, per uomitũ educere oportet: cũ uerò uergit ad inferiora, p̃ inferiorẽ excretionẽ: hoc quidem & ſponte fieri ſolet in tertianis exq̃ſitis. Per vrinã quoq; & ſudores oportet diuertere. † Iuuat aũt & per inferiores partes bilis expurgatio. Venter aũt mollibus "clyſteribus exinaniendus eſt. Vrina uerò potionibus, in quibus apium, aut anethum maduerunt, prouocanda. Et, ſi tibi coctionis ſigna monſtrantur, iã cum fiducia abſinthium potes exhibere: qd̃ alioquin ſummũ eſt remedium mordicationũ ſtomachi, q̃ à bile proueniunt, ſi p̃ſertim ex ipſius coma, quantũ ſufficiat, accipiẽs melicrato intinxeris. Balnea verò calida ex aqua potabili proſunt, tũ quia aliquid bilis educunt, tum ẽt quia ſua qualitate plurimũ iuuant: nã huiuſcemodi oĩa balnea humectant, ac potentia refrigerant. Marinæ aũt aquæ & ſalſæ, nitroſæ atq; ſulphureæ, plus quidem bilis educunt, ſed multo minus, q̃ potabiles, proſunt: p̃ſtat uero, neq; ipſas vtiles dicere, q̃ quidem plus qualitate nocent, q̃ euacuationibus iuuent. q̃ quidẽ noui quendã corrupto iudicio hiſce balneis uti p̃ſuaſum, deinde extenuato corporis habitu ad tantã ueniſſe p̃niciẽ, ut tabe cõſumptus interierit: reliqua uero victus ratio ad bilem ẽt a* excernendã exhibita fuerat. Semper aũt oportet cõtrarias qualitates illis, quæ p̃ter naturam inualuerint, opponere, cũ hoc b* multo plus iuuet, q̃ quomodolibet euacuare; ſed neq; hoc ipſe nouerat, neq; alio docẽte didicerat. Hæc igitur in balneis intentio ſit, ut corpus madeat, atq; iccirco neq; nitrũ, neq; ſal, neq; ſinapi inſpergere oportet, (qd̃ genus mali cõplures ægrotis affere vñr) at plurimũ olei calidi infundentes ad aquam perducere, ac madefacere: &, ſi in ea natare voluerint, quantũ id facere poſſunt, permittendũ. At, qui balneis admodum delectantur, ſi etiam bis in die lauari permiſeris, non aberrabis: ſed illud ſemper habeto in memoria, ut in tempore id faciant. Si vero ẽt coctionis ſigna oſtendãtur, tunc, ẽt ſi ſæpius laueris, nihil deliqueris. A uino vero ante, q̃ morbus concoquatur, omnino abſtinendum: at, vbi concoqui cœperit, dandum eſt ab initio tenue, aquoſum, & paucum: ubi uero iã propè eſt, ut morbus ſoluatur, amplius eſt offerendum. Cibi autem, quicunque humectant atq; refrigerant, omnes utiles ſunt exquiſitis tertianis: quantitas uero in ipſis ſit tanta, quãta optime concoqui poſſit. Ex oleribus quidem atriplex, blitum, lapathum, & malua, & lactuca, & cucurbita: ex aliis uero, & ptiſanæ ſuccus, & ex alica ſorbitiones. Et ex piſcibus, ſaxatiles: ex volatilibus autem, quæ mollibus conſtant carnibus: quæ autem talia non ſunt eorum alæ. Teſticuli quoq; gallorum: & ſuum pedes, & cerebra: paruorũ uero ſi ẽt dederis carnem liquefactam, nihil nocebis. Sed oua "ad ſorbendum ſunt concedenda, & p̃ſertim vitelli eorum: nam hi facilius, q̃ pars alba, concoquũtur. Ex fructibus autem permittendũ eſt, ut illos deguſtent, qui non ſunt omnino difficiles concoqui. Oportet autem abſtinere à melle ſinapi, & ſalitis, atq; oĩbus acribus: & à vinis ſatis uetuſtis, & q̃ natura ſunt calida. Hæc quidem ſit victus ratio in pluribus ueluti ad coniecturã expoſita. Qui vero non ſunt delicioſi, ijs talis uictus eſt inſtituendus, qualẽ noſti me aliquando inſtituiſſe in exquiſita tertiana ſecundum ſermonem Hippocratis, ex ſucco ptiſanæ uſq; ad criſim. Hæc quidem in exquiſitis tertianis ſeruare oportet.

A.li. 4. f. 1. t. 2. c. 38. f. 423. e

A. ibidem.

A. ibidẽ. g

D

†Al. Iuuat. n. & per has partes (vrinam, ſ. & ſudorẽ) bilis expurgatio.

Tertianæ nothæ curatio. CAP. 10.

IN ijs uero, quæ non exquiſitæ ſunt, puidendũ eſt pro uiribus, ne morbus augeatur: neve ægrotantis vires poſternantur, quæ longiori tẽpore debent laborare. Difficile vero eſt ſeruare utrũque, quoniam inediæ quidem, quantũ proſunt ad morbi coctionem, tantum uel etiam amplius officiunt uiribus: cibi uero, quantum ægroti robur adaugent, tantũ coctiones impediunt. Sed & id quoq; noſcere opus eſt, ad quantã magnitudinem perueniat morbus, ac quantæ ſint ægroti vires: ut ad ea, quæ maius auxiliũ expoſcunt, inſpiciens, inedia quidẽ in valentioribus audacius vtaris uiribus, & morbo coctu difficili: largiori aũt cibo, ubi uires ſunt debiliores, neque morbus ad modũ concoqui contumax. Hæc quidẽ, & in oĩbus aliis morbis conſiderare oportet. In tertianis uero

A Quidã ca di. hãbẽt γένεσιν. i. generandam, ſed melior uidetur eſſe Leonic. lect.

B. *multoties.

vero non exquisitis,neq; statim circa initia balneare expedit,sed cũ iam coctionis signa apparue E
rint:neq; quotidie cibũ oportet exhibere,sed satis est alternis diebus. Quies verò & calfactio cir-
ca præcordia iuuant,& sorbitiones concoqui faciles,& clysteres non admodum molles. Quòd si
sanguinem mittere oporteat,neq; hoc quoq; omittendum, sed ab initio statim adhibita earũ re-
rum,quas scis,distinctione tm̃ mittendum,quantum præsens exigit status. Sit autem totius uictus
ratio,non quæ humectet atq; refrigeret uniuersum corpus, qualis in exquisitis exhibetur tertia-
nis,sed & aliquem modum assumat ad calefaciendum,atq; incidendum. Plurimum igitur eos iu-
uat ptisanæ succus,pipere adiecto: vel etiam hyssopum,vel origanum,vel spicã nardi mulsa aqua
infundens,& decoquens,ad bibendum propina: & quæcunq; alia,quæ cient urinam, præter quã
illa,quæ supra modum calefaciunt atq; exiccant: maxime" uerò post diem septimam danda est iu
giter absinthij coma. Et quidem oxymeli potione plurimos iuuat: & aliquid ex ijs, quæ molliter
ventrem subducunt,quibus me assidue vti nouisti. Vomitus autem post cibum adeo ijs, quibus
hæc febris perdurauerit,utilis est,vt multos sciam solis uomitibus statim prorsus fuisse curatos.

A.li.4.f.1. t.4.c.19.f. 438.c

Quartanarum Curatio. CAP. II.

DEinceps de quartanis dicemus,quas ẽt ipsas ab initio mediocriter ac leniter tractare oportet E
nullũ forte medicamen aut euacuationẽ exhibentes, nisi forte" sanguis uehemẽter superabũ
dans appareat. Et,si uena incisa,is qui fluit,niger uideatur ac crassus(p̃cipue uerò in ijs qui liene la
borant,huiuscemodi uisit̃)audacius mittendus est: q̃ si flauus aut tenuis apparuerit, statim suppri
mendus. Venã verò secare oportet vel interiorẽ,uel mediã sinistri cubiti: Et victũ deinceps insti-
tuere minime flatuosum,& optimũ: Ventrẽ,quãtũ possibile est,mollẽ faciens ijs,quæ vsitata sunt:
Quòd si hæc nihil proficiant,clysteribus vtendũ est,à principio quidẽ mollibus, postmodũ vero
acrioribus: Arcendi sunt aũt à carnibus porcorũ,atq; ab omnibus eduliis, q̃ tenacia sunt,& tardũ
habent exitum,ac quæ refrigerant*exiccantq; corpus. Vino uero vtendũ est albo ac tenui,ac me-
diocriter calido: & volatilibus,quæ boni succi sunt,& non in paludibus degunt. Pisces aũt adhi-
bendi concoqui faciles,mollibus carnibus nihil tenax habentibus præditi. Vtẽdum est autẽ salsis,
& sinapi. Et certis diebus id medicamen,quod Diatrion pepereon uocatur,uel quod Diospoliti-
cum,est assumendum: &,si quotidie piper tm̃ cum aqua biberent,recte etiam facerent. A frictio-
nibus autem,& ambulationibus, & balneis, atq; aliis vsitatis non sunt penitus prohibendi. Et,si
oĩno possent à balneis abstinere,solis contenti frictionibus, q̃ plurimum ex eo iuuamẽ admitte-
rent. Et,si quartana febris breuis sit,neq; admodum violenta,nihil nocuerit, si diebus interiectis, G
ad consueta exercitia se transferant. Hæc quidem ab initio,& usq; ad statum sunt peragenda. Si
vero in statu morbi præcipue ægrotus esse videatur, tunc subtilioris victus ratio est adhibenda,
quam ante uel postea. Statim uero præcipiendum est,vt diu conquiescat,ac visceribus prouiden-
dum,ungendo,atq; emplastrando ijs,quæ mollire ac laxare possint: deinde medicamentis vten-
dum, q̃ ciendi urinã uim habent. Etsi concoctionis morbi indicia apparuerint,tũc purgare opor-
tet iis,quæ humores atros exinaniendi vim habent,non semel tm̃, sed & sæpius, si fuerit necessa-
rium. Vtendum aũt & vomitibus post cibũ tunc continue: &,si nihil prohibuerit, elleborum" al-
bum est exhibendum primum quidem*permistum radiculis: q̃ si nihil fecerit, elleborum ipsum.
Qui vero nequeunt euomere,hi per inferiora ualentius sunt purgandi. Et his postea medicamen
confectum ex viperis in potu dandum,& alia,quæ ad huiuscemodi febres cõmendantur: ex qui-
bus est & illud nobis familiare præ cæteris laudatissimũ,qd̃ succũ cyrenaicum recipit. Quicunque
vero ab initio aliquod ex his medicamentis exhibuerunt,aut oĩno ante statũ,quartanã, quæ erat
simplex,sæpius fecerunt duplicem,aut omnino maiorẽ ac difficiliorẽ: ex duplici autem triplicẽ,
aut omnino ambas difficiliores maioresque reddiderunt. Noui autem medicum,qui ausus est ho H
mini,qui triplici quartana laborabat,medicamen ex uiperis exhibere, quando nondum morbus
in statu esset,deinde(ut par est)auctis omnibus,febris continua subsecuta hominem occidit.

A.ibi. fol. 430.d

*Codices græci impressi, & manuscripti oẽs, Oribasius Paulus, Aetiº, & Trallianº in hoc Galenum reprehendẽtes legunt humectant uide Stephanum Ath. quomodo hũc locũ explanet.

*Al. infixum.

Quotidianæ Curatio. CAP. 12.

† Al. primis diebus.

QVotidianam autem cum volueris curare,vtere oxymelite, †post primos dies,{& illis, q̃ pos-
sunt vrinam ualide ciere: & vniuersum totius victus caput sit ad incidendum efficacius. Cir-
ca statum uero,de ventriculo est habenda solicitudo,ac de eius ore præsertim. Deinceps iuben-
dum est,vt post radiculas & cibos assumptos euomant: iis etiam,quæ pituitam subducunt, uten-
dum. Reliquam uero uictus rationem ad communes intentiones inspiciens inuenies.

A.li.4.f.1. t.2.c.63.f. 429.f

Curatio Febrium Continuarum,quæ carent accidentibus. CAP. 13.

IN continuis autem febribus quibus quidem status morbi non vltra septimam futurus est,& vi
res validæ sunt,atque ætas præterea consentit,iis quidẽ admodum exquisitus,& tenuis uictus
est instituendus. Quibus uerò vel status totius morbi vltra septimam,uel uires inualidæ, hi ab ini-
tio solidiori cibo sunt reficiendi: prope uero statum,tenuiori. Cũ autem iam adest status,tenuissi
mũ uictum seruare oportet: deinde rursus assidue solidiorem, ac simile augmentum efficere illi,
quod ante statum fiebat,decremento. Sanguinẽ verò mittere oportet & ob morbi magnitudinẽ:
Et quibus rubor multo plus, q̃ naturæ conueniat: & maior,quã pro consuetudine, totius corpo-

ris

Eris tumor,& uenæ eminentes,atq; extensæ:his omnibus est auferendus,nisi vires,aut ætas, aut aliquid eorum,quæ supra cõmemorauimus, prohibuerit. Quòd verò humidus victus in febribus acutis omnibus iuuat,dudum recte dictum est.Succum igitur ptisanæ ijs,quibus non acescit, exhibere oportet:& melicratum,quibus nõ bilescit:& sorbitiones ex alica: & panem ex aqua,& q̃cunque alia eandem,aut similem vim habent.In ijs verò,quæ præter modum calidæ, & æstuosæ sunt,cum primum videris coctionis signa,tunc audacter aquam frigidam potandam exhibe: modus uerò in quantitate seruetur,quemadmodum tempus anni, regio,ætas, & natura,& consuetudo etiam exposcit.Talis quidem est,ut in uniuersum dicam,febrium,quæ accidentibus carent, curandarum ratio.

Febrium,quæ cum accidentibus affligunt,curatio. CAP. 14.

QVæ uerò cum accidentibus sunt,non æque simplicem exigunt curationem. Atpro uiribus metiendum est,quanta sit febris,quantumve ex accidentibus periculum immineat: atque ad id,quod vehementius,ac difficilius est,intendendum', non posthabita omnino etiam alterius cura.Age enim si quis febricitet,*& adsit plethorica dispositio,verum ex recentibus cruditatibus sit,ac morsum sentiat afflictumque os ventriculi: vel si etiam humorem aliquem malũ euomuerit,& in huius transitu non parum fuerit offensus, adeo vt grauiter se habeat,atque anxie: nunquid hic ad febrem respicientes solam multitudinem euacuare tentabimus, (quod alioquin sine molestia faceremus,)an prius ori uentriculi prouidebimus,ac deinde, postquam circa hoc bene se habuerit,quam contigerit,totius corporis euacuationem faciemus? Mihi quidem ita agendum uidetur?Multos itaque sæpius vidi,qui ita affecti erant,quosdam interijsse,alios ad extremũ periculum fuisse perductos,cum medici eos euacuare tentassent,antequam os ventriculi corroborassent.Sed neque,si fuerit febris cum profluuio ventris,alia est opus euacuatione: uerum hæc sola sufficit,quamuis non sit pro multitudinis ratione:quicunque enim his plus adimere fore necessarium putantes, aut sanguinem mittere, aut ventrem mouere tentauerunt, in grauiora pericula duxerunt.Sed" neque,siquis simul,& distentione neruorum laborauerit,& sanguinis eguerit missione,huic tantum semel mittere oportet, quantum exigit* morbus: sed aliquid etiam accidenti est relinquendum:cuius causa sæpe sudores eueniunt,& uigiliæ molestant,& vires ægroti debilitantur.Ita etiam,si uehementissimæ vigiliæ,aut dolor intensus ægrotum infestant, cauendæ sunt subitæ,ac multæ euacuationes.Ipsa præterea ambientis aeris temperatura,loco accidentis cuiusdam habenda,quando exquisite calida,ac sicca fuerit,†qualis est tempore medio} inter Canis ortum,& Arcturi.Atque ideo omnes,quibus medici nihil omnino de temporum statu cogitantes, sanguinem abstulerunt,interierunt.Si etiam ualde frigida fuerit, tunc quidem sanguinem mittere est formidandum:cum non ignoremus non parua ex similibus sequi pericula. Interierunt autem nonnulli,qui in calidis admodum constitutionibus non recte euacuati sunt, ex syncopa vocata, & dissolutione:in frigidis verò,cum accessiones incipiunt, nimium refrigerati non amplius releuantur.Ob hæc igitur neque in locis supra modum calidis,aut frigidis sanguinem mittere audemus:sed,si regio ipsa,& temporis status consentiunt,omnino abstinemus: cum verò non consentiunt,euacuamus quidem,sed multo minus,quam si neutrum prohiberet.Tanquam etiam accidens quoddam,ægrotantis ad patiendum facilitatem considerare est necessarium: multi enim† neque unquam sunt euacuati,} neque euacuationem vllam integram,aut inediam longam possunt perferre:sed alij quidem ex his in omnimodam corporis imbecillitatem facile incidunt: quidam verò statim os ventriculi male affectum habeat adeo vt cibos abhorreant: quòd si eos cogantur assumere,aut nõ retinent,aut male concoquunt.In hac dignotionis parte etiam ægrotãtis temperaturam contemplari oportet:quicunque enim calidi,& sicci natura sunt, hi omnes facile ab integris euacuationibus offenduntur.Et consuetudo quoque non parui momenti est, tũ ad omnia alia,tum præcipue ad euacuationis indicationem:†quidam enim nunquam antea fuere euacuati,neque vnquam euacuationem integram pertulerunt,& multis cibis vsi fuerunt,& euacuationibus sunt assueti: hos igitur intrepide euacuare oportet,quando & reliqua etiam consentiunt,cæteros verò (nempe insolitos) nec si omnia alia id suaserint.Eodem pariter modo,& corporis habitus considerare oportet:nam,qui dẽsa,& solida carne constant,his habitus haudquaquam facilis pati:quare non oportet vereri ipsos euacuare ex toto,si quidem,& alia id iubent. Sed qui mollem,& humectam, & diffluentem habent carnem,hi mirum in modum sunt ad patiendum habiles:quare,& si reliqua omnia sanguinem esse minuendum persuadent,non tamen id facere audendum est:sed & aliis euacuationibus, quantum moderate,& caute fieri potest,utendum est.Eodem modo, & quicunque supramodũ crassi sunt,aut macilenti:nam & his venam incidere cauendum est, aliasque euacuationes integras vereri oportet.His etiam & ætas annumeranda est ueluti accidens quoddam, quod prohibẽdi integram uacuationem vim habet: neque enim pueri,neque seniores hanc sine noxa tolerãt. Hosce igitur omnes,quos diximus,vbi dispositiones hortentur,non semel, neq; ex toto,sed paulatim oportet euacuare inediis moderatis, & frictionibus, & clysteribus mollibus, humectationibusque

*Est quidẽ in impressis codet manuscriptis cõibus quos uiderim μσ.i. nec.Leonicen⁹ tamẽ uidetur legisse καὶ Steph.etiã Ath. legit affirmatiue. et omnino hæc videtur melior lectio.

A.li.3.f.2. c.7.f.216.h

* Al. multitudo.

† Mult. cod. græci legunt, καθὰπερτῆτες ἐγένετο ἐν τῶμεσοταξυ, &c. idẽ qualis hoc anno fuit tempore medio, &c.

† In quibusdã cod. græcis hæc non habentur.

† Manuscripti tamẽ quidam co. hñt,quidã. n. nec unquã euacuationem integrã pertulerũt & multis cibis vsi sũt &c. Sũt etiam cod. qui habeãt, quidam enim nec unq̃ euacuationẽ integram pertulerunt, nec multis cibis sunt vsi:quidã contra,& multis vtuntur cibis, & euacuationibus sunt assueti.

tionibusq; & cataplasmatis,& balneis:quorũ singulorũ indicationes rursus ab ijs,quę antea dixi- E
mus,sunt assumendæ. Ita etiã,si qñ duo contraria accidentia cõsequantur,inspicere oportet, utrũ
eorum sit fortius. Eodem modo,si duo morbi eundem hoiem obsederint, qui inuicem pugnãtes
habeant indicationes:nã & tunc quoq; aduersus illum,qui magis vrgeat,instãdum,neq; alter oĩ-
no negligendus. Eas verò,quæ habentur ex accidentibus,& morbis indicationes, nõ simpliciter,
sed secundum causam,à qua singula fiunt considerandum:qualia sunt defectus animi, & dissolu-
tio:nã cõsueuere medici de vna re hæc duo nomina dicere. Est unum quidem res ipsa, cuius sunt
plures causæ:nam animo deficiunt,& ex choleris nominatis,& ex profluuijs ventris, & difficulta
tibus intestinorum,ac læuitatibus,& muliebri fluxu,& uulneribus,& sanguine per ora uenarum,
quas Græci hæmorrhoidas appellant,emanante,aut ꝑ superiora educto,aut per nares, aut alios
meatus:& ex enixarum purgationibus immoderatis. Nonnunquam uerò,& vehemens cruditas
animæ defectum attulit:& tunc præsertim,cũ uentrem supra modum soluerit. Et,qui bulimus ap
pellatur,nihil aliud est,quã animæ defectus. Omnem præterea,q̃ ex utero prouenit,strangulatio-
nem,defectus animi antecedit,sicuti ad vteri uersus superiora recursus, & ad latus inclinationes,
atq; inflammationes,plerunq; consequitur. Antecedit aũt morbum attonitum, & comitialẽ, cũ E
malignus existit,& dissolutiones,& syncopen,& tabem. Sed & in principijs febrium non admo-
dum paucarum aduenit,& tunc præsertim,cum supra modũ, aut siccum,& squallidũ, aut plenũ
immoderate corpus extiterit. A† Et nõnunquam etiam simul cum febre incendente,atq; maligna
inuasit: Et quibus extremæ corporis partes in principiis febriũ plurimum sunt refrigeratæ. Et qui
cunq; ob inflammationis magnitudinem vel hepatis,uel uentriculi,uel stomachi febricitant, his
etiam in principiis accessionũ nonnunquã animi defectus aduenium,illis præsertim, quibus hu-
mores crudi, & incocti redundant. aut qui aliquã præcipuã partem obstructam habeant. Animo
etiam deficiunt,quibus os uentriculi male affectum est,aut humorum vitio mordicatur: aut craſ
sis,uel lentis,B vel humidis,vel frigidis } humorib. aggrauatur. Quidã etiam in uehementibus ani
mæ affectibus animo defecerunt,sed præcipue senes,& qui alioquin sunt imbecilles: etenim plu-
res eorum tristati,aut lætati,aut irati,animo defecerunt. Sed & roridæ humiditates quædam ali-
quando his ita affectis haud in tempore superuenientes,animi defectum inducunt: sicuti,& q̃ ma
gis robusto sunt corpore,ex immoderatis studoribus idẽ patiuntur: Et,si absessus quispiam rum-
patur uehemẽter ei,qui non admodum robustis sit uiribus:ac tum præcipue, cum materia simul G
tota ad uentriculũ,vel ventriculi os,aut thoracem defluxerit: Et,si qñ etiam nos absessus secãtes
totum simul emittere pus tentauerimus,animi defectum subsequi est necessarium: Et,si quando-
que purgantes,aut clystere abluentes,aut quomodocunq; euacuantes, id aliquo modo uehemen
tius,q̃ oporteat,egerimus:neq; enim in morbo intercute tota simul superfluitas, q̃uis sit præter
naturam,potest sine noxa euacuari:sed tunc quoq; necessarium est hominẽ deficere animo. At
vero ex uehementia dolorum ueniunt dissolutiones,cum morsus quidam, ac tormina, aut ilei,
aut intestini crassioris affectus,subito accidũt. Sed & neruus percussus,& musculi caput animi de
fectum intulerunt,& maligna in articulis ulcera,omniaq; gangrænosa,& depascentia, & immo-
derata frigiditas,atque caliditas,uitalisq; roboris dissolutio. Hæ quidem sunt defectus animi cau-
sæ. Singulæ uero earum propriam curationem desiderant, & de omnibus quidem non contingit
nunc scribere:nam quæ passionibus assident,sine illis curari non possunt. Tantum igitur in præ-
senti sermone de ipsis dicemus,quãtũ quispiam de eis edoctus, possit iis,quę repẽte ingruunt,ac
cessionibus occurrere: Veluti ꝑ eos,qui ex choleris,& uentris profluuio,& multis aliis uniuersim
factis euacuationibus dissoluuntur, aqua frigida spargere oportet, & nares apprehendere, & os
uentriculi perfricare,ac iubere,ut euomant, stomachum irritando digiti, uel pennæ immissione. H
Sed neque malum manus,& crura alligare. Oportet autem nexus fieri plures, ac fortiores circa
manus,quando per inferiores partes fiunt euacuationes,quemadmodum quando per ora uena-
rum hæmorrhoidum sanguis profluit,aut uentris profluuia adsunt,aut cum per vteros exeunt in
mulieribus menstrua:nam,si tunc crura fortius ligentur,sæpius aliquid ad partes inferiores attra
hitur. Contra aũt fit in fluxibus sanguinis factis per nares, atque vomitibus, in quibus crura sunt
vehementius alligauda. Et quidem,quibuscunque in uulneribus sanguis emanat, eodem modo,
si ex superioribus partibus accidit,inferiores:si ex inferioribus,superiores,uinculis sunt astringẽ
dæ. Situm quoque aliquem in aduersum tendentem parti expedit inuenire, non tñ hoc multum
fiat:nã,si nimium tendatur,atq; ex hoc fatigetur,nihilo minus irritatur, q̃ si inclinaret ad eundẽ
locũ. In uniuersum autem,aut ad communia membris patientibus in aduersum retrahere opor-
tet,aut ad ea,in quibus est euacuationis origo. Atq; ideo vehementes euacuationes,quæ ex utc-
ris fiunt,cucurbitulæ iuxta mammas appositæ statim sedant:quæ uerò ex naribus,hepati,ac splc-
ni,secundum narem patientem:quòd si ex ambabus naribus subito, ac multus sanguis effluerct,
utriq; uisceri sunt adijciendæ. Vinum etiam aqua frigida temperatum curat eas, q̃ ex magnis fiũt
euacuationibus,dissolutiones,& tunc ꝑsertim,quando ad ventriculum fluunt humores. Sed ad-
uertendũ est,an aliquid sit,qd̃ prohibeat huiuscemodi exhibitionem: ueluti si aliquod unum ex

uisceribus

A† Et cum ardenti & maligna febre non nunquã simul inuasit ét eos, quibus extremæ corporis, &c. Nã de iis potius dét intelligi,qui in iuasionib. caussi maligni extremis corporis partibus refrigeratis,animi defectũ incurrunt,ut uiderelicet. pag. 99. c.

B† In exẽplari Stephani Athenien. hæc uerba non habentur.

A. li. 4. f. 4. t. 1 c. 48. f. 444. b

A. l. 3. f. 11. t. 2. ca. 8. f. 281. h

A viſceribus inflãmationẽ patiatur: aut caput vehementius doluerit: aut paſſio aliqua, q̃ delirare co
gat, affuerit: aut febris incendens in morbo crudo: magna. n. & quaſi inſanabilia ex potu uini in
huiuſcemodi affectibus nocumenta proueniunt. Quòd ſi nihil prohibeat, poſtmodum ægrotãtis
naturã, & conſuetudinem, & ætatẽ, & ambientis aeris temperaturam, diſtinguere oportet: ad hęc
enim reſpiciens, vel frigidum, vel calidum potum exhibebis. Nã, qui aſſueti non ſunt potare frigi
dum, aut manifeſte ex ipſo offenduntur, & quicunq; natura ſunt frigidiores, & q̣ in extrema ſunt
ſenectute, & loco natura degunt frigidiori, tẽpore hyberno, cauere frigidum oportet; at q̣ cõ-
trario modo ſe habent, hiſce intrepide offerendum eſt. Sit uerò uinum fluxionibus, quæ ad uẽtri-
culum fiunt, calidũ & tenue, quale Lesbium: in ſanguinis aũt fluxibus craſſum, ac nigrũ, & acer-
bum. Ipſis verò locis imponere oportet, veluti uentriculo, & vtero, & ſtomacho, & thoraci, quæ
corroborandi uim hñt: capiti autẽ, & fronti, præter hæc, illa ẽt, quæ refrigerant. Et, quibus in ſum-
A.ll.4.f.1. t.2.c.13.f. 421.c mis partibus, & in naribus vena aliqua dirupta eſt, medicamẽ aliquod ex ijs, quæ ſanguinem ſup
primere poſſunt, imponẽdum. Balneæ verò in fluxionibus quidẽ ad uentrem aptiſſimæ ſunt, ſan
guinis verò fluxum acriter irritant. Et, quicunq; ob ſudoris multitudinem animi defectum patiũ
B tur, ijs ẽt plurimum nocent: horũ enim adſtringere oportet, ac refrigerare, non laxare cutẽ: & ui-
num frigidũ præcipue his exhibere, & nihil omnino calidum offerre. Sed neq; etiã crura, ac ma
nus ligare oportet, neq; cogere ad uomitum, neq; vllo modo mouere: ac ventis refrigerantibus
aditum præparare: aerem quoq; domus alterare frigida, atq; aſtringente qualitate, myrtorum fo
liis, vitium capreolis, ac roſis, pauimentũ conſternentes. Nihil uerò horum confert, ubi ad uentrẽ
fluxiones fiunt: nam, quo magis cutem denſaueris, tanto ipſæ magis augẽtur. Ijs igitur, qui ex eua
cuationibus diſſoluuntur, ita confeſtim ſuccurrendum eſt: At, qui ex multitudine, non ita: uerum
in illis artus q̃ plurimum fricare oportet, calfacere, atq; alligare: à vino vero, & cibis abſtinendũ,
& balneis etiam, ſi febricitauerint: ſufficit autem, ſi eis dederimus melicrati potum, in quo ebulli-
uerit thymus, vel origanum, uel pulegium, uel hyſſopus: conuenit quoq; oxymel, {& ligare ac fri
care manus potius, q̃ crura.} Et, quæ etiam ex utero laborante exoluuntur, non aliter curandæ
ſunt, excepto oxymelite: fricare etiã atq; alligare magis crura oportet, q̃ manus. Et, quemadmo
dum in multo effluxu cucurbitas iuxta mammas imponimus, ſic, quibus ſurſum, aut in latus tra-
ctus eſt uterus, inguinibus & coxis adhibebimus. Et naribus quidem ea, quæ fędiſſimum odorem
habent: utero autem odorata, & ea, quæ laxare, ac calefacere poſſint, medicamenta afferemus. Si
C uero os ventriculi fuerit imbecille, atq; ideo animi ſequatur defectus, ea, quæ roborandi uim ha-
bent, oportet emplaſtra adhibere, quale eſt, quod fit ex palmulis, vino, farina hordei, croco, aloe,
ac maſtiche: madefacere autem ijs, quæ conſtant ex abſinthio, & oleo melino, & maſtichino, &
nardo, & œnanthe, & uino: Et, ſi ipſum æſtuet, miſcere ex refrigerantibus aliquid, veluti cucurbi
A.l.f.11.c. 2.ca.38.fol. 381.c tæ ſuccum, atq; lactucæ, & portulacæ, & ſolani, & ſereos, & vuæ acerbæ: hæc quidem non ſolum
refrigerat, ſed etiam aſtringit. Aqua etiam frigida æſtuanti ori uentriculi plerũq; prodeſt, ſi in tẽ-
pore detur, alioquin plurimum obeſt. Atq; ijs, qui ventriculi os imbecillum habẽt vinum calidũ
potius oportet exhibere, ſi nihil ſit aliud, qđ prohibeat. Plurimum uerò iuuat eos, qui ita laborãt,
etiam frictio extremorum. Quòd ſi ex his remediis nihil melius ſe habuerint, exæſtuantes, quidẽ
quã primum ad balneas ducere oportet: q̣ uerò aliquid frigiditatis ſentiunt, medicamẽ dia trion
pepereon nominatum, atq; ipſum piper ſolum, atq; abſinthium bibant. Qui verò ex uitioſis hu-
moribus os uentriculi mordicantibus diſſoluuntur, hos poſt aquæ calidę, aut hydrelæi potum fac
euomere: q̣ ſi difficulter euomãt, prius concalefacere, oportet, q̃ os ventriculi circunſtant, loca,
& manus, & pedes: q̣ ſi neq; hoc mõ poſſunt euomere, digitos aut pennas demittendo irritare o-
portet: q̣ ſi neq; ſic euomant, rurſus his oleum calidum, q̃ optimum exhibendum. Solet autẽ fæ-
D pius oleum non ſolũ ad vomitum irritare, ſed etiam uẽtrem molliorem facere. Eſt autem & hoc
præſentibus rebus, non parum vtile: quare niſi ſponte accidat, arte procurandũ eſt: præcipuè ve-
rò, & glandibus ſuppoſitis hoc tentandum eſt facere. Quòd ſi ex iſtis facilius fiat, etiam abſinthij
comam in melicrato decoquens ad potandum exhibeas, atq; deinceps vinum: ac omnibus mo-
dis membra oportet corroborare partim ijs, q̃ extrinſecus apponuntur, partim abſinthij potioni
bus. Non tñ id in principiis faciendum ſuadeo, ſed poſtea, quando partes, quæ circa aluum ſunt,
fuerint expurgatæ, quando vero adhuc humores in ipſis continentur, nondum adſtringere, ſed
tantum concalefacere (vt antea diximus) conuenit. Vbi vero multa pituita frigida in ore vẽtricu-
li fuerit aceruata, fouere quidẽ plurimũ oleo, in quo abſinthium ebullierit, poſtea vero etiã meli-
cratũ exhibere, vel hyſſopũ, vel aliquid ſimile infundendo, dandũ etiã oxymeli, aut piper, aut dia
trion pepereon, aut diaſpoliticon medicamen, & vniuerſum victus rationis caput incidendi vim
habeat. Quæ vero ex nimia frigiditate veniunt exolutiones, eodem modo curãdæ ſunt, quo buli
mi, omni modo calfaciendo. Vinum igitur eis exhibere oportet calida temperatũ, ac cibos, q̣ ca-
lefaciẽdi naturã hñt, fricareq;, ac calefacere ad ignem ſimul. Quæ verò ex nimio calore accidũt,
his, q̃ refrigerandi, ac corroborandi vim hñt, curãdæ ſunt, hæ vero maxime eueniũt iis, q̣ in aere
ſuffocante, ac balneo cõmorantẽ. Statim igitur ipſos corroborabis, ſi aqua frigida ſparſeris, & fla-

bellaueris ad uentũ cõuersos,& os ventriculi perfricueris,atq; agitaueris,ac postmodum vino ci E
boq; refeceris. At,qui ob inflammationis magnitudinem,aut vehementis febris malignitatẽ ani
mi defectum patiuntur,†& in principijs accessionum refrigerantur,his artus fricare fortiter,& ca
†In principiis accessionũ, & refrigerantur. lefacere,cruraq; ac manus alligare,ac uigilias,cibiq; & potus omnimodam abstinentiam,præci-
pere oportet. Optimum uerò in his,quid futurum sit,præcognoscere,atq; hæc ante accessionem
facere anticipare. Eos etiam,qui ex siccitate in principijs accessionum syncopam sunt incursuri,
optimum est præsidere: nam,si duabus,aut tribus horis ante accessionẽ exhibito cibo, manus ac
pedes constringi iusseris,non interibunt. Oportet autem cibos esse concoqui faciles,& uentricu
† Al. panis ex alica. lo aptos. Quòd si magnum imminere periculum fueris suspicatus,uinum dare anticipabis, uinũ-
que præsertim in alicam elixatam infusum: & si aliquid † panis loco alicæ exhibueris, idẽ valebit.
At,si mediocris syncopa expectatur,uino parcendum: sufficit enim tunc mala punica, aut pyra,
aut poma,vel aliquem alium fructum astringentem cibis admiscere: &,si ad hæc mediocriter tu-
lerint accessionem,cum rursus cibum obtuleris,non erit necessarium fructibus vti. Hæc quidem A. li.4.f.1: t.2.c.20.f. 422.f
facienda sunt,siquid futurum præuideris. At,qui ex inopinato in periculum inciderint,vinũ" ca-
lidum cum pane est exhibendum,& paululum aliquid cum eo alicæ calidæ. nam,si ijs, qui ita affe
cti sunt,amplius obtuleris,aut cibos difficiles concoqui,non modo syncopam patientur, uerum F
ẽt penitus strangulabuntur. At,qui aio deficiunt ex membri principalis obstructione, his oxy-
mel dare oportet: atq; ex hyssopo,origano,pulegio,& melle potum: cibosq; incidendi naturam
habentes,nam crassi,ac tenaces magnas in similibus afferunt noxas. Sed neq; deterius fuerit ar-
tus ꝑfricare,atq; alligare. Prodest etiam illis potibus uti,quæ vrinam ciendi uim habent,ueluti ꝙ
anethum,& fœniculum,& apium,& petroselinum,& ammi,& daucum, & spicã nardi recipiũt:
quæ vbi manifeste iuuerint,iam vino vtendum est albo,& tenui,non admodum antiquo. No-
sces uerò huiuscemodi obstructiones cum ex alijs inæqualitatibus pulsuum: tũ ex his præcipue,
quæ secundum magnitudinem,paruitatem,ac vehementiam,& debilitatem fiunt,vbi syndrome
id est concursus,quam plethoricam uocant,non adsit: nam istius quoq; communes sunt. Fiunt
verò & in huiuscemodi dispositionibus,cum vehementes fuerint,pulsus intercidentes. Hæc qui-
dem in libris De pulsibus à nobis latius explicantur: Nunc uerò transgrediamur ad eum fermo-
nem,qui superest de reliquis exolutionibus,veluti,quæ ex absessuũ diruptione,aut sectione cõ
tingunt,aut ex superflua euacuatione in ijs,qui aquam inter cutem patiuntur: confestim quidẽ
hi optimis odoribus fouendi sunt,paulo post aũt sorbitionibus concoqui facilibus sunt reficien-
di. Si uerò ob tristitiam,aut gaudium,aut timorem,aut iram,aut terrorem exoluãtur, odoribus, G A.l.1.t.d. 6.c.1.f.25. h.
& narium apprehensionibus sunt reuocandi,cogendiq; ad uomitum. Eodem pariter modo,qui
Al. ῥήγματι. rupus. ex vulneribus,aut purgationibus,aut doloribus,qui in articulis,neruis, & musculorum tendo-
nibus eueniunt,exoluuntur,statim sunt reuocandi: postmodum uerò conueniens passioni cura-
tio est afferenda. Animi verò defectus,qui intestini laxioris doloribus,aut ilei, aut similibus uehe
mentibus cruciatibus fiunt,ex patientium locorum cõcalefactionibus frictionibusq; extremo-
rum præcipue curantur. At,q̃ ex propria imbecillitate virium,quæ regunt corpus eueniunt exo
lutiones,ex intemperatura uidelicet factæ partium,de quibus vires proueniunt,contrarijs cura-
re intemperaturis oportet: frigidas quidem,concalefacientes: calidas uerò,refrigerantes: atque in
aliis eadem ratione. Virtus" igitur,quã vitalem uocãt,q̃ ex corde prodeuntem ostẽdimus,ex pul-
suum debilitate cognoscitur: At,quæ ex hepate oritur,ac naturalis dicitur,ex sanguineis egestio
nibus ab initio aquosis,atq; tenuibus,postmodum uero crassis ad modum fęcis. At, quæ ex cere
bro originem ducit,quam præcipue nonnulli animalem appellant,ex motuum uoluntariorum
imbecillitate deprehenditur. Sed de his quidem dispositionibus proprio tractatu separatim tibi
scribemus,permulta enim ab ipsis medicis sunt prætermissa.

Curatio capitis à varijs causis molestati. CAP. 15.

QVoniam uero sermonem de accidentibus hucusq; fecimus, rursus ad primum institutum re H
leamus,unam in omnibus communem intentionem habentes, causas nimirum,à quibus
fiunt eorum singula,considerare: hæ siquidem tibi conuenientem curationem indicabunt: Velu
ti si quis doleat caput,si quidem os uentriculi illi mordeatur, & fastidium sentiat, iubendum est,
vt euomat: nam vel bilem euomet,uel pituitam,vel vtrunq;. Quod si nulla insignis appareat in
ventriculo passio,considerandum,nunquid multitudo,vel obstructio,aut inflãmatio aliquarum
capitis partium adsit. Inuenies uero primum quidem,si interrogaueris, nunquid dolor per to-
tum caput extendatur,aut alicui particulæ fortius insideat: deinde nunquid cum grauitate, vel
tensione,vel mordicatione,vel pulsu. Nam,qui cum grauitate dolores fiunt,multitudinẽ osten-
dunt: qui aũt cum mordicatione,vel vaporis,vel humoris acritudinem: cum pulsu vero, inflam-
mationem: at cum tensione,si quidem sine grauitate ac pulsu, spiritus crudi, ac flatuosi multitu-
do: si uero cum pulsu,corporis membranosi inflammatio: at si grauitas adsit,multitudo intra mẽ
branas contenta significatur. Cum igitur omnia distinxeris,causam,ex qua horum singula fiũt,
cõsiderare oportebit: illa enim tibi modum curationis ostendet. Veluti si multitudo vaporis atq;

humoris

A humoris contineatur, aduertere oportet, nunquid ob magnitudinē febriū humores diffusi, ac ve-
luti efferuescentes ad caput ascenderint, an ꝑ ꝑ eius partis imbecillitatē, an ob totius corporis ple
nitudinē. Hanc. n. totius corporis euacuationibus haud difficulter curaueris: eū verò, qui ex partis
imbecillitate contingit, partim quidē in contrariū retrahendo per totum corpus, partim ipsi par-
ti remedia adhibendo. Ac retrahes quidem clysteribus acribus, & nexibus, & frictionibus in parti
bus inferioribus plurimis, &, si expedierit, aliquid ēt sanguinis abducendo. Partem aūt sanabis eo
tempore, quo ad vniuersum corpus retrahis, ijs vtens perfusionibus, quæ à capite uim repellendi
habent, ac deinde euacuantibus, postremo verò corroborantibus. Repellit aūt oleum, qđ omo-
tribes, id est immaturum, nominatur, aut tale aliquid simile: & quod oxyrhodinum, & rosaceum
vocatur, ipsum per se ipsum: & quæcunq; ex capitibus papaueris, & teneris oliuæ germinibus, &
hederæ corymbis, mentaq; viridi, & sisymbrio parantur. Vtendum uerò ipsis in *multitudine qui *Al. affectu.
dem crudiore, ac frigore, tepidis: in calidiore autem, & biliosiore, frigidis. Euacuat autem, atq; dis
soluit, & oleum calidum ipsum per se ipsum, magisq;, si antiquum fuerit, vel sicyoniū, aut anethū
in ipso ebullierit: nā multitudo humorum, qui non admodū sunt crassi, atq; tenaces, sufficienter
B per huiuscemodi euacuatur. Sed, & si spondylion, vel serpyllum intus decoxeris, aut pulegij co-
mā, vel calamenthi, vel menthæ, vel sisymbrij, ita etiam id, qđ crassius est, euacuabis. Hæc verò
ipsa virium ēt aliquid membris adijciunt, &, quæ debilia sunt, roborāt: utendum igitur ipsis dein
ceps vsq; ad integrā sanitatis restitutionē. Et, si oportuerit, per nares ēr & palatum expurgabis:
& sternutamenta excitabis. Et, si ad balneas hominē induxeris, siccis sindonibus caput est perfri-
candum, salq; & nitrum, & sinapi, sine oleo imponendum: Hæ quidem sunt ex particulæ debilita-
te doloris capitis medicinæ. At, qñ ex magnitudine febrium accidit, & medicamenta adhibere est
necessarium, frigidæ qualitates, ac vires, &, quæ ex hydrelæo, & oxyrhodino, & papauerum capi-
tibus constant infusiones expediūt. In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum, aut uomitum
decretorium significat, non sunt remedia quærenda: neq; enim accidens quoddam, sed bonum si
gnum potius tale quicquam est existimandum, sicut & multa alia, quæ ante crises cōtingunt: quæ
plurimis quidem terrorem incutiunt, bonum tamen quoddam ostēdunt. Optimum verò est pos-
se dignoscere, vbi corpus perturbaī, natura cum alias excretiones, tum præsertim uomitū, & san-
guinis fluxum moliente, quorum inseparabile indicium est capitis dolor. Diximus autē plenius
de hisce omnibus alibi: nunc verò, quantum poterimus primum seruantes institutum, breuiter
C de ipsis transigemus. Considera igitur primum quidē species febrium, si calidæ sunt, atq. urentes:
nam hæ per excretiones iudicari consueuerunt, quemadmodum, q̄ molliores sunt, ac veluti sub-
mersæ, diu durant, & sæpius feruntur in abscessus. Secūdo loco, si morbus sit ad salutem decliuis:
quis. n. bonā crisim in morbo pernicioso expectauerit? Tertio ad hæc, totius morbi tempus con-
siderandum: si enim principij, vel augumenti fuerit signū, nondum autem status, neq; concoctio
nis signa apparuerint in vrinis, vel sputis, vel alui excrementis, non expectandum est bonam fieri
crisim. Hæc sunt, quibus sperauerit quispiam morbū per excretiones crisim habiturum. Eius ue-
rò, quod iam instat, neq; iā etiam futurum est, hæc signa sunt. Difficilis quædam tolerantia oēm
crisim antecedit, &, si quidem in die crisis esse debet, noctu: si autem noctu, in die. Si igitur tale ali-
quid videas, considerandum est, quotus sit ægritudinis dies. Sunt enim, & qui ad crisim apti sunt,
vel paruo etiam motu à natura accepto multi vero in magnis motibus nequeunt oīno magnitu
dinem perturbationis inspicere nunquid sit secundum diei naturā. Nam septimus dies ēt ex par-
uo naturæ apparatu ad crisim per euacuationem mouetur: sextus uero magno apparatu indiget,
& sæpe neq; vlla in eo fit crisis: q̄ si fiat, neq; sine periculo, neq; fideliter accidit. Sic autem & vni-
cuiq; dierū aliorum quædam ineſt propria natura, quā vbi de diebus decretorijs agitur, definiui-
D mus. Age, iā sit dies pro magnitudine perturbationis. deinde oportet considerare, qualis erit cri-
sis. De alijs igitur nihil in præsentia dicere oportet. At, si uomitus, aut sanguinis fluxus ex naribus
futurus est (nam huiuscemodi crisibus unum diximus esse signum, dolorem capitis) ex his maxi-
me distinguere oportet. Primum quidem, si statim ab initio non inuasit, sicut quoddam ægritudi
nis accidens, sed in perturbatione, q̄ ante crisim fit. Secundo loco etiam, si ceruix compatiatur,
& hypochōdrium retrāctum sit, aut anhelitus difficilis repente superuenerit, thorace veluti angu
stiore facto. si enim post hæc omnia pulsus in tumorē subito elati, non reciderint in paruitatem,
neq; debiles facti fuerint, statim crisis expectanda est. Si uero non modo non deciderint, sed etiā
in altum attollantur, et uehementiam assumpserint, iā faciem ægrotantis inspicere oportet. Nā,
si aliqua ex ijs, quæ in ipsa sunt partibus palpitet: aut uenæ, q̄ sunt in temporibus, pulsent, aut ge-
na, uel nasus, vel oculus rubidior factus fuerit: magis etiam crisis expectanda est. Si uero, & inui-
ti lachryment: aut marmarigas, i. splendores uidere imagmentur: ac manus naribus veluti scalpē-
tes admoueant: tunc non iam fluxurum, sed iam fluentem sanguinem inspicies: nā, ubi semel, aut
bis scalpserint, statim erumpit. Neq: vero ex his perterrearis, si hominem desipientem, aut resiliē
tem inspexeris: nam & hæc humorum repentium ad partes superiores indicia sunt, quemadmo-
dum & anhelitus difficilis, & hypochondrium retractum, & collum simul cum capite aggra-

uatum. At tibi vnà cũ his indicio ẽt ſit deſipientia. Et hæc quidem ſufficere ſigna poſſunt. Sed ac- E
cedit quãdoq; & ægrotãtis ætas,& natura,q̃ ſpem magis cõfirmat,ac p̃terea anni tẽpus, & p̃ſens cõſtitutio. Nã,ſi ægrotus fuerit adoleſcẽs,aut alioq̃n natura calidus, aut multo ſanguine abũdauerit,magis adhuc de hoc ſperandum erit:&,ſi ẽt ſæpius antea,dũ ſanus eſſet,aut ægrotaret, ſanguis ex naribus fluere viſus eſt,hoc vel ſolũ ſufficit fluxus ſanguinis ſpem afferre. Si verò,& tẽpus anni æſtatẽ videris,vel nõ q̃dẽ æſtatẽ,alioquin tñ calidã p̃ſentẽ cõſtitutionẽ, nõne ex his aliquã indicationẽ aſſumes? Quòd ſi & plures eo t̃pe criſim ex ſanguinis fluxu habuerint,& hoc tibi ſpẽ vehemẽtius augebit:& ſi corpus plethoricũ extiterit,& cõſuetæ excretiones fuerint retẽtæ. Mihi q̃dẽ nõ modo nõ videt difficile eũ,q̃ tot,& talia habuerit indicia,futuri ſãguinis fluxus p̃reco gnoſcere,verũ ẽt abſurdũ,& magnæ imperitiæ,nõ p̃cognoſcere. Noſtri verò t̃pis medicorũ indiligẽtia ea admiraẽ,q̃ admiratione digna nõ ſunt:nã ſiue ex dextra nare ſiue ex ſiniſtra, fluxurus ſit ſanguis,nihil difficile ex nuper dictis p̃noſcere: plures verò medicorũ hoc nõ ſolũ difficile, ſed neq; omno poſſibile exiſtimãt. Tametſi has,& alias excretiones oẽs p̃noſcere licet, ſi hæc duo tm̃ cõſideraverimus,& vnde naturæ motus agaẽ,& in q̃ partem:nã,& quæ deficiunt adiuuabimus, & q̃ immoderate feruntur coercebimus,ſi iſta nouerimus: Veluti,verbi gratia,ſanguinis fluxus ex ſplene,magnæ cucurbitæ ſiniſtro hypochondrio ſuppoſitæ facile retrahunt:at,q̃ ex hepate p̃ F
deunt,dextro:&,qui ab alijs mẽbris,eadem rõne:nã ex vno de oĩbus colligere poteris,vniuerſale contẽplando. Quare & ego hoc in loco p̃ſentem finiã ſermonẽ: deinceps aũt de febribus, quæ ex inflammationibus accidũt,tibi tranſigã,deq; alijs paſſionibus,q̃ in ſingulis partibus corporis cõſtituũtur, Phlegmonæ aũt,id eſt inflammationes,à ueteribus uocabãtur,quæ ſunt veluti phlogωſεις,id eſt inflammina,vel incenſiones:à iunioribus aũt non oẽs:neq; n. herpetas,neq; eryſipelata,neq; tale aliq̃d quicquam inflammationibus annumerant: ſed uni tantum affectui ex calidis,qui fit cum tumore duro,atq; dolore pulſatili,hoc nomen accommodant. Non tamẽ adhũc ſolum febres,& dolores ſequi videmus,ſed ad oẽs ſimpliciter calidas,ac veluti efferuescentes paſſiones. De his igitur,atque alijs ſimilibus morbis ſequenti libro verba faciemus.

A.li.4.f.1. t.2.c.7.fol. 419.b

GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBER SECVNDVS.

G

ARGVMENTVM LIBRI.

Ratio curandi omnes præter naturam affectus, qui communi nomine Inflammationes dicuntur.

De generibus,ac differentijs inflammationum. CAP. 1.

DE ijs autem,quæ in ſingulis corporis partibus fiunt paſſiones,ò Glauco, deinceps dicemus,ab inflammatione incipiẽtes. Etenim ſæpius hæc fit, plurimasq; habet differentias,ex quibus omnibus ſolẽt febres contingere. Cõmunis ĩgitur in omnibus immoderata caliditas, & veluti phlogωſις, id eſt inflamen, vnde & phlegmones.i. inflammationis,nomen de ipſis efferre antiqui conſueuerunt. Propriã H
autem in ſingulis differentiam inuenies,ex qua eius ſpeciem agnoſces, & conuenientẽ aſſequeris curationẽ. Aliter.n.qui herpetes,aliter q̃ eryſipelata,atq; aliter,quæ phygethla vocantur,ac reliquas inflammationis ſpecies curabis. Itaq; hoc ẽt in loco antecedit ea facultas, qua poſſumus rectè agnoſcere paſſiones: tibiq; hoc primũ conabor ſcribere, oẽs ab initio diſtinguẽs inflãmationum differẽtias. Prima igitur inflãmationis differẽtia eſt, ſecundũ q̃ hanc quidẽ humidam,hanc uerò ſiccam,eſſe cõtingit: humidã quidem, quæ ex calida fluxione membrũ occupãte cõtingit: ſiccam verò,qñ nullo humore influente calor naturalis igneſcit. Hoc aũt vſque ad aliquid quidẽ ueluti febris eſt mẽbri: cũ uero iam ad immoderatã caliditatẽ, ac ſiccitatẽ peruenerit,corruptio,atq; extinctio oĩmoda fit. Quare neq; in plura ſecari põt,quẽadmodũ differẽtia altera,ſecũdum q̃ quoſdam influere humores particulæ dicebamus. Multæ.n.ſunt huius ſpecies; nã fluente ſanguine, altera: flaua bile,altera: ambobusq; ſimul humoribus,alia tertia. Et quidẽ in earũ ſingulis,uel iã putruit id,qd̃ influit,aut in mẽbro cõſtrictum putreſcit: & uel craſſum eſt, uel tenue: & uel optimũ,uel acre. Sanguine igitur optimo,ac mediocrem craſſitudinẽ obtinẽte ad particulam aliquam uniuerſim fluente,atq; ob multitudinẽ cõculcato, uehemens dolor arripit hoĩem,niſi membrum ſenſum omnino hebetem habuerit: pulſusque in profundo moleſtus accidit,tendiq; oĩno,ac contundi membrum apparet, & uehementem calorem perſentit adeo,

A.li. 4.f.3. t.1.c.1.fol. 451.d e. & c.2

ut

A vt comburi uideatur,& refrigerari desideret:talisq; rubor per summa uiget, qualis ex balneis ad uenit,aut ex igne,aut quouis alio modo calefactis.Hæc q̃dem passio totius generis nomẽ accipit,atq; Inflammatio nominatur,sicut multæ aliæ species nomẽ generis accipiunt: fitq; assidue ex omni ferè occasione.Nã & vulneribus,& cõuulsionibus,& cõtusionibus,& diruptionibus,& defatigationibus ob exercitationẽ, & exarticulationibus,atq; fracturis,& spõtaneis vlcerib. aduenit:& p̃ter hæc oĩa,q̃n ad immoderatã humorum repletionem venæ pertingunt,tunc superfluum effundunt ad aliq̃ partem,quæ eo t̃pe recipere apta sit.Omnino autem hæc reliquis omnibus est imbecillior,vel rarior,aut ad attrahendum paratior,vel immobilior, quacunque causa fuerit ad has ꝓducta dispõnes:neq;.n.de hoc dicere ꝓposuimus.Flaua uerò bilis,quando sui seruãs naturam vnà cum sanguine per totum corpus defertur,morbũ facit, q̃ Icteros, id est regius, appellatur.Sola verò,quãdo secreta est,& in aliquo membro consistit,Herpes vocatur. Si quidẽ crãssa sit secundũ substantiam,totam exulcerat cutem vsq; ad carnẽ suppositam:atq; hunc affectum Hippocrates nominat Herpetem exedentem.Si verò tenuior fuerit, id, quod in superficie est,tm̃ veluti deurit:atq; hæc species generis sortitur appellationẽ,cum simpliciter, & sine additione,Herpes vocetur.Nam ex duabus alijs speciebus,q̃ quidem nuper dicta est, Herpes exedẽs nominatur:reliqua vero altera,miliaris,qm̃ in hoc affectu pustulæ paruæ, ac multæ per summã cutem similes milijs excitãtur:fit aũt Herpes huiusmodi ex bile quidẽ,& ipse,sed minus calida,&
B acri,q̃ sint priores.Quòd si ex sanguine,& flaua bile calidioribus,q̃ oporteat,mista fluxio fuerit: vel ex sanguine q̃dem,sed feruescente,& tenuissimo secundum substãtiam,Erysipelas passio vocatur,multo inflammatione calidior,magisq; colorem flauum repræsentans:Et si tetigeris, facile sanguis subterfugit,rursusq; illabitur exquisite tenuis,& aspectu rubidus. Nõ tamẽ dolet hoc, veluti inflammatio:neq;,vt aliqua inflammationis species,pulsum,aut cõpressionem, aut tensionẽ inuenit similẽ:sed quandoq; valde parum infestat,ac tum præsertim , quando per solam cutẽ diffusum fuerit,nihil inferiorem carnem molestans:& tale sæpius accidit, atq; hoc est exquisitũ erysipelas.Quemadmodum,quod attingit subiectam carnem,neq; ex uere tenui fluxione consistit,neque tm̃ est erysipelas,sed iam dispositio permista ex erysipelate,atque inflãmatione. Exuperant aũt in ipsa quandoque & ꝓpria erysipelatis accidentia,atq; hic affectus à iunioribus medicis erysipelas inflammationis participans,nominatur:nonnunq̃ uerò inflammationis, & tunc ipsum nominant inflammationem erysipelatis participantem.Quòd si neutrius accidentia manifeste obtinuerint,sed æqualia apparuerint,tunc erysipelas atq; inflammatio misceri dicũtur.Exquisitum igitur erysipelas cutis solius passio est,non tamen ipsa inflammatio partium tm̃ cuti sub-
A.li.4.f.3. t.1.c.1. fo. 451.d C iectarum,sed harum quidem præcipue,nonnunq̃ uero etiam cutis. Et est ipsa quidem dolorẽ afferens nihilo minus,q̃ altera,pulsus tamen ei deficit.Cum" vero sanguis influens calidus sufficienter extiterit,& crassus,quodcunque membrorum subito occupauerit, hoc comburendo facit vlcus cum crusta:quicquid uero circumiacet,in inflammationem leuat, efferuescentem graui-
A.li.3.f.3. t.1.c.6.fol. 221.g terq; dolentem:uocatur autem Antrax,i.carbo,huiusmodi passio.Cum uero sanguis influẽs niger extiterit crassusque,ac fæculentus,ac feruens,qualis,quem antea diximus: simul autem,& sanies nõnullas tenues admistas habuerit: pustulas quasdam per summa cutis excitat, similes ijs, quæ ex igne fiunt,quibus diruptis crustosum sub ipsis vlcus inuenitur : hocq; etiam Carbo est. Inflammationis quidem species tot sunt secundum ipsam passionis diuisæ naturam .Multas vero quispiam prætermissas putaret, deceptus multitudine nominum veluti à Græcis bubonas, phymata,phygethla,ophthalmias,synanchas,peripneumonias,pleuritidas, & multa alia similibus appellationibus dicta:hæc enim oĩa inflammationes quædam sunt,in prioribus comprehensæ speciebus.Singula uero diuersa sunt sortita nomina,quoniam,qui primi ea imposuerunt, uno nomine,& passionis ipsius,& patientis particulæ compositam intelligentiam interpretari uolue
D runt.Sunt enim bubon, phyma,& phygethlon,partium laxarum(quas glandulas,id est adenas, vocant)passiones; Bubon quidem inflammatio:Phyma autem,quod statim augetur,atq; ad suppurationem festinat.Phygethlon autem est,id quod erysipelas particeps inflammationis, aut inflammatio erysipelatis nominatur.Sic autem* & Ophthalmia eius membranæ,quæ corneæ inhęret,est inflammatio:Pleuritis autem eius,quæ latera succingit; Synanchæ autem faucium: Peripneumonia uero pulmonis:eademq; in singulis ratione.Eas igitur,quæ sunt in partibus apparẽtibus inflammationes,promptum est cognoscere:quæ autem in occultis, & febres afferunt omnino,non æque discernuntur.At mihi videtur mente egere perspicaci eiusmodi agnitio,ac præterea peritia naturæ membrorum,quam ex sectione simul, & exquisita scientia operationumq; atque vsuum comparamus.De his quidem in alijs tractatibus diximus.Nunc verò non datur de his sermonem adiungere,quando tibi repente peregrinandi necessitas ingruat. Quo pacto vero quispiam eas optime curet inflammationes,quæ in apertis partibus constant, hoc tibi primum transigere satago,principium sumens ab ea passione,quæ plurimum fit, atque idcirco totius generis affert appellationem.In qua hoc in primis considerandum existimo,quod & in alijs omnibus magnam vim habet,ut morbi occasionem inueniamus.

De

De cauſis inflammationum, ac de communibus indicationibus illarum curandarum. CAP. 2. E

Est igitur una quædam apparentium inflammationum occaſio, quę non admodũ occulta eſt, quæ Fluxio appellatur, niſi qñq; illis coniungantur, q̃ aliqua alia ex cauſa euidẽti factæ uidentur: qñ enim nulla ex ijs præcedente membrum cõfeſtim patitur inflammationẽ, ea, quæ hãc paſſionẽ cauſa generat, rheuma, id eſt fluxio, uocatur: ipſa verò paſſio, diſpoſitio rheumatica. Oportetq; in his inflãmationibus principia curationũ optima fieri: nã q̃ in ipſis errata contingunt, difficulter ſanabiles, aut oĩno inſanabiles, faciunt diſpoſitiones. Sũt aũt hæc duo maxime errata, ſi nulla de toto corpore prouidentia habeatur: & ſi calefiat atq; humectetur ẽt mẽbrũ. Hæc verò duo medicorum pleriq; delinquunt, nonnulli quidẽ à Methodicorũ hæreſi perſuaſi, & inflãmationes oẽs eſſe paſſiones aſtrictas exiſtimãtes, quas laxare oporteat. Sũt verò quidã, qui ſine ratione, atque vlla cõſideratione iſtos ſequũtur, unã excuſationẽ ad male agendũ habentes, cũ multis delinquere. Sed neq; ex Dogmaticis medicis quiſpiã, neq; ex Empiricis ita ſenſit: ſed, qđ & rõ, & experientia ſuadet, totũ quidẽ corpus euacuare congruis euacuationibus conſulunt: Ipſam verò inflãmatam partẽ perfundere, ac ſuperlinire eis, q̃ id, quod influit repellendi vim hñt: id verò, quod in membro patiente continetur, euacuandi: vim autem, ac robur adiungendi ijs, quæ iam affectæ ſunt, partibus. Ad quæ verò inſpicientes oporteat euacuare, iã & antea diximus: ſed & nunc breuiter cõmemorabimus, ut in ſequentibus memoria ſeruata, nõ ſit neceſſarium in ſingulis paſſionibus eas, quæ euacuationes indicant, audire contentiones. Aetatẽ igitur, & tempus anni, & regionem, & præſentem conſtitutionem, & eius qui afficitur, robur, habitũq́e, & conſuetudinem, atq; ipſam ægritudinis naturam diximus conſiderandam: ex his enim, qñ euacuare, vel non euacuare oportet, & unde, & quomodo, inuenitur: Veluti in ea, de qua nunc agitur, diſpoſitione, ad genu fluxus deferatur, atq; hoc ſubito plurimum attollatur: tibi uerò totum corpus plenum ſanguine appareat, & ualida laborantis vis, tempus autem anni ſit ver, regio temperata, æger verò ſit adoleſcẽs, aut iuuenis: is ſanguinis euacuatione ex ſuperioribus partibus indiget. Oportetq́e incidere eius in cubito venam, aut ſcilicet interiorem, aut mediam: ſi verò aliqua pars ſuperior pateretur, per inferiora ſanguis eſt educendus: ſemper enim fluxionis motum ad contrarium retrahere expedit. Atq; emplaſtrum apponendum eſt" ex ſemperuiuo, & corticibus malorum punicorum in vino decoctis, & rhu, & farina hordei cõpoſitum: hoc enim in talibus optimum eſt, atq; ad omnia, q̃ facere intendimus efficax: repellit enim id, quod influit, atq; id, quod cõtinetur, exiccat, & mẽbra circũſtantia corroborat. Millecq; alia medicamina eodẽ modo cõponere licet, quorum cõpoſitionis viam, ac modum in libris de medicaminibus didiciſtis. Vnde ego quoque in ſingulis unum aliquod tibi ſubijciam, futurum tibi, & monumentum, & exemplum eius, quæ in alijs eſt, facultatis. Si quidem non admodum doleant, talibus utendum eſt: cum magno autem dolore fluxu incidente, nõ ſic oportet, neque aquam calidã neq; oleum, neque farinæ triticeę cataplaſmata afferre: hæc enim omnia diſpoſitionibus rheumaticis aduerſantur, quamuis ab initio aliquid iuuare uideantur. Sufficit autem in huiuſcemodi affectibus uehementiam doloris mitigare aliquo ex ijs, q̃ ex paſſo, & oleo roſaceo, & pauca cera, q̃ in utroq; ſit liquefacta, conficiunt. Oportet autem hæc lanis excipere ſordidis, quæ plurimum œſipi habent: & æſtate quidem frigida, hyeme autem tepida apponere: Sic etiã cataplaſmata ex arnogloſſo, lente, pane, & roſaceo oleo adhibere: paulo autẽ ſupra patientes particulas apponere ſpõgiam uino acerbo intinctam, aut aqua frigida: melius verò fuerit, ſi parum aliquid aceti adiungatur. Quòd ſi hæc cura inſigniter profuerit, neq; alicubi pus ſe oſtenderit, emplaſtris, quæ ad fluxionẽ mollia parãtur, eſt utendum. Optima uerò ex ijs ſunt, quæ exiccandi, & repellendi, quod fluit ſanguinis, ſine dolore vim habent: quemadmodũ ea, quæ uehementer intendunt, atque idcirco dolorem afferunt, plus doloribus obſunt, quam exiccando proficiunt. Tale igitur oportet eſſe medicamen, quale nobis in vſu eſt, quod ex chalcite conſtat oleo roſaceo diſſolutum: ſi verò lanã mundã uino acerbo madefeceris, & exterius appoſueris, plus iuueris. Quòd ſi pus ſe in particula oſtenderit, cataplaſma imponere oportet ſemel aut bis: plus verò in præſentibus iuuat farina hordeacea: adiungendum tamen in his aliquid uel aceti uel uini. Et poſt, q̃ ſecueris, & pus euacuaueris, cauẽdum eſt deinceps, ne oleum aut aquam imponas. Et, ſiquando vulnus abluere, aut abſtergere oporteat, melicrato uel oxycrato, & uino & mulſo utendum. Superponendum verò ſi adhuc inflammetur, ex lente cataplaſma: ſi uerò ſine inflammatione fuerit, aliquod ex ijs medicamentis, quæ emplaſtica uocantur: quibus in huiuſcemodi ſectionibus vti conſueuimus, & præcipue eo, quod ex chalcite conſtant. Apponenda verò ſuper hæc extrinſecus ſpongia, aut lana vino acerbo perfuſa, q̃ ſi acerbum non affuerit, tanto aceti aqua temperanda eſt, ut adhuc potari poſſit, atq; hac intingere oportet. Sunt verò, & ad hoc opportuna ea vina, quæ aliquid aquæ marinæ reijciunt: & tu quoq; vbi ſit opportunum, potes conficere permiſcendo ſalei, quod affuerit. Vulneri autem nullum ex medicamentis, quæ oleoſa ſunt, apponẽdum, quale eſt macedonicum, & quod tetrapharmacum nominatur; nam exquiſite exiccare expedit. Ita quidem ſanare oportet, quæ ex fluxione fiunt, inflammationes. Quæ verò alia ex cauſa fiunt, humectare, & calefacere nihil prohibet. Et, ſi ad ſuppuratio-

A.l.4.f.3.t. 1.c.3.fol. 452.a

A ſuppurationem perducere volueris,cataplaſma ex farina triticea,q̃ in oleo atq; aqua ebullierit, apponendum. Et,ſi quando ſcarificare oportuerit,neque hoc verendum eſt. Si verò eas, quæ ex fluxionibus fiunt inflãmationes ſcarificaueris,magnũ afferes malum,ac per initia p̃ſertim. Nã, quæcunq; ex ipſis longioris t̃pis exiſtentes,poſt totius corporis vacuationem, atq; aliã opportunam curationem,quaſdam durities atq; nigrities in mẽbris habent derelictas,his ſanguinẽ auferre nihil abſurdum eſt:neque enim amplius hæ inflammationes exiſtimandæ ſunt, ſicuti neq; eryſipelas,quod iam liuidum eſt.Etenim,& hoc per initia quidẽ infrigidandum eſt, tunc præſertim,cum ſine manifeſta occaſione factum fuerit:q̃n verò iam illi deerit feruor,& ſcarificare conuenit,atq; emplaſtrum ex farina hordeacea calida,& ceratum,& aliud aliq̃d medicamen ex diſſoluentibus,apponendum.Non tñ ex vena in talibus ſanguinem mittere neceſſe eſt, ſed vẽtrem tantummodo expurgare ſufficit:dandum autem medicamẽ,quod bilem flauam educat. Si verò paſſio parua fuerit,neque hoc facere eſt neceſſarium,ſed ſufficit clyſtere acri vti.Quę verò ex vlceribus fiunt eryſipelata,& quæcunq; adeo manifeſtas cauſas habẽt,ſi ſtatim uolueris cataplaſma apponere ex farina hordeacea,& p̃ſertim ſi antea ſcarificaueris,nihil nocebis.Inflammationibus verò,quæ cũ eryſipelate cõiunctæ ſunt,& eryſipelatis cum inflãmatione iunctis,miſta,quãtum fieri põt,curatio eſt adhibenda,ſemperq̃; illi,q̃d magis ſuperat,reſiſtendum. Et eorum quoque,quæ Bubones,& Phymata,& Phygethla à Græcis dicuntur,ſimilem ijs,quę in alijs partibus
B ſimiles accidunt diſpoſitiones,curationẽ oportet adhibere,præter q̃ in partibus, q̃ acriora medicamenta in eiſdem affectibus poſſunt tolerare,quemadmodum laxiores partes, quas adenas vocant.Herpetas autem,quantum ad totius corporis euacuationem attinet, vt eryſipelata, curare oportet:quantum vero ad patientem particulam,non omnibus ſimilis curatio adhibetur.Nam, qui exedentes ſunt,refrigerari quidem deſiderant ſimiliter alijs herpetibus,& eryſipelatis:non tñ ea ferunt medicamenta,quæ præter id,q̃ refrigerant,ẽt humectare natura apta ſunt, ſed ſola admittunt refrigerantia,quæ ẽt maxime poſſunt exiccare.Non igitur vel lactucam , vel polygonum,neq; ex ſtagnis lẽtem,aut paluſtrem lotum,uel anthylion,vel pſylion,vel portulacam, vel ſerin,vel ſemperuiuam,vel tale aliquid,quod refrigerare poſſit,atq; humectare,apponere oportet,quæ eryſipelatibus erãt opportuna:neq; vnquam ſpongiæ fidas frigida aqua perfuſæ : neque ſolano,quamuis refrigerandi atq; una exiccandi vim habet,ſed mediocrem.Cum igitur maiorẽ, q̃ ſolano adſit,expetunt ſiccitatem,ſuperimponere ipſis oportet ab initio q̃dem ex uite capreolos,& folia rubi,& rubi canini,& arnogloſſi.Poſt hæc verò,& lens adiungenda,ſi oporteat, & aliquando mel,& farina hordeacea,&,quod antea ſcripſimus ad inflammationes, quæ ex fluxione
C eueniunt, cataplaſma,dempta ab eo ſemperuiua.Ipſa vero loca exulcerata inunge medicamentis,q̃ ad herpetas in libris,qui Pharmaceutici dicuntur,ſcripta ſunt:multa vero huiuſmodi apud oẽs inueniuntur,plurimaq̃; ex his ad figuram paruorum circulorum formãtur.Et,vbi uti uolueris,ex paſſo liquefacere oportet:q̃ ſi paſſum non affuerit,uino tenui,& albo, & ſubadſtringente, quale eſt Falernum,& Maſſilioticum,& Sabinum,& Adrianum,& Arſynium,utendum eſt: cauendum tñ,ne ob antiquitatem,aliq̃ contraxerit in guſtu acritudinem. Et,ſi poſca aquoſa loco horum aliquãdo vſus fueris,nil deterius feceris.Iam vero in longum tempus protractis vlcerib. neq; paſſo circuli parui ſunt diluendi,neq; poſca adhuc aquoſa ſit:& uina, q̃ ſunt adſtringentia, ſufficiẽter cõueniunt,præcipue q̃dem nigra:&,ſi ea non affuerint, alba. Medicamina autem in hoc tempore ipſis p̃cipue ſunt accommodata,& quod Polyidæ uocatur,& Paſionis, & Muſę,& Andronis,& quæcunq; alia his ſimilia ſunt.Herpetas vero,qui ſumma tantummodo exulcerãt, niſi diu p̃durauerint,nullo horum inungere oportet,†comburunt enim fortiter,}& vehemẽter exiccant:verũ iſtis ſufficiunt,quæcunq; vim glaucij habent,medicamenta. Diluere autem maxime quidem aqua;q̃ ſi nil p̃fecerit,etiam acetum adiungere oportet:q̃ ſi etiam ſolani ſucco intin
D xeris,aut arnogloſſi,plus etiam proficies.Summatim uerò hæc te cognoſcere oportet,quòd omne vlcus,ſiue ſponte,ſiue ex accidenti,ſiue ex vulnere factum fuerit, exiccari deſiderat,medicamento(vt inquit Hippocrates)non aſpero,* hoc eſt,non mordente,neque uehemẽter irritante, præterquam ubi malignum,& cum putrilagine fuerit:talia enim acriora expetunt medicamina, & quę ignis uires habent,quale eſt miſy,& chalcitis,& arſenicum,& calx,& ſandaracha;etenim non aliter,quàm ignis adurunt medicamenta huiuſmodi: ſæpius uero , ubi iſta ceſſerint , ipſum ignem adhibemus. Quapropter & ijs,qui Carbones appellantur,ſuper ipſam cruſtam, ubi præcipue particula putrefit,huiuſcemodi medicamentorum natura eſt conueniens. Non tamen circumiacentia tangere expedit,ne te ipſum lateas eas exulcerans,quæ minime expedit,ſed antedictis circulis paruis utendum eſt, qualis eſt, qui Andronius nominatur. Si quando uero rubor inualuerit,& multa phlogoſis,medicamentum paſſo diluendum , vel arnogloſſi ſucco . Si uero magnus ſit tumor,uino quidem acerbo in principio,poſtmodum vero , & aceto . Cataplaſma etiam ex orobi farina , & oxymelite confectum apponendum : atque ante hæc ſtatim ab initio tantum ſanguinis auferendum , quantum ſufficit , niſi aliud prohibuerit. Hæ quidem ſunt paſſionum per genera curationes: quæ pro naturæ inſtrumentorum patientium varietate mutantur.

*Cũ Falernũ & Maſſilioticũ fuerint alterius generis,forſan loco ipſorũ legẽdum eſt Tyburtinum, & Marſium, nã, & apud antiquũ interpretẽ ea uox Falernum deſideratur.

†In aliquib.codic. antiquis græcis legitur, ἐσι γὰρ ἰσχυρὰ. i.ſunt enim fortia.Lib. De Vlcerib.non longe à principio.

tantur. Quatuor verò sunt ab his indicationes, ab eorum temperatura, à formatione, à situ, atque E
à virtute. A Temperatura quidem, si nonnulla quidem ex ipsis natura sicciora sunt, nonnulla autem humidiora: quædam frigidiora, quædam calidiora existunt: Et secundum coniugationem humidiora, ac calidiora, uel humidiora, & frigidiora: vel sicciora, & calidiora, uel sicciora, atque frigidiora: aut ex toto tẽperata. Oportetq; in curationibus intentionẽ hũi ad membri naturam: hæc.n. quousq; infrigidandum, aut exiccandum sit, docet. Nam, si carnosæ partes inflammationem patiuntur, paulum exiccandæ sunt: uenosæ quoq; quãuis sint carnosis sicciores, non tamen & ipsæ multũ exiccari desiderant. Sed, quęcunq; natura arteriosæ sunt, magis venosis sunt exiccandæ, atq; his amplius neruosæ, & multo magis his cartilaginosæ, & osseæ: nam prius, quàm ad propriam naturam particula redeat, nondum curationi impositum esse finẽ arbitrandum. Ad siciorem verò temperaturam reducunt, quæ natura sicciora sunt: & ad frigidiorẽ, quæ frigidiora, & secundum alias qualitates eodem modo: ad mediocrem verò referunt, quæ sunt in singulis mediocria. Sic q̃dem partium temperaturæ passionum variant curationes: At Formationes hoc modo: nam quædam ex ipsis intus habent spaciositates, quædam extrinsecus, quædã utrinque, quædam neutra parte. Veluti ex simplicibus arteriæ, ac venæ, & nerui, quæ quidem sunt in artubus seu membris extremis, quæ græce cœla dicuntur, intus: quæ verò intra peritonæum, utrin- F
que, Nerui autem, qui in membris extremis sunt, neutra parte: qui verò intra peritonęum, ex altera parte. Viscеribus autem ferè omnibus intrinsecus atque extrinsecus sunt magnæ spaciositates. Ac præterea caro ipsa, pulmonis quidem, spongiosa. contra verò renum, densissima: & post hanc, hepatis caro: splenis verò caro, quanto densior est carne pulmonis, tanto hepatis carne rarior. In omnibus igitur his, quæ neutra ex parte habent cauitates, quæ superfluum fluxum excipiant, fortiter exiccare oportet, quamuis nõ fuerint natura sicciores, sicuti nerui, & præcipue illi, qui sunt in membris extremis. Sed, quæ intus, & extra aliquid inflammationis possiunt relaxare, non multum huiuscemodi fortiter exiccantibus egẽt, si præsertim laxã carnẽ habuerint, quem admodum pulmo. At ex Positu indicatio, neq; ipsa negligenda est: nam, per quæ euacuare oportеat, atq; qũo, ipsa præcipue demonstrat. Fluentium igitur adhuc humorum, Antispasis, id est re-
Iib. De Hum. à principio. tractio, sic.n. Hippocrates" nominat: eorum autem, qui iam membrum obsederunt, Parocheteusis. i. deriuatio, medela est. Vtrũq; autem euacuationis genus per communes venas fieri præcipit. Veluti in locis muliebribus retrahes, si eas, quæ in cubito sunt, secueris venas, aut iuxta mammas cucurbitas apposueris, uel manus concalefeceris, & fricueris atque alligaueris: Deriuabis autem, G
si eas, quæ in poplitibus, aut talis sunt, venas diuiseris, & cucurbitas coxis applicueris, & crura calefeceris, ac perfricueris, atque alligaueris. Et, si quidẽ in parte dextra locorum muliebriũ passio fuerit, à dextra manu, aut crure detraxeris sanguinem: si verò in sinistra, à membris, quæ illi
1. de Rat. uict. i ac ut. 29. 113. d Et alibi sæpe. è directo sunt. Quòd enim ab ipso Hippocrate" Cat'ixin, dicitur, hoc ipsum est secundum rectitudinem. Inferiores autem venas incidere oportet: hæ enim viciniores, magisque è directo sunt patientibus membris. Nam si splene inflammationem patiente, sanguinem vis euacuare, interiores in manu sinistra venas secato: & si hepate, eadẽ ratione in dextra: Siquid verò ex superioribus inflammationem habuerit, veluti in his affectibus, quos Græci synanchas & ophthalmias vocant, & quicunque alij capiti aduenerint, eas, quæ extrinsecus sunt, atq; è directo. Patientibus verò mẽbris extremis, à coniugibus euacuatio faciẽda est, siue retrahere velis, siue deriuare, pterq̃ vbi passio sit inueterata: tũ.n. à mẽbro ipso patiente detrahimus. Sic igitur in synanchicis eas, q̃ sub lingua sunt, venas incidimus, qñ iã totũ corpus vacuũ se nobis obtulerit, passio verò diuturna. Sic & hepati, & spleni cucurbitulas applicamus. Sic & aliud qd̃libet patiẽs membrũ scarificamus, si non amplius humores influant (tũc.n. magis irritaueris, ac malũ duplicaueris) sed qñ iã to- H
tum corpus expurgatum fuerit, neque iam aliq̃d influit, aliquid verò, qd̃ pridẽ influxerat, in mẽbro contineatur. Et quidẽ laborantibus gibbis hepatis partibus, q̃ p̃ vrinã trahere oporteat: concauis aũt per excretionẽ inferiorẽ: situs ipse viscеris indicat: atq; etiam thoracẽ, & pulmonẽ per tusses expurgare: ventriculũ aũt, & stomachũ per vomitus: intestina aũt per inferiores excretiones: quẽadmodũ, & splenẽ, & renes per vrinas, locos aũt muliebres per menstrua, cerebrum autẽ atque eius membranas per palatum, & gargareonem, & nares, & aures. Sed, quòd & ijs, quæ in superficie sunt, partibus talia medicamenta apponere oporteat, qualibus eget passio: ijs vero, quæ in profundo sunt, & quas per multa interposita debent eorum virtutes attingere: non qualia nunc sint, sed qualia futura sint, ex situ membrorum agnoscimus. Quare, siue medicamentum est ex ijs, q̃ extrinsecus apponuntur: siue ex ijs, quæ comeduntur, aut bibuntur: non præsens eius uis considerанda est, sed qualem obtinebit, qñ ad membrum affectum peruenerit. Ob hęc igitur, quæcunque in pulmonis inflammationibus extrinsecus thoraci applicantur medicamenta, ualde fortiora atq; acriora natura sunt, quàm si ipsa viscеri patienti apponerentur: quod enim permultorum corporum media membro patienti est occursurum, omnino exoluitur, & viribus deficit, si ab initio fuerit imbecille. Tantum igitur aduentitij roboris adiungere oportet, quãtum in trãsitu amittitur, ut, quod relinquitur, ęquale remaneat ei, quod tactu iuuat. Ob id igitur in thora-

cis

A cis inflammationibus, quæ in parte ſumma conſiſtunt, ea, quæ ſolum elaxare poſſunt, ſufficiunt, intrinſecus autem, ſicuti in membrana ſuccingente, acriora ſunt neceſſaria. Et de ſplene etiam, atq; hepate, omnibusq; viſceribus intra peritonæum ratio eadē. Sæpius enim ex medicamentis impoſitis vlceratur cutis, quamuis durior minusq; ad patiendum habilis, quam viſcera. Et, ſi ipſis uiſceribus medicamenta applicare poſſemus, quibus ſubinde indigent, tanto molliora eſſe oporteret, quanto, & ipſorum natura facilior affici: Et quidem oĩa, quæ comedere uel bibere iubent, medicamenta viſcerum paſſionibus opitulantia, hæc muſto acriora, ac potentiora viribus eſſe conuenit præ ijs, quibus indigent mẽbra morbis affecta: exceptis illis, quæ & vẽtriculo, & ſtomacho auxiliantur. Hæc.n. ſola talia exhibentur, qualia à paſſionibus exiguntur: reliqua verò omnia acriora, ac viribus potentiora ſunt, eaq́ue præſertim, quæ vel retum, vel pulmonis occaſione dantur. Conſidera itaque, quot numero partes pertranſire oporteat id medicamen, quod ad pulmonem ſit peruenturum: primum quidem os, & fauces, & ſtomachum: deinde & ventriculum ipſum, & quædam ex tenuioribus inteſtinis: deinde eas, quæ ſunt in meſenterio, uenas: deinde eas, quæ in cauis partibus hepatis: ex quibus ad eas, quæ in gibbis ſunt, tranſumptum, hinc ad concauam peruenit venam: poſt quam ad cor: & deinceps hoc modo ad pulmonem. Neque negare
B poſſumus, quin in ſingulis partibus his, quibuſdam admiſceatur humoribus, ac quandam tranſmutationem, atque alterationem pro natura viſceris capiat: quare, quod de eius virtute relinquitur, minus omnino eſt atque imbecillius, quàm ut membrum affectum iuuare poſſit. Quæ igitur à ſitu partium indicatio ſumitur, tantum curationem euariat. Quę verò à Virtute, quantum nunc dicturus ſum. Quoniam ex partibus corporis nonnullæ ab influentibus uirtutibus gubernantur: quædam verò à propriis atq; natiuis: atq; ex his ipſis quædam ſibi duntaxat, quædam etiam alijs, fons & origo ſunt quarundam virtutum: & aliæ quidem opus habent peculiare, aliæ autem commune: permutare opus eſt curationis formam pro ratione earum, quas diximus, differentiarum. Nam pleraq; ex remedijs, morbum quidem finiunt, ſed natiuas membrorum virtutes offendunt, quæ quidē offenſio ad totum corpus pertinet. Quod dupliciter fit, quatenus aut uiſcus illud alicuius virtutis eſt origo omnibus partibus communicatæ, aut ipſius opus toti corpori utile eſt. Hepar enim, cor, cerebrum, & teſtes communia uniuerſo corpori principia ſunt virtutum: uentriculo autem, atque locis muliebribus propriæ inſunt virtutes nulli alteri parti communes: opus tamen ventriculi quidem toti corpori confert, locorum muliebrium autem nequaquam. Nocet autem ſæpius paſſionis curatio membri patientis virtuti. Quæ enim immoderate laxant, ſoluunt robur, quare & membri virtutem: quæ autem ſupra modum refrigerant, natiuum calorem extinguunt, qui fortaſſis (ut nonnulli arbitrantur philoſophi, ac medici ſummi) ſubſtantia uirtutum exiſtit: & ſi non hoc, ſaltem primum, & maxime neceſſarium ipſarum inſtrumentum. Iam verò
C & qualitates quædam extraneę uirtutes diſſoluere poſſunt. Nihil igitur horum in curationibus pręterire oportet, ne noſmetipſos lateamus, in eum incidentes ſermonem, Morbus quidem curatus eſt, homo autem obijt: quod à quàm plurimis quotidie factitari videmus, qui irrationalem experientiam colunt, atq; hæreſim methodicam, omnia artis bona deſtruentē, quę rationes quaſdā dogmaticas quidem, ſed multis erroribus plenas, conſectatur. In indicatione autem, quæ habetur ex virtute partium, quiſpiam etiam reponeret, & Facilitatem, & Difficultatem ad ſentiendum. Nam, quæ facile ſentiunt, acria medicamenta non tolerant, ſicuti neq; etiam humores. Nā cum acris humor in ventriculi ore continetur, ſæpius ſyncopa corripiuntur. Quòd ſi mediocris ſit affectus, anxietatem, & nauſeam habent: & nonnunquam humorem, quo infeſtantur, euomunt: nonnunquam verò fruſtra agitantur: hocq́; in illis affectibus accidit, in quibus in ore ventriculi vitiatus humor imbibit. Eodem pariter modo, cũ ad oculos huiuſmodi defluxerit humor, maximum affert dolorem: & puſtulas vlceroſas, quæ difficulter curationem recipiunt, excitat. Sic quoque rurſus oculi ipſi ob eam, quam habent ad ſentiendum facilitatem, tolerare non poſſunt acrium medicamentorum viciniam, quemadmodum neque etiam ventriculi os: quin immo nec aliquod extrinſecus aggrauans hæ patticulæ tolerant, & minus uentticulo oculus, utpo-
D te, qui nonnunquam etiam ab ijs, quæ inunguntur, grauatur. At, quæ difficilem ſenſum habent, hæc cataplaſmata grauia ſuſtinent, & medicamẽta mordacia. Siquis igitur uelit ex facilitate ſentiendi indicationem illis quatuor, quas antea memorauimus, quintam annumerare: uel in ea cõprehendere, quę ex virtute ſumitur: nihil, quantum ad recte medicandum, differt. Has igitur omnes indicationes in memoria habere oportet in quacunque particula morbo aliquo affecta: nam & ipſius Temperatura, & Formatio, & Situs, & Virtus, ſingulas, quæ in nobis fiunt, operationes commutant, communi intentione ſeruata: hanc enim ex morbo ſemper aſſumendam eſſe docuimus. Qui igitur ſecundum ſolam, & ſimplicem intemperiem morbi fiunt, per contrarias qualitates curantur: Calida quidem intemperies per refrigerantia, ſiue primo, ſiue ex accidenti refrigerent: frigida verò per calefacientia: ſic ſicca per humectantia: humida autem per exiccantia, curantur. De eo verò, quod primo calefacit, aut ex accidenti, plenè (ut noſti) diximus in eo tractatu, quem de Simplicium medicamẽtorum poteſtate compoſuimus: Vbi id, quod primo refrige-

rat,

rat, quandoque ex accidenti calefacere oſtendimus, quemadmodum aquæ frigidæ infuſionem, E
vbi caloris naturalis fecerit reuocationem: & quod calefacit, refrigerare, cũ rarefaciẽdo corpus caliditatem fecit euaporare. Quæ igitur ſecundum ſolas actiuas qualitates corporis ſunt alteratio tiones, ex ſola, quæ ex calefacientibus, refrigerantibus, humectantibus, atque exiccantibus poteſtate adhibetur, ad naturalem habitum reſtituuntur, neq; ſenſibili egent euacuatione: Quæ verò ob materiæ influxum, ſi quidem bene temperata ſint, ſolam euacuationem deſiderant: ſi vero intemperata, euacuationem, atque vnà per cõtrarias qualitates expetunt alterationem, veluti, quę rheumaticæ dicuntur diſpoſitiones. De quibus (vt noſti) vnum à nobis volumen eſt editum, in quo & hoc ſtatim ab initio oſtenſum eſt, quòd ea, quæ totum alit, facultate debilitata, huiuſmodi fiunt diſpoſitiones, cum aceruata ſuperfluitas ad partes præcipue defluat imbecilles. Si enim per hęmaticam diſpoſitionem ſanguis, qui in huiuſmodi partes fluat, aliquã habeat cacochymiam, miſta oritur diſpoſitio: quod forte rariſſime euenit. Sanguis enim ſine pituita, aut flaua vel atrabile, fluens, tenuis ſemper mihi conſiſtentiæ apparuit. Ex alia autem quapiam cauſa ſi pars intumeat, conſiderandũ eſt, an huiuſmodi affectus ſit phlegmone, an ſcirrhus, an œdema, Phlegmonen id eſt inflammationem nominantibus nobis omnem calidam, ac veluti flammeam diſpoſitionem: cuius differentias paulo ante diximus. Tempus itaque eſt, vt de œdemate breuiter ſubij- F
ciamus, ut memineris eorum, quæ latius de hoc nos dicere audiuiſti.

De Oedemate. CAP. 3.

OEdema igitur vocamus tumorem mollem, doloris expertem, quem ex pituitoſa ſubſtantia, aut ſpiritu vaporoſo fieri conſtat, qualis in cadaueribus euenit: Nõnunquam etiam in pedibus, & cruribus eorum, qui aqua intercute, & phthiſi, & alio malo habitu (Græci cachexiam vocant) laborant. Verum tale œdema in periculoſis illis diſpoſitionibus accidens eſt, nulla propria præcipuaq; curatione indigens: ſola enim frictio ex oxyrhodino, aut nonnunquã ex ſale, & oleo vel etiam ex ſale iniecto oxyrhodino, ſiſtit ipſum, aliaque huiuſmodi multa. Cum verò propter pituitam parti influxam huiuſmodi fit affectus, ſpongia in aqua, quæ parum aceti habuerit, infuſa, paſſionem aliquando ſedat: quæ ſi non quieuerit, plus aceti miſcendum eſt: ſit tamen moderata ipſius temperatura, vt poſſit ipſam quiſpiam bibere. Quæ aũt ex ea plus aquæ continet, in principio adhibenda eſt, maxime in mollibus corporibus: quæ verò hac fortior fuerit in robuſtis, & duram habentibus pellem, & quæ ad primam ſpongię appoſitionem non iuuantur. Oportet etiã ſpongiam omnino nouã eſſe, quæ ſi non affuerit, ſaltem exquiſite abluatur ex aphronitro, & nitro, & ex ea, quæ conia ſtacte, id eſt lixiuium diſtillatũ, à Græcis nominatur. Quòd ſi ex his œde- G
ma non quieſcat, aluminis parum imponẽdum eſt, ſpongiaq; omnino noua applicetur. Si uero in aliquo ex mẽbris extremis tale fuerit œdema, incipiendo ligaturã in imis partibus finire oportet in altioribus, iniectionem, & compreſſionem, & vniuerſam diſtributionem faciẽdo, uelut in fractionibus. Curationis enim intentio in huiuſmodi affectibus miſta eſt, una quidem, vt eorum ſubſtantiæ aliquid diſſoluatur: alia verò, vt aliquid congregetur, ac reſtringatur. Si igitur per ea, quæ dicta ſunt, non ſedetur, tunc aliquid fortiorum medicamentorum, quod tẽperaturã miſtam habeat, ex dictis viribus adijciendum eſt. Ego in diuturno œdemate, ubi prius particulam oleo illeuiſſem, deinde ſpongiam ex lixiuio appoſuiſſem, atq; uehementius ſtrinxiſſem, affectum perfecte curatum vidi, non amplius videlicet hac curandi regula habente miſtam uirium intentionem, ſed ad diſcutiendum, & incidendum declinante: id quod in omnibus ferè diuturnis affectibus probatum haberi non ignoramus: Poſtquam verò ſatis ad te de œdematis ſcripſimus, de ſcirrhoſis deinceps tumoribus dicendum eſt.

A.li.4. f.3. t.2.c.11. f. 459.b

De Scirrho. CAP. 4.

EXquiſitus ſcirrhus eſt tumor præter naturam ſenſu priuatus durusque: non exquiſitus verò, non omnino inſenſibilis eſt, difficulter tamẽ omnino ſentit. Scirrhus igitur inſenſibilis curationẽ non recipit: qui verò difficulter ſentit, non in curabilis quidem eſt, non tamen facilem curationem admittit. Fit autẽ ex humore lento, & craſſo, qui partibus, quæ indurantur, tenaciter infigit. Interdũ itaque ſtatim à principio congregatur paulatim, & augetur: crebrius verò medicorum imperitia paratur, cum vehemẽter eryſipelata, & inflammationes adſtringunt, & infrigidãt: Siquis igitur medicamenta uehementer diſſolutiua induratis corporibus adhibuerit, quæ manifeſtam faciant ſcirrhi diminutionem, breui tempore ſperabit perfectam curationẽ, non vere ignorãs, quòd reſiduum paſſionis hoc curationis mõ incurabile redditur: tenuiori enim ex eo diſſoluto humore, reſiduum exiccatum lapidis duritiem aſſequitur. Non igitur curandæ ſunt partes induratæ medicamento immodice ſiccante, ſed eo, quod calorem habeat tepidum, humiditatem verò nec multam, nec omnino minimam: quod enim ſuperfluum humorem habet, nihil omnino diſſoluit: quod verò minimum, plus, quàm oportet, exiccat. Oportet igitur induratũ corpus, à medicamento, quod auxilio futurum ſit, ſimile quid pati ijs, quæ ſub Sole funduntur: uocantur autẽ Malactica, i eſt mollificantia, huiuſmodi medicamẽta: de quibus amplius diximus in quinto tractatu libri, qui de ſimplicium medicamentorum viribus inſcribitur. Et exẽpla eorum dicta H

A.l.4. f.3. t.2.c.11. f 457.c

ſunt,

A ſunt,ſimplicia quidem,medullæ omnes atq; adipes. Ex medullis primas partes obtinet ceruina, deinde vitulina:ex adipibus autẽ adeps anſeris in uolucrum genere: leonis verò in pedeſtrium, cæteris prẽſtat. At uerò,qui ex gallina ſumitur,anſerinum,& qui ex pardo leoninum ſequitur,ac deinde vrſinus,atque taurinus. At,qui ex capris accipitur, & craſſior,& ſiccior p̃dictis eſt,eoque adhuc magis,qui ab hirco capitur:at,iam dictum eſt,q̃ huiuſmodi affectus medicamentis vehementer ſiccantibus non indiget: De differentia verò:quæ ex eorũ tenuitate craſſitudineq; oritur, indicatiue q̃dem dictum eſt,manifeſte verò nequaquam adhuc: circo in memoriam tibi reuocanda ſunt,quæ inuicem commentabamur,quando Cercilij puerulum curabam, cui ex eryſipelate nimis infrigiditato atq; aſtricto tumor ſcirrhoſus in toto femore relinquebatur. Exiſtimauimus enim medicamenta, quæ ipſum curare deberẽt, tenuia eſſe oportere:quare femur oleo perfundebam in profundã peluim poſito puero,quæ multum ſabini olei continebat, eo,q̃ omnium tenuiſſimum ipſum eſſe ſciebam:à balneo verò abſtinebam, niſi in longo interuallo dierum,totius corporis curandi gratia. Poſtquam verò partem fouimus,medicamenta ex prædictis medullis,& adipibus confecta adhibuimus,miſcendo nonnunquã bdellium ſcythicum, maſtichẽ ægyptiam,atq; ammoniacum thymiama uocatum, quod pingue, & non vetuſtum eſſet:ſimiliter,&
B chalbanen. Et poſt,q̃ per hæc præpatatum fuerat,ſoluens ammoniacum pinguiſſimum in acerrimo aceto,circumliniui totum femur circũcirca:deinde per aliquot dies rurſus opopanacem pinguiſſimum miſcui aceto acerrimo, & huius uidelicet exoluens id, quod recẽs erat: alioquin pingue non permaneret,quemadmodum nec bdellium, nec ammoniacum, neq; etiã chalbane:iuſſiq; puerum alteri cruri innixũ ſaltare, ut plus cibi ad illud ferretur. Poſtea,ubi repulſus erat iam ſcirrhoſus tumor, timens,ne eius reſiduum maneret, omnia è contrario facere aggreſſus ſum,femur ex aliquo medicamento eorũ,q̃ pice conſtant, perungens. Manifeſte itaque clarebat, q̃ ex aceto linamenta egregie tumorem comminuerant, laxatiua aũt molliorem reddiderant,minorem aũt nequaquam:viciſſim tamen eis vtendo,adhibito conuenienti moderamine, puerulum curaui,ſic,ut,ſi altero duntaxat medicamẽtorũ genere quis curationem attentaſſet, nihil ad ſcirrhi ſolutionẽ profeciſſet. In tendonibus(uoco autem ſic muſculorum apuneuroſes, id eſt enerua tiones)ex prædictorum medicamẽtorum uſu manifeſtiſſima auxilia uideri licet: ſiquis recte utatur curatione ex pyrite lapide. Oportet autem eum,cum igne excãduerit, acerrimo aceto aſpergere,ac deinde ſuper lapidem mouere partem affectam, ut à vapore ſurſum lato ſcirrhus diſſoluatur. Multæ.n. partes iam plane curuatæ conuolutæq; hoc curationis modo membrum dimouendo,perfectè ſanatæ ſunt, ut ferè magicum opus uideretur: At oportet præparare mollificando partem ſcirrhoſam medicamentis,de quibus ſupra diximus. Quin etiã in hac ipſa,quæ fit per-
A.li.4.f.3.t.2.c.12.f.459.f pyritem lapidem curatione,abunde multum oleum ſabinum calidum prius perfundendum eſt,
C aut aliquod aliud,quod extenuandi vim habeat. Nec minus proderit anethi comam decoquere,præſertim cum viride fuerit atque recens. Quòd ſi pyritem habere non poſſis, molari,utendum eſt:uocant autem ſic lapidem,ex quo molæ parantur,quæ frumentum molunt.

De ſcirrho Lienis, & Iecoris. CAP. 5.

SPlenem induratum non ſolum deforis fortibus medicamentis curare conuenit,ſed etiam perfortiſſimas potiones:nã eas ſine moleſtia tolerat. Ex quorum numero primas partes ſibi uendicant cortices radicum capparis.& ſcolopendrij,& myrice,tum radix, tum germina, oĩbus huiuſcemodi in aceto uel oxymelite coctis. At ſæpe numero,cum tangitur ſplen,renitens uidetur: non tamen ſcirroſus, ſed flatuoſus potius eſt tumor. In quo oportet, ubi prius locum abſinthio perfuderis,medicamen emplaſticum miſtas uires continens ſuperponere, quale eſt,quod ex ſulfure,atque alumine conſtat: ſunt profectò multa huiuſcemodi in medicamentorum tractatibus deſcripta: non ſimpliciter autem miſtorum medicamentorum viribus attendendum eſt, ſed & quantum miſceatur. Cum itaq; ſplen flatuoſo tumore afficitur,& magis ędemate: ſi multum aluminis adhibueris, nihil nocebis:in ſcirrhoſis autem tumoribus vim diſſolutiuam ſuperare conuenit:parum autem eius, quod ſtringendi vim habet, admiſcendum eſt. Cum igitur de numero
D ſimplicium,& ſponte naſcentium medicamentorum flos ſalis tali ſit natura p̃ditus,ſanat ſplenes induratos,ſi extrinſecus ipſis in ueſica apponatur. Scirrhum autem hepatis ab initio quidem ſanauimus ſæpius:ubi verò ad plures dies forte foret extenſus,neq; ipſe potui ſanare, neque alium vidi,qui poſſet. Omnibus igitur, qui ita affecti ſunt, ex neceſſitate ſubſequitur aqua intercus: pereunt autem quàm plurimi in tempore longo: quoſdam verò noui etiam breui pereuntes,quib' aluus multa deijciebat. Liquet igitur,q̃ ijs ſufficienter anguſtata erãt ora vaſorũ, per quæ tranſmittitur cibus ex ſimis hepatis partibus in deuexas, adeo quòd,ſiqui ex eis ſanati ſunt, ea quam antea diximus in muſculoſarum partium ſcirrhis,curationis ratio ſaluauit:neq; enim perfert hoc membrum fortia medicamenta,ueluti ſplen. Augere autem oportet ea, quæ ratione inflammationis ipſi apponuntur,miſtura emollientium:erãt autem illa ex abſinthij coma, & expreſſione myrobalani,& vtraq; nardo indicaque,ac celtica:adhuc ãt,& croco,& ęnãthe,& maſtiche chia, & vnguentis,q̃ ex ſpica nardi conficiuntur:adhuc autem, & maſtichino,& melino,& œnanthi-

no.

nó. His igitur ammoniacum thymiama,& bdelliũ,& quas diximus medullæ, & adipes mi-
ſti,& q̃ E
incidere poſſunt,factum in hepate ſcirrhũ ſanare poterunt,ſi etiam ratio cõueniẽs victus adhibea
tur vnà cum medicamẽtis,quæ in potu ſumuntur ad aperiendũ abſtergendumq́; eũ,qui in viſce-
re continetur,humorẽ. Sunt verò hæc oĩa ẽt eos,qui in renibus continẽtur,lapides comminuere
apta,de quorũ materia multi medici conſcripſerunt. Admiſcere aũt oportet & ex ijs,q̃ vrinã mo
uere poſſunt aliquid. Plurima verò eſt ẽt iſtorũ materia,q̃ à multis qdẽ ſcripta eſt,atq; a nobis cõ-
p̃henſa in eo,quẽ de medicamẽtis ſcripſimus,tractatu. Quare nunc ẽt,q̃ dicta ſunt,tibi ſufficiant.

De Tumore flatuoſo. *CAP. 6.*

TEmpus enim iam eſt tranſgredi ad alterum genus tumoris,cui materia generationis eſt ſpi- A.l.4.f.3.
ritus flatuoſus. Vocatur autem non ſolum flatuoſus,ſed etiam flatus, huiuſcemodi ſpiritus, t.2.c.19.f.
craſſus,ac vaporoſus exiſtens, non ſecundum ſubſtantiam æthereus neque tenuis. Cogita verò 460.c.d
eius naturã,ex circunſtante nos aere,in memoriam reuocans, qualis in auſtrinis cõſtitutionibus,
qualisve in aquilonaribus fiat: ei enim qui in auſtralibus, aſſimilatur, flatuoſus: alteri verò, qui in
aquilonaribus,is,qui in nobis ſm naturam eſt,ſpiritus. Adiuuat autẽ, ne huiuſcemodi ſpiritus dif
fleẽt,etiã denſitas corporum. Quare huiuſmodi affectus curatio vnam communemq́; habebit in-
tentionem,ad elaxanda ea,quæ aſtricta ſunt,corpora, atq; ad craſſos ſpiritus extenuandos. Nam F
ſi ſubtiliori ſubſtãtia ſufficienter calefeceris,id quidem,quod denſatum eſt, rarefacies: quod verò
craſſius eſt affectum,extenuabis. Patientium autem particularũ natura; conuenientem auxiliorũ
materiam indicabit, ac in ipſa maioris minorisq́; rationem. Nam ſpiritus iſte craſſus, & vapоro-
ſus nonnunquam ſub membranis, quæ integunt oſſa, comprehenditur: nonnunquam vero ſub
peritonæo: aliquando intra inteſtina vel ventrem: cõprehenditur verò aliquando,& intra mem-
branas,quæ muſculos complectuntur,quemadmodum & à membranoſis tendonibus: compre-
henditur etiam ab ijs,quæ ratione cognoſcuntur, ſpatijs in muſculis atq; alijs partibus corporis:
quorum locorum naturam in adminiſtrationibus anatomicis didiciſti. Ita igitur ipſe muſculus
inflatur,atque in uentris vel inteſtinorum corpore flatuoſus includitur ſpiritus: & cum ſufficien-
ter frigidus fuerit,tũc maximum dolorem excitat. Communis autem curatio omnibus (quemad
modum diximus) per ſubtiliorem ſubſtantiam: quæque,quando paſſioni dolor adiunctus ſit,ta-
lem habeat naturam,ut dolorem queat ſedare. Secundum verò patientium partium differentiã,
& materia curationis commutatur: & augetur,atq; obtunditur vis. Cum igitur ex tali ſpiritu do-
lor interuenerit in ventre inferiore,ſubtile oleum cum medicamentis,quę in ipſo ebullierint,per A. ibid. c.
clyſterem iuijciẽs,ſtatim dolorem ſedabis. Quæ verò debent ebullire in oleo medicamenta, cum G 20.d
ſubtili ſubſtantia calefacientia ſint, cyminum, & id quod apud nos eſt,& magis quam ipſum, id
qd̃ æthiopicũ nominatur: & apij, & petrapij ſemẽ,& marathri,& ſinonis,aneſique,atque lybiſti
ci,& ſeſeleos,& dauci,& ſpondylij. Et ſi cõiectura cõprehenderis frigidã eſſe dolentiũ partium di
ſpoſitionem,rutam,& marathrum,& grana lauri intus decoques: miſcebisq; aſphalthum,ipſum-
que oleum laurinum,& ſiqua alia ſimilem naturam habent. Quod ſi inflammationem huiuſmo-
di doloribus adiunctam putaueris,auferes ea,quæ admodum acria ſunt,& quæ vehementius ca-
lefacient: ad ea autem,quæ in hoc mediocrem naturam gerunt, quæque vim elaxandi hñt,tranſi
bis. In oleo itaq; ad ebulliendum pones anethum,& non rutam: etiam admiſcebis adipem anſe-
rinum,uel gallinaceum: ſed hæc quidem, vbi uehementiores dolores infeſtant. Mediocres verò
etiam extrinſeca concalefactione iuuãtur,ea præcipue, quæ ex milijs fit: nam eorum leuitas,do-
lentibus commodiſſima eſt. Si hæc non affuerint, vel ex ſale calefacito, vel ex lini ſemine crudo,
uel quocunq; alio modo. Cucurbita etiam magna cum multa flamma abſq; cutis ſcarificatione,
ſępius ſtatim dolorem amouit: oportet autem eam vmbilicum cõprehendere. Quòd ſi etiam poſt
hæc dolores permãſerint, medicamentis ex opio uti non dubitabis, quale eſt Philonis Tarſenſis
omnibus medicis notum; quamuis ſcires aliquam noxam ex huiuſmodi medicamentis,membris H
patientibus neceſſario affuturam: Sed certe ei, quod magis vrget, obſiſtendo, hominem qui
ex nimio dolore ſyncopa corripitur, parua cum noxa ſaluare eliges: nam & ſequentibus dein-
ceps diebus noxã membro ex medicamento contractam emendare licet. Vocantur igitur huiuſ-
modi medicamẽta, Anodyna,id eſt indolentia,quoniam dolorem ſedant: & dolorem quidem ſe
dant,non tamen diſpoſitiones penitus ſanant,ſed vim ſentiendi obtorpeſcere faciunt. Vti autem
oportet Philonis medicamento,omnibusq; ex opio confectis,non ſtatim,ſed poſt tempus com-
poſitionis annuum,aut omnino ſemeſtre. Maxime verò atque citiſſime ex potu horum medica-
mentorum laborantes dolore liberantur, ubi inteſtina gracilia patiuntur: ſicuti ex ijs,quæ ſedi
imponuntur,craſſorum inteſtinorum paſſiones præſentaneum habent remedium. Non modica
autem fit virtutis diſtributio,& ex ebibitis,cum inferiora afficiuntur: atque ex ijs,quæ ſedi impo-
nuntur,cum ſuperiora fuerint affecta. Quæ quidẽ in carnoſis fit partibus ſpiritus flatuoſi aggre-
gatio, nonnunquam omnino vacat dolore, ac longiori tempore durat,ac tum præcipue, cum
fuerint articulationi vicina: hic.n. ſunt muſculi magis neruoſi, ac denſi, atque in media ſui parte
carnoſiores,ac rariores. Tales verò (ut noſti) paſſiones ſanaui medicamentis ex pice, reſina,tere-
binthina,

A binthina,& adipe leonino atq; taurino. Conuenit autem ipſis & quod ex ſorde balnei, & calce fit,& ex ſycomoro,& (ut ſummatim dicam)ea,quæ inſigniter ſubtili conſtant ſubſtantia,quibus ea,quæ molliendi vim habent admiſcentur.

De Abſceſsibus. CAP. 7.

ENimuero,cum de his ſatis dictum,iã tempus eſt,ut tranſeamus ad apoſtematũ.i.abſceſſuum tractationẽ:ſic aũt nominant eas diſpoſitiones,in quibus inuicem diſtant, quæ prius ſe cõtingebant,corpora. Spatiũ igitur vacuũ in medio fieri oportet, quod aliquam ſubſtantiã ſpirituoſam,vel humidam,aut miſtã ex vtriſq; comprehendat. Tranſmutantur autẽ in abſceſſum inflammationes q̃dam, atq; ex inflammationibus eryſipelatis participantibus,& ex eryſipelatibus inflammationis participantibus nõ pauca. Sine his verò ẽt abſceſſuum diſpoſitio conſiſtit ex multitudine quorundam humorum,aut ſpirituũ vaporoſorum,ſiue in ipſis patientibus partibus {in medio} generentur,ſiue ex alijs confluant,ea ratione, qua fiunt illa,quæ Apoſcemata,id eſt decubitus vocãtur. Nominant verò ſic huiuſmodi diſpoſitiones,cũ,qui prius vnũ membrũ infeſtant humores, eo relicto ad alterũ tranſeunt. Quocunq; verò modo fiat abſceſſus, id ſpatiũ quod abſcedentes interiacet partes, humiditatibus, quæ ipſum faciunt,repletur: quæ,ubi aliquando per-
B durauerint,multiformes habẽt alterationes. Nã & lapidibus,& arenis,& teſtis,& lignis, atq; carbonibus,& limo,& ſordicici balnei,fæci,& amurcæ, & multis alijs talibus ſimilia in abſceſſibus corpora cõtineri ſæpenumero inueniuntur. Qui igitur per ſumma ſub cute conſiſtunt, facile dignoſci poſſunt, neq; eſt eorũ ſanatio difficilis: nã ex actus proprietate facillime diſcernuntur. Curantur verò ex extrinſecus adhibitis medicamentis,ijs,q̃ bibuntur,non indigentes, veluti qui in profundo,atq; uiſceribus præſertim,fiunt. In dignotionibus igitur,cũ ſuppuranẽ,cedunt,digitis prementibus non reſiſtentes,quẽadmodũ mẽbra inflãmata: dignotionẽ igitur præbẽt manifeſtã. At proprietas ceſſionis alia eſt in tenuibus humoribus,alia in craſſis, quẽadmodũ & in tenacib⁹, atq; mucoſis humoribus. Sæpius verò nobis ſubijcitur cũ tentione ſpirituoſa pars aliqua abſcedens: quæ ubi ſecta fuerit,ĩuenitur ſanguis cõcretus,adeo ut,qui bis aut ter huiuſmodi uiderit diſpoſitionẽ,ſi ſolers & memor fuerit,cõprehenſum in huiuſmodi tumoribus ſanguinẽ ita cõcretũ agnoſcere poterit,cũ in memoriã ex collatione reuocauerit tẽſionis ac ceſſionis proprietatẽ. At forſan præſtat non proprietatẽ, ſed quantitatẽ tenſionis ac ceſſionis nominare. Curõ aũt earũ,q̃ in ſuperficie cutis abſcedũt,inflãmationũ,fit incipiente quidẽ adhuc abſceſſu ꝓ ea,q̃ dolorẽ ſedãt, atq; elaxant: ꝓcedente verò tꝑe ad ea,q̃ concoquendi ac ſuppurandi vim habere ꝓprie dicunt,
C tranſire oportet. De his aũt dictũ eſt,ſicut de pluribus alijs,in quinto de medicamentorum ſimpliciũ poteſtate tractatu. Statim igitur aqua abundanti perfundere,atq; fouere oportet: & oleo calido partẽ inflammatã cõſpergere: atq; ex farina triticea,q̃ in aqua,atq; oleo moderate ebullierit, cataplaſma imponere,nã hoc citius ad ſuppurationẽ perducit,quàm id,qđ ex pane conficitur. Illud enim maxime diſſoluendi vim hẽt,vt cui adſint ſales,atq; fermentum, optimeq; coctum ſit: hæc vero omnia deſunt triticeæ farinæ. Et cum ſuppurari incipientem inflammationem curaturus,ſuppurationem prohibere poſſe ſperaueris,tunc plurimum panem ebullire permittas, oleo ſcilicet ac aqua ſubigẽs: ſit autem aquæ ad oleum multiplex proportio. Plus aũt,quàm hoc,ſuppurationẽ prohibet hordeacea farina ſimili modo præparata. Quæ uerò in tali curatione infunditur aqua,habeat althææ radices intus decoctas. Si verò per ſumma cutis in parte inflammata tenſio ualida fuerit,multis ſcarificationibus incidere oportet in ſuperficie, ac poſtmodũ ex farina hordeacea elixata,ut diximus, cataplaſma apponere. Tentaui aũt ſæpius multas & in ſuperficie valdeq; tenues ſcarificationes: contrario aũt his modo alias profundiores magnas: & tertias quæ mediũ tenebant in longitudine ac profunditate. Quæ igitur in ſuperficie fiebant,debile auxilium afferebant: Quæ verò longæ erant atq; profundæ,plurimum quidem ſanguinis exhaurie
D bant adeo,ut fere animi defectum afferrẽt: rurſus vero ipſæ propriam curationem,ueluti vulnera,exigebãt: Quæ autem earum ambarum medium tenebant, ſemper inueni ab inconuenientibus dictis eſſe remotas: atq; ideo eas in vſu cẽſui ꝑferendas. In quibus igitur difficulter ad ſuppurationẽ peruenitur,neq; facile diſcuti tumor poteſt,ibi humores eſſe cõpactos craſſiores ac tenaciores eſt exiſtimãdum. In his uero diſpoſitionibus tantum conuenit ea,quæ fit per profundiores ſcarificariones curatio. Conuenit" etiã id,quod ex caricis conſtat in aqua decoctis, cataplaſma. Oportet autem non ipſas aſſumere caricas,ſed aquam,in qua ebullientes ſunt liquefactæ. Expedit uero & caricas pingues eſſe & dulces,ut earum humor non diſſimilis melli videatur: &,ſi eas aſſumẽs decoxeris uſq; ad plurimum temporis, reddetur aqua melli tenui ſubſtantia ſimillima. Huic igitur aliquando hordeaceam farinam inijcere oportet, aliquando panem Syncomiſtum, ſic autem nominant eum,qui medius eſt inter exquiſite purum & furfuraceum: uocant autem nonnulli eundem panem Autopyron,quoniam in puro farinam, nõ qualis natura eſt, talem ad conficiendum panem aſſumunt,ſed prius purgantes furfur excernunt: contra autem in furfuraceo prius adimunt eam farinæ partem,quæ puriſſima eſt: panis autem,qui autopyros appellatur qualem habet ex natura farinam triticum,talem etiam ſeruat. Oportet autem triticum ipſum,ex

A.l.4. f.3. t.1.c.28. f. 452.a

quo farina ſumitur, eſſe ex ijs, quæ generoſa dicuntur: quædam.n. ex ipſis multum ſulfuris conti- E
nent, quæ ignobilia nominant: quædam verò ſiliginem, quæ (ut dixi) generoſa vocant. Nequa-
quam igitur oportet furfuraceum eſſe frumentum, ex quo vtilem ad cataplaſma farinam accipi-
mus, ſed, quemadmodum dictum eſt, multã habere ſiliginem: quòd ſi ignobilis tritici farinam aſ-
ſumpſeris, craſſiorem furfuris partem oportet excernere, atq; ita panẽ mediũ conficere. Ex hoc
igitur pane partem mediam ac teneram ad cataplaſmata commiſcebis, quando potẽtia medium
farinæ hordeaceę & triticeæ volueris facere cataplaſma. Nã farina triticea maxime ad ſuppura-
tionem ualet, hordeacea verò plurimũ reſoluit: hic verò, quẽ diximus, panis medium naturã ſer-
uat, ſicuti & eius farina inter nuper dictas farinas triticeas eſt media. Ad hoc igitur reſpiciens cum
decoctione caricarum miſce, quod tibi conuenientius uidetur, ſiue ex panibus, ſiue ex farinis. Si
vero tumor reſoluatur, minus tñ, quàm oporteret, ſimul coquere oportet cũ caricis hyſſopum,
vel origanum. Si quando uehementius tumorẽ exiccare volueris, ſales decoctioni adijcias, dein
de hoc modo infunde farinam hordeaceam. Eximatur autem & hinc, quicquid furfuraceum eſt:
& poſtquam plurimum ebullierit, appone cataplaſma. In tumoribus quidẽ, qui difficulter reſol-
uuntur uerendum eſt, ne eornm reliquiæ ſcirrhodes. i. duræ, relinquantur. Quare in ſingulis ſolu-
tionibus" attendere oportet, ad quid tranſmutetur omnis cuius curatio ſuſcipitur, tumor: nam ea F A.li.4.f.3.
curatio, q̃ fortiter exiccantibus agitur, reliquias duras operat̃. Hoc verò in ſingulis ſolutionibus t.2.c.12.f.
animaduertes, ſi partem patienta tetigeris, &, quod nunc apparet, illi, quod prius uidebatur, con 459.c
tuleris. Si igit̃ vnquã tale ſuſpicatus fueris, decoque in aqua cucumeris agreſtis radicẽ, aut bryo-
niæ, aut aſſari, ſæpius quidem per ſe ſolas, nonnunquam caricas pingues adijciens: deinde aquæ
farinã admiſce, commiſcens & aliquid adipis, anſerini præcipue uel gallinacei: ꝙ ſi hi non affue-
rint, ſuillũ adiunges. Radices quoq; earũ, quas nuper diximus, herbarum, atq; præterea althææ,
ſi poſt moderatam decoctionem cũ pane, atq; adipe conterantnr, huiuſmodi tumores reſoluũt.
Fortior aũt hiſce omnibus eſt dracontij radix: &, ſiquando ea uti uolueris, cũ ſit ijs, quas nuper
diximus, multo ſubtilior atq; ad reſoluendum potenrior, omnino adipem commiſce. Niſi.n. hu-
mectaueris atq; mollieris induratos tumores, ſed fortibus medicamentis reſoluere tantũ ſtudue-
ris in primis quidẽ diebus eos inſigniter decreſcere facies, ſed pariter id quod relinquitur, indura-
bis; hoc verò induratum difficulter reſoluetur. Melius igitur, ſicut diximus, ut fortiter reſoluenti-
bus medicamentis commiſceamus mollientia, uerentes, ne tumores in ſcirrhos (quorum curatio
nem in præcedentibus audiuiſti) conuertantur. Rurſus igitur ad ſuppuratos tumores accedamus, G
quos ubi poſſe reſoluere deſperaueris, ex farina triticea vtere cataplaſmatibus, nã ad celeritatem
ſuppurationis plurimum conferunt. Deinde aperiens, ſi uideris ea, quæ circa ſectionẽ ſunt, libe-
ra omnino ab inflammatione, medicamẽtis, quæ emplaſtica dicuntur, vtere. Sit autem eorũ vis
ad exiccandum habilis: careant ẽt morſu, vt neq; adſtringentia medicamenta habeant admiſta,
ſed ea potius, quæ ſine doloris ſenſu reſoluunt, uel parum aliquid adſtringentis habeant. Ego ve-
rò ſæpius in huiuſmodi vſus ſum medicamento, ex fermento & oſtreis cõbuſtis cõfecto: Si verò
pars aliqua ſectioni circumſtans inflãmata fuerit, eo, qđ ex chalcite conſtat, vſus ſum, oleo lique-
faciens: &, ubi paulatim refrigeratũ fuerat, in mortario temperans & molliens manibus, atq; ui-
num infundens, ut noſti. Ad multa verò utile eſt hoc medicamentũ, quemadmodum in libris de
Compoſitione pharmacorum diximus. Faciemus etiam alios (ſi Deus voluerit) de Paſſionibus,
quæ ſingulis partibus accidunt, in quibus omnium medicamentorum, quibus vti conſueui, dili-
genter uires explicare tentabo, atque eorum uſum opportunũ exponere. Sed tu iam in hiſce me-
dicamentis, de quibus in hoc libro memini: habuiſti à me antea & menſuras & præparandi mo-
dum. Vbi verò plus opportuno cutis colliquata fuerit in ſuppurationibus, adeo ut panno lacero H
ſimilis efficiatur, non facile ſubiectis corporibus agglutinatur, ut neceſſe ſit eum, qui κατὰπλά̃τος
id eſt per latitudinem, nominãtur, curationis modum adhibere.

De Sinu. CAP. 8.

CVm verò amplius agglutinandi cutem ſubiectis corporibus creuerit difficultas, huiuſmodi
affectum Sinum appellãt. Deinceps tibi in memoriam reuocabo huius quoque curationis
modum, quem vidiſti me ſæpius in pluribus adhibere. Vbi talis diſpoſitio conſiſtit, ſatius eſt fiſtu-
lam directe perforatã uel ex ære, vel ex cornu factã habere paratam: quòd ſi hæc non fuerit, vnũ
ex ijs inſtrumentis, quæ Pyulea id eſt puris attractiua, dicuntur, quod foramen latiſſimũ habeat
& eius, quod à nobis compoſitum eſt ex charta combuſta medicamentũ, tu ſæpe uidiſti me exi-
guam portionem multo oleo roſaceo permiſcere, ac per id inſtrumentum puris attractiuũ in fi-
nus inijcere, deinde filis euulſis orificium claudere. Quæcunque verò emplaſtica medicamenta
oleo roſaceo liquefacientes inijcimus, hoc inſtrumentũ non permeant. In his vero oportet ueſi-
cam ſuillam accipientes, fiſtulam directũ foramen habentẽ apponere. Eſſe vero acriora medica
menta liquefacta, quàm illa, quæ Emmota, id eſt linamentaria, dicũtur, eſt neceſſariũ, qualia ſunt
apud omnes uſitata, colore viridi inſignia: hæc enim oportet non pauco oleo roſaceo liqueface
re, ut in ſinum inijci poſſint. Diſſoluitur autem emmotorum uis in huiuſmodi miſſionibus.

Igitur

A Igitur Emplastica omnino medicamenta, quale est Macherionis, & Epigoni; quod Isis cognominatur, ubi ad emmotorũ vsum deducuntur, cerati indigent admistione, hæc.n. ad sinus utilia sunt, qua.n. ratione eis ceratum admiscetur, eadem etiam sunt ad sinus utilia. Miscentur autem; qm̃ uires mordaces hñt, si per se sola liquescerent, nõ admisto ipsis cerato: sed, ubi quidẽ oleum rosaceum plurimum fuerit, quod verò in ipso liquescit, medicamentum paucum, non amplius acritudinem seruant. Vbi verò sinus mediocriter carne oppletus fuerit, tunc agglutinantia medicamenta apponere oportet, veluti si recenti & sanguinolento vulneri medereris. Multa verò tali sunt natura prædita, alia quidem, quæ ex asphalto constant, uocant autẽ huiusmodi, nescio
A.l.4.f.4. t.3.c.5.fo. 473.b quõ, emplastra Barbara: alia verò, quæ Cirrha, id est fulua, vel Phæa id est fusca, à calore dicuntur, ex lithargyro & ærugine æris decocta plurimũ, sic.n. ærugo fuluum colorem accipit: si verò paucum ebulliat, facit emplastra, quæ Melina id est lutea, dicuntur. Te verò non latet, quòd omnia metallica medicamenta subtiliores partes habent, & vim exiccandi maiorẽ, ubi multũ ebullierint. His verò medicamentis fuluis, ubi statim reponuntur, quædam extrinsecus supereminentia fusca concrescit, sub qua pars medicamenti profundior plus, quàm ab initio fulua uidetur. Atque idcirco nonnulli huiusmodi emplastra uocãt Dichr⍵ma, id est bicolora, quidam verò Dipro
B s⍵pa, id est bifacia. Quanto verò subtiliora fuerint, ac maiorẽ exiccandi vim, habuerint, tãto plus in sinum operabuntur: nam ad eius profundum oportet trãsmitti vim, si intentionẽ propositã assequi uelimus. Quę verò recentia, & sanguinea vulnera agglutinant, quanq̃ his minus exiccant, labra vulnerum, si breuia extiterunt ac minime profunda, agglutinãt: atq; ob hoc facile ac cito, quod oportet, efficiunt. Si verò in profundum vulnus protendatur, & futuris & fibulis solemus in unum cogere. Sinus itaq; oẽs non simplices sunt diuisiones, sed frequenter in ipsis modo vna pars, modo alia excoriata est, quod neq; te oportet latere. Cum igitur ad locũ superiorẽ sinus extenditur, facile per os humor uitiatus (ichor græce dictus) elabitur. Si verò uergit ad ima cum intus retineatur, partem aliquam continuam erodit. In his qdẽ sinibus, nisi prius ad effluxũ feceris sectionẽ, nihil proficies, neq; cum carnẽ generare, neq; cum agglutinare uolueris. In alijs verò non opus est sectione, si modo conuenientẽ figurã in parte patiente seruaueris: ex qua figura potes aliqñ sinum ad partẽ superiorẽ uergentẽ, facere ad inferiorẽ declinare; ac contra, vergentem ad ima, cõuertere ad superiora. Vidisti me igitur sinũ in brachio existentẽ, cuius os erat prope cubitum, figura in superiora tendẽte, sanasse sine alia facta ex aduerso sectione: & in coxa similiter
A. ibid. c. figura sinus ad ima vergente, cũ sinus versus genu quidẽ terminaret, altius verò os media coxæ
C regione superius, sine vlla ex aduerso diuisione vidisti factã esse curationẽ, subijciente me popliti ceruical molle, ut inferiorẽ sitũ haberet inguen q̃ genu. Suffecit aũt in hoc sinu, & alijs isto maioribus solũ melicratũ immissum, aptum ad conglutinandum omnes eius partes profundiores. Quidam autem lixiuium miecerunt, se ipsos coarguentes in ijs, quæ prius ad carnem sinui inducendam medicamenta apposuerũt: neque.n. caro noua priori adnasci potest, cum sordicies circumsedit. Quo modo igitur sufficienter carne innata sinui, conglutinatiuum adhibent medicamentum, siquidem ueluti satis sordidum existentem lixiuio abstergere tentant, cum pura caro neq; acrius melicratum toleret? In hoc igitur satis est, si hoc tale immittatur, quale quispiam cũ voluptate potaret. Et post melicratum solitus sum deinceps, antequam medicamentum conglu natiuum imponam, aliquando uino solo, aliqñ uino mulso, sinum abluere. Nam ad abstergendum, atq; ad expurgandum circumstantes humores uitiatos melicratum est melius: sed ad conglutinandum uinum est melius & efficacius: sit aũt inter dulce & stringens medium. Et quidem post medicamenti agglutinantis appositionem spongia noua ex mulso vel vino circumijciatur quàm mòlliſſima: atq; alligato quidem incipiat à fundo sinus, finiat autẽ ad os. Sed & linteorum circumuolutiones fundũ sinus sine dolore constringant, paulatim verò laxentẽ vsq; ad os sinus:
D hoc ipsum habet laxam pharmaci alligationem, emplastro, quod circum apponitur, ita cũ forficibus discisso, ut ex ore sine humores uitiati, si qui excernantur, possint effluere, paruo aliquo alio ipsi impositio emplastro vsq; ad solutionem: quã tertia quaq; die faciẽs, auferes hoc ipsum, quod ueluti suprapositum circumiacet, id, quod per totum sinum circumiectum est medicamentum relinquens. Indicium autem tibi sit, nunquid pars sinus profunda sit bene conglutinata, humor emanans si multus aut paucus, decoctus aut crudus: ad hoc autem si neq; in ipso sinu dolor sentiatur, neq; tumor appareat, sed totus locus depressus siccus atq; expers doloris existat. Si autem & pus bene coctum in ore uideris paucum, adhuc magis bona tibi sit spes de sinus congluti natione: imponensq; rursus spongiam, ac denuo alligans, ut diximus, secunda quaq; die uel tertia solue, permutãs semper, quod ori sinus superstat, linteum eodem emplastro perunctũ, quod totum os in circuitu comprehendet. Oportet autem non esse admodum impressum, sed ita, ut omnis humor uitiatus ex sinu per ipsum possit euacuari. In prima igitur & secunda die si aliquis humor tenuis à sinu excernitur, noli omnino de conglutinatione desperare. Sæpius enim circumiecti membro patienti uis medicamenti uehementer exprimit ex ipsa cute & carne subiecta tenuem humiditatem, quando ita affectũ fuerit corpus ægroti, aut ex naturali temperatura,

aũt ex malo victu, qua humiditate expressa spatia mediocriter exiccata conglutinãtur. In tertio E
aũt & quarto ab initio die, si ichor crudus ex ore se ostenderit, tunc scito sinũ nõ esse conglutinatum. Sit aũt præ omnibus id, quod patiendi membro circumijcitur, medicamentum uehementer quidem exiccans, neq; mordens verò, neq; intendens, ueluti est nostrum, quod cirrhum. i. fuluũ, seu gluum vocatur, sine cera confectũ ex metallicis medicamentis elixatis, & oleo cicino, & aceto, quod vulnera sanguinolenta conglutinat, ac sine molestia sinus exiccat. Vidisti verò & ipso sanatas fistulas aliqñ, in quibus angusto lõgoq; existente foramine, cum nondum intus callũ haberent, sed sordiciem solum, immisi primum lixiuium: deinde tãdiu intus ꝑmanere permisi, donec speraui totam sordiciem penitus excidisse, postmodum medicamentum apposui. Sic verò & eos, qui sub cute sunt sola sinus, in quibus nondum carnẽ generari oporteat, quinq; inscitèà quibusdam curati erant, simul atq; curandos suscepi, hoc medicamento conglutinaui, cum tñ prius lixiuio abluissem: qm̃, qui vlcera curant, nullo ex ijs, quæ ex purgandi vim habent, vtuntur medicamento. Vbi verò, qui ad abscessum perueniunt, tumores tarde secti fuerint, aut ob medicantium imperitiã: aut, eorum, quibus medela adhibetur, timiditatem, qui secari non patiuntur, sed expectant, ut longiori ꝑe cutis à pure rodatur: contingit sæpius vniuersam cutim à pure circa F
absessum aggregato sufficiẽter extenuari instar τοῦ ῥάκους, id est laceræ uestis, unde & illi nomen Rhacodes. i. lacero, àmedicis inditum puto. Est itaq; huiusmodi cutis conglutinari contumax, præcipue siquis scd̃m substantiam siccum medicamentũ imponat: ex his. n. magis fit laceræ vesti similis & sicca cutis, instar pellium detritarum. Visum est igitur mihi opportunum, si quis ad eius conglutinationem utatur medicamento, substantia quidem humido, potentia autem sicco. Dictum autem in libris de medicamẽtis, quòd potẽtia sicca medicamenta dici solent à medicis, quæ exiccandi vim habent. Optimum autem ex omnibus medicamentis, quæ substantiam quidem humidam habent, uim autem exiccãdi, est id, quod à me compositum est ex lythargyro & adipe suillo antiquo, & chalcite, quibus additum sit oleum vetustissimum. Nam vim eius esse efficaciorem sum expertus ad huiusmodi dispositiones, cũ neq; admodũ durum fuerit, neq; exquisite non inficiens. Sed, & si tale conficiatur, & vulnerum sanguine manantium conglutinatiuum erit: & oĩo etiam vlcera ad cicatricem perducit, si & oleo {antiquo} remittatur, & cum uino mediocris ętatis commisceatur, deinde in circuitu eiusmodi dispositionibus apponatur: quas sæpius sine vlla molestia cõglutinauit. Confert aũt, ut diximus in lacerosis cutibus non parum & mel, si usq; ad emplastri consistentiam elixetur. Eius verò elixationis mediocritas vix recte perficitur. G
nisi inspiciatur. Oportet. n. ipsum, neq; adeo esse durum, ut difficulter labatur: neq, ita humidum ut circumfluat: nam, quod durum est, ad eandem peruenit cum duris emplastris absurditatem, humidum verò veluti superiectum calido corpori, vndiq; circumfluit, & siccum linteum derelinquit, quod nõ modo nihil iuuat, sed etiam nonnunquam obest cuti, quæ debet conglutinari: at, si mediocriter elixetur, hoc quidem optimum est medicamentum in huiusmodi sinibus. Sed, qm̃ elixationis eius mediocritas non facile potest cõiectura attingi, rectius mihi visum est ei myrrham subtilissime tritam aspergere, aut aloen, vel thus, aut aliquod ex his, uel oĩa simul tum præcipue, cum linteo inunctum humidius apparet. Oportet autem aspergere ista per cribrum, quod sublime supra mel teneatur: sufficit autẽ semel, aut bis illud agitare, ut mediocriter excidant. Nõnunquam verò &, dum elixatur, adijcio melli aliquid ex antedictis medicamentis, qñ præsertim sinus maior fuerit, atq; profundior. Vsus sum aliquando, & tenui centaureo, qd̃ mirum est ad huiusmodi medicamentũ. Post ipsum verò, & symphytũ utile est, & deinde ireos illiricę radix, postea farina ex orobis. Neq; obscurum est, quin & contundi oporteat, & per cribrum subtile transmitti, ac postmodũ conteri talia omnia: melli aũt commisceantur eo ꝑe, qñ debet ab igne amo- H
ueri, tm̃ nobis superterentibus, donec melli decocto optime uniantur. Melius autem fuerit, si cacabum ab igne amouentes, hæc omnia admisceamus, & deinde diligenter agitemus, donec mel adeo tepidum reddatur, ut corpori, cui curatio adhibeatur, possit imponi.

De Gangræna. CAP. 9.

COnsequens est, ut deinceps dicamus de inflammationibus, quæ gangrænæ fiunt. Nominant autem (ut nosti) Gangrænas, eas, quæ ex magnitudine inflammationis nondum factæ sunt, sed adhuc fiunt, mortificationes. Nam cum, omnino membrum effectum est emortuũ, ut punctum uel sectum uel adustum non sentiat, quæ patiẽ, statim recidere oportet, quà sanam partem uicinam attingit. Sed, quod ita affessium est, denigratur: quod verò in medio est constitutum, ita vt tendat ad mortificationem, Gangrena nominatur. Curatur autẽ euacuantibus nobis quàm possumus plurimum sanguinis, qui in membro patiente compactus est, cuius causa fiunt mortificationes, ob id, quòd arteriæ ex angustia loci nequeunt se attollere: reliquo autem trãspirationes exhibentibus. Aut igitur cutem vniuersam multis sectionibus profundis secare oportet una cum subiecta substantia: aut plurimis scarificationibus profundis incidere. Sanguinem verò manare permittens, imponere debes ex medicamentis aliquod ad putrescentia utilibus: cuiusmodi sunt, quæ ex oxymelite, & farina orobi uel lolij conficiuntur: si uerò talia non adsint, fabarum, farinam

A. li. 4. f. 3. t. 1. c. 15. f. 454. b

A farinam adhibe,atque ipſum oxymel ſolum: &,ſi fortius medicamen apponere velis, adiice ſal, aut ex trochiſcis aliquem exquiſitiſſime tritũ,qualis Andronis & Polyidæ & Paſionis eſt.Et Muſæ medicamẽ ad hæc aptiſſimum,quod in Heræ tomo ſcriptũ eſt.Vtaris autem & his,& aliis,quæ antea diximus animum aduertens ad corpus ægroti.Nam,ſi ruſticum fuerit & durum natura,fortiſſima medicamenta deſiderat:fœmineum uerò & molles carnes habens,imbecilliora. Sic & viri,quicunque & molles carnes habent,& balneas amant,& in ocio degunt, mollia exigunt medicamenta.Neque dubium eſt idem in pueris faciendum eſſe.Et ſi quando etiam putrefactam atque emortuam partem abſcideris,ut ſecurius agas,nuper dictis utere medicamẽtis,naturam corporum ſimul attendens,atque eius inſuper partis,quæ male affecta eſt.Quædam enim ſunt, quæ citiſſime ad putredinem veniunt:& ſatis eſt ob maiorem ſecuritatem,quando abſcindis aut circũcidis id,quod iam putruit,eam,quæ veluti quædam radix eſt,ſanæ parti adiunctam,"adurere,ſicuti ſæpius in pudendis facere conſueuimus, nonnunquam quidem male affectis partibus quæ adurunt,afferentes,quandoque verò linamentum ante ſubmittentes.Facta uerò aduſtione,ſolemus (ut noſti)uti ſucco porri:qui vbi non adſit,iis,quæ paulo ante diximus.Vbi verò tibi uidebitur his remediis adhibitis ceſſare putredo,vt cito cruſta excidat,medicamento,quod nominatur Cephalicum,cum melle vtere. Melius uerò & ex hydrelæo panem decoquentes, vel farina hordeacea eodem modo parata,vel etiam cum ipſa miſcendo triticeam,facere cataplaſma.Id etiam medicamentum,quod Tetrapharmacum nominatur,ac præterea Macedonicum, ſunt cruſtarum ſuppurationibus,atque earum excidentiis accommodatiſſima. Similiter autem & quæcunque vim habent ad ſuppurationem perducendi.Et panis uerò tritus cum apio uel ocymo optime cruſtas dirumpit,& à ſanis partibus ſeparat.Ex ſimplicibus autem medicamentis iris cum melle, vel radix panacis,vel ariſtolochiæ,uel acori.In mollibus verò corporibus ſufficit orobi farina cũ melle vel thure.Aufert autem & cruſtas Machærionis medicamentum,†& iris cum melle. Cum uerò exciderint cruſtæ,huiuſmodi ulcera poſſunt quibuſcunque medicamentis,quæ carnem inducant,ad ſanitatem perduci.

A.l.1.fẽ.4. cap.29.fol. 83.f

B

†In græ cod.legitur,et illis cũ melle. legitur etiam, & iſis, emmota.

De cancro & Elephantiaſi. CAP. 19.

A.li.4.f.3. t.2.c.15.f. 159.g

CVm de his abunde dictum ſit,reliquum eſt,vt de cancroſis tumoribus differamus,qui in omnibus quidem partibus corporis fieri conſueuerunt,ſed in"mammillis præſertim mulierum, quæ purgationem ſecundum naturam non habent:quæ ubi modum ſeruauerit,tunc mulier integra fruitur ſanitate.Hi uerò omnes præter naturam tumores ex melancholica ſuperfluitate generantur,de qua diximus in commentariis in quibus de potentiis naturalibus egimus: Vbi oſtendimus hunc humorem,dum ſanguis in hepate fit fæcis uinariæ proportione generari:expurgari autem à ſplene,qui ex eo naturaliter habet alimentum.Cum igitur naturalis temperatura hunc humorem paucum generauit,& ratio uictus adhibita confert,& ſplen ſatis attrahit ex eo,qui generatur,nulla huiuſmodi ſuperfluitas in uenis coaceruatur:At,cum contraria eueniunt,tunc in venis multiplicatus:& eas,de quibus dicturi ſumus,facit ægritudines.Dico autem iis,quæ diximus, contraria,ut.ſ.hepar ad generandum huiuſcemodi ſuperfluitatem ſit aptũ. ſit etiam ratio victus per tales adhibita cibos,qui craſſum & fœculentum humorem procreare natura apti ſunt:ſplẽ verò ſit natura imbecillior,&,quicquid de ea ſuperfluitate generatur,ad ſe minime trahere potens. In hoc veròcorpore turbidus fit,ac craſſeſcit is,qui in venis continetur ſanguis. Et non nunquã à venis habentibus(ſicut & alia omnia)uim excernendi id,quod extraneum eſt,per hæmorrhoidas excernitur.Sæpius autem & ad varices decumbit:quandoq; ad cutum uniuerſam expellitur, fitq; is morbus,quem Elephantem nominant.Nam & aliquando ad alias corporis partes,q̃ cæteris ſunt imbecilliores,humor iſte defertur:atq; euidenter apparent,quę in illa parte ſunt, uenæ nigro ſanguine ac craſſo plane:quantoq; craſſior fuerit ac nigrior,tanto deterior eſt paſſio.In mammillis autem ſæpe uidimus tumorem forma ac figura cancro animali exquiſite conſimilem: nã, quemadmodum in iſto pedes ex utraq; parte ſunt corporis,ita in hoc morbo venæ diſtẽduntur, ac figuram omnino ſimilem cancro repræſentant.Hunc morbum per ſui initia ſæpe ſanauimus: ſed,vbi in moſem inſignem ſatis euectus eſt,nemo ſine manus opere potuit curare.Itaq; uniuerſę chirurgiæ tumorem præter naturam excidentis intentio eſt totum tumorem, qua partibus ſanis adhæret,circũcidere:ſed ob uaſorum magnitudinem,cum præſertim fuerint arteriæ,profluii ſanguinis ſtatim periculum imminet:ꝙ ſi laqueis eas circumprehendas,ſympathiæ id eſt compaſſiones,inſequuntur.Si autem & morbi radices exurere ſtatuas, neq; huic rei maximum periculum deeſt,cum prope principes partes fit aduſtio.Hunc igitur morbum(ut diximus)in principio ſanauimus,& tunc præſertim,cum melancholicus humor non admodum craſſus uidebatur exiſtere: nam hic purgantibus medicamentis,ex quibus ſanitas ſequitur,prompte ſuccumbit.Neq; obſcũrum eſt huiuſmodi medicamenta debere eſſe euacuandæ atræ bili accommodata. Quod tam diu faciendum eſt,donec ſanitas priſtina parti ſubſequatur, qñ ratio victus optimos generans humores interim adhibeatur. In Alexandria" quidem elephantis morbo plurimi corripiuntur propter victus modum & regionis feruorem:at in Germania & Myſia rariſſima hæc paſſio uidetur.

A.li.4.f.3. t.3.c.1.fo. 161.b

& apud Scythas lactis potatores nunquam fere apparuit. In Alexandria verò plurimum gene- E
ratur ob uictus rationem: comedunt enim farinam elixatam,& lentem,& cochleas,& plura sa-
lita,& nonnulli ex ipsis carnes asininas,& alia quædam,quæ crassum & melancholicum humo-
rem generant. Nam,cum circunstans aer calidus sit,motus humorum agitur versus cutem. Huic
igitur morbo quas antea diximus,conferunt purgationes. Quòd si & ætas & virtus permiserint,
sanguis prius mittendus est. In cancris verò non inutile est,neque in istis,vbi nihil prohibet san-
guinem mittere,demum purgare:&,si fuerint mulieres,menstrua euocare, siquidem nondum
quinquagesimum annum attigerint. Patienti autem particulæ succus solani imponatur,nã hoc
medicamen ad huiusmodi vtile est. Quòd si nolit ægrotans medicamento adeo humido illiniri,
cum præsertim domum exire cogatur ad consueta negocia peragenda,medicamen ex pompho
lyge constans est imponendum,quo me vidisti vti ad cancros exulceratos: &, si hoc non adsit,
adhibe alterum medicamentum nostrum,quod ex chalcite fit. In victus uerò ratione succus pti
sanæ abundanter exhibendus,& serum lactis:& ex oleribus malua,atriplex,& blitum: &,quan-
do tempus tulerit,cucurbitas,ipsis etiam est vtendum & piscibus petrosis, & auibus omnibus,
exceptis palustribus. Sed ijs,qui elephantiam patiuntur,in viperarum esu est mirabile auxilium.
Ita verò eas condire oportet,quemadmodum vidisti Marsos,qui feris venenatis & aspidibus nu
triuntur,Capite quidem primum abscisо & cauda vsq; ad digitos quatuor: deinde omnibus in- F
teraneis exemptis,cute etiam nimirum adempta: ãqua deinde abluto corpore ipsarum. Sed ne-
que aliter,cum theriacam antidotum conficere volumus,vsque ad hoc præparamus: sed dein-
ceps cõcoquimus differenter, in theriaca quidem paululum anethi & paucũ salis in aqua ponen
tes:in ijs autem,qui elephantiasi laborant,in olla anguillarum modo præparantes, ex albo iure.
Fit autem hoc modo. Aqua abundanter in ollam funditur & paucum olei, & cum hoc porrum
& anethum adijcitur. Liquet autem,quòd viperarum carnes sunt decoquendæ, donec exquisite
molles reddantur. Ipsum etiam medicamentum confectum ex viperis, quòd theriacam appel-
lant,optimum est ad potandum ijs,qui huiusmodi morbo laborant, uel etiam, si cui libuerit, ad
cutem oblinendam: nam,cum omnia hæc facta fuerint, nonnunquam solet squama à cute deci-
dere,quale in serpentibus quod senium appellatur.

Strumarum,Meliceridum & hydropum curatio. CAP. II.

IN alijs autem tumoribus præter naturam non putaui oportere eam, quæ manu fit curationem G
hoc in loco scribendam,cum tu medicamenta probatissima à nobis acceperis. In strumis enim
ea, quæ † adstringere, & exiccare, & pus etiam facere possunt. In ijs autem, quæ Melicerides
dicuntur, ea, quæ has dissoluendi vim habent, & quæ pus resoluunt, & ad aquam in scroto &
abdomine, medicamenta accepisti: Quibus etiam in aqua intercute laborantibus utaris: in
ijs enim duplex intentio est, scilicet vt sanetur tumor durus in viscere, & coaceruata humiditas
dissoluatur. At prius de induratorum vlcerum curatione dictum est: {sed differunt cum ta-
lem tumorem partes patiuntur, & differentem exigunt curam.} Quare curatio hydropum ad
has tres reducitur intentiones, vt sanemus durum tumorem, qui in viscere est: vt ea appona-
mus,quæ humiditatem dissoluunt: & medicamenta, quæ vrinam mouent,in potu demus.

† ἀποσέλλειν. *ad æqualitatem redigere, id est,ut puto, dissipare id quod tumorẽ facit.*

Hæc quidem tibi, qui ad longam peregrinationem accingeris satis esse arbitror. Si
verò(vt instituì)librum de medicamentis secundum * morbos & loca patientia
composuero, illum in tuo reditu habebis. Sed & aliud opus magnum
amicis expostulantibus exarabitur, in quo tota ars curandi conti-
netur. Quòd si tibi peregre detineri diutius contigerit,
singulos, qui à nobis scribentur, commen-
tarios ad te mittere non
grauabimur.

* Al. genera.

A.l.3.f.14 t.4.c.13.f. 322.a

Post hunc librum collocari debuerat liber, cui titulus est, Quos & quando, & quibus medicamentis purgare conueniat: qui in quinta Classe pag. 88. habetur.



GAL. IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARII QVATVOR

B

Ioanne Vaſſeo Meldenſi interprete

Ab Auguſtino Gadaldino pleriſque in locis emendati.

ARGVMENTVM.

Pertractat de ijs, quæ veteribus medicis in acutorum morborum victu controuerſa erant: ac in primo quidem libro agit de ptiſana.

C *VIGnidias appellatas ſententias conſcripſerunt, hi ſanè, quæ in morbis ſingulis patiuntur, & quo nam modo nonnulla ijs eueniant, rectè ſcripſerunt. Atque hactenus uel medicinæ quoque imperitus quiſpiam rectè ſcribere potuiſſet, ſi ab ægro unoquoque qualia patitur, probe intellexiſſet. Verum, quæ medicum non referente ægro ipſo diſcere oportet, multa ex his ſunt prætermiſſa, alia in alijs.*

Non ſolum nihil eorum, quæ ægri patiuntur, prætermiſerunt, qui Gnidias ſcripſerunt ſentẽtias: verũ quoq; & vltra id, qđ iuſtũ eſt, de quibuſdã mẽtionem fecerunt: vt paulo poſt oſtendã. Neq; id artis opus eſt, ſi nihil prætermiſerint eorũ, q̃ à plebe ipſa cognoſci poſſunt: non etenim is artifici eſt ſcopus, ſed, quæ ad curationẽ idonea ſunt, oĩa ſcribere. Quapp ſæpius nonnulla adijcere, q̃ vulgus nouit, erit opus: & multa, q̃ huic nota ſunt, auferre, ſi nihil ad finẽ artis cõferre videantur.

2 Et quædam ad coniecturalem cognitionem (τέκμαρσιν dicunt) peropportuna.

Τέκμαρσις eſt, quæ per Τεκμήριον fit, cognitio: Τεκμήριον autem appellant veteres ſyllogiſticum ſignum, non autem ſimpliciter ſignum omne, ut in opere de coniectura & ſigno eſt demonſtratum. Quæ igitur medicis ad huiuſmodi cognitionem tum neceſſaria tum vtilia exiſtunt, non omnia ait Gnidijs in ſententijs ſcripta eſſe, ſed prætermiſſa pleraque.

D *3 Cum autem ad coniecturalem cognitionem dicatur, quo nam modo curare ſingula oporteat, in his multa aliter, quàm illi enarrauerunt, ſentio.*

Ex quo multa, quæ ad coniecturalem cognitionem vtilia exiſtunt, à gnidijs medicis prætermiſſa eſſe dixit: quam nam dicat coniecturalem cognitionem, ipſe deinceps docuit, inquiens, Quo nam modo curare ſingula oporteat. Nempe, quod ad horum inuentionem vtile fuerit, id ex arte eſt. Sed forſan quis opinabitur prætermiſſas eſſe, quæ tum ad dignotionem, tum ad prænotionem conferunt, coniecturas. Verum res non ita habet, cum de neceſſitate in illis, quæ ad curationem idonea ſunt, hæ contineantur. Si enim ad optimæ curationis inuentionẽ nihil conferrent morborum dignotio, & futurorum prænotio, prorſus hæ ſuperuacarent: nunc autem, quòd conferant, ob id vtiles exiſtũt. Ergo, quòd affectuum dignotio ad curationẽ valde neceſſaria ſit, recenſere non eſt opus. Nam in primis, quis nam ſit morbus, dignoſcere oportet, deinde curationem ipſius ita aggredi. Quòd verò prænotio ad curationem quoque utilis ſit, demonſtrauit in præfatione prognoſtici Hippocrates. Qui ergo omnia, quæ ad medicinam ſpectant, vtilia ea uel ad dignotionem, uel curationem, vel prænotionem eſſe dixerit, uirtute idem dicit. Curatio ſiquidem per ſe à medicis exercetur: prænotio autem & dignotio propter curationem. Quo fit

1. Progno. t. 3. 4. 189. d

vt nemo finem artis dignotionem vel prænotionem,ſicuti curationem,aſſeuerauerint. Intelli- E
ge autem in præſentia curationem,ſublationem morbi,non eam quidem,quæ adhuc fit,ſed quæ iam facta ſit. Sed de omnibus abunde eſt ſcriptum in eo libro, qui de fine medicinæ agit. Nec expedit,vt in præſentia quippiam præpoſtere,& præter inſtitutum faciamus (græce παράεργον ἔργον ποιεῖσθαι, dici ſolet)vtpote, qui iam veteris mentem vel ſine exquiſito finis examine cognouerimus. Verum, cum & modo alio dictio præſens pleriſque in exemplaribus fide etiam dignis ſcripta ſit, de ea mentionem facere non intempeſtiuum fuerit. Differt autem ab ante ſcripta dictione litera vna,videlicet,ν̄ ideſt, uel vt ad hunc modum græce ſit: ὁκόταν δὲ εἰς τέκμασιν λέγηται, ν̄ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, id eſt. Cum autem quippiam ad coniecturalem cognitionem dicatur, vel quonam modo curare ſingula oporteat. Qui.n.ita ſcribunt, per τέκμαρσιν dignotionem & prænotionem intelligunt: & per verba hæc ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, id eſt quo nam modo curare ſingula oporteat, curationem,nolentes eam in τεκμάρσεως nomine contineri. Quod ſi ita habet,in anteſcripta dictione,qua dicitur,Multa prætermiſſa ſunt alia in alijs,& nonnulla ad coniecturalem cognitionem peropportuna,non recte ſanatoriam artis partem prætermiſiſſe uidetur Hippocrates. Sed, ꝙ hi reſpondeant ob id reſumptam ſcriptamque,quæ ſequitur dictionem, vt quod ſanatorium eſt,adijceret,nemo eſt,qui ignoret. Verum, quoniam de re ad curationem vtili di- F
ſceptatio non ſit,ob eas res ſermonem protrahere eſt ſuperfluum.Pergamus igitur ad ea,quibus quæ ad ſanationem utilia ſunt,docet.

4 *Atque non ob id ſolum non laudo: verum quòd & paucis numero ſint vſi medicamẽtis. Nempe maximus numerus medicamentorũ† quibus in morbis non acutis vſi reperiuntur,}eſt tẽpeſtiue exhibitorũ,tum elaterij,tum ſeri,tum lactis.† Quæ ſi bona eſſent,morbiq; quibus dari cenſerẽt, cõgruerẽt, multo ſanè digniora laude erant,quòd pauciſſima ſatisfacerent.Sed res impræſentia non ita habet.}*

† *Alia lectio ex cod. & manuſcriptis & impreſsis.quæ tradiderũt niſi in morbis acutis,& hæc magis quadrare uidetur cũ Galeni explanatione.*

Paucis quoque numero auxilijs vſos eos ait,niſi in acutis morbis: quaſi in his multa dixerint: quod ſanè fecerunt.Quæ verò longis in morbis dixerunt,hæc re vera contra ſe habent. Nam & per tempeſtiuam elaterij,ſeri,& lactis potionem perficiuntur.

5 *Qui uerò ſecundũ adornauerũt librũ,hi medice magis,quæ ſingulis exhibenda ſunt,percurrerũt.*

Liber ſecundus poſt primum ſcriptus, ἐπιδιεσκευάσθαι, id eſt adornatus digeſtusq; dicitur, cum inſtitutum habens idem,& plurimas dictionum eaſdem,nonnulla quidem eorum,quæ in priore erant,detracta habet,alia autem adiecta,& alia permutata.Exemplum rei huius, ſi perſpicuitatẽ deſideras,ſecundum Eupolidis Autolicum ex priore adornatum digeſtumque habes.Sic & gnidias ſententias à primis ſecundas gnidij ediderunt medici:quæ nonnulla quidem haberent eadẽ G
omnia,alia verò adiecta,& alia detracta,veluti & alia permutata.Secundum igitur hunc librum Hippocrates priore medicinalem magis eſſe aſſerit.

A† Vide in libro de paſsionibus non longe à principio.

6 Sed de Diæta, ideſt victus ratione,nihil,quod effatu dignum ſit,conſcripſerunt veteres,quanquã id magnum eſſet.

Is curationis ductus contextusque,qui per conſuetas materias efficitur, Diæta,id eſt uictus ratio nũcupatur:vt,qui per conſuetas: tum ſectiones, tum aduſtiones & alia quæcunque manibus fiunt,Chirurgia:tertia ab his medicinæ pars eſt pharmaceutice,quæ ſcilicet per medicamenta ab ſoluitur perficiturque.Accuſat autem priſcos Hippocrates,quòd de victus ratione nihil effatu dignum conſcripſerint:idque dixit,non quòd nullum diæteticum theorema conſcripſerint, ſed ꝙ non effatu dignum.Quale nam autem ſit effatu dignum,docebit in ſequentibus.

B† περὶ τὰ ἄλλα νοσήματα ὁκόσα τουτέων ἐχόμενα ἐστιν.

7 Fuerunt verò,qui varios morborum ſingulorum modos, diuerſaſq; horum ſectiones diuiſiones q; non ignorauerint.

C* τουτίπαν.

Non ſolum varios morborum modos non ignorauerunt,verum quoque & ultra, quàm de- H
cet,de his ſcripſerunt: ut oſtendam in ſequentibus.

D* In cod. manuſcriptis legitur εἶπον,i.dixi, & ita uetus tralatio,et ita omnino uidetur legẽdũ: ſuperiori.n. cõmẽto 7. de hoc dixit Galen.

8 Verum morborum ſingulorum numeros clarè pronũciare uolentes,non recte ſcripſerũt: quippe cũ non facile numerari queant, ſiquis languentium morbos alterum ab altero quadantenus differre, nullumque morbum eundem videri, quin idem quoque nomen habeat, coniecerint. Mihi uero placet omni in arte animum aduertere. Nam, quæ probe vel recte procedunt officia, probe & recte ſingula peragere oportet: quæ item celeritatem deſiderant,celeriter adimplere:&, quæ puritatem,pure:&, quæ ſine dolore adminiſtrari poſtulant, citra dolorem omnem adminiſtrare. Cætera quoque huiuſmodi omnia inſigniter præ alijs ad meliorem formam uos redigere conuenit. Maxime autem medicum laudauero,qui in morbis acutis,ui quorum plurimi hominum enecantur,inſigniter præ cæteris in melius procedat. a† *Sunt autem acuti morbi,quos priſci nominatim perſtrinxerunt, pleuritis,peripneumonia, phrenitis,lethargus,cauſus,* b† *& quicunque alij hos conſequuntur morbi, quorum febres* c* *prorſus continuæ interficiunt.*

E †*in libro de internis paſsionibus traduntur, phthiſes tres, morbi à renibus quatuor, tetani tres.*

d* Dixit paulo ante gnidios medicos confeſtim ab initio de morbis,plusq; oportet, ſcripſiſſe.

e † Scripſerunt ſiquidem bilis morbos ſeptem:pari modo & paulo infra,veſicæ duodecim:renum quoq; quatuor:ſtranguriæ quatuor: deinde tetanos tres:morbi præterea regij genera quatuor:atque tandem phthiſes tres.Nempe ad f* corporũ varietates,quæ multas ob cauſas permu-

F* Al. ſympto matum.

tabantur,

A tabantur,reſpexerunt,morborum identitatem haudquaquã contemplati:quo modo eſt contẽplatus Hippocrates,ad horum inuentionem methodo vſus,qua duntaxat morborũ numerũ inuenire conceditur.Methodum autem eã in methodi medendi principio demonſtrauimus, diximusq; aliq,d in libro de elementis ſecundũ Hippoc.mentem. Habes quoq; & à nobis cõpendio quodam ſcriptum vnum de morborum differentijs cõmentariũ.Sed hoc in loco dictiones proſequi eſt opus,nempe is expoſitionis ſcopus exiſtit.a†Nã ſi quis inter exponendum demõſtrationes ſcripſerit,ſermonẽ protrahet,& præcipuam,quæ ſanationis morborum cauſa exiſtit, dimittet:partem,inquam,quæ ad maxime lethalium morborum curationem excellit præſtatq;. Summa quidem præſentis dictionis hæc eſt,particularia uero dictionis deinceps explicabo.

9 Cum enim nullus cõmunis peſtiferi morbi modus paſſim graſſatus fuerit :ſed morbi ἀποράδες, *id eſt ſparſim priuatimq; prehẽdentes,& ſimiles fuerint: ab his plures,quã ab alijs omnibus, intereunt.*

Oſtendit hac oratione Hippocrates b† morbos multos vno fieri tempore, quos, ſi pernitioſi fuerint,peſtem appellant: ſi vero mitiores,altera quadã indicãt appellatione,epidemos vel epidemios nominantes:vt Epidemus morbus ſit,qui t,pe aliquo in regione aliqua abundet: Peſtis vero,epidemia pernitioſa. Eſt autem & aliud morbi genus cõmune multis, c†quod in regione ſuperuenit acceditque,}endemumque vel endemium appellitatur,quaſi patriũ dixeris, aut ver-
B naculum.His autem omnibus aduerſantur ἀποράδες, id eſt qui ſparſim priuatimq; prehendunt, ægros diſcrepanter fatigantes,neque ſecundum communem modum conſtantes. Sed quidnam eſt,quod ab Hippocrate dicitur.Sed morbi,& ἀποράδες, & ſimiles fuerint? Nempe contrarium dicendum fuit,& non ſimiles eos inter ſe eſſe: ſi vtique ipſa morborum ſimilitudine & endemum & epidemũ,& peſtiferum iudicabatur.Duorum igitur alterum,vel meliorem hanc ſcriptionem exiſtimare oportet.Sed morbi & ἀποράδες, & non ſimiles fuerint: vel ſimiles eos d†dicere oportuit} non inter ſe,ſed morbis antedictis,id eſt conſuetis: quoniam rarius quidem tum epidemij, tum peſtiferi fiunt,vocati vero ſporadici frequenter.De quibus & hoc in loco ab ipſo habetur: veluti de epidemijs in libro epidemiorum morborum, & de endemijs in libro de aquis aere & locis.Nullum autem peculiarem de peſte confecit librum,quoniam ex epidemijs vnum eſſe illã per libros epidemiorum demonſtrauit.

10 Idiotę vero non admodum cognoſcunt eos,qui in huiuſmodi alijs præſtant.

Idiotas ait non omnino cognoſcere medicos eos,qui,quantum ad huiuſmodi morbos attiC net,alijs præſtant.Quòd autem acutos dicat,palam eſt,de quibus ante ſermonem fecit.

11 Aliaq; auxilia magis laudant uituperantque,

Neque conueniẽtes,neq; laudabiles curationes dignoſcere ait idiotas,ſed alias magis .Quo fit,vt illi nequaquam recte laudent culpentve. Deinceps tanquam eorum,quæ dixit, demonſtrationem adijciens,hæc ſcribit.

12 †Magnũ aũt rei argumentũ,q; vulgus morbos huiuſmodi ſanationẽq; vtpote rude, planè ignoret,eſt hoc: Nẽpe,qui medici nõ ſunt,medici eſſe ob huiuſcemodi morbos prȩcipue uidẽtur:facile ſiqdẽ noĩa diſcentur,quę apud ęgros vſui eſſe exiſtimata ſunt. Si.n. quiſpiam ptiſanę cremorem,vinumq; tale uel tale,uel ẽt melicratum nominauerit,referre omnia eodem medici,tũ boni,tum mali plebeijs huiuſmodi uidẽtur.Sed res ipſa ſecus habet.Nẽpe hi,quãtũ ad hȩc attinet, ſupra modũ inter ſe differũt.

Quod materijs huiuſmodi eorum,quæ ad victus rationem ſpectant, medici utantur tum boni tum mali,ob id quisnam melior ſit,dignoſcere nequeunt idiotæ, qui diſcernere non poſſint, quinam tempeſtiue & debito modo præſidiorum materias ægris adminiſtrent: & quinam citra
D hæc.Hippocrates autem vbi impræſentia ſecundum præfiniuit proœmium,à præſenti oratione conſequentia exorditur.

13 Digna aũt ſcribi mihi maxime uidẽtur,q̃,quãquã medicis utilia exiſtãt,tamẽ ignorantur,quę, inquã,inſignes profectus & inſignes offenſas afferunt. Quę aũt ignorãtur,hȩc ſunt:Cur in acutis morbis medici quidã ptiſanas non colatas perpetuo exhibeãt,& recte curare ſeſe exiſtiment: Alij oĩno contendãt,hordeũ ut nullũ ęger uoret,ſubſecuturã inde,quę inſignis ſit,offenſam ueriti: ſed cremorẽ linteo colatum porrigant: Alij uero neque craſſam ptiſanã,neque cremorem exhibeant: atque ex his quidam,quoad ger ad ſeptimam uſque peruenerit diem:alij perpetuo, donec morbus iudicatus fuerit.

Logicam magis ſpeculationẽ ſapere vr̃, qd̃ ab Hippocrate in qõnem diſceptationẽq; ponit: cũ & ſine hmõi ſpeculationibus recte ſanare queamus. Nẽpe morbos recte ſanare ineſt medicis ex faciendorũ cognitione,& non ex inueſtigatione cauſæ:ob quã ſunt controuerſi, q̃ varias in hmõi morbis ſcripſerunt curationes.Eſt verò ſcd̃m veritatem id nõ cõmodiſſimum modo,verũ quoq; & omniũ primũ,atq; q̃ſitu neceſſariũ,vt ,pcedente exponã ſermone:q; enim qõne dignũ ſit,quod proponit,& quo ſoluat modo,ante percurrere eſt melius. Quòd igitur qõne dignũ ſit, hinc diſces.Nã de philoſophorũ cõtrouerſia nullã habemus,quæ euidẽs ſit,coniecturam. Neq;

enim

A antiquis.Nã ſi quis inter exponẽdũ demõſtrationes ſcripſerit, nec poſtea lõgũ perfecerit ſermonẽ ſanationis morborum cauſa, is præcipuam partem dimittet:partẽ &c.

B† Al. morbos quoſdam cões multis hoĩbus euenire vno tẽpore & ita etiã uetus ĩterpres.

C† *Legẽtur quidem hoc in loco in impreſsis cod græc.* ὅπερ ἐστὶ τὸ καθ' ὥραν ἐπιγιγνόμενον, *i.quod eſt in tẽpore ſuperueniens, & Vaſſæus loco* καθ' ὥραν, *uidetur legiſſe* κατὰ χῶραν. *At in manu ſcriptis quibuſdã hæc verba non habentur:ſed sũt gloſſema ĩ margine poſitũ, ac ueluti declaratio ſuperioris morbi epidemici,quòd ſit morbus,qui aliquo tempore uni regioni ſuperuenit: quæ poſtea verba per librarij incuriã in contextũ loco non debito trepſerunt: quã doquidẽ morbi endemi ſunt illi,qui perpetuo in una regione abundant, vt habetur à Gal. 1. com. primi Epid. diffuſe.*

D† *Dictos eſſe cenſendum eſt.*

E†A.Nicolaus Lauat hius ita yertit. Cuius rei indiciũ manifeſtum illud eſt,quòd ipſiin terſe vulgares aduerſiſſimi in affectib. einſce modividentur, quamobrẽ dili genti eſt aĩadueꝛſione opus. Qui.n. medici nõ ſunt,credũtur medici, in his præſertim morbis; cũ ſit

eorũ

corũ leue didiciſſe nomina, quæ patiẽtibus eiuſdemodi cõ ferre admodũ credantur.

enim ſi genitus mundus ſit, neque ſi interitus conſcius: neque ſi extra ipſum inane non ſit, neque E ſi finitus: neque ſi is ſolus unus ſit, neque ſi plures, neque quot numero, ſi plures: neque ſi horum multitudo in comprehenſibilis ſit, aut infinita: manifeſte coniectari poteſt. Ad hunc ſanè modũ, & de alijs multis, quæ in philoſophia quæruntur, nonnulla quidem iudicare prorſus nequiuimus alia vero non ſine magna contemplatione. Verum de ipſis, quæ ægros iuuant, vel lædunt, non ſimiliter eſt. Nempe, etſi ad ipſa inuenienda longo opus ſit tempore, uiroque à multis diſcrepante, quæ tamen ſe ſe reperiſſe quidam iactant, ea facilem habere iudicationem uidebuntur. Nempe, ſi ægris quidem adhibita præſidium attulerint, laudare oportet atque agnoſcere: ſi uero detrimẽto fuerint, uitare atque repellere: quæ uero nihil auxilij vel offenſæ effatu dignum præſtiterint, in neutrius horum ratione cenſere conuenit. Sed ſanè medicos ab euidenter offendentibus abhorrere oportet. Si ergo parum* exuperantibus inſiſtant, qui quouis modo ab initio ſunt opinati, nihil mirum videri debet. In iis uero, quæ admodum receſſerunt, atque vſque adeo, vt à quibuſdã laudentur, ab aliis culpentur, admirari quiſpiam eos poterit, qui valde offendentia extollunt, uel eos, qui vere iuuantia uituperant. Id ſanè eſt, quod Hippocrates particulari uno exemplo propo nit. Dictum autem & id, nec ſecus ipſius ſolutio, ab Eraſiſtrato in primo libro de febribus, pauciſ- F que & euidenter, vtpote qui Hippocratem planè eſt ſecutus. Percurrens etenim in libro præfato medicos tum eos, qui aduerſiſſimum febriẽtibus uictum præſcribunt: tum eos, qui longis in ediis ægros ipſos conficiunt, atque Petronam ipſum, qui tum carnes, tum uinum exhibebat: in textura ſermonis hoc infert pacto. In multis igr ualde magnis plagis decidebant: ſi autem febrientes omnes ex tali curationis modo male liberabantur, qui ita curabant, à curatione deſiſtebant. Sed, vt videtur, non febribus omnibus opem fert is ſanationis modus. Laudandi igitur cum Eraſiſtratus, tum alii, qui quæſtionem hanc propoſuerunt, & ſolutionem eius ſcripſerunt: laudandus quoque & qui præ cæteris eam propoſuit. Sciueris præterea & eam non magis de acutis morbis, quã de aliis omnibus, proponi ſoluíque. Nempe reſponſio de omnibus communis eſt. Non enim in acutorum modo, verum quoque & morborum aliorum curatione controuerſi fuerunt medici: atq; ob id longo tempore ſua in cibi exhibendi regula permanent, quòd non nullos ab ea euidenter iuuari uident. In cæteris autem, qui nihil inde auxilii recipiunt, cito quidem & ægros occulte aliquid deliquiſſe ſuſpicantur, quanquam id non ſit, ſed quod retulit Hippocrates in libro de fracturis: ubi agens de iis, qui fracturas cum vulneribus perperam ligant, atque ob id lædunt, ait, "Non

*Al. lædentib.

3. de Fracturis t. 8. 7. 243. b

enim deligationem cauſam eſſe exiſtimant, ſed aliud quoddam infortunium. Sic & eos in uictus G ratione opinari par eſt. Quod autem præſenti in oratione recenſuit Hippocrates, id palã eſt, vbi quis eam ſecum cogitans bis & ter legerit: Nempe ex particulari exemplo communem doceri ſermonem comperiet: quem & uniuerſalem uocare conſueuerunt, non Philoſophi modo, uerũ quoque & prope omnes Logicæ artis non imperiti. Eraſiſtratus ergo aduerſiſſimarum meminit victus rationum. Hippocrates verò relictis monſtruoſis alienisque, ad moderatiores ſe contulit. Monſtruoſæ etenim alienęque uere ſunt, tum quæ per inediam fiunt ſummam: tum quæ per repletionem immoderatam, qua utebatur Petronas. Moderatæ uero, quarum meminit Hippocrates in acutis morbis, ab inſignibus exhibentur medicis. Quidam enim hordeaceam ptiſanã in his adminiſtrant, alii cremorem duntaxat, alii ne hunc quidem in acutis morbis ante iudicationem, ſed tempore interiacente ſolos exhibent potus, aquam, melicratumque, &, ſi opus ſit, oxymeli. Controuerſiæ igitur cauſa eſt, quam Hippocrates ipſe in ſequentibus exequetur, & quam ab Eraſiſtrato in primo de febribus bene enunciari aſſerebam. Eſt autẽ ea, quod aliqui ſolo ptiſanæ cremore indigent: alii hordecea ptiſana: & alii horum neutro, ſed potibus ſolis ad iudicationem uſq; fœliciter ſeruantur. Demonſtrabit autem in ſequentibus, quinam hordeacea indigent ptiſana, & qui ſolo ptiſanæ cremore, & qui neutro horum.

14 Sanè quæſtiones huiuſmodi proponere non conſueuerunt: neq; forſan, ſi proponantur, ſoluuntur. H

Quòd primus Hippocrates quæſtionem hanc propoſuerit, ſolueritque, ex hac notum euadit dictione. Neque enim, inquit, tales quæſtiones proponi à medicis conſueuerunt. Quod ſi & eas quis fortaſſis propoſuerit, ſolutio non reperietur.

15 Calumniã uero usq; adeo grauẽ patitur apud vulgũ ars tota, vt nullo pacto medicina eſſe videatur.

Hac quoq; in oratione ex particulari exemplo rem quandam uniuerſalem docet. Nempe in primis qualemcunq; ingredientium exercitationem controuerſia iuſtam ignorantiæ ſuſpicionẽ oſtendit. Secũdo concordia ipſa iuſtam magnamq; cognitionis ſpem demonſtrat: quod nimirũ mathematicis demonſtrationibus ualde contulit: Neque enim diſcipulos ſolum alliciunt, credulosque reddunt, uerum quoque & apud idiotas ſeſe ueriſſimas exiſtimandas præſtant. Mathematicis igitur demonſtrationibus uſos* ait, qui euidenter quippiam & citra quamuis ambiguitatem demonſtrauerunt. Sed controuerſiæ rationem diligenter in ſequenti oratione proſequitur.

*Aiunt. ſ. idiotæ eſt in ueteri tralatione.

16 Quapp acutiſsimis ĩ morbis vsq; adeo diſsẽtiũt ĩter ſe artifices, vt q̃ alter porrigit optima eẽ exiſtimãs, ea alter mala eſſe putet: at q; ferè ob id vaticinatiõi (q̃ græce μαντικὴν uocãt) ars ipſa ſimilis eẽ uideatur. Augures ſiq̃dẽ alitẽ eãdẽ, ſi ad ſiniſtrã volauerit, bonã fauſtãq; eſſe putãt: ſi ad dextrã, mala infauſtamque

Astamque. Talia quoque in Aruſpicina (quam ἱεροσκοπίαν *dicunt) uidentur, alia in alijs: ſed uaticinantiũ nonnulli contraria ſentiunt. {Dico autem ſpeculationem hanc eſſe & pulcherrimam & germanam, propter quàmplurima & commodiſſima, quæ in arte comperiuntur.}*

Μαντικὴν appellauit Hippocrates, οἰωνιστικὴν: ἱεροσκοπίαν vero, θυτικὴν à pleriſque appellatam, quã vere antiqui etiam alij ἱεροσκοπίαν vocant, quòd ἱερεῖα id eſt hoſtias, ſuſpicientes, qui in ea ſcientia graues & præſtantes ſunt, ex ipſis ventura prænuncient: ἱερεῖα, autem ſcimus appellari omnia, quæ dijs ad honorem exhibemus, quales ſunt, quæ litantur victimæ, quarum exta inſpicientes ἱεροσκόποι, id eſt aruſpices, prædicunt. Eos vero qui ex auium volatu augurantur, quos οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους, id eſt auſpices, appellant, nunc μάντεις, id eſt augures, appellauit Hippocrates: quanquam μάντεως nomen & μαντικῆς de omnibus, quæ ita prædicunt, artibus proferatur. Nempe μάντεις vocantur & ἱεροσκόποι, & οἰωνισταὶ, & qui appellantur γενεθλιακοὶ, & qui per notas & victimas, futura prædicunt, præterea & χρησμολόγοι, id eſt fatidici & θεομάντεις, id eſt diuini vates. Sunt, qui & ὀνειροπόλους, id eſt ſomniorum interpretes, à poeta appellatos inter μάντεις, id eſt vaticinantes, collocant. Sed conſtat Hippocratem ſolos οἰωνιστὰς appellare μάντεις, vt poeta appellauit. Nam is in pleriſque ſui operis poetici partibus οἰωνιστικὴν artem, venturorum prænotionem eſſe demõſtrat. Quomodo & in primo Iliados circa initia ait, Ἀλλά γε δὴ τινα μάντιν, ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, id eſt, Conſulamus itaque augurem quempiam, aut aruſpicem, aut ſomniorum interpretem: nempe & ab Ioue oſtenduntur inſomnia, ἱερεῖα quidem dicens, ἱεροσκόπον: ὀνειροπόλον vero qui circa ſomnia verſatur: μάντιν autem οἰωνιστὴν, id eſt augurem auſpicemque. Sæpius etenim in ſuo opere poetico huius meminit in maximis rebus, diuinandi etiam arte per alites vſus. Sed forſan hæc, & quàm decet, plura de huius nominis μάντεως appellatione dicta à nobis ſunt: atque ob id, ad quod dicitur, tranſire iam eſt tempeſtiuum. Quod enim ait Hippocrates, tale eſt. Qui diuinatorias artes proſequuntur, in particularibus multis nihil minus, quàm medici, diſcordant. Vidi equidem aliquando augures in volatibus ipſis, quos dextros & ſiniſtros memorauit Hippocrates, diſcordantes. Alter Arabs erat, alter Græcus, atque ex Aſia noſtra. Arabs dicebat dextram alitem, laborantes mulieres ſeruare, ſiniſtram viros. Qui vero ex Aſia noſtra erat, dextram alitem in virorum morbis apparentem, interrogantibus ipſis, ſi ſeruarẽtur, aſtruere interrogationem recenſebat, ſiniſtram vero denegare. Interrogabam igitur eos, ſi quomodocunque volantem vel dextram vel ſiniſtram alitem pollere eadem ſignificandi facultate dicerent, nihilque differre putarent, ſi aut celſiſſima aut terræ propinquiſſima, aut media uolaret. Et ſi media, an ſi propius, vel celſiſſimam, vel infimam, vel adhuc inter has mediam. Pari modo, & ſi auis vel propinqua vel lõginqua volaret, an ne in his nulla foret diſtinctio. Arabs eas nihil ea, quæ vel in altitudinem vel longitudinem vel latitudinem eſſet, diſtantia diſcrepare reſpõdebat. Græcus vero de ſymmetro diſtinguebat, dextro, & ſiniſtro: afferebatque ab auguribus hæc ſcripta eſſe: atque immoderatas diſtantias moderatis contrariari: teſtesque in eam rem libros Apolletis, Athenæi, Chæremonis, Artemidori, Phocæ, atque aliorum multorum, qui in augurandi arte clari eſſent, proferebat. Deprehendi proculdubio Arabem & confuſum & à diſtinguendi arte alienum: Græcum vero diſtincte loqui, & artificem eſſe. Nempe artis, quæ ſuorum theorematum iudicium per experimenta habet, diffidentia ex diſtincta & indiſtincta rerum explicatione oritur. Quod ab Hippocrate edoctus, græcum augurem in auium volatu artificioſum magis videri iudicaui: ex abundantia vero celebratiſſimos augurum teſtes adducens, adhuc magis fide dignus erat. Cum vero etiam Arabs plurimos ægrotantium, quibus vera prædixerat, teſtes citaret, ſuccedentis vt plurimum euenti ſuam ſecuti cauſam pronunciaui. Nempe, ſi auis dextra moderate diſtans uiros ſeruat, immoderate vero diſtans fœminas: ſint autem complures, quæ immoderate diſtent, vna uero duntaxat, quæ moderate: iure quidem multis ſuccedet ex animi ſententia, paucis vero non ſuccedet. Græcus autem alias adijciebat diſtinctiones, quibus, etſi dextra auis immoderate diſtaret, interdum tamen ſeruandum uirum laborantem declararet. Nempe, qui molle & muliebre ſtudium exerceret, veluti & * facrificulum, mulieris ſchemate ſeruari dicebat: rurſumque & id ab optimis ſcriptum eſſe auguribus demonſtrabat: Adde φ & alias quaſdam adijciebat diſtinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere uidebatur. Retuli hæc propter ſequentem dictionem, quã nemo conuenienter expoſuit, ſicuti neque eam, quæ ante ſcripta eſt, vbi ait Quæſtiones ſane huiuſmodi proponere non conſueuerunt medici: neque forſan, ſi proponãtur, ſolui reperiuntur. Nam, cum inquit græce τοιάδε, latine huiuſmodi, i. quæ ita diſſident, quidam de ptiſana ſola perperam intellexerunt: alij autem paulo his melius, de victu acutorum: alij de omni ſimpliciter victu: alij uero de curatione uniuerſa, prioribus quidem melius, ſed neque adhuc abſolute. Cauſam autem, ut dixi, totius diſſidij quæſiuit Hippocrates in omni arte, quæ experimentis iudicari poſſit. Quod autẽ id ita habeat, manifeſte per ſequentem condiſces orationem.

Nempe & ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt, ſanisque ad ſecuritatem, ſeſeque exercitantibus ad bonum habitum, atque quod quilibet uoluerit.

Sermo præſens eos arguit, qui Hippocratem exiſtimant præſcriptam dictionem de ptiſana

ſola

* Al. lanificũ.

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 8. fol. 419. g

ſola propoſuiſſe: eoſq; qui de victus ratione ſiue acutorũ morborũ, ſiue ſimpliciter uniuerſa, ſa- E
ctum id putant: pari modo & eos, qui de curatione vniuerſa problema eſſe exiſtimauerunt. Nẽ-
pe prior oratio, quæ ita habet, Nempe & ęgris omnibus ad ſanitatẽ magnũ quippiã poteſt, eos
arguit, qui de ptiſana: atq; alios, qui de ſola uel acutorum, vel morborũ aliorũ uictus rõne ante
cedentem orationem eſſe opinãtur. Neq; enim ægri oẽs à ſola victus ratione curantur: cũ multi
ſint, qui manuum opera & medicamentorũ adminiſtratione indigeãt: adhuc uero magis neque
à ptiſana ſola. Neq; igitur de dięta ſola acutorũ, neq; dięta ſimpliciter, quę eſt in oĩbus morbis,
ſermo Hippocrati exiſtit: neque de ſola ea, quæ ex his oritur controuerſia: ſed de * oĩ ſimpliciter
arte, quæ experimentis, tum diſcerni, tũ iudicari nata ſit. Qui etenim cõe vniuerſaleq; iudicandi
inſtrumentum reperit, per id, quæ particularia ſunt, iudicat. Particulare autem unũ eſt, & qđ de
ptiſana medicis in controuerſiã venit: ſicuti & quod de victus rõne non acutorum modo, uerum
quoq; & morborum aliorũ: atq; ẽt, quod generalius eſt, de curatione uniuerſa: & qđ adhuc hoc
generalius eſt, de oĩ corporis prouidentia, & ſi ſanorum ea fuerit: nempe & hi ea indigent arte,
non quæ ad conſequẽdam ſanitatem præcepta tradat, ſed præſentem conſeruandam. Quod non
prætermiſit Hippocrates, cũ inquit, Sanisq; ad ſecuritatem: nempe, ut talis ſeruetur, ſecuritate eſt F
opus. Vtilem quoq; ait eſſe ſpeculationẽ & ijs, qui exercitantur ad habitũ bonũ. Vt. n. ęgrorũ cu-
ratio ea, q̃ nunc ab Hippocrate propoſita eſt, ſpeculatione indiget: ſic & ſanorũ ſecuritas, ut præ
ſens ſanitas conſeruetur: ſic & ſeſe exercitantiũ prouidentia, ut bonũ habitũ cõſequanr̃. Hæc igit
oĩa artis, q̃ circa corpus uerſatur, ſunt, ſed, qđ ſerie cõtinuata dicitur, ad omnẽ extẽdit artẽ: Quid
nã etenim eſt, qđ ait, Et ad qđ quilibet uoluerit? Nẽpe augur, aruſpex, muſicus, rhetor, & artifex
oĩs ſimpliciter cauſam eius, q̃ in ſua arte reperitur, cõtrouerſiæ vnã eſſe exiſtimat, cũ ſcilicet vnuſ
quiſque ex particulari uniuerſale facit. Ita ſanè & in auguribus factã cõtrouerſiã deprehẽdi: eũq;
qui ueriora loqueret, iudicaui: atq; ob id augurũ memini Arabis & Græci. Nẽpe artis oĩs conſti
tutio ex propriorũ à cõmunibus diſtinctione oritur: qui enim hæc diſtinguere põt, is optimus cẽ
ſetur artifex. Vt aũt cõſtitutio, ſic & iudicatio in diſtinctione ſubſiſtentiã hẽt. Nẽpe falluntur, qui
artes conſtituunt, cũ, qđ cuipiã contigit, id uel in oẽs, uel in plures q̃ oportet, extẽdunt: qđ ſiqui-
dẽ nulli prorſus contigit, nemo id in tęli arte perſuadebit ſibi uerum eſſe. Nã in hoc uere oritur
cõtrouerſia, cũ unuſquiſq; ſibi ipſi perſuadet, non cũ ſimulans confingensq; contentioſe litigat:
quo mõ nonnulli de quibuſdã ſecus, q̃ animo ſentiebant, fecerunt: quo modo & qui proponunt
ambiguũ eſſe, utrũ uigilamus dormimusve, aut ſapimus, inſanimusve. Quòd ſi manifeſtũ eſſe id G
cõcedatur, utri ſanè magis uera loquunr̃, anceps inquiũt eſſe, an qui uigilant, ijs, qui dormiunt:
vel, qui non inſaniũt ijs, qui inſaniunt. Nullus ſiquidẽ ita perſuaſus, aut ſecũ animo opinans, ſed li
tigans, hos ſermones facit. Quidã autẽ in arte medicinali res nouas quidem ſunt aggeſſi, cum tñ
rebus prioribus melius quippiam inuenire nequirent, ſed vulgi affectionem, quã Hippocrates
dixit, intelligerent. Nempe vulgus qđ nouum inuſitatumq; eſt: & nondũ, ſi utile eſt, intellectũ:
laudat magis, q̃ aſſuetum, qđ utile eſſe eſt cognitum. Sunt, qui ob uictus ſuauiſſimi pollicitatio-
nem perſuadentes ęgros alliciunt, doli uafriciæq; nõ ignari: ſed uel propter lucri, uel ꝓpter glo-
riæ cupiditatem talia doloſe committere aggrediuntur: * Dicta ergo ea, q̃ uerbo tenus fit cõtro
uerſia, quã uiri huiuſmodi inter ſe habent, illa, quæ ſecũdum rei ueritatẽ eſt, controuerſia oritur,
ꝙ enunciatio non diſtinguatur, ſed uel de pluribus, q̃ oportet, uel de oĩbus tãquam ſimiliter ha-
bẽtibus, efferatur. Atq; ob id iuſte laudandus uenit Hippocrates, qui de ſola ſecundũ rei ueritа-
tem meminit controuerſia: quam, qui artem cõſtituere aliquam uolunt, patiuntur, cũ ſecũ ſuaq;
in anima differẽter opinãtur, & nõ verbo tenus ſimulate ac ſubdole id agũt, ob gloriæ uel lucri
cupiditatem. Nullus enim, qui animi conſilia uere per experimenta iudicat, Petr[a]næ uictus ratio
nẽ recipiet, carnes aſſas adminiſtrãs uinumq; nigrum in ijs, qui acuta laborãt febre: neq; in tan- H
ta ſiti ita temperans, ut cotulæ aquæ uigeſimã porrigat partem. Talia ſiquidem dięteмata abſur-
da ſunt: quorumq; alterũ exiſtit, nempe uel ob nouitatẽ uafris ab hominibus parata, uel ob ſum
mam ſtupiditatem, ſi plane ſoli ueritatẽ reperiſſe exiſtimauerint. Quæ vero ab Hippocrate ſcri-
pta ſunt, ea in prudentibus uiris, qui uere artem conſtituere ſtudent, reperiri poſſunt: cũ non ma-
xima ſit læſio, quando, quibus non oportet, offeruntur. Ac talia quidem diſtinctu difficilem ha-
bent eam, quæ experimentis conficitur, iudicationem: quæ autem ualde differũt, facilem. Con-
trouerſiam igitur in ijs, quæ parum inter ſe exuperant, iudicare, & quibus nam ptiſana ſola ex-
hibenda in acutis morbis ſit, & quibus hordeacea: & quibus nullo pacto id faciendum ſit, ſed po
tus ſolus ad iudicationem uſque porrigendus ſit, demonſtrare, Hippocratis intelligentia eſt di-
gnum.

*18 Ptiſana igitur frumentaceis guſtamentis recte prælata fuiſſe mihi uidetur in acutis morbis: eos A.li.4.f.1.
que qui eam præferunt, laudo. Nempe uiſcoſitas eius læuis, cõtinua, iucunda, lubrica, & mediocriter hu t.2.c.8.fo.
mens, ſitim minime infert: &, ſiquid ablui eget † probe abluit: } non aſtringit, non male turbat, neque in 419.g
uentre tumeſcit: nempe inter coquendum, quoad maxime potuit, intumuit.*

Orationem hanc tantummodo legiſſe mihi videntur, qui librũ hunc de ptiſana inſcripſerunt:

veluti

* Græce ἐξυρημένης, id eſt ſublata.

† In antiquis loco dictionis ἐυέκπλυτον legit ἐυέκριτον. & ſic in commen. ut ſit interpretãdum, & ſi quid excerni, facile ipſa excernit.

A †veluti procemij partẽ primã, qui aduerſus gnidias ſententias titulum fecerunt. Nã Hippocrates in ſecũda ꝓœmij parte non amplius cõtra gnidios medicos agere, ſed ſe ſe ad curationis acutorũ morborũ exercitationẽ conuertere eſt viſus. Tertia autẽ proœmij pars, q̃ huc vſq; percurrit, ad eã, quæ uictum morbis acutis præſcribit, artẽ ſpectat. Neq; tamen ad eã ſolam eſt vtilis, uerum quoq; & alteri, qui generalior ſit, ſubiecta eſt ſermoni. Demonſtrauimus autẽ in ijs, quos in ſcripta de fracturis articulisq; parauimus, cõmentarijs, Hippocratẽ ſubiectos ſermones, pro alijs qui buſdã vniuerſaliorib. obſignare conſueuiſſe: doctrinamq; uniuerſalium ex ipſis; q̃ tanq̃ exempla conſtituit, efficere: neq; enim ita ab inſtituto recedit, neq; ſæpius docet, quod multorum cõmune exiſtit. Quo autem modo in ptiſana ſermonem fecit, cauſam eius, quæ de ipſa eſt, cõtentionis tũ veſtigans, tum decernens, ſic & de omni acutorum morborum victu rectũ tulit iudiciũ. Nam & de venæ ſectione, & purgatione, & tũ glandis tũ clyſteris vſu: de cataplaſmatis itẽ, ſotibus, uino, aqua mulſa, oxymelite, & balneo non parua inter medicos exorta eſt cõtrouerſia: q̃ omnia libro in hoc percurrit Hippocrates methodo una, q̃ nuper dixi. Vim cuius etiam nouiſſe viſi ſunt, qui ſe empiricos nominauerunt, dioriſmis, id eſt diſtinctionibus propria à communibus ſeparantes: conſueuerunt autem diaſtolas magis, q̃ dioriſmos appellare ſermones eos, qui, quod propriũ eſt,

B à communi ſeparant diſtinguuntque. Iam ergo, quæ ab Hippocrate de ptiſana dicuntur, uideamus. Videntur ergo mihi (inquit) priores medici frumentaceis guſtamẽtis recte prætuliſſe in acutis morbis ptiſanam. Frumentacea guſtamenta intelligit, quæ ex frumento fiunt: frumentum aũt græce σῖτον homines appellant, maxime quidẽ triticũ, ſed iã tum hordeũ ipſum, tũ zeam σῖτον appellant. Appellationẽ uero ad plura extendentes, δημήτρια quoq; .i. cerealia appellata ſemina connumerant, lentẽ uidelicet, fabã, lupinũ, cicerculã, panicum, milium, piſum, fœnum græcũ, auenã, tipham, cicera, & quæcunq; id genus alia. Horum igitur omnium frumentaceorum guſtamento rum cætera quidem vulgo damnantur, ꝙ protinus magnum inferant detrimentum. Panis autẽ vnus, & chõdrus in acutis adminiſtrantur morbis: & cum his ſolis priſana eſt conferenda: lens ſiquidem, & milium, & fœnum græcum, tanquã medicamenta, ob quoſdam uentris morbos exhibentur, & non tanq̃ nutritura cibaria. Ptiſanã igitur recte prælatã eſſe ait frumẽtaceis edulijs, pani. ſ. chondro, & zeæ, ex qua fit tragus appellatus. Nempe eorum, qui chõdrum temporibus Hippocratis nondum fuiſſe exiſtimant, ignorantiã argues tum ex quibuſdã antiquis Comicis, q chõdri meminerunt: tum etiã ex Hippocrate ipſo, qui in libro de victu ſalubri, de chõdro ipſo mentionem fecit. Nam, etſi liber ille Hippocratis nõ ſit, ſed vel Euriphontis, vel Phaõtis, vel Philiſtio

C nis, vel Ariſtonis, vel alterius cuiuſpiam ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) ſanè omnes hi veteres viri ſunt, atq; ex eis quidam & Hippocrate antiquiores, alij uero tempore ipſius uixerunt. Loquor autem di Hippocrate Heraclidæ filio, qui librum hunc confecit: nam auus ipſius Gnoſidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino ſcripſit: aliorum uero ſententia duos ſcripſit, librum. ſ. de fracturis, & librum de articulis. Quare autem ptiſana frumentaceis edulijs recte antepoſita ſit, demonſtrabitur per ea, q̃ ipſe infert, inquiens. Quæcũque etenim ad acutorum morborum ſanationem inſunt bona, nulli alteri ineſſe comperies. Recte autem iudicabis, ſi & acutorum morborum naturam, & ptiſanæ uires, cognoueris. Naturaigitur acutorũ morborum eſt, vt ipſe paulo ante dixit, ut horum febres* omnino ſint continuæ. Febris uero ortus, caloris natiui ad igneum eſt conuerſio, ut alibi demonſtrauit, & nunc manifeſtabit, inquiens, ex thorace quidem incipere, ad caput uero flammam mittere. Præterea in libris uulgarium morborum, febrem magnam, ignem uocare conſueuit, quaſi non aliam habeat naturam, præter quã ignis ſubſtantiam. Si igitur contraria contrariorum remedia exiſtant, ſanè febris peculiare remedium, vt virtute tum refrigerante, tum humectante ſit, oportet: id nanq; febris naturæ, quæ & calida & ſicca eſt, contrarium erit: talis ſiquidem naturæ eſt ignis. Præterea, cum febres & ex humo

D rum putredine oriantur, non paruam diligentiam adhibere oportet, ut, quicquid ex ipſis concoqui poſſit, concoquatur: &, quod iam exuſtum ſit, neque amplius concoqui poſſit, euacuetur. Quod ſi febrientibus ipſis cibi vſus ſit, qui hæc efficere queat: ſi etiam facile tum coquitur, tum diſtribuitur: iam omnia hæc quibus eſt opus, habuerit. Quænam igitur ſit ptiſanæ uirtus, ex Hippocrate audiamus. Viſcoſitas, inquit, læuis eſt. Læue exaſperanti opponitur. Exaſperant autẽ, acria, acida, & aſtringentia. Acria ſanè omnia calfaciunt, ut eruum, fœnum græcum. Acidorum cætera quidem dimittere oportet: de oxymelite vero eſt duntaxat agendum. Dimittantur pari modo ex aſtringentibus pyra agreſtia, & meſpila, & quæcunq; huiuſmodi, atque ex frumentaceis lens & ſimilia. Exaſperantium igitur malitiam ptiſana effugit, utpote quæ leuorem non tactu ſolum, uerum quoq; & facultate habeat. Eſt itẽ & uiſcoſitas eius cõtinua eſt ſiquidem in omni parte ſibi ipſi ſimilis propter exactam coniunctionem: †quod zeæ nullo ineſt pacto. Laudaã præterea non parum, quod in ptiſana iucundum & mite exiſtit: quod immiti iniucũdoq; opponiẽ, id eſt quod, dum ſumitur, inſuauitatem quandam facit: ſicut denique & panis inſuauis eſt, dum ſumitur, niſi abunde ipſũ macerueris, madefeceris que: immo & ita ſuperatur ab ea, quæ in ptiſana eſt, iucunditate, q̃ mandi nõ indigeat, ſed potuum inſtar ſorberi poſſit. Neq; paruæ eſt conditionis ptiſanæ

lubricitas

† *Veluti primũ proœmiũ, qui aduerſus gnidas ſententias titulũ fecerunt. oſtenſũ eſt enim in ſecundo, nõ amplius contra gnidios medicos agere, ſed ad curationis acutorũ morborum exercitationem adhortari. Tertia autem, oratio, quã &c.*

* In antiquis codi. legitur, ὁ ὅπερ οὐ χὶ πᾶ ρχει τοῖς λοιποῖς ζωμοῖς. i. quod nõ ineſt reliquis iurib.

lubricitas,præſertim cremoris. Pertranſit enim thoracem, in nulla ipſius parte quippiã, dum tran E
ſit, relinquens: ueluti faciunt, quæ in meatibus infarcta adeo obſtruunt, vt vix abſolui poſſint: qđ
accidit uiſcoſis ferè omnibus, excepta ptiſana. Hinc ſanè, quæ ex chõdro fit ſorbitio, quod quidẽ
viſcoſum ſit, habet, ſed lubrico eſt deſtituta: ptiſanæ autem ineſt & lubricum & detergens. Qua-
propter medici ad detergendum eum, qui in uentre infarctus eſt, humorem uomitibus, exhibito
ptiſanæ cremore, veluti & aqua mulſa, utuntur. Crudam quoq; conterunt ptiſanam puerorum
mangones, faciesq; ut uitioſos cutis exterant colores, illinunt. Quod aũt in ea deterſoriũ exiſtit,
id & ad deiectionẽ eſt idoneũ, diſtributionemq; præſertim ubi ex ſima he patis ad gibbã trãſmea
re debeat, quæ diſtribuitur alimonia: hic etenim infarciuntur, q̃ craſſi ſucci ſunt, & quæ tenaciter
collæ modo adhærent. Atq; ob id chondrus non in affectis iecinore ſolum maxime nocet, verũ
quoq; & in iis, qui viſcus hoc nullo quidẽ pacto læſum, ſed cũ meatuũ anguſtia naturaliter affor-
tum habent. Qui igitur ita natura affecti ſunt, ipſis tum tenacia tũ craſſi ſucci oĩa infarciuntur, at-
que opplent: atq; ob id grauitatẽ in eo uiſcere ſentiunt, cũ hæc diſtribuuntur. præterea ptiſanæ
viſcoſitas humens eſt, ſed non uehementer, vt aqua & melicratũ, ſorbitio item ex chondro, a† &
eo, q̃ ſorbentur oua: nẽpe ea oĩa ſtomachũ languentibus ipſis ita manifeſte ſupinant, ut ſubuerſũ E
ipſum eſſe exiſtiment: uerũ ptiſana humectare quidem ualet, ſed ſtomachũ ſubuertere non põt.
Stomachum aũt hoc in loco intelligere oportet, ut huiuſce temporis homines dicere conſueue-
runt, non meatum tantũmodo, uerum quoq; & os uentriculi. Cũ igitur id imbecillum fuerit, at-
que exolutũ, manet diutius in eo, qđ ingeſtum eſt, ſupernatans. Sed contrarium uſu euenire na-
tum eſt, b vbi à cibo aliquo boni ſucci reductum, } quod continetur expellit. Nempe humor pro-
tinuſc* ab ipſo recedit, & coquitur, atq; qđ ita expulſum eſt, deiicit. Sicuti ſi crudũ manet, tardeq;
cedit, quod in ore ventris ſupernatat: nempe partis huius munus eſt appetere, non concoquere.
Quæ igitur aſtringunt edulia, vt ventriculi os roborãt, ſic & plus iuſto exiccant. Pari modo, & q̃
ex chondro paraţ ſorbitio, vt humectat, ita & ſupinare nata eſt. Ptiſana igitur humectãtium uim
aſſecuta, malitiã effugit. Deinceps ptiſanã ſitim minime inferre ait Hippocrates, maximũ q̣ppiã
& hoc eſſe in ijs, qui corpus tum exurunt, tũ ſiccant, morbis, teſtatus. Hac ſanè occaſione ptiſana,
q̃ aqua mulſa, longe melior exiſtit, q̃ q̃ abluendi bonitatẽ, q̃ deinceps huic ineſſe ait, ſimiliter aq̃
mulſæ nacta fuerit: immo, ſi ptiſanam aquæ mulſæ cõparaueris, ptiſanam ipſam in acutis morbis
& ſuperiorem & melioris conditionis eſſe reperies: quod procedente oſtendam ſermone. Nam
de ptiſana ſermonem abſoluere eſt tempeſtiuum. Proinde ſiquidẽ abluere dixit cũ adiectione, ſi G
quid ablui egeat, quaſi non in oĩbus acutis morbis probe abluente utamur edulio. Nempe cæte-
ra oĩa, q̃ de ptiſana dicuntur bona, morbis oĩno proſunt acutis: ſed abluendi bonitas, quibus ven
trem ſubduci volumus, vbi cibus in via moratur, eſt idonea. Probe igitur abluere febrili affectio-
ni, neq; tanq̃ contrarium, neq; tanq̃ familiare auxiliũ vnũ vtile exiſtit, ſed bene tanq̃ ſymptoma
tis alicuius emẽdatoriũ correctoriũq;. *D*einceps inq̣t, neq; aſtringit, neq; male turbat, uiſcoſitas
ſcilicet ptiſanæ: ſic etenim ſermonem de ea inchoauit. Non aſtringere aũt quibuſdã maxime bo-
num exiſtit. Nemo ſiquidem aſtringentibus utitur cibis, niſi vel p̣p ſymptoma, quod animi deli-
quiũ inducat, uel p̣p immoderatum uentris profluuiũ: cogũt ſiquidem conſtringuntq; corpora,
uiasq; tum diſtributionis, tum alimoniæ, tum eius, quę foras fit, perſpirationis conniuere faciunt:
quas recluſas apertasq; eſſe conducit. Quòd aũt non turbet, i. nullam, dum concoquitur, faciat p̣
turbationẽ, in laudẽ & ipſum põſtat ptiſanæ. Perturbatio aũt huiuſmodi ex multis paritur eduliis,
his quidẽ uentrem mordentibus, aliis uero inflantibus, aliis itẽ, quæ pugnantibus facultate parti-
bus conſtant. Quod tum in lenticula, tũ in braſſica reperitur: nempe ſolidum ipſarum corpus uen
trem cohibet, ius aũt ipſum proritat, ſubducitq;. Sic & q̣ cerebrum cũ oleo & garo condiunt, to-
tũ ex ipſis, tum diſſimilare, tum ſibi ipſi pugnans efficiunt, cerebro quidem ſtabili, & tarde mean-
te, miſtis vero ipſi ad deiectionẽ excitare idoneis. Pari modo & de ouo dicendũ, ſiue cum melle, ſi H
ue cũ ſale, ſiue cũ garo aſſumatur: nempe qđ ex ipſis conſtat, differentes habet facultates. Iura itẽ
ferè oĩa. Quapropter & circa ſermonis initia uiſcoſitatem ptiſanæ laudans, inquit, continua, qđ
ſanè citra totius in partibus omnibus ſimilitudinem non fit. Verum in præſentia huic uerbo, tur-
bat, adiecit hoc aduerbium, male, (ſi græce οὕτω κάρα δοῦ κακὸν) ptiſanam non turbare haudqua quam
ſimpliciter aſſerens, ſed, male, adijciens: nihil enim ciborũ concoctioni, q̃ hoc ipſum, aduerſatur
magis. Quo fit, ut qui de concoctione ſcripſerunt, ciborũ varietatẽ, præſertim q̃; vbi uariis cõſtẽt
facultatibus, nocentiſſimam dixerint, utpote quæ ingeſta ipſa probe concoqui prohiberet. Ob-
ſeruant id maxime, tum qui luctantur, tũ qui legitime certant. Prandio ſiquidem panem dũtaxat
edunt, in cœna uero carnẽ. Plura de his enunciarem, niſi ſcirem te inuenire ipſa poſſe, qui ex iis, q̃
de concoctione in cõmentariis de facultatibus naturalibus dicunt, ſis inſtructus. Commentarios
autem huiuſmodi ſi neglexeris, fruſtra in his uerſaris. Quapropter de perturbatione huiuſmodi
ſuperſedẽs, ad omnium ultimũ me trãſferã, quod ab Hippocrate de ptiſana adhuc loquente dici
tur, Neq; in uentre tumeſcit. Nempe multos ptiſanam, φ flatuoſa eſſet, damnãtes haudquaq̃ igno
rans, nõ abs re adiecit. Nã inter coquẽdum, quoad maxime potuit, intumuit. Qua ſanè adiectione

crimina

A† Legitur q̣dem in omnibus cod. græcis quos uiderim, καὶ τὰ φορού-μενα τῶν ὠῶν. Vetus tamen interpres uidetur habuiſſe aliam lectionem, qui uertit, & quod ex ouis cum ſpeciebus condientibus.

B† Cod. ĩpreſſi habent, ubi a cibo aliquo cacoſtomacho ſubuerſũ. manuſcripti habent. vbi a cibo aliquo euſtomacho ſubuerſum. uetus translatio hẽt. ſed, quãdo cõfortaţ per quoſdam cibos confortatiuos conuenientes ſtomacho &c. q̃ lectionem ſecutus etiã eſt interpres noſter.

C* Al. cum.

A crimination em coindicauit,& ipſius ſolutionem dixit,elixationemque edocuit. Scribit quædam & nihilo mnius de coctione in ſequentibus:ſed in præſentia tantillū hoc ſermoni de ptiſana adijciam. Ptiſanam ſi plurimum coxeris,cibum flatus expertem efficies. † Et nos autem fabaceū (ita Græci dicunt)neque ſi tribus coxeris diebus, flatu vnquam orbatum reddideris: nempe ex propria ſubſtantia,flatuoſitatem habet,non autem ob diminutam coctionem, veluti ptiſana. Sunt, qui ab ipſius coctione ocyus recedere conſueuerunt,potiſſimumque diuitum coqui:terunt ſiquidem crudam eam,atque deinde parum calfaciunt:non enim coctam dominis offerunt.Sed de coctione ptiſanæ,vt dixi,rurſum dicetur.Nunc autem,poſteaquam vires ipſius demonſtrauit,deinceps vſus diſtinctiones docebit:ad quem & ego me conferam, vbi me in ſequentibus abſoluturum ſermonem de ptiſanæ ad aquam mulſam & alia,comparatione,præmonuero.

† ἕτνος δὲ κνυέαινον, id eſt fresam autem ſabam.

19 Quicunque igitur in huiuſmodi morbis ptiſana vtuntur,ijs ne vno quidem die vaſa, vt ita dicam,inaniri permittendum,ſed vtendum,nec deſiſtendum,niſi uel propter medicamentum,uel clyſterem eos deſiſtere opus ſit.

Soluere hoc in loco incipit,quod quæritur. Sed quoniam dictionem ipſam non exacte interpretatus ſit,ob id obſcurum reddidit ſermonem.Qua propter,quonam maxime expoſitus modo
B nihil obſcuritatis habeat,referre conabor:ſermonemque ab initio hoc repetam pacto. Quænam eſt cauſa diſcordiæ,cur in acutis morbis alij quidem ptiſana hordeacea utantur, alii ſolo ptiſanæ cremore,alij ne hoc quidem ad morbi uſque iudicationem?hoc ſanè eſt problema.Sed ſolutionē deineeps audi.Qui acutis laborant morbis,alii quidem à cremore ſolo, alii à ptiſana ipſa, alii ab horum neutro iuuantur.Sed ſanè petulantius de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum unuſquiſque ſententiam,non conſiderata ea,quæ in omnibus eſſe debuit,experiētia. Sed diſtinguam ego,demonſtraboque quinam à ptiſana iuuantur,quinam à cremore ſolo, & quinā neutro indigeant.Tota igitur ptiſana uti debent ex acuto morbo laborantes,qui neque alio quopiam ante utantur remedio,quale per ſectam venam,vel ventris ſubductionem,vel quippiam ſimile fieri ſolet,neque etiam eis inſit,quod periculum minetur,ſymptoma: Cremore autem,qui aliquid tum fallacius,tum periculi magis particeps habent.Quos vero vel ſanguinis miſſione,vel purgatione vacuare expedit,vel etiam dolores ſedare,his non ante vel ptiſanam, uel cremorem dabis,quam quippiam eorum,quæ dixi,feceris.Sanè hæc Hippocratem præſcripſiſſe oportuit,& ab vnoquoq; ſingularium incepiſſe:atque hoc pacto ſermonem feciſſe,ſi ſanè clarus futurus erat. Verum quoniam id non fecit,non abſque cauſa obſcurus,abiecto conueniente ordine,eſt effe-
C ctus.Nos autem dictiones ipſius ſecuti,reducamus vnamquanque ad ea,quæ ante dicta ſunt, capita:atque in primis diligentia adhibita præſentem exponamus dictionem. Quare me†latius explicantem}Hippocratis dictionem,ſimulque & verba aliqua gratia perſpicuitatis adiicientē audito.Quicunque igitur ægrotantes ptiſana in his morbis utuntur(dicam autem paulo poſt, quinam ea vtantur)iis quidem nulla die vaſa inaniri(vt ita dicam)permittēdum,niſi deſiſtere debeat vel propter medicamentum,vel propter clyſterem.His ergo ſi bis dederis,cum opus habuerint, bene facies,atque quantum corporis tolerat uirtus.Explicabo autem tibi ſcopos, quibus attentus vel per ventrem,vel per uenas ipſos euacuabis,aut fotibus,cataplaſmatiſve veteris. Hæc ſi ita prædixiſſet, deinde vnumquodbue ipſorum ſeriatim reſumens conuenienti expoſuiſſet ordine, non obſcurus fuiſſet ſermo ipſius.Nunc autem,quod interrepit,interlabiturque ſemper †ad finē vſque,}perſequi cupiens,vbi ſermonem diutius ſuſpenſum eſſe permiſit,iure obſcurum fecit.Vera autem me loqui deprehendes,ſi dictiones ſingulas omnes claras,manifeſtasque inueneris:orationem vero totam incompoſitam,& ob id obſcuram.

† παραῤῥάζουπα.

† τελέως.

20 Proinde,qui bis die cibari conſueuerunt,bis ptiſanam dare oportet:qui ſemel,ſemel quidem† primo die}detur:deinde ἐκπροσαγωγῆς,id eſt ſenſim paulatimque ſi fieri poteſt,bis quoque detur, †ſi quid
D *putes adijciendum.*

† τὴν πρώτην, id eſt, primo, & ita in commento.

† ſi putes oportere. & ita in commento.

Bis cibandos ipſos inquit,qui bis cibari conſueuerunt:cum vero neceſſitas fuerit eis,qui ſemel cibari conſueuerunt,bis aſſumendi cibum,ptiſanam bis dabis,ab ipſo quidem ſemel incipiēs, ſed paulatim ad bis ipſum procedens:nempe ἐκ προσαγωγῆς,id eſt ſenſim,id declarat. Fitq; res hoc pacto.Semel quidē dabis.qđ ſatis ſit:ſed minimum ſit,quod ſecundo exhibeas:deinde paulatim augebis:idq; efficies,donec ambas æquari alimonias cōtinget. Sed nondū ſermonis huius fides huic patet,q librum hunc Hippocratis legit,ꝙ neq; ab ipſo eſt præmonſtratum,quinā ſint,q cōmode ptiſana utant̄.Verū,cum paulo ſuperius,eos q mediocriter ægrotāt,ab ipſo ita cibari, p̄dixerim, paulo poſt & Hippocratē ipſum velle id demonſtrabo. Atq; hæc tibi ſit p̄ſentis huius dictionis expoſitio.Sunt aūt pleriq;,qui dictionē hoc ſcribant pacto.Qui ſemel cibari conſueuerunt,ſemel q dem prima die dandum ſenſim paulatimq;:quod ſi fieri poteſt,bis quoq; detur, ſiquid adiiciendū putes.Sed mente caret dictio hæc.Nam,quod prima detur die ſenſim paulatimque, fieri non poteſt:cum ſenſim ipſum pluribus ingeſtionibus fieri natum ſit:non ſemel neque ſtatim in prima.

21 Verum inter initia neque multam, neque craſſam admodum, dare oportet: ſed quantum & ob conſuetudinem,& ne multa vaſorum inanitio fiat,ingerere conuenit.

Qui

Qui Hippocratem replere ægrotantes asserunt, quòd his, qui citra periculum agunt, bis quotidie ptisanam dare iubeat, si, quod in dictione retulit, considerarent, se ipsos condemnarent. Tantum si quidem sorbitionis dari præcipit, quantum alimoniæ corpori, & ob consuetudinem, & ut non multa fiat vacuatio, administrare conuenit. Si igitur ptisanæ oxybaphum, {id est cotulæ quartam partem quæ quotidie ad septimam vsque vel nonam diem exhibetur, minoris esse facultatis, quam id, quod alunt, nutrimentum, fatebuntur, mea sententia à nugis sese cohibebunt. Sed paulo post id declarabo. Atque in præsentia verbum hoc, inter initia, quod Græci dicunt κατ' ἀρχὰς exponam. Neque enim morbi principium id significat: sed ex eo generalius adhuc audi- E
significatum. Nempe, cum ægrotans primum ptisana egere uidebitur, tunc protinus neque multam, neque admodum crassam dato: à multa siquidem & subita tum repletione, tum uacuatione, semper abstinuit Hippocrates.

22 *Verum dandæ sorbitionis quantitas augenda hoc obseruabitur pacto. Nempe si morbus siccior, quam vt quispiam existimet, fuerit, non multum dare oportet: sed ante sorbitionem, uel mulsam, vel vinum, vtrum magis congruat, propinare conuenit: quod autem modis singulis congruat, dicetur.* F

Morbus siccior variis dignoscitur modis, quanquam uniuersalem communemque rationem habeant eandem, Peripneumonia quidem, & pleuritis, atque omnino, qui tum pulmonem, tum asperam arteriam infestant, morbi, cum nihil ab affectis expuitur partibus: Iecinoris verò, vel mesaræi, vel ventris, vel ieiuni, vel intestinorum, vel lienis, vbi aluus prorsus cohibita sit, aut pro necessitate excernat tum sicca, tum dura, & caprarum stercori similia excrementa. Morbi sicci tum arteriarum, tum uenarum dignoscuntur linguæ siccitate, & ea, quæ †totum corpus} occupat, ariditate. Phlegmonæ pari modo fiunt siccæ in iis, quæ tum foris tum conspicue apparent, ulceribus, vbi scilicet nulla ex ipsis sanies effluat. Sæpius & in oculis phlegmonæ etiam siccæ oriuntur nihil excernentes. Cerebri præterea ægritudines, quæ neque per nares, neque per palatum expurgantur, iure optimo siccæ dicuntur. Et sanè superfluitatum nihil excernere, siccorum omnium morborum notam esse non ignoras. Non immerito igitur Hippocrates humectantium aliquid ante ptisanam assumi iubet: ut vel aquam mulsam, vel vinum, tanquam hæc, quam aqua, magis humectent. Sed quoniam vires ipsorum sese enarraturum pollicetur, ob id & nos eorum, quæ ad aquã est, comparationem, in eam differemus libri partem, quæ horum uires edocet.

†Al. totam cutim.

23 *At si os madefiat, &, quæ à pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet. sorbitionis quantitatem, vt dicam summatim, augere conuenit. Nempe, quæ citius magisque madescunt, iudicationis denunciant celeritatem: quæ vero tardius minusque tardiorem significant iudicationem.* G

Amorborum siccorum genere ad eos, qui contrario pugnant modo conuersus, deinde memorato citra omnium adiectionem vno, narrationem eius commune omnium eiusdem genere exẽplum ratus, non absque causa obscuritatem fecit. Nempe os madescere, & talia à pulmone exspui, qualia oportet, morbi non simpliciter sunt humidi notæ, qui omnino in omni sit corporis parte, sed cum cuiuspiam eorum, quæ respirationi subseruiunt, instrumentorum affectione. Ob eam rem, vt dixi, dictio Hippocratis obscurior est reddita. Sed quod ab eo enunciatur, uerũ omnino est, quòd scilicet, quæ per sputa, qualia esse oportet, excreta expurgantur, celeriter iudicantur. Contraria vero duorum alterum subeunt: nempe aut in pernitiẽ, aut in longum finiuntur tẽpus. Ergo, quam probe expurgantur, his ptisanam dare oportet, vt roborata virtus iis, quæ per tusses ex pulmone fiunt, humidorum expuitionibus sufficiat. Nempe verba hæc, qualia esse oportet, coctionis habent notas: de quibus absolute diximus tum in iis quos de crisibus, tum illis quos de temporibus morborum fecimus, commentariis: præterea & in expositione aphorismi illius, vbi Hippocrates, quonam oporteat modo ex apparentibus prænotiones facere, ostendens, sermonis exemplum pleuritidem scripsit hoc pacto: "Veluti in pleuriticis si sputum inter initia protinus appareat, morbum breuiat: si vero postea appareat, producit." H

1. Apho. 12. Ext. ord. 5. a

24 *Et hæc quidem per se talia parte plurima existunt. Sed multa quoque & alia per opportuna, quæ præmonstranda sunt, prætermittuntur, quæ postea dicentur.*

Dixi & ego sermoni huic deesse non pauca, quæ ad distincte definiteq; loquendum utilia existunt: de quibus & ipse agere pollicetur. Sed in præsentia de his solum vult intelligere, quæ dicta sunt: ea si quidem per se talia sunt, qualia ipse percurrit.

25 *Et quanto copiosior fuerit expurgatio, tanto plus ad iudicationem vsque dare oportet. sed maxime duos ab iudicatione dies, quibus vtique vel quinto, vel septimo, vel nono fieri debeat morbi iudicatio: quasi dierum tum paritas perpendenda sint. Post hoc autem mane sorbitionem dabis, sero autem ad cibaria tete conferes,*

A. li. 4. f. 2. t. 1. c. 101. f. 4. 8. h

Κρίσιν, id est iudicationem, nunc dixit vel perfectam morbi solutionem, vel permutationẽ eã, quæ vsq; adeo insignis sit, vt æger periculum omne euaserit. Duos autem ab iudicatione iubet adnotari dies, vt & eos, qui diebus tum paribus, tum imparibus fiant, accessionum circuitus obseruemus. Contingit siquidem interdum, vt tanquam soluto exacte morbo ægri confidant, cibẽtur

deinde

A deinde negligentius,& eius,q̃ per circuitum repetat,acceſſionis occaſionẽ p̃beant. Tutum igitur eſt,etiam ſi morbus iam videatur iudicatus,ad duos vſque dies diligentem victus rationem, qua æger vſus fuit ſeruare. Præteritis aũt ab iudicatione diebus duobus,iam ſecurum eſt plenius ciba re:ſic vt neq; mutationem eam,quæ vniuerſim ſubitoque fit,efficiamus:ſed mane quidẽ ſorbitionem demus:poſtea verò progrediente die iã & frumentacea exhibeamus alimenta. Cõſtat igit Hippocratem languentibus ipſis,neq; aliud quippiam ante p̃finitum tempus nuper dictũ dare, neq; partem,ſed ptiſana omnino contentũ. Quod ęgrum replentis nõ eſt,ſed potius,ſi quis vitio vertere voluerit,tenuius,q̃ oportet,cibantis. Verum ita cibare, neq; tenuius iuſto eſt, neq; plenius,q̃ oportet,ſed exuperantiarũ exacte eſt medium,& maxime laudabile. Quòd aũt ita cibare, ſit mediũ,demonſtrat & eorum,qui contraria vitio vertunt,cõtentio. Quo è numero Theſſalus eiusque ſequaces,tanq̃ ęgros replentem accuſant Hippocratẽ: Eraſiſtratus verò,tanquàm fame necãtem: Nempe,q̃ ab Eraſiſtrato in primo De febribus aduerſus Apollonium Dexippumque Hippocratis diſcipulos dñr,calumniã habẽt eius,qui per famem fit cruciatus, qui ad Hippocratẽ magiſtrum refertur. Sed ſanè Eraſiſtrato ignoſcendũ magis,vtpote,q̃ veriſimilia dicat: cæteros vero,qui Hippocratem ægros replere aiunt,viros Theſſalo dignos eſſe eſt exiſtimandum: quine
B que aliud quippiam ſcriptorum Hippocratis,neque quæ de victus ratione proferunt̃,nouerunt.

26 Talia autem magna ex parte proſunt ijs qui potius tota vtuntur ptiſana.

Siue totã,ſiue hordeaceam,ſiue ptiſanam ſimpliciter dixerit,vnum & idẽ ex tribus his ſignificatur vocabulis,ptiſanam vnoquoq; non colatam ſignificãte. Nempe ſi à decoctione q̃s ipſam colauerit,deinde cremorẽ ſeparauerit, dederitq; is neq; tota, neq; hordeacea, neq; ſimpliciter dicta vti ptiſana dicetur,ſed ſolo ptiſanæ cremore. Rurſus aũt impræſentia memorabo, qui nam ſint,qui ptiſana tota ab initio vti debent: breuisq; erit memoratio, niſi ſegniter deſidioſeq;, quæ prædicta ſunt,audieris. Si ergo,quæ exponuntur,vtilia fuerint,ægerq; neq; medicamẽto, neque clyſteri egere videatur,ptiſana hunc cibare iubet: Sed rationem conſilij adiecit inquiens.

27 Dolores ſiquidem pleuriticorum cõfeſtim ſponte deſinunt,vbi aliquid effatu dignum,tũ expui, tum expurgari cęperit. Nempe & purgationes longe perfectiores exiſtunt, minusq; purulẽti ita fiũt, quàm ſi quis aliter cibaret. Præterea iudicationes ſimpliciores facilioresque, & minus reuerſoriæ.

A.l.3.f.10. t.5.c.1.fol. 272.c.

Probe autem hæc omnia à ptiſana fiũt, tũ q̃ humectet,mediocriterq; incidat, quæ expui de-
C bent humida, tũ demũ,q̃ virtutẽ roboret. Concurrentibus ſiquidẽ vtriſque ocyus expurgãtur, qui reſpirationis inſtrumẽta infeſtãt humores: quos quidem & humectare & ſecare põt, ptiſanæ mõ,aqua mulſa ſed virtuti robur nõ addit. Cõtraria aũt pollẽt facultare, & panis,& chõdrus: nẽpe virtutẽ quidẽ roborãt,ſed neq; humectãt,neq; ſecãt. Quod neq; alteri cuipiã ineſt eorũ, quæ medici lãguentibus dare cõſueuerũt: verbi gratia,ouis,gallorũ teſticulis, piſcibus, iuuenibus colũbis,& quæcunq; id genus ſunt: Quare,qui lenticulã ex aceto cõfectã pleuritico morbo iã declinato,vt nihil aliud,q̃ coctorũ expuitionẽ deſideraret,exhibuit,is nõ immerito lãguenti ipſi, qui ſequẽti nocte ſuffocatus eſt,mortis cauſa fuiſſe eſt viſus. Verũ lẽticulã nemo, q̃ mentis cõpos fuerit,dederit. Quòd ſi ęger aquã mulſam ptiſanãq; faſtidierit, piſces ſaxatiles ſunt maxime idonei, ex aqua.ſ.& porro,& anetho,& ſale,& modico oleo parati: atq; ex nõ ſaxatilib⁹ aſelli. Sed antea oxymeli p̃pinare oportet: neq;.n.id ſtomacho aduerſatur, niſi affectis in lãguẽte neruis,& ĩ mu liere,vtero. Quòd ſi oxymelitis loco medicamẽtũ aliud dare volueris,dabis eã, q̃ ex † marrubio, & iride fit,cõfectionem. Nempe hæc etiam,ſi per ſe cum mulſa bibatur,maturat probe,quæ tum in thorace,tum in pulmone ſunt ſuperflua,atque ad expuitiones præparat.

† *Addit antiquus ĩterpres liquirtiæ radicem marrubio & iridi, particula hæc non ad totam confectionem, ſed ad ſolam iridẽ eſſe conferendam contextus græcus indicare uidetur.*

28 Ptiſanam autem ex optimo confectam eſſe hordeo oportet, atq; quàm probiſsime coctam, & maxime ſi non ſolo vti debeas cremore.
D

Probatiſſimũ hodeũ prius,q̃ experiaris,ex eo ſolum, q̃ & plenũ ſit,& nihil rugoſum in ſe hãbeat,iudicabitur. Sed experientia iudicatũ per decoctionem deprehendetur,vbi ſcilicet plurimũ intumeſcat: & ſuccũ faciat plurimum: qđ ſtabile ratũq; virtutis ipſius eſt argumentum: nẽpe qđ à plenitudine ſumitur,id ſcientificum nõ eſt, neq; p̃petuo verum,quãquam magna ex parte inſigne egregiumque. Ptiſanam autem p̃petuo optimã eſſe iube: ſed maxime ſi nõ ſolo vti cremore velimus,verum & ipſa tota. Quare autem id præcipiat,manifeſte declarauit,cum inquit.

29 Nam præter reliquas ptiſanę virtutes lubricitas eius,ne hordeum,cum deuoratur, noxam inferat,efficit: neque enim adhęret,neque in recto thoracis manet tramite, (ἴξιν eum uocant.)

Hippocratem ἴξιν magna ex parte quidem εὐθυωρίαν, ideſt rectum tramitem: interdum autem & φορὰν, ideſt lationem,dicere non ignoramus. Quòd autem ptiſanæ hauſtæ per thoracem,tum rectum iter,tum latio ad ventrem vſque,per ſtomachum fiat,liquido conſtat omnibus, vultq; Hippocrates in ea re nihil ipſi adhærere. Nempe,cum multa in thoracis pulmonisque affectionibus

existit caliditas,quod adhæret,arescitque,atque adeo pertinaciter obstruit,vt vix absolui possit, E
id ciborum fastidium quoddam,& sitim facit.

30 Lubricissima autem est,& ab inferenda sitim maxime aliena,facillime concoquitur,& infirmissima existit,si optime cocta fuerit:quibus omnibus est opus.

Ptisanam ꝑbe coctã nõ lubricissimã modo,maximeq; ab inferẽda siti alienam,& facillimę cõcoctionis esse astruxit,sed tandẽ infirmissimã esse adiecit. Ac ꝙ quidem maxime lubrica sit, si ꝑbe cocta fuerit,iã antea est enunciatũ.Sed,ꝙ ab inferẽda siti maxime aliena sit, hic ꝑꝑ hordei natura cõtinuo adijcitur,est aũt hordeũ tẽperamẽto frigidũ.Verũ,quo nã pacto substatiã ipsam, tũ frigidã,tũ calidã iudicare oporteat,inter aĩantia quidẽ in libris De temperamentis diximus:inter ea verò,q̃ aĩa carent,in ijs,quos De simpliciũ medicamẽtorũ viribus fecimus cõmẽtarijs. Immo & facillimæ ait esse cõcoctionis ptisanã huiusmodi,vtpote,q̃ dissoluta sit,neq;quippiã habeat,qđ & durũ sit,& difficulter cõfici possit;atq; flatus expertẽ iã ꝑꝑ lõgã cocturã effectã esse. Quod verò in dictionis fine dixit,ptisanã ita coctã,infirmissimã nominans,si nihil de probissima ipsius cõcoctione prædixisset,prõptũ esset sermonẽ Hippocratis ad eã,q̃ in vẽtre fit, cõfectionẽ referẽdũ affirmare:quasi infirmissimam dixisset,quæ in ventre,& facillime vincatur, & conficiatur,& per F
mutetur.Sed,quoniam id prædixit,infirmitatem illam intelligere oportet,quòd vel paucam prestet corpori alimoniam,vel nullam habeat qualitatem vehementem,vt neruos, vel mentem feriat,quo modo acetum vinumque.

† *Nisi igitur quis cõtulerit quantum opus est,ut sufficiẽs sit eiusmodi sorbitionis ptisanæ modus, crebrius, etc. De exhibendi enim ratione, non de apparatu intelligẽda esse hæc uerba ex sequẽtibus innotescit.*

31 † Nisi igitur quis quantum deest,contulerit,vt ptisanę sorbitio sufficienter paretur,crebrius sanè detrimentum afferat.

Docere incipit hoc in loco,q̃ paulo ante se dicturũ promisit,cum dixit, multa quoq; alia per opportuna,quæ pręmostranda sunt,prætermittuntur,quæ postea dicẽtur.Quod autem verbum τιμωρῆσαι,i.conferre,tum apud antiquos,tum apud Hippocratem ipsum sępius pro βοηθῆσαι,i.auxiliari dictum sit,demonstratum & in alijs libris per eas,quas in ipsos confecimus,enarrationes.

32 Quibus enim cibus statim inclusus, siquis non subuacuato eo sorbitionem dederit,dolorem,si adest adaugebit:si non adest,protinus inducet.frequentiorque reddetur spiritus:quod malum est.Nempe pulmonem exiccat fatigatque,tum hypochondrium,tum ventrem imum,tum septum transuersum. G

Cibum (græce σῖτον) dixit, qđ edulijs (hoc est ἀπὸ τῶν σιτίων)in intestinis ipsis continẽt excremẽtũ,qđ græci,& σκύβαλον & κόπρον appellãt.Si igitur incluso eo,idest ex multo tpe haud quaquã eiecto,ptisanã qs propinauerit,lateri offensam fieri est necesse, ꝑꝑ intestinorum oppilationem, quã ex collecto in ipsis stercore statuq́e ꝑꝑ oblatã ptisanam haudquaquã pertranseunti, & demũ ob prauam,q̃ ad affectã partem fit, distributionem, nacta sunt.Quo fit,vt exhausta ptisana, necessario dolorẽ,si lenitus fuerit,adaugeat:&,si cõquieuerit,generet. Nempe vapores, flatuosique spiritus,& exhalationes scybalorũ,cum ad latus perueniunt,dolorẽ ipsi pariunt,adaugẽtq;, ob eas causas,& frequẽtior fiet respiratio. Vocauit autẽ totam respirationem spiritum,& in prognostico,& in libris populariter vagãtiũ morborum. Densata aũt frequẽsq; reddita respiratio,respiratorijs in organis assiduum ob motum caliditatẽ efficit maiorem,qua siccãtur,tũ pulmo,tum septum transuersum:siccanturq; vnà,& calfiunt eæ,q̃ tum in hypochondrio, tum in peritonæo existunt animalis partes:oẽs siquidẽ in respirationibus vnà cũ thorace mouẽtur.Quòd aũt principio dictionis dĩ,Quibus.n.cibus statim inclusus,vocem hanc,statim,ordine hẽt cõmutato: q̃ si suã peculiarẽque acceperit cõcinnitatẽ cõpositionemq́;,dictio ita habuerit:Nisi præfato ptisanæ H
ceæ sorbitionis modo suppetias tulerimus,frequentius orietur læsio:statim siquidẽ, quibus cibus inclusus est,nisi quis prius subuacuato eo sorbitionem ita dederit,maximam afferet offesam.

33 Præterea,si lateris dolor assiduus est,calidisque fomẽtis nõ remittitur,sputũq; procedit,sed κατα-
γλισχαινόμενον ἀσαπέως,idest summe citra coctibilitatẽ glutinosũ sit,nisi quis dolorẽ,vel alui emollitione,vel secta vena,ꝑ utriusuis exigentia,soluere,ptisanã aũt ita affectis dederit,ꝑcipitẽ aget in mortẽ.

Quòd de pleuritide tanquam exemplo agat Hippocrates,memoria non excidat: fieri autem pleuritidem ipsam propter inflammationem eius,q̃ costas succingit,membranæ ostendimus. Si igitur,cum in vigore fuerit inflãmatio,ptisanam quis dederit,ægrum grauiter offendet.Vigentis autem inflammationis notæ sunt,dolor assiduus,& quòd uullo pacto à calidis fomentis remittatur.Continuò autem,& alia adijcitur pleuritidis non magnæ modo,verum & morosæ, nota, ꝙ scilicet sputum abunde glutinosum ab euacuatione arceatur,infarctum affectis partibus, & detentum.Nempe hoc verbum καταγλισχραίνεσθαι plus aliquid indicat,dictione maximam significãte glutinositatem,facta præpositionis huius κατὰ adiectione. Satis igitur fuerit ex ipsius additamento,quod ita glutinosum sit,ab eo, quod concoquitur, distinxisse. Nempe,quod concoquitur,mediocriter glutinosum existit,non tamen καταγλισχραίνεται,i.neque extreme,neque summe id habet. Et, ne quis in ea re falleretur, continuo Hippocrates verbo huic καταγλισχραινόμενον

A.li.4.fi.t.2.c.9.to.421.f.

aduerbium

A aduerbium hoc ἀσαρῶς adſcripſit, quo idem cum ἀπέπτως, ideſt incoctibiliter ſignificat. Nempe καταγλιχραινόμενον ἀπεπτως, id eſt citra coctibilitatem glutinoſum, malum eſt. Aegro autem ita affecto ſiquis ptiſanam dederit, priuſquam dolorem, vel ſecta vena, vel ventris cuacuatione ſõluerit, hominem perimet. Nempe in præſenti, & tali pleuritide, poſtea quam à calidis fomentis non remiſſum eſſe dolorem dixit, ſtatim duo alia habet aduerſus dolorem remedia, ſanguinis miſſionem, ſcilicet & purgationem. Nempe eorum, quæ ex opio, hyoſciamo, & mandragora cõficiuntur, medicamentorum vſus, doloroſam pleuritidis affectionem non ſanat, ſed ſenſum tollit enecatque. Nunc ergo ſectionis venæ meminit ſimpliciter, & purgationis. Sed deinceps ſuper vtriuſque vſu diſtinguetur.

34 Ob has igitur προφάσιας, id eſt cauſas, atque ob alias ſimiles adhuc magis, qui tota utuntur ptiſana, ſeptimo die, uel celerius moriuntur: alij quidem mente læſi, alij vero ob orthopnęam ſtertoremq; præfocati.

Quòd ſæpius appellat cauſas προφάσεις, demonſtratum quidem in ijs, quas in alios libro parauimus, enarrationibus. Sed, quas nam alias p̃ter dictas vnà celeriorem inferre mortem dicat, adijcere ſermoni oportet. Nunc ſi quidem ſumptionem ptiſanæ, prius q̃ ſoluatur dolor, recenſuit, ſputique, ob frequentem reſpirationẽ, glutinoſitatem, ob quam & ſuffocantur. Sed lædi quoque* aſſerit, ſi prius (ut ſuppoſuit) q̃ vacuati ſint, vinum ſumpſerint, aquam item mulſam, & oxymeli. Nempe de alijs omnibus, neq; idiotis ipſis non conſtat. Non abs re igitur ait alios mente læſos mori. Id enim contingere natum eſt, ſi vinum, uinoſaq; intempeſtiue ſumpſerint.

B

35 Non perperam autem hos antiqui ſideratos eße exiſtimauerunt, tum maxime ob id: tum non minime, quòd mortuis latus liuidum plagæ ſimile videretur.

Veteres talis prehendit opinio, tum propter necis celeritatem, tum q̃ nonnullorum latus affectum liuore videretur, vbi ſcilicet inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorem perueniente, quicquid in cute diuiſum ſolutumque eſt, id morte refrigeratum nigrorem contraxit, ſimiliter illis, qui ita ex plaga affecti ſunt.

36 Rei huius cauſa eſt, quoniam prius, quàm dolor ſoluatur, pereunt. Celeres ſiquidem fiunt reſpirationes.

Quòd autem hoc reſpirent pacto, deinceps ipſe oſtendit, inquiens.

C *37 A multo autem frequentiq̃, ſpiritu, vt iam dictum eſt, ſumpſe tum viſcoſum, tum incoctum, affectum ſputum, fieri egreßum prohibet.*

Quod prius ἀσαπὲς dixit, nunc ἄπεπτον, id eſt incoctum, dicit; fidemq; facit, q̃ & probe tunc vocis tranſpoſitionem fecimus.

38 Nempe & ſputum, quod intus retinetur, prohibet ſpiritus ad interna lationem, coglt q̃ ipſum celeriter egredi.

Non omnis ſpiritus in huiuſmodi affectibus ad interna ferri prohibetur. Nẽpe, ſi id fieret, hominem protinus mori eſſet neceſſe, non ſecus, q̃ ijs accidit, qui ſtrangulantur. Verum, quod viui reſpirationis conferat, intro ferri prohibetur: quapropter ad tempus aliquod ſufficiũt, ſed tractu temporis aucta indigentia moriuntur.

39 Et ita aduerſus malum ſibi inuicem opitulantur. Nempe retentum ſputum frequentem ſpiritum reddit: qui frequens effectus ſputum agglutinat, atque expui prohibet.

Quòd uerbo hoc τιμωρεῖν pro opitulari, tum antiqui alij, tum Hippocrates vſi ſint ſæpius, ante dictum eſt: & nunc ſane συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν dixit, pro συμπράττειν καὶ λυτελεῖν, id eſt opitulari, & prodeſſe. Atque, quo nã modo ſibi inuicem opitulentur profintq;, perſpicue quidem ipſe oſtendit, ſed & à nobis dicetur. Sputum in bronchijs pulmonis tenaciter adhærens, tranſitui ſpiritus anguſtiam parit: atque ob eam anguſtiam minus ægri inſpirant. Quo autem minus inſpirant, eo magis inexpletam reddunt reſpirationis neceſſitatem, atque ob id citius à priore inſpiratione ad ſecundam properant; quod frequentem ſpiritum vocant.

A l.3.f.10. t.4.c.1.fo. 268.g

D

40 Prehendunt autem hæc, non ſolum ſi ptiſana intempeſtiue utantur, uerũ, & multo magis ſi quippiam aliud, quod ptiſana deterius ſit, vel ederint, vel biberint.

Iam rei huius paulo ante mentio habita eſt, quando dixit. Ob has igitur cauſas, atque ob alias ſimiles magis. Immo eo in loco de uino, aqua mulſa, & oxymelite mentionem fecimus. hic autẽ & alia intelligere eſt opus, quæ ita affectis non aliter plerique medici exhibent: quæ etiam, quàm aqua mulſa, uinum, & oxymeli, nocent magis.

41 Bene igitur, vt plurimum ſimilia ſunt auxilia, tum ijs, qui tota vtuntur ptiſana, tum ijs, qui cremore ipſius: verum, qui neutro horum, ſed potione ſola vtuntur, his interdum diuerſimode auxiliandum eſt.

Auxilia, inquit, ſimilia ſunt & ijs, qui ptiſana, & ijs, qui cremore ipſius vtũtur. Sed, qui potione duntaxat vtuntur, his interdum diuerſimode opitulari oportet. Sed, qualis nam ſit huiuſmodi diuerſitas, in ſequentibus perdocet.

42 *Verum omnia hæc ad hunc modum facere oportet. Si nuper pasto cuipiam, & alui oneribus non-* E
dũ expurgato, febris, uel cum dolore, uel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum fuerit.

Sermonem lacerum frustatim sectum, neque continenter, & cõuenienti digestum ordine, fecisse sese deprehendit Hippocrates: quapropter resumens ipsum, ad commodum perducit principium. Hoc aũt ideo ipsi accidit, ꝙ qõnem super medicorum cõtrouersia soluere conatus, in ea solutione de rationibus curationis mentionẽ fecit: qui sanè re intellecta, atq; his quidẽ permutatis, sermonem ab initio aliter percurrere debuit. Nempe & ita mihi aliquando fœlicius contingere est visum, vtpote qui ijs, q̃ ante scripta fuerãt, permutatis, alio de ipsis scripserim modo. Sed, quònam pacto, & qõnem ab ipso propositam soluere, & sermoni ordinem dare debuit, ijs exponam ego, qui talia interpretari exponiq; desiderant, uiamq; dilucidabo. Iam ergo aĩum conuerte, sermonem ab initio auditurus. Quare cõtingit, vt interdũ pstantes medici de curatione diffideãt? ꝙ scilicet in nonnullis expertum, cõuenire oĩbus putauerunt. Sic sanè & in uictus rõne in morbis acutis fuerunt controuersi, alij quidem ægros ad iudicationem vsq; ptisanæ cremore seruãtes, alij F
ptisanam ipsam exhibentes, alij aũt neutrum horum administrantes: ex parte autem verũ quidẽ dixerũt oẽs, sed ex parte falsi circumuentiq; sunt. Nempe quidam ex eius, qui acute ægrotant, ptisana indigent, alij cremore, alij horum neutro ad iudicationem vsque: verum claritatis gratia de acuto morbo vno, tanq̃ exemplo, sermonem faciam. Proponatur igitur pleuritidis curatio tradẽda. Si lãguenti non multo ante tpe cibato, neq; ventris oneribus expurgato, febris inceperit, sorbitionẽ huic nõ dabis, donec, q̃ administrata est alimonia, penetratis plurimis intestinis, ad vltima vsq; eorũ pueniſſe videbitur. Principium huiusmodi vbi quispiam sermoni fecerit, atq; deinceps omnia proprio dotauerit ordine, doctrinam in his haudquaquam obscuram pariet.

A† Antiqua tralatio hoc in loco habet, nõ est vsus eius in hydromelle in eo, qui ex infirmis habet sitim, ut non abscindat sitim eius, sed ut faciat eum cauere ab usu secaniabin plus: propter hãc ergo causam dixit aquã, post quam dixerat hydromel.

43 *Vbi autem dolor aliquis uexauerit, oxymeli bibendum dabis: hyeme calidum, æstate frigidum. Quòd si multa sitis fuerit, melicrato utendum, & aqua.*

a† Siticulosо existẽte ægro alioqui oxymeli admodũ multũ deuitãs, quapropter cõsequenter, tum melicrati, tum aquæ mentionẽ fecit. } Nempe, quantũ ad morbum spectat, oxymelite magis est vtendum: verũ, si æger accepto multo oxymelite adhuc sitiuerit, melicratum insuper dare oportet. Quòd si & ab hoc sitiuerit, aqua offerenda est: nempe aqua per se pota culpa non ca- G
ret. Causas verò, ob quas aqua pota culpetur, in sequentibus in ea libri parte, q̃ de virtutibus ipsius agit, ꝑdisces. Nunc aũt, qđ pſenti apposuit orationi, considerabimus, qua. s. præcipit oxymelite vtendũ hyeme quidem calido, æstate vero frigido. Nempe id ad eã, q̃ in acutis morbis b† magno est adiumento, } nos hortatur gelidæ aquæ potionem: q̃ omnino ptermisisse uidetur Hippocrates, atq; ob eam rem à quopiam culpari posset: res etenim doceri non negligenter, incuriosеq; narrari debuit. Quã ergo opinionem habuit de aquæ frigidæ potione, ex hoc sermone intelligi põt. Nempe, si Hippocrates sitientibus oxymeli frigidũ aliqñ exhibeat, ꝙ & aquam daturus sit, est manifestum. Quamuis siquidẽ nõ ꝑrsus de frigidæ potione id præceperit, veruntamẽ dogmata sequimur ipsius: vtpote, q̃ febrẽ ex natiuo calore igneſcẽte suſcitari existimet, atq; cõtraria contrariorum esse remedia. Cum aũt ignis (græce πῦρ) tum calidus, tum siccus sit, atq; ob id ẽt febris (græce πυρετός,) sanè aqua febris naturæ aduersissima est, corpus tũ refrigerãs, tum humectãs. Et sanè ab ea, si tẽpestiue detur, febres protinus extingui vñr. Dictum sanè abunde in libris methodi medendi: sed & nunc rei summa dicẽtur. Cum ergo febris fuerit, constante virtute, tunc nõ solum nõ offendes dans frigidã, verum & iuuabis abunde. Potio aũt frigidæ huiusmodi ranta sit, quantũ frigidũ aquæ æger c* inspirãdo haurire possit. Oxymelitis vero exiguum datur, neq; sin- H
gulis oblationibus d† plus dimidio: } in hoc ergo exhibitionis scopus est dissimilis. Nempe ad febris extinctionẽ frigida affatim, atq; ad laborãtis vsq; satietatẽ bibitur: q̃ enim ita bibitur aqua, sanationis gratia bibitur. Oxymeli uero æstate datur frigidum, ne laborantis adaugeat sitim: immo ut aduersus ẽt contrarium conferre possit. Ob eas ẽt causas frigidum oxymeli ante morbi coctionem dari iubet: quasi frigidã aquã ad satietatem usq; in eiusmodi affectione dare æstate haud quaquam debeamus. Densat siquidem inflammationem, si ex ea febrierint, crudos refrigeratione e* reddit humores, vbi ex ipsis morbũ contraxerint: f † sed ab oxymelite reducuntur, ꝙ secandi uim habeat. Nempe quod secat penetratque, id spissanti cogentiq; corpora est contrarium.

B ἀγωνιστικῶς γινομένην. vide in lib. de marcore c. 8. a C* ἀναπνευσι. D† A. oxybaphum. Antiqua tralatio habet, plus vnciis quatuor, & semis. E* Al. φυλάξει, i. seruat. F* Hæc addi debent ex antiquis cod. græcis. Sed tunc oxymelitis parum damus, tãquam in vẽtriculo prius sit euasurum tepidũ, quam eius frigiditas ad eosdẽ vsque distribuatur, ꝙ si quod exiguũ fuerit ẽt distributum, illud ab ipso oxymelite corrigetur, at quod secandi uim, &c. & ita uetus tralatio.*

44 *Postea si dolor quispiam, uel periculum comparuerit, sorbitionem dare oportet, neque multam, neque crassam: sed post septimam {uel nonam,} si validus sit.*

Qui Hippocratem ægros ἐμπλιπᾶν, id est replere dixerunt (ita enim uerbo sunt vsi) dictionem hanc prætermittere mihi videntur: vt, qui fame necare ipsum dicunt, solam hanc legisse apparent. Quod si vtrique animaduertissent, eorumque, quæ ab ipso bene enarrata sunt, meminissent, quonam scilicet pacto naturæ inter se valde differant, forsan eos contraria Hippocrati imponere puduisset, & potissimum si reliqua animo uolutassent, quæ ipse demonstrauit, regiones

A à regionibus magnopere differre oſtendens,& anni tẽpora ab anni tẽporibus,& ætates ab ætatibus,& cõſuetudines à cõſuetudinibus,& proprios peculiaresq; languenti vnicuiq; ante morbũ victus.Si ergo in omnibus,quæ dicta ſunt,cõtrario habẽtes modo inter ſe comparaueris, maximas in uictus rõne comperies differentias. Quas vbi è regione inter ſe ordinaueris, iam & hoc pacto,q̃ multas cõſiſtere in medio exactæ videbis.Sed de huiuſmodi differentiis dictũ quidẽ abſolute in libris methodi medendi,dicetur quoq; & nunc rei ſumma.Statue igitur quempiam natura ſiccum quidẽ corporis habitu,ſuperficie autem denſum,latis venis,virtute vitali ualida, cibisq; non multis aſſuetum,ægrotare hyeme non admodum frigida,in loco tali atque prius, quã ægrotaret ,ocio deditum inſanabiliter †ciborũ varietate abuſum;præterea, & os vẽtris validum ſit,quod & ſtomachum quidam appellant. Sit aũt & alter cõtrario affectus modo, humidus quidem,& mollis,& virtute vitali imbecilla,& qui plures cibos ingerere cõſueuerit, ægroteterq; ætatis tẽpore æſtuoſo,regione huiuſmodi:ſtatuamusq; hoĩem,anteq̃ ægrotaret,tum curis,tum aſſiduis neceſſitatibus fatigatum,pauca præter conſuetudinem ediſſe, & oleracea, & quæ haudquaquam nutriunt:ventris item os non validum,ſed natura imbecillum habere:atque his ita habentibus vterq; eodem,ſi uolueris,morbo infeſtetur,ea ſcilicet,q̃ Hippocrates veluti exemplũ hoc
B in loco conſtituit,pleuritide.An ne vna tibi victus ratio in vtroq; definienda videtur? An poſterior à prima die alendus:prior verò potu ſolo ad ſeptimam vſq; gubernandus,vbi morbum non longius protracturum ſeſe ſperaueris?Ego ſanè,qui longa experientia vtrunque probauerim, optimam ita fore victus formam aſſero. Nam,ſi viceuerſa feceris,priorem ſcilicet à principio nutrire aggreſſus,poſteriorem uerò ad ſeptimum vſq; ſine cibo ſeruare uolueris,trucidabis ſanè ante quartum diem utrumque:nẽpe alterum citiſſime p̃focando,alterius uerò uires proſternendo. Cæterum adijce,ſi uelis,ætatem utriq; contrariam,priorem quadragenarium conſtituens,poſteriorem puerum:nam hoc pacto citius adhuc ad mortem uterq; ꝓperabit. Sed ſanè omnia hęc, quæ nunc dicta ſunt,ad unum reducuntur ſcopum,qui uno uerbo ab Hippocrate eſt declaratus. Quid enim ait? Sorbitionem dare oportet poſt ſeptimum,ſi ualidus fuerit. Verbum ſiquidẽ unũ eſt: ſed ex omnibus,quæ nuper dicta ſunt,inuenitur.†Si enim ualidus ad ſeptimum uſque diem fuerit,oxymel & melicratum,& aquam dare ſatis erit: per quæ,ut dixi, omnia tum liberabitur, tum ſanabitur. Quaſi ſanè ex ipſis alia quidem præſtò ſint,alia uerò non,quorum uires uice verſa cõparaueris,quot diebus ſufficere ex tali uictus ſpecie æger poſſit,deprehendes. Verũ hæc noſtris in tractationibus demonſtrata ſunt,quas ſi legiſti,memoriæ mandes,oportet:ſi non legiſti,
C in eas te prius transfer,ſi ſententiæ Hippocratis ueritatem cognoſcere uolueris. Omnia ſiquidẽ in operibus oĩbus dicta ſunt à nobis,qui veriſſima Hippocratis dogmata ſequimur. Sed,cum fieri non poſſit,ut homo vnus conuenientem methodum,& ſingularia,q̃ in ea ſunt,oĩa doceat, neque ideo ab Hippocrate ſingularia omnia auditurum te exiſtimaueris. At potius culpa eos, qui, cum ea,q̃ ab Hippocrate bene præcepta ſunt,elaborare,& conficere deberent,laudis appetentia ducti ſectam aliam conſtituũt. Verũ nos,qui veritatẽ honoramus,laudamus Hippocratem cum in cæteris oĩbus,tum q̃ in vnoquoque opere propriũ ſcopum ita docuerit,vt huic attẽtus omnino quiſpiam definitam certamq; inuẽtionis auxiliorum habeat viam. Sic ſanè,& cibandi ſcopũ vnum cõem prorſus,tum ſanis,tum languentibus eſſe demonſtrauimus. Is autem facultatis vitalis cuſtodia eſt,q̃ nunc manifeſte explicuit,cum dixit,ſi validus fuerit.Ob eandem ſanè facultatem ſani edimus,& bibimus,aliaq; omnia vitæ munia exequimur: ꝑ ꝑ hanc eandem,& ægrotãtes ad cibos potusq; ꝓcedimus. Nempe morbus ſuæ affectionis indicat auxilia, phlebotomiam videlicet,clyſma,cataplaſma,purgationem,oxymeli,aquã mulſam, atq; aliorum vnũquodque: virtutis uerò cuſtodia ſolam indicat alimoniam. Si igitur morboſam affectionem nullo pacto
D offenderet alimonia , nos virtuti ſoli attendentes,ægros,ut ſanos,aleremus:ſed,quoniam ſæpius noxam,vti oſtendimus,affert,ob id morbi affectionem,non tanquam cibi indicatricem, ſed tanquam prohibitricem contemplamur.Vbi ergo non prohibuerit,facultasq; præceperit, tunc nutrimus. Nunquam enim cibus morboſam affectionem ſua ratione iuuabit. Id ſanè dixi, quoniã ſæpius materia vna uim,tum cibi,tum medicamenti obtinet,ut ptiſana. Nempe, quòd uirtutem roboret,id ea efficere tanquam alimentum nata eſt: ſed.quoniam & ſecat, & humectat,quæ expui oportet, ideo medicamenti obtinet rationem. Chondrus ergo pleuritico cibus tantum exiſtit: oxymeli verò medicamentum. Sed vtrorumque facultatem ptiſana obtinet, vſumq; languentibus ipſis exhibet. ſed ingeritur virium quidem conſeruandarum gratia,tanquam alimentum:vt verò ſoluatur morbus, tanquam medicamentum.Cum igitur virtus ad morbi uſq; iudicationem,ſine ptiſanæ ſorbitione ſuffecerit,oxymeli, & aqua mulſa ſatis ſunt.oxymeli quidem vim medicamenti ſolam habens,aqua" mulſa verò cibi pauci, & imbecilli. Si igitur iudicationem ſeptima die citius futuram ſperaueris,vt verbi gratia circa quartã,vel quintam, ęgros ſanè multos ſufficere citra ptiſanæ ſorbitionem poſſe comperies: quòd ſi ad ſeptimam vſque protrahatur,paucos omnino:ſuntq;, qui & uirtutem habent valentem, corporisque habitum, tum durum,tum ægre tranſpirabilem,ſuccosque,vel craſſos,vel viſcoſos, atque ſi ambiens aer

A.l.4.ſ.1.t.2.c.8.to.412.g

† In A.C.Grę. legitur, πολυπόφοις ἐδέσμασι,i.cibis multi nutrimenti.

† Ex antiqu. græc. cod. & tralatione veteri , ita legi põt. Si.n.valeat ad ſeptimam vſq; perdurare, diæta vtens ex oxymelite, & melicrato , & aqua, ex ijs omnibus , quæ dixi, inueniri,ac cognoſci poterit : quoniam, ſi alia quidem præſto ſint , alia uero abſint, vires præſentium cum abſentium viribus comparãdo,quotidie bus &c.

calidus non fuerit. Nempe si nihil è nostro efflueret corpore, alimento opus non esset: sed quoniã E
effluit, ideo huius proportione cibi quãtitatem definimus. Quibus igitur per cuticulares meatus parum exhalat, fieri potest, vt his summam consulamus inediam, & magis, vbi uirtutem ab initio validam habuerint: quasi velociter laboret, quæ imbecilla, veluti senum, fuerit, & si corpus parũ exhalauerit. Quapropter & paulo ante quadragenarij meminimus, & non septuagenarii.

45 *At, "si nuper cibato cibus prior non descenderit: virtusque valida fuerit, & floruerit ætas, subluere oportet: si uero virtus imbecilla fuerit, glande est vtendum, nisi aluus sua sponte probe deiecerit.* A.l.5.f.1. t.2.c.8.fo. 419.f

Rursus & hoc in loco remediorum indicationem ab affectu corporis accepit, simulq; uirtutẽ considerauit, neque tanquam remedium usum aliquando indicantem, sed tanquam contrario indicantem modo, interdum autem & prohibentem. Non enim, quòd æger valida sit uirtute, ob id clysmate est opus, sed clysmatis indicatio ex ventris desumitur affectu. Si verò virtus valida fuerit, vacuationi non reclamat: quæ, si imbecilla est, vacuationem ipsam inhibet. Sed rursus ad Hippocratis consuetudinem conuerte animum, qui in talibus aliquando de sola virtute mentionem facit, sicut in ante dicta videre est dictione, interdum autem adiicit ætatem: Præcipuus siquidẽ est F
uirtutis scopus; sed ad notitiam eius confert etiam ætatis cognitio, cito quidem in pueris laborante propter copiam effluuii virtute, in ætate vero florentibus abunde sufficiente. Cæterum, quo modo in pueris, corporis substantia, tum mollis, tum humida præcipua exolutionis virium causa efficitur, sic & in regionibus, & anni temporibus res habet: nempe horum caliditas velociter confestimque virtutem vacuationis quantitate soluit. Iure igitur Hippocrates ex virtute interdũ sola distinctionum huiusmodi doctrinam efficit: interdum & quippiam ex aliis adiicit, una cum ipsis, & cætera commemorans.

46 *Tempus autem dandæ sorbitionis, tum per initia, tum per omnem morbi decursum, hoc maxime seruare oportet. Nam, si pedes frigidi fuerint, non à sorbitione modo, verum quoque & maxime à potu temperandum: at, cum caliditas ad pedes descenderit, tunc dare expedit. Sanè tempus valere admodum putandum cum in morbis omnibus, tum præcipue in acutis, & potissimum quibus febris vehementior suberit periculumque summum,*

Quod modo dixi, unum quidem esse alimoniæ scopum custodiam virtutis, necessario autem G
simul morbi affectionem contemplandam esse, ita cibi offerendi tempus ex morbo non prohibente inuenitur. Quantum siquidem ex primo virtutis scopo est, interdum & per accessionũ initia alimoniæ existit necessitas: sicuti & in sanis, vbi primum in naturalibus euacuationibus qs eò deuenerit, vt propè laborare incipiat, refocillatione est sibi opus. Sed, quoniam in accessionum, tum principiis, tum incrementis ingesta alimonia lædere admodum nata sit, ob id differimus ipsius exhibitionem, quanquam corpus ipsum iam iam indigere videatur. Quod nam igitur optimum languentibus ipsis dandæ alimoniæ tempus? Sanè, cum moderatissime habuerint, tum thorax, tum venter: deterrimum verò, cum ea deterrime habuerint. Deterrime autem habent in accessionum principiis: moderatissimè uerò in declinationibus. Constat igitur optimum cibi ministrandi tempus in ægrotantium declinationibus esse. Accessionis autẽ principium fit calore omni toto ex corpore ad cor, thoracemq; concurrente: Incrementum, cum paulatim ad extremas corporis partes sese expandit: Status, cum ex æquo corpus totum occupat. Verum "declinatio cõtrarium principio modum habet, perspirante, scilicet caliditate, atque mediũ corporis relinquente, quod vno ostendit verbo inquiens, Cum ad pedes calor descenderit. Neque enim idem est calidos ex frigidis fieri pedes, & caliditatem in eos descendere: nam descendere commutationem caliditatis ex alia parte in aliam manifestat. Fieri autem potest, ut pedes calfiant manente in cor- H
poris medio caliditate, quod in uigore ipso contingit. A.li.4.f.1. t.1.c.3.fol. 411.f

47 *In primis autem & maxime cremore, deinde ptisana veteris, præscriptis coniecturis diligenter attentus.*

Posteaq; Hippocrates pdixit quando potu solo regere ægrotantes oporteat, & quando ptisana, nunc, quando cremore solo, & quando ptisana ipsa utendum sit distinguit breui quidem, & conspicua distinctione. Nempe ad coniecturas, quas recensuit, animũ conuertens, quis nã ex languentibus ptisana uti possit, comperies, sic tamẽ, ut à cremore ipso exorsus ad ipsam sensim paulatimq; te transferas. Dico aũt sensim paulatimq;, ut primũ quidem solo vtaris cremore: deinde cremoris quidẽ plus exhibeas, ptisanæ aũt exiguum: deinceps æqualiter vtrumque, mox ptisanæ plus, atq; tandem eam solam: sciens ptisanam ipsam ad corporis nutrimentum uirtutisq; robur exuberare, cremorem autem ad concoctionem confectionemq; facilem esse. Cum igitur morbi conditionem uirtutisque robur uergere ad melius uideris, auge & tu ptisanæ oblationem.

GALENI

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS,

DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

Exemplo doloris lateris agit de vi ac vſu fomentorum, deinde de repentina tum in victu, tum in reliquis rebus mutatione, fuſe lateq; pertractat.

LAteris autem dolorem, ſiue is per exordia fiat, ſiue poſtea, tentare calidis quidem fomentis primum diſſoluere, non abs re exiſtit.

B Quod à me ſæpius eſt enunciatum, ad memoriam, & nunc id reuocare eſt mèlius. Nempe, quòd explanatio fit in dictionibus, quæ obſcuritatem habeãt: neq; tamẽ expoſitores id tãtummodo in commentarijs faciunt, verũ quoque & ea, q̃ dicuntur in libris, in quos cõmentaria parant, aſtruunt, & demonſtrant. Ob hunc igitur morem cogor ego, & illis conſentire, quos nõ probo, atque ſæpenumero ad ea, quæ explicatione egent, ſententiam meam prodere, & efferre. Neque tamen eorum, quæ in huiuſmodi commentarijs vera mihi apparent, demonſtrationes ſcribo, vtpote qui de his peculiariter in eorum vnoquoque ſcripſerim: ſed ſolas earum, quæ cæteris in tractationibus demonſtratæ ſunt, rerum ſummas ad memoriam reuoco: quod & hoc loco in dolore ſum facturus. De doloris ergo generatione diximus quidem libro De elementis ſecundum Hippocratis mẽtem: diximus etiam & in libris quos de ſymptomatum cauſis fecimus: q̃ dolor in ſenſilibus fiat corporibus, mutationem ſubitam in id quod præter naturam eſt ſuſcipientibus: & quòd duplex eſt hæc mutatio, aliàs quidem, dum ipſa dum ſubito ſimulque ſecundum qualitatem alterantur; aliàs verò, dum continuitas ſoluitur. Alterantur autem ſubito ſimulq; ab efficientibus qualitatibus, cum & calfiunt, & refrigerantur, & ſiccantur, & humectantur: corrumpitur autem eorum continuitas, vbi illa vehementer, vel diC ſtenduntur, vel comprimuntur. Ad hunc igitur modum, & dolor lateris fit in pleuriticis affectibus, de quibus agit Hippocrates, dum quæ illis in locis eſt phlegmone, tum multitudine caliditatis præter naturam, particulas per diſtemperantiam contriſtat, tum ẽt repletione corpora phlegmone laborantia diſtendit. Primo ergo auxilio ſi dolor is, vel ſanari, vel mitigari fomentis calidis poſſit, tentandum præcipit Hippocrates. Nempe fomenta calida cutim ipſam ad perſpirationes
A.l.3.f.10. t.5.c.2. fo. 372.g rariorem efficere, phlegmonesq; ſanguinem, tum tenuare, tum per halitum digerere, conſueuerũt. Quæ ſi facta fuerint, non" ſolum ſanguinis aliquid euacuabitur, verum quoq; & affectæ, quæ minus diſtenduntur, partes mitius exinde, & manſuetius dolebunt. At, cum ſanguis in phlegmõne non diminuitur, vel etiam ſpiritus vaporoſus ex colore generatur, tunc dolorem augeri contingit. Sanguis autem non diminuitur propter eam, quæ in toto corpore eſt, humorum redundãtiam. Nam pars, quæ calore afficitur, plus trahit, q̃ euaporet: nempe, quæ calfaciunt, ſuapte natũra hæc, vt, quod vicinis continetur partibus, digerunt, ſic, & quod redundat, ex propinquis trahunt. Cum igitur fomenta calida dolorem non ſoluerint, corpus totum {inſigni} aliqua uacuatione præuacuabis. Vacuatio autem inſignis in morbis acutis, aut per uentrem, aut per venæ ſectionem fit. Quarum alteram aſſumi præcipit Hippocrates, ſcoposq; eius, quæ præſidio magis
D eſſe poſſit, edocet. Summa ergo præſentis narrationis hæc eſt: verum, quæ particulatim ab eo dicuntur, & quæ multis obſcura exiſtunt, in ſequentibus explanabo. Multis dixi, quoniam ijs, qui ſeſe in dictionibus antiquis intelligendis exercuerunt, pauca omnino obſcura ſunt. At in hiſce cõmentarijs intentionem non eò tantum dirigimus.

A.li.1.f.4. e.30.f.84.c *2 Fomentorum autem calidorum probatiſſimum eſt aqua" calida, vel in vtre, vel in veſica, vel in vaſculo, aut æneo, aut teſtaceo poſita.*

Θερμάσματα, i. fomenta calida, proculdubio vocat, quæ corpus quouis modo calfaciunt. Quorum alia prorſus humida, alia ſicca, & alia ex vtriſque miſta: mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate carentia, & ex ijs cõmiſta tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit, morſu caret, atq; humidum exiſtit. Secundum ex vtriſq; ſicco, & humido, mordenti, & moſu priuato, commiſtũ eſt. Tertium aũt ſiccum quidem, ſed uel mordens, uel morſu carens: quòd ſi, & affectiones, quæ vnoquoque dictorum generum egent, recenſuiſſet, orationem pro-

fecto ſuam tanto perfectiorem,melioremq́ue,quanto & legentibus ipſis vtiliorem,feciſſet. Sed E
quia non recenſuit,propterea neque id recenſere neceſſarium erit nobis,qui doctrinam alterius
explanamus,non noſtram perſequimur. At verò,qm̃ partes meæ ſunt contra,q̃ expoſitores cæ-
teri,agere(nempe illi ſuis in enarrationibus ſophiſticas, quæ diſcentes ipſos ad finem artis nullo
pacto iuuare poſſint,ſuperſeminant quæſtiones:ego autem ſemper:quæ commodiſſima ſunt,p-
ſequi molior)ob id,& nunc doctrinæ Hippocratis prætermiſſa quidem ab eo,ſed quæ toti ſentẽ-
tiæ dogmatisq; atq; vniuerſalibus præceptis quodam accedunt conſequio,adijcere non cunctа-
bor. Qua nam igitur rõne fotus(græce πυρία)omnis doloribus ſæpiuſcule adiumento ſit,prius di-
ctum eſt. Dictũ quoq; & de illis eſt doloribus,qui à fotu nullo pacto,niſi prius vacuato vniuerſo
corpore,iuuantur. Verum,cum hęc fotibus oĩbus cõia ſint,humidi quidem phlegmonis ijs, quæ
à bilioſiore ſucco factæ ſunt,opitulantur:ſicci verò ijs,quæ à tenui aquoſoq́ue ſanguine exortæ
ſunt. Perpetuo ſiquidem contraria contrariorum eſſe remedia meminiſſe oportet. Hoc igitur
ſcopo,fotus morſu carẽtes aduerſus mordẽtes ſuccos proſunt: mordentes verò,q tenuent,con-
tra craſſos viſcoſosq; valent humores. Eam ob rẽ quis nam in ea,quæ phlegmone obſideť,parte
euincat humor,obſeruabis,ab ijs,quæ retuli,auſpicatus,ætate.ſ.laborantis, naturali tẽperatura,
anni tẽporibus,locis,& vita antecedente:&,ſi phlegmone videatur,ex ijs,quæ ipſi, tũ in colore, F
tum in magnitudine,tum in duritie,tum in mollitie cõtigerunt:&,ſi pleuritidem, vel peripneu-
moniã curaueris,ex ijs,q̃ ſpuendo excernuntur. Verũ,cum præfata oĩs dignotio cõiecturalis ſit,
& non ſcientifica,non certa cõpertaq́ue,præſertim vbi in corporis imo ſita ſit, q̃ dolore afficitur
particula,ab ijs inchoare te oportet,quæ,q̃ cætera,magis auxilio eſſe tibi videbuntur. Quòd ſi ni
hil præſidij tuleris,ad alia ẽt te transferre conueniet: Dolore aũt non ſedato,ad totius corporis ac
cede euacuationẽ. Videtur ergo Hippocrates ab eo incepiſſe fotu,qui periculo omni vacat; is au A.l.4.ſ.10.
tẽ eſt,qui minime mordet,humidusq́; exiſtit, Nempe,tametſi nihil aduerſus malum fecerit, nõ t.6.c.3.fo.
tamẽ magnum,& inſigne afferet detrimentum. Cæterum fotus,qui ex aceto,vel orobo, vel ſale 293
fiunt,niſi propriam conuenientemq́; conſequantur affectionem,non ſolum non ſalutares erũt,
verum quoque,& malum augebunt,vtpote qui fortem efficacemq́; habent facultatem.

3 Verum prius molle quippiam lateri,ut & mitior,& iucundior fotus fiat,ſupponere oportet.

Poſtea quàm in vtre,vel veſica,vel vaſculo,aut æneo,aut teſtaceo,poſitã aquã lateri adhibe-
ri p̃cepit,hac in dictione prius molle aliquid ſupponi ijs,quæ lateri,tũ quadrare,tũ cohærere de- G
beant,ut nullo pacto angat,prorſusq; iucunda ſit eorũ,q̃ exhibẽtur,applicatio,præcipit Hippo-
crates: Cuiuſmodi fuerit lana mollis,uel linteum multiplex,vel quippiam eorũ, quæ tum tenera
tum mollia exiſtunt. Sed paulo poſt de eo,qui per ſpongiam fit,fotu agens,nihil ſupponi iubet.

4 Vtilis autem" & ſpongiæ mollis magnæq́, atque ex aqua calida expreſſæ applicatio. Sed fomentũ A. ibid.e
linteo veſtiendum,vt vis eius pluſculo ſufficiat tempore permaneat que: atque ſimul ne halitus ad labo
rantis ſpiritum feratur: niſi forſan,et id prodeſſe aliquando videatur,nempe interdum prodeſt.

Cætera quidem quæ in dictione continentur,liquida manifeſtaq́ue exiſtunt:ſed de halitu eſt
diſcutiendum: qui multum,& lædit,& contriſtat,non ſpirandi difficultatem caloris incremento
ſolum proritans,ſed pulmonis anguſtiam,qua,ob replentem,qui humidus eſt,halitum afficitur.
Solis igitur laterum doloribus,tum ſiccis,tum quibus nihil expuitur, idonea eſt halitus inſpira-
tio,plus auxilij,q̃ noxæ,afferens. Hoc igitur in loco ſcriptum eſt primum fotus genus. Mox ad
ſecundum ſeſe conferens inquit.

5 Præterea,& hordeum,& eruum in aceto ita diluto,vt paulo acidius ſit,quàm vt quis bibere poſ-* H A.l.1.f.4.
ſit,madefacta perfuſaq́, & feruefacta,atque in ſacculos coniecta lateri apponuntur: atque adhunc mo ca.30. fol.
dum furfur. 84.d

Hordeũ eruumq́; nõ ſemina,quæ integra ſint,ex aceto,& aqua excoquere p̃cipit,ſed prius cõ
ciſa comminutaq́;:conſtatq́; Hippocratem velle id ex verbo hoc δίεντα,} δίημι ſiquidem made
facio,& perfundo ſignificat:} atq; aliter ex actione ipſa certior fies,nempe hoc pacto, tum blan
dior,tum efficacior erit fotus. Furfur deniq; & hoc pacto parare præcipit: fotus autẽ huiuſmodi
priore efficacior virtute aceti redditur. Quòd ſi & ex eruo paretur,conferet ſanè,& id non parũ:
nempe eruum craſſos humores,tum ſecare,tum conficere,tum euaporare poteſt:atq; ob id fo-
tibus huiuſmodi vtemur,vbi craſſos,uiſcoſosq; humores in ea,quæ phlegmone obſidetur,parte
collectos ſuſpicabimur. Tibi autem ſanè id conſtabit ex antecedente uictu,ſi humores huiuſmo
di produxerit,anni temporibus,& locis,& ætate. Præterea & ſi beneuoli fotus mãſuetiq;, quos
prius memorauimus,nihil præſidij attulerint. Nã,ubi de corporis totius repletione diſtinxeris,
cũ uidelicet,neq; huius notæ apparuerint,neq; beneuoli mitesq; hi fotus quippiã iuuerint, ſuc-
corũ exiſtimabis craſſitiem,quæ in halitũ ſoluitur,flatuoſumq; ſpiritum, qui ob denegatum exi
tum contriſtat. Flatum ergo hunc patientesq; ipſum humores,præfati diſcutiunt fotus & potiſ-
ſimum,qui ex eruo parantur. Præterea & ſermonem percurrens Hippocrates manifeſte ſimul,
& optime

A & optime metricam aceti ad aquam temperaturam memorauit. Nempe acetum ita dilutum esse oportere inquit, vt paulo acidius sit, quam ut quispiam biberit, vt scilicet, & acrius ob mordendi facultatem, & aquosius propter operationis ignauitatem vitemus. In incidendis igitur atque per halitum digerendis, tum crassioribus, tum viscosioribus succis, aquoso oxycrato cõgruẽtius fuerit quod acrius: sed, quoniam medicamenta huiusmodi non tolerant, quæ phlegmone obsidẽtur, partes, ob id mediam vtriusque exuperantiæ temperiem fecit. Hoc tibi sit secũdum fotuum, quos ab initio trifariam separauimus, genus.

6 Ex siccis autem fomentis maxime conueniunt, quæ" ex sale milioque frictis torrefactisque, atque in sacculis conclusis parantur. Leue siquidem quippiam, & benevolum iucundumque est milium.

Ad tertium fotum, quos initio distinximus, genus sese transfert Hippocrates, mentionẽ milij, & salis faciens. Est autem communis vtrique siccitas: sed sali proprium est, vt mordax sit, milio autem ut morsu careat.

7 Fomentum huiusmodi, & dolores ad clauiculam {humerumque} pertinentes soluit.

B Ex adiectione huius coniunctionis, &, ostendit & dolores alios soluere, vtpote eos, qui ad hypochondria pertinent.

8 Sectio autem non similiter soluit dolorem, nisi is ad clauiculam pertingat.

Sectio, inquit, venæ scilicet: quam non similiter soluere inquiens, auxiliari & ipsam non negauit. Sed de huiusmodi auxilio in sequentibus fusius latiusque scribit.

9 Verum, si fomentis dolor nõ soluatur, ne diutius calefacito: siccat enim id pulmones, atque ad suppurationem excitat.

Fomenta varia, alia quidem humida, alia sicca, & alia mordentia, aliaque mordacitate carentia, vbi percurreris, si ab horum experientia facta dolor non leuetur, totum corpus vacuabis à fomentis desistens, cum pulmonem exiccent, & suppurationem excitẽt. Fit autem suppuratio huiusmodi, lateris inflammatione non exhalante, sed in pus transeunte: mox pure ipso in mediã thoracis pulmonisq; regionem confluente.

10 a† Si uerò dolor ad clauiculam pertigerit, aut molẽs a sit, vel brachio, vel mammæ, uel partibus septo transuerso superioribus, grauitas, internam cubiti venam secare expedit. Neque, ut copiose sanC guis detrahatur est cunctandum: sed eousque auferendus, donec rubidior b† multum uel pro puro rubido liuidus fluxerit: nam utrunque contingit.

Pro eorum, qui inflammationem pariunt, humorũ vergẽtia inclinationeque, vacuationes facit Hippoc. Nempe, quod dicitur, c" Quò natura vergit, per loca conferentia eò ducere, id verissimum existit. Contingit autẽ interdũ id ob differentiam partium eius, q̃ costas succingit, membranæ. Nempe superiores ipsius partes, cum inflãmantur, ad clauiculam, brachium, & mãmã cõdolentiam extendunt: inferiores verò ad septum trãsuersum, & hypochondrium. Cũ igitur superiorum condolentia signum fecerit, venã in cubito secare eã oportet, q̃ sanguinẽ ab affecta parte, & magis, & velocius, tũ reuellere, tũ vacuare possit: verũ, si partibus infernis affectus consenserit, purgatione vacuare expedit." Recte autem grauitatem circa brachium esse, & non dolorem dixit. Nempe, q̃ hoc in loco sanguis magis aceruetur, repatq; signum est grauitas, quæ ex multitudine fit. Tensiones aũt, & in sola affectus participatione fieri cõsueuerunt: cum videlicet partes ijs, q̃ inflãmantur, attiguæ, citra sanguinis in eis redundantiã tenduntur. Ob id igit sanguinem redundantẽ secta interna uena uacuãdũ præcipit. Sunt aũt ind interno cubiti articulo plures, quas
D secare cõsueuimus, venæ: de q̃bus abunde quidẽ in anatomicarũ tractationum tertio, atque in alio libro, qui seorsum de uenarũ arteriarũq; sectione scriptus est, diximus: sed impræsentia de ipsis summatim agemus, ab initio ducentes orationẽ. Vena caua ex gibba hepatis sursum ad dextrã cordis aurẽ sanguinẽ ferens, partibus quidem interiacentibus exiguũ ipsius distribuit, sed cordi ipsi plurimum elargitur. Deinde ab eo, tãquam ab initio, ꝓgressa, ad collum recto festinat tramite, atq; in duas rectas scinditur in thoracis parte venas, easq; insignes, quas iugulares uocant. Propagantur autẽ ab ipsa prius, q̃ ad cor ipsum pertingat, insignes quidẽ uenæ ad septum transuersum: paruæ autem ad e† inferiorem thoracis partem, quæ octo costis constat, contendentes. Pars autẽ hæc ab una, quæ coniugio caret, nutritur uena: quæ in quibusdam animantibus supra cor adnascitur: in quibusdã uerò, f† ut in hominibus ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem uena caua tangit: hinc siquidem emergens, humilius depressiusq; per cor defertur, atq; in spinã contorquetur. Vena igitur, quæ ad inferiorẽ thoracis partem defertur, utrinque costis octo ad septum usq; transuersum distribuitur. Cæteræ autem sublimiores thoracis costæ quatuor ab alio uenarum nutriuntur cõiugio, quod à uena caua ꝓpagatur prius, q̃ ea in iugulares scindatur. Ab his igitur duabus uenis deinceps sunt, quæ ad manus per axillas pertingunt. Verũ, quæ humeratiæ appellantur, postquã caua in iugularias fissa est, ab utraq; una, progignuntur, habentq; radi-

ces

A† Ad. Sed si signum quidẽ faciat dolor in clauicula, uel in brachium grauitas, uel circa mãmã, uel supra phrenas interna, &c.

B† Aliqui cod. addunt, & flauior.

C 1. Aph. 21. Exord. 10. a D* Dictio hęc nec in antiquis quibusdã græcis cod. nec in trãslatione veteri habetur.

E† Ant. tralatio. in pannículos qui sunt in pectore: pars aũt inferior pectoris composita ex octo costis, ab una, quã coniugio, &c.

F † ὥσπερ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων, est in impressis. i. ut & in hominib. Bartholomæus tamẽ Eustachius medicus insignis reiq. anatomicæ professor eximius asserit in cod. ueteri legi ὥσπερ καὶ ποτὲ ἐπ' ἀνθρωπων. i. ut quandoq, in hominibus cui lectioni astipulatur uetus tralatio q̃ habet, & in quibusdã hominibus etiã.

ces ijs,quæ in ſuperficie extãt,iugularijs communes. A iugularijs ſiquidem,quæ in ſuperficie ex- E
tant,partes ferè oẽs,tum colli,tum capitis in ſuperficie cõſtitutæ nutriuntur: ſicut & à iugula-
rijs alius profundiusq; latentibus partes oẽs altius profundiusq; latentes. Verum,quæ circa ſca-
pulas atq; circa dorſalẽ medullã,quæ eſt in collo,exiſtunt loca, venas habent, quæ ex inferiori-
bus præfatæ radicis communis partibus ad ipſas aſcendunt. Communẽ dico radicẽ, quã proxi-
me dixi,& ijs,quæ in ſuperficie conſtitutæ ſunt,iugularijs, & humerarijs cõmunem eſſe. Nõ im-
merito igitur humeraria partes, quæ ſupra clauiculas ſunt, q̃ & in collo, & capite exiſtunt, tum
magis,tũ velocius euacuat. Axillaria verò thoracis partes,& magis eas,q̃ in ſublimi ſitæ ſunt, præ
ſertimq; in hominibus ipſis. Nẽpe infernas demiſſasq; oẽs uena vna altera nutrit,quæ ſub cor-
de à vena caua procedit. Ex ſiniſtra autẽ parte uenæ illius, quæ infernas thoracis partes alit, atq;
ad coſtarum radices prona fertur,aduſq; ſeptũ tranſuerſum ſingulis intercoſtalibus ſpatijs, tum
ſiniſtris,tum dextris rami diſtribuuntur. Verum,quod reliquum ex ea eſt,ſeptũ tranſuerſum pe-
netrat,primisq; abeo corporibus diſpenſatur. Cæterum,quæ per axillas ad manus feruntur ve-
næ,proximas ijs,quæ ſublimes quatuor thoracis alunt coſtas, radices hñt: ſuntq; q̃ quæ per hu-
merum ad manus contendunt, non paulo maiores, aſcendunt autem ad internam regionẽ brã- F
chij vtriuſque: atq; cũ per ipſam pronæ ferũtur, muſculis ipſis, qui inibi ſitũ hñt, notabiles diſpen
ſant ramos. Verũ, cũ ad cubiti articulum prope vtraq; venerit, uenas brachij internas ad ipſius
cubiti oſſis nodum, qui hìc poſitum habet, producit: quicquid verò reliquũ eſt, bifariam ſciſſum
diuiſumq; per cubiti flexum defertur, parte ea, quæ in ſuperficie conſtituit, venã eam, quæ in eo
cubiti flexu ſecatur, efficiẽte: penitiore uerò eam, quæ cũ arteria diuiditur. Secatur quoq; & ue-
na alia in cubito obliqua, uelut † ea, quæ in vtraq; manu vna eſt } humerariæ nõ exigua portiõ.
Nempe & humeraria ipſa per brachium ſubter cutem conſpicue percurrens in ipſo cubiti arti-
culo, qua ſublimiſſimæ extãt partes, figurata. ſ. ut Hippocrates in libro De fracturis docuit, " ma-
nu diuiditur. Quæ igitur ſublimior uenę ipſius à fiſſura portio per externa cubiti loca defertur, ea
apud fiſſurã ipſam ſecatur, qua primæ venæ radici è directo maxime reſpõdet. Eã ob cauſam, &
ſublimiora clauiculariũ * loca citiſſime euacuat. Portio autem, quæ in cubiti flexum oblique fer-
tur, minus quidẽ ea, ſed cæteris magis eas euacuat partes. Pars verò, q̃ ab interna notabili uena
obliq; etiam fertur, minime quidem præfatas uacuat partes: uerum maxime thoracis ſuperiora,
{ q̃ radices tum eius, q̃ per axillam ad manum fertur, tum eius, quæ ſuperiores thoracis alit par- G
tes, vicinæ admodũ exiſtãt. } Secare igitur hanc iubet Hippocrates prius, q̃ venæ, quæ ex hume-
rariæ fiſſura prouenit, præſens ſit, inſeraturque: Quæ ſi aliquãdo non comparuerit, uice huius ſe
camus aliquam ex internis, quas * recta in os cubiti deferri didicimus. Quòd ſi, & eæ nõ compar-
uerint, accedimus ad eam, quæ præfatarum duarum uenarum obliquarum inſitione progi-
gnitur. Verũ, & cum ea interdum non apparere poſſit, humeraria apparẽte, ſeca humerariam: q̃
ſcilicet vacuationes ab vniuerſo aĩaliũ corpore fieri noueris, quanquã neq; celeriter, neq; ſimi-
liter, ex uena omni fiant. Nos uerò partem eam, qtiæ phlegmone obſidetur, tũ celeriter, tũ q̃ cæ
teras partes magis, in acutis præſertim morbis, uacuare contendimus. Quòd ſanè interna cubi-
ti uena facit, multoq; magis, ubi ſanguinis redundantia ad ſuperiora vergere uidet, aut ſuperio-
res thoracis partes affectæ ſint. Tunc enim grauitas magis in brachio, & circa mãmã fit. Verum,
q̃ partes thoracis inferiores prope ſeptum trãſuerſum infeſtant phlegmonæ, nõ abs re dolorem
ad hypochondrium tranſmittunt. Quo fit, vt dolores hmõi non admodum iuuet, quæ in cubito
fit, uacuatio, corde. ſ. mediũ occupãte: nempe venam, q̃ inferiores thoracis alit partes, infra cor
emergere nuper audiuiſti. Dicta quidem mihi hęc ſunt ſuper eo, quod ab Hippocrate bene ſcri- H
ptum eſt, de ſecanda. ſ. interna cubiti uena. Sed, cum " vacuãdi ſanguinis terminum coloris muta A.l.3.f.10.
tionẽ poſuerit, deinceps eſt de eo diſſerendum. Quicquid ergo ſanguinis in phlegmone contine t.5.c.2. fo.
tur, id caloris abundãtia colore permutatur: reliquum autem in partibus omnibus ſimile manet. 272.f
Eam ob cauſam ſanguine, qui in totũ ſpargitur corpus, pituitoſiore exiſtente, rubicundior ſanè
erit, qui in eo, quod phlegmone obſidetur, latere continetur. Quòd ſi ſanguis in corpus totũ dif-
fuſus, rubidus fuerit, is proculdubio, qui ad phlegmonẽ eſt, aduſtus aſſatusq; in nigrũ permuta-
bitur. Liuidus aũt in ea, quæ fit à rubido ad nigrum tranſmutatione mediũ obtinet. Coloris igi-
tur mutatio ſanguinis ex particula inflammata tranſlationem ſufficienter commonſtrat. Vacua
tionis igitur modum menſuramq; quæ affectui peculiaris ſit, diximus. Sed ſi interdum uirtus tan
tum uacuare prohibeat, parti ipſi, quæ phlegmone obſeſſa eſt, minus quidem futurum auxilium
ſcire oportet: ſed melius eſt virtutem non exoluere, quàm ſanguinem vacuare redundantem.

* Al. ſelinon. id eſt apium.

*II Si vero eas, quæ ſub ſepto tranſuerſo ſunt, partes dolor infeſtat, nullum q̃, ad clauiculã ſignũ fece
rit, uentrem uel nigro ueratro, uel peplio mollire oportet. Sed ueratro nigro uel daucum, uel ſeſeli*, uel
cyminum, uel aniſum, uel aliud quippiam boni odoris miſcebis. Peplio verò ſilphij ſuccum, quan-
quam & hæc inter ſe miſta non diſſimiliter agant. Cæterum ueratrum nigrum, tum melius, tum ad
indicationem iuuantius, quàm peplium, uentrem ſoluit, ſed peplium flatum magis excutit. } Do-
lorem præterea ambo hæc ſedant. Sedant quoque, & alia multa † quæ expurgant medicamenta. Ve-

† ὑπήλατα.

† Hæc ex antiqua tralatione, & recte.

* κατ' ἔξιν.

† Iueluti, & hęc in utraque manu una. Sect.1.t.17.223.e. Et t.16.226.g.

* Clauiculis.

rum

A *rum omnium, quæ nouerim uiderimq; hæc potissima existũt. Nempe, & quæ in sorbitionibus dantur purgantia* medicamẽta, soluere possunt, quęcunq; scilicet non ualde insuauia existũt uel propter amaritudinem, uel aliam quãpiam iniucunditatem, uel quantitatem, uel colorem, uel suspicionem aliquam.* *ὑπήλατα.

26 Quòd medicamenta purgantia per experientiã inueniãtur, & quem nam expurgẽt humorem, & si omnino purgent, in libris De simplicium medicamentorũ facultate didicisti. Quòd uerò purgationis necessitas sit, si redundãtes humores deorsum repãt, est quoque ratione scitũ animaduersumque: sed id, testimoniũ ratamq; fidem ab experimentis habet. Edocuit autem Hippocrates facultates medicamentorum, quæ in huiusmodi affectibus propinat, ueratrũ quidem nigrum κρισιμώτερον. i. ad iudicationem iuuantius vacuare, peplium verò flatus magis excutere affirmans. Sint autem, quæ ab Hippocrate κρισιμώτερα, id est ad crisim iuuantiora, dicuntur, ea quæ morbi iudicium faciunt magis, quod facultate uerbo huic ὠφελιμώτερα id est iuuantiora, idem exi-
A. l. 3. f. 13. t. 1. c. 39. f. 292. d stit. At, cum purgantia omnia medicamenta vẽtrem, præsertimq; os ipsius, & maxime tũ neruosum, tum sensile existat, affligant lædantq; ob id eorum, quæ boni sunt odoris, mistio excogitata est, ne sola synceraq; purgantium medicamentorũ uirtus os ventris tãgat. Permista quo-
B que inter se, tum pepliũ, tũ elleborum, ὁμοιότροπα id est modi similis, esse ait, quod est facultatibus conuenire, & in nullo controuersa esse. Nam & in purgantium medicamentorum permistione contro uersia est, non qñ aliud quidẽ bilis, aliud verò pituitę excretorium fuerit, (nã eodẽ tpe vacuari, tũ bilis, tũ pituita possunt) sed qñ aliud quidẽ protinus, aliud verò lõgo à ppinatione tpe, purgationẽ mouere natũ sit. Nẽpe hoc pacto inęqualis (eis simul ingestis) fit uacuatio: inæqualẽ dico, cũ iã altera quidẽ desinere, altera vero incipere videat. Nẽpe, qđ citius purgare consueuit medicamen- 1. Apho. 24.
tũ, id & ex alio quippiã simul vacuat: quo fit, ut, qđ exiguũ ipsius relinquitur, imbecillius reddat, Ext. ord. 10. c
& lõge tardius suam inchoet purgationẽ. Præfinita igitur uacuationis lege simile est elleboro peplium, põtq; elleboro similiter nigrũ subducere humorẽ. Cætera tũ dictionis huius tum sequentiũ patent. Cõsiderare igit hæc atq; in memoria tenere nos oportet, sed nõ ppetuo in pleuriticis vti debemus, ad memoriã reuocantes aphorismũ illũ, ubi dr, "In acutis morbis raro, & in principijs, purgantibus medicamentis est vtendũ. Vbi (igit) non solum acutus morbus fuerit, cuiusmodi est pleuritis, uerũ & cũ febre uehementissima, multo magis uitanda est purgantis medicamenti administratio: atq; per sectionẽ venæ vacuandũ magis, etiam si ad hypochondrium dolor pertingat. Nempe & si minus quidem auxilium, q per purgationem, sequatur, securius tamen multo existit. Immo nullum ex eo, quod per venæ sectionem fit, periculum impendet, eo discrimen
C maximũ subeunte, quod per purgationem tentatur: Et potissimum si laborantis naturam expertus quis non fuerit: nẽpe alij difficulter natura purgant, alij modico assumpto medicamẽto purgantur copiosè. Quis igitur dare quadrabit, his medicamẽti tantum propina, quãtum in plurimis mediocriter uacuari, tum nouisti, tum sis expertus. Si enim hominis naturam non noueris, metus est, ne plus iusto uacues, uel nullo pacto uacuationem moueas: aut, si moueris, non tamen sufficienter vacues. Quæ omnia magnas in morbis acutis pariunt offensas: quod non facile, ut in ijs, q non febricitant, emendatur. Cũ igit febris uehemẽs nõ fuerit, naturãq; laborãtis expertus fueris, ad medicamenti purgãtis potũ te conferes, ijs, quæ ab Hippocrate dicta sunt, uel etiam alijs similis naturæ usus. Quo è numero est, quod ex colocynthide paratur medicamentũ: qđ iã ex usu hieram uocant. Id sanè uarijs parant modis, sed, quod elleborum accipit scammoniamque non habet, id ijs, qui medicamen* subductorium omnino assumere possunt, optimum est. *ὑπήλατον.

D 12 *Vbi autem quis medicamentum ebibit, ptisanam protinus sorbendãdato, neque insigniter minore quàm consuetum est quantitate.*

Et maxime quidem uentris ori, quod & stomachum uocant, ut in ipsis pnrgantium medicamentorum potibus illęsum maneat, consulere oportet: præsertimq; vbi febrientibus tale quippiam propinatur. Verum præcipua, ne offendatur, cautio est, si medicamentum, quod propinatur, purum non sit: sed cum alijs, quæ malitiam ipsius hebetare nata sunt, temperatum mistumque. Nempe purgantium omnium medicamentorum natura, corporum, quæ purgantur, naturis contraria est, atque, ut quispiam dixerit, lethalis, & deleteria. Vt autem succi papaueris, mandragoræq; & hyosciami, atq; aliorum huiusmodi multorum, quæ nobis, & substãtia, & uiribus aduersa corpus perimere nata sunt, portionem exiguam assumentes, magnã percipimus commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris aduersa est, exiguam aliquam partem præcidentes ad suppetias ferendas utimur. Quo item modo in horum medicamentorum potu seminum aliqua, quæ boni sint odoris, miscemus, quæ & malitiam obtundere nata sint, & operationem ipsorum non prohibeant, tenuandi incidendique facultatem obtinentia, ita ut & crassos incidant humores, & uias quibus uacuatio fiat, aperiant patefaciantq; sic & à sumpto medicamento ptisanam sorbere confert. Nempe purgans medicamen-

tum

tum ipſum, tanquam exiguum ſit, ad ventris quidem fundũ peruenit: verum, dum trãſit, ſtoma- E
chus, & quæcunq; ventris ſublimior pars non qualitatem medicamenti purgantis modo, uerum
& ſubſtantiæ, quæ in tranſitu hæret, aliquid aſſumens, vehemẽter læditur. Ptiſanæ igitur cremor
ſuperingeſtus cõmoditatẽ affert. Nẽpe & detergere, & deorſum trahere, qđ viæ adhæret, & qua-
litatem medicamenti, quod his adhæret partibus, tũ cõtemperare, tum ꝓmutare poteſt. Ob eas
igitur cauſas à purgantis medicamenti potu, ptiſanam ſuperſorberi præcipit: ſed, ubi purgatio
cœpit, ab ea vult abſtinendũ, purgãtis medicamenti operationẽ exolui veritus: atq; ob eã rẽ ait.

13 Et, quoniam ab re non eſt, purgatione in media ſorbitionem dare non conducit. At, ubi purgatio deſierit, tunc ſorbitio detur, ſed conſueta minor: deinde liberalius perpetuo exhibeatur, ſi & dolor ceſſauerit, & nihil aliud obicem fecerit.

Contra, quàm plerique huius temporis medici, rem hãc docuit Hippocrates. Nempe hi, ubi
vacuauerunt, copioſe nutriunt. Hippocrates verò à purgatione, ptiſanæ minus miniſtrari iubet.
Nã corporũ, quæ purgata ſunt, natura, purgatione agitata labefactataq; tolerare alimoniã non
poteſt, neq; probe eam conficere, niſi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tãtum cremoris pri-
mo exhibendum, quantũ domare poſſint: deinde paulatim ſenſimq; adaugere oportet, ſi & do- F
lor, ut inquit, ceſſauerit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore ait eſt manifeſtum: ſed, nihil
aliud prohibere, ad præfatas referre oportet, ſi intelligere volueris, diſtinctiones, in quibus de
monſtrauit, quoniam pacto morbis acutis laborantes abſque ſorbitionibus regere oporteat.
Summa uerò horum eſt, cum uel morbum ante iudicationem nulla ſorbitione indigere ſpera-
bimus: uel in quibus ſumma eſt, quæ phlegmonem facit, cruditas.

14 Ratio autem mihi eadem eſt, ſi & ptiſana cremore utendum ſit.

Tempus exhibendorum, tum ptiſauæ, tum cremoris ipſius, & antea ſimile eſſe demonſtrauit,
re una duntaxat differentiam horum definiens. Nempe à cremore principiũ exhibitionis facit.

15 Melius ſiquidem eſſe dico, ut protinus à morbi initio ſorbere incipias, quàm inanitis uacuatis q̃z ne nis uel die tertio, uel quarto, uel quinto uel ſexto, uel ſeptimo, ſi ante hoc tempus morbus haudquaquã iudicatus fuerit, ſorbitionem inchoare.

1. Aph. 8. Ext. ord. 4. f

Quod in Aphoriſmis ſcripſit Hippocrates, id & impreſentiarũ perſequitur, in morbi omnis
uigore, tenuiſſimo utendum uictu præcipiens. Si igit quinta die morbi uigor futurus ſit, & æger G
ſolo uſus potu ſufficere nõ poſſit, melius eſſe ait ſi protinus ab initio ptiſanã dederis, & neq; ter-
tio die, neq; quarto, ſorbitionẽ inchoaueris. Sic ſanè, & eos, q uel quinto, uel ſexto, uel ſeptimo,
ſorbitionẽ ichoãt, falli circũueniriq; ſi ante hoc tps morbꝰ nõ fuerit iudicatus. Per iudicationem
intelligo, ut dixi, nõ ꝑfectã morbi mutationẽ ſolũ, uerũ quoq; & effatu dignã tranſmutationem.

16 Præparationes aũt, & his tales fiãt, quales dictæ ſunt. De ſorbitionis igitur exhibitione ita sẽtio.

Et, quibus ab initio ſorbitionem daturus ſis, præparationem ſimiliter fieri præcipit. Id eſt, ſiue
ue ſectionis uenæ, ſiue clyſmatis, ſiue balani neceſſitas fuerit, illud ante faciendum iubet.

17 De potu quoq; qualẽcunque ex declarandis potaturus quiſpiam ſit, eadem omnino mihi eſt ratio.

Si laborantem potu ſolo citra ptiſanæ ſorbitionem rexeris, præfatas quoque præparationes
te facere iubet, id eſt aut uenam ſecare, aut clyſmate, uel balano uti.

A. l. 4. f. 1. t. 2. c. 8. f. 420. 2

18 Verum & medicos contra omnino, quàm oportet, agere ſcio. Nempe omnes, lãguentes ipſos per initia morborum duos, uel tres, uel etiam plures dies inedia ſiccare, atque ita tum ſorbitiones, tũ potus exhibere uolunt, idque forſan, q magnæ corporis mutationis magnam quampiã obijcere mutationẽ ipſis decens eſſe uideatur. Verum mutatio ipſa bene quidem habet †non modica, ſed recte transferenda uenit. Iam autem, & ciborum exhibitio mutationis rationem maxime ſubit.

† Al. ſi modica. al. nõ modi dici.

Medicos culpat Hippocrates, qui languentes ipſos in abſoluta ciborum abſtinentia ſeruant:
deinde eos protinus alij quidem ad ſorbitionem, alij ad potuum ingeſtionem deducunt. Non tã
mentionem eorum fecit, qui cibos ualidiores ante morbi concoctionem miniſtrant. Conſueuit
ſiquidem, ut antea dixi, interdum prætermiſſis, quæ maxima ſunt, erratis, culpare minora: & eã,
quæ ex illius oritur, demonſtrare offenſam. Qui autem ita trãſmutant, forſan, (inquit) rationabi-
liter tranſmutare arbitrantur, in magna corporis tranſmutatione effatu dignam uictus permu-
tationem facientes. Quod ſanè bene eos exiſtimaſſe ait: non tamen de trãſmutatione omni, ſed
bona aliqua eſt putandum. De qua partim prædixit, & partim quippiam eſt dicturus, ſermoni ad-
ſtruens declinandas eſſe repentinas mutationes.

19 Maxime ergo lędentur, qui tota utentur ptiſana, niſi recte transferãtur: lędentur quoque & qui ſolo utentur cremore, quanquã minus: lędentur prędterea, & qui ſolo utentur potu, ſed hi minime.

Dictum

A Dictum paulo ante ſubitam victus mutationē, qua primis diebus in abſoluta ciborum abſtinentia ſeruatos languentes circa diem quartum nutrire incipiunt, maxime quidem nocere ait, ſi in ptiſanam totam transferantur: minus verò, ſi in cremorem: ſed ἧκισα, id eſt ἐλάχιστα, quod minimum indicat, offendi eos, qui ad ſolos procedunt potus. Nempe ex magnitudine virtutis eorum, quæ offeruntnur, magnitudo oritur offenſæ.

20 Oportet autem, & ex ſanorũ hominum uictu diſciplinam, que conferat, facere. Nam, ſi ſanis qui buſdam tales, uel tales cibi uariare uideantur cum in alijs quibuſdam, tum in nõnullis mutationibus, quomodo & in morbis quibuſdam, & maxime in acutis non ualde euariabunt?

Incipit Hippocrates præfatam ab ipſo de victu ſententiã demonſtrare, arguens vnà & eos, qui contrario victum inſtituunt modo. Sed, ut dilucidus cõſpicuusq; reddatur ſermo, ſummã ipſius omnem præfari melius eſſe mihi uidetur. Eſt autem earũ, quæ in eam rem aſſumuntur, ſumptionum dignitas, altera uniuerſalis hæc: Si bene ualentibus læſionem afferant repentinæ uictus ad cõtraria mutationes, multo magis ęgrotantibus ipſis. Quod variis ẽt modis poſſumus interpretari, aliud in aliam tranſumentes dictionem, ut hoc pacto, In repentinis uictus mutationibus, qui ſani ſunt, ægris minus læduntur: Vel ſic, Aegri ſani magis læduntur: Vel adhuc modum, Detrimenta
B ſanos minus, quam ægros, afficiunt: Et adhuc generalior hæc: Validiores minus afficiunt, imbecilliores magis detrimenta: Licet & aliter vim ſermonis interpretari, aut ex eo, quod per ſe, & primum utile ſit ad quod demonſtratur: aut ex aliqua continentium ipſum vel dignitatum uel ſumptionum. Talis quidẽ tibi ſit per ſe credibilis altera ſumptionum (lemmata Græci dicunt) quas ſanè uocare conſueuit Ariſtotelesaxiomata, id eſt dignitates. Sed alteram, cui fides per experientiæ lucem acceſſit, deinceps audi. Sanos ẽt repentina uictus mutatio offendit. Ex vtraq; hac ſumptione cõcludit, languentes à repentina victus mutatione lædi magis, ſed multo magis, qui acutis infeſtant morbis. Hæc eſt uis ſermonis. Verum Hippocrates alteram ex ſumptionibus per ſe tum prius, tum credibilius, protinus citra probationem accipit. Alteram verò ijs, quæ ſingulatim per experientiam noſcuntur, fide donat, & auctoritate. Quod & ſequens declarat oratio.

21 Atqui, quòd uitioſus uictus cibi, & potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatem tutior omnino* ſit, quàm ſiquis ſubito ad alterum uel meliorem ſe transferat, facile diſcitur, intelligiturque.*

*Dięta σαύλη, id ẽ uulgaris, ac ſimplex, qd ſit, habetur à Galeno in cõ. lib. de fractu. pag. 230. g. & pag. 248. c.
*τὸ ἐπίπαν.

Alteram ſumptionum earum, quæ ad præſentis ſermonis demonſtrationẽ præſtant, nunc ex
C multis particularibus exẽplis aſtruere incipit, fidem ipſius in unam colligens ſummã, q̃ talis eſt. Magnæ & repentinæ præter conſuetudinem mutationes non paruã ſanis afferũt læſionẽ. Quanquã ſermo hic conſpicuus ſit, tñ, ſi quippiã, quod explanatione indigeat, intercidere uidebitur, ijs, qui exercitati nõ ſunt, in ſequenti ſerie explanare nõ cũctabor. Nẽpe hic cõmentarijs liberalior, ac humanior eſt, ſi non eos mõ, qui in rationibus ſunt exercitati, ſed ẽt, q̃ non ſunt exercitati, ſpectet. Quòd ſiquis præfatas diſciplinas neque didicerit, neq; expertus fuerit, aliud quippiam agat.

22 Nẽpe tum ijs, qui bis die comedũt, tum ijs, q̃ ſemel, noxas, & infirmitatẽ pariunt repentinæ mutationes: eos q̃, qui prandere non conſueuerunt, & prãdent, ſtatim infirmos reddũt, toto itẽ corpore graues, & imbecillos, et deſides. Quòd ſi ſupercœnauerint, acidũ ructãt: alios alui læuitas exercet. Nẽpe uẽtriculus præter cõſuetudinẽ grauatur, ſupſicceſcere cõſuetus, nõ bis tumeſcere, neq; bis cibos coquere.*

*ἑψεῖν. i. elixare. uide in fine comment.

Non ſolum, q̃ in repentina conſuetudinis mutatione ualde lædantur, verũ quoq; & quę nam læſiones fiant, & quonã modo ſingulas emendare oporteat, ſcribens Hippocrates, ob id ſermonem prolixum facit: quomodo, ſi duntaxat, q̃ in repentina conſuetudinis mutatione lædantur,
D oſtẽderet, ob id ſermo illi totus breuis foret. Prima igit cõſuetudinis mutatio, quam nunc exprõpſit, eſt de ijs, qui prãdere nõ aſſueti, prãſi aliq̃ ſunt. Ait enim tales, & infirmos, & toto corpore graues fieri, imbecillos item, & deſides reddi. Contingunt autem hæc ipſis, grauata ab alimento, ueluti à põdere, facultate, neq; enim imbecilla ea redditur propria ratione, ueluti in cibi penuria fieri conſueuit. Ob eam igitur cauſam hoc in loco ſermoni adiecit totũ corpus grauari ijs, qui bis cibati ſunt, eosq; fieri deſidioſiores. Verum in aſſuetis prandere, & non pranſis imbecillitatem quidem uirtutis ſcripſit, ſed grauitatem non adſcripſit. Nempe & in talibus mutationibus imbecillitatur ſua ratione uirtus. Præterea, cum deſides fieri in præſenti vict' mutatione aſſerat, in contraria timidos eſſe dixit, quaſi opus omne peroſos, & ueluti opus aggredi ueritos, diceret. Nempe res ita habet. Nam, qui ita ſe habent, uirtutis imbecillitatem uere ſentiũt: atq; ob id eas, quas ante promptios obibant, obire non audent actiones. Quin etiam, & ijs, qui diminute ciban tur, uiſcera uideri pendere ait, eosque tum calidum, tum χλωρὸν, id eſt uiride, meiere, Calidum inquiens, id eſt ſolito calidius: χλωρὸν verò, id eſt uiride, iuxta morem quendam Aſiaticorum Græcorum, qui & nunc obſeruatur: ὠχρούς ſiquidem, id eſt pallidos quoſdam uidentes, cauſam, cur ita χλωροί, id eſt uirides facti ſunt, interrogant, χλωρὸν & ὠχρόν, id eſt uiride, & pallidum, nihil differre exiſtimantes.

existimantes. Visumq; quendam se ipso χλωρότερον, id est viridiorem, dicunt: ὠχρότερον, id est pallidiorem, ita significantes. Est autem ὠχρὸν χρῶμα, id est color pallidus, † veluti ignis, & color ὠχρας vocatæ, cuius prima syllaba acutitur. Fitq; talis color p̃mista aquoso excremẽto pallida, & amara, & flaua appellata bile. Nempe flauus color, quantũ à rubro in albiorem secedit, tantum à flauo pallidus. Scripsit, & alia quædam symptomata, q̃ ita* affectis fiunt. De quibus, cum ad eam, q̃ de ipsis est, mentionem peruenerimus, agemus. Præsentem autem dictionem discutiamus. Quæ in non assuetis prandere contingere ait, ijs adhuc, & hoc adiecit. Si autem supercœnauerint, acidum ructant. Quòd autem ructus acidi fiant, & propter uentriculi frigiditatem, & propter pituitam sæpius in eo aceruatam, & propter ciborum multitudinẽ, aut, si pauci quidem sint, potestate tamen frigidorum, didicimus: Omnium aũt præfatorum commune est calorem ventris ingenitum vinci à cibis, non eos vincere, neq; ijs præstare, neq; probe ipsos conficere posse: ut si modicæ flammæ lignorum multitudinem superacernaueris, vel & citra multitudinem, tum uiridia, tũ humida superposueris. Cæteris ita cibatis σπατίλην, i. alui læuitatẽ siue humidã deiectionem fieri ait. Verum in exemplaribus non paucis non σπατίλην, scriptũ inuenies, sed ἄσσην, vt eo vocabulo ῥίπτασμὸν, i. proiectationem intelligamus corporis hominis huius, qui ita cibatus est: corporis inquam, ob cibi multitudinem ἀσσομένου, i. grauiter molesteq; habentis, atq; implacidi inquietiq́ue dum in lecto iacet, & sese permutantis. Cæterum, q̃ circa dictionis finem* concoctionẽ* elixatio ni similẽ esse oporteat, manifeste ostendit tanquã à calido fiat non sicco squalentiq́; cuiusmodi est febrilis, sed humido vaporoso, cuiusmodi est, qui in animalibus secundum naturam existit.

† Al. διουπερ καὶ τὸ τῆς καρ λουμένης ὠχρας i. uelnti & color &c.

* In antiquis legitur διαιτη θεῖσι, i. cibatis.

* πέψιν. * ἕψησιν.

23 Conuenit autem his permutationem æquã uirtute compensare. Dormire siquidem eos oportet tanquam noctem à cœna, hyeme quidem citra frigus, æstate uerò citra calorem, agant. Quòd si dormire nõ queant, plures lente ambulando absoluant circuitus, neq; stent: nihil cœnent aut pauca, innocua: Minus præterea bibant: sed meracius, & non dilutum. Magis præterea, & is afficietur, qui ter die replebitur: ac etiam multo magis, qui crebrius: quanquã sint nonnulli, qui ter die satiati facile ferant, utpote qui ita sunt consueti

Hoc in loco referre hæc non erat necesse. Nempe docere proposuerat, quonã pacto repentinę consuetudinum mutationes nos lædant, non autem, quo tales læsiones modo curare oporteat. Verum, quoniam Hippocrati hoc tentare est visum, propterea, quæ scripsit, persequemur. Maxime quidem his dormire ipsos plurimum iubet: &, si dormire nequeãt, plures lenta ambulatione absoluãt circuitus: idq; vt q̃ plurimi expositorũ aiunt, post cœnã: sed, vt eorum, quæ dicuntur, sensus præcipit, post prandiũ. Nam oratio hæc, tanquã noctẽ agãt, de somno meridiano nõ de nocturno dici expostulat. Præterea, quod cõtinuata est scriptũ serie, ubi inqt. Si verò dormire non queant, plures lente ambulando absoluant circuitus, neq; stent: nihil p̃terea cœnent, uel pauca, & innocua, testatur Hippocratẽ uelle eos à prãdio dormire, nõ à cœna. Duorum igitur alterũ: Nã aut emendanda, tanquã errati cõscia, scriptio, atq; ita scribẽdũ, Dormire siquidem eos oportet post prandiũ, tanq̃ noctẽ agant, hyeme quidẽ citra frigus, æstate verò citra calorem: Vel, si seruare uolumus orationẽ hanc à cœna, intelligenda est hoc pacto dictio: Dormire siquidẽ eos oportet, utà cœna ante dormiebãt: sic & nũc post prandiũ, tanquã noctẽ agãt. Quòd aũt uelit Hippocrates eos uel nihil oĩno, uel parce, uel leuiter cœnare, sensus est manifestus. Ventrẽ siquidẽ vult requiescere, laboremq; quo grauatus afficiebatur, refoueri, q̃ præter consuetudinẽ pransus homo fuerat. Hinc sequẽs est, & minus bibere, sed nõ aquosum, nõ dilutũ. Nẽpe fluctuationẽ humiditatẽq́; & refrigerationem uitare oportet, vbi à ciborum multitudine uẽter grauatus fuerit. Potum autem, qui exhibetur, non aquosum esse conuenit, sed vẽtris, tũ calfactoriam, tum roboratoriam obtinere facultatem. Cætera, quæ continuantur, liquida sunt, & manifesta.

24 Præterea, qui bis die cibum sumere consueuerunt, ij, nisi pransi fuerint, imbecilli, & infirmi fiũt, timidiq́; ad quoduis opus, & cardialgici. Nempe his uiscera pendere uidentur, calidum mingunt, & uiride, id est pallidum, stercusque exuritur. Sunt, quibus os amare scit, oculi cauantur, & tempora saliunt partesque frigescunt externæ.

Cætera quidem huius dictionis in eorum comparatione, quæ præter consuetudinem pransis cõtingere diximus, sunt explanata: sed de reliquis nunc dicam. A φοδον, id est ἀποπάτημα, id est stercus ipsorum siue alui purgationem exuri inquit, à calore scilicet assatam. Nempe corpus magis tum siccescit, tum ignescit ijs, qui cõsuetum relinquũt prãdium. Alijs os amaricare ait, utpote ijs, qui bilioſiorem habent naturam: hisq; caui fiunt oculi ab eadem, qua excrementum aduritur, causa siccescentes. Quòd autem in amaræ bilis naturis innatus calor in id, quod igneum est, digrediatur, propterea, & tempora saliunt, id est temporum arteriæ euidenter pulsant. Partes præterea corporis extremæ frigidiores fiunt, quòd venter bilioſis repleatur humoribus: quorum morsu atque contristatione affectus uirtutem dissoluit, corporisq́ue extrema refrigerat.

25 Plurimi quoq; horũ, q̃ prãsi nõ sũt, cœnare neq̃unt: q̃ si cœnauerint, uẽtris grauitate afficiũtur: ac difficilius

A *difficilius cubant multo, quam si pransi fuissent.*

Picrocholi natura præter consuetudinem pransi permanentes, cibos auersantur, ventre scilicet male affecto. Verum, qui coacti cibum sumpserint, grauantur: atque ob id δσκοιτοῦσι, vt ipse inquit, id est male habentes in lecto permanent, & traducunt.

26 *Cum igitur talia ob dimidiatæ diei victus à consuetudine digressionem sanis contingant, neque adjici quicquam, neque subtrahi commode videtur.*

Rursus inter exponendum, quæ contingunt valentibus ijs, qui subito consuetudinem permutauerunt, sermonis summã obiter atq; veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia hæc exponit, quæ sanis contingunt. Nempe, vt constat, si bene valentibus victus dimidiatæ diei permutatio adeo molesta sit, quo modo non admodum languentibus ipsis molesta erit? Deinde rursus ad explanationem eorum, quæ sanis contingunt, reuertitur in sequenti dictione, quæ ita habet.

27 *Qui igitur præter consuetudinem semel pastus toto die exinanitis vasis, quantum consueuit, coenauit, si tunc impransus laborauerit, ægreque habuerit, atque assũpta coena tunc grauatus fuerit, multo magis eum grauari par est. Quod si adhuc plusculis horis venæ exinanitæ fuerint, atque repente* cę
B *nauerit, magis adhuc grauabitur.*

Quod ait huiusmodi est. Si qui præter consuetudinem impransus permanens minus consueto cœnauerit, nocte grauetur, multo magis grauabitur, qui solito plura est cœnatus. Qui autem plusculo tempore exinanitis vasis repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur. Nempe, qui imprãsi præter consuetudinem permanent, horum alij ad minus temporis inediam protendunt, alij ad longius interuallum: hos igitur grauari adhuc magis ait.

μετὰ δειπνήσειεν. *i. post cœnauerit, est in impressis, & multis manuscriptis cod. in aliquib. autẽ* μέγα δειπνήσειεν, *i. copiosè cœnãuerit.*

28 *Quibus igitur præter consuetudinẽ venæ sunt inanitæ, ij eodẽ die veniunt reficiendi. Vitẽt in primis frigus, calorẽ, & laborẽ: nẽpe hæc omnia molestè feruntur. Deinde cęnam solito minorem faciant, eãque non siccã, sed humentiorẽ: deinceps bibant, neque dilutũ, neq; minus, q ingestorum ratio postulat Postero autem die pauca prandeant, vt accessione* ἐκπροσαγωγῆς *crescente, ad consuetudinem redeant.*

Vt eorum, qui præter consuetudinem pranderunt, detrimenta emendauit: sic & eos qui, ꝙ semel duntaxat die præter consuetudinem ederunt, afflicti sunt, vult imprimis vitare, tum calorẽ, tum frigus, tum labores: hæc nempe omnia molestè ferri ait. Adde, quòd & minus solito cœnare ipsos iubet: quanquã plerique maxime contra agant. Nam prandere ob negocium aliquod pro-
C hibitos, volunt in cœna, & eam, quæ in prandio omissa est, assumere alimoniam, haud scientes ꝙ eget quidem vere alimonia omissa corpus, sed ipsam conficere non possit ventriculus ob longiorem abstinentiam læsus. Quin etiam Hippocratis, vt alimoniæ minus vult exhiberi, ita & eã humidiorem. Nempe huiusmodi alimonia exiccatis, tum vẽtri, tum corpori vniuerso peculiare auxilium præstat. Roborare præterea, & ventrem ipsorum iubet vini potu, neque dilutum, neque minus, quàm cibi proportio exigit, potandum præcipiens. Dilutum enim, ventris tonum seu robur exoluit: minus verò, quam cibi proportio expostulat, ventri arefacto inhabile existit. Postero tandem die ita affectos victui prospicere iubet: qui, Hippocratis præcepto, consuetorum ciborum minus ingerere debeant: vt ἐκπροσαγωγῆς, id est sensim paulatimque, in pristinam redeant cõsuetudinem.

29 *Talia verò molestius ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt.*

Iam & ego paulo ante dixi picrocholos, id est amaræ bilis homines, subitariam eam, quæ à victu ad abstinẽtiam fit, digressionẽ pituitosis difficilius molestiusve ferre. Bilescit siquidem ocyùs his totus, tum corporis, tum ventris habitus. Sed quare non simpliciter dixit picrocholi, at parte superiore? Nempe, cum flaua bilis, quàm & pallidam, & amaram nominant, superiori supernatat
D ventri, iure optimo tales parte superiore picrocholos dicimus: cum verò per sedem demittitur, parte inferiore picrocholos asserimus. Paulo siquidem rhetori, qui toto corporis habitu pituitosus erat, dieb. singulis supernatabat flaua bilis, primãque ipsam vomebat a lauacro nõ paucã. Eudemo autẽ philosopho, qui tẽperamẽto biliosus erat, per sedẽ demittebatur: raroq; is (quanquã aliquando) pallidã vomebat bilẽ. Vt autẽ Pauli excremẽta bilis exiguũ habebant, ita & Eudemi multũ. Qui igitur præter consuetudinẽ nõ prãdent, si & toto corporis habitu, & superiore vẽtre, picrocholi fuerint, his necessario contingũt, quæ paulo ante dixit oĩa. At, qui ventre duntaxat superiore picrocholi existunt, his tolerãtiæ difficultas similiter cõtinget: sed ex reliquis symptomatis alia quidẽ nullo pacto erũt, alia erunt quidẽ, sed moderatiora. Prædixit quoq; & eos, qui præter consuetudinẽ nõ prãdẽt, timidos ad quãuis operationẽ esse, stomachi erosionib⁹, hoc est cardialgiis, affici, pẽsilia videri ipsis viscera, calidũ, & viride meiere, exuriq; excremẽta: alijs os amaricare, oculos cauari, tẽpora palpitare, & extrema perfrigere. Sed horũ alia toto habitu picrocholis cõtigũt magis, alia aũt superiore dũtaxat vẽtre tãlib⁹. Atq; ob id ad quãuis operationẽ timiditas,

A. li. 4. f. 1. t. 1. c. 8. fo. 120. e.

extremorum

extremorum perfrictio, mictus calidus uiridisq; dejectionem aduſtio, cauatio oculorum, & tem E
porum ſaltus, toto habitu picrocholis uſu euenunt. Vtriſq; autem penſilium viſcerum opinio,
& oris amaritudo. Nã ob inſuetam abſtinentiam, tum ſuſpenſa, tum pendula percipiunt uiſcera,
Al. amaritudinem. Verum ob bilis exuperantiam picrocholis toto corpore amaricat: non q affectio in ore magis
fiat, ſed q ſentiẽdi partem eam natura generis humorum diſcretoriam fecit. Venter autem ma-
gis quidem ijs exuritur, quibus ex hepate in uentrem bilis effuſa ſupernatat: minus autẽ, quibus
deorſum mittitur. Nam his quidem inteſtinum proritat ad excretionem, illis uerò ſtomachum
mordet. Ob eam rem Eudemus diebus ſingulis, bis & interdum ter dejiciebat: Paulus autem in-
terdum nullo pacto excernebat. Niſi etenim inteſtina à mordente aliquo irritẽtur, uel copioſo
excremento grauentur, excretionis promptitudinem non accipiunt. Neutrum horum impran-
ſis contingit, neque etenim mordentur inteſtina, bile in os aſcendente, atque illa non mordente
* τὸ ἐπίπαν. contriſtanteque: neque grauitas his fit, qui nullo pacto comederunt.

30 Non aſſuetam autem cibi abſtinentiam facilius omnino ferunt, qui parte ſuperiore pituitoſi ſunt. Quo fit, ut, ſi ſemel die cibo utantur, facilius etiam ferant.*

Prius quidem parte ſuperiore picrocholos uſum cibi, qui ſemel die ſit, difficilius tolerare di-
xit. Nunc autem ad pituitoſos ſe transferens, pro cibi uſu qui ſemel die ſit, inediæ meminit, ex F
habente manifeſtius detrimentum, ad minus noxium, translationem ex proportione faciens.
Nam, ſi magis quidẽ lædi eos, qui ſine cibo totum p̃ter conſuetum permanſerunt diẽ, æquum ſit,
minus autem, qui non prãdent: & pituitoſi picrocholis cibi uſum, qui ſemel die ſit, facilius ferant:
† In manuſcriptis legitur. τὴν ἀσιτίαν καὶ τὴν μονοσιτίαν. i. cibationis, abſtinẽtiam, & cibationem, ſemel die factã
q ſanè, & inediam facilius ferant, palam eſt omnibus. Cauſa aũt, cur pituitoſi facilius † cibi uſum,
qui ſemel die ſit, ferant, ex ijs, q̃ antea de bilioſis dicta ſunt, euadit conſpicua. Nam bilis humor
in ipſis inediis amarior redditur: pituita uerò temporis proceſſu coquitur, ſanguiſque efficitur,
neutra bile in ſanguinis ſubſtantiam redire ualente: cum ex ſanguine quidem plus calfacto fla-
ua bilis generetur, ex eodem verò aſſato, atq; etiam ex craſſo, atra. Pituitæ autem generatio in
pituitoſis eduliis ſanguinem perpetuo antecedit: atque generatione ipſius media cibi in ſangui-
nem tranſeunt. Neque hoc deterioribus tantum cibis contingit, uerum & quibuſdam eorum,
qui ſalubres admodum eſſe uidentur: ut pani, chondro, ſemidali. Ego ſanè eã, quæ mihi optima
eſſe uidetur, enarraui conſcriptionem. Nempe, quod in ea docetur, per ſe uerum eſt: atq; conti-
nuatam cum ijs, quæ ante dicta ſunt, habet ſeriem: qui optimæ explanationis ſunt ſcopi. Non ta-
men in exemplaribus omnibus conſimilem inuenies deſcriptionem, ſed in aliis, & aliis pugnan-
tem. Cæterum aliter in libris fere omnibus reperitur dictio hæc falſo ſermone, & nullam, quæ G
antedictis continuetur, ſeriem ſeruare.

31 Potiſſimum ſanè, & hoc argumentum, quòd maximæ mutationes eorum, quæ circa naturam no
ſtram habitumq; contingunt, maxime morbos committunt.*

*πεϱὶ eſt in impreſsis. ſed in aliquibus manuſcriptis legitur παϱὰ id eſt præter.

Multa quidem apud Hippocratem φύσεως id eſt naturæ, nomen indicat: ſed hoc in loco tempe-
raturam ſignificari quiſpiam exiſtimauerit, ueluti & partium ipſarum ſtructuram compoſitio-
nemq; ἕξιν, id habitum, appellari: quo in ſtructuræ genere continetur, & bilis ad partes ſuperio-
res fluctuatio, & ad inferna dejectio, & uiſcerum, tum ſuſpenſio, tum conſtantia ſtabilitasque.
Nẽpe, cum uenter magnus exiſtit, uiſcera confirmat & ſtabilit, tametſi cibis vacuus, deſtitutuſ-
que fuerit: uerum, cum paruus eſt, cibis quidem refertus cõfirmat, uacuatus uero ſubſidentia re-
linquit: hinc fit, ut ſuſpenſa ſentiant uiſcera. Quibus autem bilis flaua ſurſum natat fluctuatque,
ante eſt dictum, meatu, qui bilem ipſam ex hepate ad id inteſtinum, quod Græci ἐκφυσιν uocant.
{quaſi è uentre enatum dixeris,} refert, ſtructuram differentem habente. Nam interdum quibuſ
dam portio aliqua ab ipſo ad uentrem procedit: his quidem ſupernatat bilioſum excrementum:
cæteris uero deorſum omnino uoluitur. H

32 Non igitur intempeſtiue, neq; fortes uaſorũ inanitiones moliri: neq; cum morbi uigent, feruoremque habent, cibum dare, neque repente huc uel illuc in toto negocio quicquam mutare licet.

Dictio hæc præter ordinem ſcripta eſt, copulari ſiquidem debuit cum ea, quæ ſcripta eſt ante:
ut tota oratio talis foret: Talia uerò moleſtius ferunt, qui parte ſuperiore picrocholi exiſtunt. At
non aſſuetam cibi abſtinentiã facilius omnino ferunt, qui parte ſuperiore ſunt pituitoſi. quo fit,
ut cibi uſum, qui ſemel die ſit, facilius etiam ferant. Non igitur intempeſtiue, neq; fortes uaſorũ
inanitiones moliri: neq; cum morbi uigent, feruoremq; habent, cibum dare licet. Nam, poſtea
q̃ ſermonem, quo magnas uictus mutationes oſtendit ſanos ipſos, non modo languentes, læde-
re, compleuit abſoluitque, iure intulit, cuius gratia mentionem de his omnibus fecit, inquiens,
Non igitur intempeſtiue, neq; fortes uaſorum inanitiones moliri licet. Quanquam autem, & in
ſtitutum etiam per relata ſufficienter demonſtrauerit, uidetur tamen, & ad alterum tranſire ſer-
monem, qui hæc commonſtret, ex abundanti teſtimonijs uſus. Principiũ igitur ſequentis ſermo
nis iure cenſetur dictio hæc, Potiſſimum ſanè, & hoc argumẽtũ, q maxime mutationes eorum,

quæ

A quæ circa naturam noſtram habitumq; cõtingunt, maxime morbos committũnt. Cui quidẽ dictioni continua fuerit, quæ ita ſequitur: Multa autem his germana, eorũ, quæ ventri contingunt, atq; alia quis dixerit. Dictionem ſanè hãc ſum explanaturus: ſed nũc ad præſentẽ reuertar, quæ hanc habet mentem. Nõ intempeſtiue, neq; uehementer fame necare, neq; in morborũ cõſiſtentijs uictum ex inedia ad cibi oblationem permutare licet, ſicut neq; ſubito ad contrariũ. Ex quibus ſequitur talem inſtituendam uictus rationem, qualem is præcipit. Summa autem horum eſt, declinandas eſſe ſubitas repentinasq; ad contraria permutationes.

33 Multa autem his germana, eorũ, quę uentri cõtingunt, atq; alia, quiſpiã dixerit: ut exẽpli gratia, Cibos, quibus uti cõſueuerũt, facile ferunt, tametſi natura haudquaquam boni fuerint: ſimiliter & potus. Cibos uerò, quibus uti nõ cõſueuerunt, ẽt ſi mali nõ fuerint, moleſte ferũt: cõſimili modo & potus.

Quæ ſimilia exiſtũt atque, ut quiſpiã dixerit, genere admodũ iũcta cognataq; cõſueuit uocare Hippocrates ἀδελφισμένα, i. germana: q eorũ, q̃ gñe iunguntur, & familiariſſimi & gñe oĩum iunctiſſimi ſunt ἀδελφοί, i. germani. Nam propinquitates cęteræ his poſteriores ſunt, ut patrũ matrũq; fratres ſororesque, & fratrũ ſororum filij, filiæq; & quæcũq; id genus ſunt. Cætera dictionis clara ſunt. Nam demonſtrat Hippocrates ſermonem eundem, quem ab initio demonſtrauit, cuius ſumma eſt, cõſuetudo maxime poteſt: repentinaq; ab ea digreſſio corpora non parum offendit.

B

34 Si ergo multa pter ſolitũ carnis deuoratio, uel allia: uel ſilphiõ, uel ipſius ſuccus, uel caulis, uel alia, cõſimilia, quæ ſeorſum inſignibus ſunt prædita uiribus, uẽtriculis quibuſdã magis, quàm alia, labores inferant minus quis admirabitur. a † *At iure admiraberis, ſi didiceris, quantã maza turbationem, tumorem, flatũ, torminaq; mazam deuorare non aſſueto pariat, ſi præter conſuetudinẽ ingeſta fuerit: uel qualẽ Panis ipſe calidus deuoratus ſitim inferat, & repentinã plenitudinem, quòd tum exiccet, tũ tarde deſcendat: Et quàm uaria in: er ſe pariant puriſſimi confuſaneiq; panes, ſi præter cõſuetudinẽ deuorentur: & mazа ſimiliter uel arida, uel humida, uel tenax: qualiteritem & polentæ efficiant, recentes quidẽ eos, qui recẽtibus uti nõ conſueuerunt, & aliæ eos, qui recentibus ex cõſueto utũtur: Ad hæc quid faciant uini, & aquæ potationes præter conſuetudinẽ in aliud ſubito tranſlatæ: quid dilutũ item uinũ, meracumq;* b * *repente pota: dilutum enim infirmitate humentẽ reddit ventrem ſuperiorem, flatuoſumq; inferiorẽ: meracũ verò uenarũ paltitationem efficit, capitisq; grauitatem, & ſitim infert: Præterea quid uinũ album nigrumq; præter ſolitũ mutata: quę ſi ambo uinoſa fuerint, ualde alterãt corpus.* C *Quare dulce uinoſumq; minus quis dixerit mirum eſſe non idem poſſe, ubi repentina fuerit mutatio.*

Sermonis totius ſensũ, intelligẽtiãq; ubi prius dixerimus, ad particulares, q̃ in eo ſunt, dictiones perueniemus. Orationis igitur totius ſenſus talis eſt: Victus mutationẽ in eos, qui inſigni p̃diti ſunt uirtute, tum cibos tum potus, nemo, qui lædentẽ corpora uiderit, admirabitur: uerũ eã, q̃ fit neq; ſine læſione in cibos potusq; nõ inſigni præditos uirtute, iure quis admirabitur. Talis quidẽ eſt ſermonis toius intelligentia. Sed, ut particulatim dicã, oronis totius principiũ mentionem eorũ facit ciborũ, qui fortẽ uehementẽq; hñt facultatem, ut carniũ deuorationis, alliorũ, ſilphij, ſucci eiuſdẽ, & caulis: nempe ſilphium totum fortẽ habet facultatem, ſigillatimq; ſuccus ipſius, & caulis. Verũ hæc quidẽ ſimpliciter dixit, ſed cũ carniũ deuorationis meminit, adiecit hoc verbũ, multa: nempe multa carniũ deuoratio magnã habebit facultatẽ, mediocris uero nõ magnã. Quę huic ſuccedit dictio, ad eos accedit cibos, q nõ magna cõſtãt uirtute, mazã uidelicet, & panẽ vel calidũ uel frigidũ, uel ſyncomiſton, id eſt cõfuſaneũ. Quòd verò panẽ nõ purũ ſyncomiſton appellet, cõſtat & ex ea, q̃ ad purũ eſt, oppoſitione: panẽ hunc homines huius temporis antopyron D appellãt, nõ diſcreto. ſ. furfuraceo, ſed vnà cũ ſyncera puraq; farina macerato cõſperſoque. Poſt hæc de polentarũ dria mentionẽ fecit, recentesq; uocauit, ποταλίας, Ionum uoce vſus & antiquorum. Memorauit poſtea & uini & aquæ potationes præter ſolitũ mutatas: meraciorẽ item, & dilutiorem potum. Quibus adiecit dilutũ uinũ in uentre ſuperiore πλάδον, i. humiditatem infirmitatemq; facere, flatũq; in inferiore: meracũ uero palpitationẽ c † temporũ, capitis grauitatem, & ſitim, idq; caliditate: dilutũ aũt contraria, tũ humiditate tũ frigore. Mentionẽ quoq; & de vinorũ ipſorũ dria fecit, ex his oĩbus colligens, quod in uniuerſum ab initio ipſi propoſitum inſtitutum que, omnem. ſ. conſuetudinis ſubitã permutationem nõ paruum corpori afferre detrimentum.

35 Cęterum partẽ hanc ſermone contrario τιμωρητέον *id eſt iuuare oportet. Nempe his victus mutatio facta eſt, corpore neque ad robur, ut cibos adÿcere, neq; ad infirmitatem, ut cibos diminuere oporteret, haudquaquam permutato.*

Verbum hoc τιμωρητέον opitulandum ſiue iuuandum indicat. Neq; aũt opitulatio alia ſermoni huic fuit præter patrocinium, quòd uera loquitur. Nẽpe cũ ex duobus ſermonibus unus ipſi placuerit, aliter uerò huic aduerſetur: & ei quidẽ, qui placuit, huc uſq; eſt patrocinatus: nũc ad alterius patrocinium deſcendit: cuius ſnĩam quis conuenire dixerit, ut languentes ab inſigni uictus mutatione iuuentur, quando & corporis affectio in contrariũ his quidem, qui antea ſani uiuebant, nunc verò ægrotant, permutata ſit. Sanè & in huius ſermonis gratiam vniuerſaliter antea eſt lo-

* *Al. præter.*

A † *Codex quidam antiquiſſimus græ. plura hoc in loco habet, quã impreſsi: quæ tamen oĩno uidẽtur eſſe Hippocratis: hẽt. n.* 4 Αγλ'εἰ κατα μάθης ὅσον ἐν μάζα τε ὄχλων χὐ ὄγκον, καὶ φύσαν καὶ στρόφον τῇ κοιλίῃ παρέχοι παρὰ τὸ εἰθισμένως ἀρτοφαγέειν εἰ διεσμένῳ. ἢ οἷον ἄρτος βάρος χὴ τάσιν κοιλίῃς τῷ μάζοφαγέειν εἰθισμένῳ τ. *At iure admiraberis, ſi didiceris, quantã mazа turbationẽ & tumorem, & flatum & tortionem uẽtriculo inferat præter cõſuetudinem comeſta ei, qui panẽ comedere ſit ſolitus: uel qualẽ panis grauitatẽ & tẽſionẽ uentriculi ei, qui mazam comedere ſit ſolitus.*

B* *præter conſuetudinem.*

C † *uenarum, additur in antiquis.*

cutus his verbis: Transmutatio autem bene habet † non modica:} sed ὀρθῶς, i. recte, transferenda E
uenit. Deinde, quid aduerbium hoc ὀρθῶς indicet, non paucis ostendit, sed ad summam subducens
colligensque dixit, Non igitur intempestiue neque fortes vasorum inanitiones moliri: neque cũ
morbi vigent feruoremq; habẽt, cibũ dare: neq; repente huc vel illuc in toto negocio, quicquã
mutare licet. Quare & ambiguitatẽ soluere iam anticipat, quam nuper enunciauit sermoni con
sentiens: Adijciet impræsentia aliquid, cum inquit, Conijcere autem oportet & robur, & morbi
cuiusq; modum, & cætera quæ his succedunt: quæ in sequenti dictione explanabo.

† Al. si modica ca. al. non modicum.
Supra. t. 18.
Supra. t. 32.

39 Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusque modum, hominis item naturam, atque ęgro tantis in victu consuetudinem, non in cibis solum, verum quoque & in potionibus.

Conuenienti in acutis morbis victus institutioni, quam docuit, & roboris considerationẽ, & morbi modum, præterea & hominis naturam, consuetudinemq; ipsius adijcere iubet Hippocrates. Nempe summa, quam astruit, est, Nõ permutandã esse victus speciẽ prius, q̃ signa coctionis manifesta sint: id aũt fiet, si, quot diebus ad vigorem morbus venturus sit, præcognoueris. Verũ, cum victus quem manifestabo, pro maioris minorisve ratione permutari possit, ꝙ laborantes in- F
ter se differant uirtutis tum robore, tum infirmitate, naturali item tẽperamẽto, & morbi modo, atq; antecedente consuetudine, si ad ea respexeris, poteris artificiose, tum magis, tũ minus in specie uictus conijcere: {speciem uictus intelligo, {si uidelicet uel oxymelite, uel melicrato, ægrũ re
gere debeas: aut solam aquã bibẽdã aduśq; coctionis notas dare: aut ptisanam, aut ptisanæ solũ cremorẽ: deinde si bis & semel die. In victu ergo tum magis, tum minus per ea q̃ dixit, conijcere oportet. Nam, si ægrum ptisanæ cremore indigere comperis, iam tibi constat, quantum de eo sis propinaturus: cõsimili modo de oxymelite, melicrato, & aqua. Verũ, quemadmodum speciei uictus inuentionẽ, operæpretiũ est, ut cognoscas, an robusta uel infirma sit laborãtis facultas, quot item diebus morbi coctio futura sit: sic & cõsiderandũ, quantum uel robusta, uel imbecilla fuerit, nempe in uirtutis tũ robore, tum imbecillitate magis & minus valde discrepant. Sic morbi quo
que dr̃ias conijcere oportet. Neque enim satis est cognoscere, ꝙ pleuritis, uel peripneumonia sit, sed & qualis nam ea sit, cognoscere oportet in dolore, febre, & sputis. Nempe pleuritidum, quæ cum dolore sunt, aliæ quidem magis, aliæ uerò minus, tales existunt: febremque uehementem ha
bẽt tum magis, tũ minus particulares pleuritides. Sed non parua quoq; est in ijs, quæ expuuntur, dr̃ia, vt in prognostico est dictum. Cum igitur particulatim dictis differentijs varient ægri, fieri G
nequit, vt in Empiricorum appellatis syndromis reperiatur disciplina. Neque. n. eorũ qui in virtu
te cõperiũtur, excessuum differentiæ scribi possunt, neq; febris vehementia, neq; sputorũ quanti
tas, neq; in particularibus coloribus dissimilibusq; eductionibus magis minusq;. Verũ cuiusq; rei
virtute intellecta, oẽs inter se cõparare, summãq; vnã ex ipsis colligere oportet. Qua quidẽ in re
tũ meliores, tũ deteriores reperiuntur medici, quanquã eadẽ didicerint. Nẽpe qui perspicaci ma
gis pollet ratiocinio, ijs, qui habetius hñt, euadũt probatiores: laborisitẽ amantiores segniorib⁹,
exercitatioresq; minus exercitatis: atque, qui memoriã tenaciorem habent, iis, qui minus ea va
lent. Ex particulariũ igitur omnium virtute colligere in vnam summã vniuersam uictus formã,
singulorũq; ciborũ quantitatẽ cõmodius est. Nã imbecillitas ꝙpius quidẽ, sed paulatim cibandũ
indicat: fidemq; rei huic facit, ꝙ ęger bis cibari suetus sit. Facultatis aũt robur cõtrariũ indicat, nã,
si in homine semel cibari sueto uideatur, semel ipsum cibare oportet: qđ indicant ambæ cõiectu-
rę. Sic & corpus bene diffiabile ad cibationẽ stimulat: qđ ægre difflatur, ad cõtraria agit. Quod itẽ
tenues habet succos, id cibandũ indicat: quod his non constat, contrariam cõmõstrat. Atq; in sin- C
gulis, quæ dicta sunt, magis minusq; proportionaliter sibi & auxiliorũ usum tũ auget, tũ remittit.
Sed de huiusmodi, omnia in methodo medendi deinceps, & ordine ita exarata sunt, ut tum citissi H
me condiscere, tum facillime ad memoriã reuocare possis: fieri siquidẽ nequit, ut libro uno præsẽ
ti bene omnia scribat Hippocrates, atq; ordine doceat: præcipueq; cũ ipse primus horũ inuentio
nem sit molitus. Qui tñ hæc ab Hippocrate tum trãsuersim, tum inordinate scripta didicerit, totã-
que suam uitam in eam quæ ex operibus docetur, meditationem exercitationemque deuouerit,
is & lucem & ordinem doctrinæ adiicere poterit. Quòd si & pluribus libris fecerit, quanta futura
sit claritatis eorum, quæ docentur, exuperantia, liquido patet. Nemo ergo animo despondeat, si
hoc in loco confundatur, scoporum multitudine affatim circumseptus. Nam, si quod particula-
tim horum unumquodque à nobis in medendi demõstratum sit, intellexerit, atque ad illam trãs-
latus sedulo singula didicerit, ea sane, quæ nunc inordinate dicuntur, liquido cognoscet: speculà-
tionem in ipsis artis operibus exercens, ueritatem ipsius laudabit.

37 Ciborum autem adiectioni intendendum multo minus: nam subtrahere omnino sæpenumero ex pedit, vbi æger sufficere possit, donec morbi vigor maturuerit.

Quoniã uictus cuiusque species ex iis, quæ antea dixit, inuenitur: atque inde, quæ in ante scri-
pta dictione dicuntur, coniicere operępretium sit, ut in singulis uictus formis quantitas reperiat;
præsenti

A præsenti dictione, ciborum autem adiectioni intẽdẽdũ multo minus: nam prorsus subtrahere, sæpe numero expedit, cognoscens præsidiorum singulorũ quantitatem artificiosa egere coniectura: artificiose autem conijcere uiri esse, qui uires oĩum, quæ in arte sunt, didicerit, memoriæ mandauerit, atq; diligẽtia oĩ adhibita sese in operibus artis exercuerit: paucosq; tales existere: Iure optimo, quæ præsenti inquã, dictione dicuntur, adscripsit, in quantitate ipsa ad id, qđ minus sit, procedendũ esse magis, q̃ ad id, qđ exuperat, ubi quis à iusto modo abscedit, admonẽs. Nempe, quod plus est, noxas interdũ inemendabiles facit: quod uero minus est, facile emendat. Nempe si uirtus labascere videatur, cibi exiguum ministrare possumus: verũ, si in uentrem absorptus fuerit cibus, qđ superfluit, si alias, multo magis in acutis morbis tollere est difficile. Nam prorsus subtrahere, sæpenumero expedit, ubi æger sufficere possit donec morbi vigor maturuerit. Rursum præfatæ dictionis partem hanc a * assumpsit, nos familiaris huius scopi admonens, qui tum hic, tũ in Aphorismis habetur: b " Nempe, si æger ad morbi vsq; vigorem sine cibo sufficere posse uidea tur, in omni ciborum abstinentia eum, & potu solo moderaberis, cum tibi uidebitur necessitas.

*A ἀνέλαβεν, sed forte ἀνέλαβον, i. assumpsi. ut sic uertatur. præfatæ dictionis partẽ hanc rursus assumpsi, ut qui uelim ad memoriam reuocare familiarẽ hunc sibi scopum, & hic & in aphorismis, & ita uidetur legisse uetus interpres.

38 *In quibus autem id faciendum sit, scribetur.*

B Quòd prædixerit Hippocrates commonstrata uniuersali uictus ratione in hoc libro se trãsiturum ad cæteras oẽs acutas ægritudines, liquido constat. Veruntamen c * opus huiusmodi non reperitur. Nempe, q̃ in hoc libro a balneorũ consideratione d * extant, siquis, ueluti in typo, ab Hippocrate scripta, qui sibi hæc ad rememorationẽ præparauerat, in domo reperiens post viri mortem, deprompsit, forsan ratione quidẽ hoc fecit, veruntamen ut " liber, digna Hippocratis mente non sunt: sicuti neq; ea, quæ de morbis & affectibus inscripta sunt, quanquam multa in ijs bene scripta sint. Sed super ea re in ijs, quæ in ea scriptæ sunt expositiones, disceptabimus.

B 1. Apho. 9. Ext. ord. 4. g

39 *Multa autem & alia ijs, quæ dicta sunt, germana quis scribere potest.*

Rursus ad eum reuertitur sermonẽ, quẽ multis certũ ratumq; fecit exemplis, mutationem, cõsuetudinis languentibus noxam afferre demonstrans: sed, qm̃ à sanis in eos transijt, e † ob id, q̃ similia sunt & cõgruentia bene, ἀδελφισμένα. i. germana dixit. Quòd aũt postea dicturus est, sermonis huius testimonium existit, * quanquam nõ simile, nõ cõgruens, nec germanũ ut ipse appellauit, sed id qđ perquestigatur. Patebit aũt tibi mens Hippocratis in sequẽtis dictionis expositione.

C † σύγγραμμα.

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 8. fol. 420. d

40 f † *Hoc aũt uerius efficacius q̃ testimoniũ. Neque. n. rei, de qua plurimus factus est sermo, germanũ*
C *existit, sed res ipsa commodissimum est documentũ, Nẽpe quidam per morbi acuti exordia eodem, quo laborare cœperunt die, comederunt, alij postero die, alij quiduis, alij cyceonẽ sorpserunt. Sanè hæc oĩa deteriora quidem sunt, quàm si mõ alio cibaretur quis: sed, quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus multo lædũt, quã si primis quidẽ diebus, uel duobus uel tribus uasa quis integre exinaniuerit, mox quarto uel quinto talia ministrauerit. Adhuc tamen deterius erit, si oĩbus his diebus uasa ante exinaniuerit, & sequẽtibus diebus ita pauerit prius quàm morbus maturus reddatur. Nempe hoc pacto mortẽ pluri mis liquido affert, nisi morbus omnino beneficus fuerit. Quę verò in principio committuntur delicta, ea non similiter his, domantibus renituntur, sed facilius domari possunt.*

D * προκείμενα sed legendum est ut in antiquis προσθημένα. i. adiecta sunt.

E † Al. ex antiquis, ob id ἀ δελφισμένα, i. germana dixit, per germana similia intelligens.

Ante abijs, quæ bene ualentibus ex consuetudinis mutatione cõtingunt, ad languentes ipsos per similitudinem transijt: trænsiturus aũt & nunc, atq; ipsum, quod nunc instituitur, ferè ita habere est demonstraturus. Sed quid nam id fuit? sanè q̃ neq; à principio, neq; primis diebus fame cruciatus ægros, cũ prope vigorẽ iam peruenerint, replere oportet. Tota aũt dictione vult ostendere grauiorem contingere ægris offensam, cum prope uigorem erratum sit, q̃ si in morborum
D principijs quippiam delinquatur. Inquit enim, Quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus lędũt, quàm si primis diebus, duobus uel tribus, vasa q̃s integre exinaniuerit, mox quarto uel quinto talia ministrauerit, g † atque etiam ante, quàm morbus (ut græco verbo inquit) πέπειρος reddatur. Quòd πέπειρον appellat πεπεμμένον, i. quod ad maturitatem est perductum, palam est omnibus. Morbos præterea εὐήθεις. i. beneficos dixit, non quidem maleficos morososque, quos Græci κακοήθεις vocant, sed εὐτρέπτους, i. qui facile ad bonum vergunt. Scimus etenim veterum multos ita uti dictione, ita quoque & Hippocratem, ut alibi est dictum.

F † Al. ex antiquis. Hoc tamẽ melius est testimonium. Neq; enim solum germanũ est rei, de qua plurimus mihi factus est sermo, sed res ipsa &c.

41 *Hoc sanè maximum reor esse documentum, quòd primis diebus quauis sorbitione nequaquam eos priuemus, quibus futurum est, ut paulo post sorbitionibus quibusuis uti debeant.*

G † Hæc acedẽda ex ãtiquis codic. græcis. Adhuc tamẽ deterius erit, si omnibus his diebus uasa exinaniuerit, & sequẽtibus diebus ita pauerit, priusquã morbus, ut græco &c.

Sermonem hoc in loco eundem dixit, quem sępius antea enunciauit, nutrire scilicet sorbitionibus ab initio præcipiens eos, qui ad uigorem usq; sufficere citra ptisanæ ingestionem non possunt. Nam eos prope uigorẽ nutrire compellemur, dum ad tenuiorem victus formam, etiam, si antea plenius cibati fuerint, transeundum sit.

42 Πυθμενόθεν *ergo, q̃ hordeacea utũtur ptisana, q̃ ęgri lędẽtur, ignorãt, si duob⁹ uel tribus dieb⁹ antea exinanitis uasis sorbere incipiãt: neq; ẽt, q̃ solo utũtur cremore, q̃ sorbẽtes lędẽtur, intelligunt, cũ sorbi*

tionem non recte inchoabunt. Sed tunc cauent, magnamq; intelligũt læsionẽ, si æger ante mutationem E
morbi ptisanam hordeaceam sorbeat, cremore uti suetus. Omnia igitur hæc magna testimonia sunt, me dicos non recte ægrotantes ad uictum inducere, quippe qui & in quibus morbis non oportet uasa exinanire, ijs qui sorbitionibus cibari debent, uasa exinaniant: & contra, in quibus ex uasorum inanitione ad sorbitiones transeundum non sit, in illis transeant.

Aduerbium hoc πυθμενόθεν, vel παντελῶς, id est omnino, vel ἐξ ἀρχῆς id est ab initio, Hippocrati indicat. Nam medicos ignorare ait, quando primum uel ptisanam, vel cremorem ægrotis dare oporteat: bene tamen scire, si ante morbi coctionem ptisanam hordeaceam dederint, se ægrum læsuros. Sequentem autem dictionis huius seriem, quæ eadem ex eisdem sæpius dictis ostendit, de industria ob claritatem transgrediar.

43 Et plerunq; ἀπαρτὶ, id est exquisite. Interdum autem hoc tempore, interdum & alio, ex uasorum inanitione ad sorbitiones transeunt, ubi sæpius à sorbitionibus ad uasorum inanitionem transire expedit, si ita ex morbi acerbatione contigerit.

Hoc aduerbium ἀπαρτὶ, & apud auctores Atticos, & apud Hippocratem, est in usu pro ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς, id est exquisite & absolute. In quo significatu & nunc est vsus Hippocrates, demonstrare uolens, medicos in illo maxime tempore permutare uictus rationem ex abstinentia F
cibi ad sorbitiones, quo ad abstinentiam accedere oportet: atq; hinc manifestissime ostendens, cum morbi vigor adest, tunc tenuissimo de necessitate victu esse utendum.

44 Interdum autem, & cruda tum à capite, tũ à thoracis loco attrahũtur biliosa: uigiliæq; his accidũt, A.li.4.f.1.t.2.c.8.fo.420.d
ob quas non coquitur morbus: per tristes q; & amari hi fiunt, desipiũt, incerti & discurrentes lucis splẽ-
dores oculis obijciuntur, aures implentur sono, frigent extrema, urinæ crudescũt, sputa tenuia fiunt, sal-
sa, colore syncero, & exigua: sudores circa collum, anxietates inquietationes q;: & spiritus offendens in
ea, q̃ sursum fit, aeris latione frequens, uel ualde magnus: supercilia quadãtenus amplificãtur, deliquia
animi fiunt, uestium à pectore reiectiones, manuum tremor, atq; interdum labij inferioris concussio.

τοφοῦσι δὲ τὰ ὀφρύων περίφορα μᾶλλον, i. supercilia grauitate participant.

Vniuersa hæc cõtingere ijs ait, qui perperã cibati sunt à medicis: qui primis diebus exiccatos ægros, die tertio, uel quarto, vel quinto, uel sexto repente edulia, nõ peracto morbi vigore ꝓmu tauerunt: quasi peracto morbi uigore, conuenienter eos uictũ permutasse dicat. Quod igitur dicebat: Permutare quidẽ oportet sanorum victum in morbis, neq; tñ temere id agendum, iam patere ex prædictis arbitror. Nempe, cũ vna quidẽ corporis conditio salubris sit: altera, quæ à morbi initio ad statum usq; extenditur: mox & tertia, quæ ad perfectam vsq; morbi solutionem sese G
prorogat: deinde & quarta, quæ totius conualescentiæ tempus aduq; sanitatis habitũ occupat: in nulla harum quatuor cõditionũ permutationes victus insignes facere oportet, nisi prius in alteram conditionis speciem peruentum sit. Qui igitur ægros in morborum exordijs in oĩ ciborũ abstinentia seruant, si ad uigorem vsq; talẽ uictus speciem seruare possint, nemo eos culpauerit. quod si facere non possunt ob interlabentes ægrorum uires, ꝙ perperam inedia utantur προτα-ριχεύσαντες, id est exiccantes ægros, palam est omnibus. Hoc autem uerbo abstinentiæ importunitatem plus iusto corpus exiccantem euidenter demonstrat: ubi etenim, quo tpe prope uigorẽ tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti sunt, ꝙ ægros abstinentia immoderate exiccauerint, est manifestum, quod vocatur ταριχεύεσθαι. Ob id igitur modo cibandi huic succedere ait symptomata multa, & praua: quæ omnia continuata recensẽt serie, à biliosis crudis exorsus. Nempe biliosa cruda ita appellauit, quoniam & excremẽtorum coctionem appellat, quanquam mutata nutrire non possunt, ut bilis utraque, & qui græce ἰχῶρες dicuntur. Veruntamen, quoniam & talia euincit natura, cocta quidem uocare consueuit Hippocrates excrementa huiusmodi, quæ à natura ipsa euicta sunt: crudâ verò, quæ non sunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis, quæ concoquuntur, fieri ait, quanquam pars nulla ex pure alimoniam accipiat, ueluti accipit ex crudis ap- H
pellatis humoribus & pituita: quæ reliquum perfectionis assecuta & prorsus cocta, corpus nutrire possunt. Sic igitur biliosorum humorum concoctio existit, ut sanguinis, qui in phlegmone est, in pus migrantis, intelligentibus nobis coctionis nomẽ in suo vniuersaliore significato. Est autẽ vniuersalius, cum natura causis fortior fuerit, permutaueritq; eas pro suo robore. Quæ igitur, ueluti in corpore inanimato, putrescunt, nihil ad permutationem conferente innato calore, à concoctionis ratione degenerant: hoc sanè aliqñ contingit etiam aquosis ijs ichoribus, qui per vrinas excernuntur: atq; ob id incoctas urinas concoqui dicimus, quanquam corpus ex coctis urinis ali non possit. Generali præterea hoc concoctionis significato vtimur, cum vel catarrhũ, vel coryzã, vel fluẽtes ex his ichoras, uel eos qui ex oculis manant, aut incoctos aut coctos esse dicimus. Ad hunc modum & bilem uel crudam, uel incoctam, uel coctam esse pronunciamus. Cruda quidem flaua admodum est & acris, & male olens: cocta autem & pallidior, & minimum male olens. Bilem igitur incoctam ait ad uentrem de necessitate confluere, quæ ob prauam uictus rationem tum ex capite, tum ex thorace trahitur, idq; cum fame ægros necant, nullo vtili solatium ventri præstantes, atque cum ex inedia ad ualidos cibos prope vigorem intempestiue transeunt.

Recensẽt

A Recenſet deinceps & ſymptomata alia, quæ prauam ob victus rationem oriuntur; In primis quidem vigilias, quæ longam inediam, cibosque intempeſtiue exhibitos conſequuntur, quæ vtroq; noſe medicorũ culpant victus rationem. Quod autem vigilias morbi apepſia. i. incoctio, ſeu cruditas conſequatur, manifeſtum ſanè exiſtit, ſi ſomnos concoctio ſequi debeat. Cæterũ pertriſtes, inquit, fiũt tũ ob longã inediã, tũ ob validũ repentinum alimentũ, quo grauatur venter, grauatus q́ languidos reddit & mœſtos. Adde, ꝙ & amaros fieri ait, quippiã manifeſte præfato cõſimile aſtruens: vt enim ſunt, qui ex melancholia tũ lãguidi, tũ mœſti ſunt, ſic alij quidẽ ſæpius acriter excandeſcunt, tanquã collecta in ſtomacho bile. Vel ſanè, cũ amaros fieri ait, eam, quæ in ipſorum ore ex tali bile fit, amaritudinẽ indicat. Deſipientiæ & acres excandeſcentias, & bilẽ amaram vel in ſtomacho, vel in cerebro collectã, conſequi natæ ſunt. Incerti & diſcurrentes lucis ſplendores, qui μαρμάρυγες græce dicuntur, oculis fiunt ꝑ ꝑ eam, quæ à ventre eſt, exhalationẽ, & propter ſanguinis, qui ad caput fertur, abundantiã: atq; ex his prius quidem ex importuna interdũ fit ciborũ oblatione, alterum autem propter iudicatoriam ſanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Cõſimiliter & aures ſonitibus implentur, tum propter eos, qui à ventre ſurſum feruntur vapores tum propter flatuoſum ſpiritum, qui in capite ipſo oritur. Corporis extrema, quæ ſunt pedes & B manus prõpte perfrigere, male habente ventris ore, haud quaquam nos præterit, vtpote cũ vel propter longam inediam vehementer à mordentibus mordetur ichoribus, vel ob importunam cibi multitudinẽ grauatur. Patitur aũt vtrunque ex ea, quæ ante dicta eſt victus ratione, qua merepente tranſeunt edulia. Ob eandem rationẽ neq; eorũ, qui ita cibantur, vrinæ concoquuntur. Nã in ea, quæ citra vel cremoris ptiſanæ, vel melicrati, vel oxymelitis oblationẽ fit, exiccatione, ſanguis propterea, ꝙ non purgetur, bileſcit: propterq́; ſubitam ad eſculẽta permutationẽ vẽter, cõpatiente ipſi facultate vitali, grauat. Quo fit, vt ſtomachicæ appellatæ ſyncopæ manifeſto notis indicent facultatis vitalis ad os ventris condolentiã. Hoc ſiquidẽ tũ magis, tũ primũ ex impor tunis, tũ inediis, tũ cibis affligitur. Ob id igitur ſputa & tenuia, & ſalſa, & exigua, & ſynceris coloribus fieri ait, & ſudorẽ circa collũ duntaxat, & anxietatẽ inquietationẽq;, & ſpirandi difficultatẽ. Incoctus ſiquidẽ manet morbus ꝑ ꝑ exceſſum utrunq; lõgã. ſ. inediã, & intempeſtiuã cibi oblationẽ. Apepſiã autẽ ipſam conſequũtur ſputa cõmemorata, veluti & circa collũ ſudores, virtute & ob famis lõgitudinẽ langueſcente, & ob cibũ intẽpeſtiuũ grauata. Conſimili modo & ἀπορία id eſt anxietas, inquietatio q́; cõmune eſt vtriuſq; ſymptoma, & ob lõgã inediã, quæ ventrẽ ichorib. re C plet, & ꝑ ꝑ cibũ intẽpeſtiuũ grauantẽ. Verũ ſpirãdi difficultas, qua ſpiritus offendit, ob cibũ intẽpeſtiuũ magis, q̃ ob indigentiã, oritur, Nã ſpiritũ inter* inſpirandũ & offendere & quaſi ſiſti, tum anguſtiæ, tũ cõuulſionis eſt nota: latio etenim, quæ ſurſum fit, expirationẽ facit. Tali aũt ſpiritui contrariũ, tũ in " ſecũdo, tũ in ſexto de morbis populariter vagantibus libro percurrit inquiens, "Duplex intro reuocatio veluti* aſpirantibus. Quod aut ob cibum intempeſtiuum & non ꝑ ꝑ pe nuriã talis fiat ſpirandi difficultas, patet ex ſermone Hippocratis ſpiritum frequentẽ vel magnũ, ualde perperã cibatis fieri aſſerentis: fit ſiquidẽ frequens magnusq; acto in anguſtram ſepto trãſuerſo ab ea, q̃ in ventre continetur alimonia, cũ videlicet neq; victa, neq; probe à ventre confecta, inflationẽ parit. Nempe tunc ob ſepti trãſuerſi anguſtiam de neceſſitate minus aeris inſpirãt, quã q̃ thorax ſe ea, qua prius dilatabat, dilatatione dilatet. Ergo, quod nũc aeris deeſt priori, qui inſpirabatur, deficientẽ diminutum q́; reſpirationis vſum facit, atq; ob eã rem animal maiorem reſpirationem facere cogitur, uel frequentiorẽ, uel utrãque. Dictum aũt abunde de ſpirandi difficultatibus omnibus, in libris de ſpirandi difficultate: ubi harum, tũ aliarum difficultatum ſpirandi cauſas unà cum propriis demonſtrationibus ſcripſimus: uerũ, quantum ad præſens attinet, hæc ſufficiunt. Ait prẽterea, & ex prẽpoſtero cibatu ſupercilia quadantenus amplificari. Verũ id bifa D riam ſcriptum inuenitur. Nempe in quibuſdam exemplaribus ſingulari numero ad hunc modũ, ὀφρὺς δεινώσιος μετέχουσα, id eſt ſupercilium quadantenus amplificatur. In cæteris verò pluraliter ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, i. ſupercilia quadantenus amplificãtur. Significatur autem ex ea dictione † ſupercilia ipſa quodam modo euelli, uel retrahi. Fit q́; illud interdũ quidẽ ambobus conuulſiuè intentis, aut altero ſolo: interdum autem & altero reſoluto. Deinceps ait, deliquia animi fieri ſermonẽ ad ſymptomata referens, per q̃ & ueſtiũ reiectiones fiunt ardentibus ægris. Interdũ aũt & manus totæ tremulæ fiunt, plus aucto malo. Concuſſio aũt labri inferioris, morſum in ore uẽtris uehementem ſignificat. Quo fit, ut tale ſymptoma, uomitus acrium humorum etiã ſignũ ſit.

45 *Hæc ſi initijs apparuerint, delirium vehemens indicant, atque magna ex parte ægri moriuntur.*

Dicta, inquit, ſymptomata ſi circa morborũ initiũ fiant, delirium uehemens denũciãt. Morbi "initium nũc intelligere oportet totũ illud tps, in quo nondũ exiſtunt concoctionis notæ. Nẽpe & in libris de iudicationibus dictum eſt nomẽ principii & plura ſignificare; & ſignificatũ, quod nunc dictum eſt, ſecundum eam eſſe diuiſionem, qua morborum tempora diuidentes, morbos ipſos conſtare ex principio, augmento, uigore, & declinatione aſſerimus. Ergo cum nuper di-

2. Epi. ſect. 2. circa medium. 2. in ſextũ Epid. t. 10. 2. 162. d.

* Al. expirãdũ & ita vetus interpres.

* *ſuper inſpirantibus.*

† παρεσπάσθαι πῶς ἀυτὰς ἢ ἀνεσπάσθαι, i. *ad latus trahi quodammodo ipſas ſupercilia vel ſurſũ trahi. Antiquus interpres, quod tempora eorũ trahuntur ad latus aut ſurſum, Nam dictione ὀφρύες uertit ipſe tẽpora.*

A. li. 4. f. 1. t. 1. c. 3. fol. 411. e

cta ſymptomata, vbi prope morbi vigorem apparent, iudicationem futuram ſalubribus in mor- E
bis ſignificent: ſane, ſi in principio fiant, iudicationē quidem non denunciāt, (nihil enim in princi
pio iudicari poteſt) ſed delirij notæ exiſtunt. Scriptum autē & de his abunde in libris de iudicatio
nibus, ex quibus totum, qui de his eſt, ſermonem perdiſces, cum illic plenior ſit, quā vt nunc om-
nino percurrere oporteat. Sed ſanè, vt in cęteris, ita in his ſummatim perſtringere ſatis erit. Ergo,
quoties natura ad excretionem properat, effatu digna in corpore fit permutatio, ob quam ſym-
ptomata huiuſmodi cum manifeſtiſſimis coctionis ſignis apparent. Verum, cum perturbatio effi
citur ſimilis, nullo à natura ad infeſtantium excretionē facto apparatu, tunc periculoſiſſimū eſt ſi
gnum. Dictum iam & cæteris in cōmētarijs de χρισίμοις, id eſt iudicatorijs ſymptomatis, qualia
ſint, & quæ nam ipſorum natura, & quo nam pacto ab ijs differant, quæ ἐπιφαινόμενα, i. ſuperappa
rentia, vocantur, quo in genere erunt & ipſa coctionis ſigna. Nempe & Prognoſticum, & librū
de humoribus, & Aphoriſmos, iam ante hunc librum expoſuimus. Sanè ſemper de his eadem di
cere ad eum ſpectat, qui prolixioribus vti conſueuit ſermonibus.

46 *Qui autem euadunt, hi vel cum abſceſſu, vel ſanguinis e naribus fluxione vel puris craſſi expui- F*
tione euadunt, neque aliter.

Cum mori ipſos dixit, non ſimpliciter dixit, ſed magna ex parte aſcripſit: quapropter, quo nā
pacto quidē ex ipſis ſeruentur, dicere ſequens erat. quos nunc percurrit, atque quoſdam ex ipſis
ſeruari ait, aut per ſanguinis eruptionem, aut per abſceſſum, aut prius abūde cocti expuitionē, ſi-
mul ex ijs, quæ retulit, ægros in huiuſmodi ſymptomata incurrere ꝑꝑ multitudinem ſignificās

47 *Neque ſane horum ita peritos video medicos, qui vt oportet dignoſcant eas, quæ in morbis con-*
tingunt, virium imbecillitates, & quæ ob vaſorum inanitionem, & quæ ob aliam quampiam irritatio-
nem, & quę ob laborem, & ab acumine morbi, fiant. Quas item natura noſtra habitusque ſingulis affe-
ctuum ſpecies omnigenas fabrefaciat: quamuis cognitę ſalutem, & mortem ignoratę, ferant.

Quoniam de ægri robore imbecillitateq; ſermonē fecit, qui uictus ſcopi ſunt non contemnen
di, ob id nunc ſermonē de imbecillitate repetit, q̄bus hæc fiat modis, medicos cognoſcere debe-
re aſſerens, Nempe, q̄ quædam fiat ob uaſorū inanitionem: hoc. n. uocabulum. κενεαγγεία, id pro
prie & primum ſignificat, atq; ob id ἀσιτία, i. ciborum abſtinētia, κενεαγγεία. i. uaſorum inanitio, ſæ-
pius dicitur, tanquam nomine generis ēt in ſpecie homines omnes vti conſueuerint. Alia autē G
ob πόνον. i. laborem ſeu proprie dictum, ut dolori idem ſit, ſeu, vt quiſpiam dixerit, malā affectio
nem, qua in acutis morbis ægri male afficiuntur. Aliam pręterea virium imbecillitatem ob aliā
quandā fieri ait irritationem. Nam, ſi morſum dixit vel oris vētris, vel inteſtinorum, ſymptoma
hoc ſub dolorum nomine intellexiſſe eſt vſus: Verum, ſi vel vigilias vel oris ventris affectionem
dixit, non proprie interpretari viſus eſt. Cæterum virtus exolui videtur, & ob euacuationē, quæ
fit vel ſanguinis eruptione, vel vomitu, vel deiectionibus, vel ſudoribus, & ob longiorem, q̄ par
ſit, inediam, ꝑꝑ tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum aſſiduas purgandi ventris ſuſcitationes:
atq; etiam, cum os ventris ita affligatur, ſyncopas minetur, idque vel propter grauantis alimonię
multitudinem, vel contriſtantem quandam ipſius qualitatem, nempe hæc virtutem celerrime tū
fatigant, tum diſſoluūt. Omnes igitur hæ virium offenſæ ex manifeſtis quidē fiunt cauſis: ſed aliæ
ex" non manifeſtis: vt quando abſque manifeſta vacuatione, vel vigilijs, vel inedia, uel oris uen-
tris ſenſu, ægri ad talem ſubtrahuntur corporis affectionem, quam in prognoſtico ſcripſit Hippo A.l.3.f.11.
crates, inquiens," Naris acuta, oculi cōcaui, collapſa tempora, & quæ deinceps ſunt. Nā hæc cor- t.2.c.9.fol.
282.b.
1.Progn 6. & 7.4.191.2.&b poris conditio fit quidem, & ob uigilias, & ob excretionem quandā, quæ multa ſit, & ob inediā: H
fit quoque & abſque his, cum. ſ. corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nā euapo-
rant, qui ita exteuantur, per inſenſibilem euacuationem. Cæteris autem & ob intemperaturam
principis unius partis affectæ imbecilla redditur facultas. Primum ſiquidē affecta prima laborat,
deinde affectuum participatione & reliquæ duæ. Didiciſti. n. unam eſſe in neruis facultatem, quę
principium habet cerebrum: alteram in arteriis, cuius principiū eſt cor: tertia uerò in uenis, quæ
ex hepate oritur. Ergo partis unius, quæ uis illa fuerit, intemperatur a propriam interdum facul-
tatem uiolauit, cui affectus participatione conſenſerunt reliquæ duæ facultates. Velociſſimæ igi-
† βραδεῖαι δὲ 8.tardæ vero &c.contrariū tamē habetur 2.porrhe.5. tur fiunt corde patiente mortes: deinde affecto cerebro: tardiſſimæ ab hepate prodeūt.† Vt enim
partes hæ intemperie affectæ maximam facultatis unaquæque ſuæ offenſam incurrūt: ſic partes
aliæ principio unicuique propius appoſitæ, ſi forti intemperatura affligātur, uirtutum principia
ad ſympathiam agunt. Sunt etiam aliæ, quæ quamuis propius appoſitæ non ſint, ob* generalem
*generis. quid autem ſit cōitas generis, vide lib.3.Epid. ſect.1.com.4. pa.130.c tamen communitatem, uel quandam affectionis proprietatem, partes uirtutum principia conti-
nentes lædunt. Os igitur uentris, cum uitalem facultatem ad ſympathiam agit, ſyncopas infert:
cum uerò proprie animalem appellatam, deſipientias uel conuulſiones. Vterus interdum & ap-
nœas (quas non ſpirationes propè dixeris:) interdum & neruorum contentiones. Verum ſingu
la hæc completa ab omnibus cognoſcuntur; cum uerò fiunt, & ſenſim increſcūt, medicos pleroſ
que latent. Quæ ſanè non, quando ob magnitudinem auxilio carent, tunc cognoſcere oportet,

quod,

A quod vulgo cõtigit,ſed & cum incipiunt,& fiunt:hoc ſiquidem optimum eſt. Quòd ſi fieri non poteſt,ſaltem oĩno,cum increſcunt,dignoſcere eſt neceſſe. Sanè hæc omnia Hippocrates ſignifi caſſe mihi uidetur, cum inquit, Quas item natura noſtra habitusq; ſingulis affectionem ſpecies omnigenas fabrefaciat:ubi naturam,temperaturam dixit:& habitum, ſtruem corporis,compoſi tionemque. Nam,qui raram ex natura habent texturam,tum euaporãtur,tum ſyncopam facile incurrunt:qui verò denſiore conſtãt textura,hi in morbis cunctãtur,diutiusq; trahunt. Sic autem & partes nonnulli habent,alias quidem frigidiores,alias calidiores, alias ſicciores, & alias humidiores:ſed omnibus peculiare temperamento malum.

48 Maius ſiquidẽ malũ eſt,ſi ob laborẽ & acumẽ morbi imbecillitato porrexerit qs potũ uel ſorbitionẽ copioſiorẽ,uel eſculentũ,imbecillitatẽ eã ex uaſorũ inanit one contigiſſe arbitratus. Neq; ſanè calumniã effugere põt,qui imbecillitatẽ ex uaſorũ inanitione non cognoſcit,premit q̃. uictu. Periculum ſiquidẽ aliq̃ adfert erratũ hoc:ſed longe minus,q̃ alterũ,atq; riſu dignũ magis. Nã ſi medicus alius uel plebeius ægrũ interuiſerit,cognouerit q̃, ea,quæ contigerũt,dederit q̃,tũ edendũ, tum bibendũ,q̃ alter uetuerit,is p̃ſidium attuliſſe exiſtimabitur.† Talia aũt maxime ab ÿs uituperãtur, hoĩbus,q res ad nigrũ uertunt. Nẽpe,qui ægrum interuiſit,uel medicus uel plebeius, hunc à mortuis ſuſcitaſſe ipſis uidetur.

† *Aliqui ita uertũt, Talia autẽ artificij facinora maxime ab homibus uituperãtur.*

B Ob dolores ſæpius ægri ſine pulſu reddunt,animiq; deliquia incurrunt,& nullo pacto queunt moueri ſimiliter & ob morbi acumen. Sunt aũt,quibus non ob hæc virtus offenditur, ſed ob uaſorum qũolibet factã euacuationem. Siue igitur ob euacuationẽ ſenſui manifeſtã, ſiue ob eam, quæ per halitũ fit,diſcuſſionem,ſiue ob inediam,uirtus labefactata fuerit, qui ita affecti ſunt, cibari quam celerrime expoſtulant. Cõtra aũt,qui ob dolorem,uel morbi acumen parum valentẽ habent facultatẽ,uacuatione interdũ magis,q̃ repletione, indigent:immo, qui cibũ his exhibet, maximum affert detrimentum. Verum,qui ex vaſorum inanitione imbecilles ſunt,hos ſi quis diæta tenui preſſerit,læ et,quanquã nõ æque euidenter vel celeriter. Ignorare autem, ſi æger ſit imbecillus ob uacuationem magis,q̃ ob dolorẽ, probro vertitur. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

49 Scribemus autem & horum notas,quibus ſingula dignoſci poſsint.

Rurſum & hic pollicetur Hippocrates, ſicuti paulo ante, ſe librum alium quẽdam de morbis acutis ſcrpturum.

50 Similia porrò ÿs,q̃ uentriculo cõtingunt,hæc exiſtũt. Nam,ſi corpus totũ p̃ter conſuetudinẽ ualde
C *qeuerit,nõ cõfeſtim robuſtũ magis euadit: q̃ ſi diutius ociatũ ad labores ſeſe repẽte uerterit,uitioſũ pfecto quippiã euidenter operabitur. Ita de cęteris corporis partibus eſt exiſtimandũ. Nẽpe & pes,& cęteræ,q̃ artieulis p̃ditę ſunt partes, laborare nõ conſuetę tale quippiam patiuntur, ſi poſt longum tp̃s ad laborem ſubito ſe uertant. Hęc patiuntur & oculi & dẽtes,& quicquid hmõi eſt. Pręterea & cubile p̃ter conſuetudinem & molle,& durũ,laborem facit. Quod item ſub diuo eſt,p̃ter ſolitũ corpus indurat.*

Rurſus ad inſtitutũ redijt Hippocrates abſoluto de uirtutis imbecillitate ſermone, quẽ per digreſſionem à priſtino mutauerat inſtituto:aitque,quæ nũc dñr,ſimilia quodã modo eſſe ijs,q̃ vẽtri contingere dicta ſunt. Nempe ſcopũ dirigit ad ſummã eã,in qua mutationes ſubitas magnam languentibus afferre læſionẽ aſtruit. Qd̃ aũt hoc in loco ſcribit, huiuſmodi eſt. Vt uenter diutius oĩno ociatus functionẽ perficere probe nõ poteſt,niſi prius ſenſim rurſum aſſueſcat,& ſuas exerceat operationes:ſic corpus uniuerſum,ſingulæq; aliæ partes. Deinde & partes aliquas ſerie continuata nominatim comẽmorat:atq; tandẽ in fine ſermonis,eius,q̃ in cubili fit,mutationis mentionem fecit,aſtruens ſanè & tunc,qd̃ ab initio de cõſuetudinis mutatione eſt ab eo propoſitum.

A.li.4.f.4, t.3.c.2.fo. 472.c

D *51 Sed horũ oĩum exempla ſcribere ſatis fuerit. Nã ſiqs ulcus, neq; admodũ iſigne, neq; ualde vile, in tibia acceperit;fuerit q̃, hõ,cui neq; admodũ difficulter,neq; ualde prõpte ulcera ſanentur:& prima ꝓtinus die ita iacens curetur,ut nequaq̃ crus tollat,hoc ſane pacto ſine inflãmatione manebit,citiusq; ſanitati reſtituetur,quã ſi oberrans curetur. Quòd ſi uel quinto,uel ſexto, uel ſuperiore adhuc die ſurrexerit,atq; ambulare uoluerit,magis laborabit, q̃ ſi ſtatim ab initio oberrans curatus fuiſſet. Porrò ſi & multũ & repẽte ſe fatigauerit,multo magis laborabit,q̃ ſi ita curatus ĩ dieb⁹ hmõi ſe ſe fatigauerit.*

De repentina adhuc mutatione,ut antea in exemplis alijs, ita & nunc in vlcere ſermonẽ facit Hippocrates. Nam, ſi quiſpiam(inquit)vlcus in tibia habens,qui & quieſcere & iacere indigeat, quiete ambulet (hoc enim ſignificat πλανώμενος ἰητρεύοιτο, id eſt oberrans curetur) lædetur quidem prorſus,ſed minus,quàm qui primis diebus quieuerit, deinde ſubito circa quintum uel ſextum,uel diem etiam ἀνοτέρω,id eſt ſuperiorem,tertium uidelicet uel quartum, ambulare cœperit. Sunt,qui uocabulum hoc ἀνωτέρω de ſequentibus dici diebus exiſtiment, ſeptimo ſcilicet,octauo & nono:quod ſi ipſis placebat, eos principium dictionis per ε & ξ, ἐξωτέρω,& non ἀνωτέρω per α & ν, ſcribere oportebat. Quare autem,inquiunt,tale fieri non ualet vlcus, ut.ſ. non parum lædatur, qui ſeptima uel octaua ambulare cœperit, & antea quieuerit: & grauiter,dixerim,ſi vlcus magnum fuerit,uel laborans fuerit unus ex illis, quibus ulcus difficulter curatur: & magis,ſi ambo

cõcurrerint: Quòd si neq; vlcus magnũ fuerit, neq; laborãs fuerit, cui difficulter vlcera curentur: E curetur aũt cõueniẽter, nã & hoc subaudire in sermone oportet: nã circa septimã aut octauam bene habebit, & ambulare citra læsionẽ poterit. Quã ob cãm sermoni adiecit, Vlcus neq; admodũ ἐπικαιρον, i. notabile insigneque, neq; valde εὐηθες, i. uile, simplex scilicet εὐηθες vocans. Fueritque itẽ homo, cui non admodum difficulter vlcera sanẽtur. Is siquidẽ, si nihil aliud circa curationẽ erratum sit, solũ quia mediocriter ambulet & incedere indigeat, lędet quidẽ, sed non ita grauiter, ut si primis diebus quieuerit, mox tertia, uel quarta, uel quinta, uel sexta, obãbulare cęperit. Qui uerò magnũ vlcus habuerit, & is sit, cui difficulter vlcera sanẽtur, nõ mediocriter sed grauiter lędetur ab initio obãbulãs: ueluti & qui paruũ vlcus habuerit, atq; is sit cui facile admodum vlcera sanentur, si primis diebus quieuerit, & quinta vel sexta ambulare cęperit, nõ grauiter sed mediocriter offendetur. Ob eã igitur causam Hippocrates de eo, qui in vtraq; oppositione medium obtinet, sermonem fecit. Oppositionem autem dicit, tũ eam, quæ in magno & paruo vlcere comperitur: tum eam, qua homo dicitur δυσελκὴς & εὐελκὴς id est cui tum difficile, tum facile vlcera sanantur. Quòd nihil referat dicere insigne vlcus, vel magnum, palàm est. Nempe ἐπικαιρον, i. insigne, propter loci naturam tale fit: magnum verò virtute perficitur, etiam si sectione corporis paruum fit, uel ipsa sectionis magnitudine insigne fiat: εὐηθες verò, i. vile, qđ simplex est & paruũ, uel propter loci naturam, quæ uilis & abiecta est, uel propter sectionem ipsam paruam factam, dicitur. F

52 Omnia igitur hæc inter se subitam omnem supra modum huc, & illuc mutationem nocumentum inferre perpetuo testantur.

In exemplis singuli præsentis sermonis mentionem facit Hippocrates: quapropter & nunc in exemplo quod de vlcere facit idem est executus. Nempe, διὰ τέλεος, id est perpetuo, idem significat, quod διὰ παντὸς & ἀεὶ, id est ubique & semper.

53 Multiplex itaq; in uentre est lęsio. Nã, si ex multa uasorum inanitione repente quid plus iusto ingeratur, similiter si reliquũ corpus diutius ociatũ subito ad laborem uehementẽ sese uerterit: multo magis lędetur, quàm si ex multo cibo ad uasorũ inanitionem transferatur. Corpus re uera his cęssare oportet, etsi ex multa fatigatione subito ad ociũ ignauiamq; desciuerit. Oportet aũt & illis uentrem à cibo rum cessare multitudine: alioqui læsio in corpore fiet, & totius corporis grauitas.

Quod primum omniũ demonstrare decreuerat, id de subitis in vẽtre mutationibus fuit. Deinde ab hoc ad generalius, quod & uniuersalius dicunt, transiens, de repentina oĩ cõsuetudinis mutatione hucusq; percurrit. Nã, cũ specialiora in generalioribus, & particularia in vniuersalibus, G contineantur, ventrisq; permutatio cum subita oĩum mutatione demonstrata sit, nunc rursum ad uentrem reuersus, mutationum, quæ in eo fiunt, dĩas edocet. Aitq; longe grauiorẽ in uictũs mutatione esse læsionem, cum ex multa inedia repente plus modico ingeritur, q̃ si ex multo cibo ad inediam trãsmutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore deprehendit: Nam minus lædunturq̃ ex motione ad quietem subito transeunt, quam qui ex quiete ad motionẽ demigrant. Rursum & hoc in loco permutationis intẽpestiuæ emẽdationes correctionesque, veluti & in pmissis, adscripsit, quanquã id ad præsentem non videatur pertinere speculationem. Quæ autem adscripsit, hæc sunt: Qui ex motu quidem actioneq; in ocium segnitiemq; transeunt, eos ἐλλιπόειν, id est cessare toto, & quiescere corpore præcipit. quod idẽ huic sententiæ existit: "Vbi fames, labo randum non est. Verum, qui ex multa fatigatione ad quietẽ transeunt, eos pauciora ingerere iubet, quod est & vẽtriculum quiescere. Quoniam, qui toto corpore non laborans consueta ingeret, is multitudinem subalet: qua efficitur ratione, ut totũ corpus grauetur, laboretque. πόνος, autẽ ideſt labor, nunc Hippocrati læsionem indicat, multis' specialibus læsionibus genus existens.

2. Apho. 15. Ext. ord. 12. g

A. l. 1. f 3. d. 2. c. 7. fo. 41. h

54 De mutatione in uictu, quæ in hæc uel illa fit, plurima sum locutus: q̃ re uera hæc nouisse cõmodissimum sit, cum ad omnia, tum ad id, de quo nunc agitur. Nã & in morbis acutis ex uasorũ inanitione ad sorbitiones transeunt. Transeundum quidem, ueluti iã præcipio ego: deinde sorbitionibus haudquaquàm utendum prius, quàm morbus ad maturitatem perductus fuerit, aut signum aliquod aliud apparuerit, ut in intestinis uacuatorium uel proritatorium, uel in hypochondryis qualia scribẽtur signa. H

Rursus sermonem totum in summam vnam coegit Hippocrates. In habentibus quidem similiter, uictus haudquaquam permutare præcipiens: verum in ijs, qui ex sanitate ad morbum transeunt, permutare quidem, non tamen ut cæteri permutant. Deinde compendio quodam victus scopum in acutis morbis declarauit. Nã, si morbus maturuerit, transeundum ad cremoris ptisanæ exhibitionem præcepit: & si adhuc incoctus fuerit non transeundum, nisi forsan symptoma aliquod, quod vires prosternat, apparuerit, ut vel vacuatio ventris immodica, uel aliud quippiam, quod proritet. Communi autem proritationis nomine comprehendit omnia, quæ quouis modo uirtutem ad infirmitatem agunt, quo in numero censentur & morsus, quem acris humor siue in intestinis, siue in uẽtriculo & præsertim ipsius ore parit, & vigilia, & ira, & mœror, & lumbrici helminthes, qui ab intestinis ad ventrem vsq; ascendunt, & cutis totius, aut membri alicuius,

A ius,qui nocte aggrediatur,pruritus: ita vt virtus non ſolum ob irritationem, verũ quoq; & propter vigilias,exoluatur. Præterea inquit. Vel in hypochondrijs qualia ſcribentur ſigna. Nam & ipſa dandam vel non dandã cõmonſtrabũt alimoniã. Fieri ſiquidẽ põt, vt intelligatur vtrunque: ſed alterum magis pro ſermonum intelligentia. Nempe præcipiens à ptiſana abſtinendũ ante q̃ morbus maturuerit,cum ſcilicet æger ſufficere poſſit,adiecit, Niſi ſignum aliqđ apparuerit vel in inteſtinis vacuatorium aut proritatoriũ,vel in hypochondrijs qualia ſcribentur: tanq̃ & hæc cremoris exhibitionem anteq̃ morbus maturuerit,admoneãt. Forte hypochondria dicit,quę vehementer exaruerunt,& ſquallida admodum exiſtunt. Talia nempe contingunt & mortiferæ ſagnorum concurſus hypochondrium habet ita contractum,vt quempiam ex inexercitatis fallat, tanquam reuulſum videatur. Verum contrahi vehementer ob ſiccitatem, & propter phlegmonem reuelli,idem non ſunt,ſiquidem exuperans corporis ſiccitas tenſionem ſepto tranſuerſo,& hypochondrio pariat maiorẽ. Sed maxime animaduertas diſtinguasq́; à ſiccitate phlegmonem, q̃ ſanatio non vna ſit,oportet. Nẽpe,qui hoc ipſum ob phlegmonẽ habẽt, tenuiſſimo egent vi-

B ctu: qui vero ob ſiccitatem,contrario,vbi ſæpiuſcule pauculum exhibemus ptiſanæ cremorem.

1. Progn.6. & 7.4.161.a & b

55 Fortis vigilia potus,cibosq̃ tum crudos,tum incoctos reddit: uerum ea,quæ in alia fit tranſmutatio,corpus diſſoluit,excoctionemque,& capitis grauitatem parit.

Sæpius exiſtimaui librum hunc in typis repertum,poſt mortem Hippocratis eſſe publicatũ. †Non ſecus etenim,q̃ hoc pacto,facta eſſe videtur inordinata ſermonum compoſitio. Nam quæ ab Hippocrate inueniebantur exempla,hæc in libro ad fidem vni uerſalis ſcripta ſunt, alia quidẽ in facie,alia in tergo. Neque enim unicuique tum adſcripto,tum addito ſuum aſſignare ordinẽ potuit. Ergo,quod ab Hippocrate impræſentia dicitur,id manifeſte inordinatum exiſtit. Neque enim hoc in loco aſcribendæ rei huius occaſio fuit,ſed certe paulo ante, cum de ea, quæ præter conſuetudinem ad contrarium fit mutatione,exempla ſcripſit. Nempe illis adſcribi debuit, Quæ etenim ad vigiliam inſueta fit mutatio, incoctiores tum cibos,tum potus efficit: ad ſomnũ vero multum,eumque ſtudio quodam accerſitum ſegnitiem corporis & capitis grauitatem. Quã.n. dixit ἐφθότητα, id eſt excoctionem,& diſſolutionem,& capitis grauitatem, uerbo uno coniunctã

C comprehenſamq́; manifeſtat roboris exolutionem. Commonſtrat autem & nomen ἐφθότητος, id eſt excoctionis,quæ ob calidam humiditatem fit,non ob ſiccitatem. Nempe vigilia per halitum digerere & ſiccare,non,quæ in imo ſunt,coquere nata eſt: ſomnus vero humectare,ſpiritumq́ue & effluuia cohibere. Nõ igitur abſque ratione in eorum,qui plurimum præter cõſuetudinẽ dormiunt,corpore halituoſa redundant excrementa: atque ob eam rem tota ipſorum conſtitutio ex coctis ſimiliter exoluta redditur.

† *Lauachius ita uertit,& meo iudicio rectè. Inordinatus nanq; ſermo haud alter eſſe factũ quam ſic monſtrat.*

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS, DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS TERTIVS.

D

ARGVMENTVM.

Exponit vini, mulſæ, oxymelitis, aquæ, & balneorum facultatem.

DE VINO.

QVibus autem vinum dulce vinoſum q̃ & album & nigrum,melicratum q̃ & aqua et oxymeli inſigniantur, in morbis acutis,diſtinguere oportet.

Non inordinate ſolũ verũ quoq; & diminute vinorũ catalogum fecit. Et ſiquidem vna ipſorũ eſt differentia in colore: alterã qualitas in guſtatu facit: tertia conſiſtentiam reſpicit: quartam odor progignit: & quinta in virtute reperit. Quæ ergo in colore eſt,ea in albũ, nigrũ,fuluum,& flauum,& rubrũ diuidit: verũ cũ & aliæ,quæ mediũ obtineãt,ſint differentiæ,ſanè vt in colore,ſic in virtute ꝑmiſtæ reperiũtur. Quæ aũt ex vinorũ guſtatu eſt differẽtia,ex ea in dulce & auſterũ diuiditur: & ex his mediũ, tum quod nullã,quæ manifeſta ſit,habet qualitatẽ: tum quod ex vtraq; cõſtat qualitate: præterea & in id,qđ acre appellitatur. Verũ,quæ in cõſiſtentia reperit differẽtia,in aquoſum ſecatur & tenue,& in valde craſſum,& in horũ mediũ,atq; in ea,q̃ mediũ hoc & extrema interiacẽt. At ſecũdũ eam,q̃ in odore eſt,alia quidẽ boni odoris ſunt,alia vero nõ boni odoris exiſtũt, ſed & feriẽtẽ

quandam

quandã & inſuauẽ nacta ſunt qualitatem: alia nullo pacto odorem habent, ſed ſunt aquæ inſtar E
inodora. Differẽtia vero in facultate eſt, ob q̃ aliud quidẽ potens, aliud vero imbecillũ, aliud me
dium, atq; aliud, qđ medium hoc & extrema interiacet. Vinum potens vehemẽter celeriterq́ue
corpus calfacit, caputq́; ferit: imbecillũ cõtrario agit modo: q̃ vero medium obtinent, nota eua-
dunt, ſi ab extremis diſtinguatur. Potens, vinoſum appellatur: imbecillum, aquoſum. Nempe in
quo vinum aquam euincit, id cũ in aliquo vehementiſſimũ eſſe videbimus, iure vinoſum appella
bimus: ſicuti & contrariũ, aquoſum, quod aquę maxime in oĩbus ſimile exiſtit tenuitate ſcilicet,
& colore, & odoris carentia, & non manifeſta calefactione. Hæ igitur in vinis ſecundũ propriam
naturam reperiuntur differentiæ. Sunt, qui his adijciant eam, quæ ex tpe deſumitur, differentiam:
qua, vetuſta quædam ſint admodum, alia recentia, & alia, quæ in medio horum conſiſtant. Sed,
q differentię huiuſmodi eorum ſint, quæ extrinſecus accidant, palam eſt. Nempe, quatenus tem
pore acriora & calidiora fiunt uina, atque una cum his tum colorem, tum ſubſtantiam, tũ odorẽ
mutant, eatenus differentiam aliquã in vinis tẽpus facere videtur. Quod ſi nihil horum immute-
tur, neque ab aliquo uinum uetus dicetur, neque recens: immo neque nunc ita dicunt, tanq̃ vini
ipſius annis opus prima rõne habentes, ſed tanquam ſimul cum annis facultatem commonſtran F
tes. Non enim ob tempus vina uel iuuant vel lædunt, ſed ex propriarum differentiarum mutatio
ne id habent. Ergo cum de vinorum agimus differẽtijs, temporis mentionem facimus per acci-
dens, & non ꝓprie, neque primum. Cæterum inter proprias uinorum differentias quædam iu-
uant lædunt q́; propria ratione: aliæ non per ſe proprieq́ue, ſed per accidens: Dulcedo quidem &
auſteritas propria rõne, ſic tum potentia tum imbecillitas, tum tenuitas tũ craſſities. Sed differen
tiæ, quæ tum colore tum odore deſumuntur, non primum, ſed per accidens: quoniam uinorum
hæc quidem & aquoſa, & alba, & fulua, & pigra, alia aquoſa & inodora vt aqua, uel inſtar aroma
tis unguentiq́; beneolentia. Si igitur uinorum hæ ſint differentiæ, quæ ſecundum propriam uir-
tutem & per accidens numerentur, iam tibi conſtat de eo, tum ordinis tum numeri, qui in præ-
ſenti dictione ſit, defectu: At, ſi in ſequentibus omnium, quæ commodæ ſunt, differentiarum me
miniſſe Hippocrates uidetur, ueniam eius inter exponendum defectui dabimus.

2 *Vinum dulce vinoſo minus caput grauat, minus q̃ mentem ferit, atq; quouis alio facilius per inteſtina deſcendit: lienem tamen iecurq; tumefacit: picrocholis q̃ nullo pacto eſt idoneum, nempe his ſitim facit, ſuperius q̃ inteſtinum inflat: non tamen inferiori proflatus ratione eſt inimicum, etſi non admodum penetret, qui à dulci vino eſt, flatus, ſed diutius circa hypochondria moretur.* G

Vinum dulce ſecũdũ guſtandi qualitatem nominatur, qua & auſterũ & acre, ut aquoſum prę-
termittamus, qđ nõ oĩno ab aſtringendo excidit: tametſi penitus exolutam habeat aſtringendi
qualitatem. Nam, ſi ipſum aquæ cõparaueris, percipies manifeſte ex ea cõparatione guſtũ huiuſ-
modi uinorũ, eorum eſſe, quæ modicã nacta ſunt aſtringentiã. Aquoſum aũt uinum appellant
hoĩes, quod aquæ tum colore tum ſubſtantia ſimile eſt: perſpicuum ſiquidem, ut aqua, ſplendi-
dum & purũ, & ſubſtantia tenue uidetur. Protinus aũt & facultate aquæ ſimile exiſtit, neq; im-
becillũ caput feriens, neq; infirmos neruos, q̃ ne quidem manifeſte calfacit. Sed de uino hoc rur
ſum tractabitur. Dulce igitur vinum hoc quidẽ modo ab ea, quæ in guſtu reperitur, qualitate eſt
nominatũ, ſed multis numeris ab aqua & colore & ſubſtantia receſſit. Neque. n. tenue exq̃ſite, ne
que album uidiſti aliquando uinum dulce: ſed plus minus dictis recedit, & neutrum horũ habet.
Dulcia aũt vina maxime ſunt theræum, & ſcybelites, craſſa utraque, & nigra. Dulcia quoq̃ue &
ea, quæ in Mæonia ſunt, therinum & carynũ tanto dictis & craſſitie & nigritie ſuperiora, quanto
dulcedine inferiora. Præterea, quod hepſema & ſiræon à Græcis, & a Latinis ſapa } appellatũ ex
cocto muſto conficitur, quò dulcius uino ꝓficitur, eò & colore nigrius & ſubſtantia craſſius ap-
paret. Quarto aũt de ſimplicium medicamentorum uiribus dulcem oẽm ſaporem à caliditate, q̃ H
non immoderata & vehemens ſit, fieri demonſtrauimus: ſicuti & acrem in uehementer calefa-
cientibus, acrimonia ſi quidẽ horum eſt inſeparabilis. In uſu uero uinum dulce mediocriter cal-
facere uidetur, ſitimq́; facit ꝓꝓ tum caliditatem tum craſſitiem. Ita ſanè & muſtum, quò diutius
in igne uerſatur, eo tũ craſſius, tũ nigrius, tũ dulcius euadit: quanq̃ ſupra modum coctum amari-
tudinem contrahat, quo modo & mel ipſum, quod, quanq̃ oĩum dulciſſimum ſit, lõga tñ coctio
ne amarum redditur. Sed, ut iam retuli, de qualitatibus omnibus guſtabilibus in quarto de ſimpli
ciũ medicamentorũ uiribus eſt tractatũ: atq; hoc in loco, ut in alijs ſuper Hippocratis libros ex-
poſitionibus, nõ demonſtrationes, ſed concluſa tantũmodo recenſeo. Cum igitur vinum dulce
uiſcus calfaciat, ſitq́ue, ut dictũ eſt, ſubſtantia craſſum, particulares ipſius facultates, quas epotum
commonſtrat, ſecundas qualitates cõſequuntur: color ſiquidẽ ſua ratione nullo pacto uel iuuare
uel lædere poteſt. Ergo uinum huiuſmodi pro ſubſtantiæ craſſitie tarde meat: quapropter tantũ
abeſt, vt ex obſtructis partibus aliquid adimat, ut etiam obſtructiones adaugeat. Atque ob id A l. 3. f. 14. t. 1. ca. 19. f. 309. g
hepati affecto maximum affert detrimentum, præſertimq́ue ubi uel phlegmone, uel ſcirrhus ip-
ſum occupauerit. Sed moderatius lædit, ubi uel ab humorum craſſitie uiſcus oppilatur, uel pro-

pter

A pter imbecillitatẽ afficitur,uti in affectionibus,quæ proprie hepaticæ nuncupantur. Poſt hepar, lien a vinis craſſis læditur:non tamen pulmo,quando in brõchijs craſſum habet humorẽ. Nempe in hepate ex amplis portæ vaſis,ad anguſta ſtrictaq; vaſorum tum gibbæ, tum ſimæ ꝓcedit extrema:per quæ eorum oĩum,quæ in corpus totum digeruntur,tranſmeatio fit:at in pulmone contrario euenit modo:nam per venas multas digeſtum confectumq; in amplã brõchiorum, & primo minorũ,irruit capacitatẽ:atq; ab his ad maiora excipitur,ſecum & craſſum tollens humores,quibus non calidius ſolum, verum quoque & tenuius exiſtit. Scis autẽ pulmonem ipſum ab humoribus craſſis viſcoſisq; per tuſſes expurgari:nã,qui aquoſi ſunt, & exquiſite tenues,aerem qui tuſſiendo extra mittitur,circumfluunt. Aer etenim tanquam manus quædam exiſtit, quę ſurſum craſſos humores ſecum ferat:ſed craſſitiem humorum talẽ eſſe oportet,vt ab aere ſurſum ferri poſſit,& non,vt lutum,bronchijs illitam eſſe & infarctam. Ob id ſanè viſcoſos humores tuſſes non expurgant:nẽpe manent,& interna,viſci inſtar,occupant bronchia. Ergo, quæ ad eductionem eorum,qui in pulmone continentur,craſſorum humorum futura ſunt idonea medicamenta,moderatam humiditatem habere debent.Quòd ſi viſcoſi humores fuerint,non humiditate ſolum eſt opus,verum quoque & ea,quæ ab acidis fiat ſuccis, deterſione. Ob eam rem melicratum
B quidem ad craſſorum humorum expuitionem eſt conuenientiſſimum,oxymeli vero ad viſcoſorum.Poſt melicratum ptiſana eſt,atq; ab ea vinũ dulce,ſi coctis iam tũ peripneumonia,tũ pleuritide propinetur,amplius nõ vexatis inflammatione corporibus. Quod ſi vinũ huiuſmodi epotũ ſitim faciat,ad expuitionẽ minus idoneũ redditur. Verũ,vt vno abſoluã verbo,vinũ dulce in acutis morbis ad expuitionẽ tũ propter dictas operationes,tũ propter cõmunẽ vinorũ oĩum rationẽ,qua vires roborant,idoneũ exiſtit,& maxime ijs,qui quæuis humida,quæ tũ in thorace, tũ in pulmone continẽtur,expuunt. Didiciſti autẽ humida illa varia tũ ſubſtantijs, tũ qualitatibus,tũ virtute eſſe,in prognoſtico,vbi ſputorũ ex poſuit differentias.Nullũ ſanè bonũ aliud vinũ huiuſmodi habet febrientibus propinatũ:minus tamẽ vinoſo,quod vehemẽter calfacit,lędere poterit. Commodũ præterea aliud nihil habet præter antedicta,niſi qđ ventris permeationẽ modice iuuet.Ob id igitur Hippocrates,vbi à minus lædẽtib.quæ multa ſunt,doctrinæ exordiũ fecit,ad iuuamenta ipſorũ,q̃ pauca ſunt,circa finẽ ſermonis tranſit.Percurramus igitur,quæ recẽſet,dictiones ipſius perſequendo.Vinũ dulce minus,quàm fortia potentiaq;, mentẽ ferire ait,id eſt minus deliria progignere:fortia ſiquidẽ vina vehementer calfacientia,caput humoribus vaporibusq́ue
C & caliditate replent. Vina igitur dulcia,quo magis à vehemẽti caliditate abſunt, eo minus cũ caput grauant,tũ mentẽ lædunt.Sed facilius per inteſtina deſcẽdere ait,& viſcera tumefacere,id eſt viſcerum tumores augere.Sed de his dixi paulo ante. Præterea dulce vinum non idoneum eſſe ait picrocholis,id eſt qui amaram bilem ſibi aceruant.Nempe medici χολὴν,id eſt bilem, ſimpliciter & pallidã & flauam dicere conſueuerunt,μέλαιναν vero χολὴν, ideſt nigram bilem hoc toto appellare,& non χολὴν,id eſt bilem ſimpliciter:ſed hæc quidem acida eſt,amara autem, quæ flaua. Ob eas res picrocholos appellat Hippocrates,qui redundantem habent huiuſmodi bilem. Permiſta autem aquoſis ichoribus & liquidiſſima & pallida videtur:ſola vero cum exiſtit,& craſſa & flaua eſt.Quæ autem huiuſmodi bilem procreant,ſunt calida & ſicca temperamenta:ad cuius generationem idonei ſunt & dulces omnes humores.Quo fit,vt omnium horum maxime melbile ſcat,quòd dulciſſimum ſit:deinde & dulcia vina.Non ſolum autem,quòd caliditas multa tales humores àmaros reddit,propterea dulce vinum febrientibus,præſertim vbi calidi & ſicci temperatura fuerint,idoneum non eſt:verum quoque & quod craſſa ſint huiuſmodi vina, neque per vrinas velociter deſcendant,neque cito diffllentur tranſpirentq́ue:quo fit,vt bilioſos humores,neq; ſe cum agant,neque excernant.Solis ergo his vnum in eſt bonum,quod ventrem emolliant:qđ
D ſi nõ fecerint,omni pacto nocent.Præterea & ſiticuloſa ſunt,hac re,quod facile bileſcant,cõmõſtrantia.Flatuoſum quoque vinum huiuſmodi eſſe aſſerit.Nempe incaleſcẽtes craſſi humores flatum ſibi ſimilem generant,tum vaporoſum,tũ craſſum:quod autẽ tale eſt,inflationes parit.Quapropter ex tenuibus vinis non prodit flatus,quanquam ſnterdum quippiã generetur,quod & tenuium ſit partium & aeroſum,non nebuloſum vaporoſumq́ue.Cæterũ dulce vinum inferioribus inteſtinis non eſſe inimicum ait,quanquam tarde meet,qui ab ipſo eſt,flatus,moreturq́; circa hypochondrium.Ea autem occaſio eſt,ob quam non admodum turbet inferiora inteſtina,qa circa hypochondrium moretur,donec perfecte coctum & tenuatum fuerit: quod ſi ſemel coctũ fuerit,commeabiliorem tenuiorumq́ue partium habebit naturam. Qua igitur ratione à ſupernis ad infernas expellitur partes,eadem ab infernis extra mittitur.

A.l.3.f.10. t.5.c.1. fo. 272.d

3 Vrinas ſiquidem hoc minus,quàm vinoſum album,omnino mouet.

Quodnam vocauit vinoſum album,conſiderabimus:nam antea vinoſum vinum tum eſſe,tũ appellari diximus,quod iure optimo aquoſo opponitur.Valenter igitur ipſum & calfacere,& caput replere,& deſipientias procreare,& calorem febrilem augere,eſt operæpretium. Sed vinum huiuſmodi album non eſt:neque cum nouum exiſtit,neque cum vetus:qñ ne quidem aliud quip

piam

piam antiquorũ uinorum manet album, etsi quam maxime circa initia tale fuerit: immo semper E
fuluius redditur, & tãdem flauum. Visus est ergo Hippocrates dixisse uinosum album, austerum,
qđ neq; urinas mouet: sed, si tale crassum fuerit, circa hypochondriũ morat̃: si uero nõ crassum,
neq; multũ moratur, ut nigrũ, neq; albis simul & mediocriter austeris similiter ad urinas descen-
dit. Nempe uina hæc urinas cient, quòd utranq; tarde per urinas descendendi effugerunt ꝓprie-
* Al. ὑδατώδους, i. aquosi uini. tatem, tũ eam, quæ *aquæ est, quam ob frigiditatem nacta est, tum eam, quam uinũ nigrum pro-
pter crassitiem habet. Vinum siquidem albũ austerum minime calidum inter uina existit: atque
ob id ijs, quæ ad uentrem fiunt, distillationibus idoneum. Non tamen abunde ciet urinas hoc ui-
num. At forsan Hippocrates uino huic nigrum comparans, minus ciere urinas ipsum ait.

4 Sputum autem alio efficacius educit, quod dulce est.

Quodnam aliud dicit? utrumne præsens, ad quod dulce comparans dixit, Vrinas siquidem
hoc minus, quã uinosum album, omnino mouet? an non hoc solum, sed simpliciter omne id, qđ
dulce nõ est? Cum ergo Hippocrates, quantum ad dictionem hanc attinet, obscurus sit, credibi-
liusque sit ipsum nunc de" vinoso albo sermonem intelligere, rursum & alia oritur ambiguitas, A.l.4.f.10.
quidnam sit uinosum album: ꝙ non ualde manifestum sit, utrumne id, quod uehementer calfa- t.5.c.1.fol.
cit: an quod ualde astringit, quod στυφνὸν, idest acerbum, Græci appellitant: veluti quod mode- 272.d
ratius, austerum. Quonam igitur pacto habeat, quod in dictione est, ego impræsentia exponam.
Sputum maxime omnium uinorum dulce educit, ubi non supra modũ crassum fuerit, ueluti & F
quoties non usque adeo ad fuluum secesserit, ut exoluta in eo sint, tum crassities, tũ dulcedo. Pra
uum autem febri auxilium est uinum fuluum, ꝙ uehementer calidum sit. Verum post uinum dul
ce non admodum crassum ad eorum, quæ in plumone sunt, eductionem conueniens est aquo-
sum uinum, uirtutem scilicet roborans, & humores, tum humectans, tum incidens mediocriter.
Quod cæteris uinis omnibus innocentius febrientibus exhibetur.

5 Et sanè, quibus propinatum sitim facit, his minus, quam uinum aliud, educit: quibus uero sitim nõ facit, uino alio magis educit.

Vinum aliud nunc dixit, quod omnino siticulosum non est. Quare autem uinum siticulosum
minus sputa educat, facile intelliges, si, quæ antedicta sunt, ad memoriã reuocaueris. Nempe sitis
his perseuerat, qui dulce uinum bibunt, quòd febrilis calor in ipsis morosior maleficentiorque
existat. Qui si talis fuerit, sputum siccat, crassiusque & uiscosius reddit. Quod autem sputum huiusmodi difficulter educatur, uerbis non est opus.

* καταῤῥακτικὸς. *6 Vinum autem album uinosum iam plurima maximaq; parte laudatũ quidem, & culpatum in uini* G
dulcis enarratione. Ad uesicam uero uino alio magis penetrat, urinasque prouocat, & perpetuo purgat,
*atque multa ad opẽ his morbis ferendam facit. Nempe etsi uino alio ad cætera inhabilius existat, uerun
tamen, quæ in uesica ab eo fit purgatio, liberat, si proponetur, quale oportet. Bonę hæ coniecturæ sunt de
uino tum profectus, tum detrimenti: quas, qui me seniores sunt, non didicerunt,*

De uino hoc in dulcis uini mentione diximus, postea quam uires ipsorum comparauit, ꝓqui
siuitq;: dixi autem non paruam esse quæstionem, si album simul & austerum uinum, album uino
sum dixit, uel quod uehementer inter uina alba calfacit. Nempe ex uinis albis nullum ualenter
calfacere potest: quòd enim summe calidum est, id continuo & flauum existit, ueluti & quod ab
ipso est fuluum: mox ab his rubrum, & deinde dulce. Album autem minus quidem his omnibus
calfacit: sed differẽtias particulares aliaque omnia ꝓ pluris minorisq; ratione habet interualla.
Quòd autem uinum huiusmodi dulci facilius ad uesicam penetret, dictum antea: sed ad alia dul-
ci inhabilius esse ait, quæ sunt uentris subductio, & eductio sputorum. Bonas autem has ait conie
cturas esse, id est notas, indiciaque, facultatis uinorum.

7 Fuluo autẽ uino & nigro austero in morbis huiusmodi ad hæc uteris, si neq; grauitas capitis fuerit, H
*neq; mentis concussio, neq; sputo uia concludatur, neq; teneatur urina: excrementa autem humẽtiora
& ramentosa magis fuerint. In his aũt ex albo migrandũ præcipue est: & ijs, quæ his similia existũt.*

* In textu est Anabates. Aliqui legũt Sybates. Codex quidã manuscriptus hẽt Ἀβάτης, In lib. etiam de cibis boni & mali succi ca. 11. tractat de uino Cilicio Abate.

Dulce quidem uinum continuo & nigrum existit: non tamen nigrum omne continuo & dul
ce: nam ex his quædam austera sunt, qualia apud nos in Asia prope Pergamum in Perperine &
Aegis. Quod autem in Cilicia est* Albates, austerum simul & dulce existit, qualitatibus constans
contrarijs, quo fit, ut prauum sit, quia neq; distribuatur, neque descendat, sed plus iusto in uentre
permaneat superiore, atque ipsum inflet. At, quod citra dulcedinem nigrum austerum est, id uen
tri utile existit, quando uel plura iusto descendunt uel ramentosa: tunc enim est idoneum, sicuti
& uinum album austerum, & quæcunque alia astringentia. In eum usum & fuluum uinum pro
desse ait, nõ omnino simpliciter fuluum affirmans, sed fuluum austerum. Nam de utrisq; te intel-
ligere oportet, quod in principio dictionis existit, qua dicitur, Fuluo autem uino & nigro auste-
ris, in morbis huiusmodi ad hæc uteris. Duplex siquidem fuluum, ut nigrum: aliud siquidem dul-
ce, aliud

A ce,aliud auſterum. Atque,cum tertium præter vtrunque exiſtat,ex vtriuſq; qualitatis ꝓmiſtione conſtans,attamen,quod vna eſt prædituꝫ qualitate, id colore vtroq; duplex exiſtit. Caput aũt & mentem ſuluum magis ferit,ꝙ & calidius nigro exiſtit. Febres quoq; rõne eadẽ auget: his.n.idonea ſola ea ſunt,quæ aquoſa ſunt. Nõ immerito igiť vinis auſteris vtendũ ꝓhibuit, ſiue ea colore ſulua,ſiue nigra fuerint,in capitis grauitatibus & mẽtis lęſione,vbi nimirũ febris ipſam ꝓcuſſerit: atq; amplius in thoracis pulmonisq; ægritudinibus,in quibus ſputum detinetur, vina huiuſmodi inhabilia eſſe ait,atq; cũ vrinæ ſupprimunť,propter craſſitiẽ videlicet,& aſtringẽdi facultatem.

8 Quòd autem ſuperiora quidem omnia ueſicam q̃, minus offendet,ſi dilutius fuerit; inteſtina vero iuuabit magis,ſi meracius,neminem latere debet.

Vinũ meracius,vt dixit,inteſtinis magis conuenit:quo fit,vt non abs re iuuet ipſa aſtrictionis ratione, propter quam omnino iuuamentum habet. Verum huiuſmodi aſtrictionem exoluit,ſi aqua temperatum fuerit,atque ob eam rem minus inteſtina iuuat. Quo autem modo hæc iuuat magis aſtringendi ratione,vbi meracius fuerit,ſic thoracem caputq; magis offendit:hæc ſunt ſanè quæ manifeſtauit,inquiens,ſuperiora quidem omnia lædit. Lædit quoque & corpora ea,qui-
B bus per vrinas expurgari eſt opus:nempe auſterũ uinum excretiones omnes cohibet. De vinis hæc locutus Hippocrates,cõtinuo ad melicratũ trãſit,cæteris quidẽ ferè omnibus de vino demõſtratis, at prætermiſſo vno,quod nõ abſoluit,& ego obiter percurram,ꝙ ſcilicet febrientibus maxime idoneum aquoſum ſit. Eſt aũt vinum hoc album colore,ſubſtantia tenue,nullam earũ,quæ cæteris vinis inſunt,habens qualitatem,neq; auſteritatem,neque acerbitatẽ,neque dulcedinem, neque acrimoniam,neque odorem. Nempe vino huic omnium ſoli,ut tum aquæ, tum vini mala effugeret eſt datum. Prodeunt autem talia in vnaquaque gente aliqua. In Italia imbecillũ Sabinum,quod febrientibus adminiſtrant. In Aſia Titacazenum & Tibicenum. Sed vini huius notas vbi intellexeris,talia facile in qualibet gente reperies,vbi & valde tenuia & aquoſa ꝓducunť vina. Reperi equidem talia in Cilicia,Phenicia,Palæſtina,Scyro,& Creta,in quibus regionibus non facile gignuntur uina tenuia & aquoſa:immo,vt retuli,in regionibus uidi omnibus,& quod mirum magis ſit,in Aegypto. Craſſa ſiquidẽ uina & odora & valde fortia in feruidis progignuntur regionibus:In Italia vero,& Bithynia,& Aſia,ſi multa producantur aquoſa,nihil mirum. Sed merito quæret quiſpiam,q̃ ob rem Hippocrates in antecedente dictione peculiarem de his vinis
C prætermiſit ſermonem,cum febrientibus,q̃ cætera oĩa,ſint minus noxia. Neque.n.eſt dicendũ, ꝙ ſcilicet Hippocrates tale vinum ignoraret:nẽpe poſt paulo,cum de melicrato agit,hæc ſcribit: Cęterum vino albo tenui paucifero & inodoro quodam modo fortius eſt,& quodam modo infirmius. Hæc ait Hippocrates,vino albo tenui,& paucifero id eſt parum aquæ ferenti, & inodoro,melicratum comparans. Vini igitur uinoſi notas tum conſpicue, tum exacte ubi recenſuiſſet percurriſſetq; quonam ſcilicet pacto,tum caput,tum mentem feriat, de aquoſo ipſi contrario diſciplinam ſufficientem eſſe exiſtimauit,cum contraria ipſi ineſſe ratiocinari poſſimus.

**διὰ λθον. i. per curri commento ſcilicet ſuperiora.*

** Tibinum.*

** Al. Cyro.*

DE MELICRATO.

9 Melicratum,id eſt mulſa,per totum morbum in acutis epota,parte plurima tum picrocholis,tum megalos planchnis(id eſt quibus magna ſunt uiſcera,)minus,quam non huiuſmodi,eſt idonea.

Oratio hæc per totum morbum,oſtendit Hippocratẽ de ijs intelligere morbis,in quibus cremorẽ exhibere idoneũ non eſſe demõſtrauit prius,q̃ ad morbi peruentũ ſit vigorem. Nã,ſi æger
D acuta febre laboret,neq; tũ in thorace,tum in pulmone fuerit morbus,uiresq; ualuerint,& morbus quintũ ultra diem ſeſe ꝓgaturus non ſit,aqua mulſa ſola epota abunde ægro ſufficere põt. Cæteris quidem omnibus in morbis huiuſmodi eſt cõuenientiſſima: ſed picrocholis minus propitia exiſtit. Nam in ipſis bileſcit,niſi prius uel inteſtina uel ueſicã pertranſierit: quæ ſi pertranſierit,non ſolum nihil lædit, uerum quoq; & maxime iuuat, nã ſecum bilioſa deducit excrementa. Hac ſanè cum ratione temperaturam quoq; ipſius demonſtrauit:nẽpe in huiuſmodi naturis,dilutior exhibita mulſa confert,neq; enim hoc pacto ſiticuloſa exiſtit,neque bilem generat. Vt aũt picrocholis,ita megaloſplanchnis haudquaquã idoneã eſſe ait. Megaloſplanchnos nũc dixit nõ eos,quibus magna ex natura ipſa ſunt uiſcera, ſed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt, ſiue ſcirrhum,ſiue phlegmonem,ſiue œdema nacta ſunt. Mala ſiquidem in his, ꝙ cito pertranſire uiſcera ipſa non poſſit,& facile bileſcat,præſertim q̃; in phlegmonis propter caloris magnitudinẽ: in cæteris autem,qui præter naturam ſunt,tumoribus,minus detrimenti affert.

10 Porro & ſiticuloſa minus,quam dulce uinum,exiſtit. Nempe & pulmonem mollit,& ſputum mediocriter educit,& tuſſes mitigat. Habet etenim vim quandam exterẽdi,quæ plus, quàm mediocriter viſcoſum,facit ſputum.

Quã ob cauſam aqua mulſa minus,q̃ uinum dulce,ſiticuloſa ſit,dixi antea,cum utraq; quatenus dulcia ſunt,eatenus facile bileſcere demonſtrarem. Verum,ꝙ tenuior penetrantiorq; ut oĩa

ſubeat

ſubeat,exiſtit,ea ratione minus vino dulci eſt ſiticuloſa. Quo fit, vt, ſi aliquando pluſculo tempo- E
re in vētre manſerit, tunc vino dulci non minus ſiticuloſa reddatur: qđ rarenter cōtingit. Aqua
vero mulſa, vino dulci citius uentrē inteſtinaq; omnia penetrat: nec ſecus hepar adusq; tum re-
nes, tum veſicā nō rarenter quidē, ſed ꝑpetuo. Ob hæc igitur uino dulci minus ſiticuloſa exiſtit.
Hippocrates idem, quanq̄ nō ita, ſed modo alio dixit, mulſæ uirtutem ex ijs, q̄ in pulmone facit,
demonſtrās: nempe, ꝙ hæc nō efficeret, niſi vias ipſius penetraret abſtergeretq; palā oībus exiſtit.
Præterea ſputum educere nō ſimpliciter dixit, ſed hoc aduerbiū, mediocriter, adſcripſit: neq; n.
valenter educit, vt oxymeli ſanè mitigat, quo oxymeli: priuatur. Nēpe oxymeli tuſſes incitat, tū
irritans, tū aſperans, quatenus ſcilicet vehemēter detergit: mulſa uero & præſertim aquoſa, deter
ſoria, quæ minima ſit, participat facultate. Vocatur autē huiuſmodi facultas ēt σμηκτικὴ, à qua &
nunc Hippocrates nomen fecit σμηγματῶδες, de mulſa ita ſcribens, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, id eſt ha-
bet etenim vim quandā extergēdi detergēdiq;. Mediocri aūt participare ipſam facultate huiuſ-
modi oſtendit adijciens vocabulo huic σμηγματῶδες, vocabulum hoc τι: nempe, quibuſuis adij-
ciatur, paucitatem indicat. Ergo exigua mulſæ abſtergendi vis, non quia abſtergendi vis eſt, ob
id impotens infirmaq̄ ſed quia exigua eſt. Ad glutinoſum ſiquidem ſputum, medicamentum
vehemēter abſtergere oportet, qđ glutinoſum eū, q bronchijs pulmonis inhæret de, tergere poſ- F
ſit humorē. Quòd ſi talis quiſpiā in thoracis pulmonisq; medio aceruatus fuerit, iam & maior, vt
probe ſpuatur, tum inciſoriæ tum deterſoriæ virtutis eſt neceſſitas, quæ id à ſuccingēte coſtas mē
brana detergat, diſſecet, & tenuet: nā fieri non pōt, vt talis humor aliter per membranam, quę vi
ſcus ambit, ad pulmonis bronchia transferatur. Non igitbene eſt vſus dictione Hippocrates, cū
huic orationi, habet'enim vim quandam exterendi eam, quæ ſequitur, adiecit, quæ plus, q̄ medio
criter, καταγλιχραίνει, id eſt viſcoſum reddit, ſputum. Nam melius dixiſſet, Habet enim vim quan-
dam exterendi detergendiq; quæ exigua ſit, & quæ ſæpenumero viſcoſum fieri ſputum ſinit. Nō
enim ob mulſam glutinoſum fieri ſputum contingit, ſed id quidem ſputo huiuſmodi proprium
ineſt: mulſa vero nil iuuat, ſed excrementi naturam talem permanere ſinit: quapropter melius
dixiſſet, nihil glutinoſum ſputum iuuari, & non tale à mulſa fieri'. Nam hoc verbū καταγλισχραίνει
quod ab Hippocrate dicitur, ſputum à mulſa tale fieri, cum emphaſi ſignificat.

11 Ciet autem & vrinas abunde mulſa, niſi ex viſceribus aliquod probibuerit.

Mulſam ante, quòd vias oēs, quæ ventrem renesq; interiacent, facile penetret, ciere vrinas di- C
xi: atque, vbi iecur male afficitur, vſui haudquaquam conuenire demonſtraui. Lieni præterea, ſi G
plegmone obſideatur, moleſta eſt: atq; multo magis inteſtinis ventriq; nam cito igneſcens ob
phlegmones caliditatem in bilem conuertitur. Melle ſiquidem ob dulcedinem delectantur; tum
uiſcera, tum uenter: quo fit, ut tum citius, tum raptim magis eliciant. Melli quoque & dulcia alia
idem habere quis dixerit, atque ideo vt ad uentrē, ita ad uiſcera ſe habere. Venter autem his oble
ctari videtur. Nempe, ubi ea deglutiuit, manifeſte quodā modo aſſumptis delectatur, veluti è cō-
trario ab aſperantibus, amariq; offenditur: neque ſolum, cum aſſumuntur, uerum quoque & ubi
aſſumpta ſunt, ad aliquod uſq; tempus. Quo fit, ut nemo ea, niſi interdum, uice medicamenti, &
ob humores præter naturam collectos in uentre, ingerat: ubi enim ſecūdum naturā habuerit, in
*λαιμῷ. iucunda ipſi talia omnia ſunt: iucunda aūt ſola, quæ dulcia exiſtunt. Sanè in appellato *gutture
maxima ex deuoratis dulcibus exoritur uoluptas, corpore. ſ. loci illius peculiare quippiā cū ſuc-
co huiuſmodi habente. Corpus autem hoc facit uentriculi interna tunica, ut & ea, quæ linguam
ambit: uerum in lingua euidentiſſimam habet dulcedinis ſenſionem, in *gutture aurem uolupta-
tis. Senſio uero manifeſta continuo efficitur, & in uētris ore, quod dulcibus aſſumptis delectatur,
modo animans ſecundum naturam habuerit. Viſcera igitur hoc pacto dulci gaudere ſucco, plu- H
rimumq; ipſius celeriter attrahentia, cum ualent, frui, aliq̄e: cum uero febriunt & phlegmone
obſidentur, in id, quod bilioſum eſt, dulcem ſuccum conuertere par eſt. Videntur igitur, quæ
συκωτὰ, id eſt ficata, ex carycarum eſu appellantur, tum maxima, tūm ſuauiſſima eſſe, iecinore ip-
ſo, ut liquet, ex dulcium eſu alimentum uberius accipiente. Verum in phlegmonis febribusq; re-
rum huiuſmodi ingeſtio non in probam alimoniam, ſed in bilis generationem, demigrat: febrilis
ſiquidem calor exuperat: natiuus autem deficit, qui bene temperatus erat.

*καταχορέσει. *12 Bilioſa quoque alui deijcit magis, interdum quidem bona, ſed interdum, quam decet, *redundan
tiora ſpumantioraq;: quod bilioſis, magis, & megalos planchnis, contingit.*

Reuocare ad memoriam oportet dictionem ante enunciatam: in qua mulſam uino dulci cō-
parans dicebat, Porro & ſiticuloſa minus, quam dulce uinum, exiſtit: Nā & hoc in loco mulſam
eandem ad uinum dulce comparans, bilioſa alui excrementa deijcere magis pronuntiauit. Nem
pe & bilioſa deijcere uinum dulce poteſt: uerum mulſa, bilioſa interdum, quæ bona ſunt, ſubdu-
cit: interdum & uitioſa, quæ ſyncere admodū bilioſa exiſtunt, bilem. ſ. uel *igneam, uel flauā ha-
bentia, craſſamque. Bilis igitur ea ſpumam accipit ſæpius quidem ratione ea, qua in ijs, quæ uehe

menter

A menter igne calfiunt,ſpuma exurgit:ſæpenumerò autem & in iis,quæ à flatu agitantur,humidis. Horum primum caliditatis exuperantis nota eſt:ſecundum vero inſtrumentorum anguſtiam,& flatuoſi ſpiritus intercluſi,viamque haud quaquam liberam habentis,agitationem denotat. Bilioſa autem huiuſmodi maxima ex parte ſubducuntur in ijs febribus quæ colliquant, quibus ferme omniũ aduerſiſſima nocentiſſimaque eſt mulſæ potio,veluti & modo contrario potio aquæ frigidæ iuuantiſſima. Excrementum huiuſmodi ait à mulſa magis generari ijs, qui natura bilioſi, id eſt immoderate calidi exiſtunt,atque in ijs morbis,quibus viſcus aliquod phlegmone infeſtatur. Cõmune ſiquidem hoc nomen peculiare nunc factum eſt eorum,quę inflãmantur:neq; enim ꝓpter ſcirrhum vel ędema febris incẽditur. Ergo,qđ in acutis morbis,de quibus agit Hippocrates, vbi tumor in viſceribus genitus fuerit,phlegmones ſymptoma ſit,non œdematis vel ſcirrhi,conſtat omnibus. Hos autem & nunc μεγαλοσπλάγχνους appellauit,{quaſi viſceroſos dixeris.}

13 Mulſa igitur quę aquoſior eſt,ſputum educit magis,pulmonemque mollit. Meracior vero ſpumoſa excrementa,atque plus,quam conuenit valde bilioſa calidioraque,quam aquoſior,agit magis.

B Mel in acutis morbis bileſcere,atque ob id nobis afferre moleſtiam antea dixi: aquam præterea tarde penetrare,atque in hypochondriis diutius morari,atque ob eas res fugiẽdam. At, quod ex vtriſque miſtum ſit,conueniens redditur,quando ea conſtat temperatura, qua aquæ plurimæ tantum mellis permiſtum fuerit, vt viã aquę paret,& ad diſtributionem agat:nempe his ita tẽperatis,vrinæ facilius penetrabunt,ocyusque ſputum educetur. Quòd ſi mellis plurimũ admiſtum fuerit,ſitim facit,& viſcoſum reddit ſputum. Atque ob eas res aquoſior mulſa, tum ad ſputi eductionem,tum ad penetrationem vrinarum,idonea magis exiſtit:meracior vero ad ventris deiectiones:nempe,quanto magis proritabit, tanto magis & velocius ſubducet. Clyſteribus ergo infuſa, quomeracior,eo magisexcretoria reddetur. Cauſaq;erit deiectionum,tum earũ, q̃ κατακορέως,id eſt,ικανῶς,hoc eſt valde,bilioſæ exiſtunt,tum ſpumoſarum:talia ſiquidem trahere magis poteſt,quia inteſtina tum mordet,tum deterget. Adde,quod & in bilem flauam trãſiens,ea occaſione bilioſorum excrementorum copiam ſimul adauget:quo fit,vt ipſius vſum non laudet Hippocrates. Declarat autem ex horum verborum adiectione,καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, ideſt atque plus quàm conuenit,valde bilioſa. Nam μᾶλλον τοῦ καιροῦ dicere conuenit pro μᾶλλον τοῦ προσήκοντος,ideſt plus,quam conuenit. Spumoſas item deiectiones & in prognoſtico damnauit. Et κατακορέως,id eſt ἀκράτως,hoc eſt ſyncere,bilioſa praua ſunt: neque enim κατακορέως,neq; ἀκράτως,ſed mediocriter talia eſſe oportet. Horum igitur non immemor,cum vel ex mulſa epota, vel abſque ipſa quis ſpumoſa ſimul & ſyncere bilioſa deiecerit,febrem ſcieueris eſſe,quæ colliquet: atque ob id ab vſu mulſæ abſtineto,atque in ptiſanæ cremorem deuenito,obſeruans vt aliquod ſignum,licet exiguum,coctionis morbi ex urinis videas. Nam,ſi tunc frigidam dederis,maximo eris præſidio.

A.li.4.f.1. t.2 c.8.fol. 419.g

C

14 Deiectiones autem huiuſmodi habent quidem & alias magnas offenſas. Neque enim hypochondriorum extinguunt ardorem,ſed excitant. Inquietationemque,& iactationem membrorum faciunt. Inteſtina etiam ſedemque exulcerant.

Conſueuit Hippocrates βλάβας,id eſt offenſas,σίνεα dicere,vt in libris de fracturis & articulis eſt demonſtratum:nam σίνειν Iones dicunt pro βλάπτειν,id eſt lædere:immo & βλαβερὰ,id eſt nocua σινήμορα ſæpenumero appellauit. Magnas igitur offenſas habent(inquit) præfatæ deiectiones,id eſt puræ bilioſæ ſimul,& ſpumoſæ. Conſueuit autem Hippocrates inter ſigna notasque vocib. vti, tum cauſarum,tum,quæ læduntur,corporum. Deiectiones ergo huiuſmodi ſignificare commodius dixiſſet:ſed habere dixit,quanquam corpora affecta leſiones habeant,cauſæ faciant,& ſigna
D indicent. Sed,quænam ſint,quæ a dictis proueniũt deiectionibus offenſæ,ab Hippocrate audi inquiente. Neque enim hypochondriorum extinguunt ardorem,ſed excitant. Hoc autem ideo dixit,quoniam ſæpius bilioſorum deiectio hypochondriorum feruorem protinus extinguit. Quare in malignis maleficisque bilioſis adiecit,quod talia excernentibus ipſis non extinguuntur,ſed omnino vice uerſa increſcunt augenturque. Neque ardor hypochõdriorum ſedatur,quin potius vehementior redditur. Adde,quòd ῥιπτάζονται,id eſt ἄσσην & δυσφορίαν habent id eſt implacidi inquietique fiunt: deiectiones ſi quidem huiuſmodi flammantis in hypochondrijs ipſis affectionis ſymptomata exiſtunt. Atque in inteſtinis ramentoſam parit acrimonia affectionem. Sanè affectionis huius quæ bilioſa ſunt,cauſæ exiſtunt: eius vero,quæ in hypochondrijs exiſtit, ſigna: Verum Hippocrates,vt dixi,vocabulis cauſas indicantibus inter ſigna vti conſueuit.

15 Sed horum auxilia ſcribentur.

Quòd morborum ſingulorũ remedia ſe ſcripturũ dixerit,vt antea expoſuit, ſic & hoc in loco non minus. Verùm,ſi & q̃ libro huic poſt ſermonẽ de balneis adiecta ſunt,digna Hippocrate exiſtant,& quæ in libris de morbis,vel de affectionibus ſcripta ſũt,ea inter exponẽdũ cõſiderabim'.

Qui

16 *Qui ergo in morbis huiusmodi, relectis sorbitionibus, mulsa potionis alterius vice vtetur, is multa fœliciter sequetur; sic & nequaquam præter animi sententiam succedent multa. Verum, quibus dãda sit, & quibus non, & quam ob causam, tam magna ex parte est dictum.*

Significauit & nunc manifestissime, donec morbus iudicatus fuerit, sola uti mulsa consulens. Nempe in solis, qui colliquefaciunt, morbis, vel in quibus hominum virtus ad morbi vsque iudicationem sufficere non possit, ad ptisanæ cremorem perueniemus. In alijs vero sola cibare mulsa est melius.

17 *Damnata autem propterea ab hominibus est mulsa, quod bibentes summe imbecillitat, atque ob id citam afferre mortem sit credita, Verum id ob* languentes ipsos dictum fuerit. sunt enim, qui sola vtantur mulsa, tanquam huiusmodi existat.*

*δεοκαρτερέοντας, id ẽ media sponte tolerantes.

Dicere καταγνοῦσθαι, id est summe imbecillitari a mulsa, & mulsam nullo pacto nutrire, vel exigue, idem non est: quippe cum tria hæc inter se distent. Nam, quæ vires imminuunt, vt sanguinis eruptio, deiectio superflua, sudor immodicus, & per accidens cibi abstinentia, summe imbecillitare dicuntur. At quæ nullo pacto nutriũt, vt aqua, ea virtutem neque summe imbecillitare neque roborare quispiam vere dixerit, nisi id aliquando per accidens contingat. Aqua siquidem non vt alimentum vires recreat, sed bene vt medicamentum, ad temperamenti symmetriam, quæ propter ipsius immoderationem imbecilla sunt, reducens. Tertio deinceps loco sunt, quæ exigue nutriunt: quibus qui tantummodo vtitur, tametsi interire possit, non tamen tanquam vires imminuentibus, sed tanquam eas non, quod satis sit, roborantibus. Quo è genere est" mulsa. Nam, siqs diebus quatuor cibo priuatus interire deberet, is mulsæ vsu non quintum modo, verum quoque & sextum attingere posset. Sermonem hunc & de melle intelligas. Nempe mellis naturã & mulsam ipsam inter modice nutrientia facit. Nam humiditatem" non modo Hippocrates, verũ quoque & medicorum probatissimi ferè omnes, cibi vehiculum non cibum censuerunt. Hæc sanè eadem, quæ nunc dicuntur, de mulsa & melle scripsit non obscure Hippocrates in sequentibus.

A.li.4.f.1. t.2.c.8. fo. 419.g

In lib. de Alimẽto in fine.

18 *Sed hoc ita non omnino habet.*

*ἀποκαρτερεῖν τας.

Non omnino siquidem verum est *ægros ipsos propter mulsam mortẽ obire, moriuntur etenim, & si aquam solam biberint: sed, quòd exiguam corpori præstet alimoniam, ob id solum vitã seruare non sufficit: quod etiam accidit, vbi quis ptisanæ cremorem solum perpetuo sorbeat.

19 *Sed mulsa, quam aqua multo potentior est sola epota, nisi aluum perturbet.*

Indicare videtur per hanc vocem, potentior, quò & aqua aliquam nutriendi uim habeat: euenit autem eo, quòd corporis ventriculi ariditas irrigatur, vt diu, qui aquam bibant, magis durent, quam qui nihil assumunt. Secure autem, nisi aluum perturbet, addidit, de mulsa sermonem faciẽs, illos. n. iure peius habere facit propter euacuationem, quibus aluum perturbat: simulq; verbum id, perturbat, immoderatã significat excretionem & non mediocrem. Scire quidem oportet mulsam crudam aluum magis soluere, coctam autem bene, magis nutrire. Hoc autem obiter à te sit cognitum. Videamus autem, quæ deinceps scribit, vino mulsam comparans.

20 *Cæterũ vino albo tenui paucifero & inodoro, quodã modo fortior est, & quodã modo imbecillior.*

Sunt, qui dictionem scribant sine hoc verbo, est, hoc pacto: Cæterum vino albo tenui paucifero, & inodoro, quodam modo fortior, & quodam modo imbecillior: Alii pro, quodã modo, legunt, interdum, ad hunc modum: Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro, interdum quidem fortior, interdum autem & imbecillior. Sed ex omnibus vis est eadem, atque idẽ intellectus. Nam Hippocrates mulsam vino huiusmodi quadantenus fortiorem, & quadantenus imbecilliorem dicit feci autem mentionem vini huius in ea, quam de vinis feci, tractatione. Quod tanquã nescientis vice functus Hippocrates subticuit: sed nunc quædam manifestauit, tum substantiam memorans ex hoc verbo, tenui, tum virtutis imbecillitatem, cum adiecit, oligophoro, id est paucifero. Vocatur siquidem oligophorum siue pauciferum, quod, vt* bibatur, minima eget aquæ mistione. Contrario autem modo polyphorum vel multiferum appellatur, quod, vt bene temperetur, multam exigit aquam: æquiualenter dixeris, quod aquæ multum sustinere possit ad bene tẽperatam mistionem. Quod vero pauciferum appellatur, id exolutum imbecillumque & ad potũ inutile redditur, si multa dilueris aqua. Atqui, quæ in vino hoc est carentia odoris, ea imbecillitatis frigiditatisque efficacissima existit nota, quippe in hoc aquæ est assimilis: non secus, quã fortis odor efficacissimum roboris signum. Vinum siquidem aquosum leuissimam in ligno vitis habuit transmutationem: leuissimam quoque, & elementi terrei permistionem, ita vt aqua sit, quæ tum paulum terræ calidæque substantiæ assumpserit, particepsve fuerit, tum leuissima in horum cõiũctionem indiguerit confectione. Contrarium autem tum vinosum tum multiferum, neq; à leui confectione tale efficitur, vtpote quod ab aqua longissimo recedat interuallo. Qua de causa in

*κραθῆναι, i. temperetur.

signem

A ſignem conſecutum fuit,tum calorem,tum odorem.

21 Multum tamen differt & vini,& mellis meracitas,ad vtriuſque robur. Nam ſi duplam vini mẽ ſuram ad mellis delictum quis biberit,à ſolo nimirum melle validior longe reddetur,niſi ventrem tur bauerit. Nempe multo plus ſtercoris deijcietur.

Si mulſæ,& non mellis dixiſſet Hippocrates,* manifeſtius enunciaſſet. Nam de mulſa hucuſque egit,ipſamque vino ex aqua diluto comparauit,neque ipſam per ſe. ſed,vt iuſta fieret cõparatio,ob id ſermonẽ ſuũ ad mel vinumq; reuocauit. Sunt aũt,q in huiuſmodi comparationibus nõ reliquos modo volẽtes,ſed ſe ipſos quoq; inuitos circũueniãt fallãtq;. Cæteri meraciora puriora que experti,non puris ſolis,ſed quouis modo tẽperatis illorũ vires adaptant. Non ſecus alij aquoſiora experti,ex illis de oĩbus quoquo modo temperatis ſententiã ferunt. Non ita tamẽ de rebus iudiciũ eſt faciendũ. At,ſi iuſtam facturus ſis de ipſis comparationem,mulſam ad eorũ, q̃ bibuntur,vinorum temperaturam in aquæ ꝓmiſtione,ita ex proportione exiſtimabis,vt vinũ non meracius,& mulſa aquoſior fuerit. Sed,qm̃ in miſtione proportionẽ exacte ſeruare difficile eſt, ob id ad ea,quæ vere immiſta,& proprie ἄκρατα,ideſt pura,appellantur,tranſtulit ſermonẽ Hippocrates,vino nullo pacto diluto mel ipſum comparãs. Aitque duplum vini epotũ minus alere,q̃ mel B lis ſimplũ. Verũ,quoniã plura vinorum genera exiſtunt,non,q̃ fortia ſunt,caputq; feriunt,& deſipientias creare poſſunt,in hoc exprompſit ſermone,ſed vinũ imbecillũ aquoſumq;:melq; ipſũ huic cõparans plus alere enũciauit. Cæterum,cũ vini duplo mel dimidium cõparare voluerit,nõ quòd ſolum vtrunq; ꝓ ſe,& citra aquæ miſtionem æger ſumere debeat,aſſeruit:ſed,ſi poſt vtrunque dimenſum,proarbitrio ingerat,non minus differt. Poteſt ſiquidem, ſi res tulerit, mellis cyathum vnũ vel ꝓ ſe accipere,vel aquæ,quantũ volet,miſtũ ingerere,atq; id quotidie bibere: vel de nuo uini cyathos duos diebus ſingulis,vt volet,aqua temperatos. Tali ſiquidem experimento,tũ in plurimis ſimiliter in cæteris habẽtibus hoĩbus,tũ ẽt in vno magis,per idem temporis ſpatium cognoſcetur exquiſita vtriuſque facultas. Si.n. mel nõ ex naturę proprietate ventrẽ turbat,q mel le vtuntur,diebus pluribus abunde ſufficient . Si ergo res ita hẽt,cur in principio orationis dixit Hippocrates,Cæterum vino albo tenui paucifero,& inodoro interdum fortior,& interdũ imbecillior eſt mulſa? Non.n. interdum fortior,& interdũ imbecillior,ſed ſemper fortior ſecũdum nuper dicta vr̃. Qm̃ prius, q̃ de comparatione iuſta diſtinxiſſet,docuiſſetque citra diſtinctionem ab ſoluto ſermone,bene & ſecure dixit,Inuenietur mulſa vino quadantenus fortior, & quadãtenus imbecillior. Si.n. temperamenti vtriuſque analogiã qs non diſtinxerit,interdum quidem imbecil- C lius vinũ,interdum & mulſa,eſſe videbitur. Verum,ſi hæc diſtinxeris,vt eſt dictum: atque eã,quã mel in uentre facit turbationem contemplatus fueris:mulſam ad nutriendum validiorem ſemper deprehẽdes: q̃ vinum eadem proportione dilutum temperatumque. Quòd ſi & ſtercus, quod ex mulſa ita moderatum excernitur,vt virtutum non exoluat,adnotaueris,tibi etiã magis ex mulſa copioſior videbitur nutritio, q̃ ex vino. Nam,& ſi duplum exeat ſtercus,laborans tñ pluribus ex diebus mulſa ſufficiat,certe ad nutritionem mel vino tum potentius,tum validius videtur.

22 Mulſa tamen poſt ptiſanæ ſorbitionem epota valde replet, inflat , & hypochondriorum viſceribus eſt inutilis. Sed,ſi ante ſorbitiones bibatur, non vt ſuper epota lædit,ſed iuuat.

De ordine ait Hippocrates: quẽ in vſu mulſæ ptiſanæque qs optime ſeruare debeat. Verũ vno mulſæ ptiſanæque edoctus exẽplo,vniuerſalẽ hũc accipe ſermonẽ . Nã perpetuo prius ingerẽda ſunt, q̃ & facilius corrumpũtur,& q̃ ſubducũtur magis,poſterius verò cõtraria. Ptiſana autem , ꝓ mulſa difficilius corrumpitur,& deſcẽdit tardius. Si ergo mulſa primo ſumpta fuerit, ex ea quædã ptiſanæ ad deiectionẽ fit prouocatio: verũ,ſi ptiſana primum ſumpta fuerit: ſubduci mulſa prohi- D betur: inflabit hypochondria: atque tandem in bilem conuerſa,ptiſanæ detrimentum affert.

23 Cocta autem mulſa,facie quidem cruda longe eſt melior: ſplendida ſiquidem,& tenuis,& alba,& pellucida exiſtit. Sed,qua ab ea euariat virtute,non habeo: Neque enim eſt ſuauior,ſi mel bonum fuerit,imbecillior tamen,& minus ſtercoris habens: quorum neutrosvt auxilietur,mulſa opus habet . Cocta tamen probiſſime,vtendum ſimel vitioſum fuerit,impurum,nigrum,& mali odoris: nempe coctura plurimam malignitatum turpitudinem tollit.

Tota dictione coctæ crudæque mulſæ differentias docet Hippocrates: ſed nullam deſiderat expoſitionem.

In aliquib. antiquis cod. legitur ἀσαφέστερον .i. obſcurius.

DE OXYMELITE.

24 Oxymeli vocatum potum ſæpius quidem in his morbis commoditatem habere reperies. Nam ſputum educit, & facilem reddit ſpirationem.

Καλούμενον, ideſt vocatum, aut quod vocatur, & καλεῖσθαι. vocari, atque his ſimilia adiicere Hippocratem

pocratem non ignoras:interdum quidem ꝙ hæc appellatio Græcis omnibus nullo pacto vsitata E
sit,interdum verò si improprie dicatur:atque interdum ꝙ artificiosum quippiam demonstret, vt
ἐπὶ τῶν κροταφίτων, καὶ μασητήρων μυῶν, ideſt tẽporalibus,& masticatoriis musculis,declarauimus.Sed,
ꝙ attificiosum nihil indicet oxymelitis appellatio,constat omnibus.Appellationẽ igitur ex adie
ctione τοῦ καλουμένου, vel dãnauit, vel tãquam inusitatã indicauit.Potest autẽ & vtrũque feciſſe,nã
forsan tunc primum in cõmunẽ cẽpit vsum venire.Forsan & vocẽ damnat,tãquã ex solis aceto,"
& melle constare medicamentum explanantẽ,vel tanquã mellis differentiam indicãtẽ: quasi ita
quispiã diceret;† Mel aũt acetũque tali sunt prædita facultate.Ergo de verbi huius καλουμένου adie
†Græcè τὸ δὲ μέλι τοῦ ὀξυδύναμιν ἔχει ἰσχὺν δέ. i. Melautem quod acidũ est tali est præditum facultate.
ctione nemo ignorat:quapropter ad id,quod vtile est,descendamus.Non.n.ex aceti mellisq; mi-
stione tm̃ oxymelitis est cõpositio:verum ex mulsa paulũ aceti accipiente.Sed melius est, vt con
coquatur: nempe virtus aceti ita coctura imminuitur, vt mulsa paulũ aceti accipiẽte.Sed melius
est,vt concoquatur:nempe virtus aceti ita coctura imminuitur,vt mulsa quidem ab eo,cui misce
tur,auxilium sumat,offensam autem non habeat.Auxilium autem in orationis exordio enuncia
uit,atque ab his enunciabit:offensas verò ad dictionis totius calcem adijciet. Dictum est igitur in
exordio,Sputum siquidem educit,& facilem reddit spirationẽ.Quæ autem deinceps sunt, dictio-
nes secuti, ab eo discemus. F

A.l.3.f.10 t.5.c.1.fol. 272.d

25 Tempora verò hæc habet.

Καιρούς, ideſt tempora,dixit,vel tempora,quibus ex cõsuetudine vtendum sit,vel tempora,qui-
bus iuuare soleat.Nempe & in hoc significatu καιρου̃, ideſt temporis, appellatione interdum vti
Hippocratem ostendit.

*ὀξύ, i.acidũ, & sic ubique.
†τὰ ἐγκέρχνοντα.
† διαπτερώσεως.

26 Quod valde acre existit,nihil mediocriter in ÿs,quæ non facile educũtur,sputis efficiet.Nam,si † quæ detinentur }educeret,gutturque lubricaret,& veluti † gestientem redderet.}pulmonem certe leniret:nempe ipsum molliret:quæ si contingerent,maxime prodesset.Interdum verò accidit,cum valde acre fuerit,vt sputum non educat,sed viscosum reddat,afferatque detrimentum.*

In quibus acri oxymelite vtendum sit,in iis fieri aliquãdo ex eo offensam docet Hippocrates.
Nempe,in quibus nemo prorsus tali,qd̃ acre est,medicamento vteretur,tales recensere offensas
superfluum est.Neque.n.simpliciter de acri oxymelite sermonem fecit, sed aduerbiũ hoc κάρτα,
ideſt valde,adiecit:quod λίαν & σφόδρα, ideſt admodum,vehementerque,significat.Tale igitur oxy
meli nihil mediocriter in crassis glutinosisque pulmonis sputis efficere cõsueuit, in qbus eo solo G
quispiam vtatur,sed ea vel secat,detergit,educitque:vel facere id non valens,exiccat.Nẽpe,vt hu
iusmodi medicamentum secandi vim hẽt ita & exiccandi:vtimur aũt eo in crassis pulmonis spu-
tis non tanquam exiccante (nempe hoc pacto detrimentum afferret) sed tanq incidẽte,& deter
gente.Cum igitur hæc facere non valet,tm̃ abest,vt vtilitati sit,vt etiam maxime noceat:sed, qñ
neque secat,neque detergit,in sequentibus docebit.Volo aũt impræsentia de ea,q̃ in multis repe
ritur libris,scriptura agere.Non.n.per σ,secundam huius nominis μέσον, ideſt mediocriter, sylla-
bam,sed per ζ,scriptam inuenimus,vt dictio tota talis sit, τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν, ideſt,
quod valde acre existit,nihil insigne efficiet.Sed id falsum est:nempe inferens magnum aliquãdo
fieri ab eo iuuamentum,ostendit interdum,& detrimentum.Quare perpetuo insigne quippiam
facit,& nullo pacto leue,parumque.De quo autem est verum dicere,quòd perpetuo magnum,
vel malum,vel bonum facit,de illo melius nihil mediocriter ab eo fieri quispiam dixerit.

27 Potissimum autem ita afficiuntur,qui maxime pernicioſe habentes,neque tussire,neque quæ intus continentur,excreare possunt.

Sputa crassa vehemẽter glutinari, nihilque ab exhibito,quod acre sit,oxymelite iuuari,ait iis H
contingere,qui maxime pernicioſe afficiũtur,ideſt quibus crudus supra modum existit morbus:
nempe hi nihil expuunt.

28 Cum hæc ita habuerint,vires hominis perpende.Nam,si de eo speraueris,dabis.

Postea quam eos,qui maxime pernicioſe ęgrotant,ab acri oxymelite nihil iuuari prædixit,pau
cique ex ipsis adiuti liberantur,ob id,& ipsius, quod rarenter contingit,nõ tacuit auxilium. Fit
autem auxilium huiusmodi ab acri supra modum oxymelite,cum ægri vires valent. Nempe, si
nõ valent,non secabit,sed,quod glutinosum est,glutinosius reddet: vel dissecabit,abstergetque,
verum subitam vniuersamque tum eductionem,tum vacuationem,quam molietur,non sufferẽ
te natura,continget strangulari hominem.

29 Cum autem dare volueris,perquam tepidum paulatimque,& non affatim dabis.

Si æger ob sputorum,tum crassitiem,tum viscositatem nihil expuerit, virtusque valida fue-
rit, oxymeli dari iubet valde acre, paulatim & ἀκροχλίαρον, quod est ἄκρως χλίαρον, ideſt perquam
tepidum. Id autem calidi frigidique exacte est medium. Nam,quod vehementem habeat facul

tatem

A tatem,propterea copioſe ipſum vno hauſtu offerre veretur. Pari modo,& æſtate frigidum porri gere,vt antea præcepit,ideo timet,quia tũ pleuritides,tũ peripneumonię,in quibus nihil expuitur,incoctæ ſunt. Coctioni autẽ perpetuo calidum opitulatur confertque:frigidũ verò renititur, & aduerſatur. Cur ergo calidum ẽt oxymeli deuitat Hippocrates? An ob morbi malignitatẽ malumque morem,ne videlicet protinus ex tali potione cruda ꝓfiſtat affectio,hominemq; à calido oxymelite ſiticuloſiorem fieri cõtingat?nempe,ꝙ ſymptoma hoc viſcoſum reddat ſputum, excam,quæ ſuccedere poſſit,frigidique de neceſſitate ſucceſſuram,fugiat læſionem. poſuit. Totius ergo mediocriter tepidum eſſe oxymeli arbitratur Hippocrates, vtpote qui calidi

30 Quod aũt parũ acre eſt,os faucesque humectat,ſputum educit,& ſitim ſedat:qua occaſione hypochondrio viſceribusq; eſt beneuolũ,mellisq; inhibet noxas:nempe quod in melle bilioſum eſt caſtigat.

Poſtea,q̃ de ſupra modum acri oxymelite ſermonem abſoluit,ad id,qđ mediocriter acre eſt, trãſiit,humectare ipſum os faucesque,& ſputum educere,& ſitim ſedare,in textura orationis inquiẽs. Nẽpe.qđ omnia,quib⁹ iuuari ægritudines natæ ſunt,habet,id eorũ,q̃ nocere valẽt ob vim
B temperaturæ,nihil hẽt. Nã mulſæ tm̃ aceti eſt admiſtum, vt, qđ in ipſa biliosum ſit, queat ſuffi cienter χολάσαι: ideſt καθελεῖν & ταπεινῶσαι, ideſt caſtigare,inuertere,& ſupprimere,Nempe in quar to De ſimplicium medicamentorum viribus dulcẽ ſuccum acri maxime potentia aduerſari monſtrauimus. Cum itaque mulſæ facultas cætera quidem omnia,qui⁹ morbi huiuſmodi opus habẽt cõtineat:in vno aũt duntaxat contraria,ꝙ.ſ.ſupercalfacta ipſa bileſcat:migrationem ſane huiuſmodi permiſtio aceti cohibens,optimũ efficit medicamentum. Nempe minime ſiticuloſum erit:atque ob id ſputa,quæ non omnino craſſa glutinoſaque ſunt,facile educet: hæc autem, quæ duo numero exiſtunt opera,conſequitur partium oris facium q; humectatio. Qua verò occaſione hoc facit,ea tum lieni,tum hepati maximam affert commoditatẽ,viſcera innoxie expurgans.

31 Flatum præterea diſcutit,& vrinas mouet.

De mediocriter acri oxymelite adhuc differens,hæc protulit. Nam in pulmonis thoracisq; affectionibus plurimo eſt vſui,maximeq; inſignẽ hẽt patrocinatũ ob metricã illã aquę acetique & mellis permiſtionem. Tale ſiquidem oxymeli ſpiritum craſſum flatuoſum q; in hypochõdrio ſecat:flatusque abrumpens,vias oẽs expurgat:atq; ad vrinas,tũ ſeroſa,tum bilioſa agit excremẽta.

A.1.4.f.1. r.2.c.8.fol. 419.h

32 Sed partem inteſtini infernam reddit,humentiorem,facitque ramenta.

C Eam,q̃ ſupra id,quod ſecundum naturam eſt,innaſcitur partibus,humiditatem, πλαδον Hippocratem nominare neminem ex nobis præterit:hoc igitur efficere ait oxymeli. Nam, quicquid craſſi glutinoſique ſucci ſuperius infarcitur,id abradit ſecatque atque tãquam ad excretionẽ ſubducit:facile item & hac facultate abiecinore facit excrementorum eductiones,ita ut collectis ſuperioribus cunctis humiditatibus in inteſtinis ipſis,& potiſſimum infernis,ob multitudinem quidem innaſcatur ea,quæ ſupra naturam eſt,humiditas,ob qualitatem verò inteſtini abraſio:nẽpe, & oxymeli detergente prædictum facultate,tandem abradet inteſtinum. Eiuſdem quoque eſt facultatis,quod cum oxymelite deſcendit * chyloſum excrementum:quapropter,& ſine oxymeli te,ſi aliquando exuperauerit,inteſtinum abradet.

* In oĩb.antiquis græcis legitur χολῶδες .i.biliosum, & ita etiam hẽt vetus tralatio.

33 Interdum aũt,& in acutis morbis eſt inutile,& potiſſimũ,ꝙ non flatũ modo foras prodire uetet, verum quoq; & reuerti faciat. Præterea,& maxime vires imbecillitat,& extremas infridat partes.

In acutis interdum morbis abradi inteſtinum,bonum non eſt. Vlceratio.n.q̃dam ſuperficiãlis
D eſt ipſa ramentoſa affectio. Quæ cum talis exiſtat,ab irrumpentibus omnibus,& præſertim mordẽtibus, moleſtiam recipit inteſtinum. Quod affectum,niſi protinus mordentia excreuerit,ad re Naturalem ſiquidem functionem circumſtrictoriam ſortita ſunt inteſtina,vt in cõmmẽtarijs De facultatibus naturalibus eſt demonſtratum:ſed,quæ irrumpunt;à partibus, quibus continentur, reiici * velocitatis eſt opus. Cum igitur ſuperne motus exordium habet,q̃ continentur, deorſum hñt excretionẽ:verum,ſi motio inferne capit exordia,ſurſum feruntur. Quod ſanè in habẽtibus ſecundum naturam vſu venire vĩ,cum ſcilicet vniuerſum raptimque ſubeunte ad inferna inteſtina bile continemus excretionem,aut propter aliquam,q̃ prompta ſit,negocij curam,quæ interpellari non poſſit:aut ꝙ non prope ſit, quo venter exoneretur,locus. Nempe tunc recurrere,ſurſumque ferri bilẽ ita ꝓcipimus,vt nõ adhuc excerni poſſit. Sunt,quibus ex huiuſmodi bilis recurſu ſtomachus male hẽt:aliis caput repletur,& ob morſum dolet:alii patiuntur vtrũq;. Hoc igitur pacto ramentoſa in inteſtinis affectio deorſum interdũ excernit celeriter, ægrorum moleſtiam nequaquam ſuſtinens:interdum autem & à partibus inferioribus ad ſuperiores, vbi, quæ irrumpunt,non protinus ad ſedem prodierint,ſed is,qui ſedem circulariter ambit muſculus, tũ contractus, tũ recti inteſtini extremum ipſum obſtringendo complexus, principium motionis obſtri-

* vetus interpres legit, huius virtutis.

ctoriæ ex infernis partibus ad superiores fecerit. Ob eam igitur causam non flatus modo, uerum & excrementum in huiusmodi affectionibus reuertitur. Contingit autem & vires offendi ob eũ, qui in transitu ob ipso sequitur, morsum. † Nempe abradentia, tametsi, quod irrumpit, breuissimum habeat morsum, vehementer tamen infestant. Scimus autem dolorem omnem vires exoluere, atque ob id partes infrigidare extremas. E

†*Nempe quæ abraduntur, tametsi id qđ pertranfit, minimã habeat, mordicationẽ uehementer tamen infestantur.*

34 Et hæc sola, est quam nouerim, oxymelitis noxa, quæ scribi digna sit.

Oxymeli mediocriter temperatum, noxas omnes, quæ ex mulsa, vino, & aqua emergunt, effugisse paulo ante est monstratum. Si quãdo igitur nocuerit, solum nocet, ꝙ abradat intestinum: idq; facit in ijs, qui imbecillius habent natura, & pati idoneum intestinum. A.li.4.f.1. t.2.c.42. f. 424.h

35 Exiguum autem potionis huius nocte quidem & ieiuno ante sorbitionem dare expedit, quanquã & à sorbitione, modo longum interfit tempus, nihil vetet bibere.

Vbi facultatem, quam habet, percurrit, ad rationem temporis, quo maxime ipsum quis porrigere debeat, in præsenti peruenit: a †& potissimum, cum, qui oxymelite vti debet, is sorbitionibus alatur. Nempe, vbi quis non sorbitionibus, sed potione sola regatur, tempus in illis postea docet. Ait ergo in sorbitione vtentibus illud duntaxat obseruandum tempus, quo sorbitio ingeri debet. Ptisanæ autem cremor sorbitio est: qui, vt corpus alat roboretque, assumitur. Ad quæ confert, si nutritionis tempore solus in ventre contineatur: nempe antea didicisti cibos multiplices, & præsertim facultate dissimiles magnam progignere in ventre turbationem. Ob eam igitur causam non porrigendum oxymeli, nisi cremor concoctus fuerit. Qui si coctus fuerit, licet tum nocte, tum appetente die ante sorbitionem sumere. Tempus autem inter sorbitionem oxymeliq; medium satisfacit, b †si ptisanæ cremor vacuum simul, & purum ex ea, quæ ab oxymelite facta est, absterfione, ventriculum ingrediatur. F

A †Ex Græcis cod. & tralatione veteri clarius, & primo quidẽ tempue explicat, quãdo maxime quispiã ex ijs, qui sorbitionibus alũtur, oxymelite vti debeat: postea verò, licet non sorbitionibus, sed potione sola quis regatur tẽpus quoque quo illi exhiberi dẽat, docet.

36 Qui autem non sorbitionibus, sed potione sola vtuntur, his non semper oxymelite vti expedit, c †præsertim qđ, quòd intestina abradantur, fatiscant qđ, & succumbant. Nam, cum stercore uidua, & destituta sint, vacuæ item venæ, atque ablatę à melicrato vires, citius inducuntur.

Qui victus rationem non ex ptisana, sed ex potu solo, sibi instituunt, ijs non per totum morbum est conueniens oxymeli. d †ꝙ vehementius intestinum ipsum tum nudum, tum humore alio destitutum abradat. Nempe à ptisana quodam modo inungitur, vbi eam assumpserint, & cũ corpus nihil à mulsa auxilij acceperit. Mulsæ autem auxilium, quod corporibus affert, cum de mulsa ageret prædixit. G

B †Antiquatralatio hæc addit, quantitas duarũ horarũ, quod est, quia oxymeli præcedit ĩ hoc spatio, & penetrat pars eius ad uenas, & pars eius descẽdit: ita ut ptisanę cremor vacuũ simul, &c.

37 Quòd si potum hunc quidem multum per totum morbi tempus profecturum existimaueris, paulum aceti, tantumque, ut duntaxat sentiri possit, infunde: sic enim & iuuabit, & lędens, minimum lędet, & ea, quę oportet, prędabit.

Cum sitim quidem mulsa inferat, sputa autem in bronchijs pulmonis contineantur, vel glutinosa vel admodum crassa, tunc solo est vtendum oxymelite. Neque memoria excidat dicta hæc fuisse de ijs, qui solo potu sine sorbitione vtuntur. Si igitur, vt dixi, solo vtendum sit oxymelite, paulum aceti mulsæ infundere conuenit, vt aceti vsu commodoque fruatur: & fugiat, quod ab eo est, detrimentum. Sed acetum mulsæ commistum excoquere oportet, nempe hoc pacto ad nocendum imbecillius redditur.

C †Præsertim quidẽ ob abrasionẽ, vel exasperationẽ intestini: ei. n. sine stercore existenti magis vtiq; hæc inferat prędente vasorum inanitione, postea verò, quia melicrati ét vires auferat.

38 Vt autem in summa dicatur, quę ab aceto est acredo, picrocholis magis, quàm melancholicis, prodest. Amara siquidem dissoluuntur desciscuntq; in pituitam, cum ab aceto in sublime attolluntur. Nigra autem fermentantur, attolluntur, & multiplicantur: nempe nigra educit acetum.

Picrocholas naturas appellat Hippocrates, quæ amarum sibi contraxerunt succum, cuius generis est bilis flaua: his idoneum esse ait acetum, quod melancholicis aduersissimum existit. Nã & bilem nigram acidam esse contingit, cum. s. præter naturam habente corpore, e †& syncera, & impermista} fuerit. Nempe, cum recte valet, plurimum quidem prædictæ habet qualitatis, non tamen exquisitam ipsam. Reliqua dictionis manifesta sunt. Docet siquidem in ea, quo nam pacto acetum picrocholis, qui in temperamento calido cæteros vincunt, adiumento sit, vtpote quod frigidum sit. H

D †Tum quia, cum intestinũ nudum sit, id uehementius abradit, aptisana. n. quodãmodo inungitur, ubi eã absorpserint: tũ quia melicrati utilitatem corpus haudquaquam assumit.

39 Mulieribus autem longe magis, quàm viris, aduersatur acetum, nam vterum dolore afficit.

Quòd acetum suapte natura neruos offendat, testatur experimentum, & ratio demonstrat. Nempe exangues sunt, & ideo frigidi, facileq; ab ijs, quæ refrigerant simul, & tenues habentes partes, afficiuntur medicamentis. Læduntur præterea, & à reliquis refrigerantibus omnibus: sed, sub stantiæ aceti, quod tenuium est partium, in eorum mergitur profundum: atque in omnes ita penetrat partes, ut ne minimum quidem ex eis illæsum maneat. Sic igitur acetũ neruosas offendit partes. Vterum autem anatomici ferè omnes neruosum esse dicunt. Verum & absque eorum adnotatione, quã ex anatomica inspectione fecerunt, poteris & tu, de eo ratiocinatione colligere.

Nempe

κατακόρως.

A Nempe ad maximam laxatur molem,& ad minimam contrahitur:quantus etenim fętus fuerit, tantum ipſum perpetuo circulariter ambit:impleturque ſpatiũ omne ab eo,ẽt ſi fętus paruus fuerit vel magnus,veluti venter à cibis.Sed ventris non magna eſt ad contraria permutatio,vteri autem maxima:plurimum autem dilatari neruoſorum proprium eſt corporum,& non carnoſorũ.

DE AQVA.

40 Aquæ,quæ in acutis bibitur morbis,nullũ ſane aliud habeo,quod illi concedã officium.Neq; enim ĩ peripneumonicis tuſſim ſedat neq; ſputũ educit:immo cæteris minus,ſiqs aq̃ potione prorſus vtatur. Verum,ſi inter oxymeli,& mulſum paulũ aquæ inſtilletur, ob qualitatis potionũ trãſmutationẽ ſputum educit:nẽpe intus inundationem quandã parit.Alias neq;ſitim ſedat,ſed amareſcit:nempe ei,q̃ ſuapte natura biliоſus exiſtit,ea eſt biliоſa.Hypochondrio præterea eſt mala,atq; etiã peſſima biliоſiſſimaque,& vires maxime labefactat,vbi in vacuitatem venerit.Adde,q̃ lienẽ auget iecur q̃ vbi inflãmata ſunt,fluat q̃ & innatat:tarde ſiquidẽ meat,q̃ ſubfrigida,& incoctibilis fit, neque aluũ deiicit, neque vrinas mouet.Atque ex eo quoque nocua eſt,quod ſtercoris ſuapte natura expers ſit. Quã ſi pe
B *dib.frigentibus aliquãdo quis biberit,ea his omnibus multo magis nocebit,ad quodnis eorum venerit.*

* Al. pleuriticis.

A.li. 4.f.2. t.1.c.73.f. 445.g

* Al. ἐπιῤῥοφεύμενον, i. inſorbeatur.

Neq; incidendi vim aliquam hẽt aqua,vt acetum;neq; calida eſt, vt mel:qđ ſanè non calefacit modo,verũ quòque & detergit,ſecatque.Tarde igitur iure optimo meat aqua,difficulter cõcoq̃tur,atq; ægre deſcendit,q̃ q̃ alioqui,& optima ſit,& culpa oĩ vacet.Nam,q̃ vel limoſa, vel male olens,vel ſalſa,vel alterius cuiuſpiam medicamentoſæ qualitatis particeps exiſtit, ea nõ ſimpliciter eſt aqua,ſed cũ tali quadã permiſtione medicamenti:vt ſi mel vitioſum,vel ptiſanã, vel acetũ, vel vinũ,vel quippiam tale deſignaueris:non.n.ex illo genus totum culpabis,ſed id ſolum,ad qđ conuertis mentem.Cũ igitur ſuper ſingulis,de quibus enunciat Hippocrates, ſermo de optimis ſit,ita & nunc intellige,ſingula,q̃ dñr,ad optimã referens aquã.Ea aũt puriſſima eſt,& omni aliena qualitate deſtituta.Hęc igitur q̃ q̃ optima ſit,multo tñ tpe in ventriculo manet,fluctuationeſque plurimũ parit.Quo fit,ut,cum biliоſus ventriculus fuerit,corrũpatur & illa. Præterea, & cũ ex ventriculo ad ieiunum inteſtinum ægre perueniat,non facile diſtribuitur,neq; in hepar, & minus in renes,thoracẽ,& pulmonẽ.Quo fit,vt neq; vrinas mouere nata ſit,neq; ſputũ educere. Immo neque per totũ corpus molitur trãſpirationes:id nanq; ſubſtãtiæ,q̃ tenuiũ ſit partiũ,opus eſt,
C calidęque,nõ frigidę,& craſſarũ partiũ. Neq; p̃terea ſitim ſedat,q̃ in amplis,tũ vẽtris,tũ inteſtinorũ aĩalis inſtrumẽtis plurimo maneat tpe,neq; prorſus imas ipſorũ penetret partes,neq;ariditatẽ humectet.Quòd aũt non alat,antea eſt dictum:quo fit,vt neq; facultatẽ vitalem roborare poſſit. Atq; ea eſt cauſa, p̃ p̃ quã Hippocrates ad mulſam,oxymeli,& vinũ ſe contulit,in ægris ab aqua abſtinens.Iã igitur ob eas cauſas nunq̃ ea quis vtatur:vtuntur tñ & alij q̃dam medici,atq; ẽt Hippocrates:ſed hic minus,cæteri magis.Nempe,q̃ cæteris p̃perã vtantur,circumuenti,ad aquã ipſam recurrũt,q̃ nõ inſigniter,qđ p̃ter animi ſnĩp̃ ſuccedat habẽt,qñ ne virtutẽ quidẽ.Sic.n.Eraſiſtratus dicebat,Fortes,tum ciborũ,tum potuum facultates tẽpeſtiue q̃dẽ aſſumptę maximũ iuuamentũ:intẽpeſtiue verò maximam offenſam afferunt.Quem aũt vitioſum eſſe dico, tum oxymelitis,tũ mulſæ,tũ vini vſum,is quidẽ oritur,& ob repẽtinas mutationes,vt ipſe oſtendit,& magna ex parte ob ſyncerã,q̃ à medicis fit,p̃miſtionẽ.Cum igitur ſeni cuidã ægrotanti quotidie vinum aquoſum exhiberẽ,quidã,ex huiuſmodi medicis p̃ſens,me vini minimũ aquæ ipſi inſtillantẽ conſpicatus riſit,ægrũq̃ vinum non bibere,ſed duntaxat videre dixit,non ſane intelligens miſtionis vini,qđ gratia voluptatis daĩ,ad aliam aliquã eſſe ſymmetriã,& aliã eſſe eius, qđ ad opẽ ferendã
D miniſtratur.Nam vini omnino minimũ veluti * exiccationẽ quandam,q̃ ad diſtributionem aquã trahat,permiſcemus,quo duntaxat aquæ tollamus ſynceritatẽ, non autem aquam vinum faciamus.Sũt autem plerique ex ſanis,qui vinum aqua dilutũ bibãt,in his aũt aquã guſtatu ipſo euincere non oportet,ſed vinũ:in ægrotantibus uerò ad huc magis,† ita ut pauca ſit uini repræſentatio.Sic& de oxymelite paulo ante dicebat,aquoſũ laudans:q̃ item tutius quiſpiã ea uteretur,quę aquoſa eſt,mulſa.Nam ſyncera puraque niſi uentrem ſubducere anticipauerit,magis nocebit, & potiſſimum in amaræ bilis hominib.& illis,quibus p̃ter naturam tumefacta ſunt uiſcera: in quib. & aqua detrimentum affert,cum plus iuſto in hypochõdrijs morata bileſcit.Nempe & p̃ter hæc oĩa,q̃ habet mala,ſtercoris adhuc expers exiſtens,nullo pacto aluum ſubducit.Aquam autem in principiis acceſſionum potam lædere,(qđ manifeſtauit,cum dixit,quam ſi pedibus frigentib. q̃s aliquando biberit,ea his omnibus multo magis nocebit) eorum eſt,quæ omnibus,& tota,& certa,& confeſſa ſunt.Quando igitur bibi idonea eſt aqua? Cum ſcilicet potu ſolo æger uſus fuerit, nondum accepto ptiſanæ cremore: tunc enim in potionum aliarum medio aquam tempeſtiue quis ingeſſerit, & præſertim cum ſiticuloſus æger fuerit: nempe eam πλημμυρίδα quandam, ideſt humidi cuiuſpiam copiam facere ait. Quo fit, ut inter mulſam oxymelique parum aquæ exhibeat, quod iis, quæ expui debent, conferat ad humectationem.Immo, & cum uinum grauiter

* Al. manum.

† *Addendum uidetur.Dilutum conuenit.*

nocet,tunc aquam propinant.Quo nam autem pacto id enũciaturus sit Hippocrates,audiemus. E

41 *Cum verò in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem mentis læsionem suspicatus fueris, à vino penitus est abstinendum;aquam ģ tum dare oportet,vel vinum aquosum,*flauumque,& prorsus inodorum;atque ab ipsius potione,aquæ exiguum superbibendum,nam hoc modo vini potentia caput mentemque minus tentabit.*

*κιρρὸν, quod superius uertebat fuluũ,Gellius Giluũ uertit.

Mens tentari lædiq́ue dicitur,cum æger febre corruptus desipuerit.Nunc ergo mentis lęsionẽ desipientiam dicit:in qua vino abstinẽdum p̃cipit.Pari modo,& in vehementibus capitis doloribus.De vtroque antea est dictũ.Sed impræsentia,vbi in prędictis symptomatis à vino oĩno absti nendum p̃dixit,cõsequenter aquosum* flauumq́ue oĩno,& quod odore careat,dandũ ait.Aquosum quidẽ,& inodorum dare bene dicitur,sed* flauum non admodũ recipio:nam ad ea aquosũ album melius existit.Etiam verò in eam gratiam,cum vina talia sunt, superbibendam confestim aquam tutius præcepit.Minus enim (inquit) vini robur,quod vehemens est, caput mentemq́ue tentabit,ἅπτοιτοquidem verbo vsus sibi ipsi vsitato consuetoq́ue , quo ἀψίντων φρενῶν.id est mentis læsionem,ab huiusmodi verbo,quod ἀψεως nomine hominibus vsitatius est,sese fecisse ostẽdit;caput autem mẽtemq́ue vino tentari ait,quòd propter caliditatem celeriter ad caput feratur,feruẽtesq́ue in corpore secum ferat humores. Qua autem ratione caput male afficit,ea & mentem:nã in capite sapere ipsum situm est,& ea animæ pars,quæ ratiocinatur. F

42 *In quibus autem maxime aqua vtendum sit,& quando valde multa,& quando modica, & quãdo gelida,& quando calida,partim quidem antea dictum est,partim verò suo tempore dicetur.*

Erasistratus quidẽ in libro De febribus malitiosẽ satis criminatur Hippocratẽ,discipulos ipsius propè accusans Apollonium,& Dexippum:quos ait cereos cyathos duodecim in sextantali co tulæ cyatho effinxisse,atque vnum exillis,vel duos febrientibus admetiri. Verũ Hippocrates nõ hic solum,verũ quoque &in ante dictis potionibus omnibus,copiosius largiusve manifeste vti visus est.Quod & in præsenti dictione liquido ostendit inquiens,In quibus aũt maxime aqua vtendum sit,quando valde multa.Nam & τὸ κάρτα ἀπολλῶ,τὸ λίαν πολλῶ,ideſt valde, & supra modum multa significat:sed sanè satis erat dicere multam aliquando dari aquam,sine adiectione aduerbij huius κάρτα,in ostensionem malitiæ Erasistrati,qui de Apollonio,& Dexippo mentionem facit,nec vllum horum librum ostendere potest:nec Hippocratem ipsum intelligit aperte dicẽtem , Et qñ vtendum valde multa.Quin etiam & superiore oratione mulsam inter oxymelique aquam porrigens vtilem esse ait,quò πλημμυρίδα, i.humiditatis abundantiam parit.Scripsit,& antea de mulsa & oxymelite aquosis,quod os humectant,& vrinas cient,nõ vtiq; cyathũ horũ porrigẽs,sed quãtitatẽ insignẽ,qua & os humectari,& vrinæ cieri,&,q̃ pulmonẽ infestent,expui possint.Præterea & de oxymelite ita scripsit,Quod si potũ hoc & q̣dem multum per totũ morbi tẽpus profuturũ existimaueris,adijciens hic multum.De malitia itaque Erasistrati aduersus Hippocratẽ dicta hæc sufficiant.Cæterum recordemur Hippocratem,quo modo ante,ita & nunc , polliceri se in morbis singulis propriam facturum doctrinam:cum hoc in loco victus instituendi artem non sufficiẽter conficiat,sed vniuersalia sola in exemplo morbi vnius,scilicet pleuritidis,prosequatur. G

43 *De reliquis potibus,cuiusmodi est hordeaceus,& qui ab herbis viridibus,vua passa,vinaceis,piris,vnico,myrtis,punico,& alijs parantur,cum horum aliquo vti tempestiuum fuerit , in morbo ipso scribetur,vbi & de compositis agetur medicamentis.*

* tritico.

Habet quoq; suam,& hæc dictio doctrinæ alterius,quæ de morbis singulis sit,promissionem. Verum,quicquid sit,liquido constat,vel libros,qui de singulorũ acutorũ morborũ curatione ab Hippocrate scripti sunt,non extare,vel prorsus nõ scriptos.Hi siquidẽ,qui nunc circunferuntur, p̃stantiæ Hippocratis nõ sunt:hñt tñ multa,quæ mentẽ ipsius oleãt;veluti,& q̃ huic libro adiacẽt ab eo,q̣ de balneis est,sermone.Sed,vt dixi,de singulis in horũ expositione cõmodius differem. H

* ἄμενα.

† ὡς ἐν ταῖς οἰκίαις ἐτιθερμαινομένου τοῦ ὕδατος ἐν λέβησιν εἰτ' ἐγχεομένου τῶν ἐμβάτων ταῖς πυέλοις, ἔνδεξιν ἔχει. quorũ uerborũ sniam optime uidet expressisse uetus tralatio.significãs,quod hies adhoc,qñ uolebant balneari, calefaciebant aquã invasis,& fundebant eã in tinã. deinde sedebant in illa ina.

DE BALNEIS.

44 *Balneum in plerisque morbis confert,in his quidem perpetuo,in alijs vero non.Est ģ quando minus vtendum sit,quòd imparatum homines habeant:nã in paucis domib.parantur*necessaria,reperiũturque,qui rem,vt oportet,curent.Quòd si exacte quispiã non lauetur,non mediocrem incurret noxã Tecto siquidem est opus quod fumo careat;copiosa item aqua , & crebra lauatione , sed quæ immediocris non sit,nisi res ita postulauerit.*

Balnea huiusmodi,tẽporibus Hippocratis nondum parari videbantur . Nempe dicere paucis in domibus parari*necessaria,& reperiri,qui rẽ probe curent,opusq́ue p̃terea tecto esse nõ fumoso,copiosa aqua,& quęcunq; deinceps dixit:† quòd item in domibus calefiat adhuc intra lebetes aqua,labrisq́ue infundatur:argumentum habet.Quòd autem in fine dictionibus ait,crebra opus esse lauatione,sed quæ immediocris non sit,nisi res ita postulauerit,si vtique memoria non exci-

dat,

A dat,in ſequenti doctrina obſeruabimus.Nam ipſe dicet,qui nam ſint,qui immediocri aliquando egent lauatione:id autem eſt,cum æger multa,dū lauatur,perfunditur aqua. Quòd ſi dicere ipſe non videatur,nos ipſi non ſimpliciter quidem neque vt inciderit,ſed cum eorum,quę ab ipſo ſcribuntur,conſequentiæ obſeruatione percunctabimur.

45 Et magis quidem non abſtergendum eſt: Quòd ſi aliquando abſtergendum ſit,calido aliquo atq; multiplici plus,quam exiſtimetur,vtendum abſterſorio,perfundendaq; aqua non pauca, & celeriter poſt perfundenda.

Nullus æger,cum lauatur detergi expoſtulat,niſi ſordidus ſit,& pruritu vexetur.Nempe, quī ægrotant,aqua citra laborem oēm,læſionemq; prolui debent. Deterſio aūt purgamentis fit tum mordentibus,tum ſiccantibus: quo fit,vt ea,tum virtuti,tum vſui balneorum aduerſiſſima ſit. Si vero æger detergi debeat,vel propter ſordes, vel propter pruritū, nim medicamenti deterſorij multa admiſta aqua,immiſſo quoq; oleo,exoluere oportet.Quocirca inquit Hippocrates, Atq; multiplici plus,quam exiſtimetur,id eſt,quam ſanis conſuetum ſit vtendum abſterſorio.Non.n. ſubſtantiam medicamenti a ſterſorii in ægris multiplicem accipiendam p̄cipit,cū non * abſter-
B gendum eſſe magis,quam abſtergendū velit:ſed deterſorii quantitatē in ęgris multiplicem fieri iuber per aquæ adauctionem.Ea ſiquidem ratio detergentia quoque vitare præcipit non excitāte,vel ſorditie,vel pruritu, acribusque ipſis,& ſynceris non utendum. Sicut autem multitudine aquæ admiſtæ exoluit detergentis medicamenti acrimoniam, eodē modo totius deterſorii vim exoluit,ſuperinfundens ſtatim multam aquam calidam puramque,atque deinceps aliam.

* ὡς γε καὶ τὸ μὴ σμηχεσθαι μᾶλλον αἱρεῖται τοῦ σμᾶσθαι, cū nō abſtergēdum eſſe magis,quam purgandum velit. vt σμᾶσθαι, hoc eſt purgare,leuiter ſitde tergere, σμηχᾶσθαι autem detergere per medicamētū.

46 Via ad ſolium breuis ſit.

Cōe,id eſt,ſiue in balneo hoīem laueris,ſiue in domo aliqua extruxeris pyrā, & labrum aqua impleueris.Quod & nunc in caſtris fit ſæpius,cū lauari quempiā deficiēte balnei loco oportet.

47 Faciliusque tum ingreſſus, tum egreſſus.

Prorſus ſiquidē citra fatigationem laſſitudinemq; ægrū ſeruare iubet: atque ob id ſolium faciem,tum ingreſſum,tum egreſſum habere uoluit. Id proculdubio fiet,ſi paries, qui aquam continet,neque ſublimis,neque anguſtus fuerit.Maxime autem laudabile,& à labore omni alienum eſt,quod in aquarum ſponte naſcentium conficitur lauacris. Nempe ſolia humilia ita,depreſſaq; propè omnes conficiunt,ut nihil folij pauimento,quod prope eſt,emineat.

C *48 Qui lauatur,componat ſeſe,taceat,& nihil agat,ſed cęteros,tum perfundere,tū abſtergere ſinat.*

Hæc quoque prædictis ſimiliter,ut æger non laboret,conferunt. Nempe & ægrotantis quies, ut corpus in balneo, tum laxius, tum mollius reddatur,eſt idonea. Nam cum mouetur corpus, muſculi tenduntur,tenſi uero,minus tum molliuntur,tum relaxantur.

49 Multę quoque aquę miſturę parentur.

Cum Hippocrates inquit,καὶ μετακέρασμα πολὺ ἡτοιμᾶσθαι,i.multæ quoque aq̄ miſturæ parentur, poteſt vnico legi verbo μετακέρασμα,atq; intelligi hæc præpoſitio μετὰ per ſe, & ſeorſum κέρασμα. Nam Hippocrates non in hoc ſolum libro,verū & in aliis,Ionum more per defectum vti præpoſitione μετὰ, videtur. Plene enim atq;integre,ita legetur,καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἡτοιμᾶσθαι,i.multæ quoque poſt hæc aquæ miſturæ parentur.Siue autem quis vno intelligat verbo μετακέρασμα,ſiue diſtinguat diſtrahatque pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, vna eſt dictionis vtriuſque intelligētia: vult ſiquidem miſturam parari,eum,qui in labro lotus eſt,perfuſurus:quod medici huius temporis omnes efficere cōſueuerunt, cum ægrum lauerint. Neque enim in ſolium frigidum ingredi p̄mittūt ſed tepida perfundunt aqua. Alij labra tota aqua huiuſmodi replent. Nam,vt corpus,tum laxius, tum rarius,calida lauatione eſt redditum:ita rurſum quiete paulatimque contrahere ipſum,& co-
D gere,& denſare in aīo habet:Nēpe id ad virtutis robur confert,vt non facile homo lædatur,* niſi * Al.ſi. ſubita quædam in ambiente aere fiat ad frigidū permutatio.Ob id,qui recte valent,à balneo calido ſeſe in frigidam proijciunt aquam.Sed,qui ægrotant,contactum frigidæ non ſuſtinent citra lęſionem:quapropter frigiditatem calidæ miſtione frangimus.Miſtionis autem quantitatem inueniemus,in primis quidem,ſi corporis affectionē inſpexerimus:deinde & propriam laborantis naturam, ætatemque, & anni tēpus,& regionem,& præſentem cœli ſtatum. Melius autem faciēt, qui à calido balneo tepidas non minus trium generum aquas, quæ inter ſe differant, parabunt: vt prima quidem admodum tepida ſit, ſecunda uero minus: & tertia adhuc, quæ magis ad frigidum declinet. Tale autem quippiam uelle uiſus eſt Hippocrates, cum præcipit miſturas parari. Nempe, quod paratur, id non ſimpliciter modo multum,uerum & multiforme eſſe eſt melius,ut paulatim à calido ad frigidum procedatur, cum ſubitam ad contrarium mutationem æger non ferat.

50 Celeresque faciant perfuſiones.

Ταχείας,i.celeres,referre oportet,non ad eam ſolum,quæ in perfuſione fit, actionem: verum

quoq; & ad illud, quod actiones interiacet, ſpatium ut primam inter perfuſionem, ſecundam q̃; E
parum ſit interualli. Quòd ſi quis proprie nominauerit, non ταχείας, id eſt celeres, ſed πυκνὰς, id eſt
frequentes, dixerit. Quanquam apud veteres vſus horum nominum πυκνοῦ & ταχέος, confundatur; nam aliquando πυκνὰς, id eſt frequentes actiones, ταχείας, id eſt celeres vocant.

51 *Vt ſpongiis pro ſtrigili utantur.*

Neque ſtrigilibus in ægris ipſis, neque ſpongia, medici huiuſce temporis vtũtur, ſed à balneo
ταγνάπτους. eos linteo contegunt, alij veſtibus, & potiſſimum * puris, vt plurimum ſudent, obuoluunt. Sed
non ſemper ægrum ipſum à balneo copioſe ſudare conuenit. Nempe ſæpius laborantem ad
balneum non vacuandi corporis gratia ducimus: ſed prorſus contrariam ob rationem, vt ſcilicet humectetur, madeſcatque, quòd immoderatius exaruit. In talibus igitur, neque intus in balneo ſunt expectandi ſudores multi: ſed quàm citiſſime labri aquam ingredi, & poſtea egreſſos reſiccare expedit.

52 *Et non valde ſiccum perungant corpus.* F

Oratio hæc ſuccedit quidem huic, Et ſpongijs pro ſtrigili vtantur. Sed, qui ſermonis proprietatem contemplatus fuerit, is de vnctionis in balneo vſu intelliget, ne eorum, quæ de neceſſitate dicenda ſunt, quippiam prætermiſſum eſſe videatur. Nam vbi poſt balneum ſpongia aquam deterſit Hippocrates, obſcurum quidem eſt, ſi corpus vnxerit, bene tamen ægri corpus, cum humidum exiſtit, non perungendu m eſſe cõſtat: niſi quiſpiam dixerit, ꝙ Hippocrates hoc ipſum oleũ, quod cum aqua eſt, reſiccet. Eſt igitur vtile, vt de vnctionis in balneo vſu diſcutiatur: ſed neceſſaria magis eſt ſuper vnctionis tempore diſcuſſio, ſi oleum perfundere conueniat, uel vbi, qui lauãtur, ſudauerit: vel cum ſiccus adhuc eſt, confeſtim, vbi ſeſe exuerit, & prius, q̃ ſudauerit: vel horũ neutrum fuerit, ſed vbi humeſcere cœperit. Sanè, quicunque eorum meminit, quæ de olei facultate in ſimplicium medicamentorum tractatione dicuntur, is exacte nouit optimum eſſe olei vſum in ijs, qui lauãtur, temporis, quod tertio dicitur loco: nouitque, quo nã pacto calfactũ corpori exhibere conueniat. Nempe id corpus mollius reddit laxiusque, cũ frigidum ſuo contactu non ſolum horum neutrum efficere natum ſit, ſed & eos, qui lauantur, frigentes reddat.

53 *Caput verò ſpongia, quoad maxime fieri poterit, reſiccare oportet.* G

Quòd in balneo caput curioſe reſiccandum ſit, vt ne minimum quidẽ ſuperſit humiditatis, ne
quaq̃ eſt ambiguũ: nam, q̃quid relinquit, refrigerare cõſueuit. Non tñ, à ſpongia ut fiat, effici
põt, niſi ſtatim ab initio poſt miſturarum vſum. Capitis tñ aquam linteo reſiccare eſt melius. A.l.4.f.3. d.2.c.5. f. 61.

54 *Neque" caput ipſum modo, verum, & extrema, & quamuis aliam partem corporis, à frigoris iniuria prohibere conuenit.*

Dixiſſe id per ſe ſeorſumque parum eſſe mihi videtur: quod enim pars nulla omnino nuda eſſe debeat, cum à balneo aquam eorum, qui lauantur, reſiccant, conſtat liquido omnibus: nã, quæ ita denudantur partes, cito ea refrigerari nemo ignorat.

55 *Lauari quoque is non debet, qui nuper vel ſorpſit vel bibit.*

Non ægris modo, uerum quoque & in ſanis, nullus confeſtim à cibi vel potus ſumptione lauari debet. Nam qui biberunt, his caput repletur: qui verò cibum ſumpſerunt, his nõ caput modo, uerum & corpus totum, alimoniam ad ſe prius, quàm concocta fuerit, trahent.

56 *Neque confeſtim à balneo ſorbendum, neque bibendum.*

Sedata, quæ ex balneo eſt, turbatione, tum eſſe, tum bibere melius eſt: veluti & compoſita ea quæ ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus, uel potum ſumere, caput replet, deuoratũq; interdum ſuperfluitare facit. H

57 *Magni autem admodum pendere oportet, ſi æger, cum recte valuit, balneum valde affectauit, et lauari fuerit aſſuetus. Nempe tales magis appetunt, iuuantur q̃, cum loti fuerint, adeo, vt lædantur, ſi non fuerint loti.*

Demonſtrata ſunt hæc per totum ferè horum commentariorum ſeriem, ubi dictiones expoſuimus, in quibus parte prima conſuetudin um uires enarrauit.

58 *Peripneumoniæ autem magis, quam ardenti febri, confert. Nam lateris pectoris q̃ & dorſi mulcet dolorem, ſputum maturat educit q̃, & ſpiritum facilem reddit, laſſitudines tollit, mollit articulos, & cutem per ſumma apparentem vrinas ciet capitis ſoluit grauitatem, & nares humectat. {Tot ergo inſunt balneo bona, quibus omnibus eſt opus. Cæterum, ſi in apparatu re vna, vel pluribus defectum ſit, metus eſt, ne non proſit balneum: vnũ ſiquidem horum, quoduis fuerit, ſi à miniſtris non, ut oportet, prę paretur, ualde l̃dit.*

Quare peripneumonias magis, q̃ febres ardentes, iuuet balneum, oſtendit Hippocrates, cum inquit, Nam lateris pectorisque, & dorſi mulcet dolorem, ſputum maturat educitque, & ſpiritum facilem reddit. Ob hæc etenim omnia peripneumonicis maxime eſt præſidio. Sanantur equidem, qui contenta in pulmonis ſputa expuunt. Pleuritici quoque ob doloris mitigationem

A nem valde iuuantur. Quapropter duorum alterum: nempe vel ita scribendum, Peripneumoniæ autem, & pleuritidi magis quàm ardenti febri confert: uel in peripneumonia pleuritidem subaudire oportet. Nam pleuritis dolorem in latere habet: Peripneumonia non habet. Cæterũ, cum peripneumonijs magis, quàm ardentibus febribus conferre balneum inquit, docet quoque, & æstuantibus quibusdam auxilio esse: verum oratio hæc distinctionem expostulat, quam nondũ efficere possumus, quia tempus, quo lauari ægrotantes, velit, non definierit. Vbi autem sequenti dictione enarrãtem Hippocratem, quos nam naudquaquam lauare uelit, intellexerimus, ad balnei tempus ita perueniemus.

†Potius anxietate, uel æstu laborantes. Iactationem corporis dixit Celsus lib. 3. c. 9. Et si. n. qui anxietate torquẽtur, cibos etiã auersentur, res tamen diuersa est utraque, cũ non omnes qui cibũ fastidiũt, simul etiã anxietate teneantur.

A. li. 4. f. 2. t. 1. c. 73. f. 445. B

50 Qui in morbis aluum plus iusto humidiorem habent, ij non sunt lauandi: neque ij, quibus magis, quàm decet, detinetur, & soluta non sit: neque summè imbecilli, nec cibum fastidiente, nec uomitabundi, nec biliosa ructantes: nec quibus sanguis è naribus profluit, nisi minus, quam decet, fluxerit, quod autem decet, non te latet. Si uerò minus, quam decet, fluat, lauabis, & si vniuersum corpus in cæteris, etsi caput duntaxat iuuerit. {Si igitur apparatus hi conuenientes fuerint, ægerq; fœliciter balneum suscepturus sit, quotidie lauare oportet.}

B Quibus complura per uentrem subducuntur, ijs balneum sistit, ea ad corpus vniuersum reuellens: atq; hac occasione detrimentum affert. Quòd aũt, qui nullo modo deiecerũt, eos antea vetustam fæcem euacuasse melius sit, nemo ignorat: sicuti, neque οὓς γεγυμνένους, hoc est τοὺς καταλελυμένους τὴν δύναμιν, i. viribus resolutos, balneum amplius euertit. Ait præterea, & ἀσθένεις, id est †cibum fastidientes, & vomitabundos haudquaquam lauandos: nempe hos viribus ita defici metus est, vt succedat ea, quæ stomachica appellantur syncope. Succedunt his, quibus os ventriculi bile redundat, quos nota indicauit inquiens. Nec biliosa ructantes. Pari modo neq; eos lauare cõuenit, quibus profluit abunde è naribus sanguis: †nam, si minus fluxerit, lauare est consentaneũ. Hi autem sunt, qui etiam largo egent balneo: ut sanguis, qui in capite est vehementius moueatur. Consimiliter lauabimus, si sanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autem huius sermonis, Et si vniuersum corpus in cæteris, & si caput duntaxat iuuerit, clarius adhuc significauit, quò nam pacto sæpius in domo calfacta ægrum absque labro collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfundant aqua.

† Ex antiquis cod. græcis, & ex tralatione ueteri hæc addendo, immoderatissime. n. ipsis profluet sanguis.

60 Luandi autem cupidos si quotidie bis laueris, nihil nocebis.

C Qui Victori Romano principi librum De victus ratione Hippocratis tradidit medicus, is dictionem hanc, & alias quasdam decurtatas scripsit: sicuti & illam, in qua dicit, † Non protelentur primi sorbendi dies: Præterea &, †Qui bis die cibum sumere sunt assueti, ijs bis dare oportet. Verum vtriusque harum dictionum dimidiam partem subtraxit, sed præsentis quidem nihil: tempus verò * non adiecit, vbi φιλολουτροῦντας, id est lauandi cupidos, eos intelligit, qui cum sani sunt, lauari gaudent, atque ob id sæpius lauantur. Nempe hi, cum lauantur, eum accipiunt, qui ex consuetudine est, scopum. In sequentibus autem ab Hippocrate tempus, quo ægros lauari velit, audiemus.

†Vide tex. 41. lib. 2. ubi ad uerbum interpres traduxerat. primis diebus quauis sorbitione, nequaquam eos priuemus, quibus &c.

† Tex. 20. li. 1.

61 Tutius autem longe balneo vti possunt, qui tota vtuntur ptisana, quàm qui solo vtuntur cremore: quanquam & ij interdum vti possunt: minimum autem, qui potu solo utuntur.

Tempus, quo lauandum sit, hoc in loco patefecit Hippocrates: quod si ab initio pronunciasset, multa sanè, quæ loco medio dicta sunt, non obscura essent. Ptisanam sanè totam porrigit ijs, qui mitius habent; solum verò cremorem ijs, qui deterius degunt: verum ijs, qui periculosius acD tiusq; laborant, potus solos. Quòd autem toto in hoc commentario de thoracis pulmonisque affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morborum partibus, & præsertim pleuritidis uniuersalia præcipiens, sæpius est demonstratum. Est expositum quoq; quo nam pacto coctis morbis ptisana vti velit. Eo igitur tempore etiam balneum sine periculo conciliatur, vtpote quod ad sputorum, quæ in thorace, & pulmone continentur, expurgationẽ maxime conferat. Qui igitur ita habent, & quæ ex consuetudine est, accesserit indicatio, his lauationem duplicare nihil prohibet. Ait præterea balneum ἧκιστα, id est minimum iuuare eos, qui solo vtuntur potu: ubi ἧκιστα ἐλάχιστον id est minimum significat, & non, vt quidam aiunt, οὐδαμῶς, id est nullo pacto. Nam inferens, inquit

†Hæc verba in cod. antiq. & in tralatione ueteri coniungũtur cũ superioribus verbis Hippocratis, ita ut vnũ duntaxat sit comment.

62 †Sunt autem, & ex ijs, qui vti possunt. {Ex ijs autem, quæ ante scripta sunt, quos nam in singulis viuendi modis iuuaturum sit balneum, & quos non, conijcere oportet. Nam quibus aliquid eorũ, quæ balneum, & bonum reddere, & iuuare possunt, deest, hos lauari non expedit: quibus uero nihil deest, signumque adest ipsis, in quo lauare conueniat, lauare oportet.}

†Nõ sunt in aliquib. uetoribus cod. nec in tralatione ueteri.

Non adiecit autem, quando ij balneo uti possint, sed nos, qui sententiam ipsius sequimur, dicemus. Potum solum ijs exhibet Hippocrates, quos acuti infestant morbi, vbi uires ad morbi vsque vigorem, qui interdum cum ipsa coctione existit, veluti in morbis thoracis, pulmonisq; suffecturas sperauerit. Coctis siquidem, qui affectum progignunt, humoribus, confestim excrea-

bunt.

bunt. Quòd ſi, qualia oportet, ſolum expuere cęperint, in neutro adhuc modorũ neq; in affectu, E
neq; in ſymptomatis, morbus augebitur. Nam ſæpius affectio ipſa, qua laborant, mitior quidem
2. Aph. 47. Ex. corp. 18. h exiſtit, ſed ſymptomata augẽtur, ut in phlegmone obſeſſis particulis quo ipſe inquit modo, "Cũ
pus conficitur, tunc dolores, & febres fiunt magis, quàm cum factum fuerit. Sæpius autẽ mutuis
exultant incrementis decrementisq; ſymptomatum magnitudines, & ea, quæ affectionis eſt: fit
* ἐκροὴν ἔχει. que id in ijs phlegmonis, in quibus pus effluit, quod iam eſt confectum, ut in vulneribus quibuſ
dam fieri cõſueuit, & in peripneumonijs pleuritidibusque. Poſſunt ergo in his morbis, & ijs, qui-
bus potus ſolus uſui eſt, non inutiliter lauari, nempe dolorem ipſorum balneum mitigare ait, &
ſputa maturare. Sed ſanè vacuato prius corpore id factitãdum. Sciuerisq; " in uniuerſum de bal- A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 42. f. 424. h
neorum viribus, ꝙ, ſi non antea vacuato corpore exhibeatur, membris affectis fluxionem parit.
Vacuato autem ſi exhibeatur, coctionem iuuat. Nempe corpore toto ante uacuato adhibitum,
aduacuatoriam obtinet facultatem. Quo fit ut ex febre ardente laborantibus, ijs tantum opitu-
letur, qui ſine tumore vel phlegmones, uel eryſipelatos laborant, feruente in ipſis per totum cor
pus bile. Quòd ſi coctionis ſigna habuerint, his multo magis conferet. Verum, ſi ardẽs febris ob
falſam pituitam putreſcentem oriatur, aduerſiſſimum illis eſſe balneum ſcire oportet. Neque
enim pituitoſus humor, ut bilioſus, per cutim euacuatur, propterea quòd tum craſſus, tum glutinoſus ſit, neque extinguitur, longa egens concoctione.

F

DE IIS QVAE Pollicitus fuerat ſe poſtea dictum.

Sect. 1. t. 1. 108. c Non ſum immemor verborũ Hippocratis, quæ in principio libri huius hoc refert pacto: "Quæ
autem medicum ante animaduertiſſe, ægro non referente oportet plurima dimiſſa ſunt. Hæc
ſiquidem, qui Hippocratẽ dogmaticũ eſſe putant, locos affectos eſſe dixerunt, & affectionis ip-
ſorũ, & cauſas. Sed, qui Hippocratem empiricum eſſe exiſtimant, anni tempa eſſe, regiones, ætates,
& ambientis nos aetis conditiones, affirmauerunt. Hæc equidẽ oĩa, tum quæ à dogmaticis, tum
quæ ab empiricis dicuntur, utilia eſſe non ignoro. Verum ſcopos multos hoc in libro recenſens
Hippocrates, ad quos quis reſpiciẽs uictus formam inuenire poſſit, nullius eorũ, quæ dicta ſunt,
præter quam conſuetudinis, mentionem fecit: ſed ſanè nonnulla, q̃ reminiſcentiã exigunt, præ
poſuit. Atq; ob id ſermonem ſum remoratus, ut hanc quæ breuis ſit, interpretatione eos, qui totũ
legerunt librum, habeam ſermonis huius per intelligentiam aſſecutores. Vnus ſanè, & præci-
Sect. 1. t. 22. 112. c puus ſcopus, tanquam in exemplo pleuritidis, talis in dictione ab Hippocrate enarratur: " Siqui-
dem ſiccior fuerit morbus, quàm ut quiſpiã putauerit, non multum dare oportet, ſed ante ſorbi- G
tionem, uel mulſam uel uinum, utrũ magis auxiliaturũ putauerit, propinare conuenit. Poſt hæc »
deinceps ait. At, ſi os madeſcat, &, quæ à pulmone expuuntur, talia ſint, qualia eſſe oportet, ſor- »
bitionis quantitatem, ut dicam ſummatim, augere conuenit. Verum tum hæc, tum quæ ſerie con »
* medicis. tinuata dicuntur, nõ ſunt à gnidijs * ſententijs definita. Sed & poſt hæc, morbi coctionẽ aĩaduer- »
tendam eſſe ait Hippocrates, qui ſanè ſcopus totius propemodum eſt Hippocrati ſpeciei victus
inſtituẽdæ, atq; earum, quæ in ea particulariter fiũt, permutationum. Sed & alias deinceps appo-
Ibid. t. 32. 113. f nit definitiones, quæ tales ſunt. "Quibus enim cibus ſtatim incluſus eſt, ſiquis nõ vacuato eo ſor- »
bitionẽ dederit, dolorẽ, ſi adeſt, adaugebit: & ſi non adeſt, protinus inducet. Et rurſus deinceps: »
Præterea, ſi lateris dolor aſſiduus eſt, calidusq; fomentis non remittatur, ſputumque non proce- »
dit: ſed extreme citra coctibilitatem glutinoſum ſit, niſi quis dolorẽ uel aluĩ ſubductione, uel ſe- »
Ibi. t. 42. 114. c cta uena pro utriuſuis ſignificatione ſoluerit, ptiſanam autẽ ita affectis dederit, præcipitem aget »
in mortem. Poſt hæc, & rurſus definiens, ait, Si nuper paſto cuipiam, & aluĩ oneribus haud qua »
quam purgato, febris uel cum dolore, uel ſine dolore inceperit, à ſorbitione tantiſper eſt tẽperá »
Ibi. t. 44. 115. e dum, donec cibum ad infernam inteſtini partem deſcendiſſe coniectum ſit. Tum rurſus, "Si nu- »
per cibato cibus prior non deſcẽderit, uirtusq; ualida fuerit, & floruerit ætas, ſubluere oportet: H
ſi uerò uirtus imbecillior fuerit, balano eſt utẽdum, niſi aluus ſua ſponte probe deiecerit. Adie- »
cit ergo in hac dictione eum, q̃ à virtute eſt, ſcopũ, ueluti in ſequentibus ſæpenumero, & id conſi-
derari præcipiens, quæ nam cauſa, & affectio ſit, quæ uirtutem proſternãt: ubi & hoc à medicis
Sec. 2. t. 11. 117. e ignorari adiecit. Præterea adiecit, " ꝙ ijs, qui dolorem ad hypochondrium pertinentem habent,
ea, quæ per talia medicamenta fiat, auxilio ſit purgatio: cæteris autem, quibus dolor uel graui-
tas ad brachium uel pectus extenditur, uenæ ſectio. Hæc igitur, & reliqua huiuſmodi, quæ item
de conſuetudine dicta ſunt, à gnidijs medicis omnino ſunt ptermiſſa, multoq; magis naturæ &
corporum temperamenta, de quibus ſæpenumero in hoc libro egit, hos picrocholos appellans,
† alios melancholicos. His ſcopis inhærens, ac inſiſtens † de ea, q̃ tũ in ſanis, tum in ægris fit, ui-
ctus ratione agit, quo nam pacto, & emendare, & corrigere oporteat, demonſtrans. Præterea, &
in eo, quẽ de uino, oxymelite, & aqua facit, ſermone ſcopos recenſuit eoſdẽ. Meminit quoque, &
coctionis morbi ſæpius, nõ paruũ ſcopũ uniuerſæ uictus rõnis, earũque, q̃ in ipſa fiunt, mutatio-
num hunc faciens. Pari modo & de morbi uigore quippiam dixit, & ad hunc reſpiciens, non tan-
quam ad abiectiſſimum in uictus ratione ſcopum, alimoniã miniſtrat, Cuncta hæc, & reliqua ta-
lia à gnidiis medicis prætermiſſa ſunt, q̃ medicũ ante animaduertiſſe, non dicẽte ægro, oportet.

† In quibuſdã cod. græcis additur τοὺς δὲ φλεγματίας, i. pituitoſos. et ita uetus interpres.
† de ea quæ in ſanis fit mutatione diætæ, de cuit, quo corrigẽda ſit: et de ea, q̃ in ægris.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS,

DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS QVARTVS.

ARGVMENTVM.

Liber à quopiam ex Hippocratis discipulis, multis diuersisque theorematis, inordinateque dispositis, conflatus, quorum plurima ad acutos morbos uidentur pertinere.

B QVæ in libro De uictus ratione post eum, qui de balneis est, sermonẽ scripta sunt: iure optimo plerique medicorum Hippocratis non esse sunt suspicati: nam à superioribus, & ui interpretationis, & theorematum *integritate longo discedunt interuallo. Neque tamen abs re moti sunt, qui & Hippocratis esse existimauerunt. Nempe eorum, quæ scripta sunt, sententia, propositum ipsius mentemque vsque adeo redolet, ut discipulum Hippocratis aliquem scripsisse suspicio sit: immo & ex his multa dictionẽ vnà cum sententia ita absolutã inculpatamque habent, ut rursum & ea ab Hippocrate scripta esse suspicandum sit, vtpote qui librũ componere, ubi singulariter morbi cuiusq; acuti curationẽ doceret, ut in libro De victus ratione in morbis acutis promiserat, sese apparauerit. Præterea, & alias in præsenti libro reperies dictiones, q̃ Hippocrate ita indignæ sunt, ut legitimis iustisq; adscriptas esse suspicari te oporteat. Sicuti & in aphorismis ipsis quidam huiuscemodi uisi sunt partibus libri vltimis adiecti. Qui.n. interserunt, quia multis in memoria sunt primæ librorum partes, ultimis adscribunt. Quod & in libro De capitis vulneribus factum esse videt, & in scd̃o de morbis vulgaribus. Nec secus in eo, qui nũc nobis proponitur, libro reperimus, quæ interseruntur, atq; adhuc magis partibus vltimis. Cum igitur quatuor, ut quispiam dixerit, in eo reperiantur species, vna quidem, quæ & dictione, & sententia Hippocrate digna sit, altera

C aũt quæ alterutro solum, vel dictione vel sententia, non nullæ verò, quæ horum neutro: in singulis earum, quæ ad expositionem nobis expromentur, dictionibus id ipsum declarabimus.

*ἀκριβείαν.

†παρεγγράφας, i. esse falso interseras.

1 Causus, id est febris ardens, sit, cum venulæ tempore æstiuo exiccatę, acres, & biliosos ichoras ad se traxerint.

Aestiuum anni tempus dixit calidum, & siccum, siue vltimo vere fuerit, siue prima æstate, siue media, uel extrema, siue primo autumno. Quòd aũt aeris nos ambientis temperamẽtum dispositionẽ corporis secũ mutet, siccũ quidẽ ad sicciorẽ, humidũ verò ad humidiorẽ, in commentarijs Epidemiorum est demonstratũ: Qd̃ item, & anni tẽpus mediocre, & tẽperatũ naturalẽ seruet tẽperaturã, cæteris, quæ in uniuersa uictus lege agunt homines, mõ habentibus simili. Demonstratũ pręterea, & corpus, quod à naturali moderataq; condõne sese alienauit, cõmmutauitq; id, propter quod alienatũ est, & cõmutatũ, ob id peculiari egere auxilio, ut arefactum humectatione, humectatũ exiccatione, calfactum refrigeratione, & refrigeratũ calfactione. Cum igitur ob aliquã rerũ, quarũ exempla dicit Hippocrates, circunstantiã uenulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, à uicinis partibus trahũt hæ humiditates. Si ergo, q̃ ad arefactas uenas ferun tur humiditates, ut substantia humidã naturã, ita & uim humectatoriam habuerint, pars naturalẽ

D cõmoderationẽ recipit. Verũ, si humiditas qualitate acris fuerit, & facultate siccatoria, corpus incenditur: ut si ex nobis quispiã siticulosus effectus liberaliter biberit, vel vinũ, qd̃, quia aqua marina largior mista sit, tethalassomenõ dicũt, purũ, uel aquã salsam. Scio equidem me aliq̃n ex ęstiuo itinere siticulosum redditũ bibisse uini ueteris paulo sincerioris calicem vnũ, atq; ex eo sitim magis auxisse, nõ placasse. Vt igitur nos, quanq̃ mẽte, quæ appetitũ moderetur, prædita, interdũ quidẽ negligentius, interdũ autẽ, & incontinẽtius, atq; ẽt, cũ in prõptu melius non sit, ad potum aliquẽ, q̃ & salsus, & acris sit, peruenire cogimur: sic & venarũ facultas attractoria perpetuo uicinis ex partibus humiditatẽ attrahit, sũbam ipsius, qualis nã sit, nullo pacto discernẽs. rõne etenim caret, qua quippiã ex meliori scrutari possit: sed, ut pueri: brutaq; ad casũ oblarũ humidũ, cũ sitiũt, irruũt, hoc pacto, & illa. Si ergo in vna quapiã corporis parte affectio ea fiat, in ea solũ, q̃ erysipelas referat, affectus quispiã erit. Verũ, si uenæ totius corporis supra modũ exiccatæ calidas carnosis è partibus humiditates traxerint, in toto corpore fiet, quæ causum referet, affectio. Causus verò ꝓprie dictus nõ caliditatis, q̃ per totũ fit corpus, pręstat mõ vehementia, verũ quoq; & siti: nã

A.lĩ. 4.f.1. t.2.c. 41. f. 424.e

sitis in eo vehemẽs est, & in compescibilis. Deest ergo præsenti dictioni singularis de causi generatione sermo de partibus, quẽ nos nuper adiecimus: Nempe in vna corporis parte, quæuis illa sit, interdum causus gignitur, interdum, & toto in corpore. Verum, cum in toto fit corpore, sitim

omnino

omnino parit: cum verò in vna parte, non de necessitate, nisi pars ipsa sitim pariat. Omnium aũt E
primum, & maxime id facit os ventriculi, deinde uẽtriculus, atq; ab eo stomachus, post pulmõ,
& subinde ieiunum intestinum. Vtrum igitur ita tantũmodo fit causus, ut dixit, cũ scilicet acres
& biliosos ichoras ad se traxerint uenulæ? An ne, & carne id patiẽte erit causus, siue in parte una
siue toto in corpore, pati eã contigerit? Ostendimus etenim eã vim habere eorum, quorum indi-
ga est attractoriam. Præterea & fieri potest, ut modo altero similis affectio fiat. Modum alterũ di
co, cum ex ualidioribus partibus ad imbecilliorem aliquam mittãtur excrementa: nempe, quòd
particulis singulis, ut attractoria, sic & expulsoria insit facultas, est declaratũ. Fieri ergo potest,
ut interdum quidem ex parte una, interdum vero, & ex pluribus, acres & bilioſi ichores exacte
ad dictas fundantur particulas, quę scilicet imbecilliores sunt. Quòd Hippocrates ichoras, tenues
humiditates appellet, liquido constat.

2 *febris quoque multa habet, corpusque ueluti ab ossearia lassitudine habium laborat, doletque.*

Febris ergo multa habet, propter naturam ichorum, quos & acres, & bilioſos ait. Nempe his
superueniunt febres vehementissimæ, id est quæ multam, & acerrimam habet caliditatem: sicuti
quæ, & minorem, & minus acrem habent, & pituitoſos sequũtur succos. Laborat autem corpus T
totum lassitudine vlceroſa propter ichorum acrimoniam. Sed de lassitudinum omnium differen F
tijs absolute in libris De tuenda ualetudine est tractatum.

3 *Fit autem magna ex parte longum ob iter, longamque sitim, cum venulæ arefactæ, † acres calidas-
que fluxiones ad se traxerint.*

† *Aliq. cod. antiqui hẽt acres calidoſ que ichoras.*

Tum in principio dictum est, tũ rursum hoc in loco adiecit verbum hoc, arefactæ, procatar-
ticas appellatas causas, ueluti exemplo, manifestãs {primitiuas nunc dicũt.} Siquidẽ calidæ om-
nes, & siccæ causos progignere possunt. Scio equidem nonnullos ob liberalem vini, quod tetha
lassomenon uocant, potionẽ, causo fuisse correptos: Veluti & alios ob salsamentorum salsarum
que carnium atq; aliorum quorundam salsorum usum immoderatum. Alius ex ambulatione,
† καὶ πιὼν οἶνον κατὰ τὴν κράσιν ἔχοντος τὸ πλεῖον. & æstu veniens, primum quidem lauit se, deinde domum perductus, † vini misti plus bibit, cœ-
pitque protinus affici causo. Alius autem ob iram, & alius ob vigilias causum incurrerunt.

4 *Fit quoque & lingua aspera, sicca, & valde nigra: ventris q; morsu dolet, deiectioneſque, & liqui-
dę, & pallidę fiunt: urgetque sitis uehemens, & vigilię, atque interdum mentis aberratio.*

A. li. 4. f. 1 t. 2. c. 41. f. 424 c

Percurrit hoc in loco, quę causum subsequuntur, quæ & συνεδρεύοντα id est considentia uocant. G
Sunt autẽ hæc, lingua sicca, aspera, & nigra, uentris morsus, deiectiones pallidæ, uehemens si-
tis, & vigiliæ, interdũ quoq; & desipientia. Lingua sanè aresci, & tota corporis affectio sicca sit,
& calida, febrisq; ipsa talis. Ventris verò morsus propter ichorum, qui illuc confluunt, acrimo-
niam oritur. Deiectiones autem pro succi redundantia. Liquidasque eas (græce ἐξύγρας) dixit, nul
lo pacto concoctas exprimens: coctio enim omnia cogit incrassatque. Qui aũt ita habent, uigi-
lant ob siccitatem. Nempe humiditatem immoderatam ad somnum delationes (græce cataphó-
ras) multam verò siccitatem uigilias procreare est demonstratum. Accedit quoque, & ab alijs
† Al. quæ est cã uigiliarũ. symptomatis fatigatio: † quæ ob vigilias efficitur. Desipientiam autem fieri scimus ob eam, quæ
ad caput recurrit, bilem, & ob temperaturæ caliditatem siccitatẽque. Quòd autem, ubi quispiam
bilem simpliciter dixerit, amara significetur, antea est enunciatum: quòd item bilem eandem, &
pallidã, & flauam appellent. Vt ergo nihil eorum, quæ ad causum bilioſum spectant, prætermiſ-
sum videtur, nisi quòd non solum fit per attractionem, sed & per effluuium ichorum, si inordi-
nate scripta quædam sunt. Nempe ex ijs, quæ dicta sunt, quædam sunt symptomata causam indi
*In aliquibus antiquis hæc uox non habe tur. cantia, quæ παθογνωμονικὰ dicunt, alia verò συνεδρεύοντα, i. consident. Verum, quæ causos procreant, H
alia quidem προηγούμενα, i. antegredentia: alia verò προκατάρχοντα, id est præincipientia à medicis ap
pellantur. Omnium autem, quæ dixit, prægredientium* symptomatum, potes tibi, ut lubet, ca-
talogum facere. Sed, qui librum hunc scripsit, à prægredientibus fecit exordiũ. Venulas etenim
exiccari prægrediens causa est. Deinceps autem, cum præincipientia, ut ambulationem lõgam,
& sitim, dicere debuit, non ea dixit, sed ex ijs, quæ affectum indicant, quippiam dixit, ut febrem
vehementem. Debuit & hic sitim vehementem adijcere, quam postea simul cum alijs, quæ con-
sidentia, vocantur, symptomatis dixit: quorum quædam aliquando, alia perpetuo, causis insunt:
quod & ipse ostendit inquiens, interdum autem, & mentis aberratio. Nam, interdum, perpetuo,
opponitur. Ego autem dico, & ventrẽ morderi, & bilioſa deijcere non esse ex ijs, quæ perpetuo,
causis insunt. Nempe, quòd vehemens morbus sit, motusq; acrium ichorum ad interna sit, pro-
pterea hæc contingunt, ijs quidem, qui uentrem heparq; causi veluti* sedem habent: uerum ijs,
ἱσιάν, i. focũ. qui pulmonem veluti* sedem habent, hæc non admodum contingunt, sed quæ de lingua dicunt,
& desipientia magis. Difficulter etiam, & hi spirant, ea scilicet, quæ densa, & magna est, spirandi
difficultate, efflantq; continenter os aperientes, igneique spiritus effusione leuantur: uerum to-
tam spirandi difficultatem prætermisit, quam in prognostico dictam ostendimus. Cæterum inor

dinate

A dinate ſymptomata linguæ recenſuit. Nempe debuit primum ſiccam dixiſſe, deinde aſperam: nam ob immoderatam ſiccitatem lingua aſpera redditur: vt ſi aſpera ſit, omnino & ſicca exiſtat. Quod autem ob caliditatem immoderatam nigreſcat, vt ijs, quibus cutis Sole vſta ſit, iam ante didicimus.

5 Huic, aquæ, mulſæ q̃, coctæ, & aquoſæ, quantum uoluerit, bibendum dabis.

Liber hic, etſi Hippocratis non ſit, antiquus tamen eſt, quippe qui legitimo operi iam Eraſiſtrati temporibus adiectus fuerit. Quapropter mirandum, quonam pacto Eraſiſtratus calices cereos in Apollonium, & Dexippum retorſiſſe auſus ſit. Nam, qui librum hunc ſcripſit, mentẽ Hippocratis Eraſiſtrato melius intelligens, cauſo laborantibus, quantum placet bibere concedit: demonſtrauiq́ue & in legitima voluminis huius parte ita ſentire Hippocratem. Sed de Eraſiſtrati malitia ſatis hæc ſint. Et iam ſcrutemur, quæ in oratione dicuntur. Præcipit ſiquidem neque aquam ſolam, neque mulſam ſolam, ijs propinandam, qui cauſo laborant. Scis etenim aquam, quòd natura frigida ſit, tarde penetrare, & quam plurimo tempore in hypochondrijs
B manentem corrumpi in acutis morbis: mel autem facile bileſcere. Ob id mulſam aquoſam dari iubet, vt aqua, nulla in ſuperiore ventre facta mora, à miſto melle ad diſtributionem trahatur. Ob eas cauſas, & coctam ipſam exhibet: nempe, quàm cruda, ſitim magis arcet, & flatu magis vacat: urinasq́ue magis ciet, vt quæ cruda eſt, deiectionem. Minus ſiquidem acris, quæ cocta eſt, non ſolum, quòd in coctura peragatur, conficiaturq́ue, verum, quòd & ſpumoſum ipſius omne tollatur. Nempe, quod acre, & flatuoſum exiſtit, in mellis eſt ſubſtantia: cocta autem, tum morſu caret, tum flatu vacat, diſtribuiturq́ue melius, q̃ per inteſtina deſcendat: quo fit, vt eam̃ ob cauſam magis alat, q̃ cruda. Cæterum, qui ita laborant, citra ptiſanæ ſuccum mulſa nutriendi ſunt. Sed quod in acutiſſimis morbis ſolos exhibere potus oporteat, in libri huius nõ ſpuria parte eſt prædictum. Hæc omnia, quæ ad præſentis orationis expoſitionem pertinent, ijs qui & ante legerunt, & meminerunt eas, quæ in illis factæ ſunt, expoſitiones, ad hunc modum, & dicta ſunt, & dicentur.

6 Quòd ſi os amarum fuerit, uomere confert, & ventrem ſubluere.

Bilis amaritudo, amarum os reddit. Nempe communem vnamq́ue efficiunt tunicam, & quæ
C ventri interna eſt, & omnis ea, quæ os ſubungit. Non ergo ſine ratione ſermonis huius ſcriptor bilem tum per vomitum, tum per clyſterem euacuat.

7 Verum, ſi ad hæc non ſoluatur, lacte aſinæ cocto purgabis.

Quòd omnino quidem eam, quæ in vẽtre eſt, bilem, vacuare præcipiat, timeat aũt purgantia medicamenta, q̃ & acria, & calida prorſus exiſtant, ob id ad lac aſinæ diuertit, vtpote quod nullam, vt non aliud vllum, habeat acrimoniam, ſed præomnibus vnum humiditate exuperet, atq; ob id ſolum ventrem ſubeat. Præcoquit autem ipſum ob flatus. Sed ſanè ſolo uti ſero poteris, per oxymeli ipſum, vbi lac ante coxeris, ſeparans, vas *æneum frigida plenum aqua continenter in lac demittens: nam, & hæc ſi probe fiat demiſſio ſerum à caſeo ſeparat. Al. argenteũ, & ita ẽt Dioſcorides.

8 Salſum autem nihil, neque acre exhibendum, non enim deſcendet.

Salſus ſuccus qualis nam ſit, ex ſale apparet. De acris autem, tum ſubſtãtia, tum facultate dictum eſt in quarto ſimplicium medicamentorum. Piper ſiquidem, ſinapi, pyrethrum, & quæcunque ſunt eiuſmodi, viribus calida ſunt, & acria guſtantibus apparent. Quo fit, ut tum acria, tum ſalſa, tanquam cauſum augentia, vitare iubeat. Hæc autem acribus magis ſiccant, quanquam illis
D non ſimiliter, ſed minus calfaciant.

9 Sorbitionem vero, †niſi iudicationes tranſierint, non dabis. † *Aliqui cod. habent, donec extra dies iudicatorios ſit, ne dato.*

Sermonem ita, ut robuſtam eſſe uirtutem ſubaudiendum ſit, intellige. Nempe hoc pacto Hippocrates doctrinam facit magna ex parte, quæ ſingulis in ſcopis præcipiuntur, ſcribens: atq; ita deinceps ſemel dicens, comparare inter ſe, quæ demonſtrata ſunt conſideratis ipſorum viribus oportere. Quòd uerò ſorbitio ante iudicationem danda non ſit, ſi virtus ſufficit, in prima huius libri, quæ legitima eſt, parte eſt demonſtratum.

10 Et, ſi è naribus fluxerit ſanguis ſoluitur ægritudo, atque ſi ſudores ſuperuenerint iudicatorij legitimi, cum vrinis albis craſſis q̃, & lęuibus ſubſidentijs.

In acutis febribus quod ex ſanguine feruet, ad caput fertur. Cum igitur reſciſſis ruptisq́ue venis natura id ipſum vnà cum aceruatis vaporibus effuderit, cæteris promptius dominatur, & imperat. Pari mõ, & cũ per ſudores ichoras feruentes expulerit, morbum ſanat, ſi vtique morbo iã cocto ſupernenerint. Nã de re huiuſmodi iam ſæpius in alijs explanatorijs commentarijs eſt dictum, atq; in alijs, qui de iudicationibus ſunt confecti. Vt igitur in prima libri huius parte, quam omnes legitimam fatentur, eum, qui à morbi coctione eſt, ſcopum ad victus rationem commodiſſimũ accepit, ſic & nunc ad prædictionẽ. Subticuit quidem coctionis nomẽ: ſed conſtãtiſſimam ipſius notam in vrinis ſcripſit. Optima igitur vrina eſt, quæ albam, & læuem habet ſubſiden

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 40. f. 424. e

Sect. 1. t. 23. 112. fol.

tiam,

tiam,ut in prognostico,"est demonstratum.Neq; tamen ad spem salutis semper apparere expo- E
2. Prog. t. 26. 4.200.b stulabis,sed satis tibi sæpenumero fuerit,si enæ῀rema naturali tum colore, tum sustantia commodum uideris.Et iam his ita habentibus in interpretatione exuberauit dictio: nã ob dictas urinas constat & sudores iudicatorios esse,quapropter & frustra adiectum. Legitimi præterea non proprie in ipsis dicitur:nam secundum morborum ideas talem inferre consueuerunt appellationem cum alij medicorum probatissimi,tum Hippocrates ipse.

11 Et si abscessus aliquis factus fuerit.

Rarissime ꝑ abscessum iudicatur causus,atq; adhuc magis,si citra partis corporis adiectionem recensionẽ quis fecerit.Nempe parotidibus,{id est abscessibus, qui post aures fiunt,} causos aliquos scio iudicatos,sed non legitimos.Id autem paulo post condisces post expositionem.

12 Verum si absque his soluatur, reuertetur ægritudo, uel coxa uel crus dolebit, expuetque crassa, si sanus est futurus.

Vbi de sanguinis eruptione sudoreq; egit, si absque his causus desierit, suspectam ait esse solutionẽ:nã paulo post reuertetur.Erit siquidem, ait,in recidiua crurũ dolor uel coxę, spuetq; crassa.Nẽpe,ꝙ iudicandus,sanguinis eruptione,uel sudore, uel abscessu opus habeat, põt quis arbitrari recte dictum esse,si dictis adiecerit,quæ curationi intendens ipse scripsit,uomere scilicet præ I
cipiens,atq; aluum subducere,potumq; aquam,& mulsam aquosam coctã cõministrans. Quarę F
si cum his quidem,& sanguinis eruptionem, & sudores,& abscessum, causum soluere quis dixerit,alias autem solui non posse:sermonem fortasse ἐπιεικῆ,hoc est iustum æquumq; dicere uidebitur.Iustũ autẽ æquumq; dico,quasi mediocriter uera loquentẽ,atq; priore magis,nõ tamen in
4. Apho. 58. Ext. ord. 33. g culpatum prorsus.Neq, enim uerus est sermo.Nempe, quod in aphorismis dicitur,"A caulo habito rigore superueniente solutio,uerissimum existit. Rigorem autem hunc de necessitate sequi tur interdum q.dem sudor solus,interdum uerò,& bilioſorum vomitus solus, atq; interdũ deiectio sola:sed plerunq; ex dictis tribus duo fiunt, & rursum quandoq; tria. Nẽpe horum duorum de necessitate alterũ in causo fit,si perfecte solui debeat: nam bilioſi humores,uel perfecte uacuabuntur,uel extinguentur.Prætermissã itaque uidebitur præcipua causorum sanatio, frigidæ scilicet potus,quo causos perpetuo curauimus, nullo ex his moriẽte, quibus frigidam propinauimus in tempore opportuno:cuius expositionem priore quidem libri huius parte paucis percurrimus,at in cæteris,tum commentarijs, tũ operibus fusius. Sed forte quispiã me asserere putabit nullũ ex ijs,qui causo laborant,moriturum,qui aquam tẽpestiue biberit:quanquã id non asserui, sed ꝙ oĩbus quibus ꝓpinaui, cũ adeo multi extiterint, ut numeri nõ meminerim, successit auxiliũ,& salus:quod idem non est,ut si diceres, causo laborãtes omnino,si frigidam biberint,seruan G
dos.Nã,qui pernicioſe* insalubriterq; hñt, eos neq; per aliud quippiam, neq; per aquam, seruari
* Insanabiliter. est possibile:quibus neque ministrare sum conatus. Quòd autem in fine dictionis narratur, Expuetq; crassa,si sanus est futurus,in his tãtum causis obseruare,debes,q. passo pulmone oriuntur.

13 Causi genus aliud. Aluus soluta,sitis magna,lingua aspera,sicca,salsa.

Veteres Græcos reperio nomen generis interdum in homonymis,i.æquiuocis, usurpare:homonymis inquã,quæ unum quidẽ hñt significatum,sed ex ipsius diuisione ad plures deducuntur differentias.In quo sæpius dicere consueuimus genericas rei huius differentias esse uel duas,uel tres,uel quatuor,uel quotquot esse possunt.Sed,cum & homonyma duplicia sint,aliqua quidem nullo pacto inter se cõmunicantia,ut cum canem dicimus, & terrestrem, & marinum : alia uerò quę cum synonymis,i.vniuocis,aliquatenus communia existãt,cum ab uno factã appellationem
†quo tandẽ referãt duo causorum genera cõsiderãdum. habuerint,†ad quam interdũ referantur: cõsiderandum,ut dictum est, duo esse causorum genera:quod exacte quidem cognoscetur,si substantiæ utriusq; ratio, quæ in appellatione est, ostẽsa fuerit.Sed qm̃ à mentis conceptu ratio iudicium accipit:perscrutãdum, si mentis conceptũ causi ita consonum habemus,ut hominis,bouis,& equi. At,cũ oratio commentario prolixior futura sit,tum ipsam,tum cæteras ad breuẽ cõtrahere summã conabimur, hoc exorsi modo.Febrem causum medicos reperio appellantes, cum urens caliditas sitisq; incompescibilis hominem torquet.Quod si ita habet,"causum eum,in quo corpus non vritur,sitisq; leuis sit, causum quidem simpliciter,exquisitum aũt legitimumq; non dicemus:pro dimidia autẽ parte cũ talis sit,breuioris doctrinæ gratia,causum nothũ appellare haud perperã fuerit. Quo aũt mõ tertianis in febribus appellatione huiusmodi uti consueuimus, ita duo causorũ genera esse intelligemus,"ut tertianarũ genera duo esse quispiã dixerit,unũ exquisitum legitimumque: alterum verò nothũ spuriumq; cui uidelicet ex legitimi quidem symptomatis nonnulla insunt, aliqua verò non. Quòd aũt secundus causus,de quo in hac parte docere instituimus,tanquam diminutus quidã sit,atque non exacte absolutus,certior fies,si mentẽ ad ea symptomata, quæ a scriptore ipso in eo fieri dicuntur,conuerteris.Nẽpe principio ait,Aluus soluta,sitis magna,lingua aspera,sicca, salsa, non eo adiecto,quod in priore adiecit. Nothus siquidẽ causus ex legitimi symptomatis alterum quidem

A.li.4.f.1.t.2.c.40.f.424.d

A.li.4.f.1.t.2.c.35.f.422.li

A dem habet,alterum non. Deinceps autē linguam aſperam eſſe inquiens, & ſiccā, non adiecit nigram,quo modo in priore:ſed pro hoc ſymptomate ſalſam dixit. Nēpe,vt,cum lingua amarulē ta redditur,flauā redundare bilem oſtendit: ita cum ſalſa,ſalſum ſalſuginoſumq; appellatum humorem,qui unum exiſtit ex pituitæ generibus:quæ tria ſunt,ut tibi innotuit,acidū ſcilicet,dulce, & ſalſum:Quo modo igitur prior cauſus ex amara bile cōſtans pallidas geminā ob cauſam parit excretiones,tum ꝙ tenuis fuerit,tum ꝙ febris urens augeatur,prænata in eo,quę flaua eſt,bile:ſic pituitoſus humor neq; facile excernitur, neq; febrē auget,neq; ſitim ardentē hēt, neq; in ſpiritū uertitur:atq; ob id de eo dixit,aluus ſoluta, excernere ipſam ſolū oſtendens,quod ipſi non excernere aduerſatur:ſubit ſiquidem his venter,nō tñ ſcd̄m humoris cuiuſpiam ideā, ſed ijs,quæ in alimentum miniſtrata ſunt,corruptis. Non.n.hi potu reguntur,ut q̄ plurimi eorū,q priore infeſtantur cauſo:nempe ij citam habent excretionem, ex tenui ſcilicet,& feruenti humore conſtituti:ſeram verò hi ob frigidam, glutinoſamque craſſam pituitæ ſubſtantiam. Fieri,ergo nequit,ut qui ita laborant,ſolo utantur potu. Id ſiquidem didicimus in ijs morbis, qui in quinta vel ſeptima die valida exiſtente uirtute coctionem ſunt recepturi: uerum, ſi morbus ad nonum, vel decimumquartum,uel uigeſimum,ſeſe prorogaturus ſit,in eo circa initia ptiſanæ cremore vtimur.

B *14 Vrinæ interceptio.*

Dici id ab ipſo conſueuit,uel cum non effatu digna, uel nullo pacto mittitur vrina: fit autem in inſtituto præſenti ſermoni cauſo propter humoris craſſitiem.

15 Vigilia.

Cauſo utriq; hoc commune eſt,atque ob id in priore mentionem huius fecit: fit ſiquidem in illo magis, quòd caput accendatur,inflammeturque magis.

16 Et refrigerata extrema.

Symptoma hoc ſecundi eſt cauſi. Verum ſermonem non ſimpliciter efferre conuenit, ſed cū definitione aliqua:neque.n.perpetuo talis exiſtit, at cū malignus fuerit. Nempe in bilioſis urentibusq; febribus, caliditatem ad extrema vſq; corporis extendit,etſi* non malignus cauſus fuerit: at in pituitoſis fumoſa eſt caliditatis ſubſtantia, cum,ſ.uel in ventre, uel hepate,uel pulmone ſalſus humor putruerit,ob quā quidē caliditas idonea redditur. Verū,ſi malignus euaſerit morbus, refrigerantur extrema ob uirtutis imbecillitatem, phlegmonesque totum ad ſe ſanguinem trahentis magnitudinem:nam abſque his nunquam lethalis efficitur morbus.

C

* *Sunt quidā cod. qui nō hābēt illam particulam, non.*

17 Cauſus hic,niſi ſanguis è naribus fluxerit,uel circa collum abſceſſus fiat,uel crurum dolor, & æger ſputa craſſa expuat(hæc autem adſtricta aluo fiunt)uel coxarum dolor,uel pudendi liuor ſuperuenerit,non iudicatur:teſtis quoque intenſus iudicatorius exiſtit.

Quòd ſoluantur per abſceſſus magis, q̄ per excretiones, quæ ex pituita putreſcente oriuntur febres,ſæpius eſt demonſtratum. At in præſenti cauſo nō abſceſſus mō commemorauit, uerum quoq; & ſanguinis ꝓfuſionem adiecit, magisque in ijs cauſis, quorum ſedes in pulmone exiſtit. Nempe in huiuſmodi affectionibus caput incaleſcens, ſanguine repletur, effunditq; quod ex eo redundat,tumruptis,tum adapertis uenis. Ob eandem cauſam circa ceruicem abſceſſus fiunt, & parotides,ijs,qui ita afficiuntur. Verū,quibus affectionis conſtitutio in partibus, quæ ſecundum ieiunum,uel hepar ſunt,exiſtit,deorſum magis fiunt abſceſſus: qua efficitur ratione, ut coxæ doleant,pudendum liueat, teſticulusq; ijs tendatur qui ita afficiuntur. Fit aūt teſtis intentio interdum ab ea,quæ in eo ſit inflammatione: interdū quoq; quia à quopiam eorum quæ ſuperius inflammantur,attrahitur†. Quoſdam autem eorum,qui in pulmone afficiuntur,craſſa expuere cocto iam morbo diximus. Ex eo igitur liquet doctrinam confuſam eſſe, & inordinatam,& indefinitam:quod,tametſi eam,quæ τῶν ἐν γραμμάτων, i. librorum gratia fit ὑποτύπωσιν, i. ſubfiguratio nem deceat,libro tamē nullo pacto eſt peculiare propriūque. Nam,cum ex multis membris paſſis tales fiant febres, deinceps, & ex ordine ſymptomatum catalogum ſcribere oportet, & non inordinate indefiniteque, ſed ſm peculiarē propriumq; & propoſitū morbum,efficere. Et ſanè in hunc dictum eſt modū, Aluus ſoluta,non ꝙ cauſis ſymptoma hoc perpetuo inſit, ſed ut interdum. Nam,qui in ventre dictam habent affectionem, ijs, corrupto cibo deiectiones liquidæ exiſtunt. Qui verò in pulmone habent,uentre haudquaquam patiente, ijs deiectiones huiuſmodi de neceſſitate nō fiunt,cum interdum contrariū ita affectis cōtingat, ut dura ſcilicet ſit aluus,diffi culterq; excernat. Prætereа†& quib⁹ in iecinore cauſi ſubeſt radix,}& q ob iecur cauſo laborāt, ijs,quæ excernuntur,interdum quidem liquida exiſtunt, & interdum ſicca, ueluti quæ σκυραθώδη appellantur, {quaſi caprarum ſtercori ſimilia excrementa dixeris} combuſtis ſcilicet à uiſceris phlegmone ſcybalis. Cum igitur viſcus huiuſmodi ſolū phlegmone obſidebitur,id efficiet: uerū cum phlegmone fuerit,& imbecillitas, liquida deijciuntur, viſcere ſcilicet alimentum ad ſe trahere

D

† *Quod autē quidam eorū craſſa ſputa expuant, hoc dictum eſt, ac intelligi debet in ijs, qui affectū in pulmone habent concoctione iā facta.*

† Hæc non habentur in antiquis codicib⁹.

here nequeunte. Sed deiectiones hmõi ab ijs, quæ ventre affecto fiunt, chylositate distinguũtur. E

18 Sorbitiones dato attractorias.

Quod sæpius dicere sum solitus, q. s. obscura lectio nihil doceat, id & nunc dicam. Nam, qui ex pituitæ vitio laborant: pto potu quidem oxymeli est vtilissimum, pro alimẽto verò ptisanæ cremor. Ego tñ, quanquã hoc noscam, nec opus habeã, ut ab alio discã, diuinare non possum, quas nã dicat attractorias sorbitiones. Oxymeli siquidẽ, & secatorium, & incisorium, & absterforium dici põt, attractorium tñ nullo pacto, quia sanè, quod ab ipso attrahatur demonstrare non possumus. Ad hunc modum neq; ptisanæ cremorẽ attractoriũ esse asseremus. Sed forte quispiã dicet uelle ipsum uentrem subducere attractorijs. i. quæ crassum trahunt succum, cuiusmodi est, quod pituitam trahit. At verò sorbitiones non dixisset. Nẽpe hoc munus medicamentorum est, & non sorbitionum, sicuti neq; potuum. Innotuit ergo, quo nã pacto in obscuris dictionibus nihil certi cõpertiq; habeamus. Quapropter neq; dictionẽ hanc defendere conabimur, q nihil in ea certum finitumq; reperiatur. Cæterum nõ mihi cõstat, quo nã homines pacto, ut in alijs multis manifeste errent, sic & in eo, quòd ijs, quæ obscure dicuntur, gaudeant: quanquam omnes vno fermè ore petspicuitatem orationis virtutem esse, obscuritatem verò vitium, proclament.

19 In acutis autem morbis sanguinem detrahes, si uehemens morbus videatur, uigeatque ægrotanti ætas, & uirium adsit robur. F

Sermo hic nimirũ Hippocrate est dignus. Subitq; mihi in admirationem, quòd inter aphorismos eum non scripserit, cum in paucis uerbis uis magna cõperiatur: quod aphorismis usu euenire solet. De his ergo, q sanguinis egent detractione, frequens apud medicos fuit sermo. Quorum, quæ de ea detractione maxime probabilia uidentur, duobus à me scriptis secure sunt enarrata libris. Quorum alter de sanguinis detractione inscribitur: in quo, q̃ cõmodãt, omnia docentur. Alter scriptus est, ut dixi, medicis tum empiricis, tũ dogmaticis. Verum amethodi, id est abomni methodo alieni, Thessalij, uti & cætera sine demõstratione simpliciter dicunt, sic & sanguinis detractionem χαλασικὴν, id est relaxatorium, censent esse remedium: χαλασικὴν verò non vno exponunt modo, ut per commentarios nostros, cum de methodica secta ageremus, ostendimus. Qui autem omnem de sanguinis missione historiam intelligere voluerit, legere tum nostros, tum reliquorum medicorum libros potest. Nunc verò summã ipsam in paucos tandem relatam scopos audi. Sanguinem etenim primum detrahes, si magnus tibi videatur morbus. Manifestè à perspecta quantitate tali utitur remedio propter* vehementes affectus: neque refert, si uel vehemen- G
* Al. partios.
tẽ, uel magnum morbum dixeris. Secũdus sanguinis detrahendi scopus est, si æger ætate vigeat: neque enim puer, neq; senex sanguinis sustinent detractionẽ, etiam si morbus, quo ipsi laborauerint, magnus fuerint. Tertium scopum non prætermisit libri huius conscriptor, qui facultatis uitalis robur existit: neque enim in ijs, qui ætate vigent, cũm ægrotant, perpetuo robur apparet. Quã ob causam q̃s forte duo hæc sola pro scopis detrahendi sanguinis satis esse autumabit, magnitudinẽ. s. morbi, & uirtutis robur. Neq; enim senex, q annosus sit, per se, sed propter uirtutis imbecillitatem non fert sanguinis detractionem. At certe pueri, quanquam uitali facultate ualeant, tamen neq; hi sanguinis sustinent missionem: prompte enim eorum substantia, tum propter humiditatem, tum propter temperamenti caliditatem, euaporatur. Detractione igitur sanguinis non egent, qui connatam habent à temperamẽto vacuationem. Ob eam causam scoporũ sanguinis detrahendi numero non satisfacere uidentur magnitudo morbi, & uirtutis robur, meliusq; feceris, si & uigentium ætatem adieceris. Quod porrò in fronte dictionis dictum est, In acutis morbis sanguinem detrahes, ut consideretur, est dignum. Quo modo enim longorũ morborũ non meminit? Quoniam sanè de acutis nunc docet, atq; ob id solos eos memorauit: nempe H
& ex longis multi sunt, qui sanguinis egent detractione, cum & hi dictis tribus subiaceant scopis. Cæterum, cum oĩa hæc recte dicta sint, quosdã tamen nõ recte vsos fuisse est putandum. Quo è numero est Menodotus" empiricus in sola plethorica appellata syndrome sanguinis missionẽ ob seruari asseuerans. Nos aũt, & ea non existente, uenam secamus, cum dolor vehemens hominẽ statim prehẽderit, uel pars aliqua fracta fuerit, uel os ex loco pulsum sit, vel alius quispiã articulus cõtractus reductusq; sit. Neq; etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittim', sed & frictione, & balneis multis, & abstinẽtia, quæ tribus, uel quatuor diebus fiat, ad id, qđ natu rale est, reuocamus. Verum de his abunde, tum in libro De plenitudine, tum in libro De sanguinis detractione, est pronunciatum, præterea & in libro methodi curatiuæ. Ad præsens ergo hæc de sanguinis detractione, ueluti in cõmentario, dicta sufficiãt. Verũ, ut nihil desit, adijciã & eum, qui ab ambiente nos aere desumitur, scopum, cum fuerit abunde calidus, & siccus, ita ut cito ab eo corpus euaporetur. Nempe tunc à sanguinis missione abstinemus, etiam si morbus magnus fuerit, vigensq; ætate homo. Id ergo auctor solum prætermisit, reliquis scriptis, atque etiam patientis ipsius corporis habitum. Verum procedente oratione, & mentionem habitus fecit: qui & ætatis differentias in se comprehendere potest, ut ostendam.

Porrò

A *20 Porrò, si angina fuerit, & si aliud quodpiã ex pleuriticis malũ, eclegmate repurgato. At, si imbecilliores appareant, uel plus sanguinis detraxeris, clysmum tertio quoq; die ventri infundes, donec in tuto æger fuerit, & fame indigeat.*

Συνάγχη id est angina, partium, quæ in faucibus sitę sunt, phlegmone est, quæ post sanguinis missionem repurgari eclegmatibus potest, id est quæ in partibus phlegmone obsessis cõtinentur, per sputa euacuari possunt. Nempe corpus impurum excremẽtosumque, quod uacuatur, iure optimo expurgari quispiam pronunciauit. Cæteris aũt acutis morbis omissis, de pleuritide mentionem facit, quo modo & in prima libri parte fecit: Si verò imbecilliores, inquit, tibi esse uidebuntur, vel ꝑ ꝑ sanguinis ablati copiam, uel ob aliam quamuis rationem, purgationis uice clysterem tertio quoq; infundes die. Nempe relaxato per sanguinis missionem corp ore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitiosum superfluit, per clysteres id euacuari iubet. Quod autẽ scopus illi sit non solum alimenti excrementa subducere, verum quoque & passum locum expurgare, palàm est. Quod verò finẽ orationis facit, Et fame indigeat, ijs, qui in primo libro à nobis demonstrata meminerunt, etiam manifestum euadit.

B *21 φλεγμαίνοντα hypochõdria nõ spirituũ ĩterceptione, septi trãsuersiĩtẽsiones, uel spirituũ ptẽsiones, ab orthopnœa sicca qb⁹ pus nõ subest: sed à spirituũ interceptione hęc pathemata supueniũt. Potissimũ verò & iecinoris* dolores, & lienis grauitates, atq; inflãmationes aliæ, & superiores septo* dolores, morborũq; collectiones quas συσποφὰς dicũt, solui nõ possunt, siquis prius medicari aggressus fuerit. Nã venæ sectio in his ꝓferenda uenit: deinde clysmis est opus, * si uehemens & magnus fuerit morbus: si verò non, & post ea medicamẽto opus sit, sanè id post sanguinis missionem secure & mediocriter porrigendum.*

* περιωδυνία.

* Al. nisi.

Morborum, qui prius sanguinis egent missione, deinde ab ea purgari expostulant, catalogũ facit. Primumq; inter omnes scribit, φλεγμαίνοντα hypochondria. Neque uocem hanc, φλεγμαίνοντα ex Hippocratis consuetudine audias, velim. Nẽpe flammantes morbi oẽs & calidi uoce hac significantur: cuiusmodi sunt erysipelata, herpetes, & carbunculi, & quæ proprie phlegmonæ appellantur. Verum recentiores medici oẽs speciei flagrantium * corporum uni uetus cõe nomen indunt: uocantq; hoc pacto solum eum tumorem, qui renitet cum dolore & multa caliditate existit. Verum, cum & alij præter naturam existant tumores, ut scirrhus, & qui à recentioribus medicis œdema appellatur (fuit siquidem & id aliqñ commune nomen tumorum omnium præter
C naturam, neq; ipsius inflationis:) diximus quidem alibi, libro uno, de tumoribus præter naturam, verũ impræsentia, ut cętera, ita & hoc summatim dicatur. Scirrhus quidem renitẽs tumor est, & doloris expers. Verum inflatio bifariam fit, nempe collecto in quibusdã cauitatibus uel sensui expositis, uel ratione cõtemplabilibus, flatuoso spiritu. Fuerunt sanè, qui aliqñ tumores præter naturam in musculis secuerũt, tanq̃ pus in imo reperturi, sed nihil aliud, præter q̃ spiritum, qui totã per carnem minutatim disseminatus esset, inuenerunt. Præterea & thrombi soli aliquando ab ijs, qui ita secant, uel viscosa humiditas vel mucosa est reperta: uerũ in talibus tumor uel ex thrombo, uel mucore erat, carne ad hunc affici modum apparente, spiritus autem in ea per minuta est disseminatus. Non igitur in præsenti dictione φλεγμαίνοντα hypochondria scđm assuetum Hippocrati significatum dicta esse uidentur. Nempe quam mentem habebit, quod ipsi adijcitur non flatuum interceptiones cum flammea caliditas in hypochondrijs, siue cum flatu fuerit, siue non, eandem habeat indicationem? Neque etiam ita dicere est uisus, ut coniunctim tum phlogosin, tum spirituum interceptionem, fieri dicatur, cum id falsum sit: nunquam.n. spiritus interceptio, flam-
D meam hypochondrio infert affectionem. Qui ergo hæc scripsit, φλεγμαίνοντα hypochondria, dicere est visus, quæ in tumorem sublatæ sunt. Post hæc autem mentionem de septi transuersi intensione fecit, deinde & protensione spiritus. Septi transuersi intensio manifesta est omnibus: sed spiritus protensos dicere uisus est, ueluti interruptos. De quibus in prima libri huius parte scriptum est, Spiritus offendens in ea, quæ extra fit, aeris delatione. Super quo in dictionis illius expositione est enarratum. Siccam autem orthopnœam dixit eam spirandi difficultatem, qnæ sine sputis uel eductione per tussim usque adeo uehemens est, vt *inclinari citra suffocationem, qui ita afficitur, non possit. quam fieri non ignoras ab angustia † earum pulmonis capacitatum, quæ spiritum deferunt, quæ id patiuntur iacentibus magis, minus autem stantibus, & profecto recte collocatis omnibus, quæ in thorace existunt partibus: quo fit, ut & orthopnæa appellitetur. Sed, cum ea interdum fiat ob uisceris phlegmonen, ut in peripneumonijs, interdumque & oppletis bronchijs, sanguinis missione ait egere eos, qui orthopnœa sunt affecti, eos inquam, quibus pus collectum non sit. Nempe, quibus pus collectum sit, eos puris uacuatione egere constat. Qui autem à spiritus interceptione (quod in angustiam acto pulmone fieri solet) hæc patiuntur, eos sanguinis missione iuuabis. Pari modo & iecinoris *dolores splenisque, atque cæteras omnes inflammationes, sanguinis detractio iuuabit; atque uniuersas morborum collectiones, Greci συσποφὰς dicunt. Quod autem morborum συσποφὰς dixerit ea, quæ ab in-

* Aliqui cod. habent non, σωμάτων, id est corporum, sed νοσημάτων, i. morborum.

* καταλλύειν † Capacitatii spiritus, quæ sunt in pulmone quæ id, etc.

tumeſcentibus fiunt partibus,par eſt:audio ſiquidē & nunc multos in Aſia noſtra tumores præ- E
ter naturam omnes ita nuncupantes. In his ſiquidem prius quā ſanguis mittatur, purgationem interdicere oportet,quanquam & hanc quoque mentē ratione mq; deinceps dicat in ea,quæ ſequitur,dictione.

22 Quicunq; autē ea, quę inflāmantur, ſtatim morborū inter initia medicamēto ſoluere conantur, ij non ſolū ab intenſa inflāmataq; parte nihil adimunt,cum nō cedat obſequaturque,quę adhuc cruda eſt affectio:uerū quoque, & q̄ morbo reſiſtentia & ſana ſunt, abſumūt colliquantque: ubi autē corpus imbecille fit,morbus pręualet:ubi autem morbus corpori pręualuerit,remedium non habet.

1. Apho. 22. Ext. ord. 10.b

Hunc expoſuimus aphoriſmum,cum illū exponeremus,"Cocta medicari & mouere. Atq; in eiſdem,quibus & nunc,ſymptomatis recte ad ſanguinis miſſionē propius deueniendum præcipit,ubi vitioſi aliqui humores in partem aliquā cōfluant,atq; in ea aceruentur,†quod modo quodam ut dixi συρρέφεσθαι, i.colligi,in ea parte dicuntur.Quòd aūt in fine ante hanc ſcriptæ dictionis ſcribitur, quidam dignotioni inacceſſum efficiunt nomē φαρμακείας in caſu accuſandi pro genitiuo haud recte legentes ad hunc modum:ἀσφαλείας μὲν καὶ μετριότητος δεῖσθαι φλεβοτομίαν μετὰ φαρμακίνην· id eſt ſecuritate & mediocritate indigere ſanguinis miſſionem poſt medicamentum: qua dictione F ne ſignificari voluit ad ſanguinis miſſionem a medicamento ueniendum. Verū in tota dictione prius ad ſanguinis miſſionem veniendum, deinde ad medicamentum, præcipitur: non autem è contrario,vt ij ſcribunt aſſumendum medicamentum, deinde ad ſanguinis detractionem deueniendum. Cætera dictionis dilucida ijs ſunt,qui exacte dicta eius animaduerterunt.

† *Manuſcripti quidam codices habent,* ὑπερὶ ὡς ἔφην συρρέφεσθαι λέγεται ἐν τῷ δὲ τῷ χωρίῳ, *i. quod ſanè, ut dixi,* συρρέφεσθαι *dicitur hoc in loco.*

23 Quòd autem quis repēte obmuteſcat, id venarum interceptiones occluſiones q̄ faciunt, ſi ſano abſque occaſione,vel forti alia cauſa id contigerit.

Venarum ἀποληψεις,i.interceptiones,appellat oppletiones,quæ copia exoriuntur.Cum igitur ſupra modum oppletæ fuerint uenæ,grauari viriutem eſt neceſſe,atque in extinctionis agi periculum natiuam caliditatem, quæ o b copiā ſuffocationi quippiā ſimile patitur.Oriuntur ſiquidem epilepſiæ:& apoplexiæ,& ſyncopæ cardiacæ.Nempe vno cōi aphoniæ,i.uocis carentię,ſymptomate,ſymptomata huiuſmodi ſignificauit. Adiecit autem orationi. Si ſano abſq; occaſione vel alia forti cauſa id contigerit.vbi πρόφασιν, id eſt occaſionem, dicit cauſam manifeſtam, ut ſiquis in lucta uel pancratio ex brachiorum accommodatione ad periculum ſuffocationis circumductus fuerit.Cauſam verò aliam fortē dicit qualis uel timore uel maximo animi mœrore percuſſis accidit.In ægris aūt uocis priuatio huiuſmodi fieri poteſt, interdū læſis duntaxat ijs,q̄ uoci efformandæ ſubſeruiunt, inſtrumentis,vel ēt ijs,quæ reſpirationi deputauit natura. Poteſt quoq; cōtingere ob recentem quandam exolutionem & afflictionem virtutis. Vt autem ab huiuſmodi aphonijs vocisq; priuationibus eam diſtinguat,quæ orationi appoſita eſt,adiecit, Si ſano contigerit. G

24 Venam igitur brachij dextri internam ſecare oportet.

Velociſſime & plurimum ex ijs,qu æ princepes ſunt,partibus vena ea corpus vacuat: atq; ob id in acutiſſimis morbis ad eam ſe confert.

25 Sanguinem q̄ auferre, inſpecta ſecundum habitum ętatem q̄ pluris minorisve ratione.

Superius,cum de ſcopis miſſionis ſanguinis ageret,corporis habitum quidē omiſit, ſed hoc in loco virium non meminit.Verum habitus nomen pro virtutis nomine dictum eſſe opinātur nō nulli,una ex re duo dici perperam exiſtimantes.Nempe habitum ad corporis conſtitutionē refe rentes dicimus,utpote cum quis uel mollis,uel durus fuerit:robur verò virtutis functionū uehementiæ attribuimus.Ex quo fit,ut duo hi ſint ſcopi,vacuandi quidem †indicationem,ꝙ communes ſint,habentes,ſed inter ſe differentes,veluti & ab ætate.Verū ætatem ipſam ad corporis ha- H
bitū referre eſt melius,& non ad virtutem. Nam pueris ꝓ habitus molliciem,ſucci perſpirabili cute facile digerūtur:ſenibus verò non facile propter ſiccitatem & frigiditatem.Satisque eſſe tres hos detrahendi ſanguinis ſcopos quiſpiam dicere poteſt, indicationem euacuandi accipientibus nobis & a morbi,qui curatur,magnitudine,& habitu,& virtute. Cuius nam autem ambiens nos aer eſſe debeat temperaturæ,inſpiciendum eſſe,eſt ſupra dictum.

† Al. κοινὴν ἔνδειξιν, i. communem indicationem.

26 Quā plurimis aūt horū accedunt hęc,faciei rubores oculorū cōſtātię, manuum porrectiones, dentiū ſtridores,pulſus,maxillarū cōtractio,refrigeratio extremorū, & ſpirituū in uenis interceptiones.

Inter hæc,quę* deinceps accedunt,faciei ſolius,qui ante ſcribuntur rubores,ſanguinis copiam indicant.Succedit oculorum conſtantia,id eſt immobilitas,& manuum porrectiones:nempe & eas lædi ob neruorum principium contingit,ſed aliter, quam ſit oculorū conſtantia. Nempe ea ueluti torporem quendam functionum in neruorum primordio indicat: manuum verò porrectiones & dentium fremitus neque ob quietem, neq; ob principij immobilitatem, ſed propter uitiatam motionem,exoriuntur. Quid autem pulſus indicent, non omnino conſtat.Nempe ve-

*Al. ἐξαίφνης, id eſt repente.

teres

A teres in motionibus dolorē in membris inflammatis excitātibus, hoc proferunt nomē: in palpitationibus quoque: & præterea in uehemēti arteriarum motione. Maxillarum uerò contractio euulsionis est symptoma, manuumq; porrectiones, & fremitus dentium. Extremorum uerò per frictio in huiusmodi affectionibus caliditatem natiuā ab humorū multitudine grauari ostendit. Quod autem in fine dictionis apponitur, spirituū in uenis interceptiones, id ut de pulsus carentia ἀσφυξίαν Græci uocant) dicatur, probabile est: nam ueteres, arterias, uenas appellabant. Spirituum sanè interceptiones, qnasi* inclinationes & quietes, ab auctore dici possunt. Sunt, qui sequentis dictionis alteram habentis sententiam principium cōstituant dictionem hanc: cui, quæ deinceps scripta, copulant. * καταλήσεις.

27 Cum dolores acceßerint, bilis atrę, fluxuumq; acrium influxiones fiunt: dolent morsa interna, morsęque atq; admodum arefactę uenę intenduntur, inflammatęque trahunt, quę influunt. Quapropter corrupto sanguine, nequeuntibusq; spiritibus naturales pertranßire meatus, infrigidationes fiūt ob stationem, uertigines, aphonię, capitis grauitas, & cōuulsiones, si iam ad cor uel hepar uel in uenam peruenerint. Hinc epilepsię, & paraplexię, si continentes loco fluxiones inuaserunt, atque spiritus exire nequeuntibus exaruerint.

B Eiusdem cum prædictis generis est sermo, qui nunc effertur: quem & nonnulli illis copulant. Atq; ob eam causam bifariam uerbum hoc προσγένηται, i. accesserint, scribi reperitur. Sunt enim. qui præsentem sermonem cum prædictis coniungant, scribentes πρὸς syllabam cum σ elemento: A.li.4.f.1. t.2.c.8. fo. 419.g. alijs uerò non coniungunt, scribumq; πρὸ sine σ. Verum, quod in oratione dicitur huiusmodi est. Dolorum motio influxionem humiditatum ad eam, q̄ dolore uexatur, partem excitare consueuit. Cum igitur uitiosis succis corpus refertū fuerit, bilis atræ cęterorumq; acrium humorum influxiones exoriuntur, ob quas dolet æger magis, mordenturq; interna, grauāturq; morsæ à p̄dictis humoribus, q̄ in affecto loco sunt venæ: idq; ipsum rei alterius causa redditur* contraria. Nē pe repleta à fluxibus huiusmodi, quæ afficitur particula, corrumpitur quidē in primis sanguis ipse, uasa uerò opplentur, ꝙ in eo cunctas spirituum uias arcet cohibetque. Nam aperte & id declarauit inquiens, Nequeuntibusq; spiritibus naturales pertranßire meatus, qđ sanè spirituum interceptiones paulo ante uocauit: Cum autē sanguis steterit, atq; cum eo spiritus, infrigidationes fiunt, uertigines, aphoniæ, capitis grauitates, & cōuulsiones: q̄bus succedunt paraplexiæ, & epilepsiæ, cū in locos oppletas uenas continentes desederint ipsi fluxus. Locos dixit corporis partes, C quas auctor ante scripsit, cor, hepar, & uenā, q̄ prædicta coniungit uiscera: uenā, inquā, postea à medicis, cauam appellatam, ꝙ uenarum omnium, quæ per corpus animalis dißeminantur, latißima sit. Iure igitur sanguis in locis huiusmodi propter uenarum repletionem spiritum penetrare non permittit, sed ueluti in mortuo corpore, concrescit: quod & auctor ipse ostendit inquiēs. Atque spiritibus exire nequeuntibus exaruerit. At proprie magis dixisset, concreuerint: concrescunt siquidem, & quæ siccantur, & quæ refrigerantur: nunc autem non propter exiccationem concrescit sanguis, & qui ipsum influunt uitiosi succi, nempe exeuntibus ipsis & flabellatis, incorruptus, & naturaliter fusus redditur sanguis: uerum, cum manent, natiuamq; caliditatē respuunt extinguuntque, concretio sanguinis tanquam in mortuo corpore fit. Cum ergo ita affectis sanguis detrahitur, is frigidus crassusque & vix effluens apparet, idque propter huiusmodi refrigerationem. Interdum autem & toto corpore conuulsiones fiunt: interdumque salubriter & confe- D runt. Nempe corpus totum quatientes, vniuersas calfaciūt partes adeo, vt multitudo partim per cutim digeratur, partim ad aliquam ex non præcipuis expellatur partem: vbi cum indissolubiliter impacta fuerit, paraplexiam facit: Nam, quòd eas, quæ apoplexia vel epilepsia ad aliquam ex nū præcipuis partem irruunt, paralyses, id est resolutiones, Hippocrates ita appellat, est demon stratum. Interdum quoque & facta absque †conuulsione apoplexia nonnullis affectus in partis resolutionem finiuit, qui paraplexia appellatur. Cætera dictionis sunt manifesta.

28 Talibus sanè prius adhibitis fomētis, uenam cōfestim ab initio secare oportet, cum† nondum fixa sint omnia, quę contristant, tum spiritus, tum fluxiones: facilius etenim remedijs patent.

Qui ita habēr, his ante adhibere fotus oportet, qm̄ coaluit in ipsis sanguis, difficulterq; effluit. Sed, qm̄ & in fotu ipso fricatio aliqua fiat, facere, ꝙ scripsimus, est melius, †secare, s. internā cubiti uenā: nonenim sem p ita concreuisse sanguis reperitur, ut effluere non possit. Fricandæ igitur in eo tempore multis ab hominibus cunctæ corporis partes: & si mediocriter sanguis fluxerit, rursus fricandæ, superque auferendus sanguis: si uero non fluxerit, fricādæ quidem & fouendæ do nec fluxerit. Vbi uero in paraplexiam desierit affectio, breui fricare expedit tempore & fouere: rursum fricare & fouere, donec citissime hæc desierint, †dum fixi adhuc non sunt spiritus, & euacuationi contumaces.

29 Postea reficere expedit, & habita indicationis ratione superiorem uentrem, si non leuetur, purgare: inferiori uero si non deiecerit, clysmum inijcere. Coctum deinde asinę lac dabis: bibet q; heminis duo decim non minus: & si uirtus tolerauerit, sedecim magis.

Ab ea, quæ per sanguinis missionem fit, uacuatione refici hominē præcipit: ut si nihil leuatus

* κατάλήσεις.

† sine spasmo... in glossa.

† Cum apoplexia frequēter sine conuulsione fiat: plane uel loco (apoplexia) legendū (epilepsia) uel particula illa, conuulsione, omnino mutanda, quādo etiam in antiqua interpretatione legitur, sine spasmo, iam uero epilepsiā interdum fieri absque cōuulsione manifesta, aperte docuit Auicennas.

† μετέωρα, i sublimia.

† ἀεὶ πλεῦνεν ἀυτίκα, i. semper secare statim internam etc. in aliquib⁹ autem manuscriptis, ἔτα τέμνεν ἀυτίκα, i. postea secare, statim, &c. et ita uetus translatio.

† dū sublimes sunt spūs nec euacuationis contumaces.

videatur ad eam, quæ per ſuperiores partes, id eſt per vomitum fit, purgationem agatur. Verum E
purgans medicamentum neque nominatim perſtrinxit, neque ipſius fecit delectum: nempe, ℔
ad morbi magnitudinem virtutisq; robur reſpicientes, vel album veratrum, vel ex alijs, quæ vo-
mitum cient, quicquam exhibeamus, nemo ambigit. Quæ autem de aluo inferiore dicta ſunt, cla
ra exiſtunt, expoſitorisq; haud indiga. Neque admirationi ſit lactis copia, cum †antiquis omni-
bus ita fuerit aſſuetũ. Quod aũt lac aſinæ ℔ ℔ humiditatẽ exhibeat, ſupra eſt dictũ: atque amplius,

†Impreſsi habent πᾶσι τοῖς παλαιοῖς. i. antiquis omnib. aliqui ſcripti habẽt, παρὰ τοῖς παλαιοῖς. i. apud antiquos, & ita uetus interpres.

℔ non coaguletur epotum, veluti q̃ craſſa ſunt. At cũ eo mellis quippiam ſalisq; miſcere cõuenit.
30 *Synanchus, id eſt angina, fit, cum hyeme vere q̃ fluxio multa & viſcoſa à capite ad iugulares de-*
*fluxerit venas, plurimumq; hæ propter latitudinem traxerint * ſpiritum. Cum autem & frigida &*
glutinoſa fuerit, ſpiritus obſtruit permeationes: ſanguinem q̃ coercens, quæ ſanguini vicina ſunt cõge
lat, ſanguinem q̃ ipſum immobilem reddit & ſtabilem, quippe cum frigida natura ſit, & obſtructoria.
Obid ſuffocantur liuente lingua, atq; in rotundum acta, reflexaq; propter eas, quæ linguæ ſubduntur,
venas: nam præciſa vena, quã {nonnulli} cionida, id eſt columellam, vocant, vena vtrinq; craſſa appa
ret. Cum igitur hæ opplet æ fuerint, linguę, quæ ob ſiccitatem & rara & ſpongioſa exiſtit, innituntur.
Lingua aũt ui ex venis humidum accipiens, ex lata, rotũda: ex bene colorata, liuens: ex molli, dura, at- F
que ex facile flexili, flectenti contumax efficitur: ita ut cito ſuffocet, niſi quis cito auxiliũ ferat, ſan-
guinem ex brachijs detrahens, & venas, quæ ſub lingua ſunt, ſecans, & medicans quibuſdam attracto-
rijs, & calida exhibens gargariſmata, & caput abradens. Debet item ceratum tum collo, tum capiti
circumponere, lanis q̃ circumuoluere, mollibusq; ſpongijs ex aqua calida expreſsis fouere. Bibat etiam
aquam, & mulſam non frigidam. Cremorem q̃ aſsumat, vbi ex iudicatione in tuto fuerit.

†Al. ῥεῦμα. id eſt fluxionẽ.

Siue ſynanchon dicere volueris, ſiue cynanchon: vel alterum quidem horum ſynanchen, al-
terum verò cynanchẽ: ſiue vtrunque ſynanchen vocaueris: duas ſynanches ſciueris eſſe ratio-
nes. Nempe ad curationem nominibus opus nobis non eſt: conſueuit ſiquidem eam docere lon
ge melius, q̃ ij qui in nominibus monſtruoſa enunciant. Subſcribam autem tibi compendioſe a†
doctrinam ipſius peculiarem, } ſuſcepto ita exordio. Fluxionum, quæ ex capite deferuntur, quæ-
dam ſubſtantia tenues exiſtunt, aliæ ex craſſis viſcoſisq; humoribus conſtant. Quæ igitur tenues
ſunt, hæ latis penetratis venis in anguſtioribus detinentur. Tales aũt ſunt, q̃ in b* larynge. i. guttu
re ſunt. Contrarium aũt in craſſis contingit, ℔ non ingrediantur vniuerſas, quæ ſtrictę admodũ
exiſtunt, venas, ante. ſ. in capacioribus detẽæ. Cum igitur in faucium venis tales impacti fuerint
humores, pars in tumorem attollitur, veluti guttur ex alijs: tanq̃ gutturis, q̃ faucium, ſtrictiores G
multo exiſtant venæ. Corpus aũt totum vacare excrementis debet & non plethoricum eſſe ge-
minam ob cauſam. c† nempe tum ob eã, quæ à vacuatione eſt, reuulſionem: tum ℔ vacuato cor
pore, cum a parte affecta, quod influit, expellimus, id facilius conſentit, nihil, ſi calido aliquo eua-
porare uolueris, a corpore ipſo parti calfactæ mittetur. Corpus igitur totum vena ſecta vacuare
oportet, & purgatione & clyſteribus: verum affectas partes medicamentis aſtringentibus, quæ
profluentes retrudant humores, atque ex firmatis eos, qui non admodum infarcti ſunt, & gluti-
noſi & craſſi: tum calidis & acribus, quæ contentos in membris paſſis digerant humores. At ſine
medicamentis venæ, quæ ſub lingua ſunt, eam, quæ in faucibus eſt, phlegmonem vacuant. Sed,
qm̃ humorum craſſi aliqui glutinoſiq; ſunt, acrioribus propterea indigent medicamentis, quæ. ſ.
& ſecare, & in tenuia diuidere, & glutinoſa tum craſſa confringere poſſint. Præterea & ad exte-
riorem ſuperficiem reuellere oportet, circumpoſitis collo, quæ attractoria polleant facultate, me
dicamentis. Nempe colli ſuperficiarias partes, q̃ imas, affici eſt melius: ℔ ſpiritus quidem, cum in
ſpirationes fiunt, ad fauces gutturq; irruat, & cum expirationes fiunt, per eas foras deferatur. Sæ-
pius verò, quæ ad partes prædictas procedunt fluxiones, eæ ad partes quaſdam alias exprimente
natura tranſmutantur: atque interdum principio ita deferuntur, ut rurſum aliæ oriantur tum fau
cium, tum gutturis, fluxionum differentiæ. Quòd autem, quæ ad cutem receſſerunt, ijs quę in pro H
fundum decubuerunt, multo ſalubriora exiſtant, conſtat omnibus. Cõmune tñ in vtriſque tum
colli, tum capitis, a quo fluxiones fiunt, auxilium tibi ſit. Sermo hic & ſynancharum ſpecies, &
cauſas, & affectos locos, & curationes docuit: neque, ſi vel ſynanchen vel cynanchen, vel ſynan-
chon vel cynanchon, appellaret, fuit ſolicitus. Qui igitur librum hunc ſcripſit, neglectis nomini-
bus, oẽs, qui tum in faucibus, tum gutture exiſtunt, arctantq; reſpirationem, affectus ſynanchos
appellitans, duas horum ſpecies eſſe ait, alteram quidem, quę" à glutinoſa frigidaq; fluxione fa-
cta ſit, quam pituitoſam vocare poſſis: alteram verò a calida acrique, quam ſi picrocholam bilio- A. li. 3. t. 9.
ſamq; ſimpliciter appellaueris, non peccabis. Priorem aũt fluxionem in latiores decumbere ve- c. 8. t. 253. c
nas ait: bilioſam, etiam in tenuiores peruenire oſtendens. Cætera dictionis ſunt manifeſta. Ad ea
autem, quę retuli, conuertas animum, oportet: &, ſi prima vice non intellexeris, bis & ter lege,
& intelliges: ego autem ad ſecundam ſynanchi ſpeciem tranſibo.

A† Legitur in manuſcriptis codoc. τὴν τῆς τοιαυτης διδασκαλιας ἰδέαν, i. talis doctrinæ ideam, ſeu formã, & ita uetus interpres male. n. legitur impreſſis διδασκαλίαν.

B* Al. pharynge, i. faucibus, & ita uetus interpres.

C† Clariusex antiquis, tum ob reuulſionem qua ad nacuã dum fit, tum quia uacuatũ corpus, ubi ab affectis locis, ad quod ifluit retrudimus, facile ſuſcipit nihilque &c. & ita uetus interpres.

31 *Cum æſtate vel autumno fluxerit ex capite calida & nitroſa fluxio, quaſi ab anni tempore tum*
acris, tum calida fuerit, atque huiuſmodi ſit, mordet, vlcerat, ſpiritu implet, orthopnœam parit, ſicci-
tatemque multam: præterea, quæ intuenti apparent, gracilia videntur.

Quo-

A Quo modo,& quam ob cauſam hæc fiant? qm̃ à calidis & acribus. Priorem ſiquidem fluxionem,quæ pituitoſa eſt,hyeme vel vere decumbere ait: hanc verò ſcd̃am autumno vel æſtate: in alijs anni temporibus ex proportione,ut antea eſt dictum. Orthopnœam aũt huic ſuperuenire anginæ generi ait,quæ inſignis nota eſt anguſtiæ,partem ex ijs, quæ reſpirationi ſubſeruiunt,aliquam fatigantis ut ſupra eſt demonſtratum. Quod ſi his ampliſſime aperire os volueris,linguam que repreſſeris,vt,quæ in faucibus ſunt,inſpectare queas,nullum ſanè prę̃ter naturam tumorem, ut in ante dictis,inuenies: quod ſcriptor explanauit,cum inquit, Præterea, quæ intuenti apparẽt, ἰσχνὰ id eſt gracilia,uidentur. Nempe,quod id faucium* meatu inflammatum eſt, non videtur: quod autem ex apertis videtur,id omne citra inflammationem exiſtit, partesque ipſæ ſunt graciles: nempe hæc uox ἰσχνὸν, tumenti præter naturam interdum opponitur: Quam vocis huius nũc dictam ſignificationem ignorantes nonnulli,dictionem ridicule exponunt. Alij autem permutant,vt & qui ad hunc ſcribunt modum: Præterea,quę intuenti apparent, ἄχροα id eſt decolora uidentur. Cæterum ita affectis fit interdum,ut & fluxionis partem recipiant* faucibus vicini, atq; à tergo ſiti ordinatiq; muſculi,ubi & ſtomachus, qui ſæpius & ipſe vnà afficitur. Poſt hoc ſanè in præſenti dictione ſcriptum quoque eſt,quod ſequitur.

* *Al. κώρῳ. i. loco; & ita uetus interpres.*

* *Laringi, habent cod. omnes, quos uiderim.*

B *32 Tendines quoque ceruicis poſteriores contenduntur,apparent q; tetani modo intendi.*

Quod deinceps dictum eſt,magis adhuc guttur affici oſtendit: nempe & uocis generationem in ea animalis abſolui parte eſt demonſtratum. Quapropter.

33 Vox q; ἀπερρῶγε, id eſt abrupta eſt,& ſpiritus paruus eſt.

Nempe uox oĩno ἀπερρῶγε, i. ἀπόλλυται, i. diſperijt abruptaq; eſt,paſſo, ut dictum eſt,gutture. Reſpiratio aũt parua redditur, ꝑ ꝑ meatus anguſtiã. Recenſetur aũt in cõmentarijs de difficultate ſpirandi,quòd longior t ꝑ ſit & interuallis frequentior: qd̃ ſcriptor in hunc enunciauit modum.

34 Spritusque reuulſio frequens & uiolenta accedit.

Spiritũ,& eam,quæ inſpirationi ſuccedit, expirationem: & eam,quæ expirationi ſuccedit,inſpirationem, dixit. Ex utroque enim frequens redditur ſpiritus: nam ita affectis,quæ inſpirationi ſuccedit quies,breue tempus habet,ſimiliter & quæ expirationi ſuccedit ante inſpirationem. De monſtrationes horum in libris de ſpirandi difficultate enarratæ ſunt.

35 Talibus arteria ulceratur,inciditur q; pulmo,neque extremũ aerem admittere intro queunt. Qui
C *bus niſi ad exteriores partes malum ſua ſponte perferatur, hi grauius ineuitabiliusque habebunt, & propter anni tempus,& quòd à calidis acribusque id ſit humoribus.*

Arteriam quoq; vlcerari ijs, qui ita affecti ſunt,dictum eſt & ꝑ ꝑ humoris acrimoniã,ſed pulmonem ardere † viduatum deſtitutumq; ⟩air, dogmati uero ſermonem copulans. Nempe in cõmentario de vſu reſpirationis demonſtratum eſt,animal in reſpirationis priuatione, non ob ſubſtantiæ penuriam perire,ſed ꝓ calor natiuus tum refrigerio,tũ ventilatione deſtituatur: quapropter non immerito,qui immoderatior exiſtit, pulmonem accendit. Hanc igitur anginæ ſpeciem tum grauiorem,tum ineuitabiliorem eſſe priore ait,tum ꝑ ꝑ ante dicta, tum ꝓ æſtiuum autumnaleq; ſit anni tempus,& quòd ex acrioribus oritur humoribus. Qua efficitur ratione, ut ea,quæ cum coniunctione,&, eſt dictio,melior ſi,quàm ea,quæ ſine coniunctione, &, eſt. Significat aũt ab ijs,quæ ante dicta ſunt,& propter anni tempus,in quo fit,& propter humorem, à quo oritur, maioris eſſe periculi ſecundam anginæ ſpeciem. Non eſt ergo ſimpliciter ſcribẽdum, ꝓ tum grauior,tum vitatu difficilior ſit propter anni tempus. Quod ſi & abſq; coniunctione ſcriptionem
D ſeruare quis voluerit,coniunctionem eam ita ſubaudire oportebit,ut ſi in dictione eſſet, multa ſi quidem atque alia apud antiquos defectiuo modo ſcripta reperiuntur.

36 Si febris hominem prehenderit,uetere excremẽto deſcendẽte, uel nuper cibatum. ſiue cum lateris dolore,ſiue non,is quieti tantiſper permittendus,donec cibus primum ad uentrem imum deſcenderit.

Dictiones quoque huiuſmodi ea,quæ libro de uictu in acutis morbis adiecta ſunt, Hippocratis ſcripta non eſſe oſtendunt. Nõ enim,qui perfecte de pleuritide in legitima libri huius parte tractauerat,eum rurſus hic pauca apponere oportebat.

37 Sumat autem in potu oxymeli. At cum grauitas ad lumbos uſq; deſcenderit, tum uel clyſmum dare,uel medicamento purgare oportet. At cum purgatus fuerit, ſorbitionem primum & aquam mulſam,deinde cibaria & elixos piſces miniſtrare: uinumque,quod aquoſum ſit & exiguum, noctu,interdiu verò dilutam mulſam. Cum verò flatus male olentes fuerint, balanus uel clyſmus confert: ſi non, bibentem oxymeli tantiſper cohibere oportet, donec ad inferiorem aluum deſcenderit, deinde clyſmate ducere conuenit.

Indefinite indiſtincteq; dictum eſt: quanquam,quod hic ſcriptum eſt,definite diſtincteque in legitima libri huius parte dictum ſit, & quæ poſt id, uſquequo piſcium meminit Hippocrates:

quoniam adhuc de languentibus in libro ipſe agebat, non ijs, qui ex morbo reualeſcunt. Cæ- E
*φαρμακεύειν. tera dictionis manifeſta ſunt.

38 At, ſi liquidam aluum habenti cauſus ſuperuenerit, ſi tibi purgatio idonea uideatur, eam non tri*
bus primis diebus adhibebis, ſed quarto.

Quod intempeſtiue quidem hic de cauſo egerit, prædictis ſcilicet in principio tum dŕijs, tum
i. Aph. 22. Ext. ord. 10. b curationibus, nemo eſt, qui ignoret. Nempe dictiones ex mente ſunt aphoriſmi illius, "Co cta
medicari, & mouere, non cruda, neq; in principio, niſi turgeant: plurima verò non turgent. Qui-
dam aliter ſcribunt, cauſos ab initio medicari volentes: ut dictio talis ſit: Intra tertium diem ad-
i. Aph. 24. Ext. ord. 10. c hibebis. Expedit igitur non oīno a tertio medicari die, ſed ut aphoriſmus canit, "in acutis m or-
bis raro & in principijs medicamento purgante uti. Rem ergo ſecundum aphoriſmorū ment em
definire oportet, ſcrutarique, cum in principijs purgatione utēdum ſit, & cum morbi coctio, ex
pectanda ſit. Qui autem in principio ſimpliciter dixerit, uel neutrum definierit, fallitur.

†καὶ πολλῆς δὲ σης μεσὴ dictio autem ἄση, & σῶδες, uario modo ab hoc in terprete uerti- tur hoc in li- bro. †καὶ μετεωρισ μὸς γινόμης.
39 Cum aūt purgaueris, ſorbitionibrs utitor, obſeruatis ita febriū acceſsionibus, ut nunq̄, cū adſunt,*
neq; cū futuræ ſunt, exhibeas, ſed uel cū ceſſant, uel quieuerūt, & maximè à principio receſſerūt. Frigē-
tib. ergo pedibus, neq; potū, neq; ſorbitionē, neq; aliud quippiā huiuſmodi, dabis: ſed maximum exiſti F
mato, ſi id tātiſper obſeruaueris, donec ualde incaluerint. Deinde ita, quod cōfert, exhibe. Frigiditas ſi-
quidem pedū, magna ex parte febris acceſſuræ ſignū exiſtit: quo tempore ſiquid porrigas, maxime pror-
ſus peccabis, nēpe & morbū nō parū augebis. At uero, cum febris deſinit, contrario modo, pedes reliquo
corpore calidiores fiunt: nēpe, cum augetur, pedes refrigerat, incenſaq̄ ex thorace ad caput flāmam mit-
tit. Calore igitur toto ad ſupernas partes concurrēte, atq; ad caput exhalante, non abſq; cauſa pedes fri-
geſcunt, utpote qui natura & carne uacent, & neruis abundent: præterea & à calidiſsimis diſtantes lo-
cis refrigerātur, ſeſe ad thoracē colligente calore. Rurſum, & cum febris ſoluitur, & in minutas redigi-
tur partes, calor ad pedes ex proportione deſcēdit. Quo tpe caput, & thorax refrixerūt, atq; ob id cibus
dandus. Nempe, cū pedes frigidi fuerint, uenter de neceſsitate calet† faſtidit q̄ cibum, intenditur hypo-
chondrium, iactatur, propter internā turbationē, corpus, †mens fixa non eſt, dolet ęger, lācinatur uelli-
caturque, uomere affectat: &, ſi mala uomuerit, dolet. Ergo, cū calor ad pedes deſcenderit, currit q̄; uri-
na: & ſi non ſudet, omnia ceſſant: Quo tempore ſorbitionem dare expedit, nam alias perniciosa exiſtit.

De particulari cibi miniſtrandi tempore dictum quidem eſt paucis in legitima libri parte: ſed
æque & nunc prolixius manifeſtiusque dicitur, quaſi ſermo præſens ſit illius explanatio ſeruata
Hippocratis mente, quam tum in cæteris dixit, tum in eo, quòd febrem ex thorace, hoc eſt ex cor G
de, accendi, atq; in caput flammam mittere, ait.

40 Quibus autē aluus per febres perpetuo liquida eſt, pedes maxime calfaciens, ceromatisq; cōtegens,
atq; faſcijs obuoluens ita attende, ut reliquo corpore frigidiores non ſint. Si verò pedes calēt, calorificū
nullum exhibe, ſed, ne frigeſcant, obſerua. Potu eſt utendum quam minimo, aqua frigida uel mulſa.

Διὰ τέλεος, idem eum διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, ſemper & perpetuo ſignificat. At cum multi exiſtant af
fectus, in quibus per totum malum aluum liquidam eſſe contingit: fieriq; nequeat, ut curationem
habeant unam, quo modo ſæpius eſt demonſtratum: tm̄ abeſt, ut ex dictione quicquam utiliter
dicatur, ut ēt iacturam facturus ſit, qui ſcriptum curationis modo in affectibus multis iuuare cre
diderit. Nam, ut cætera omittam, cum aluus liquida eſſe poſſit tum p̧p uentris phlegmonem,
tum propter colliquantem febrem, frigidę potus maxime contrarius eſt phlegmonæ: colliquan
tibus verò febribus conuenientiſſimus, eo, quod didiciſti, tempore exhibitus.

41 Quibus per febres aluus liquida eſt, & mens turbata: horūq; multi floccos uellunt, naresq; fodiūt:
& parum quidem interrogatis reſpondent, ſed ex ſe nihil, quod cōpoſitū ſit, dicunt: talia his melācholi- H
ca eſſe arbitror. His igitur ita habentibus, ſi uenter liquidus fuerit, & colliquās, ſorbitiones frigidiores
craſsioresq; exhibendas eſſe puto: potusque, qui ſiſtant, uinoſioresque, uel etiam aſtringentiores.

Phreniticorū ſanè cætera ſunt ſymptomata: ſed ventris liq̄di ſymptoma, interdū q̧dē in phre
nitide fit, non tm̄ id p̧prie ipſi ineſt: qua p̧p aluū liq̄dā ex diſtinctione curare expedit: phrenitim
verò alia ſeorſum p̧ſequi ſanatione. In ea aūt, quam auctor ſcripſit, ſanatione, nullo pacto animi
intentionē ad phrenitidē dirigit, ſed curare eū magis uelle arbitror affectionem quādā, ex uentris
q̧dem parte aliqua p̧deuntem, ſed caput ita ad cōdolentiā trahētem, ut ex uētris affectu deſipiat.
Talia aūt nō recte melancholica eſſe dictū eſt: magis.n. ea à flaua p̧ciſcuntur bile, cohibita aluo.

42 Quibus item febribus uertigines à principio, & capitis pulſus ſunt, & urina tenuis, his ad iudica-
tiones uſque febris acceſsionem expectare oportet. Quod ſi delirarent quoque, non mirarer.

Cum caput circumagi uidetur, δῖνος. i. "uertigo, uocatur affectio: cum autem, & tenebricoſa ſimul
fuerit uiſio, σκοτόδινος, id eſt tenebricoſa vertigo, appellitatur. Fit autem ob inordinatam ſpiritus
flatuoſi motionem, qui uel in capite localem habet generationem, uel ſurſum ex infernis fertur

partibus

A partibus. Omnes aũt ſpirituum huiuſmodi generationes turbationem indicant: ob quas & cum ſymptomatis tumultuoſis iudicationes fiũt. Scire etenim oportet affectiones huiuſmodi mediũ quodammodo obtinere tum earum, quæ periculo vacant, tum pernicioſarum. Conatur ſiquidẽ caliditas natiua corporis humores tũ diſſoluere, tum effundere: ſed tenuare ipſos & ꝑ inuiſibilia foramina excernere non poteſt. Cum verò perfecte lãguet, (hoc eſt ἀῤῥωστεῖ) neque ſoluere incipit atq; ob id ſpiritus flatuoſus non ſumme languente natiua caliditate ortũ habet. Languere igitur periculo oĩ uacat, natura ſiquidem morbo ſuperior exiſtit: uerum maxime languere lethale eſt, natura.n. non purum à morbo uincitur. Cum aũt nõ vincitur, prædicta fiunt ſymptomata: atque poſtea, q̃ ægrotauerit, indicationes abſoluuntur, aliæ ad ſalutẽ, aliæ ad mortem. Pulſus aũt, qui in capite fiunt, id eſt ſenſibiles arteriarum motiones, caliditatis multæ ſymptomata exiſtũt: ob quas cauſas ſæpenumero deliria fiunt. Ad hunc itaque modum vniuerſim habentibus, quæ dicta ſunt, cum, ubi quis parum ualere cæperit, ab vrinarum quidem tenuitate cruditas morbi indicetur, caput aũt flatuoſo impletum eſſe ſpiritu ſignificent uertigines cum pulſibus, ſcire oportet naturam haudquaquam quieſcere, ſed interdũ contentos in corpore prauos humores ita aggredi, ut à bonis eos ſeparet, atq; quouis modo excernat: uel ad eam, quæ minus præcipua ſit, reijciat partem.

B Prædictis igitur ſermo ad antedictorum prænotionem maxime confert. Nempe interdũ ab initio morbi, febres quidem moderatæ fiunt, ſed ſymptomata huiuſmodi caput infeſtant ꝑ ꝑ exuſtionem, uel exhalationem humorum in uentriculi corpore contentorum. Sanè capitis ſolius, quouis aliter modo habentis, caliditatẽ balneũ iuuabit: ptiſanæq; cremor pro ſorbitione ſatis erit. Verum, cum ſpiritus calidus flatuoſusq; ob humorum prauitatẽ ad caput fertur, lauare hos non confert. Tute igitur ſingula hæc facienda ſunt. Definitio aũt affectionum una ſola eſt, ex urinarũ cruditate & concoctione: quorum auctor recte meminit inquiens, urina tenuis, quod ſæpius cruditatis ſignum eſſe eſt pronunciatum. Quo fit, ut nullus ſit medicus, qui in morbis huiuſmodi negligentius urinarum inſpectionem negligat.

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 8. fo. 419. g

42 Quibus principio urinæ, & nebuloſæ & craſſæ exiſtunt, hos, annuentibus cęteris, ſubpurgare conuenit. Quod ſi urinę inter initia tenues fuerint, tales non purgabis: at ſi uideatur, clyſterem exhibebis. Tales autem ita curare confert.

Siue ijs, q̃ in antedicta oratione relata ſunt, hæc coniungit, ſiue non, qđ ex ipſis utile quis habere cõe poteſt, ꝑ ſcilicet corporis purgationem prorſus vitare oporteat, cũ in humoribus adeſt

C cruditas, id manifeſtauit, inquiens, urinæ tenues, tanq̃ craſſæ coctionis notas habeant. Iã hoc ipſum ſubſtantiã indicat: & verbum hoc νεφελοειδέα. inebuloſæ, vrinas ſignificat, nebulas hñtes. Nempe nigras adieciſſet, ſi nos eas audire uoluiſſet. Multa ſiquidẽ noĩa cõia citra diſtinctionẽ dicere conſueuerũt, cum id, quod in ſignificantijs rerum melius eſt declarare uoluerint. Sic ſanè, cum iudicationes ad ſalutẽ fuerint, ſimpliciter dicũt, iudicatus eſt: defuncto verò iudicato, non ſimpliciter efferũt, ſed hoc totũ, iudicatus obijt. Præterea, cũ q̃s excretã bilẽ ſimpliciter dixerit, pallidam, & nõ nigrã intelligimus. Sic certe, impræſentia urinas nebuloſas audire oportet eas, quæ albas hñt nebulas, quæ coctionis notæ exiſtũt. Q̃m igiť cocta medicatur, ob id & nũc ita ſcripſit libri huius author: Tales aũt ita curare confert. Nihil aũt de ſanguinis miſſione locutus, ea particulatim enarrat exordine omnia: nõ ꝑ interdum ita habentibus, ſanguinis miſſione opus non ſit, ſed quod nunc ſola alia docere velit: nempe de ſanguinis miſſione abunde ſupra eſt dictum.

44 Corpus quieti permittere, ungere, & ęqualiter contegere oportet: ac pro potu mulſa aquoſa uti, prõ ſorbitione autem cremore ptiſanę ueſperi. Ventrem ab initio clyſtere duces, ſed medicamenta purgãtia non admouebis. Nempe, ſi uentrem moueris, urina non maturabitur, febriſq; citra tum ſudorem, tum iudicationem in longum protrahetur tempus.

D Sermonem quoq; hunc percurrit, ſcopum in eo habens eam, q̃ cum moderata calfactione ſit, quietem. Cremorem aũt ptiſanæ ab initio dat, ꝑ mulſa ad vigorẽ uſq; & iudicationem ſufficere non poſſit: morbus ſiquidem crudus eſt, & longe abſunt concoctiones, Præterea mulſam, quæ aquoſa ſit, exhibet, propterea, ꝑ aquã per ſe & ſolam nihil boni habere demonſtratum ſit. Veſperi aũt ptiſanã mauult exhiberi, quàm mulſam. Nempe, cum antea in legitima libri huius parte dicerimus, ptiſanã mulſa poſterius exhibendam, melius fuit, & nunc ita dicere, Mulſam quidem prius, poſteriorem uerò ptiſanã exhibe. At vero, cum ueſperi pro poſterius dixerit, particulariorem efficit doctrinam & non uniuerſaliorem. Cur aũt eos purgare haud uelit, in quibus ſummã ineſt cruditas, cauſam recenſuit epilogiſticam magis, q̃ analogiſticam, quã recenſere ad eum ſpectat, qui quod ſit, ſola citra logicã indicationẽ experientia nouit. Dogmatici aũt viri erat docere quam ob cauſam purgantibus nobis ita habẽtes, non coquatur urina, febriſq; ſine ſudore & iudicatione perſeueret. Perfectius quidẽ & diligentius alibi hæc oĩa ſumus contemplati: ſed impræſentia, quod præſenti enarrationi prodeſſe poſſit, ſummatim dicemus. Tu ergo animũ ad me conuerte. Cum facultates, ut ſcis, quatuor ſint, atq; inter eas nõ minime ualeat alteratrix, per quam, diſpenſatis ab ea corporibus natura alimentũ aſſimilat, coctio nuncupatur nutrituræ ſubſtantiæ

permuratio ſecundum qualitatem exiſtens. Natura igitur aſſumpto in ventrem deuoratoq; ali E
mento, à cæteris quidem motionibus ceſſare debet, vt ſoli, qđ coquendis deputatum ſit, operi va
cet: ſed auxilio externo aliquo indiget, ſi aliqñ imbecillior reddita fuerit, qũo & in ea humorũ, q̃
in venis fit, concoctione cõtingit. Quiete quidem indiget ſequentem ante caliditatem, q̃ calfa-
ctum, frigefactumque, vel exiccatum, & humectatum ſit, ſingulis horum alio & alio tp̃e factis.
Ob id igitur, qui hæc ſcripſit, hominẽ curari voluit quieti permiſſum, vnctum, & æqualiter veſti
mentis obuolutum. Nempe aduerſus vim febris humiditatem eã, quæ vnctionibus comparatur,
remediũ eſſe putauit: præterq̃ q̃ neq; valenter calfaciat neq; refrigeret, ſed leniat mulceatque: q-
bus maxime indigent, quæ coquũtur maturãturq;. Quòd ſi hæc coctioni humorum conferant,
purgationes contrariæ exiſtunt: nempe corpus vehementer mouentes frangunt: tali ſiquidẽ vir-
tute prædita ſunt omnia, quæ purgant, medicamẽta. Hæc eſt ergo cauſa, cur purgationes coctio-
nibus aduerſentur. Ad eam autem, quæ ſermoni huic continuatur, ſeriem pergamus.

45 Cum iudicatio propè fuerit, ſorbitiones ne dederis, ſi perturbetur, ſed cum perturbatio deſierit, atque melius profectum ſit. Obſeruandæ autem febrium omnium iudicationes, ſorbitiones q̃ hoc auſe F
rendæ tempore.

Mentem Hippocratis hoc in loco ſeruat, qui librum hunc ſcripſit. In principio quidem mul-
ſam & ptiſanæ cremorem exhibens: & cum propè eſt iudicatio, cremorem tollens.

† Siquidem in fernæ partes fuerint frigidæ, circa aures & ceruicẽ ſ. ſolent habere abſceſſus.

*46 Conſueuerunt febres hæ protrahi & abſceſſus habere, †ſi aurium quidem ceruices q̃ infernæ par
tes frigidæ fuerint. Quòd ſi frigidæ non fuerint, alias mutationes habent: nempe fluit e naribus ſan-
guis, & uentres his turbantur.*

Quibus vrina ob humorum cruditatem tenuis eſt, his iure optimo protrahuntur febres, quæ
ante coctionem ſolui nequeunt. Quòd autem tales per abſceſſus iudicentur, ſæpius iam eſt di-
ctum. Rarius autem & per excretionem ſolutiones horum fiunt. Vtrum autem in ſuperiore cor
poris parte, vel inferiore abſceſſus generabitur, quæ hic dicuntur, is, quæ in prognoſtico ſcripta
ſunt, concordant, conſentiuntque.

*47 Quibus febres graues & implacidæ ſunt, & hypochondria contendunt, iacentes q̃ ęgri ſeſe con-
tinere non poſſunt, atque extrema frigeſcant, abſolutiſſima tum diligentia tum cuſtodia indigent:
eo q̃ ita degere oportet, vt nihil pręter oxymeli aquoſum tangant, ſorbitionem autem non dabis, donec
ſeſe malum remiſerit, & urinę maturentur.* G

Ασώδεις febres appellat, in quibus ægri ἀσῶνται, id eſt grauiter afficiuntur, atque implacide ha-
bent. Hæc autem difficilis tolerantia {atque implaciditas ſeu inquietatio,} ſequitur interdũ qui-
dem febrem ſtabilem & æſtuoſam, ſæpius autem & ſtomachi malitiam: os autem ventriculi ita
me dicentem nunc audi. Incipit ergo à febribus ipſis, ἀσώδεις, id eſt graues & implacidas, ipſas eſ-
ſe inquiens & hypochondria contendentes, deinde ad febrientes pertranſijt. Nam, q̃ iacẽtes ſeſe
continere, grauiter affectorum, atque difficulter ferentium, {implacidorumque & inquietorũ,}
nota eſt: Extrema aũt frigus, magnæ viſcerum phlegmones, quæ ex craſſis ſuccis orta ſit: vt antea
monſtrauimus, cum de ſecunda cauſi ſpecie ageremus. Quod ſi vehemens frigus fuerit, q̃ virtus
valde infirma ſit, iam tibi coniectura eſt. Non imme rito igitur ita languentes plurima tum cu-
ſtodia, tum diligentia indigere ait. Dat autem & ipſis non abſque cauſa oxymeli, vt pote qui à
craſſis viſcoſisq; humoribus moleſtantur. Adiecit autem ſermoni, aquoſum, tanq̃* contrarium il
li, quod illis exhiberi ſolet, in quorum pulmonibus tales continentur humores. Nam acrius lon-
ge in illis eſſe conuenit, q̃ propter lõgam in diſtributione ad affectam partem delationem de ne-
ceſſitate ſoluatur virtus. his verò tale hypochondrio incurſat, quale epotum eſt. Nullo autẽ pa-
cto ſorbitionem ita habentibus dare prius, q̃ morbus ad maturitatem deductus fuerit, indiſtin- H
cte eſt pronunciatum: ſeruantibus nobis, quod edocuit Hippocrates. Adijciendum eſt ſermoni,
ſi æger ſuffecerit: quod, tanquam manifeſtum, forte prætermiſit.

*48 Decumbere autem in conclaui obſcuro debent, & lecto maxime molli, diu q̃ decubitum eum ſuſti
nere, & quam minime ſeſe proijcere & iactare, nempe id tales maxime iuuat.*

Nunc decubitum obſcura in domo, non tanquam maturatorium auxilium, ſed tanquam diſ-
ficilis tolerantiæ inquietationisque, quæ ob ἄσην, id eſt, moleſtiam angoremq; fit, correctorium
voluit: gratia cuius & lecti mollis meminit. Tentare autem ſe ipſum non proijcere, ſed conquie-
ſcere, laboranti modo vtroque commodat, tanquam & morbi totius concoctionem iuuans, &
virtutem ipſam conſeruans.

*49 Hypochondrium autem lini ſemine illines, cauebis q̃, ne, cum apponitur, frigeſcat: ſit autem ſum
me tepidum ex aqua & oleo coctum.*

Mollit lini ſemẽ, nec manifeſte calfacit: q̃ maxime expoſtulat phlegmones omnis. Et ſanè ta-
ctu tale ipſum* oſtendit, quale & ſcđm virtutẽ eſt ſumme tepidũ ipſum adhibere præcipiens. Cę
terũ aquę & olei miſtura tepidã generat caliditatem, mollitq; & mitigat, vt pote moderatã hñs
facultatẽ: cuius potiſſimũ eſſe debent, vt demonſtrauimus, q̃ & maturant & per halitum digerũt.

* præparat.

Con-

A *50 Coniectura autem colligere oportet ex vrinis, quidnam futurum sit. Nempe crassiores pallidiores q; meliores: tenuiores vero & nigriores, deteriores.*

Non, quicquid futurum ex vrinis, docet, sed vel salutem vel mortem. Salutem indicãt crassiores & pallidiores. Crassiores autem dixit, tenuibus & non naturalibus comparãs, vt & paulo ante intelligere voluit: neque enim crassas, neque tenues, quæ secundum naturam habent, dixeris, si recte volueris interpretari. Porrò tenues & nigræ, deterrimæ sunt. A tenuibus siquidem solis, morbi incoctio indicatur: nam, quod exacte tenue est, id aquosum est, quapropter & album. Sed prænotiones ex vrinis in commentarijs prognostici dictæ sunt.

51 Si autem mutationes habent, tempus indicant: morbus q; de necessitate, modo ad peius, modo ad melius, permutat inæqualitatem.

Nempe, si id & in laborantibus obseruaueris, vere hominem ex vrinarum varietate in longius decidere tempus reperies, atque medias incurrere permutationes. Plures nanque significantur affectiones, quæ non eadem egent curatione, neque æqualem habent solutionis præfinitionem.

B *52 Inconstantes vero febres, donec constent sinere oportet: vbi autem constiterunt, victu & curatione conuenienti pugnabis, quod naturale est, contemplatus.*

Febres ἀκαταστάτους, id est inconstantes, dixit, in quibus nihil καθεστικὸς, id est constans quietũq; existit, quod significari τὸ βέβαιον, id est certum cõpertumque. Sunt autem certa, quæ in periodis, & vrinis, & exquisitis febrium formis apparent. Periodi itaque †principium non ostendunt} primis diebus: Vrinæ vero superueniunt aliàs aliæ: & sæpenumero ter quaterq; interdiu & noctu meiere contingit, dissimilesq; inter se apparent vrinæ. Formam ergo talis febris inconstantem esse ait, q; idem est perinde, atque si diceres non exacte formam vnam seruantem. Exposui tibi exactas febrium formas & in commentarijs de febrium differentijs, & in secundo iudicationum libro. In huiusmodi itaque febribus non in principio victu vti præcipit, sed sinere, donec, qualis nam sit febris, cognoscamus, & tunc victus formam præfinire.

† τὴν ἀρχὴν οὐ δηλοῦσι. i. nullatenus apparent, ut uertit uetus interpres.

53 Sunt autem facies ægrotantium multæ.

Ὄψεις, id est facies, dixit, quasi differentias, uel modos, vel formas: ægrotantium vero, pro ijs, qui ægrotantibus fiunt, morbis, Nempe sæpius est demonstratum eam esse antiquis omnibus cõ
C suetudinem, vt à pathematis ad patientes, & à patientibus ad pathemata, transferant appellationes: quasi febrium vel febrientium differentias dicere nihil referat; sic & pleuriticorum vel anginalaborantium, aut pleuritidis, vel anginæ. Facies ergo dixit laborantium, quoniam eos oculis contemplantes, reperimus differentias.

54 Quo fit, vt animaduertere debeat medicus, ne quampiam occasionem ignoret.

Quòd manifestas causas græce προφάσεις, hoc est occasiones, appellet, didicimus: & sanè nunc eam de his appellationem ferre constat. Infert igitur.

55 Neque eas, quæ ad ratiocinationem spectant, neque quæ in numerum parem, vel imparem apparere oportet.

Quasi causarum alias quidem manifestas absque ratione artificiosa cognoscant omnes: alias vero soli, qui ratione artificiosa vtuntur. His quoque & attendendum ait, quas in numerum parem vel imparem apparere oportet.

56 Maxime uero numerus impar est obseruandus. Nempe hi dies in hanc vel illam declinantes partem reddunt laborantes.

D Dies impares multa pollere virtute non simpliciter, sed in acutis morbis, est intelligendũ, q; in signes in vtranq; tũ salutem, tum mortem mutationes efficiant: id. n. significat vocabulũ: q; græce ἑτερορροπέας, i. huc & illuc declinanter, dixit. In acutis quidem hi sunt, tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimus quartus, & decimus septimus: In lõgis, sexagesimus, & octogesimus. Medij horum sunt vigesimus, trigesimus quartus, & quadragesimus. Impares autem & hi.

† ἢ τοῦ πνεύματος εὐφορίη αὐτὴν ἔχει. quod alij vertunt. & si bona spiritus tolerantia ipsũ habeat, & sic in commento. † Vbi aũt optime perspexeris tales in his morbis tertianas, posteà iã & alia cõspicito: et si quarta dies aliquid ex eisdẽ ipsis simile tertiæ habuerit, tunc ægер etc.

57 Obseruare autem oportet primum diem, quo æger parum valere cœpit, principioq; vnde & quando, inspicere: existimatur siquidem id scitum præcipuum. Cum autem ægrum interrogaueris, atq; oĩa fueris perscrutatus, in primis quidem, quo nam habet caput modo, si dolore careat, nec grauitatem in se habeat: deinde si hypochondria latera q; dolore infestentur, si videlicet hypochondrium laboret, vel attollatur, uel obliquitatem habeat vel satietatem, aut latus doleat, simul q; cũ dolore tussicula fuerit, uel tormina dolorue ventris: cũ inquam horum quippiã hypochondrio aderit, potissimũ ventrem clysmis soluere oportet: bibat autem mulsam calidam coctam q;. Adhæc perdiscendum, si cum exurgit, defectu animæ corripiatur: & si facile spiret. Inspiciendum quoque vtrumne, deiectio nigra admodum colore fuerit, vel syncera, qualis sanorũ existit: & si febris exacerbet in tertium diem, †nempe in huiusmodi morbis, tertianæ considerandæ sunt exacerbationes. Conspiciendapræterea & alia, & si quarta dies tertiæ quippiam simile attulerit, nam tunc æger in periculo est. Quantum autem ad signa attinet, nigra deiectio mortem indicat: Quæ vero sanæ similis, cum omni die apparuerit, salutem.

Obser-

Obſeruandam in primis ait primã eſſe diẽ, in qua morbi cãm cognoſci iubet: nẽpe hæc oratio E
ἔξοθεν καὶ ὁτε, id eſt vnde & qñ, quiſnam ſit morbus, indicat. Interrogari aũt præcipit in primis q-
dem, quonam modo habet caput, mox hypochondria, & latera: hypochondria quidem, ſi dolor
quiſpiam afficiat, vel attollantur, vel quãdã habeãt σκολιότητα, id eſt, ἀνωμαλίαν, id eſt o' liq-
tatẽ, ſiue inæqualitatẽ: ꝙ in prognoſtico hac dictũ eſt orõne: Si inæqualiter affecta ſunt dextra ac ſiniſtra
parte. uel ſi κόραν, i. ſatietatem habẽt, inqt: qđ' ciborũ repletionẽ eſſe arbitror. Interrogari quoque
& alia, q̃ in dictione ſequenti habentur, iubet. Deinde hypochondriis ita affectis ſoluere aluũ cly
ſteribus p̃cipit, mulſamq; bibere calidã & coctã. Sed indiſtincte hæc locutus deinceps ſcribit, Ad
hæc ꝑdiſcendũ, ſi, cũ exurgit, defectu animi ꝯripiat: & ſi inqt, facilè ſpiret, ꝙ defectu animi cor-
repto opponit. Conſpicendam p̃terea iubet deiectionẽ, vtrumne nigra ſit, vel ſincera & inculpa
ta qualis in ſanis eſſe vr: veluti & ſi febris intertia exacerbet diẽ. Et, ſi his ita hñtibus, quarta dies
tertiæ ꝙppiã ſimile in acceſſione attulerit, periculoſam eã eſſe aſſeuerat: nẽpe quartã diẽ, quæ ſe-
ptimæ index eſt, rẽ nouã edere ex graui ous eſt notis. Rei aut nouæ editio deſignatioq; patet oĩ-
bus. Nam, ſi prima die, & tertia acceſſio fiat, & ſecunda facta haudquaquã fuerit, ꝙ quinta acceſ-
ſionẽ habitura ſit, par eſt, & nõ quarta: quapropter, ſi quarta habuerit, mali cuiuſpiam alterius ge-
nerationem demonſtrat. Si autẽ & nigra deiecerit, mortẽ indicat fore. Tu autem multa ex dictis
prætermittens, memoriam rei huius habe. Nã, ſi prima & tertia die proportionalẽ attulerit acceſ
ſionem febris, a † atq; nouiter quidem quarta paroxyſmũ fecerit, ſed æger nigra deiecerit, ſignũ F
eſt lethiferum. Quod ſi diebus omnibus, ſanis ſimilia deiecerit, ſalutem ægro futuram ſpera.

A † nouius quidem, ſi et quarta paroxyſmũ fecerit: ſi vero & nigra deiecerit, lethiferum eſt ſignũ.

58 Cum autem venter glandi non obedierit. b † *ſpirituſque tum placidus, tum quietus fuerit, ſurgẽſque æger in ſedem, vel dum inlecto eſt animæ defectu corripiatur: ſi hæc vel mari, vel fœminæ inter initia fuerint, dilirium fore expecta.*

Cõfuſa eſt dictionis huius intelligẽtia. Nẽpe vbi glans nihil ꝑfecerit, c † videturq; æger placid' quietusq; eſſe, ſi vtiq; & cũ exurgit, defectu aĩę corripitur, deliriũ expectãdũ, perperã dictũ eſſe mihi vr, cũ rei huic, neq; experientia, neq: rõ patrocinentur: quanquam tale quippiam aliqñ fiat. Prænotiones tamen nõ eorũ ſunt, quæ raro accidunt, ſed eorũ, quæ ſemper, vel magna ex parte.

B † ἐνῆ δὲ τοῦ πνεύματος ἐν φορίῳ.

C † δοκεῖ δ' ἐν φορᾳ ἔχειν ὁ κάμυνον.

59 Manus quoque contemplari oportet. Nam, ſi tremulæ fuerint, huic ſanguinis è narib. deſtillationem futuram expecta.

Sermo quoque hic neque quod continuum eſt, neque quod magna ex parte fit, ſed quod raro accidit docet.

60 Nares quoque inſpiciendæ. Nam ſi per vtramq; ſpiritus ęqualiter trahatur, & ſi multus ex ipſis feratur, conuulſio fieri conſueuit: {quę ſi fiat, propinqua mors eſt: quam prędicare pulchrum fuerit.} G

Cum tremulæ ſunt manus, nempe ita dicere expedit, ſi ſpiritus multus per vtranque narem ferratur, conuulſionem ſuperuenire ait. Conſueuit autem ita appellare conuulſificam affectionem, quæ in muſculis naris pinnas mouentibus fit.

61 Si in febre hyemali lingua aſpera reddatur, prehendantq; animæ defectiones, huic, tametſi febris remitti conſueuit, in eo tamen, qui per famẽ fit, cruciatu conſeruare ægrũ oportet, & aquæ mulſæq; potione, & ptiſanę cremore. Neq; febris quieti eſt fidendũ; nẽpe, qui ſigna huiuſmodi habẽt, his mortis periculum impendet. {Ergo, cum hęc noueris, optimeque contẽplatus fueris, ita prędicere pulchrũ fuerit.}

Sunt, qui febrem hyemalem ſimpliciter intelligant eam, quę in hyeme fit: alij eam, q̃ hyemi peculiaris ſit. Ea autem ex pituita eſt, veluti æſtiua ex ipſa bile. Si ergo, inquit in huiuſmodi febre lingua aſpera fuerit, atque animæ defectus, eam periculoſam eſſe eſt fatendum. Atque ob eam rem
febrium quieti fidendum non eſt, ſi cum prauis fiant tum ſymptomatis, tum ſignis, veluti in p̃sẽ H
tia cum animæ defectu & linguæ aſperitate. Non negligenter itaque ait regendos ægros: aquãq;
& mulſam & ptiſanæ cremorẽ exhibendum. Sed ſanè hæc pugnare videntur aduerſus id, qđ fame cruciandos dixerit. Nam huiuſmodi cruciatus, qui græce λιμοκτονία dicitur, maxime quidem abſtinentiam omnimodam ſignificat: aut, ſi non, ſaltem eam, quæ in potibus ſolis fit, victus rationem. hic tamen auctor & mulſam, ptiſanæ cremorem dare permiſit. Videtur ergo eos ob id fame cruciandos dicere, quòd, qui remiſſiones huiuſmodi quietiſſimas habent, longo ita tẽpore in his morentur, protrahanturque vt falſi circumuentique nonnulli validiorem miniſtrauerit alimoniam, & potiſſimum ob animæ defectionem. Quo fit, vt ad victum hunc iis, qui per mulſam atq; ptiſanæ cremorem multis fit diebus, recte dictus ſit λιμοκτονία, id eſt ex fame cruciatus.

62 Cum autem in febribus quinta die terrificum quippiam fuerit, vel vẽter repẽte liquida deiecerit & animę defectus prehenderit, vel vocis priuatio, vel conuellatur æger, vel ſingultiat, ex his angi grauiterque affici conſueuit, ſudoresque circa tum muſtacem, tum faciem, tum ceruicem ab occipitio eſſe cõ ſueuerunt. Qui autem hęc patiuntur, ſpirituoſi paulo poſt morientur.

Ex

A Ex ijs,quæ per obſeruationem empirice à medicis ſcripta ſunt,quædam talia exiſtunt, vt ex ſe mel aut bis conſpectis,modi vniuerſalis annotationem habẽat,tanquam ſępenumero in eiſdem & ſimiliter conſiderari poſſint. Tale autem quippiam & id eſt,quod nunc dicitur. Nẽpe contemplatus ægrum quendam liquida quædam deieciſſe,atque animæ defectu prehenſum,voceq́; priuatum,alium verò conuulſum:& poſtea vel ambos,vel alterum δοώδη,id eſt faſtidiis plenum grauiterq́; affectum,partesq́; tum faciei,tum colli ſudantes,deinde obijſſe:hæc ſcripſit, ꝙ ſignorum empiricorum concurſum exiſtimaret. Sed ſane hæc poſſunt & ſtomachicã prægredi ſyncopẽ;fieriq́;valent & propter copiam oppreſſa virtute,vel ea ipſa alio languente modo. Vnũquodque ſi quidem eorũ,quæ dicta ſunt,per ſe malum eſt,nedum ſi omnia conuenerint. Nempe ex repentinis deiectionibus deficere animam periculoſum eſt,veluti & voce priuari,& faſtidijs,angoreque plenum eſſe. Partibus vero tum faciei,tum capitis duntaxat,ſudare,non bonũ. Quo igitur modo hæc tum multa,tũ mala exiſtunt,ſic & alia,quæ in prognoſtico ſcripta ſunt. Poteſtq́; quiſpiã hæc inter ſe connectens videri nouum quippiam docere. Quòd ſi & dictionem obſcurã veluti ænigma,ſermoni miſcuerit,iam plebeijs & ex ea ſapientior eſſe videbitur:admirantur ſiquidẽ plebeij, q̃ non intelligunt. Viro autem,qui ſuperuenientia ſymptomata ab horum,quæ morbum indicant
B id eſt pathognomonicorũ cõcurſu diſtinguere nouit,ſermo is varius quidem deprehẽdetur,ſed inutilis:nẽpe pathognomonica ſyndrome morbi ſpeciẽ demonſtrat:ſuperueniẽtia vero ſympto mata manſuetudinem ipſius & malignitatem. Eumq́;qui ſingulorũ horũ ſymptomatum vires di dicit,quæ apparent,tũ æſtimare,tum inter ſe cõparare oportet. Et,ſi quidẽ tũ fortiora tũ plura videntur,q̃ bona,mala,hominẽ in periculo eſſe eſt ſciendum:verũ ſi bona malis & fortiora & plura fuerint,de ægro bene ſperãdũ. Quod te facere iubet & ipſe Hippocrates. Nẽpe in prognoſtico ſingulorũ tum ſymptomatũ,tũ ſignorũ vires particulatim docuit,atq; circa libri finẽ ait:" Oportet autẽ eum,qui recte ſit tũ conualituros p̃dicturus:præterea & in quibus ægritudo pluribus diebus,& in quibus paucioribus, permanſura ſit:ſigna omnia perdiſcere, atq; æſtimatis eorũ inter ſe viribus,vt ſcriptũ eſt,ferre ſententiã. Signorũ autem vires æſtimari præcipit,atq; ex ipſis prænoſcere,quidnam futurũ ſit. Vbi ergo bona malis p̃miſta fuerint,viribus quodãmodo paria ęquaque,exercitato eſt opus viro,qui in operibus ea ſæpenumero fuerit contemplatus. Vbi vero oĩa vel mala,vt nunc,fuerint,vel bona,cuiuis patet,quod futurũ ſit. Cũ.n.deiiciẽte aluo deficere animã ſignũ per ſe malũ ſit,pari modo & malũ vocis priuatio:ſi præterea æger neruorũ diſtentione cõflictetur,vel ſingultiat,vel faſtidijs refertus ſit, manifeſtius indicabit periculũ. Si præter hæc &
C aliud quodpiam malũ ſuperuenerit ſignũ,vt circa faciem ceruicemq́ue ſudores:atq;adhuc,q̃ nũc a ſcriptore huius libri dicuntur,nullo,quod bonum ſit,malis permiſto ſigno:ꝙ talis de neceſſitate ex ſignorum malorum aceruatione morietur, notum euadit. Adiectum autem in fine dictionis πνευματωθέντες,id eſt ſpirituoſi facti,tanquam ænigma,ceu quippiam eorum,quæ de neceſſitate fore conceduntur,quicquid ſignificet,ſiue ſpiritum copiam,quibus uẽter inflari poſſit: ſiue magnã & frequentem reſpirationem,quam ſanè ijs,quas comitatur,affectionibus haudquaquam bonã eſſe didicimus,veluti & eam,quæ ventris eſt. Quapropter veſtiganda alia ſigna non ſunt his de neceſſitate antegredientibus. Neque enim amplius ex his, veluti ex nonnullis, quæ caſu eueniunt, futurorum obſcura quædam fit prænotio.

3. Progno. 37. 4.211.e

53 Quibus per febres crura tuberculoſa fiunt. eaq́; tractu temporis,manente etiã nũ febre,non maturuerint,faucibusq́; gracilibus exiſtentib. irrepſerit ſuffocatio,non maturuerint,inquam,†ſed extincta ſint,ijs ſanguis è naribus fluere conſueuit:qui,ſi multus fluxerit,morbi ſolutionẽ portendit:ſi nõ multus,morbi prolixitatem. Quo minus vero fluxerit,eo deterius & prolixius erit malum. Quod ſi & alia facilia fuerint,pedum dolores ſunt expectandi:qui ſi pedem affecerint,& doloroſus perſeueret, inflametur q; & non leuetur,dolores poſt paulo ad ceruicẽ perueniẽt,clauiculãque,& pectus,& articulũ:nẽ
D *pe & hic tuberculoſus fieri debet. His autem extinctis ſi manus vel contrahantur,uel tremulæ fiãt, talẽ neruorum diſtentio prehendit,& deſipiẽtia:ſed & ſupercilijs oriũtur,quæ φλυζάκια vocãt, ruboreſq; ægrum habent:& ex palpebris altera ad alteram germinat:dura prehẽdit phlegmone:tumet vehementer oculus,& delirium valde creſcit intẽditurque:atque noctu magis,quàm interdiu,indicatur. Signorum aũt multa fiũt in numero impari magis,quàm pari. Vtro tamẽ horũ fiant,pernicioſi ſuperueniũt.*

† Codi. aliquot manuſcripti habent. ἀλλὰ μηδὲ σβεσθῆν, i. ſed nec extincta ſint. & ita et vetus interpres. Galenus tamẽ uidetur legiſſe,ſed extincta.

Qui librũ hunc confecit,is hæc omnia,quæ dicta ſunt,deinceps inter ſe cõtemplatus, vniuerſalem quendam particulari ex obſeruatione ſermonem temere feciſſe mihi videtur. Melius ſiquidem erat,ſi,quo Hippocrates modo in epidemijs ſcribere conſueuit, is ita feciſſet, præfatus quidem ab initio patientis nomen,deinde dies,in quibus ſingula facta ſint, narratione aſſecutus,vt & in ipſis,quæ nunc dicta ſunt, ſymptomatis facere potuit. Nempe in cuiuſpiam cruribus orta ſint turbercula,eaque non recipiant maturitatem,febriat quoque is, & ſuffocationem incurrens ab his liber ſit tuberculis; exiſtimabit profecto quis ſurſum factam humorum, qui crus infeſtabant,tranſmutationem,quæ in horum tranſitu ſuffocationem homini peperit. Si ergo talis, (vt Hippocrates dixit) euaſurus eſt profluere per nares ſanguis poterit:qui ſi multus fuerit,morbum

ſoluet:

ſoluet: ſi non, protrahetur ægritudo. Et, ſi reliqua bene fiant, rurſum ad pedes decũbere huic do- E
lor poterit. Quòd ita factum eſſe ſtatuatur, veluti ex his hominem πυριφλεγῆ factum eſſe, quod ca-
liditatem multã circa pedem manifeſtare conſueuit, vel febrem multam igneã q̃; Et, ſi poſt hæc
* Al. morbus. non ſoluta fuerint * ſymptomata, reuerſa iterũ ad ſuperiores partes humorũ copia dolores pariet
in collo, clauicula, humero, & pectore. Vt aũt huic omnia hæc abſque ratione cõtigerũt (nẽpe id
extincta eſſe, fuit) ita manus tremulas factas eſſe ſtatuaſ: deinde neruorum diſtentionẽ, q̃ ad ner-
uoſas partes decubuerit humorum copia, principiũ q̃ ipſorum prehẽderit, vnde delipiẽtiã, ſub
ſecutam eſſe. Contemplatus igitur autor quendã ex ijs, qui ita affecti ſunt, φλυκταίνας in ſupercilijs
habentem, (nempe id ſignificant φλυζάκια,) omnibus ita habentibus futurum ſymptoma hoc teme
re pronunciauit. Idem q̃ de iis, quæ continuata ſerie ſcripta ſunt, ſermo exiſtit. Nẽpe, quod vni
ita affectorum vel duobus factum eſt, id ad oẽs extendens, ait, & ipſos rubores habere, & ex pal-
pebris alteri ad alteram germinare, duram quoq; fieri phlegmonẽ, & vehemẽter tumere oculos.
Quorum cętera quidem cuiuis patẽt, ſed ex palpebris altera ad alterã germinare eſt ambiguum,
vtrumne ſignificare voluerit quandam ex parte earum exurgentem conſertionẽ, vel carnoſam
quandam germinationem, ab altera quidem enaſcentem, ſed ad alteram ſeſe extendentem. At
vero ſi rei huius aliquo pacto inuẽtio quippiam vtilitatis afferret, de ea amplior foret ſcrutatio. F

*φαρμακεύειν. *64 Hos ſi ab initio* purgare volueris id ante diem quintũ facito, vbi vẽter murmurauerit: ſi non, à*
medicamentis abſtineto. Verum, ſi murmurauerit, fuerint q̃ excrementa bilioſa, ſcammonia mediocri-
ter ſubpurgato. Quantum vero ad aliam pertinet ſanationem, quam minime exhibebis tum potus, tũ
ſorbitiones, vt melius æger habeat, niſi decimamquartam fuerit egreſſus.

Sanationem prædictæ concurſonis ſcribit, quã nominatim perſtringere mihi, vt dixi, nõ placet, cum etiam & ſanatio nihil commune habeat præter ea, q̃ ſæpius ante ſunt enarrata. Ait ſiquidem conſiderandam aluum, quam per murmurationes cognitam purgandam eſſe præcipit: &, ſi biliosa deorſum repãt, ſcãmoniam biliosa purgantẽ exhibet. Quod vero ad reliquũ ſanationis attinet, ſorbitiones per q̃ exignas miniſtrari præcipit, quouſque decimumquartum pertranſierint diem: qua oratione morbum ante decimumquartum diem coctum eſſe non poſſe ſignificatur.

65 Cum febricitanti decimoquarto die vox intercepta fuerit, tantum abeſt, vt morbus celerior tum
ſolui, tum diſcedere conſueuerit, vt etiam diuturnitas ipſi indicetur. Cũ ergo in eo die apparuerit vocis
interceptio, morbus protrahitur. G

Dictio hæc his ſuperfluit, qui mala ſymptomata maiori prædita eſſe facultate didicerũt, cũ in diebus iudicatorijs apparent. Nempe, qui librum hunc ſcripſit, nũc in re vna, quæ decimoquarto diei eſt particularis, hoc eſt vſus vniuerſali. Nẽpe, vt diebus cæteris iudicatorijs, ſic & decimaquarta, ſi malum aliquod ſymptoma apparuerit, id maiorem habet efficaciam. Annotare autẽ oportet, quod futurum eſt neque ſimpliciter, neq; vt res tulerit, ſed cum definitione. Nam ſi ex ſignis bonis, quæ maiorẽ habẽt efficaciam, laboranti quædã affuerint, longiori tẽpore ſaluari æger poterit: at, ſi nullũ tale fuerit, morietur, nequeunte morbi concoctioni ſatisfacere virtute. Qui igit hæc ſcripſit, prolixiorem omnino fore morbum male pronunciauit. Nempe & is cito mori põt, cui vox decimoquarto die interrupta eſt, ſi cum ſæuis aliis notis factum fuerit hoc ſymptoma.

66 Cum febrientis lingua quarto die turbata quædam loquitur, venter q̃, liquida biliosa deijcit, ta-
lis delirare conſueuit. Sed obſeruare oportet, quod euenientibus ſuccedit.

Id quoque & in alio quodam die apparet: verum, ſi quarto apparuerit, in primis periculoſiorem ſeptimum fore demonſtrat, id eſt quæ illo die futura ſunt. H

67 In acutis morbis, quæ æſtate & autumno fit repentina ſanguinis deſtillatio, robur multamq; in
venis inflammationem ſignificat: itemque quòd poſtero die vrina tenuis apparebit. Et, ſi æger ætate ui-
guerit, fueritque corpore ob exercitationes bene carnoſo uel melancholico, vel expotatione manus tremu-
læ fuerint, delirium vel conuulſionem prædicere bene eſt.

Dictio quoque hæc ſymptomatũ multorum, q̃ non in ægro omni coeunt conueniũt q̃; cõplicationem habet: quo fit, vt inutilia ſint, q̃ ad hunc ſcribuntur modũ, cũ doctrina ab vniuerſalibus recipiat cõmoditatẽ, quo Hippocrates modo facere cõſueuit. Dictum autẽ eſt, q̃ vniuerſalium q̃ quidem perpetua ſunt, primam habent virtutẽ vtilitatẽ q̃; quæ vero magna ex parte ſunt, ſecundam. Quod ſi anceps quippiam vel rarum fuerit, id ad doctrinam inutile cenſetur. Quæ igit recẽſuit, particulatim contẽplemur, atq; ante omnia quod primo eſt dictũ. In acutis morbis, q̃ æſtate & autumno fit repentina ſanguinis deſtillatio, robur & multam in venis inflãmationem indicat: Melius ſiquidem erat pronunciare, quod robur venas curatione egere indicaret. Nouimus. n. q̃ ſanguinis è naribus ſtillationes malũ ſemper quippiã eſſe ait, ꝓpterea q̃ natura quidem concupiat, q̃ ſuperfluum eſt, excernere, ſed ob propriã imbecillitatẽ nequeat, vel ſanguinis craſſitiẽ, vel partium denſitatẽ, vel quædam ex his, vel propter omnium concurſum. Cum autem malũ ſem-

per hoc

A per hoc ſignum ſit, magisq; φ primis tum æſtatis, tum autumni temporibus virtutem ipſius intendi contingit (nempe in eis diebus flaua redundat bilis, ambiensque nos aer calidus eſt: quo fit, vt ſanguinem vtranque ob cauſam, bene fluentem eſſe oporteat,) magnitudo quædam cauſæ indicatur, propter quam fluere inhibetur, quam robur eſſe ait, forte dēſitatem ita appellās. Quòd porrò ita affecti venarum curatione egeant, nondum oſtendit, prius quàm aſtruat, quamnam dicat curationem, nec tamen dixit. Prædictionem præterea primam dixit, φ ſcilicet poſtero die vrina tenuis apparebit, non ſolo eo die de neceſſitate incoctis apparentibus, verum quoque & alijs præcedentibus. Conuulſionem quoque & deſipientiam fore ait, ſi laborans ætate viguerit. Præterea & exercitati & bonæ ipſius carnoſitatis meminit, & temperamenti: nempe melancholicus, nomen eſt temperamenti. Huc adde, φ ex potatione eum manus habere tremulas ait. Hæc ergo ſymptomata poſſunt inter ſe complicari, non tamen de neceſſitate, neque magna ex parte ſuccedent deſipientia & conuulſio.

68 Et, ſi paribus quidem diebus ſuperuenerint, melius: in iudicatione autem perniciosum, niſi multus abunde effuſus ſanguis viam redundantiæ fecerit vel per nares, vel per ſedem, vel per abſceſſus, uel
B *commutationes, vel ad hypochondriorum dolores, uel ad teſtes, uel ad crura. Coctis autem his, uiæ patent ſputis: urinæq; excernuntur craſſæ læues, & albæ.*

Gemina eſt ſcriptio in hoc verbo ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire, vna quidem ſcripta per τ elementum tertia ſyllaba, altera per γ. Verum, ſiue per priorem ſcriptionem ægros diebus paribus ἐπιτείνεσθαι, id eſt intendi dixerit: ſiue ſecūdum poſteriorem prædicta ſymptomata diebus paribus ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire affirmauerit: non continuo exiſtit & melius, quanquā id dixit. Neq; enim, ſi pares fuerint, intueri oportet, ſed ſi iudicatorij: nempe quartam, quæ par eſt, & ipſe ex ordine paulo ante maximam habere facultatem aſſeruit. Cæterum, φ deinceps dicitur, verū exiſtit. Nam, ſi ſanguis multus, quouis modo id fiat, excretus fuerit, ſalutis ſpē habet. Præterea & per abſceſſum ipſos, & per commutationem, ſeruari ait: abſceſſum quidem ferè ſua peculiari appellatione declarans, ſed commutationem, cum ait, ad hypochōdrium dolores, vel ad teſtes, vel ad crura. Differunt autem inter ſe, φ ἀπόστασις, id eſt abſceſſus, iudicationem infert, ægrumque a moleſtijs omnibus liberat: μετάστασις autem id eſt commutatio, aliarum habet principium acceſſionum, offenſionumq; vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali, corporis locus, ad quē infeſtantium humorum facta ſit commutatio. Eam ob cauſam adiecit, Coctis autem his permea-
C tiones fiunt ſputis, vel craſſis vrinis læuibus & albis, ſigna coctæ commutationis edocens ex coctis, tum ſputis, tum vrinis.

69 Febri ſingultuoſæ laſerpitij ſuccum, oxymeli, daucū tritum propina: galbānumq; ex melle & cyminum in eclegmate: poſteaq; ſorbendum ptiſanæ cremorem dato. Talis autem euadere non poteſt, niſi ſudores ſuperuenerint iudicatorij, & ſomni æquales, urinæque exierint craſſę & acres, aut in abſceſſum firmetur morbus.

Λύγγας & λύγγους, id eſt ſingultus, appellare cōſueuerunt. Sunt autem motiones quædam ſtomachi conuulſoriæ, quas quidem fieri aiunt φφ immoderatam vel inanitionem, vel repletionē. Quæ ſi propter inanitionem fiant, fere ſanationem nō recipiunt: ſi verò ob repletionem fuerint, ab ijs, quæ infarcta ſecant abſterguntq; ſanantur medicamentis: quo è numero ſunt, quæ in hoc loco ſcripta ſunt. Videtur autem & nunc morſus is fieri φφ acrimoniam ſtomachum mordentē, ut cum quiſpiam piperis plus, uel ſimile quippiam deuorauerit. Et ſanè fuerunt ex febrientibus, q in ſingultu rodentem acerrimumq; vomuerunt humorem: a quo tandem ſymptomate ſunt libe
D rati. Verum febris huiuſmodi nequaquam ſingultuoſa appellatur: nempe, vt ſingultuoſa vocetur, permanere amplius debet ſingultus, vel etiam per totum morbum ſimul cum febre exacerbare. Febrem hanc per ſudores iudicatorios, ſomnosq; æquales, vacuatasque vrinas, tum craſſas, tum acres, ſanari ait, talibus quidem vel excretis, vel in abſceſſum firmatis.

70 Coccalus, id eſt nux pinea, & myrrha, in eclegmate exhibeantur bibantq; oxymelitis perquā exiguum.

Scriptum quoque & inordinate hoc eſt. Commodius ſiquidem feciſſet, ſi paulo ante in ea orationis parte, qua eos ſanauit, quibus tum thorax, tum pulmo per ſputa expurgari debent, id ſcripſiſſet, & non febri ſingultuoſæ adieciſſet. Et ſanè, quod dicitur, obſcurum eſt. Nempe κόκκαλος ab ipſo dictus, non ita, ſed κῶνος magis, ab antiquis Græcis appellitatur, veluti a recentioribus medicis propemodum omnibus στρόβιλος. Conſueuit autem ex eo eclegma confici, vbi maxime pinguis fuerit, id eſt vbi multam circumfuſam habuerit, quæ peculiaris ſit, reſinam. Coquunt autē fructum hunc in aqua cum praſſio, hoc eſt marrubio, recenti: mox decocto mellis exiguum miſcent, coquuntque iterum, donec mellis accipiat craſſitudinem: quo ad hunc modum confecto medicamento vtimur ad thoraces pulmonisq; expuitiones. Quo autem modo & alia quædam medicamento huic ſæpius immittunt, ita & auctorem libri huius myrrham immittere veriſimile eſt: quod poſtea, velut compendio, manifeſtauit, inquiens, Coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur. Poteſt autem & ipſos, qui eduntur, conos cum myrrha exhibere: atque huic fortaſſe

taſſe mel nõ perperam medicamento miſceri intellexerimus. Sunt, qui dictionem hanc ab ante- E
ſcripta ſeparant, ſeorſumque ſcribunt: alij finem anteſcriptæ principium huius efficiunt hoc pacto: Si autem abſceſſus firmentur, coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur: vt morbis in abſceſſum firmatis ei medicamentum eſſe intelligamus: quod a ratione alienum cenſeo propter id, ꝙ ita infertur. Bibantque oxymelitis perquam exiguum. Nempe in ſingultuoſa febre formidandum acetum præcipit ratio: in ijs vero, quæ in abſceſſum firmantur, nequaquam. Eam ob cauſam ſunt, qui dictionem hanc quadantenus quidem antea ſcriptæ copulent, quadantenus vero ſeparent, atque adiecta coniunctione, autem, ita ſcribant: Si autem in abſceſſum firmetur. tãquam de ſingultuoſa ante dicta febre id dictum ſit: volente auctore, ſi in abſceſſum aliquando firmari contigerit ſingultuoſam febrem, coccalum cum myrrha exhibere, & copioſam oxymelitis vitare potionem. Syllaba autem vltima verbi huius στηριζεται, id eſt firmetur, ſiue per ζ literam ſcribatur, ſiue per ξ, nullam, quæ inſignis ſit, facit ſermonis mutationem.

71 *Quod ſi ſupra modum ſiticuloſi fuerint, bibant aquam hordei.*

Quod potum hunc, tanquam ſitim adimentem, exhibeat, eſt manifeſtum. Sed melius feciſſet, ſi prius, quonam pacto parare hordeum oporteat, enunciaſſet: vtrumne ſimpliciter madefacere: vel ex eo zythum, vt huius temporis homines, conficere: vel quouis alio parare modo.

72 *In peripneumonijs & pleuritide ita cõſiderare oportet, ſi febris acuta fuerit: ſi dolores lateris uel alterum, uel utrunque infeſtent: & æger in ea, quæ ſurſum fit, ſpiritus latione laboret: tuſſesque adſint, & ſputa educantur, rufa, uel liuida, uel & tenuia, & ſpumoſa, & florida: & ſi quippiam aliud diſcrepans præter ea, quæ didicimus.* F

Pleuritidis peripneumoniæque tum magna, tum effatu digna quidem omnia in legitima libri huius parte ſunt definita diſtinctaq; ſed, quæ medicis omnib. patẽt, ea ſunt prætermiſſa. Talia aũt ſunt, quæ impræſentia ab auctore ſcribuntur. Ea primum quidem a veterib. empiricis appellata ſyndrome, quã veteres affectibus conſidentia ſymptomata appellabant: ſi videlicet febris acuta, dolorque lateris, vel alterius, vel vtriuſque & potiſſimum, qui in expiratione fit: nẽpe id eſt, Et ſi æger in ea, quæ ſurſum fit, ſpiritus latione laboret: tuſſes adſint, & ſputa edũcantur, rufa, vel liuida & tenuia, & ſpumoſa, & florida, & quouis aliter modo præter ſolitum euariantia. Nẽpe hoc ſignificat, inquiens, ſi quippiam aliud diſcrepans habent præter ea, quæ didicimus. Quę omnia in pleuriticis peripneumonicisque apparere ait, ſi contingant. Sed hos ita regere oportet.

73 *Si dolor ſurſum penetrauerit uel clauiculam, uel mammam, uel brachium, uenam brachij internam ſecare oportet, qua dolor afficit parte.* G

Rurſus & in præſenti loco partis legitimæ ſententiam elaborat, qm̃ in ea prætermiſſum eſt, ꝙ ſimul cum dictis intelligitur: adiicitq; illud, venã ſcilicet ſecãdã recto a latere dolente tramite: ꝙ expoſuit inquiens. Venã brachij internã ſecare oportet, qua dolor afficit parte: ſed manifeſta vs᷑ breuitate orationem negligẽtius percurrit: nam venã cubiti dicere debuit, cũ venã brachij dixit.

74 *Sanguinemque auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore. Ampliuſque non ueritus, ſi dolor acutus fuerit, ad animi uſque defectionem detrahes.*

Rurſus hoc in loco plus, q̃ mediocriter, ſcopos detractionis ſanguinis oẽs recenſere conatus, quoſdã ſilentio p̃teriit. Neque. n. virtutis meminit, neq; ſanguinis mutationis, nec vero regionis, nec conſtitutionis. Plus aũt auferre, atq; ad aĩæ vſq; defectionẽ id audacter agere p̃cipiens, deliquit ſane in dictione, cum adiecit, quam ob cauſam audere conueniat. Nẽpe, ꝙ dolor acutus ſit, plus quidem ſanguinis vacuamus: ſed fluere ſinimus, nõ ꝙa acutus ſit, ſed ob alia: utpote ſi virtus robuſta fuerit, viguerit ætas, ſanguis abundauerit, & laborantis natura tũ dẽſior, tũ durior, atque H
ægre magis ꝓſpirabilis, & ſanguinis copioſi fuerit: anni ẽt tẽpus, & cõſtitutio bñ tẽperata: ſic ſane & regio. Nẽpe, ꝙ ad aĩæ vſque defectionẽ ſanguinẽ auferre nõ vereamur, nobis ex his accidit.

75 *Clyſterem poſtea exhibebis.*

A ſanguinis miſſione clyſterem exhibere iubet. Sed melius erat adieciſſe, ſi non ſponte probe deiecerit aluus.

76 *Si uero dolor ſub thorace fuerit, ualdeque infeſtauerit, pleuritico uentrem ſubpurgabis: nihilque dũ purgabitur, dabis, à purgatione autem oxymeli. Verũtamen† purgãs medicamẽtũ miniſtrabis quarto die, {tribuſque primis diebus clyſteres exhibebis: quibus ſi non leuetur, ad hunc ſubpurgabis modũ. Cuſtodies deinde ægrum, donec ad febris priuationem & ſeptimum peruenerit diem: qui ſi in tuto eſſe uideatur, in primis exiguum tenuemque cremorem, eumque melle miſcens, dabis: ſi uero facile reuocatur, & facile ſpirat, lateraque non doleant, ſenſim craſſiorem copioſioremque, & bis die miniſtrabis.}*

† φαρμακεύειν.

Pleuriticum nominauit, id quod ab Hippocrate in legitima libri huius parte eſt dictũ: vbi ita habentes

A habẽtes pleuriticos purgat: facit aũt id duobus modis. Quarto vero die medicandum indiſtincte ꝓnunciauit. Neq; n. inter initia aliqđ remediorũ hmõi ęgro iniũgere oportet: desũpto à numero dierũ ſcopo: ſed, q̃ Hippocrates recẽſuit, eſt exequendum. Nã vel ſtatim ab initio prius q̃ ĩ partẽ aliq̃ firmati ſint humores, medicandũ, vel poſtea cũ concocti fuerint. Quã ob cãm & prima interdũ die, & ſecũda, & quarta, & ĩterdũ q̃nta, medicati ſum⁹, & non ĩ quarta ſolũ quo mõ is dixit.

77 Quod ſi non facile liberetur, potionis minus, ſorbitionem exiguam, cremoremq; tenuẽ, & ſemel exhibebis: atque eo, quo melius degit tempore, quod ex urinis deprehẽdes. {Nempe in iſtiuſcemodi morbis ſorbitio non prius danda eſt, quam lotia, aut ſputa matura facta videris: Quòd ſi purgatus multa deiecerit, dare oportet, minus tamen & tenuius. Non enim poterit præuaſorum vacuatione dormire, neque concoquere ſimiliter, neque iudicationes ſuſtinere: verum, vbi crudorum colliquatio facta fuerit, &, quæ renituntur reiecta, nihil obſtabit.

De particulari cibi exhibẽdi tẽpore agens Hippocrates & libri huius auctor in ijs, q̃ ſupra ſcripta ſunt, eã quæ tum in thorace, tũ in pedib. eſt caliditatem aĩaduertendam eſſe voluerunt. Nẽpe vrinarum conſideratio ad vniuerſalẽ victus formã, nõ ad particularẽ vtilis eſſe videtur. Quo fit, vt nõ recte dicat hoc in loco cremorẽ tenuẽ ſemel exhibẽdũ eo, quo melius degit, tẽpore, idq; de
B prehendendũ ex vrinis. Nẽpe tametſi breuiſſimã in particularibus acceſſionibus ad melius inclinationem vrinæ habuerint, tẽpus tñ huiuſmodi non vſqueadeo ꝓtrahiẽ, vt has recondamus, expectemusque dum nebulas vel ſublimes vel ſubſidentes habuerint: hæc ſiquidem non pauco fiũt tẽpore. Atqui in acutis morbis interdum ægri in declinationis principio de neceſſitate ſunt alẽdi:

78 Cocta autem ſunt ſputa, cum puri ſimilia fuerint: Vrinæ autem, cum hypoſtaſes erui modo ſubrubras habuerint. Cæteris autem laterum doloribus tepefactoria apponere & ceromata nihil vetat, crura que & lumbos calido inungere, & pinguedine illinere: hypochondrijs quoque aduſque mammas ex lini ſemine cataplaſma imponere. Vbi autem peripneumonia ad ſtatum peruenerit, quando non repurgantur, auxilium non habet, & mala eſt, ſi laborans ægre ſpirauerit. fuerintque urinæ tenues & acres, atq; ſi ſudores circa ceruicem caputque oriantur. Nempe ſudores huiuſmodi mali ſunt, vincente ob ęſtũ impetumque & violentiam ægritudine, niſi vrinę multę & craſſę prodierint, & concocta exierint ſputa. Vtrum autem ex his ſponte euenerint, ſoluit morbum.

Neq; ſui ipſius eſt memor, q̃ nõ ad hũc modũ de coctis vrinis ſupra ſcripſerit, neq; Hippocratis, q̃ aliter dixerit." Nẽpe q̃ vrina optima ſit, q̃ ſedimẽtũ hẽt, tũ albũ, tũ læue, tũ æquale Cætera,
C q̃ peripneumonicis pleuriticisque ĩ oſonis textura narranẽ, cõſpicua ſunt, tũ vbi libri huiꝰ auctor ab Hippocratis recedit ſnĩa, tũ vbi maxime, vel ꝓrſus, vel aliqua ex parte, huic annuit & cõsẽtit. 2. Progn. t. 26. 4. 200. b

79 Peripneumonię eclicton ſeu eclegma, Galbanum & nucleum pineum ex melle attico dabis. abrotonum ex oxymelite. Piper quoque & nigrum elleborum, vbi feruefeceris, pleuritico etiam circa initia dolenti bibendum offeres. Quòd ſi panacem ex oxymelite feruefactam percolatamque propinaueris, benefacies. Prodierit autem & hęc hepaticis, aut ex ſepti tranſuerſi dolore affectis, atque ijs omnibus, quę aut per aluum aut per vrinas expelli deſiderant, ex vino & melle. Verum, quę ventri expurgando exhibiturus ſis, ea cum mulſa aquoſa & multa propinabis.

Medicamentum primum ſecundumque ſputa educunt. Sed, quod ex elleboro nigro conficitur, ventrem ſubducit. Quòd vero ex panace eſt, quibusnam vtile ſit, recenſuit.

80 Dyſenteria, quę ceſſauit, abſceſſum vel tuberculum aliquod pariet, niſi deſierit vel in febres, vel ſudores, † apparuerintque vrinę craſſę & albæ & lęues, } vel in tertianas, vel in varices, aut dolor inteſticulum, vel crura, vel coxam firmetur.

† eturinas craſſas, & albas & ualde perſpicuas.

D Sermo quoque præſens ſine definitione & diſtinctione eſt prolatus, quod neque, qualem dicat dyſenteriam, demonſtrauerit, & quod neque omnis, quæ ceſſauerit, hæc inferat.

81 In biliosa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem enatus morbum ſoluit: ſi vero abſq; rigore pręter temporis occaſionem ſuperuenerit, pernicioſum.

Neque proculdubio ante ſeptimum diem cum rigore enatus morbus regius febrem ſoluit, neque poſt ſeptimum. Sed ſane ita diſtinguere oportet. Febrientibus morbus regius ſuperuenit, interdum quidem tanquam affectionis hepatis ſymptoma: interdum quoque & natura bilem per cutim excernere contendente, ſed nequeunte. veluti in abſceſſibus omnibus fieri conſueuit. Verum in" Aphoriſmis de huiuſmodi morbis regiis eſt enunciatum. 4. Aph. 62. Ex. ord. 34. b

82 Lumborum tetanus, atque in melancholicis per venas ſpirituum interceptiones cum fuerint, ſanguinis detractione ſoluuntur.

Cum inquit, propter melancholicum ſanguinem in venis redundantem ſpirituũ interceptiones fiunt, ſanguinis miſſio ſoluit: ſi interceptionem dicit ſpirituum, qui in arteriis ſunt, nam & arterias antiqui venas appellabant: quænam alia fuerit, quàm pulſus carentia priuatioque? Græci

ἀσφυξία

ἀσφυξία dicitur: si vero eorum, qui in pulmone sunt, spirituum interceptionem dicit, rursum & appellatam apnœam, quasi respirationis priuationem dixeris, obscure insinuabit. Potest quoque sanguinis tum copia, tum crassitudo non arterias modo inflare, vt permeare non possit, verum quoque & proprie appellatas venas. E

83 Cum aũt ob tendines vehementer in anteriorem reuelluntur partẽ, sudores q̃ circa ceruicem faciẽque oriuntur, morsis ob laborem & arescentibus ijs, qui ad οὐραῖον id est caudã, vergunt tendinibus: crassissimi hi spinam continuant, qua maximæ enatæ copulæ ad pedes vsq; finiũtur: Is, si neq; febris, neq; somnus superuenerint, fuerint q̃ secutæ coctionẽ habentes vrinæ, sudoresque iudicatorij, vinũ creticũ vinosum bibat, edatque polentam coctam. Cerato quoque perungatur: & crura ad pedes vsq; calidis in pelui madefacta, superimposito velamine contegantur: brachia item ad digitos vsq; inuoluantur. Spinã præterea à ceruice ad coxam vsq; molli pelle, quæ pinguedine & cera illita sit, velabis ita, vt anteriora ẽt contineãtur. Intermissis q̃, quæ per vtriculos fiãt, fomẽtis, calida perfundes aqua, linteo obuolues, & {in conclaui} cubare ægrũ facies. Ventrẽ autẽ ipsum non admodũ solueris, nisi balano, si longo iã tẽpore se continuerit, id q̃ si bene tibi processerit: sin autem, modi* radicẽ in vino odorato tritã & daucum mane ieiuno, prius quam madefeceris, propina. Post hæc cito farinam coctam tepidã voret plurimã: vinumq; cũ voluerit, bene tẽperatũ superbibat, idq; si ad melius tibi processerit: si nõ, prædicere te oportet.

*A. μίσου. i. medix.

*Al. moleos. F

Sermo quoq; hic indistincte & indiscrete est prolatus, pter id, quòd & nomina quædã improprie scripta sunt. Nempe ob labores morderi tendines improprie est dictum, verbo hoc mordere acribus humoribus & non doloribus quadrante: præterea & quod in principio dictionis dicitur. Vehementer in anteriorem reuelluntur partem. Deinde ait, Arescentibus, qui ad οὐραῖον id est caudam, vergunt, tendinibus, qui crassiores spinam continuant, eos, qui vsq; ad caudam protẽdũtur, ita vocans: appellant autem ὀρθοῦιον, ossis extremũ. Quod si partem vtranq; tendi manifestare voluerit, atque tum in scapulas, tum in pectus tetanũ intendi, fieri sanè potest: quo modo paulo ante dixit, Tetani lumborum. Non tuto autem morbi facilitatẽ ex vriuarũ concoctione pnoscit. Nẽpe, tametsi febris cruditates per vrinas manifestè iudicẽtur, morborum tñ musculos infestãtium, haudquaquam secura est p vrinas significatio: sed hoc quidem exiguũ. Vinum autẽ his exhibere distinctione non facta, vtrumne ob frigiditatem passus æger fuerit, an aliã ob causam, non exiguũ est delictũ, immo petulãs potius immodestumque. Absque itẽ ratione dictũ est, vẽtrẽ soluẽdũ nõ esse, nisi balano. Nẽpe in hmõi morbis cõmode interdũ soluit. Cætera dictionis manifesta sunt.

84 Morbi omnes soluuntur vel per os, uel p aluũ, vel per vesicam, vel per aliam, quæ talis sit, partem. Sudor autem morbis omnibus est communis. G

Sermo hic neque vniuersalis est, neque communiter inest omnibus: neque enim per hæc solũ morbi soluuntur, verum quoque & per vterum, & per sanguinis è naribus eruptionem.

85 Quibus à capite fluxio est, his elleborum dare oportet.

Elleborum dare omnibus, quibus à capite fluxio est, non est necesse: nempe interdum capiti soli prouidere consueuimus.

86 Quicunque propter abscessus, vel phleborrhagian, vel incõtinẽtiam, uel aliã quampiã fortem causam suppurati facti sunt, his, ne elleborũ dederis: neque etenim proderit: &, si quippiã afficiatur æger, feciſſe id videbitur elleborus. Si vero corpus dissoluatur, vel dolor in capite sit, vel oppletæ aures, vel nares, vel sputatio, vel genuum grauitas, vel corporis præter solitum tumor; quodcunque horum contigerit, dabis: modo hæc neque ob potum fiant, neque ob ueneres, neque ob tristitiam, neque ob curas, neque ob vigilias. Si enim quippiam horum causam fecerit, ad id curationem dirigere oportet. H

Phleborrhagian, venarum ruptionẽ dicit. Quòd autẽ neq; ijs, qui ob huiusmodi causas, neque ijs qui propter abscessus, neq; ijs qui ob causam aliam suppurati facti sunt, dare elleborum oporteat, nemo ignorat. Sed qui ob incõtinẽtiã intemperantiamq; suppurati sunt, pperam in hoc recensentur catalogo, intemperantia ipsa per se intemperãtes lædente, vt redũdantia, cruditate, crapula, venere multa, vigilijs, & quibusdam similibus. Cæterum prædicens, quibusnã elleborũ exhibere oporteat, inquit, Si vero corpus dissoluatur, i. fractũ admodũ reddat, absq; s. occasiõe, vel dolore, & deinceps in iis, quæ serie continuata dñr, omnibus, oppletis s. auribus, naribus, & sputatione. Adijcit & genuum grauitatem doloremque & corporis præter solitum tumorem. In omnib. siquidem ijs, quæ sine manifesta causa facta sunt, vult elleborum exhiberi. Diuertens autem sermonem vniuersalem ad particularia inquit, Modo neque ob veneres, neque ob curas, neque ob vigilias, dicta facta sint. Si enim ex horum aliquo facta sint, pugnandum aduersus efficientẽ causam præcipit. Quænam autem ex his omnibus, quæ recensuit, vere diligẽterque dicta sint, & quæ non, didicistis tum in Hippocratis libris, tum in commentarijs nostris.

87 Dolores ex itinere si fuerint, laterũ, dorsi, lũborũ, & coxarũ, & q inter respirãdũ dolent, occasionẽ habentes

A *bentes. Sæpius enim dolores ex crapula cibisq; inflantibus ad lũbos & coxã venire consueuerunt. Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. Horum iter causa est, coryzæ item & raucedinis.*

Sine ordine hæc interpretatus est. Nã prædicens dolores ex itinere, laterũ, dorsi, lũborũ, & coxarũ, rei inanis exhibitionem repræsentationẽq; fecit, perinde atq; quonã mõ hæc curẽt, esset dicturus. Deinde facto ita additamẽto, Sæpius.n. dolores ex crapulis cibisq; iflãtib. venire cõsueuerũt: intulit, Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. Post hæc quoq; inquit, Horũ iter cã est, coryzæ itẽ & raucedinis: acephalũ vt q̃spiã dixerit, i. sine capite, & vertice, rei faciens sermonem.

88 Quæ ob victus rationem eueniunt, multa quidem vniusquisque pro non assueta victus forma maxime declarat. Nam, qui prandere non consueuerunt, & pransi fuerint, his tumor ventris ingens accidit, dormitatio, & proiectatio, & plenitudo: quod si supercœnauerint, venter turbabitur. Hi a balneo (cõfert. n.) dormiant, expergefactique plures lenta ambulatione absoluant circuitus. Et, si ventrem exonerauerint, cœnent, parumq; vini, sed meracioris, bibant: si ventrem non exonerauerint, corpus calidõ per ungant. Et si sitiuerint, vinum aquosum album & dulce bibant, si non, amplius dormiant, conquiescãt que. Cæterũ talis instituatur victus, qualis ex crapula laborantibus institui solet. Pocula aquosiora tar
B *de meant, ac veluti in orbem aguntur, innatantque circa hypochondria, & non decurrunt ad vrinas, q*
* *bus qui repletus fuerit, nullum celeriter ex ijs absoluet opus, q̃* * *compositum corpus vi vel celeritate cõficere potest: maxime autem quiescat, donec cum cibis concocta fuerint. Meraciora vero, & austeriora* *ξυνταθὸν. *palpitationem in corpore, atq; in capite pulsum efficiunt: his bene fuerit, si superdormiant, calidumque quidpiam sorbeant ex ijs, quæ suauissima hẽnt: ieiunium n. aduersus capitis dolorem crapulamq; malum est. Qui semel tantum die cibum assumunt, imbecilli fiunt, & calidum mingunt, vtpote p̃ter consuetum vacuati: os ipsis salsum efficitur, & amaricat: atque in quouis opere contremiscunt, tpa contenduntur: cœnamque non ita concoquere perinde, atque si pransi fuissent, queunt. Minus igitur, quam consuerunt, bibant, liquidioremque mazam panis loco assumant: atque exoleribus rumicem, vel maluam, vel betas, & ptisanam. Dum autem, cibantur, vinum modice bibant, aquosiusque atque cœna parũ ambulent, donec excurrat vrina, minxerintque. Piscibus præterea elixis vtantur.*

Totum hunc sermonem in legitima libri huius parte abunde tum elaboratum, tum explanatum scimus: quo fit, vt ex illis, quæ modo dicantur simili, possis tum discernere, tum iudicare. Neque mihi diutius morari in his est necesse.

C *89 Cibi autem maxime notas & indicia faciunt.*

Eduliorum vim non ex rõne aliqua, sed experientia iudicari conuenit. Neq; hic refert βρώματα vel ἐδέσματα, i. cibos vel edulia, dicere. Cæterum, qui hæc scripsit, tale quippiam ostendit per hoc verbum, ἐπισημαίνειν. notas & indicia facere. Nempe nota corporibus signumque fit (vt inquit) secundum vnamquamque, quæ ex cibis volentibus fit, mutationẽ. Consequẽter aũt ea enumerat.

90 Allium flatum parit. caliditatemque in thorace: capiti item grauitatem facit, & †cibi fastidiũ & si alius quispiam dolor ex consuetudine ante infestauerit, irritat. Cæterum vrinas ciet, estque hoc p̃ditum bono: eumque, qui potaturus sit, & sese crapulæ daturus, vorare allium optimum est. † *anxietatem.*

Si vnumquodque eduliorum experientia iudicandũ sit, nõ recte dictum esse vr̃ flatuosum esse allium: neque caliditatis maioris sensum, q̃ cæpam comedentibus, inferre, nec in vlla alia corporis parte, neq; ẽt in thorace: neque similiter ἄσσον, i. † cibi fastidium: & potissimũ vbi quis ipsum parum ante feruefactũ assumpserit. Eduliorum aũt multa corpus si plethoricum fuerit, * calfaciunt: cum verò ante vacuatũ fuerit, siccant abunde. Peccauit igitur libri huius auctor, qui indiscrete rẽ enunciauit: nã melius erat, vti dictum est, definire. Impræsentia aũt simpliciter de allio cẽsuit: sed melius feciisset, si & exiccare & calfacere ipsum dixisset, & non flatuosũ esse; nempe aduersus indiscretum indistinctumq; ferre snĩam consuetudo non est. Subaudire autem oportet, vbi tẽpestiue datũ fuerit: quod parato ante corpore manifestat. Ante aũt paratur, si neq; plethoricũ neque cacochymũ fuerit. Non recte igitur capitis grauitatem ab eo fieri ait: nempe, si præuacuato corpore allium obtuleris, capitis grauitatem sanabis, partisque alterius oĩs. Demiror aũt, quonã pa-
* *cto, q̃ hucusq; p̃currit, præfatus, deinceps dixerit, eumq;, qui potaturus sit, & sese crapulæ datur', vorare ipsum optimum est.* Videtur autem ex his neque crapulam neque ebrietatẽ efficere, sed ab his ita præseruare, vt & grauitatẽ expellere possit, & flatus sanare. Vera quidem hæc dixit, atq; adhuc ex ciẽtibus vrinas vnũ esse allium. Sed alia falso adiecit, simulque & pugnantia, si dicantur.

91 Caseus flatum atque astrictionem, & ciborum accensionem facit: crudum & incoctum: † atque ijs, qui se potu repleuerunt, deterrimum est. † *Ad uerbum pessimum autem potu comedere repletis.*

Caseus recẽs & mollis duro & sicco flatuosior existit: minusque, q̃ durus siccusque, adstringit, i. sistit ventrẽ. Siccus etenim flatuosus minus est, sed vẽtrẽ magis sistit: præterea & siticulosus magis existit: quod ostendit, cũ inquit, & ciborũ accensionẽ facit. Crudum aũt & incoctũ in dictionis iacet medio: qđ exacta enunciatione caret. Ostendit aũt, q̃ crudum oẽ incoctumque in cor-

poris humoribus contractum ex huiuſmodi eduliis fieri natum eſt: cuiuſmodi eſt caſeus. crudum E
& incoctum exiſtens edulium: quaſi ita diceret, Caſeus flatum parit, atq; adſtrictionem ventris,
†Peſsimũ aũt ait, & repletos cũ potu comedere ipſum æſtuoſusque eſt: præterea, & crudũ & incoctile eſt edulĩ, talesq; ſuccos generat. † Ait præterea,
& deterrimum eſſe ijs, qui ſe potu repleuerunt: quod & idiotis ipſis patet: neque ſiquidẽ alias bo-
num eſt edulium caſeus, vtpote, qui craſſum ſuccum, & coctu difficilem pariat. Si vero inter bibẽ
dum eo quis vtatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur: grauat ſiquidem os ven-
tris: primusque ipſe corrumpitur, & alia deinceps ſecum corrumpit.

92 Legumina omnia flatuoſa ſunt, & cruda, & elixa, & fricta: minime vero vel macerata, vel viridia. His autem vtendum non eſt niſi cum cibarijs. Sed horum ſingula ſuum vitium habent.

Ventrem implent legumina oĩa, coctuque difficilima ſunt, q̃ cruda exiſtunt: fricta, flatuoſa mi
nus, ſed concoctioni non minus renituntur: q̃ aũt plurimum elixa ſunt, ea exiſtunt moderatiora.
Quod autem ſequitur, in exemplaribus nonnullis ſcriptum eſt ita: Et macerata, & viridia: vt & ta
lia p̃fatis vitijs ſint p̃dita. In q̃ plurimis verò non ita ſcriptum reperitur, ſed principio altero ad
hunc modum: Minime autem macerata, {vel viridja} Viridia dñr, quæ neq; ſicca ſunt, neq; exqui
ſite iam perfecta, macerata verò, q̃ in aqua fuerint madefacta. Cęterũ leguminibus haudquaquã, F
ſine cibariis vtendum eſſe præcipit, cibaria nimirum maxime quidẽ eos, qui ex tritico panes fiũt,
affirmans: vel ſimpliciter oĩa, quæ quouis modo parantur: forſitan verò, & alia oĩa, ex quibus pa-
nes conficiunt, zeam ſcilicet, tipham, & hordeum: ruſtici autem & ex milio panes conficiunt.

93 Cicer" flatum parit crudum frictumque, & laborem. A.li.2.t.2. c.182.f.114 dt

Sunt, qui cicer ſcribant ob id flatuoſum eſſe, quòd pudenda intendat. Quod autẽ in fine dictio
nis laborem dixerit, id ad eum referre oportet, qui propter inflationem fit, dolorem.

94 Lens aſtringit, atque turbationem facit ſi cum cortice ſit.

Vocem hanc ἄπαδον, turbationem quandam, & veluti pugnam, quæ in ventre ex diſcrepantib.
facultate cibarijs oritur, ſignificari dixi: quo modo, & nunc ſignificat, ſi cum cortice aſſumatur,
vtpote quæ, quam caro ipſius, longe coctu difficilior exiſtat.

95 Lupinis inter hæc minime mala habet.

Vocabulum hoc ἥκιστα, ideſt minime, vocabulo huic μάλιστα, ideſt maxime, contrarium indicat.
Lupinum autem minime prædictorum omnium ait habere mala. G

96 Laſerpitij, tum caulis, tum ſuccus, nonnullis quidem maxime, inexpertis vero per ventrem non deſcendit. Nominatur autem hoc malum cholera arida.

Laſerpitii radicẽ hoĩes æquiuoce cum tota herba vocare conſueuerunt: hãc & herbæ ſuccum
inexpertis, i. inaſſuetis ſiccã generare cholerã ait. Sed, quænam ea ſit, poſt paulo ipſe docebit, ita
inquiẽs, Ab arida cholera venter inflatur, & ſtrepitus inſunt. Patet ergo ſpiritũ flatuoſum ex laſer
pitii ingeſtione colligi in ventre; eſt. n. acre, & æſtuoſum. Quidnam aũt ſignificet vocabulũ hoc,
nonnullis, nihil ex dictione eſt manifeſtũ. Atq; ob id explanaturus quiſpiam horum ſingula, qđ
maxime probabile ſibi videbitur, dicet: nẽpe in talibus dicere, qđ ex ratione eſt, difficile exiſtit.

97 Maxime autem id fit, ſi cum multo caſeo, aut bubularum carnium edulio, miſceatur.

Siccam ab eo vocatam choleram ait maxime ijs fieri, qui laſerpitium ſimul cum caſeo multũ
ingeſſerunt, aut cum carne bubula. Nempe flatus, qui ex laſerpitio oritur, cum emplaſticis, & tar
de penetrantibus eduliis miſtus manet in ventre, & non deſcendit.

98 Bubulæ etenim carnes melancholica proritant pathemata. Nempe harum natura inſuperabilis H
eſt, nec quiuis ventriculus eas concoquere poteſt.

Agebat quidem de laſerpitii virtute, ſed bubularum carnium eſum ſupermiſcuit: factoq; ad pa
themata melancholica tranſitu, ea a bubulis carnibus proritari ait. Deinde geminas aſſignans cãs
hoc ait, Nempe harum natura inſuperabilis eſt. Vſus eſt igitur hac coniunctione, nempe, eorum
modo, qui dictorum cauſas referunt. Non tñ, cur a bubulis carnibus melancholica proritẽtur pa
themata, cauſam dixit: quanquam aliam quampiam communiorem dixerit, qua ſcilicet natura
ægre conficiatur, & valida ſit: natura enim ea inſuperabilis eſt, quam nullus ſuperauerit.

99 At optime liberabuntur, qui perelixis vtentur, & perquam vetuſtis.

Hęc quoque ſermonis textura vniuerſaliorem hẽt admonitionẽ nõ in melãcholicis. Nã bubu
lis carnibus, & perelixis, & vetuſtis vti pręſtat, ſicuti & aliis oĩbus, q̃ difficulter concoquuntur. At
improprie voce hac βέλτιστα, i. optime, eſt vſus. Neque. n. melancholico laborãtes morbo, neq; ho
mo alius qſpiã, vel ſanus vel æger optime liberatur, bubulas carnes, & perelixas & vetuſtas inge
rens.

A rens. Nēpe inter oīa, q̄ edunt̄, hæ non bonā præstant alimoniam: bene tā talia ingerentes cæteris minus lædūtur. Si ergo ꝓ uoce hac, βέλτιστε, dixeris οὐκίστα, i. minime, sermonem reddes integrum. *ἀπεψίαν.

*100 Caprinę carnes quæ in bubulis mala sunt, omnia habent, & *cruditatem. Suntque flatuosiores, ructusque magis generant, & choleram pariunt. Verum, quæ odoratissimæ, solidæ, & suauissimæ sunt, hæ optimæ sunt, tum perelixæ, tum frigidæ: quæ verò suauitate omni carent, male olent, & duræ sunt, hæ deterrimę, & quæ recentes.*

Cur caprinæ carnes bubulis vitiosiores sint, causam hoc in loco dixit. Nēpe, cum coctu difficiles bubularum modo existant, flatuosiores ēt sunt, & sæpius mouent ructus, qui malam habeant qualitatem. Cum igitur bubulis, & acriores, & calidiores sint, si incoctæ maneant, choleram pariunt. Qua efficitur ratione, vt frigidas eas magis, quam calidas, esitare oporteat.

101 Optimæ autem ęstate, autumno uero pessimæ.

Optimas esse ait caprinas carnes, iter se q̄dē nō cū cęteris cōparatas: oportebat igit̄, q̄ tū ad animi tps attinet, vitiosissimas ob temperaturā eē. Cōtingit āt capris tpe æstiuo meliorē esse alimoniā: quo mō praua sūt, q̄ herbas vorāt aīalia, vbi viridē herbā nō hēnt. Capris aūt maxime idoneā
B ꝑbent alimoniā germina arborū catulesque: quos à fine veris æstas largiter hēt. Quòd aūt alimonia ad carnis bonitatē plurimū possit, potes ex uulpibus certior fieri, q̄ autumno ꝓbatissimam obvuas hnt carnē. Sic passer, & ficedula maxime laudabilē carnē obtinent. Autumno igit̄ capræ nutrimento idoneo destitutæ, tū deterrimā, tū perq̄ tenuem, hnt carnem. Hyeme aūt meliorē *sanguinis cōsequuntur habitū, naturalē intemperiem a temperatura tēporis cōtractam corrigētes.

102 Porcelli carnes praux sūt, cū uel crudiusculę, uel ambustę fuerint: nēpe tū choleraceę sūt, et turbatoriæ: Suillæ aūt carniū oīum optimę sunt: ualentissimę uero, q̄ non admodū, neq; pingues, neque graciles sunt, nec uictimę ueteris ętatem sunt assecutę. Edendę uero sunt detracta pelle & frigidiusculæ. *ἄματος, est in impressis. σώματος, i. corporis est in manuscriptis & ita uetus interpres

Χοῖρον proprie appellabant veteres porcum valde paruum, vt apud poetam reperitur, ἔσθιε τοῦν ὦ ξεῖνε τὰ δὴ δμῶες πάρεσι χοίρε, ἀκαρπουάλους γεούας μηκεῦρες: ἔδουσιν, i. vescere nunc ò hospes, seruorum cibus porcelli sunt proci etenim plus, quam absolutos, edunt sues. Non sane video, quo pacto syalos ederent proci, (nam & syalos veteres appellabant sues eos, qui perfectos absolutosque supra essent,) nisi q̄ & ignarissimi essent dignoscendorū, tum eorū, q̄ facile concoquuntur, tum suauiū eduliorū: quales, & sese ostendebant, cum vētres caprarū pingui, & sanguine plenos esitarēt: quo sane, qđ difficilius concoquatur, eduliū reperies nullū. Caro aūt optima tū ad suauitatem, tū
C ad concoctionem eorū est, q̄ mediam ætatē sunt assecuti: hæc ēt sanguinē bonū gignit. Veluti deterrima est porci vetustissimi: atque eius, q̄ cōfestim a partu voratur, porcelli: nēpe hi terrestrium fere oīum, q̄ vorāt hoīes, animaliū maxime humidā obtinent carnem. Atq; ob eā rem, cum nup genitorum caro exuperāter humida sit, plurimam inde generat pituitam: &, si subcrudior fuerit, multo adhuc magis. Simili quoque ratione pinguissimam suum carnem ea, quam medii, & bene carnosi hnt, deteriorem existimat, suspicionem humiditatis habēs, ob quam medij, & bene carnosi hnt, deteriorem existimat, suspicionē humiditatis habēs, ob quā pinguedo oīs carne sui generis deterior, tum ad concoctionem, tum nutritionem existit. Quæ autem ob affationem ambustæ sunt, tum ad succi bonitatem, tū ad cōcoctionē, sunt inhabiles; choleramq̄; pariunt ꝓp eam, quę his accedit, acrimoniā: nempe ea choleraceorū eduliorū cōis est malitia, cum & humida, & acria fuerint. Talia siquidē similiter corrumpuntur, suaque acrimonia vasorū eorum, ad ventrem decūbunt, ora remordent: atque fluxionum earum, q̄ ex toto corpore in eum fiunt, causæ efficiuntur. Quod aut procelli absque pelle, i. absq; cute edendi sint, nemo ignorat: non. n. cutis animalis carni similiter concoqui nata est, vtpote, qꝑ frigidior existat. Frigidiusculos quoque & hos manifeste edendos p̄cipit, calidas omnes carnes veritus, ac fortasse calidas frigidiusculis tum æstuosiores, tum
D flatuosiores esse existimans. Ego aūt in caprinis carnibus, & quæcunque calidæ sunt natura, sermonē admitto. In moderatis verò, tū caliditate, tū frigiditate, cuiusmodi suillæ carnes sunt, simpliciter indiscrete ita dici nō admitto: nēpe ei, qui distinxerit, calidæ frigidis idoneæ magis erunt.

103 Ab arida cholera uenter inflatur, strepitus fiunt, & dolor tum lūborum, tum lūborum, nihilque aluus deijcit, sed adstricta est:

Choleram ab omnibus simpliciter appellatam ab arida per humiditatem distinguit. In vtraq; autem nomine communi est vsus, generationis modum, qui communis est, respiciens. Vt enim cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex eorum corruptione prodierunt, sic arida ex ex spiritu flatuoso acri. Quo fit, vt, quæ prope ventrem sint, neruosa corpora mordentur, intendāturque, & dolorem pariant. At, cum spiritus hi possunt interdum quidam retineri, interdū & exire, aridam propter retētos spiritus generari choleram asserere non possum: nam probabilius fuerit, ita appellare eos, qui penetrant, egerunturque.

104 Ita affectum, ne uomat, seruato, sed uenter subducatur. Clysterem ergo ex calido, & perquam pingui celeriter adhibebis: perunctumque in aquam demittes calidam, & quam plurimam in scapha reclinans, & calida sensim perfundens: & si calfacto ipsi uenter subducitur, morbus solutus est.

Quam citissime clysterem exhibere,& vomitum prohibere præcepta sunt communia om- E
nium,quæ in ventre præter naturam continentur,& quæ deorsum excernantur, apprime con-
tendimus. Simili modo,& calidum exhibere clysma: prouocat siquidem calidum,& frigidum re-
primit. Clysma autem pingue aridam proprie sanat: quoniam & virtute contrarium est, siccitatē
nimirum humectans, morsusque leniens. Eundem habes scopum, si in scapha fouēdo tū aqua,
tum oleo,& calfacis,& mitigas,solarisque.

105 Confert quoque & huic dormire.

An eum,dum in scapha fouetur,dormire velit,an sine illa,non constat. Quòd autem ipsum
dormire per se cruditatibus omnibus maximo remedio sit,consideranti patet.

106 Bibere item vinum tenue,& vetus,& meracius.

Vinum quidē exhibet,vt cōcoctioni adiumēto sit: sed tenue,vt in vētre nō moretur: vetus ve-
rò & meracius,vt calfaciat magis. Vinum siquidem omne habitū calfacit,magisq; qđ vetus est.

107 Oleum quoque dabis,vt quiescat,& uenter subducatur,& soluatur morbus.

Oleum,quæ acria sunt,lenit,placatque,& siccitatem emendat, ventremq; moderate subdu-
cit: quibus omnibus ei,qui curatur est opus. F

†Al. ποτῶν, i. potionibus,& ita vetus interpres.

108 Acibis autem,atque alijs abstineat.

Si corpori nihil desit, nullaque apponendi quippiam premat necessitas, & cruda quædam eō
coctionis indiga cōtineantur,his requie est opus,& non cibarijs, priusquam contenta media-
criter concoquantur.

109 Verum,si dolor non cessauerit,lac asinæ bibendum,ut purgetur, dabis.

Si feceris,quod dictum est,& dolor non soluatur, contristantis causæ maiorem esse acrimo-
niam existimandum,atque ob id corpus purgare oportet. Lacte asinæ vtendum præcipit, quod
purgantia inter medicamenta omnia mitius tranquilliusq; existit: id quoque, & lacte omni hu-
midius est,& ventrem magis subducit.

110 Si uenter liquidus fuerit,bilisq; excernatur: vexentq; tormina,& vomitus,& mordicationes: quiescere his est optimum,mulsam bibere,& uomere.

An de arida adhuc cholera agat,an per se hæc intelligenda sint,non satis constat. Sed,quocun
que res ierit,contineri in ventre videtur bilis,quæ acris,& elui contumax sit. Ventrem autē mo-
derate subducere,atque,quæ in ventre continentur,concoquere molitur. Subducetur autē me-
diocriter aqua mulsa: & per requiem concoctio fiet. Qui autem in affectionibus huiusmodi sæ- G
pius valenter auxiliatur,is cacochymiam valente medicamento affatim expurgat, vires ægri, &
habitum contemplatus,anni tempus,ætatem,& constitutionem. Quod autem in fine dictionis
dicitur,mulsam bibere,& vomere,quasi superiorem ventrem expurgari auctor voluerit,melius
cum aduerbio,non,dicetur. Nam mulsa detergendi pollens facultate,quæ corrupta sunt, in na-
turalem præuertit viam,idq; citra oris ventris,tum læsionem,tum periculum, quæ per vomitū
contrahi possunt.

111 Hydropum duę sunt naturę,quorum hypoſarcidium si fieri aggreditur,vitari non pōt: alter ex flatibus cōstat,multaq; & bona indiget fortuna. Curatur maxime tolerantia,fotu & temperātia. Sicca aūt,& acria edat: ita enim maxime,tum mingit,tum ualebit. Si difficulter ſpirauerit, fuerit q; anni tempus ęſtiuum,& viguerit ętas,uiribus q; fuerit valentibus. ſanguinem à brachio tolles: deinde calidos panes ex uino nigro,& oleo tinctos edendos dabis,isq; quàm minime bibat, & quàm plurimū laboret: ſuillā q; carnem edat carnoſam ex aceto coctam,ut aduerſus arduas reſiſtat inambulationes.

Sunt,qui non hypoſarcidium,sed epiſarcidium scribant. Neque tamen anasarca, & catasar-
ca alicubi scriptum repperi,quanq; recentiores,ita nominent: Cum autē hydropū naturas duas
esse affirmauerit,atque de posteriore flatus citra quoduis aliud symptoma dixerit,de priore autē H
nihil omnino,manifestum est aliqua ex parte confusum ipsum esse,ac falli in hydropum differē
tia. Quidam ergo ex medicis quatuor hydropum differentias esse affirmant,à iusto recedētes: ad-
uersus quos verba impræsentia facere tempestiuum non est. Verum,qui hæc scripsit, manifeste
defecit. Nempe hydropum vnus humidi consistentia tenuis copiam,in tota †inferiore thoracis
regione aceruat: quam aliquando perpungentes,humidum euacuamus. Alter locum hunc non
aqua,sed spiritu,plenum habet,& ferè superiora omnia tumentia: hunc Tympaniam appellant.
Alius aūt habitum totum pituitæ plenū habet: eum Hypoſarcidium nonnulli appellāt. Quo fit,
vt deficienter duas hydropum esse naturas dixerit. Neq; ēt rectè ꝓtulit ἐγχειρέων γίγνεσθαι, i. si fieri
aggreditur: nam verius dixisset ita scribens, interficit autem protinus postea q factus fuerit. Scri
pta est autem ita dictio,sed perperam,ab eo,qui primum scripsit. Alterius sane hydropū, quem
ex flatu constare ait, sanationem scribit: †quæ profecto hydropum omnium, quod commune
est,habet. Principio autem scripsit tolerantiam,fotum,& temperantiam, calida, & sicca gustare
admonens: qđ solius anasarcæ est,quem,vt insanabilē prætermisit. Nempe hic solus,cū incipit, A.I.3.f 15. t.4.c. 14.f. 324.g
eget interdum sanguinis detractione,cum,s. ex retentione,vel hæmorrhoidum, vel muliebriū,

vel

†infra thoracem.

† quæ aliquid quidē cōe habet oīum hydropum sicuti in principio ſcripſit, tolerātiā, & fotū, & temperantiā, conſulens comedere calida & ſicca: aliquid uero ſolius anaſarcæ, quem, vt &c.

A vel ex quapiã,q̃ ita in plethorica ſit cauſa,inceperit. Tympaniam verò,& Aſcitem nullus per ſanguinis miſſionem ſanare eſt auſus. In eo igitur,q̃ ſanguinis detractione eget,fiat,q̃ ſubſequens eſt curatio,q̃ ſcilicet calfacit,& ſiccat. Sanè,q̃ hæc ſcripſit,ad id,qđ expedit,intẽtionem direxiſſe vr̃. Non tñ recte dixit, Si difficulter ſpirauerit,ſanguinis eget detractione: ſi re vera non p̃ p̃ plethorã hydropa incurrat,prope ſcilicet ad extinctionem accedente naturali caliditate,vt igni contingit. Nempe,vt ignis propè extinguitur immiſſis lignis,tum humidis,tum multis, niſi quis multitudinem ſuſtulerit: ſic & in frigidiore ob copiam ſanguinis,vbi color natiuus propè extinguitur,prę- ſentiſſimum eſt remedium ſanguinis miſſio,quo tempore periculum ita prehenderit. Perperam quoque dictioni apponit̃. Fueritq̃; anni tẽpus æſtiuum. Nẽpe plus minus auferẽdi ſanguinis alia q̃dã ſcopi eſſe dicta ſunt,ſicuti & anni tempus: auxilij vero huius,affectionis natura. Dioſcorides non æſtiuũ anni tp̃s ſcripſit,ſed vernũ,virtutis exolutionẽ æſtate affuturam ſuſpicatus, hyeme verò affectionis refrigerationẽ. a Vulgariter aũt, & b * inepte admodũ panes calidos ex vino nigro & oleo ei,cui ſanguis eſt detractus,exhibet,ſcopum q̃dẽ verũ roborandæ virtutis habens,vt exercitationũ patientijs ſufficere poſſit. Sed materiã ſcopo dignã non inuenit: vinũ etenim nigrum,ſãguinem plurimũ generat,ſed tm̃,vt & ſuperfluus ſit,& melancholicus fiat. Verũ huic melius eſt

B vinũ dare ſuluum,tenue q̃dẽ ſubſtãtia,vt vrinas moueat,ſed nõ ætate nouũ: quo modo ſanè multis cõtingit. Vinorum etenim nouorũ nullũ eſt ſuluũ,ſed vel album,vel rubrũ,vel nigrũ,vetuſtate autem fiũt,& fulua,& flaua. Atqui,quã minimũ bibere,& quã plurimũ laborare,rectiſſime eſt dictũ: nẽpe talis viuẽdi modus calfacit,& ſiccat. Suillæ carnes,ſi,quo dictũ eſt,modo edanr̃,vigenti bus ætate,& validis nõ male dari p̃t: cæterorũ aũt nullus vtiq; eas probe coquere põt,vtpote,q̃ iã prope eſt,vt caloris natiui patiat̃ extinctionem. Melius ergo ita affectis dare,q̃ probe coquent.

*112 Qui ventrẽ inferiorem calidum habent,ſubeũt q̃, acres deiectiones,& inęquales,hi à colliquatione id patiuntur. Qui ſi valentes fuerint,reuelles elleboro * albo: ſi non,cremorẽ tritici frumentacei craſſum frigidumque dabis,& quod ex lente ἔρυος conficitur,panemque ſubcinericium: & piſces febrientibus quidem elixos,non febrientibus vero aſſos. Vinum præterea non febrientibus nigrum dabis: aliis verò aquam aut meſpilis,aut myrtis,aut ſorbis,aut palmulis,aut uitium ęnanthe.*

* Gloſſema eſt necin antiquis quibuſdam eſt nec in tralatione ueteri.

Excremẽta his ob cõbuſtionẽ non ob colliquationẽ ſubire proprie magis dixiſſet. Nam colliquatio in eo fit,liquata contabefactaque p̃ p̃ febrẽ malignã,vel pinguedine,vel molli carne,cõbuſtio vero in vẽtre oritur p̃ p̃ acrẽ eorum,q̃ ingeſta ſunt,caliditatẽ,ob quam,& febrire cõtingit.

C Elleborũ ergo huic album exhibet: qđ indicauit p̃ hoc verbũ ἀντισπᾶσαι, i. reuellere, nẽpe per vẽtrem ſuperiorem. Si verò æger quauis ex cauſa nõ poſſit elleborum aſſumere,viceritque acrimonia,pocula dare iubet,tum aſtringentia,tum refrigerantia. Adijcit aũt edulijs,& quæ aſſiccare poſſunt,veluti panes ſubcinericios,atque aſſos piſces. His ita,& nõ ſine ratione enũciatis,quẽ nã ventrem ſuperiorẽ dicat,eſt contemplandũ. Veteres. n. thoracẽ interdũ ventrẽ ſuperiorẽ appellantes, alimenti receptaculũ omne,qđ à ſepto tranſuerſo eſt,ventrẽ inferiorẽ noĩant. Interdũ autem vẽtrem ſuperiorem appellantes,in quẽ cibi aſſumunt̃,q̃ ab eo ſunt oĩa,ventrẽ inferiorẽ vocitãt: Interdum quoque & ſola,q̃ craſſiora ſunt inteſtina. Sunt,q̃ colon duntaxat ventrẽ inferiorẽ vocãt. Forſan igitur q̃ſiuiſſemus,quã nam,vel quas nam ex p̃dictis particulis p̃babilibus impræſentia intelligere deberemus,ſi effatu dignum quippiã p̃cepturi fuiſſemus: ſed,qm̃ horum inuentio nihil nos admonet magis,quam ea,quæ ipſi & ſcimus,& diſcernimus,quod nonnulla quidem recte dicta ſunt,nonnulla verò non,cognitionisque curioſitatem magis,quam commoditatem,habent: melius eſt cito relinquere,& potiſſimum cum huiuſmodi liber Hippocratis legitimus non ſit.

D

*113 Si verò febris * non habeat,& tormina adſint,primum quidem lactis aſinini calidi pauxillũ,deinde † ſenſim paulatim q̃ plus bibat,& lini ſemen,& triticeam polentam miſta hordeacea,& ſparſa adẽpto amaro ſaba ægyptia: vel oua ſemiconcreta edat aſſa,& ſimilam,& milium,& chondrum ex lacte coctum. Cocta hæc,& refrigerata edat,atque his ſimilia,tum pocula,tum edulia ingerat.*

* ἐκπροσαγωγῆς.

† Dictio, non, nõ habetur in aliquibus cod. græc. nec intra latione ueteri.

Quam plurimi exponentiũ conuenientius hæc cum p̃dictis exponunt,præſentem ſermonem adhuc de ijs,qui calidum hñt ventrẽ inferiorẽ,fieri exiſtimãtes. Alii,paucique ſeparant, & ſeorsũ exponunt: ſcopusque his eſt partim quidẽ cacochymiã expurgare,partim verò ἐπικεραννύναι. hoc eſt cõtemperare infrenareque,partimque reſiccare,& partim refrigerare. Lac ergo aſininum expurgare põt & contẽperare: Lini ſemẽ,tum ſiccare,tũ refrigerare. Quæ aũt ex tritico conficiũtur polentæ,cõtẽperãt: quibus non perperã remiſcentur hordeaceæ,vtpote,quę ſiccẽt,& refrigerẽt. Fabæ ægyptiæ mediocriter refrigerare poſſunt. Oua aũt & ſimilia,& chõdrus craſſi ſunt ſucci,& boni,& humorum acrimoniã infrenãt. Siccat aũt in edulio miliũ, quo refrigerat modo. Omnia hæc frigida exhibet propter humorum,qui affectũ procreant,tum acrimoniam, tum caliditatẽ.

114 Eius medicinæ partis,q̃ victu medetur,maximũ eſt febriũ,tum intentiones,tum declinationes, non in acutis modo,verum quoque in longis morbis,obſeruare,vt tempora,quibus cibi offerendi nõsũt, & tuto,quibus offerendi exiſtunt,cognoſcas: atq; adhuc quando plurimum ab intentione aberunt.

Artis ciborum exhibendorum maximum esse ait particulare cibi porrigẽdi tempus nosse: sco E
pumque vnum ait, quòd scilicet tempus illud, quo cibus exhiberi debet, quam plurimum absit ab
febris intentione, quam ἐπίτασιν dicit, accessionis principium intelligens. Id autem non in diutur-
nis solum, sed quoq; in acutis verum esse videtur. Sed quare longis in morbis adiecit? Nẽpe q̃ in
his magis & forsan solis euidens sit scopus. In acutis etenim morbis deprehensa in pedibus ca idi
tas, cibi tempestiue offerendi signum sufficiens fuit: non tamen in longis ita nutrire oportet, sed
melior declinationis pars est expectanda: quod in acutis haudquaquam expectari potest, timore
cito futuræ accessionis. Sunt qui dictionem hãc ita scribant: Eius medicinæ partis, quæ victu me-
detur, maximum est, vt in acutis, ita & in longis, obseruare & scire, quando cibum dare oporteat.
Alii finem dictionis ita scribunt: Atque adhuc, cum plurimum à febris accessione aberunt, scire
oportet: vt præter cætera, quæ nos in ægro contemplari voluit, & id admoneat. Quod siquis per
quirit, & non particulari tempestiue cibandi inuentioni copulat, id importunum esse de alimo-
nia præceptum, atque re nulla dignum, videtur.

115 Cognoscere aũt eos oportet, qui capite dolent vel ob exercitationes, vel cursum, vel iter, vel vena-
tum, vel quemuis alium importunum laborem, vel venerea: Decolores item, raucos, lienosos, exangues, F
† Al. intenta. *spirituosos, sicce tussientes, sticulosos, flatuosos, & venarum interceptiones. Huc adde, quibus extenta*
sunt tum hypochondria, tum dorsum, tum latera, torpentes, obscure videntes, eos quibus aurium tinni
tus est molestus, eos qui vrinas non continent, morbo laborantes regio, quorum venter cruda egerit, san
guinem e naribus vel sede vehementer profundentes, inflatos, & quos vehemẽs labor infestat. Nulli ete
nim horum nisi superuterint, * *medicamenta exhibebis. Nam periculo ęgrum expones, nihilq̃ iuuabis*
spontaneasque tum permutationes, tum iudicationes adimes.

Quòd inordinate, & præparationis ad commentationem modo, oĩa hoc in libro scripta sint,
cuiuis patere arbitror. Multa sanè, vt dixi, in hoc bene dicta sunt, ob quæ ijs, q̃ dicta sunt, nõ recte
quidem fidẽ adhibuerunt, magisque qui sibi conscij fuerunt veluti discretoria eorum, quæ scribũ
tur, scientia carentes. Quæ ergo hac in dictione dicuntur, catalogum habent eorũ, qui, vt * medi-
cationẽ recipiant, idonei non sunt: καθαίρεσθαι, aũt, id est purgari, & φαρμακεύεσθαι, id est medicamẽ-
to purgẽte vti, idem significãt, vt φαρμακεύειν & καθαίρειν. Videamus ergo, quibus nam ab initio pur-
gationem interdicat. Capite dolentes recenset vel ob exercitationes, vel alium quẽuis importu-
nũ laborẽ, summatim eos intelligens, qui intempestiuis laboribus capite dolent, haudquaquam
purgandos. Labores aũt intempestiui importuniq; omnino sunt, quos prẽsens hoc tẽpore corpo G
ris affectio ferre non potest. Admonebo aũt tete impræsentia rei, quæ ad multa est vtilis, quã sem
per in memoria haberi velim. Corpore igitur nostro ad morbosam affectionẽ nonnunquã para-
to, ita vt propè completa sit externum quippiam obueniẽs, eam affectionem manifestauit, rẽbrẽ
videlicet accendens: vel capitis dolorem, vel catarrhum, vel tussim excitans, vel aliquod quod ta
le sit. Deinde ex eo continenter ad morbosæ affectionis præparationem non sine periculo lan-
guent, neque cursu morbum excitante, vel vehementi omnino motione, vt neque intemperan-
tia, vel refrigeratione, vel alia quauis simili causa: nihil etenim horum suapte natura vehementẽ
generare languorem potest. Nam, si febris ab horum aliquo fiat, hæc ex diariarum genere erit:
aut, si symptoma aliquod aliud generetur, id pauco edurabit interuallo. Et sanè sæpius, vt retuli,
propter corporis dispositionem vnumquodque horum non morbi causa, sed πρόφασις, id est occa
sio, redditur. Nam huiusmodi causas proprijssime quis appellauerit προφάσεις, non simpliciter euidẽ
tes, & manifestas, vt hi sæpius vocare consuerunt, cum ab aliqua manifestarum causarum noxa
in corpore euidens fuerit. Si enim nulla alia corporis dispositio affuerit, neque morbus effatu di-
gnus subsequetur: eiusque, quod in corpore fit, detrimenti, quod ipsum fecit, causa est. Sciueris ita
que hoc in loco de his agi causis, quæ non sua ratione corpori afferunt detrimentum. Summa au- H
tem horum est qua quidem & prima labores varij & particulares: cursus scilicet, luctæ, pancratia,
venerea, frictio, æstuatio, frigus, vigilia, ira, mœror, & timor. Venereorum quidem meminit, ve-
rum cætera subticuit, quanquam virtute eadem prædita forent. Nam, quæ, vt dictum est, spiritum
perturbant, ea purgatione non egent, quòd morbus huiusmodi à cacochymia contractus nõ sit.
Ab his autem digressus indicijs auctor, quos prius dixit, declarauit. Proprie autẽ ἀχρόους, id est de-
colores, λειφαίμους, id est sanguine carentes, vocãt, eosque, qui propter aliã affectionem corpus nõ
secundum naturam affectum habẽt, κακοχρόους, id est mali coloris, appellãt. Hi ergo decolores cal
fieri expostulant tum exercitationibus, tum vini facultate calidi potu, & cibis, qui talẽ obtineant
facultatẽ. Raucos deinde subiungit. Nẽpe & horum humiditatẽ & frigiditatẽ ob delapsum ad gut
tur rheuma sanare conuenit, exiccatis scilicet topicorum auxiliorum vsu tum capite tum cęteris
quæ affecta sunt, mẽbris. Præterea & lienosos purgationes haudquaquam egere in quit: qđ nõ
recte dictũ arbitror, cũ lienosis, si aliis quibusdã, purganda sint, quæ nigra existunt. Post lienosos
meminit λειφαίμων, id est eorũ, q̃ sanguinis inopiã hẽnt, etsi nõ aperte manifesteq; fuerint decolo-
res. Deinde mẽtionẽ de spirituosis facit, sicce tussiẽtib. & sticulosis, obscure ita locutus, vt nõ cõ-
stet

A ſtet,vtrum ne ſinguli horum ſeorſum intelligendi veniant,an hi tres vna comprehendẽdi. Neq; adhuc in ſingulis horum ſeorſum intellectis ꝑſpicuus eſt ſermo, vt eſt anteaiam enunciatũ. Nempe πνευματώδεις, i.ſpirituoſos,ſæpius eos duntaxat vocãt,qui,cũ ſpirãt,aeris indigẽt: interdum autem & inflatos: quorũ vterq; multas hẽt cauſas,quas oẽs ſi ꝑcurrero, ꝓlixior,q̃ par ſit, ſermo eſt futurus,præter id,q̃ quidam,ex his ſanguinis miſſionem exigere vñr,alii purgationem, & remedium aliud alii. Sic & ſicce tuſſientes non affectione vna fiunt,neq; ſiticuloſi. Neq; ẽt impræſenti certiores fieri poſſumus,an ne defebrientibus ſiticuloſis ſermo ſit,an de non febrientibus ſiticu-
" loſis,an de utriſque. Quod ſi vnius horũ,quæ in aphoriſmis recenſentur,meminerimus,quod vni
" uerſale eſt tolletur. Dictum autem in aphoriſmis," Si non febrienti in appetentia fuerit, oris ventriculi morſus,tenebrioſa vertigo,& oris amaror,id ꝑ ſuperiora purgatione indigere ſignificat. Si ãt os amaricat,ſiticuloſi ſunt. Pari modo,& quinam flatuoſi ab ipſo dicanṫ,haud ſcio, an videlicet tũ venarũ interceptione flatuoſi effecti intelligendi ſint, cũ adſint nõnulli, qui per ſe legant. Atq; adeo ſingula dictionis huius poſſem trãſmutare: poſſemq; oĩa,q̃ cognoſcere vtile ſit, citra librorum multitudinẽ docere: veluti & de ijs,quæ deinceps dñr. Ait.n. Quibus * excepta ſunt tũ hy
B pochondria,tum dorſum,tum latera,torpẽtes,obſcure vidẽtes,eos,quibus auriũ tinnitus eſt moleſtus,& qui vrinas non continent. Nempe in ſingulis his pathematis & cauſæ & affectiones ſunt multæ,varijſque egentes curationibus. quarum profecto nonnullæ eam,quæ per bilis eductoriũ medicamẽtũ fiat,purgationẽ ex poſtulabũt. De his ergo oĩbus,atque adhuc de ijs,quæ deinceps dñr,non enunciationes indiſtinctas,ſed diſtinctiones doctrinasque tum claras,tum longo rerum vſu probatas,habes in noſtris tractationibus,quas qui intellexerit,oĩa quæ ab auctore hoc recitãtur,diſcernere valebit: atq; an partis meminerit,quã & legitimã & commodæ doctrinæ plenam faſſi ſumus. In ea ſi quidem parte cum demonſtratione & explanatione congruentibusq; diſtinctionib. ſcripta ſunt omnia. ſed, quæ ita diſſeminata ſunt,vt præſens oratio,nihil iuuare poſſunt. Nempe,ſi quis nunc ſingula horum ſimpliciter & indiſtinctè audierit, is multa in arte perperam molietur. Quod ſi ſingula,vt oportet,diſtinxerit, primũ quidem nihil impræſentia ad eorum inuentionem iuuari deprehendet,deinde ad eam,quę de præſentibus ſit,contemplationem multis egere libris cognoſcet. Nec verò pleriſque hoĩum ſuaderi poteſt,vt aggrediantur quidem ſola ea ſcripta,quæ manifeſta ſunt; quæ verò talia non ſunt,ijs,qui ea ſcripſerunt,relinquant. Nẽpe,ſi nullam illi curam habuere,vt nos ea,quæ ſcripſerunt,intelligeremus: & nos haudquaquam diligenter adhæreamus,ea,quæ dicuntur,tum quærentes tum diuinantes,par eſt.
C

4. Aph. 27. Ex. ord. 29. 2.

116 Si cuipiam ſanguinem auferre confert,ventrem confirmare oportet,& ita auferre,& inediã prę cipere,& vinum tollere: deinde congruenti victu & fotibus humidis reliquam curationem abſoluere.

Fluente aluo ſanguinem nõ detrahes. Nam ſi poſt detractionem perſeuerat fluor, virtutem ꝓſternit. Inediam autem præcipere,hoc eſt λιμοκτονεῖν, quibus detractus fuerit ſanguis, & vinum tollere,recte dictum eſt,vt & congruo vti victu. Sed fotibus humidis curare,ſi de omnibus quidem, quibus ſublatus fuerit ſanguis,dicatur,id falſum eſt: ſi vero de aliquibus,dicere oportuit.

117 Si vero venter denſus aſtrictus q̃ tibi videatur,mollem huic adhibe clyſterem.

Dignum conſcriptione,quod omnibus pateat,hoc non eſt.

118 Quod ſi medicamento opus ſit,elleboro tute ſurſum expurga: deorſum vero talium neminem.

Tanquam ægritudinem prædixerit,in qua hæc fieri iubet,ſermonem facit,tametſi nihil prædixerit. Vel ergo exempta eſt quædam oratio,in qua oſtendebatur ægritudo: vel obliuioſus fuit,q̃ hoc ſcripſit,vel talis,qualis a multis appellatur μετέωρος, ideſt nondum fixo animo,ſed ſuſpenſus.

119 Optimum autem eſt,ſi vrinæ cieantur,ſudores prouocentur,inambulent,& tranquille ita ſeſe ꝑ-
D *fricent,vt non denſiorem reddant habitum. Quod ſi lecto iacuerit,perfricent eum alij.*

Scripſit quoque & hæc ita,tanquam ægritudinem prædixerit.

120 Et ſi in thorace ſupra ſeptum tranſuerſum infeſtet affectio,reſideat frequentius,qui afficiũt: minimeque reclinent,donec vires ualeant,ſedentemque calido multo diu refricent. Si vero dolor vẽtrem inferiorẽ ſub ſepto tranſuerſo infeſtat, iaceat is (conuenit enim) nulloque pacto corpus moueatur, ſecluſa etiam frictione omni.

Oratione ex hac quis coniecerit,tum hæc,tum quæ ea præcedunt omnia,de doloribus ſcripta eſſe. Prætermiſſa igitur principio dictionis ſunt hæc,peccante primo libri huius ſcriptore,& manente poſtea peccato. Quamobrem fieri non poteſt,vt quiſpiam in his veritatem perueſtiget, & ſi plus,quam temere,in huiuſmodi tempus conterere videamur.

121 Quę autem ex ventre inferiore ſoluuntur,tum per vrinas,tum per ſudores,ſi mediocriter per ſe delabuntur,quæ parua ſunt,ſoluuntur. Vehementia uero perniciosa ſunt: nempe tales,vel intereũt, uel non ſine malis alijs ſaneſcunt: nam eiuſmodi confirmari ſolent.

Per talem quoque dictionem conijcere licet de dolorum curatione omnia, quæ ab ipso ante scripta sunt, dicta esse, & hoc etiam. E

122 *Poculum hydropi. Cantharides* tres abiectis singularum, tum capite, tum pedibus, tum alis, in cyathis aquæ tribus terantur: atque, cum bibens laborauerit, calido perfundatur, vngatur prius. Ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo vel pinguedine edat.* A.li.3.f.1. t.4.c.13.f. 322.b

Quidã dictionis huius mentẽ haudquaquã intelligẽs audax medicus, p̃dictas partes a cantharidibus abiecit, deditq; hydropi: cui cũ à primo die abscessus in sura comparuisset, post tres alios dies sectus est, effusaq; copiosa aqua, curatus esse visus est, q̃ pars tumoris p̃ter naturam plurima statim ad moderationẽ redacta sit, veruntn̄ non multis post diebus obijt, Quam ob cãm medico quidã crimen ingessit, perperam data esse cantharidũ corpora inquiens: nempe propinãda ablatis corporib. tũ caput, tũ pedes, tũ alas, idq; esse, quod in dictione enunciaretur. Quare non cũcta ctus audax ille medicus, hydropi alteri ita propinauit, moxq; facto similiter in femore abscessu, sectoque, atq; effluxo similiter humore, multis post diebus hoiem mori cõtigit. Quanq̃ vrinarũ ꝓuocatorio medicamẽto ex cantharidibus confecto quidam citra bibentiũ incõmodũ vsi sint.

123 *Sanguinem supprimentia, quæ Græci ἰχαιμα dicunt. Fici succum lana susceptum intus ad venam appone. Vel coagulum inuolutum ad nares immitte. Vel chalcitidem digito ante tractam preme, cartilagines q̃ vtrinq̃ foris comprime. Ventrem lacte asinæ cocto solue, caput q̃ rade, & adstringentia, si calidum anni tempus fuerit, exhibe. Sesamoides superiorem ventrem purgat sesquidrachmæ pondere in oxymelite tritum, & potui datum. Miscetur aũt ueratris ita, ut tertiam efficiat partem: nempe id hoc pacto minus suffocat. Ad Trichosin, Filum vbi acui foramen habenti subieceris, celsiorem q̃ atque acuminatam supra tensæ palpebræ partem ad inferiorem vsque traieceris, quod superius est, inferiori liga. fila aũt extendens consue & colliga, donec deciderit. Et, si satis quidem fuerit, bene cedat; si non, deficit aliquid, hæc refice. Hæmorrhoidas modo simili persequeris. Nam acui crassissimum lanæ pinguis filum, & quã maximũ colligabis, securior etenim est hmõi curatio: deinde cõprimes, & putrefaciente veteris medicamento, neq; prius quàm deciderit perfundes: unam q̃ perpetuo relinques: et postea purgabis elleboro. Exercitetur deinde, & sudet, & mane multũ perfricetur. A cursu cõtineatur, & crapula, & ab acribus, excepto origano. Vomat septem diebus, aut ter in mense: nam hoc pacto optime corpus habebit. Vinum fuluum bibat, austerum, & aquosum, & paucum. Purulentis dissectos scillæ orbiculos in aqua excoques, aquam q̃ ualde feruefactam effunde, aliam q̃ infunde, & coque ita, vt tangenti percoctum, & molle appareat. Deinde, vbi triueris, cyminum frictum misce, sesama q̃ alba, & recẽtes, quæ tritæ sint, amygdalas: atque ex melle ecclegma facito, datoq;. Post hæc vinum bibat, papaueriq; albi triti† lecisciũ aqua perfusum, & cum frumentacea farina melleq; coctum tepidumq; sorbeat. Sicq; diem transigat. Deinde ad ea, quæ contingunt, respiciens, cœnam dato. Ad Dysenteriam. Fabarum purarum quadrantem accipe, surculosq; rubiæ duodecim immisce, atque abundanter excoque, deinde delingẽdum porrige. Ad Oculos. Cinerem (græce spodon) lotum abundanter q̃ maceratum, ut pinguedinem non liquidam leuemq; teres: acerboq; vuæ acerbæ amaræque succo humectabis, in Sole desiccabis: humectare. n. oportet, ut non solutu facilis sit. Cum autem siccus factus fuerit, læui trito & sicco perunge oculos, & angulos consperge. Ad eosdem. Ebeni drachmam, æris vsti obolos tres, in cote tere quæ ubi triueris, vini dulcis cotulam atticam infunde: deinde soli expone, contege: atque ubi concoctũ fuerit, eo vtere. Ad eorum dolores. Chalcitidis drachmam, vuæ expressæ partes duas; myrrham, crocumque tere, mustũ permisce, in Sole excoque, & eo dolentes oculos perunge: sit autem in vase id æneo. Quonam pacto Vuluæ strangulatio cognoscatur. Digitis duobus comprime: si sentit, ea est: si non, conuulsio est. Hydropi potio conueniens. Meconÿ. i. peplÿ rotundi lecisciũ atticum. Catapotia eidem. Lepidos. i. squamę, melę tres latitudine cum farina triticea agglutinentur. teranturque, & in catapotia conuoluantur, denturque, deorsum. n. aquam purgant, & fœcem deÿciunt. Aliud. In caricas singulas, tithymalli guttas septem etiam pueris instilla. Deinde in vase nouo compone, concinnaque & asserua: atque ante cibum exhibe. Aliud. Mecenium tere, aquam infunde, & percola, farinam macera, itrium coque, mel coctum infunde, & edendum hydropi exhibe: bibendumque uinum dulce aquosum, vel dilutam mulsam, porrige. Quod ab excrementis meconium colligis, asserua, & cura.* F G H

† paruã patinam.

Liber hic ex his planè oñdit cõmentarius esse, varijs mistisq; cõstãs theorematis, q̃ in eo inordinate ab alijs in alia fiat trãsitus: qũo & hic in ea, q̃ p nares fit, sanguinis ꝓfusione, scripta sũt auxilia. Nẽpe alia parti ipsi, q̃ sanguinẽ ꝓfundit, exhibentur: alia reuellũt, vt alui solutio: alia caput addẽsant, astringuntque, vt refrigerãtia. Quæ deinceps sunt, oĩa medicamẽtorũ scriptiones hẽnt, & q̃dã cõmista auxilia. De appellato igr̃ sesamo sermonẽ in primis facit. Mox pilorũ ĩ palpebris manualẽ operationem scribit, quam ἀναβροχισμὸν appellant. Pari modo & hæmorrhoidũ, alteriusq; earum sanationis meminit. Postea purulentorũ, tũ medicamenta, tum sorbitiones, scripsit. Atq; ab his cõpositiones eorũ, q̃ ad oculos deputata sũt, medicamentorũ. Præterea de strangulationis vuluæ dignotione egit: mox de meconio: postea de aq̃ eductorio medicamẽto, & subinde fœcis. Et demũ hydericis ex meconio & itrijs exhibet. Sũt aũt eorũ, q̃ serie cõtinuata dicta sunt, plurima quidẽ manifesta: alia nequaquam manifesta sunt; de quibus deinceps faciã sermonem.

Quæ hoc in loco de Flatibus in uetusto libro sunt adiecta, sumpta ad uerbum fere sunt ex lib. 3. de causis symptom. ca. 2. cle. 3. pag. 27. f.

GAL.

GALENI DE DIAETA HIPPOCRATIS, IN MORBIS ACVTIS.

Augustino Gadaldino interprete.

In omnibus quos viderim Græcis codicibus hic liber sub Galeni nomine, & sine principio circumfertur. Galenus certe in libro De proprijs lib. cap. 4. & 6. quendam huius argumenti librum se fecisse asserit. sed an hic ille ipse sit, dubium est; tum ob doctrinam, quæ Galeni doctrinæ haud ex toto similis videtur: tum ob verba quædam medica ab hoc scriptore vsurpata, quæ fortasse nusquam alibi apud Galenum reperiuntur: tum præterea, quòd in fine libri pollicetur se in libro De consuetudine de quibusdam tractaturum, quorum tamen nulla fit mentio in eo libro quem de consuetudine habemus. Quisquis tamen est huius libri auctor, is in Hippocratica doctrina est admodum versatus. Magis autem ipsum extollere possemus, si hunc librum integrum haberemus. Nam licet aliquid adiumenti alter huius libri interpres attulerit, & nos etiam trium græcorum exemplarium ope, ac Hippocratis lectione non paucas mêdas sustulerimus: principium tamen libri hucusque inueniri non potui, atque aliquo adhuc superesse fatemur, quæ uelut interiecta esse uidentur, nullamque cum superioribus, & inferioribus connexionem habere: aliqua item, quæ nullo modo, aut vix intelligi queant.

Deest principium

In paroxysmis quietem, ac solamen non motum indicari. CAP. 1.

quietem verò, & mitigationem indicat, ac obsequendum potius, quàm cogendum, omnibus, quæ mouere possint, præsidijs amotis.[a] " Cum verò irruunt morbi, quiescere oportet, & laborantem & medicum à curationibus, ne quid mali fiat. Hoc idem etiam de particularibus paroxysmis id est exacerbationibus vaticinatus est, inquiens. [b]" Is, qui per circuitus exacerbantur, nihil dandum, neque cogendum, quod est, nullo, quod cogere possit, vtendum. Nil enim in C paroxysmis, quod vel apponere queat, vel violentum sit, assumendum censet. Forte verò, & hoc idem innuit, cum inquit. [c]" Quæ iudicantur, vel iudicata sunt integre, neque mouēda sunt, neque innouanda, neque pharmacis, neque alijs irritamentis: sed smenda. [d]† Satis sit paroxysmi malum: ne simul adsit & hoc, & id, quod ab arte fit. Verum de indicationibus deinceps considerabimus.

[a] A libro 3. De morbis. ca. de pleuritide ex dorso.
[b] B 1. aph 19. Exord. 9. f. Et lib. De humo. C j. aph. 20. Exord. g. Et libro De humo.
[d] D † *Videtur innuere locum libri* τῶν παραγγελτικῶν, *i. præceptorum, nõ longe à principio.*

Morbos omnes sua tempora habere. CAP. 2.

VIdemus autem, & tales temporum * deinceps differentias. Dicamus morborum alios natura quatuor ipsa tempora acuta habere: alios producta: nonnullos tarditatem, cum celeritate compensare, hos in principio, illos in fine, alios, vt fors tulerit. * In Epidemia enim, cum prius posuisset febrium differentias secundum ipsarum figuras continuarum scilicet, intermittentium, semitertianarum, tertianarum, quartanarum, & reliquarum: postea hæc infert. [e]" Sunt autem modi & constitutiones, & paroxysmi singularum harum febrium tam continuarum, quàm intermittentium. Et enim continua quibusdam incipiens floret, ac viget maxime, atque ad grauius perducit. circa crisim verò atque vnà cum crisi attenuatur, quibusdam verò D molliter incipit, ac summissim, increscit autem, & exacerbatur quotidie: circa crisim verò, & vnà cum crisi satis elucet, quibusdam autem blande incipiens increscit, exacerbaturque: atque cum aliquandiu viguerit, rursus submittit se vsque ad crisim & circa crisim: contingit autem hęc fieri in omni febre, & omni morbo. Esto, vt hæc Hippocratis verba præcipue quidem intelligantur in febribus continuis ob notabilitatem: prædictæ tamen temporum motiones non solum in omni febre contingunt, sed etiam in omni morbo. Ita vt nec ab Erasistrato nec ab vllo recentiori discendum nobis sit, ophthalmiam, id est oculorum inflammationem, & otalgiā, id est aurium dolorem periodos seu circuitus habere, sed ab eo, qui medicinam inuenit, & perfecit. Contingit enim (ait) hæc fieri in omni febre, & omni morbo. Cum autem intulisset omnem etiam morbum quatuor habere tempora rationem ad vsum reduxit, inquiens: [f] Oportet autem diætemata ex horum consideratione offerre. Sed quia non ex hoc solum diætemata sumit, iccirco addidit. [g]" Multa verò etiam alia opportuna signa his sunt germana, de quibus partim quidem scriptum est, partim verò scribetur: ad quæ ratiocinando examinare atque considerare oportet, cui horum acutus, & lethalis vel salutaris sit: & cui adhibendum sit, vel non: & quādo, & quantum, & quid offerendum erit. Et quis breuiori sermone remediorum scopos tradidisset, quàm hic ipse Hippocrates, qui considerandum esse ait quantum, quid, & quando. Etenim ordo in hoc, & tempus consistit. Qui ergo prius nutrit, postea apotherapia vtitur, is peccat

[e] E 1. Epi. sect. 3. t. 10. cl. 3. 12. a.
[f] F 1. Epid. sect. 3. t. 11. cl. 3. 120. b
[g] G ibidem.

cat in quando: nam quòd tempus requirit, nõn affert: quo nõn indiget, id assumit: hic ipse uerò E
qui tempus transposuit: nec feliciter, ea quæ ad ordinem spectant, coniectatur.

De tempestiuitate, & intempestiuitate, Quòd terrestria cœlestibus compatiantur. CAP. 3.

SEd de his quidem alibi. Nunc autem de temporibus docendo disputauimus, ut ab initio ad finem usque locum hunc omnẽ absoluamus. primũq; uerba ex libro De Morbis afferemus, in quo cum prius declarasset, necessarium esse, ut sciatur, quid sit tempus (hoc est καιρος) &: qd intẽ-
Lib. de Morbis. pestiuitas (hoc est ἀκαιρίη) postea hæc subnectit. "Tẽpora autẽ (ut semel dicam) multa, & omnimoda sunt in arte, quemadmodum & morbi, & eorum curationes. Sunt autem acutissima tempora, illis scilicet auxiliari, qui uel exanimantur, uel mingere, aut agere nequeunt, uel suffocantur, uel mulierem parientem, aut abortientem liberare; uel quæcunq; sunt eiusmodi. & hæc quidem sunt tempora acuta, nec paulo posterius conferunt. plerique. n. obeunt paulo põsterius. Tempus igitur est, si quis homini aliquid horum patiẽti, antequam anima exierit, in tempore opitulẽtur: qui uerò hoc facit hic certe opitulationis tempus scit. Quicquid enim quis in tempore assumpserit, id propterea, quòd eo instãti tempore assumptum est, opem tulit. Cum autẽ de acutissimis,
Ibidem. ac maxime repentinum auxilium requirentibus dixisset: deinceps, & de tempore protracto docet". Alij autẽ sunt morbi, quibus tps est, ut semel die curentur, & quando sanè, nihil referet: alij F
tertio uel quarto quoq; die: alij semel in mense: alij tertio quoq; mense: & an tertio incipiẽte, an finiente, nihil refert. Talia sunt tempora, in quibus non aliam hãt certitudinem, quàm hãc. Incepit sanè ab hypostasi, quæ in tẽporis puncto cõsistit, atq; ita ad horas accessit, & ab horis ad dies, & à diebus ad menses eosq; per lunæ incrementum vel decremẽtum numeratos. Quod autẽ aliquibus fortasse paradoxon esse uidetur, id ego magnam uim habere ostendam ad morbos destruẽdos, ac præcipue diuturnos, in quibus permissum est artifici, idonea tempora expectare, id
Lib. de Alim. aũt est, cõpati cõtransmutariq; cœlestibus terrestria. "Conspiratio enim una, & confluxio una, nõ solũ in nostris corporibus, sed ẽt in uniuersis. Si quidem mutationis, quæ in ambiente est, participes fiunt, & plantæ, & animantes, & multo magis in lunæ transfigurationibus: eius enim calor, terræ uicinior est, unde & carnes quorundam animalium, & uiscera coaugẽtur, & uniuersaliter alia quidẽ tabescunt, alia verò liquescunt. Coadnotãt autem, & hominum corpora, ac multo magis in morbis: potens. n. est sanitatis robur tales * morbos occultare. Morbi autem si per detractionem fiant, decrescente luna ad deterius adnotationẽ faciunt: si per abundantiam, & affluẽtiã crescente luna pcipue premunt. Scire itaq; debet artifex, non solum in oceano mari recessum G
& accessum fieri aquarum circa * tales lunæ transfigurationes: sed ẽt in nostris corporibus quandam esse reciprocationem, id est ἄνυπνων, humorum, in quibus crescente luna conuenit auxilia, q̃ replent assumere: decrescente aũt, detractione uti. Contraria enim, quæ in toto pugnant, non solum ægrotantem superant*, sed ẽt medicum. ita enim arti cooperatur & numen diuinum. Qua-
Lib. 1. de Morbis. propter ẽt sermonem prædictis consequẽtem infert etiam ad horarum vsq; circumuersionem, " cum inquit, "intempestiuitas autem est huiusmodi. Quæcunque quidem mane curari debent, si meridie curentur, intempestiue curantur. intempestiua autẽ sunt hæc, ꝓpterea, quòd inclinationem ad peius habent propter curationem non in tempore adhibitam. Quæcunq; autem cito, siue meridie siue uesperi siue noctu curentur, intempestiue curantur. Et si hyeme curari debeant, curentur æstate: uel si quod iam curari oporteat, id ipsum differatur: uel si, quod differri oporteat, hoc iam curetur: talia intempestiue curãtur. Et hæc quidem obiter, ac ueluti præter seri monis tradendi propositum dicta sint.

Duo cum sint tempora ex Hippocrate, alterum totius morbi, alterum cuiusq; paroxysmi: alimenta pro eorum ratione exhibenda esse. Multæq; de hac re traduntur regulæ. CAP. 4.

H

VOlo autem iam opportuniora scribere. Sunt autẽ hæc. Duo tẽpora tradidit Hippocrates, al
Videtur innuere 11. sect. 3. primi Epid. terum totius morbi, alterũ particulare cuiusq; paroxysmi. "Dicit ergo in Epidemijs, necesse esse, ut totius morbi incrementum, & remissionem uigoris consideremus, & ad utraq; tẽpora respiciendo, semper auxilia adhibeamus. Et hoc facile in omnibus doceri potest, at in alimento ostendetur. Alimentũ. n. optimum est in diæta auxilium. Id enim solum si cæteris comparetur,
1. Aph. 7. & 9. Ex. ord. 4. d. g oĩbus æquiualet: oĩa etiam in se continet. Huius rei testis est Hippocrates, qui alimenta, diætas uocauit: totius enim appellatione partem exornauit. Est autem totus hic sermo iunioribns medicis maxime contrarius, medicinæ tamen consequens. "Velut enim Hippocrates ut medicus à primis diebus sciat, quis morbus cito, & qs tarde uigebit: & ubi hoc prædidicerit, uirtutẽ ẽt laborantis consideret, ac tanquã in quandam suæ ipsius cogitationis libra, de utrisq; põderet: utrũ, si
Forte glossema. à principio tenuiter nutriatur laborans, sufficere ad uigorẽ usq; poterit (ita vt post principij tem
1. Aph. 8. Ext. ord. 4. f pus usq; ad uigorem tenuiter semper cibetur. Quando enim uiget morbus, tunc tenuissima diæta necesse est uti) an prius ipse deficiet, nec ad uigorem vsq; perdurare poterit. Nam si futurum est,

ut

A vt æger ante vigorem diſſoluatur: primis certe diebus uirtus reſumi debet, ut poſſit poſtea æger dum vigor aderit, tenuiter cibari: non enim in oĩbus dictũ eſt, in principio pinguius cibari oportere: ſed in ijs, in quibus futurum eſt, ut virtus circa vigorem diſſoluatur. Diſcamus autem & huius dogmatis rationem: ita enim ipſo audacius ad artis opera utemur. Natura archegonõ, id eſt primogeniam, & primam ſuæ ipſius eucraſiam ſeruans, opportune appetit, quæ offerũtur, riteq; quæ aſſumpta ſunt diſpenſat, & in vniuerſum corpus diſtribuit, appoſitionesque, & detractiones commoderatas facit. Cũ aũt morbi inciderĩt, ac στάσιν, i. ſeditionem, & ἀναρχίαν. i. carentiam principatus rebellionemve effecerint, quantum vtiq; paſſiones valuerint, tm̃ ẽt natura fatigatur. Ac circa quidẽ morborũ principia, exigua eſt naturalis ſtatus euerſio: multũ verò eſt naturæ robur. circa vigores aũt magna eſt ſtatus præter naturam vis: multa uerò naturæ infirmitas. Quare, ſi futurum eſt, ut quiſpiã à principio tenuiter nutritus, circa uigorẽ ſolidiora alimenta, uirtute prius cõſumpta, ſit poſtulaturus: hunc in principio roborare conſulit, vt cũ poſtea uigor adfuerit, tenuiter cibetur Etenim rõni conſentaneũ eſt, ut in difficillimo morbi tpe, & in quo potiſſimũ* pugnare natura creditur, paucus ſit cibus, tenuiſſimeq; id, qđ offertur, nutriat: ne in diſtributione vellicet,

B neq; multã faciat additionẽ, ſed, non ſecus, ac irrigationes, ſoleẽ: totumq; corpus permeet, labore, aut tpe, quo diſpẽſetur, minime indigens. Neque. n. in particulariũ quidẽ paroxyſmorũ vigore cauendæ ſunt alimentorum oblationes, in vniuerſaliũ aũt morborũ vigoribus nutrimẽta ſunt danda. Prope poſita eſt (inquis) declinatio. Ego verò haud quæro quid ſit, quod futurũ eſt, ſed q̃d qđ præſens eſt. Neq; n. id quod humanius eſt, uigorẽ denotat, ſed declinationẽ. Morbi uis adeo cita eſt, ut minime cõprehendi poſſit. Nonne ſæpius magnitudinẽ neſcimus, q̃uis ẽt uirtus uigueˉ rit? Hæc certe plurimũ eueniunt. Quòd aũt nõ oẽs circa principiũ uelit pinguius nutrire, ſed quibus futurum eſt, ut circa uigorẽ uirtus diſſoluatur, patet ex ijs, q̃ inferuntur: quid enim ait? "Neq; 2. de Victu. acu. 32. 7. 120. h.

« igitur licet præter tps, neq; vehementiſſimas uaſorũ uacuationes facere, neq; uigentibus morbis, & in inflãmatione exiſtentibus, cibos offerre. Et rurſus "Hoc igitur maximum documentum 2. de Vict. acu. 41. 7. 122. d

« eſſe cenſeo, quod primi dies non ſint ſorbitione tali, vel tali priuandi, ijs qni paulo poſt talibus « uel talibus ſorbitionibus ſunt uſuri. Præſumpſiſſe hoc decebat, propterea q̃ de acutis ſermo eſt. « Et paulo poſt oſtendit, ſe non in *omnibus, ſed in aliquibus, talẽ uictũ inſtituere, inquiens. "Hæc 2. de Vict. acu. 42. 7. 122. e

« igitur oĩa magna teſtimonia ſunt, q̃ non recte medici ad diætemata ægrotãtes ducunt, ſed in qui « bus morbis non oportet uaſa vacuari, ijs ſcilicet, qui ſorbitionibus cibandi ſunt, uaſa uacuant, &

C in quibus ex uaſorum uacuatione ad ſorbitiones mutationem facere non oportet, in ijs mutatio-« nem faciunt, & plerunq; abſolute. Aliq̃n aũt in his temporibus ex vaſorũ uacuatione ad ſorbitio « nes mutationem faciunt, in quibus ſæpenumero expedit à ſorbitionibus ad vaſorum uacuatio-« nem accedere, ſi ita morbum exacerbari contigerit. Hoc autem eſt uigoris tempus, in quo ob vir « tutis diſſolutionem coacti, à tenuioribus ad ſolidiora cibaria accedunt, cũ tamen corpora iam ab « inflãmatione detineantur. "Non igitur licet præter tps nec vehemẽtiſſimas uaſorum vacuationes 2. de Vict. ratione ac. 32. 7. 120. h facere, neque, uigẽtibus morbis, & in inflãmatione exiſtẽtibus, cibos offerre. Neque decet, ait, im modicas διατάσεις, i. protractiones aſſumere, neque intempeſtiue nutrire. In multis autem intẽpeſtiuum maxime eſt, ad tertium uſq; diem aſcẽdere: nocua ẽt male eſt, quæ alternis diebus fit nutrimenti oblatio: Ad eos enim qui ita cibant, reſpiciẽs, omnia hæc ſcribit. In principijs enim ma « gnum peccatum ex ipſa diatrite, i. triduana inedia, qua tm̃ etiam Hippocratis tẽpore utebantur. « Teſtis eſt ipſe Hippocrates rurſus in libro aduerſus Cnidias ſententias, dicens. "Noui autem me- 2. de Vict. acu. 18. 7. 119. h « dicos, qui contrario maxime modo, ac oportet, faciunt: volunt. n. cũcti ubi in morborum princi « pijs, duobus uel tribus, uel pluribus diebus fame arefecerint homines: ita offerre ſorbitiones, & potiones. Nec increpat, q̃ aliquos ad prædictum vſq; dierum numerum protrahant, ſed q̃ om-

D « nes. quandoquidem, & ipſe protrahit ad tres, & quatuor vſque dies: ſed protrahit quos oportet. « "Inconſtantes enim febres, donec conſtiterint, ſinit; ubi uero conſtiterint, hoc modo curat. ſorbi- 4. de Vict. acu. 54. 7. 114. a « tiones. n. & potiones in conuenienti die offert. Conſulitque tertium, & quartum diem cauendos « eſſe. qñquidem hi dies, παλιγκοσίας, i. recrudeſcentias, ut ipſe ait, potiſſimum pariunt: ea item, tum 3. de Fract. t. « quæ ad phlegmonem, & immunditiam incitant, tum quæ ad febres tendunt, & magni admodũ 33. 7. 246. d « momenti, perinde, ac quoduis aliud, documentum hoc eſt. cum qua enim ex opportuniſſimis « in medicina rebus non circa ulcera ſolum, ſed etiam circa alios multos morbos non communi-« cat? Niſi quis alios etiam morbos ulcera eſſe dixerit, habet enim quãdam, & hæc oratio æquita- T. 34. « tem. Videamus ergo id, quod ſequitur, per quod patrocinatur ijs, qui in plures dies protrahunt. Et forte aliqua etiam q̃uitas uidetur ipſis eſſe, ut cum magna mutatio in corpore facta ſit, aliqua 2. de Vict acu. 18. 7. 118. h « etiam ualde magna mutatio obijciatur. At mutare quidem, non parum bene habet. Recte quidẽ « ſanè transferenda eſt, & ipſa mutatio. & ex mutatione, exhibitio guſtamentorum adhuc magis. « Recte ergo cum mutatio facta eſt in corpore, protractionem ad ttes vſq; dies faciendam laudat « ſed recte ac artificioſe hoc facit, dum genus, & magnitudinẽ affectionis, & tempus, & regionem, « & ætatem, & anteactæ diætæ formam conſiderare contulit, quæ certe mutationis diætæ, firmiſ-« ſimæ ſunt indicationes. Illud certe eſt obſeruandum, ne cum alimentum circa primos dies ſub-

traxeris,

traxeris,qñ id,& laborans ſumere,& uirtus conficere poterat, circa vigorem poſtea,dum virtu- E
tem ferè diſſolutam vides,mutationem aggrediaris, pugnareque adhuc magis uirtutem cogas,
quo tempore ne ſorbitiones quidem confici ab ægrotante poſſunt, id illi hoc ſuadens.nutrimen
tisque eum ſuffocans. Videre enim licet ratione quidem methodicos,opere vero amethodos me
dicos,uinum,& carnes dare, tanquam in vas inanime alimenta infundentes. Ac ei quidem qui
recta ratione in principio protrahit,in vigore etiam virtus conſtans perſeuerat. ei verò qui inde-
bite protractionibus uſus fuerit,circa principium etiam debilitatur,partim quidem à morbo par
Libro præce- ptorum non longe à princi pio. tim verò à prauo artifice coacta. Eiuſmodi etiam medicos in alijs redarguerat,inquiens. "Quid.n.
tandem mali erat,ſi præmium ignorantiæ ferrent ij,qui artis opera male adminiſtrant? nunc au-
tem ægrotis qui extra culpam ſunt non ſufficiens uidebatur ex morbo noxa, niſi etiam medici „
imperitia accederet. Oportet ergo ita ſemper circa initia,& protractionibus uti,ut ne quidem co „
gitandum ſit circa uigores* morbos eſſe mitiſſimos, etiam ſi poſt protractiones, & maxime eas, „
2.de Vict.acu. 418. quæ plurium dierum ſunt,cibus exhibeatur. Didicimus autem, & ex ijs, quæ intulit: rationem
enim ſubnexuit: Ac mutare quidem non parum bene habet: recte quidem ſanè transferenda eſt
ipſa mutatio,& ex mutatione exhibitio guſtamentorum adhuc magis. A communi ratione,ſi re
cte fiat mutatio,firmiter etiam debet ſequi iuuamentum. Malum ſanè eſt in alterutro peccare,pe F
2.de Vict.acu. 36.7.121.e ius tamen eſt in additione. Audiamus,& quæ deinceps dicat. "Coniectandum ſanè eſt, & robur, „
& modus morbi in ſingulis & naturæ hominis,& conſuetudinis, & diætæ laborantis,non ſolum „
ciborum,ſed etiam potuum: multo autem minus ad additionem eundum eſt,quãdoquidem ſub- „
tractionem omnino auferre ſæpenumero confert, ubi perduraturus eſt laborans, donec morbi „
vigor concoctus ſit. Neque enim virtutem conſiderare debemus, an phlebotomiam {vel aliud
quidpiam ualidum præſidium} omnino ferre queat, ſed an his neglectis, perdurare, ac portare
morbi uigorem poſſit. Quare mihi ne dicas,& ego virtutem inſpicio, neque enim ita inſpicis, ut
oportet. quocunque autem modo inſpicis,præterquam quòd nihil noui dicis, †tua etiam ipſius}
†σεαυτοῦ, i. tui ipſius, fortè tamen αὐτοῦ .i. ipſius ſcilicet Hippocratis. uniuerſalia theoremata ſubuertis. Quæ igitur artificialis ratio? "Coniectandum eſt,an ægrotans
ex diæta uſq; ad morbi uigorem perdurabit,& vtrum ille deficiet,& ex diæta non perdurabit,vel
morbus prius deficiet,ac obtundetur.

Notæ traduntur ex Hippocrate quibus ſcire poſsimus, qui morbus cito,& qui tarde uigorem ſit habiturus. CAP. 5.

G

1.aph. 9. Ex. ord.4.g CVm autem ipſe ſciret,non cuiuſuis medici eſſe,à primo morborum inſultu, ſcire,qui nã ci-
2.Epid.ſect.1. to,& quinam tarde uigeant,multas ad hoc notas dedit in omnibus ſuis libris,præcipue verò
in ſecunda Epidemia,dicens, "Circa principia morborum conſiderãdũ, an ſtatim floreant: ma-
niſeſtum autem hoc fit ex incremento. Noſces,inquit,ipſum vigorem prope, uel procul eſſe,ſi „
probe incrementum conſideraueris. Morbi enim qui paulatim increſcunt, tardum: qui celeriter, „
Ibidem. celerem denotant uigorem. "Incrementa autem ex circuitibus, & criſes quoq; hic manifeſte. Per
incrementum quidem uigorem agnoſces: incrementa uerò, per circuitus. Aliud enim eſt,ſingu-
lis diebus adnotationem habere: & aliud, uno die uel duobus interiectis. Nec hoc tantum ſatis „
Ibidem. fuit: ſed adiecit etiam artificioſiora. "Ex paroxyſmis in circuitibus conſiderandum eſt, ſi citius
an non: & ſi longiori tempore an non: & ſi magis an non: Vult ut ad præcognoſcendum accele- „
rantem,uel tardantem uigorem,prædicta obſeruemus,ideſt vtrũ feſtinanter, an ſecus incremen- „
tum adueniat: & utrum motus propius accedat ad continuitatem, an multum abſit à continui-
tate. Ad hæc etiam paroxyſmi in circuitibus an citius an non, hoc eſt,an anticipent, an poſtpo-
nant. Nam qui anticipiant,celeritatem, qui poſtponunt tarditatem magis ſignificant. Quoniam „
autem poteſt qui anticipat paroxyſmus,prius etiam deſinere: ob id addidit, Et lõgiori tempore, H
an non. Præterea cum ſciret non in longitudine tantum, & breuitate paroxyſmorum,differen-
tiam eſſe,uerum,& in vehemẽtia,& imbecillitate,fieriq; poſſe,ut in æquali adnotationis dimen-
ſione difficilius uel leuius aliquis exacerbetur: iccirco additur. Et magis,an non. Cum uideris ma- „
Ibidem. gnũ aduenire incrementum: ac ſequentem paroxyſmum p̃cedenti ſemper,& multo longiorẽ,&
multo difficiliorem,ſcias uigorẽ ſtatim affuturum. Nam & eorum qui repente moriuntur, cele- „
* *Al. febres.* res ſunt ipſæ criſes,quoniam & celeres ſunt* dolores,& continui,& ualidi. Ex cõtrarijs autem cõ „
trarium. Forte uerò,& aliarum rerum hoc commune eſt, ut quæ quidem citius fiunt, breuiores,
ſint: quæ verò tardius longiores. Non ſolum autem in Epidemijs,ſed etiam in aphoryſmis,ratio-
1.aph.12.extr. ord.5.a nes docet,per quas præſcire poteris uigorẽ prope uel procul eſſe. "Paroxyſmos autem,& conſti- „
Ibidem. tutiones indicabunt morbi. Nam horum alij natura acuti: alij natura diuturni. Et tempora anni. „
3.Epid.3.t.88. 3.151.h Quæcunque enim ipſorum adiuuant, morbis* aduerſantes, celeriter,& incrementa,& uigores
facient. "Ideoq; neceſſariũ eſt ſcire,bonum eſſe, quod in conſtitutione, & morbo commune eſt.

Et

A Et circuituum inter se incrementa. Hæc quidē sunt communia cum ijs, quæ in Epidemijs dicta sunt. Adijciet aūt, & aliam quandam præterea rationem, per quam vigorem scire poteris." Et ex ijs, quæ mox apparent, vt pleuriticis, si sputum statim appareat incipiente quidem morbo, abbreuiat: si verò post appareat, prolongat." Concoctiones enim celeritatem crisēos sanitatisq; securitatē significant. Et Vrinæ, & deiectiones, & sudores, mox apparentes, morbos ægrè, & facile iudicādos breues, & longos indicant. Habes, inquit, vbertatē, si nostra legas, vt nec solū celerē, vel tardum vigorē, sed ēt alia multa eorum quæ futura sunt, prænoscas. Hoc tantū prius accipe, ac firmiter crede optimum esse vt medicus prudentiam adhibeat, non ad gloriam tantum, sed & multo magis ad curandi rationem. His prius constitutis, rationem ad artis opera accommodato.

1. Aphor. 12. ext. ord. 5. a
Ibidem
1. Epid. cō. 2. t. 45. 3. 112. b
4. Aphor. 12. Ext. ord. 5.

Regulæ cibandi pro ratione totius morbi. CAP. 6.

QVibus" igitur statim vigor, ij statim tenuiter sunt cibandi. Neque enim de virtutis dissolutione est timendum, vbi vigor statim affuturus est, sicuti in angina vsu venit. Licet enim, vt
B totus ad morbum tollēdum incumbas, nihil de virtute formidans." Quibus autem posterius est vigor: in illud temps, & paulo ante illud subtrahendus est cibus: antea vero pinguius est cibādus æger, quò durare possit. Hoc in loco de vtrisque simul, passione inquam, & virtute coniectari oportet. Cibari aūt plenius, est paulo solidius nutriri, quàm fiat in extreme tenui diæta." In paroxysmis autem subtrahere oportet. Per hæc verba documentum valde curatiuum, ac ad artem maxime spectans tradit, hoc est incumbente grauiori paroxysmo, nihil nutrimenti apponendū esse, siue enim per ἐπαναβασιν, quasi dixeris superascentionem, vehementiores fiant paroxysmi, pulchrum sanè est, virtute proritata, ad detractiones accedere: siue etiam nunc quidem leuiores, rursus autem grauiores fiant adnotationes, ex arte rursus est, ante difficiliorem paroxysmū non nutrire: sed semper post grauiorem adnotationem. Sed exacerbabo, inquies, morbum, si primis diebus alimentum dedero, atque ita quem curandum suscepi, lædam. At certe magis iuuabis, virtutem seruando. Omni sanè auxilio noxa aliqua coniuncta est: quod. n. iuuat, id ēt nocet. si ergo eum in principio nutriuero, cui futurum est, vt virtus circa vigorem dissoluatur, morbum quidem aliquantisper augebo: at virtutem magnopere corroborabo." Qui verò opinatur
C virtutem non refici, sed morbum exacerbari, mortem is procul dubio ægrotanti affert. Peccata aūt, quæ per initia committuntur, non æquè, vt hæc, immedicabilia sunt, sed multo facilius corrigi possunt. patet ergo, q̄ non lubens in primis diebus ad alimenti exhibitionem accedit, sed tanquam in angustia quadam detentus, commodissimum eligit tempus. Quòd, si nihil ipse de virtute vereatur, maxime ex arte esse existimat, ad tertium & ad quartum vsque diem, nonnunquam etiam, & ad longius tempus protractionibus vti, quādo, & robur virium adsit, & morbi modus cogat, multaq; subsit humorum redundantia: & loco phlebotomiæ, vel aliorum vacuantiū præsidiorum, longiorem eligimus protractionem. Aliquibus. n. in diatrite, aliquibus ante diatriten, aliquibus post diatritē, probe primum exhibitum est alimentum. Et in vniuersum quidem, symmetriam attingere oportet. Si autem hoc fieri nequit, vergendum est magis ad protractionem, plurium dierum, q̄ ad celeriorem appositionem, si virtus nihil prohibet.

1. Aphor. 10. Ext. ord. 4. h
Ibidem.
1. Aphor. 12. Ext. ord. 5. a
Locus mēdis non vacās, vidētur antē innuere. text. 40. 2. lib. de Vict. rōne in morbis acu. Sed sanè deterius agit qui omnibus vasa ante &c.
2. de Vict. rōne i acu. t. 40. 7. 122. c

Animaduersiones de virtutis fortitudine, & imbecillitate. Signa imbecillitatis virtutis ob inanitionē, ob morbi acumen, ob irritamentum aliquod, exemplo flammę lucernæ. CAP. 7.

D
* SEd quispiam ex ijs, qui methodum perturbant, inquiet. Et ego virtutē animaduerto. Ad quē licet respondere. Et quomodo virtutem inspicis? non enim apparet: nam sæpius qui primo aspectu fortis videtur, imbecillus est, dissolutuq; facilis. Nam qui fortis videtur, * non per ea, per quæ virtus, dignoscitur. Accipis ætatem, anni tempus, regionem, & similia. Nonne tibi licet pulsus tangere? At neque si tetigeris cognosces, vttum in spiritu, vel in humoribus, vel in solidis sit virtus. Mentem adhibes naturalibus actionibus, vt scire possis, à quot rebus virtus impediatur. Si autem nunc quidem permittat, posterius autem dissoluetur, præuidere poteris, si naturæ
* * κράματα, id est temperamēta considerauēris, præcognoscere item vigores poteris. Si verò noueris alicui quidem firmam esse virtutem, alicui verò facile mutabilem, diiudicabis alterum septentrionalem, alterum meridionalem esse. Quoties autem imbecilla visa est manere virtus, at per detractionem corroborata est? Audi Hippocratem ignaros medicos redarguentem." Nō enim video medicos talium rerum esse peritos, quomodo scilicet dignoscere oporteat imbecillitates in morbis, & quæ ob vasorum vacuationem fiunt, & quæ ob aliud quoddam irritamentum, & quæ ob dolorē, & ab acumine morbi: itemque quot passionis omnigenas formas natura nostra, & habitus singulis pariat, quamuis talia salutem vel mortem inferāt cognita vel ignorata. Neq; enim paruum periculum est, si ignoretur vtrum virtus per indigentiam dissoluatur, ita vt nutri-

2. de Vict. rōne in acu. 47. 7. 113. f

menti

menti additione indigeat,an ob phlegmones magnitudinem ſuffoc atur,ita ut detractione indigeat:an ob aliud quoddã irritamentum,id eſt mutationem,& corruptionem eorũ,quæ aſſumuntur.Sicuti enim lucernæ flamma,& ob defectum olei extinguitur,& ob multam confertamque infuſionem:& quando non purum,& argilloſum eſt:eodem modo, & calidũ,quod eſt in nobis, natura exiſtens flammæ ſimilis,& indigentia,& abundantia, & prauitate alimenti corrumpitur. Itemq; quot paſſiones,& omnimodas formas, natura noſtra, & habitus ſingulis pariat. Quidam enim natura*famelici ſunt, quidam ſtomachum habẽt, qui facile afficitur, & animo facile delinquunt,ac à minimis affectionibus lædunt̃,& alimenti appoſitione ſemper indigent. Et aliæ ſunt priuatim in ſingulis ſyncriſibus. Animaduertendumq; eſt ne cum in eiuſmodi habitus incidimus, aliquod peccatum cõmittamus." Maius enim malum eſt,ſi ob dolorem, & acumen morbi debilitato,potionem uel ſorbitionem copioſiorem,aut cibum quis obtulerit, exiſtimãs ob uaſorum vacuationem imbecillum eſſe.Indecorum ẽt eſt ob uaſorum vacuationem debilitatum non cognoſcere,ac diæta eum premere. Affert etenim aliquod periculum, & hoc peccatum, multo tũ minus quàm alterũ.Ridiculoſum autem magis eſt hoc peccatum, quàm alterum. Si enim alius medicus uel ẽt idiota ingreſſus cognouerit ea, quæ contigerunt, & edenda potãdaq; dederit ea, quæ alter prohibuerit,aperte inuaſſe exiſtimabitur.Talia artificum inſtituta maxime ab hominibus vituperantur.uidetur enim ipſis ille qui ingteſſus eſt medicus, uel idiota, tanquam mortuum ſuſcitaſſe:ſcribentur autem de his ſigna,quibus ſingula dignoſcere oportet. De vniuerſalibus igitur temporibus,& de*prima alimenti exhibitione hæc ſatis ſint.

1.de Vict. rõne in acu. 48. 7.124.a.

E

F

Regulæ cibandi pro ratione particularium paroxyſmorum. CAP. 8.

VIdeamus iam & de particularibus: "Iis qui in circuitibus exacerbantur, nihil dare oportet, neque cogere, ſed detrahere de additionibus ante criſeis. Item in paroxyſmis ſubtrahere oportet.addere enim noxa.Et,quæcunque per circuitus exacerbantur in paroxyſmis ſubtrahere oportet.In morbis ſanè qui per circuitum vexant,ſiue continui ſint, nullasque habeant intermiſſiones,ſiue ex quibuſdam interuallis exacerbentur,ac reiuueneſcant, obſeruandum eſt,ne,in paroxyſmis eſculenta,aut poculenta, aut diaclyſmata demus:quandoquidem quicquid tunc offertur,morbi non corporis fiet alimentum."Si quis enim alimentum febricitanti dederit vt ſano robur,ita laboranti morbus. Neque cogere,hoc eſt,nulla re cogente uti.ſolamine enim potius eſt opus,quam vi in paroxyſmis, expectandumque eſt remiſſionis tempus, & in eo uehementia cogentiaque remedia aſſumenda ſunt:vbi verò paroxyſmi inciderint, lenientia. Quemadmodum enim feræ etiam ualde agreſtes,ſi quis eas placide adeat,blandeque demulceat,manſuetæ reddũtur:ſi verò ex aduerſo ipſis iraſcatur,uique adoriatur,agreſtiores efficiuntur: Ita & morbi quodammodo agreſtiores effecti, ſi quis eos in paroxyſmis ſoletur, & mitiget, leuiores,ac manſucti euadunt:ſi uerò ex aduerſo ſe opponat uimque inferat, excitantur, ac exacerbantur. Propter alias id genus cauſas nec rebus cogentibus,nec alimentis vult vti in paroxyſmis: partim quidem ob additionem,partim uerò ob turbationem quæ in diſpenſatione fit." Et quæcunque per circuitus exacerbantur,in paroxyſmis ſubtrahere oportet, addere enim noxa. "Non ſolum autem dũ adſunt paroxyſmi,nulla re,q̃ mouere,aut addere poſſit,utendum eſſe cenſet:verum neque dum mox futuri ſunt: ſed dum deorſum inclinat morbus. Hocque ſapienter admodum in libro De morbis demõſtrat,cũ ait."Cũ aũt irruũt morbi,quieſcere oportet & laborãtẽ,& medicum à curationibus,ne q̃d mali fiat.Omnium aũt clarius,ac magnificẽtius in libro aduerſus Cnidias ſententias,cum inquit.Tempus autem exhibendæ ſorbitionis hoc maxime obſeruare per initia,& per omnem morbi decurſum oportet.Quando ſanè pedes frigidi fuerint, inhibere oportet ſorbitionis exhibitionem. Maxime vero,& a potu abſtinendum eſt. Quando autẽ caliditas ad pedes deſcenderit,tunc exhibendum eſt,& putandum magnopere ualere hoc tempus in oĩbus morbis, non minime uero in acutis, maxime uero in magnis febribus, & periculoſiſſimis morbis. Forte quis dictionis græcanicæ ignarus,dicat. Hippocratẽ in uigere alimenta offerre: cum enim caliditas in pedes deſcenderit,tunc febrẽ uigòre, corpore uniuerſo æque,ac ſimiliter calefacto. Verũ qui hæc in ueteres dicere audet,ſtoliditatẽ,ſummamque inſcitiam præſefert. nec quid ſit τὸ κατὰ βαίνειν, id eſt deſcendere,intelligit. Diſcant ergo qui hæc aduerſus Hippocratem effutiunt, eum non in uigore ſed in remiſſione febris alimentum dare. Quid enim ait? Quando caliditas in pedes deſcenderit,tunc exhibendum eſt. omne aũt quod iam deſcendit ſuperiores partes reliquit, & infernas adijt:caliditate nõ extenſa,ſed ad infernas regiones trãſpoſita. Et hoc adeo clare ipſe edocet,ut & à ſtolidis ẽt intelligi queat.dicit aũt in hunc modum." Cum uero pedes ſint frigidi,neque potum neque ſorbitionum, neque aliud quicquam tale dato: ſed maximum hoc eſſe exiſtimato,ſi obſerues,quouſque ualde calidi fiant;deinde ita id,quod confert, exhibe. Vt plurimum enim ſignum eſt futuræ exacerbationis febris,ipſa pedum frigiditas. Si verò in tali tempore exhibueris,maxime per omnia peccaueris:morbum enim non parũ augebis. Cum autem febris

1.Aph.18.Ext. ord.9.f.lib.De humo.
1.Aph.11.Ext. ord.5.a
7.Aph.62.Ex. ord.59.g
1.Aph.11.Ext. ord.5.a
Lib. de Alim.
Li.3.de Morb. ca.de pleur.ex dorſo.
1. de Vict. rõne in acu. 46. 7.115.f
4. de Vict. ratione in acu. 36.7.139.f

G

H

A bris desinit,è contrario pedes calidiores fiunt reliquo corpore. Augetur etenim, frigefaciens pe-
« des,accensa ex thorace,in caput flammam emittens. Vbi vero calor totus sursum concurrerit,&
« exhalauerit in caput,merito pedes ipsi frigidi fiunt, cũ ex carnes neruosiq; natura sint: præterea,
« cum multum à locis calidissimis distent, frigefiunt,calore sese in thoracem colligente. Et rursus
« ex proportione,cum febris soluitur,& in minutas partes redigitur, in pedes descendit. Hoc ergo
« tempore caput,& thorax ipsorũ perfrigerata sunt. Non est ergo in toto corpore caliditas,neque
extensa est:sed sicuti,dum vigebat paroxysmus,partes circa thoracem caputque,affatim incẽde-
bantur:ita & nunc,ubi adest remissio,caliditas nobiliores quidem partes reliquit,circa pedes au-
tem extremos versatur. hocq; naturaliter fit. Rationi enim maxime cõsentaneum est,ut hos,q
valde prius refrigerati erant,calor etiã ingens deprehendat, natura nimirum tribuente ipsis mu-
tuam contrariorum successionem. Vnde cum quis per frigidas regiones iter fecerit,ubi in æstuo
sam peruenerit, ignitos obtinet pedes: quandoquidem cum magis ij friguerint, magis etiam,ac
vehementius iure incalescunt. Quapropter,& in difficillimis febribus,quando inuasio cum pe-
dum perfrigeratione fit,in remissione pedes uehementer calefieri contingit. Quare cum locum
B absolueret Hippocrates, inquit. "hac de causa offerendum est. nam ubi pedes frigidi sint necesse Ibidem.
« est inferiorem uentrem calidum esse,multoque fastidio plenum, & hypochondrium extensum,
« & proiectationem corporis ob internam turbationem, & mentis suspensionẽ, & dolores,& uel
« licatur æger,ac vomere affectat:sique praua vomat,dolore afficitur. Vbi autem caliditas in pedes
« descenderit,vrinaq; pertrãsierit,etsi non sudauerit, omnia cessant. In hoc igitur tempore opor-
« tet sorbitionem dare,tunc autem pernities.* Et præcipue nocumentum, quod ex intempestiui-
« tate in morbis acutis euenit:mortem esse inquiens sub paroxysmũ nutrire. Aperte igitur,& hæc
imperat. Oportuerat igitur satis iam hæc te edoctum fuisse: si quid tamen discere cupis, audi &
« hæc aperte præcipientem Hippocratem. "Cum autem medicamentum dederis sorbitionibus vte 4.de Vict. rõ-
« re,ac obserua paroxysmos febrium,ut nunquam cum adsunt, neque cum futuri sunt,offeras:sed ne in acu. 39.
« vbi desinunt,aut desierunt,& quàm longissime à principio. Alimenta danda sunt,non expectata 7.139.ç
exquisita febris*declinatione, ubi nimirum laborans fame intolerabili premitur, uel à longis ci-
borum protractionibus male admodum affectus est, vel aliqua pars à stomacho obriguit, & val
de exoluta est: Tunc sanè in remissionibus febrium, corpore adhuc calido existente,alimentum
apponimus:potissimumque cum remissionis interstitium angustum fuerit. Qui enim paulo ante
quàm terminauerit,cibum offert:is longius à futura adnotatione cibum exhibet. Quòd autem
C perfecte iam cessata adnotatione cibus offerri debeat, clare ipse ostendit,inquiens. Et quàm lon-
gissime à principio. Vt enim adnotatio alimentum non dispensatione priuatum,sed probe con-
coctum,ac iam corpori familiare redditum suscipiat, cessata nuper adnot tione alimentum præ-
« bet. quod tempus plurimũ à futuro paroxysmo abest. Adhuc verò,& in libro aduersus Cnidias
« sententias ea adiungit, quæ & ijs quæ dicta sunt, & artis etiam operibus consentiunt. "Diæteticæ
« partis maximum est obseruare,ac cauere,sicuti in acutis,ita in longis ægritudinibus, & intentio- 4.de.Vict.rõ-
nes febrium,& remissiones,ita ut tempora obseruare scias, quando cibaria offerre non oporteat, ne in acu.114
& quando tuto offerre oporteat:ea autem sunt,cum longissimè ab intentione distant: Et hæc rur 7.249.d
sus fatebitur,qui in artis operibus fuerit exercitatus.

Quomodo in morbis diuturnis sint obseruanda tempora. CAP. 9.

MAximum enim est in morbis diuturnis obseruare tempora. quandoquidem in ijs obscuri,
ac latentes sunt paroxysmi,& per symbola deprehẽduntur,ex vigilia,grauitate,motus dif
ficultate,insomniorum turbulentia,decoloratione,inappetentia, & similibus. In acutis.n.quos
D potissimum'febres continuæ comitari solent, magna sunt inter paroxysmos, & remissiones di-
scrimina:ita ut & ab idiotis etiam sæpenumero dignoscantur: in diuturnis autem tenues quidem
sunt febres, vixque deprehenduntur,occultiq; sunt paroxysmi, ac præcipue ubi plurimum tra-
xerint,ut & ipsos etiam ægrotos multoties lateant. Vnde uel exquisitum omnino signum illud
erit,si aliquantulum differentiæ ipsorum dignosci possint.

In febribus synochis matutino tempore esse cibandum CAP. 10.

IN febribus autem,quæ non cedunt (quas synochos vocamus) consentaneum est mane alimẽ
tum dare. Sæpius enim,tum alibi, "tum in Epidemijs,diem anno cõparauit, ita ut tempus ma 2.Epid.sect.1.
tutinum,ueri assimilatum sit: meridies, æstati: pomeridianum tempus, autumno: nocturnum,
hiemi. Vnde si pomeridianum tempus, quod autumno assimilatum esse tradidimus, matutino,
quod veri simile esse diximus,comparetur,exitialissimum erit: sicuti matutinum,saluberrimum.

ita

ita sanè crepusculum vespertinum conturbans, & exacerbans est: matutinum tempus benignũ, E
2. aph. sect. 1. ac relaxans." Tanquam annus circuitum habeat morborum. quale est dies morbi, quale est ue-
spertinum tempus ad exacerbationem, tale est morbi, & vniuscuiusque constitutionis inter se in-
uicem. Quare vbi nullum sit vestigium remissionis, tempus eucrasiæ aeris assimilatum eligito. id „
autem est, quod circa crepusculum matutinũ est, idq; accommodatissimum esse poterit, tum ad „
alia remedia, tum ad cibum offerendum. Hæc quidem satis sint ad suadendum, id quod à nobis „
propositum est. Portionem enim elegi ex infinitis ferè: quæ apud Hippocratem leguntur. Ex ar-
te tamen erit, ut ex ijs, quæ adhuc citari possent, aliqua quidem in librum De consuetudine à no-
bis conscribendum, aliqua verò in librum De Qualitate, & Quantitate, reponamus. illic ergo
quàm plurima ponentur ex Hippocrate, & quæ in præsenti libro silentio prꝛteriuimus, largaq́ue
etiam copia in vnoquoque theoremate tradetur.

Vt oculi se habent ad Solem, ita imperitorum hominum animas ad scripturam Hippocratis se habere. CAP. II.

TEmere ergo aduersantur illi, qui ad Hippocratis scripta imparati prius accedunt, quàm pri- F
mas literas didicerint. Suam enim ipsorum ignorantiam incusare cum debuissent, obscuri-
tatem Hippocratis reprehendunt: quippe qui ob propriam imbecillitatem non possint magni-
tudinem Hippocraticæ uirtutis assequi. Ita enim opinor affectæ sunt ad Hippocratis scripturas
insipientum abiectorumq; hominum, animæ, vt oculi ad Solem, dum in ipsum intuẽtur, ut enim
illi de propria imbecillitate redarguuntur à Solis pulchritudine, conuincunturq́ue, quippe qui
haud possint perseueranter citra laborem in ipsum intueri, sed tandem cæcutientes ad tenebro-
sa se uertunt: ita animæ profanorum hominum, quæ prius in encyclopędijs non fuerint
educatæ, à pulchritudine scripturarum Hippocratis, & fulgure circumcirca perculsæ
& dogmatum lumine uallatæ, quodam modo cæcæ fiunt, & ab ijs, quæ maiora
sunt, quàm ut ipsæ ferre possint auersæ, ad parua quædam, ac obscura,
suęque ipsarum ignorationi accommodata accedunt. Nos au
tem non illorum causa, sed ut illis qui probe instituti sunt
gratificemur, tum hæc conscripsimus: tum omnia,
quibus res medicæ ex Hippocratis sententia
absolutissimæ fiant, digna, ut rursus
scribantur censebimus. G

Finis sermonis Galeni de diæta Hippocratis, in morbis acutis.



GAL. DE REMEDIIS PARATV FACILIBVS LIBELLVS AB HVBERTO BARLANDO PHILIATRO LATINO SERMONI TRADITVS

Nunc denuo, accuratiſſime caſtigatus, & ab omni labe purgatus.

PROOEMIVM.

ARtem medicam, nullis vnquam ciuitatibus, nullis locis publicis, opulentisve hominibus, aut nobilibus, aut principibus, aut potentibus circumſcriptam: ſed quę potius, præ ingenti erga genus humanum beneuolentia, ſuaq; maxima utilitate ad omnes tandem homines pertinet: quæq; ſaltem poteſtate, quamuis actione, ob negligentiam eorũ, qui illi operam nauant, nunc uideatur deficere, ad rura ipſa ac etiã ſolitudines fines ſuos prorogauit, æquum eſſe duxi ut pro mea uirili, ad eorum miniſterium, qui iter facerent, & eorum etiam maximè qui ruri, ac in ſolitudine uerſantur, traducerem, ubi in corporibus facilis quidem, & præter omnem expectationem eſt morborum tum prouentus, tum vis: nec tamen poſtea ita facilis eſt remediorum copia. Nam neque quocunque loco in promptu medicamenta pretioſa eſſe poſſunt, neque præterea medici præſentes ſunt, qui eis uti nouerint: cum tamen tales plerunque adſint circumſtantiæ, ut nullam dilationis occaſionem præſent: vt in angina, venenoſisque medicamentis, atque morſibus animantium virus eiaculantium, nec non in ſanguinis profluuijs, cholerisque, ac id genus alijs ſolet euenire. Vnde neque ſcientificam, atque exquiſitam curandi rationem omnibus ſuis præceptis abſolutam, hoc in loco explicare inſtitui: ſed eam, qua poſſit quis, uel etiam vulgaris, periclitantibus caſu quopiam, aut alioqui male affectis hominibus illico opem ferre, illis ſanè remedijs vſus, quæ in tanta rerum difficultate, ſint paratu faciliora: id enim reor iure eſſe ſupponendum, quòd ratio materiæ, quæ exquiſita, & omnino ex arte eſt, atque etiam remediorum vſus, qui ex ſcientiæ ratione ſit, eo maxime tempore neceſſaria ſunt, quo & medicamentorum, atque etiam medicorum copia nobis ſuppetit. At vbi occaſio præceps eſt, nec in promptu copioſa, ac larga ſit remediorum affluentia, ſummopere neceſſariam eo tempore facultatem medicamentorum, quæ paratu facillima ſint, illis eſſe arbitror, qui quauis corporis particula male afficiuntur. Deſcribam igitur remediorum facile parandorum materiam: quandoque tamen, quamuis id raro, aliquam etiam exquiſitiorum medicamentorum, quæ propterea quòd in vſu multis ſint, facile haberi poſſunt, mentionem faciam: ſumamque à capite exordium. Ipſum etenim tanquam arx totius corporis eſt, & ueluti habitaculum ſenſuum, qui in ſummo ſunt honore, atque hominibus maximopere neceſſarij, & proinde, ab illis remedijs quæ illi ex uſu ſunt, initium faciam: in primis proſequens quæ facile haberi poſſint, quæque maxime aperta ſint. Caput multifariam affici poteſt: nam ex æſtu, frigore, ex uaporibus, qui à uentriculo tolluntur, atque id replẽt, ex externis etiam quæ grauitatem illi afferunt, quæque fœtida ſunt, & ex alijs multis. Præterea verò ſæpe turpitudine quadam ſecundum cutem & capillos tenetur, ut ſunt alopeciæ & ophiaſes, variæque vlcerum differentiæ: Aeſtus itaque ac frigoris, uaporumque præterea, qui ex externis rebus excitãtur, ſigna, quæ ſatis eſſe pñt, ſunt illæ ipſæ cauſæ manifeſtæ, procatarcticas græci appellant. Iam verò illos qui ex æſtu laborant, hæc conſequuntur, dolor cum pulſu, ut vniuerſum caput ſideratione teneri uideatur (græci ſphacelũ uocant) cũ ſenſu ignei caloris, uaſorũ circa frontẽ diſtentio, oculorũ rubor, plerunq; ẽt uigilia: Eos verò qui ex frigore, grauedo cũ ſtupore, congelatio, uaſorum ſcd'm frontem conciſio: ꝙ ſi frigori iungatur humiditas, ſopor. At eos qui ex vaporibus, dolor pungens, pulſus arteriarum, quæ circa frontẽ ſunt, uertigines, oculorũ hallucinationes, auriũ ſonitus: quæ eadem etiam his, quibus ex interna cauſa caput vaporibus repletur, euenire ſolent.

De capitis Dolore,& primo de dolore ex Solis æstu. CAP. 1. E

CApitis ex Solis æstu dolori medetur fotus ex oleo immaturo, frigido: quòd si vehementior fiat dolor,ex rosaceo & aceto. At si ad manū nō fuerit rosaceum, oleo acerbo siue immaturo vtendum. Porrò olei partibus quatuor,aceti unam commiſceto, ſi mediocriter refrigerare cupias,alioqui plus aceti foret adijciendum. Feruente aūt æſtuanteq; vehementius capite, commiſcēdus aceto ſuccus,aut polygonij id eſt ſanguinariæ,aut plantaginis,aut portulacæ,aut lactucę, aut vuæ acerbæ,aut deniq; alius quiuis,ſimilis cum dictis facultatis. At ex ſuccis hiſce,magisne an minus temperatura frigidus conueniat,ſatis ſuperq; docebit affectus ipſius magnitudo ſiue vehementia. Conſultius ad hæc fuerit,decumbere ægrotum in domo quapiam frigidiori,ſi non natura,ſaltem arte,vtpote ſtrata folijs & vitis, & rubi,& pomi: & alijs horum ſimilibus, quibus fuerit pro tempore refrigerandi facultas. Dicto porrò affectui perquàm ſimiles ſunt, qui è quauis intēperie ortum habent,& non à cauſa externa. Verum ut ab intemperatura,tum calidiori & ſicciori tum frigidiori & ſicciori,graues oboriuntur dolores,ita nulli ab humidiori. Cæterum curātur ab intemperie orti capitisdolores modo eodem, quo à cauſa oborti externa, ſuo nimirū cōtrario.

De capitis Dolore ex Frigore.

Cāpitis ex frigore dolori medētur fotus natura calidi. Qui ſi ex mediocri habuerit ortum,ſatis F
fuerit uti oleo aut anethino,aut rutaceo,calido: ſi aūt intendatur ex vehemētiori videlicet frigore,cucumeris agreſtis radix prodeſt,cui modicum euphorbij interdū addito. Vel oleo irino,alioue id genus tenuis ſubſtantiæ vtitor, aliqua ijs commiſcendo. Porrò admiſcebitur horum quantitas modo maior,modo minor,pro ratione uincentis frigoris conſiderando ac metiendo.

Ad Capitis Dolorem ex Vaporibus.

Quibus caput ex uaporibus dolet, his ſubducenda aluus eſt: proſpiciendūq; de domo undique perſpirabili,aerisq; clari ac puri: cienda ſternutamēta,præſertim ſi febre vacent, attracto per nares trito aut ſtruthio,aut pipere: uacuatis enim ratione hac vaporibus,facile diſcutietur dolor. Fouendum præter hæc oleo caput eſt,cui adiectum ſit aceti nonnihil: ſic enim reprimetur immodica ad caput uaporum ſublatio,quodq; nunc cerebri uentriculis inſedit,diſcutietur. Non ſinatur autem talis dormire,& potiſſimum interdiu.

De Dolore Capitis ex ventriculi cruditate.

Quibus caput ꝑ conſenſum dolet ex cibi in ventriculo cruditate, aqua tepida liberalius eſt in potu exhibenda,dein vt vomant iubendū. Multis eorum ſanè,qui ſtomacho laborant,cum è lecto ſurrexerint,caput dolere conſueuit: ijs ſtatim aſſumpto cibo dolor leuari ſolet. Quòd ſi qñ G
præ nimio capitis dolore,repente aliqui obmuteſcant,idq; cauſa non ſatis cognita, horū caput aquâ tepida liberalius infuſa foueri conuenit,auribusq; oleum infundi,& lanam inſeri.

Ad Capitis Dolorem ex uini potu.

Quòd uinum natura calidius capitis faciat dolorem, opplens ipſum facile uaporibus, interdū autem & ſuccis: q ēt citra vini potum vapores id genus petant facile nonnunquā ipſum caput, dolorem inducentes,præſertim ijs,quibus cerebrum contingit temperatutæ calidioris: omnibus manifeſtum exiſtimo. Proinde curationis intentio in his eſt, vaporum vacuatio ac diſcuſſio: qui qm̄ natura calidi ſunt, caput ipſum diſtendentes, egent refrigerantibus: hinc illinendum capiti roſaceum actu admodum frigidum. Conueniunt etiam talibus ſomnus ac quies,& ſub veſperam balneum, cibus boni ſucci, cui tñ calefaciendi natura non ſit, cuius generis ſunt ptiſanæ ſuccus, oua ſorbilia non addito garo,panis aqua maceratus,lactuca,ut quæ refrigeret,& braſſica, ut cui ſit vapores deſiccandi natura: utendum ad hæc aquæ potu. Cæterum ijs, quorum os ventriculi aquæ potu ſubuertitur,dabimus aut malum punicum,aut coctum, ſeu pomum,ſeu pirū, quæ co
Al. modica. quenda ſunt ratione hac. Infuſa in ollam aqua feruida, ſuſpenſiſq; in ipſa olla fructibus eiuſmodi autumnalibus,tantiſper ſub hac ignem ſuccendemus, donec fructus illi percoquantur,ſolo ab H
aqua illa feruente ſublato vapore. Quin ēt vuæ paſſæ corroborandi vētriculi habent facultatem: At palmulis in totum abſtinendum,vtpote natura ſua inducentibus capitis dolorē. Quòd ſi poſt hæc,ſic affecti nondum probe dormiant,in craſtinum ducendi rurſus in balneum ſunt,aquaque calida frequenter perfundendi interiecto aliquantulo tempore denuo lauandi,ac tandem cibandi eodem,quo nobis paulo ante dictum eſt,modo. Cæterum ſiquando poſt omnia hæc relinqua tur adhuc priſtini nonnihil ſeu vaporis ſeu ſucci, exilioribus capitis meatibus impacti: atque ita perduret adhuc veteris veſtigium: roſaceo abſtinentes, fouebimus ipſum caput chamæmelino moderate calido,deinde irino,quod maxime quadrat id genus affectibus. Cæterum omnibus his vino eſt abſtinendum.

De dolore Capitis ex Ictu,& Caſu ab alto.

Quandoquidem ex ictu & caſu ab alto,obueniunt capitis dolores,exiſtimaui non inutile,ſaltem paucis,de his etiam agere. Amouendus igitur his per ſpongiam aut lanam molliorem, uapor aquæ calidæ: iniungenda poſt hęc quies, cibi ſubtractio, inferioris uentris vacuatio. Fugienda autē ſunt, Sol, balneū, uini potus, clamor atq; uociferatio, omnes prætereà cibi acres, acidi,

ac

A ac falſi. Cæterum illud cuiuis manifeſtum exiſtimo, uariandas inueniẽdorum auxiliorum intentiones pro cauſarum affectus inducentium uarietate ac natura.

Ad Capitis dolorem ex contuſione ſiue colliſione.

Vſu uenit non raro,, ut ipſum caput contundatur, interim ſine vuluere, interim cũ vulnere, ita ut ob hoc cõplicent curationis intentiones. Porrò contuſioni propria ſunt remedia. Græcis παρυγορικὰ, Latinis verò mitigatoria dicta: cuius generis ſunt, aquæ calidæ ſuper caput effuſio, & fotus capitis hapſo lanæ ex oleo. Quòd ſiqua adſit capitis fractura, q̃ occaſione hac conglutinari prohibeatur, huic deterſæ prius ſpõgia ex uino, ſideritin herbam tritam alligabis. *Aliud.* Reſinam frictam cataplaſmatis modo impoſitam uulneri alligato. *Aliud.* Aloen tritam ac melli miſtã imponito. *Aliud.* Vlmi uirentia folia conciſa, deinde contrita, applicato: quin ulmi etiam cortex pro uinculo vulneri circumuolutus idem præſtat.

De Capitis dolore ex ebrietate ac Solis æſtu.

Quandoquidem Archigenes ſcripſit conferentia capitis dolori remedia dicta Græcis περιαπτα, {Latinis uerò amuleta, ſic appellata, q̃ de collo ſuſpenduntur, aut alicui corporis parti alligãtur} haud exiſtimaui abſurdum, adſcribere paulo ante dictis & hæc. ¶ *Capitis arcentia dolorem, tam*
B *ex Ebrietate, quam Solis æſtu.* Polygonij, id eſt ſanguinalis herbæ, duos connectens ramulos, capiti coronæ in modum imponito. {*Aliud.*} Polygonio læuigato ex lactis crema, caput ſub ueſperum inungito, ac ſuperponito leporis peliem, ſicq; in craſtinum ſinito: tũ enim hanc detrahens, comperies finitum dolorem.} *Aliud.* Cichorion, quod Romani Intybum dicunt, applicato dolẽti capiti. *Aliud.* Sertum roſaceum, ex recentibus roſarum floribus conſarcinatũ, inducito dolenti capiti. *Aliud.* Cinge caput ſerto ex callitricho, quam alii adianton, alii trichomanes uocant. *Aliud.* Scripſit Achigenes ſummopere conferre capitis dolori uerbenacam, quam quidam ſacrãm herbam uocant, tam ſerti modo impoſitam, quàm ex aceto, & roſaceo inunctam. Teſtudinis lacuſtris, quam Amyda quidam appellant, ſanguinem inſtillato capitis ſincipiti.

Ad Capillorum defluuium. *Cap. 2.*

Ladanon conſperſum uino odorato adſtringentiq́ue, contere, adſundens & myrteum, ut ſordiũ conſequantur craſſitiẽ, capitiq; iunge. *Aliud.* Nuces uirides, ſed iam ſubmatureſcentes, confractæ numero centum, olei ſextaria duo, aluminis liquidi libræ tres, conijciuntur in nouũ uas teſtaceum præſaturatum aqua, ne combibat concreditũ ſibi humorem: quod poſtea accuratiſſime oblitum reponitur in domum liberi patẽtisq́ue aeris diebus quadraginta: demum aufertur, atq;
C in uſum conſeruatur ſic præparatum oleum. *Aliud.* Ladanon a † abſinthium, & iuniperi baccæ: b † cõteruntur, linteoq́; illigata conijciuntur in oleũ, macerãturq́; diebus quinque: quod poſtea fuerit vſui. Idem poſſunt nigræ myrti, c * aut gallæ partes duæ, ex oleo: quin hoc ipſum medetur etiam capitis furfuribus. *Aliud.* Ladanon detritum ex d † uino dulci quoad ſordiũ habeat ſpiſſitudinem, infricatur. *Aliud.* Anemones florem læuigatum ex oleo, illine. Idem hoc reddit etiam capillitium nigrum. *Aliud.* Verbenacam rectam, vnà cum radicibus deſiccatam, deinde exacte admodum læuigatam, cum tantillo miſceto oleo, quantulo opus ſit, ut luti conſequatur craſſitiem, ſinitoq́; deinde ad tempus ſimul putrefieri, demum utitor.

A † æquis portionibus.
B † decem.
C * adiãti partes æquales.

Ad capitis furfures, quam Πιτυρίασιν *dicunt Græci.* *Cap. 3.*

Perfricatũ caput illinit betæ ſucco, fœnogræci farina, & nitro, oĩbus æqua portione contritis.

Ad capitis Pediculos. *Cap. 4.*

Herbæ pedicularis partes duæ, ſandarachæ † pars una, ex aceto ac oleo capiti infricãtur. *Aliud.* Alumine ſciſſili ex oleo vtitor.

†‖ & nitri, ana.

De manantibus capitis Vlceribus, quas ἀχῶρας *dicunt Græci, & Fauis.* *Cap. 5.*

Ἀχῶρες, ideſt manantia vlcera, cutis capitis vitium ſunt, ab ipſo ſic dictæ affectu, q̃ cutem tenuiſ
D ſimis foraminibus perforent, ex quibus glutinoſa effluit ſanies. Huic uitio affine eſt, quam κήριον dicunt Græci, (nos fauum) in quo foramina ſunt, q̃ in illis, maiora, melleũ continentia humorem. Eſt autem utriq; uitio initium ex humore ſuperfluo. Porrò incipiunt cum pruritu, demum extuberaſcunt. Curatio eſt, ſi quidem graue ac magnum fuerit vitium, corporis totius vacuatio, catapotijs ex ſcãmonia, aloe, & colocynthide: hæc enim æquali pondere contrita excipiuntur braſſicæ ſucco, ac conformantur in catapotia erui magnitudine. Quorum maxima uice unica offerẽda quãtitas, ſunt catapotia decẽ, & ſeptẽ numero: cæteræ aũt uariant, p̃ viribus eorũ, quibus ſumuntur. Sin mitius ac minus fuerit vitiũ hoc, latis fuerit topica, ideſt localia, tm̃ dicta remedia applicuiſſe, è quorũ albo eſt cimolia ex acerrimo aceto illita. *Aliud.* Creta ex acerrimo aceto ſimiliter inũgitur. Idẽ poſſunt ſamia terra, & põpholyx. *Aliud.* Illinitur ſimiliter lithargyrus cũ charta vſta ex aceto. At achores ac faui, quib⁹ adiũcta eſt vlceratio dolorоſa, p̃ fouẽdi diebus ſingulis ſunt calida, in qua decocta ſit aut myrtus, aut rubus, aut morus, aut aſparagi radix, demũ inungendi. *Aliud.* Salicis folijs ex aqua aut lẽte ex melle, aut decocta aſparagi radice, deline caput, aut betæ ſucco cũ fœnogræci farina. Appoſita p̃ter hęc remedia his, sũt pini cortex cũ cera, vel cadmia ex oleo, aur lithargyr⁹, aut ceruſſa. Proderit ẽt abſtergere ĩ balneo cimolia ex betæ ſucco. Cęterũ il-

lud neminem latere velim,in mollis carnis corporibus,ut mulieribus, remedia hæc non aceto, E
ſed vino illinenda.

De alopecia,& Ophiaſi,id eſt Areis. CAP. 6.

Geminum accidit pilis capitis vitium,alterum defectu,alterum mutatione ipſorum in colo- Idem in li. de cõp. medi.ſec. loc. c.2.c.
rẽ cõtrariũ ſiue diuerſum:defectu,vt in caluitie:mutatione coloris,vt in alopecia & ophiaſi,id eſt areis,vitijs pilorum cum primis indecoris.Euenit aũt pilis hoc vitij genus,eadẽ ferè qua ſtirpibus rõne,quæ corrumpuntur intereuntque,interim penuria nutrientis ipſas ſucci, interim immutatione huius in alienum ac contrarium. Porrò tam alopecia,q̃ ophiaſis, vt ſunt ex aqua affectus præter naturam,ita ſimiliter eandem habent tum ortus,tum curationis rationem, ob ſolam tm̃ figuram ac formam,diuerſas ſortitæ appellationes:ſiquidem in ophiaſi perſimilis ſerpẽti ſpecies in capite apparet:at alopeciam ferunt dictam,ꝙ ἀλώπηξ, id eſt vulpes, vitio eo frequenter laboret:quod aliud eſt nihil,q̃ pilorum denudatio; qua locus affectus apparet colore prorſus exangui.At nos cur hoc aut illo modo appellatum quidpiam ſit, curioſius non inquirimus, ꝓ comperto habentes,idq; phyſica ſiue naturali quadam ratiocinatione adducti,horum oĩum cauſam F
eſſe,vitioſos ſuccos.Proinde tempus iam eſt,vt ad ipſorum tranſgrediamur curationem, quæ & ipſa varia eſt,pro nimirum affectus,ſeu vitij diuerſitate,quam tibi cutis color monſtrabit: qui in alijs confeſtim albidior eſt,in alijs pallidior,in alijs verò nigrior.Eſſe porrò oĩa hæc vitioſi ſucci germina,neminem fugit. In quibus igitur cutis in capite color apparet albidior, à corrupta pituita uitium eſſe indicat: quod curatur medicamẽtis pituitã educẽtibus,nec nõ apophlegmatiſmis, hoc eſt medicamentis,quibus per os pituita purgatur. In quibus aũt color apparet pallidior,vtẽ dum medicamentis,quæ bilem pallidã vacuant:ſicuti ijs q̃ nigram,vbi color apparuerit nigrior. Neceſſum,n.totum prius corpus purgari,q̃ loco affecto topica,ideſt localia, dicta remedia appli centur,ne his irritato affectu,plus ẽt adfluat ad membrum læſum vitioſi ſucci:cuius rei cum præpurgato toto corpore nullum ſit periculum , tum demum localibus remedijs vtendum. Sunt porrò ἀποφλεγματικὰ, id eſt,pituitam per os educentia medicamenta, pyrethron, & vua taminia, quorum alterum per ſe,aut ẽt vtrunq; ſimul,cum maſtiche maſticatur:& ſal gleboſus cum pulegio:aut ſinapi contritum,ex oxymelite,& diutius ore contentum æ gargariſſatum:Cæterũ pur G
gantium medicamentorum quodq; peculiarem ſibi humorem trahit,educitq; aliud quidem pituitam,aliud verò bilem,hoc flauam,illud nigram.Sed longum nimis eſſet quodque horum ſingulatim recẽſere,nec adeo ad rem,cum alterius ſit inſtituti.At in cõi quidem,alopeciæ & ophiaſi hæc ferè conueniunt . Initio catapotia ſiue pilulæ eæ, quæ conſtant ex medullæ colocynthidos parte vna,aloes ac ſcammoniæ partibus duabus, ſucci abſinthij parte vna: excipiuntur autẽ omnia hæc ſucco pomorum.Quantitas horum exhibetur pro ſumentis ea corporis viribus . Deinde paucis,vtpote ſeptem fere interiectis diebus vtendum hiera διὰ κολοκυνθίδων, ſic dicta, ꝙ colocynthidos ſit particeps . Porrò ratio hæc curandi non raro vel ſola ſatis eſt, vbi nimirum vitia hæc ſunt ẽt num noua,ac tm̃ non recẽtia:inueterata.n.difficilioris ſunt curationis,egentq; remedijs localibus.Cum igitur(ut modo dictum)fuerit iam corpus totum,q̃ fieri poteſt,mũdum, ſub ductis ſuperfluis vitioſis ſuccis purganti medicamento,tum confidenter admouebis loco affecto topica,id eſt localia remedia,quæ oĩa in genere calida ſunt,& diaphoretica,qua facultate vitioſos ſuccos tum vacuant,tum diſcutiũt.E quorum albo eſt thapſiæ ſuccus,cum ceroto inunctus.
*Aliud.*Euphorbium detritum,& ex oleo illitum: ſulfur ignem non expertum,& nitrum Alexã- H
drinum,ex aceto infricata. *Aliud.* Laurinum illitum: naſturtij ſemen ex oleo . *Aliud.* Erucæ ſemen tritum,pinguedineq; agnina exceptum,illinitur. *Aliud.* Alcyonium aſperum illud toſtum ac læuigatũ,ex aceto aut cedrino liquore inducitur. *Aliud.* Calami radix vſta, aut cortex vſtus ex oleo cedrino,aut pice liquida delinitur. *Aliud.* Murium ſtercus contritum ex acero inũ gitur. *Aliud.*Integras amygdalas vſtas imbue acri aceto. *Aliud.* Erinacei terreſtris pellis vnà cũ ipſius capite toſta,& in puluerem tuſa,ex melle inũgitur. *Aliud.* Cæpam vetuſtam affecto loco, ſed præfricato panno lineo donec rubeſcat,frequenter infrica. *Aliud.*Raphani corticem contritum ex melle illinito. *Aliud.* Læuigatam ferri ſquamam ex oleo & aceto inducito,infricans donec locus rubeſcat. *Aliud.* Hordeum toſtum,& muſcerda,id eſt murium fimus, æquali pondere ex aceto illinuntur. Cæterum cum dictorum medicamentorum ſit hoc quidem vehementer,illud verò minus calidum, ſilentio neutiquam prætereundum, calidiori vtendum tum in durioris carnis corporibus,tum vitijs hiſce vetuſtioribus:ſicuti cõtra minus calido , cum in recentibus id genus vitijs,tum ẽt puerorum ac mulierum,ſimilibusq; alijs tenerioris carnis corporibus. Eſto autem commune præceptum hoc in omnibus eius generis remediis . Huic adde præfricandam partem affectam panno lineo,neque ruditer adeo, vt excoriatur,neque contra leniter adeo, vt non mediocriter ſaltem rubeſcat,ante prædictorum remediorum applicationem. Eſt poſtremo affectus locus frequentur radendus:qui ſi quando vſu veniat vt dictorum medicaminum impo-
Al. Anſerino ſitione vlceretur,illinendus aut* porcino adipe,aut roſaceo.

De

A *De Aurium vitijs, & primo de doloribus.* CAP. 7.

OBoriuntur autem dolores interim à frigore: atq; fiũt hi ferè à frigidis aut uẽtis, aut balneo: interim ab aqua medica, quæ auri incidit: interim ab inflammatione, q̃ consistit modo extrinsecus, vtpote in foraminis seu meatus auditorij cute, modo parte huius ima, inflãmata ea, atque ita distendente ẽt particulas proximas. Est cũ spiritus flatu lentus auri incluſus, nõ reperiens egressum, huiuscemodi excitet dolorẽ. Quin efficit raro idẽ sanies auribus quauis occasione innata. Cæterũ dolores ad frigus relatos, discutiunt celerrime calefacientia. Cuius generis sunt, instillãtum auribus oleum, in quo incocta sit cœpa. *Aliud*. Piper curiose admodũ detritũ ex oleo. *Aliud*. Nardinum calidum auri infusum. *Aliud*. Oleum, in quo decocta est ruta.

Ad Aurium nocumenta ex aqua.

Oleum calidum frequẽtius instillato, quod molli deinde lana exuccato, rursusq; aliud inguttato. *Aliud*. Oui aquato, modo eodem, quo in oculorum inflammationibus uti ipso cõsueuimus, præparato, aut lacte muliebri tepido, utitor. *Aliud*. Confert adeps anserinus, tum vulpinus, tum gallinaceus.

Ad Aurium inflammationes.

B Nardus cũ medicamine basilico immissa iuuat. Quòd si immẽsus, intolerabilisq; sit dolor, castorio ex lacte muliebri, aut aquato oui tepido, utitor. *Aliud*. Parua opij portio cũ sapa. Cæterum cauendum hic, ne præter rationẽ & temere auditorio meatui faceſſas negociũ: qui suauiter tantũ detergendus: siccandusq; est, specillo molli lana circumuoluto: Fouẽda porrò auris spõgijs mollibus ex aqua, in qua decocta sit althæa, quàm quidem à magnitudine uocant δενδρομαλαάχην, id est arboreſcentem maluam: aut furfuribus tenuioribus macrioribus. Quòd si flatulentum fuerit, quod in aure includitur: & obstructio uerius, quàm dolor, hanc obsideat: aphronitro ex aceto vtitor, aut succo dracontij herbæ, aut centaurij, aut polij.

Ad igneum in auribus feruorem.

Ardorem igneum in auditorio meatu perceptum, cui non sit adiunctus pulsatilis dolor, solet initio iuuare acetum cum rosaceo.

Ad Aurium vlcera.

Glaucium ex aceto contritum instillato. Quòd si plurima ab his defluat humiditas circa dolorem, scoriam ferri ex aceto acerrimo curiose detritam multos dies in Sole immittito.

Ad Grauem auditum, auriumque sonitus, seu sibilos.

C Ad aurium sonitum repente obortum, nardinum ex aceto instillato. *Aliud*. Cymĩnũ tantillo misceto oleo, quoad mellis habeat craſſitudinem, ac infundito. At sibilos morbi cuiuspiam reliquias, curamus fotu auris ex absinthij decocto, cui post hæc acetũ ac rosaceum inguttantur, aut raphani succus cum rosaceo, aut hellebotus† cum aceto. Quinimmo solum acetũ, sed acre, instillatur tepidum, aut solum mel, aut aqua mulsa, aut mistũ oleo acetum, quod ὀξελαιὸν dicunt Græci. *Aliud*. Porri succum cum lacte muliebri aut rosaceo immittito. *Aliud*. Oleum amygdalarum amararum in cæpa decoctum inguttato tepidum. *Aliud*. Cœpam, allium, & adipem anserinum æqua portione simul terito, deinde colatum adipẽ infundito. *Aliud*. Lentis decoctũ addito melle immittito. *Aliud*. Vinum dulce in quo decocta sit myrtus, in aurem mittito. Vel succum ex oliuæ folijs expressum, melli incoquito, ac postea utitor. *Aliud*. Idẽ põt cœparum succus cũ melle. *Aliud*. Nasturtium tritum rosaceo dissolue ac utitor. Vel intestina terrę ichori incoque & instilla.

† niger cũ aceto coctus.

Ad Grauem auditum.

Subduc initiò uentrẽ catapotijs ex colocynthide. Vtere dein apophlegmatismo, id est medicamento pituitam per os educente, ex pyrethro, & mastiche. Ipsi autem auri extrinsecus admoueto fomentum per calamum ex absinthij decocto: cui deinde instillato acetum album, & aquã
D æquali mensura, in quibus feruefactum fuerit nitrum. *Aliud*. Vtitor similiter decocto, aut foliorum, aut baccarum lauri.

{In aurem infundi aqua.}

Porri succum irino unguento mistum infundito. *Aliud*. Fel seu taurinum seu caprinum rosaceo mistum instillato. *Aliud*. Corticis raphani succum ex rosaceo immittito.

Ad Vermes aurium.

Auribus uerminosis infundito ex bubulis carnibus inter assandum defluentẽ liquorem. Aut aristolochiam tritam ut emplastrum ipsis admoueto. Idem potest immissus ipsis succus tam nepetæ, quàm rubi. Eodem modo succum absinthij instilla.

De Parotidibus, ideſt abſceſſibus iuxta aures.

Quæ ex morbis proueniunt, parotides, ab alijs ratione alia obortis inflammationibus differunt: proinde dissimilem etiam postulant curationem. Quæ. n. à sola destillatione, seu defluxu materiæ proueniunt, neq; multa existente, quæ influit materia, neq; uenenosa, nec toto denique corpore plethorico, sola spongia ex posca imposita sistuntur. Contra in parotidibus, {quæ morbi alterius sunt soboles,} medicamẽtis utimur, quibus in cutem attrahendi est facultas, aut etiam

impoſita cucurbitula. Tantũ.n.abeſt vt reprimamus influentem hic ſuccum, ut contra à profun E
do in ſummã cutem euacuandi ſit ſtudium nobis: niſi forte vehemẽs fuerit ac copioſus humoris influxus, ſic.n.nihil opus iuuemus naturę conatum: qñquidem ſi tum aut cucurbitulã quis admo uerit, aut attractorium medicamentum, quo ex alto in cutem pertrahat materiam, grauem exci tabit dolorem, qui & vires ægrotantis proſternet, & ſomnum ac quietem turbabit. Proinde mi tigatorijs eſt hic remedijs opus, non autem ijs, quæ humoris fluxum iuuent ẽt. Cataplaſmata au tem παρηγορικὰ, id eſt mitigatoria, ſunt Panis oleo maceratus ac impoſitus. *Aliud.* Triticea farina ex oleo appoſita. *Aliud.* Hordeacea farina cum axungia admota. *Aliud.* Hyoſcyamus herba, cũ butyro in modũ emplaſtri applicata. Quòd ſi abſceſſus ad ſuppurationem deuenerit, aut cute diſciſſa pus excernendum, deinde vlcus ipſum communi vlcerum ratione curandum, aut tentan dum poſſitne pus diſcuti deſijciq́ue, idq́; remedijs ſimul attrahẽdi, ſimul extenuandi facultatem habentibus: quæ bis ſunt diebus ſingulis renouanda. Fouendus porrò locus affectus donec ſede tur dolor: quo iam mitigato, locum habebunt, quibus eſt diſcutiẽdi facultas, è quorum numero ſunt, plantago detrita cum ſale, vtq́; emplaſtrum impoſita: rumicis radix in vino decocta, ſulfur ignem non expertum, & cimolia ex aceto, fici in muria decoctæ ac tritæ, marrubium cũ ſale. Ap plicatur ẽt cõmode ſal tritũ cum butyro, ſuccidaq́; lana exceptum, maxime parotidũ initio, mul F
to autem magis in teneræ carnis corporibus. Induratis enim parotidibus, omniq́ue iam dolore carentibus, ſtercus caprillum ex aceto vtiliter imponitur. Cæterum ſi quando breui tempore uo lemus pus mouere: fouebimus parotidas aſſidue calida, & farina hordeacea oblinemus.

Ad narium uitia, & primo ad Ozænam ac polypum. CAP. 9.

IN curandis narium uitijs, & potiſſimum ozæna, ac polypo, exiccandũ initio roborandumq́ue eſt ipſum capur, impoſito emplaſtro διὰ ἰτέων, ſic dicto, q̃ ſalicem contineat: aut anemonite, aut barbaro, aut de limacibus, cuius hæc eſt confectio. Myrrhæ *uncia, thuris tantundem, limaciæ in
*Al. triens. † Deeſt hic limaciarum numerus. tegræ†, duo ouorum aquata. Oĩa hæc contuſa in pila miſceantur: deinde linteo excepta capiti ad moueantur, quod continuis fiat diebus nouem: atque tum demum localibus hiſce utendum in naribus remedijs, nempe ſucco nepetæ naribus infuſo; ac ipſamet nepeta ſicca, & trita, demum naribus per arundinem inſpirata. *Aliud.* Ranunculi herbæ ſuccus cum melle ſupine iacentis nari bus inijcitur, utque ipſum ægrotus attrahat præcipitur. *Aliud.* Mali punici ſuccum æreo vaſe tan tiſper decoquito, donec craſſeſcat, demum naribus infricato. *Aliud.* Gallas ac myrrham æqua portione conterito, naribusq́ue inſpirato.

De Polypo. G

Atramenti ſutorij vnciæ quatuor, milti uncia vna, redacta in puluerem, naribus per calamum inſpirantur. Simili modo inſufflatur puluis toſtæ radicis bryoniæ. *Aliud.* Atramentum ſutorium & ſandaracha æquo pondere teruntur, naribusq́; inſpirantur. *Aliud.* Cornu ceruinum uſtum & ſandarachen naribus inflato. *Aliud.* Plumbum uſtum ex uino inungito. *Aliud.* Acidi mali punici ſuccum coquito in vaſe æreo, donec mellis habeat conſiſtentiam, deinde illinito. *Aliud.* Auripig mentum læuigatum ſtylo applicato. *Aliud.* Auripigmentum & calcem aqua non reſtinctam æ qua portione, trita applicato.

Ad Sanguinis è naribus fluxum.

Principio concretum in naribus ſanguinem ſpecillo, cui lana ex aqua madẽs addita ſit, abſter ge, dehinc lycium aqua diſſolutum, penicilloq́; ex intorto panno lineo exceptum, naribus inſe re. *Aliud.* Linamẽtum tortile igni accenſum, ſuccoq́; aut polygonij aut porri extinctum, naribus inſerito. *Aliud.* Acetum acerrimum coquito, in quo maceratam ſpongiam naribus immittito: quam ut facilius poſſis, cũ voles, extrahere, præſtat lineo filo deligatam imponi naribus. Frontẽ præterea ſpongijs ex aqua frigida foueto: ſitq́ue ægrotus capite eleuato erectoq́; iubeto. Manus & pedes uinculis conſtringito, nec non aures ualide obturato. *Aliud.* Gypſo, aut luto figulino H
frontem illinito. *Aliud.* Cucurbitulam magnam applicato, hepati quidem, profluente è dextra nare ſanguine: lieni verò, à ſiniſtra: ſin ex utraque nare effluat, utrique viſceri.

De uitijs oculorum. CAP. 10.

OMnia ſanè corporis membra exactiſſimis in curãdo præſcriptionibus egẽt, ſi re uera ad ſa nitatem reduci debeant. Verum oculi, quo præſtantiorẽ habent præ cæteris vſum, dignita teq́; præcellunt, hoc debẽt exactius conſiderari ab eo, quiſquis inoffenſe curabit crebros in ipſis affectus, uarijs differentibusq́; de cauſis euenientes ac augeſcẽtes. De q̃bus exactius uerboſiusq́; agere, alterius eſt commentarij opus: præſens tamẽ eatenus de ijs agit, quatenus id patitur ipſius compendium. Affectus igiur oculis accidentes ortum habent, interim ab æſtu & calore, interim à frigore, cum particulæ ſenſu quodam ſubſtupido. His accedit, fieri modo cum inflammatione, modo ſine hac. Eſt ẽr cum ortum habent ab humorum defluxu ſeu diſtillatione, & cum ſine his. Nonnunquam ad hæc cum partis affectæ grauedine & dolore, nonnunquam abſque his. Cæte rum leues ſed calidas oculorum perturbationes ſatis ſuperq́ue reprimit fotus oculorum ex ſola poſca, ſicuti frigidas fomentum per ſpongiã ex uino albo diluto: at ualidas uehementesq́ue, ut

quas

A quas magna grauisq; comitatur inflãmatio, siquidem sanguinis in fronte uasa, præ plenitudine distenta fuerint ita, ut vltro se proferat cõspiciendã sanguinis plenitudo, curat facta mox ab initio uenæ sectio, nisi quid prohibeat hãc fieri, sicuti eas, quæ ab alijs causis fiunt, atq; infarctu concitantur, uentris per medicamenta uacuatio. Quibus factis utendum τοῖσ ἐγχυτοῖς, ꝙ in oculos instillentur, sic dictis medicamẽtis: ut fœnigræci decocto eũ in usum pulchre præparato: quod optime hac fit ratione. Principio lotum diligenter in aqua dulci fœnũgræcũ, leuiter in eadẽ coquitur, donec quicquid habet in se acre abijciat: deinde alij rursus aquæ incoquit effusa priore. Vtile ẽt in vsum eundem est oui cãdidum ac tenue, oculis frequenter instillatum: quin ẽt lac mulie-bre, quod necessum & boni sit succi, & ex ipsis mulieris mammis in oculum immulgeatur. Mitigandus porrò, sedandusq; oculi dolor impositis emplastris ad inflãmationes cõscriptis, nec non ex oui exiguo luteo, sertula campana seu meliloto, pane, & rosaceo. Quin utendum ẽt collyrijs hunc in usum conscriptis præparatisque, quæ longa quadã experientia longoq; usu oĩbus ferè sunt iam cognita, alijs alio uti consuetis, si tñ eorũ adsit copia. Sunt aũt ea ex oui candido leniter & indolorose adhibenda. Innatans porrò oculis lippitudo, detergenda est spõgia ex aqua calida. Victus ratio sit tenuissima. Quòd si vehemens fuerit capitis grauitas, auferenda erit, ac occipitio
B cucurbitula est affigenda, cõcisa prius cute scalpello, copiosusq; inde sanguis detrahẽdus. Quòd si sublatis sursum uaporibus caput impleatur, ac pituita obstruat oẽs ipsius meatus, sternutatorijs mitioribus, apophlegmatismisq; utẽtes purgabimos ipsum caput, humorumq; infarctum dissijciemus: sternutatorijs quidem ex pipere, quod tritum naribus attrahant, iubebimus: apophlegmatismis uerò ex sinapi accurratissime læuigato, additis aceto tenuis substantiæ & quantitatis medioctis, melle, & aqua, ea portione ut fluidiora oĩa, & ore faciliter contineãtur & gargarissentur: facta. n. hunc in modum per nares {ac palatum} uacuatione liberaliori, infarctus obstructionesque omnes capitis discutientur. Porrò ꝙ nõ modo curandæ lippitudinis, uerum etiam cuiusuis ferè alterius ægritudinis, primus præcipuusque curandi scopus consistat in exacta victus ratione, neminem fugere existimo. Cæterum lippitudinibus æstiuis medemus aridarum rosarum decocto, quod oculorum palpebris per spongiam assidue admouetur.

Ad Diuturnas lippitudines.

Specilli mucronem allio tantisper insertum, donec huius tingatur succo, oculis inducimus. *Aliud.* Triticum ignotis ferreis laminis in coctum ex uino illinimus palpebris. *Aliud.* Atramento sutorio ex melle inungimus & frontem, & palpebras.

C *Ex Archigenis de pharmacorum compositione commentarijs præcepta, ad humorum in oculos defluxum.*

Destillationi humorum in oculos, maxime ab ipso protinus exordio cõducunt parcitas tũ cibi, tũ potus, aquæ potus, ac præ oĩbus absoluta à coitu continentia, uentris inferioris laxitas; frigidæ multa potatio, frontis assidua irroratio ex aqua, cui sit adiectum aceti pauxillũ. Quidam ex aqua id faciunt, in qua præmaceratum fuerit chalcanthum. Fugiant oẽs acres odores, puluerem, fumum, splẽdorem tam lapidis q̃ Solis. Imponatur fronti per noctem lana, aut munda ex uino, aut sordida ex aqua frigida: mane abluãtur. Quòd si destillatio ingraueſcat accedatq; dolor, conueniunt uenæ sectio, & omnimoda abstinentia tum cibi tum potus, nisi forte & ægroti uires prosternantur, & protrahatur morbus. Sit uenter continue fluidus, aut medicamento ad hoc apposito, aut ualidioribus clysteribus. Post hæc iuuant uiridia uitis folia, in modũ cataplasmatis fronti assidue inhærentia: aut folia seu myrti, seu lentisci. Similiter succus tum rubi, tum brassicæ. Idem præstant uitis folia cũ tenui polenta, uel sampsuchi, uel sedi, uel portulacæ, uel cotoneorũ: cuiusque. n. horum tenera folia, cũ uino & tenui polenta instar cataplasmatis fronti utiliter applicantur. Ipsis aũt oculis foris lana munda ex oui aquato, nec non coctum oui luteum cum uino & te
D nui polenta, ut emplastrum, aut fronti, aut ipsis oculis admouetur. Iuuant præterea tum eryngij radix trita ex aqua, tum cicutæ semen eodem applicatũ modo: nec non mollis ac nuper *salitus caseus, cum apij foliis. Panis præterea ex uino aut rosaceo mirũ in modũ confert. In summa, quæ cunq; adstringendi reprimendiq; vim habent, utilia sunt initio, ut sunt circuta, psyllium, apium, solanum, & paludibus innatẽtes lentes, serpyllum, sampsychõ, folia uitis, coriandrum, portulaca, lens aquis innatans. Horum unumquodque ex uino tritum emplastri modo apponatur, psyllium ac lentes paludibus innatantes ex aqua.

*Al. coagulatus.

Ad Calidam destillationem.

Brassica & polẽta trita, ex aqua instar cataplasmatis imponuntur. Eodem applicãtur modo, cõtrita folia tum ocimi, tũ sampsychi. Multam impetuosamq; destillationem cohibent papauerum capita: herba apollinaris, quam hyoscyamum dicunt, cum tenui polenta ex uino. Memineris tñ non nisi foto prius loco, cataplasmata applicanda. Quòd si proturberent palpebræ distendã turque, linteũ butyro madens oculis imponitur. Porrò graui difficiliq; oculorũ chymosi (dicta est aũt chymosis rubra carnosaq; corneæ oculi pelliculæ inflãmatio) medẽtur p̃stantissime, accuratius detritæ *muriũ carnes, cũ crudo oui luteo, ad ceræ consistentiã, & ex panno lineo impositę.

*Al. muscarũ.

Linimentum pro oculis.

Panis purus toſtus, additis acacia & ſatiuæ punicæ flore (cytinon dicunt) ex aqua illinitur.

Ad Oculorum dolores.

Roſas aut aridas aut virides in a†aqua dulci }p̄ maceratas ac læuigatas addito cādidi oui luteo. b†emplaſtri mō īpone, aut hordeaceā farinā coctā ſimiliter in c†aqua dulci. }Quòd ſi grauior moleſtiorq; fuerit dolor, hyoſcyami folia, aut carnē ſeu peponis, ſeu cucumeris d cū ouo cocto, aut huius luteo, & pauco vino, }vt cataplaſma applicato. Pulchre his medetur pini cortex & polēta ex vino.

A† A.l. paſſo.
B† Al. ac croci quātū ſufficit.
C* Al. paſſo.
C† Al. aut oui aſſati luteum cū pauco croco læuigatum vino modico

Ad Vehementes Oculorum dolores.

Coriandri ſuccum cum lacte muliebri oculorum angulis guttatim inſtillatō. Aut platani folia trita cum tenui polenta, in modum emplaſtri oculis extrinſecus imponito.

Ad Deſtillationem in oculos cataplaſmata.

Cōducit ad hāc viridis tū cupreſſus, tū ſabina herba ex vino: & folia tū paliuri, tū portulacæ, detrita cū pinguedine anſerina, & croco: nec nō iris ſicca ex melle, & apij folia cū polēta. Porrò graui īpetuoſoq; defluxui cōfert viridis pulegij ſemē: †q̄ hoc aūt, magis adhuc cera cū aceto ad malagmatis craſſitiē redacta, capitisq; ſyncipiti admota, cui ſuperdato lanā, ſuauiterq; illigato: aut imponito ipſis oculis ī modū emplaſtri roſas, melilotū, & amylū ſimul cocta: aut amylū ex vino †albo.

†Cod. impreſſi hoc in loco legūt, vt interpres uertit, ſ. μάλιτα κυρὸν σὺν ὄξει &c. Alij μάλιτα χυλὸν σὺν ὄξει &c. ideſt, præſertim ſuccū cum aceto ad malagmatis craſſitiem redactum, &c. Alij μάλιτα χυρὸν σὺν ὄξει &c. i. præſertim fuluum, ſeu giluum cū aceto ad malagmatis &c.

Anacollemata, id eſt reſtringentia fluxum.

Linacem cum teſta tuſam, toti fronti & temporibus illinito.

Ad Hæmalopas & Hypoſphagmata.

Incipientibus oculorum ſanguinolentis ſuffuſionibus ab ictu percuſſuve, confert ab ipſo confeſtim initio, ne inflāmatio ac dolor comitētur, inſtillatus ſanguis columbinus, præſertim alis expreſſus tenerioribus. Cōfert & oui aquatum eodem modo immiſſum, aut lana pura exceptū, & foris admotum. Plurimum ad idem faciunt oui luteum aſſum ex vino impoſitum. Et trita roſarū tum folia, tum flores per ſe, aut cum vino, cum tenui polenta, ut emplaſtrum appoſita.

Ad Oculorum molles ex ictu tumores, dictos Oedemata.

Plurimum ad hoc facit fomentum ex poſca molli ſpongia frequenter adhibitum, deinde ſpongia noua ex eadem poſca oculo impoſita.

Ad oculorum pſorophthalmiam, i. pruriginoſam ſcabiem, à Sole & puluere ortam.

Iuuat hæc aqua liberalius infuſa, æſtate frigida, hyeme calida, nec minus fotus ſpongia factus ex lentis decocto: immittere ēt guttatim ipſis oculorum angulis ſuccum, aut rubi aut roſarum, quenq; ſingulatim ex aqua: aut applicare roſas aridas tritas ex uino. Porrò illinuntur dormituri oleo. †Abſtinendum his in totum ab omnibus tam acribus, quàm acidis.

† Additur in ant. aut oui.

†ueteri.

Ad Inueteratos palpebrarum affectus, præcipue callum.

Coctam amurcam, & ex oleo tritam inunge.

Ad Caluas pilisq; carentes palpebras ſummopere hoc conducit, faciens renaſci pilos.

* calami græci duplum.

Muſcerda, id eſt fimum murium, & caprinum, æquali menſura torrefacta † ex melle illinūtur. Facit hoc etiam ad vitiligines.

Ad Pilos palpebris iunatos oculum infeſtantes.

Euulſis radicitus pilis, cimicis ſanguine confricato locum, & nunquam renaſcentur. Idem poteſt illitus pediculi canini ſanguis: Idem præſtat, euulſis prius radicitus pilis, fel aut hyænæ fœminæ, aut hirci, inunctum confeſtim à pilorum euulſione.

Ad Oculorum Λευκώματα, id eſt albugines.

Celeriter his medetur nitrum exacte contritum, & ex oleo veteri inunctum. Idem præſtant illitus lacertæ fimus, & nycticoracis ouum, his enim tinguntur oculi.

Ad viſus obſcuritatem.

Omnem oculorum obſcuritatem, incipientemq; ſuffuſionem, curat fel vulturis cum marrubij ſucco, & melle attico: cuius ſi nulla ſit copia, tenero ac molli vtere: eſto autem tum ſucci marrubij, tum mellis, dupla ad ipſum fel portio. Idem poſſunt fel taurinum liquidum cum æquali pōdere ſucci fœniculi, & duplo mellis: & fel vrſinum cum aquæ duplo.

Ad Pterygion. id eſt oculi unguem.

Populi nigræ liquorem cum dupla mellis portione miſtum illine.

Ad Nyctilopa; id eſt nocturnam oculorum cæcitatem.

Iecur hircinum aſſa, interque aſſandū defluentē ſaniē, ſiue ſanioſum humorem, collectū oculis infrica, ipſumq; iecur edendū præbe. Iuuat ēt colūbæ ſanguis inſtillatus, & fel capræ. Aut capræ iecur decoquens, p̄cipe, vt habentes caput pannis circumuolutū, teneāt intentos in ollā oculos, ſuſcipiātq; vaporē. Vel expreſſum ex recenti onide, id eſt ſtercore aſinino, ſuccū oculis illine.

Ad Oculorum tubercula, quæ crithæ. i. Hordea appellantur.

Cera alba foueto. Aut muſcæ reliquū corpus, p̄ciſo abiectoq; capite, tuberculo ipſi infricato.

Ad Sugillata.

Raphanus, quam radiculam dicunt, trita & impoſita, iuuat confeſtim: quam vbi erodere incepit,

A perit, aufer. Iuuat similiter impositus caseus recens salsus. Porrò cerotum cũ absinthio vel raphani succo impositum summopere confert ad recentia & liuida sugillata. Item spongia ex muria assidue admota. Præterea frequens fotus ex calida plurimũ iuuat liuida sugillata. Cæterum quibus sanguinolenta sunt, aut subflaua, aut subpallida, muria vitanda est, imponẽdumq; emplastrũ ex* rubo, aut absinthio, aut hyssopo, aut origano, aut raphani cortice, aut vua passa absq; acinis: horũ enim quodq; singulatim imponitur: aut ex melle, aut aceto, aut incocta aqua. Nec nõ bulbus candidus cum ouo ac melle, aut cyclaminum cum vua passa. At vetustis iam & denigratis sinapi cum duplo adipis ouilli. vel fabacea farina cum melle mista, aut mansa & cum saliua inuncta. Aut cyminum veteri linteo illigatũ intinge feruenti aquæ, oculosq; hoc foue. Aut hordeaceam farinam †cum aqua mulsa} applicato. Aut tritum fœniculi semen cum ceroto. }

* Al. ῥεγμῶ-λείῳ.

†Cũ oxymelite coctam.

Ad Sugillata cum molli tumore.

Spõgiam ex aceto impone, & emplastro vtere ex farina hordeacea, cocta †cum aqua mulsa, ad iustam crassitudinem: post hæc apponito coctam lentem & cum melle tritam.

†Cum oxymelite, donec tumor reprimatur.

Ad Recentia sugillata.

B Imponitur trita ex aqua cicuta, aut detrita vitis albæ radix ex mulso.

De Vitijs faciei, & primo de varis. CAP. II.

NAscitur in faciei cute tumor exiguus durusq;, dictus Græcis ἴονθος, Latinis varus, Differt autem à ficosis tumoribus in mento ꝓuenientibus, nõ solum ꝙ ex crasso humore consistat, †verũ ẽt ꝙ participet tenui quadã sanie, rõne cuius facile vlceratᷓ, nõ recte atq; ex arte curatus.

† Ficosus tumor.

Ad Varos in facie.

Acetũ acerrimũ cũ melle æquali mensura mistũ varis accuratius illine, digito infricans. *Aliud.* Ex amygdalis amaris aceto dissolutis ac curiosius tritis, cõformato pastillos, atq; in vmbra desiccato. Vbi aũt vsus postulabit, dilutũ ex his aliquem aceto varis inducito, & simul atq; aruerit, tũc sapone abstergito. Facit hoc ad tumidos affectus, faciei pruritus, & principium elephantiasis.

Ad Ficosas in mento excrescentias.

Salem fossilem ex aceto, aut glutinum fabrile cum milto, id est rubrica illine.

Ad Menti impetigines.

C Acceptum magna copia triticum incudi impone, cui deinde applicato candentem laminam æream: quiq; effluit humorem etiamnum calentem affectui infrica.

Ad Diuturnas impetigines.

Trita capparis folia ex aceto acerrimo cum tantundem mellis imponito. *Aliud.* Idem potest contritus ex aceto radicis rumicis cortex. *Aliud.* Chamæleontis radicem in aceto decoctam, ac læuigatam superdato. *Aliud.* Detritam rumicis radicem, & hordeaceam farinam, ex acerrimo aceto applicato.

Ad Scabras impetigines.

Tritis amygdalis amaris frequenter ipsas inungito.

Ad genarum exanthemata siue papulas.

Ferrum candens paliuri ligno imponito, acceptumque qui ex hoc defluit humorem, illinito. *Aliud.* Contritas myrti baccas ex vino inungito.

Ad dentium vitia, & primo ad dolorem. CAP. III.

ABluito dolentes dentes calido gallarum ex aceto decocto, aut tedæ pinguis talearum, aut alterci tũ feminis, tum corticis, aut cedreæ id est cedrini liquoris, vel ꝓpoleos, vel solani, vel

D capparis, vel allij, vel myrti ramulorũ in aceto decoctorũ, aut calidæ vini fæcis, aut polij corticis, aut ẽt ipsiusmet herbæ, aut* marrubii: horum inquã quodq; cum aceto iuuat. Idem prestãt platani pilulæ, rosæ aridæ, decoctæ in vino albo ad tertias vsque, quo dentes frequenter colluantur. Idem efficit tum eupatorij radix cocta in vino, tum pulegium. Aut decoquito ceruinum cornu in oxycrato, sæpeq; eo os abluito. Aut scillæ interiora in minutas secato particulas, additoq; aceti sextario, in vas aliqd conijcito librã vnã: finitoq; hæc in fimo asinino defossa macerari diebus triginta, eluitoq; eo dentes. Eiusdem est effectus lac asininum, quod motos dentes confirmat ẽt. Aut tithymali radicem in oxymelite ad medias vsque incoquito, aut ẽt hyoscyami, lauatoque decocto eo dentes. Item lacte mori commisto probe cum vino, deinde tepefacto, collue dentes. *Aliud.* Lauantur item dentes vtiliter decocto allii, seminis erucæ, & nitri.

De fomentis ad dentium dolores.

Extrinsecus ad dentium dolorem conueniunt fomenta ex fricto sale, uel milio, in marsupiũ coniecto: aut etiam ex sordidis panniculis admodum calentibus. Aut intrinsecus huiuscemodi sunt fomenta vtilia. Aridi origani ramulum in feruens oleum demissum, superne affecto dẽti applicato. Vel ricini fruticis caliculum simul cum cera imponito dolenti denti. Aut tange hunc frequenter specilli mucrone, vehementissime calentẽ. Cæterũ illius in vniuersum meminerimus necessum, vtendum fomentis id genus omnibus, tam ijs inquam, quæ extrinsecus, quam quæ intrinsecus adhibentur, ante cibum, aut longo post assumptum cibum tempore.

Apo-

Apophlegmatiſmi pro dentium dolore.

Optimi apophlegmatiſmi vtiliſſimique dentium doloribus ſunt, herba pedicularis maſticata, ſingulatim, aut cum pulegio. Vel quod in galla nigrum interius eſt affecto dente commordeto, ſinitoque hiãs interim effluere pituitam. Aut quinque allii nucleos cum nigræ myrti pauculis foliis in aceto ad dimidias decoquito tædæ rude aſſiduo commiſcens, ac eluito eo dentes, deq; cõtineto: poſt hæc hiato, donec pituitæ ſatis profluat: demum roſacco os abluito.

In nares injici idoneum pro dentium dolore.

Solum radicis betæ ſuccum naribus immittito, & dentium leuabis dolorem.

Ad dentes denigratos.

Prærigatum melle foſſilem ſalem, torreto ſuper igne, ex ſarmentis vitis, teritoque: deinde adiecta paucula myrrha dentibus infricato.

Ad colluendos dentes.

Vino odorato, incoctam aridam iridem habente, dentes coluito.

Ad colluendum gingiuas.

Lauato gingiuas aceto, in quo coctus ſit hyoſcyamus.

Dentes a dolore præſeruantia.

Lauato dentes in menſibus ſingulis vino, in quo ad medias decocta ſit tithymali radix, & nunquam dolebunt. ¶ *Sub ſcripta dentifricia maximopere conducunt ad dentium à dolore præſeruationem, & ad confirmandum tam dentes, quam gingiuas, conciliandumque dentium candorem.*

Lanam ſuccidam linteolo alligatam torreto: adiecta deinde tertia ſalis portione, terito omnia ſimul, & perfricato hoc puluere dentes. Idem præſtat puluis vſti cõtritique capitis leporis. *Aliud.* Contritum ex melle ſalem ad cæræ craſſitiem, linteoque mundo illigatum, vrito: quo deinde, ad dita iridos portiuncula, perfricato dentes.

†Ad gingiuarum affectiones.

†*Ad Oris graueolentiam.*

Hordeum melle & vino præmaceratũ illigaſ chartæ, teriturq;: quo deinde cõfricanſ gingiuæ.

Ad motos dentes, vt confirmentur.*

Teritur ex oleo atramentum ſutorium, quod lana exceptum dentium applicatur radicibus. Vel ulmi cortex in vino decoquitur, decoctumq; hoc ore continetur, confirmat enim dentes.

Ad dentium eruſionem.

Folia capparis in aceto acerrimo ad dimidias coquito, ac tepido eo lauato dentes. Idem poteſt coctus ſimiliter capparis cortex: hoc idem dentium medetur dolori. *Aliud expertum.* Nigellam præfrictam, deinde tritam acerrimo aceto, dentis eroſioni, vt emplaſtrum imponito: ſic enim in poſterum plus non erodetur, ſed perdurabit, vt eſt eroſio.

Ad omnes tam oris, quam columellæ ac faucium inflammationes, cæterosque affectus: ſeu vlcera ea ſint, ſeu cruſta, ſeu putredo. CAP. 13.

COmmune in omnibus hiſce præceptum, reprimendum repellendumque mox ab initio omnem è capite defluxionem. Cæterum ab elapſo iam morbi initio, ad ipſius finem vſque vtendum ſimul reprimentibus ſimul reſoluentibus. Reprimendi igitur facultatem habet medicamentum διὰ μόρων ſic dictum, quod ex moris cõficitur. Eiuſdemque ſunt facultatis vuæ immaturæ ſuccus, cum pauxillo melle & florum roſarum aut ipſarummet roſarum ſiccarum: ſicuti & pini corticis ex aqua decoctum. Aut vbi iam morbi principium præterierit, quando adhuc capite defluere, alia digerendi ratione eſſet opus. Proinde adiiciẽdum cuiuis prędictorum aphronitrum, aut ipſum nitrum beronicarion dictum. Vel incoquẽdũ in ſapa pulegiũ, aut ſatureia, aut thymus, aut nepeta. Poterit porrò quiuis copioſo repente influente ſucco paratam habere ſimiliũ medicamẽtorum copiam, ſeu venator erret per agros, ſeu opus ruſticum in agro faciat, ſeu etiam viator iter ſuum, enumeratorum medicamentorum indigus, ſi meminerit dictis affectibus rubi ſuccum, ac dictorum etiam quemuis, immo omnia fere quibus adſtringendi facultas eſt, oris affectibus eſſe accommodata. Electiſſimum tamen ad ipſos medicamentum fit ex ſucco corticum nucum viridium cocto, cum pauco melle. Vtile ſimiliter ad eoſdem, decoctum cotoneorum, adiecto mellis pauxillo: ſed quod ex viridibus nucibus fit medicamentum, multo eſt vtiliſſimum, ad vehemẽtes tonſillarum inflãmationes, & ſuffocationes. *Aliud.* Accipe dulcis mali punici tuſi cũ ſuo cortice expreſsũ colatũq; ſuccũ, cuius ſex partibus addito vnã mellis, demũ coquito ad mellis ſpiſſitudinẽ, ac vtitor. *Aliud.* Muſti ſextariũ decoqto ad tertias, adiectis rhu coriarii vnciis quatuor; demũ reponito in vſum. *Aliud.* Tuſas gallas numero triginta, decoque in mellis ſextario, quo vtere.

Optimum medicamentum ſtomaticum.

Florum roſarum vncias duas, πιτυΐδων, id eſt fructus pini vnciam vnam, tere ex melle, ac vtere.

Ad inflãmationes tonſillarum, ac columellæ, & oris putredines.

Succi mororum, aut rubi, & roſarum aridarum, ſingulorum vncia vna coquuntur parum cũ melle, quod his illinitur. *Aliud.* Cotoneorum acerborum ſuccum cum æquali mellis portione coctum

A coctum illine. *Aliud.* Acerbum malum punicum cum ſuo cortice tuſum incoquito paſſo: quo co lato vtitor. *Aliud.* Immittito in ſapam pulegium, aut thymum, aut origanum, aut hyſſopum, aut nepetam, ac ſimul coquito ſufficienter, deinde colatum hoc teneatur in ore.

Ad Oris putredines ac cruſtas.

Album canis fimum inungito ex melle: ſit autem eius canis fimus qui ſolis veſcitur oſſibus. Aut aquam rhu ſutorij cum melle ad ſordium craſſitudinem decoctam; Aut etiam vſtarum hirũdinum cinerem ex melle illinito.

Ad columellæ inflammationem & relaxationem.

Palmularum ex aqua decoctum, adiecto pauxillo melle, gargariſſatur, oreque cõtinetur. Ad idẽ faciũt decoctum roſarum, & clauicularum vitis, rubi, ſentis caninę, pomorũ acerborũ, ſorborum denique immaturorum, rhoi quo in cibis vtimur, & rhoi coriarii, & fructus myricæ: horum enim quodq; ſingulatim, aut cuiuis ex prædictis adiunctum, & ex aqua decoctum, gargariſſatur. Aut ex his ſiccatum quodpiam in pulucrem conteritur, & columellæ apponitur, quæ ſenſim ac leniter ſurſum ducitur: olet autem is cochleario injectus, columellę apponi. Quin ẽt cuiuſuis præ
B dictorum, tam plãtarum, quam fructuum ſuccus, cum pauculo melle vuæ illitus iuuat. *Aliud.* Ad vuulæ inflammationes conferunt ſales triti & ex melle inuncti. *Aliud.* Palmularum oſſa, ac nuces teneræ, virides, aridæque pari portione vruntur, inque puluerem comminuuntur, quo columella tangitur. *Aliud.* Roſas ſiccas in tenuiſſimum pollinem læuigatas ex melle inducito.

Ad Aphthas, quæ oris ſunt vlcera.

Portulacam melle madentem maſticato. Aut foliorum oliuæ ex vino decoctum gargariſſato.

Ad Aphthas nigras depaſcentes.

Deterſas prius, orobea farina ac gallarum ex melle illinito. Aut lycij decoctũ gargariſſato. Aut fæce dulcis vini ex melle perfricato. Aut tamaricis fructum cum melle tritum infricato.

Ad Depaſcentes aphthas.

Gallarum decocto cum mellis æquali menſura miſto feruefactoque vtitor.

Ad Aphthas albas.

Pluma oleum in quo chalcitin præcoxeris illine, & confeſtim curabuntur. Aut deterſo nunc mundatoque loco affecto, tritum tamaricis fructum ex melicrato aut vino pluma ſimiliter inducito: & cito ſanabuntur.

Ad Aphthas nigras.

C Vuam paſſam ſine acinis & aniſum tere, locoque affecto ex melle infrica. Aut pruni folia conciſa, aſinino lacte miſceto, colluitoque ex eo os. Idem poſſunt marrubii ſuccus, & lentis, ac rubi decoctum: nec non tritum cornu cerui n m, locoque infricatum.

Ad Aphthas infantium.

Lentem cum pauco pane & cotoneorum ſucco miſtam exhibe, & roſarum florem: quin ipſas etiam roſas aridas: utitor autem oris collutione ex rebus mediocriter adſtringentibus. Cæterum oleum aphthis ipſis aduerſiſſimum eſt, nec nõ omnia vehementer acria: illud quidem quod humectat ſordidatque, hæc vero quòd ſua mordicatione noceant.

Ad Vitia inſtrumentorum voci reſpirationique deſeruientium, & primo ad vocalis arteriæ, aſperitatem. CAP. 14.

DVlcis radicis, quam glycyrrhizan dicunt, vnciæ tres minutim admodum conterantur: deinde addita gummi tragacanthæ vncia vna, excipiantur omnia paſſo, conformenturque ad fabæ magnitudinem pilulæ: ex quibus contineat unam ſub lingua dormiturus.

Ad interciſam vocem.

Ficus & eryngion affatim coque, huicque decocto adde gummi pauxillum ita ut, quàm mel-
D lis, craſſior ſit ipſorum conſiſtentia, & ſub noctem exhibeto. *Aliud.* Braſſicæ ſuccum cum melle decoctum lambat. Conducit hoc idem ad tuſſim. *Aliud.* Lini ſemen toſtum, ac per cribrum excretum, uuas paſſas bene pingues ſine acinis, purgatos pineæ nucis nucleos ac frixos, nuces ponticas ſiue auellanas præpurgatas, omnia hæc in pari portione trita excipe melle crudo: datur cochlearij menſura.

Eclegma Tuſſi accommodatum.

†Πυρίνων, id eſt nucleorum pineorum vncias duodecim, carnem duorum dactylorum, terito ſimul exactius, melleque crudo excipito.

† Hãc compoſitionem integram inuenies lib. 7. de compoſ. medic. ſecũdum locos fol. 182 h

Ad Tuſſim ſiccam.

Iridis ex aqua coctum, cui mellis pauxillum adiectum ſit. da frequenter ſorbendum.

Ad Sanguinis reiectionem, expuitionemve.

Roſarum aridarum vnciæ octo, gummi tragacanthæ hexagia tria, teruntur, & in paſtillos drachmæ pondere ex aqua conformantur: propinantur ex aqua. *Aliud.* † In cucumeris domeſtici uentrem infundito aquæ ſextarium, coquitoque ad tertias: demum expreſſum ex his cremorem in ſorbitione dato. *Aliud.* Rubricæ ſynopicæ vncias duas, terræ ſamiæ vncias duodecim,

† vide li. 7. de compoſ. med. ſecundum locos fol. 184. e

amyli

amyli vncias tres,coge ſanguinalis herbæ ſucco propinato trium obolorum quantitatem. *Aliud* E
Fricti ſeminis lini vnciæ octo gummi tragacanthæ vnciæ duodecim,prædicto modo commode excipiuntur. *Aliud*. Poligonij ſiue ſanguiſugalis herbæ radices aqua incoquito ad tertias, additoque trito pauculo gummi offerto in ſorbitionem.

Ad Tabidos,& thoracis vitia.

IReos decoctum cum melle ad potandum dato. Aut ad ſorbēdum hyſſopi decoctum cum melle. Aut coctum marrubij herbæ ſuccum cum melle. Aut eruum ruffeſcens,frixum primo,dein de tritum cum viginti partibus mellis,da in eclegmate. Aut amygdalas amaras leuigatas cū melle exhibito. *Aliud*. Seminis apij vnciæ ſex,piperis nigri vncia vna,mellis libra vna, datur cochlea rij menſura. *Aliud*. Miſtum cum melle,lentoque igne decoctum,butyrum offerto. *Aliud*. Apii & piperis cuiuſq; vncia vna trita,cum mellis libra vna,ſenſim decoquitur,propinaturq;. *Aliud*. Scillæ crudę expreſſum ſuccum cum mellis ęqua portione,carbonib. ſuperpoſitū coquito ac dato ex hoc myſtri quātitatē ante cibum & poſt cibū. *Aliud*. Abrotonon,pingues paſſulas ſine acinis,rutę germina,in aqua decoquito,ꝑcolatoq;,decocto huic mel adiice,rurſusq; decoque, ac vtere:

De Stomachi,& ventriculi affectibus. CAP. 15.

INflammationes tam oris ventriculi,quàm hepatis,adſtringentium medicaminum indigēt ad- F
miſtione. Etenim ſi in curandis his vtatur quis ſolis relaxantibus,vitæ adducet diſcrimen, idq; omnibus empiricis vocatis medicis experientia edoctis,& in artis exercitatione obſeruantibus. Non pauci vero eorum,qui ſe methodicos nominant,curandi hac rōne innumeros ſuſtulerunt è medio,oborta ſyncopa ſtomachali;ſicuti non paucos etiā hepatis vitio affectos,ſolis vſi relaxantibus,quibus hepar pleriſque diſſoluitur. Cuiuſmodi nihil eueniat,ſi eorum,quibus eſt aſtringendi facultas,aliquid his ſemper adijciatur,ſeu oleo affectum locum foueas,ſeu admoto cataplaſma te cures. Sunt porrò ex adſtringentium numero,abſinthium,vnguentum nardinum, aloe, cotoneorum tam decoctum quā oleum: nec minus Ceratum ex aloe,maſtiche,cera,& nardo, cuius fuerit hæc confectio. Accipitur ceræ vncia vna,maſtiches vnciæ quatuor,aloes vncię duæ,& nardi quantitas conueniens. Quòd ſi vehemens adeo fuerit ventriculi imbecilliras, vt ne alimentum quidem contineat,adijciantur his ſucci vuæ immaturæ † vnciæ duæ.} Porrò ſi ſucci abſinthii fue
†drachmavna rit facultas,addatur & * huius vncia vna,aut labruſcæ flos,aut ſuccus rhu.
*drachma.

De Calida ventriculi imtemperie.

In calida ventriculi intemperie medicamentum hoc per os commode exhibetur, quod conſtat maſtiches vncijs duabus,mentæ vncia vna,coactis ſucco plantaginis: huius medicamenti fa- G
bæ exhibetur magnitudo ex aqua. Quod ſi contra ventriculus frigida afficiatur intemperie,dicto medicamini adiicito caſtorei vnciam vnam: exhibetoque ſimiliter. Cognoſcetur autem calida ventriculi intemperies partim ex bilioſo vomitu, partim ex ſenſu mordicationis bilioſæ in ore ventriculi perceptæ,partim quòd hoc ipſum admotæ manui calidum appareat.

Ad Ventriculum iuſto frigidiorem.

Ad ventriculum refrigeratum,quique ob pituitæ in ipſo hærentis craſſitudinem opus habet ſimul calfactione,ſimul humorum inciſione,perquam aptum eſt medicamen hoc, qđ cōſtat corticis radicis fœniculi vnciis ſex,aceti libra vna,mellis libra vna. Decoquūtur primum radices cū aceto,ac coctæ nunc exprimuntur,abijciunturque: demum adfuſo melle incoquuntur rurſus ſimul omnia ad mediocrem craſſitiem. Propinantur,autem huius cochlearia tria ex aqua.

Ad eos quibus in ventriculo cibus aceſcit.

Quibus aſſumptus cibus in ventriculo aceſcit,medicamentum hoc accommodatum eſt,quod conſtat piperis vncia vna,ſeminis anethi uncia vna, cymini vncijs quatuor: omnibus diligenter tritis,propinatur ex eis cochlearium ex aqua vino miſta.

Ad ventriculi ſubuerſiones.

Ad ſubuerſiones ventriculi idoneum eſt hoc medicamentum,quod conſtat ex ſucci mali pu- H
nici acidi,cum ſuis acinis expreſſi,partibus tribus, ſucci mentæ parte vna: decoquuntur hæc in vaſe fictili,aſſidue miſcendo: cumque iam craſſeſcunt,ſub lata reponuntur in vſum. Datur ex medicamento hoc poſtulante neceſſitate,ante cibum omnem myſtrum vnum,aut etiam duo.

Ad Dyſentericos,& cibum vomitu reijcientes.

Radicis arboris cotoneæ libram vnam,decoque in vini myrtei ſextariis tribus ad tertias vſq;: expreſſo deinde cremori adde mellis libram dimidiam,coquitoque rurſus aſſidue miſcendo: tandem reponito in vſum. Datur huius ante omnem cibum myſtron.

Ad Ventriculi ſubuerſionem,cœliacos,& dyſentericos.

Mala cotonea quatuor numero,integra mala punica decem numero,ſorba octo,in aquæ ſextarijs tribus accurate,decoquito: cumque omnia flacceſcere iam cœperint,exprimito; demū adiectis craſſis fructuum partibus cremorem eum iterato coque ad tertias vſque: poſtremo additis generoſi mellis libris quatuor,rurſum coquito impoſitum carbonibus, continuo miſcendo ad conuenientem conſiſtentiam: ſicque in vſum reponito. Vtitorque vt medicamento præcedenti.

Immodicam

A *Immodicam ex nimio ardore ſitim extinguentia, catapotia.*

Seminis cucumeris domeſtici vnc. octo, ſeminis portulacæ vnc. octo, tragacanthæ vnciæ quatuor: diſſolue tragacantham recentium crudorum ouorum aquatis, diſſolutamque adfundito cæteris probe tritis: conformatoq; ex oĩbus miſtis catapotia, quæ in vmbra deſiccentur: teneaturq; ex ipſis vnum ſub lingua, ſolutusq; ſaliua humor paulatim deglutiatur.

Ad Ventriculi ſubuerſionem, & feruidos halitus.

Aniſi, apij, cuiuſque vnciæ duæ: cymini vncia vna: propinato ex his bene læuigatis, ieiuno quidem cochlearium ex aqua, ſub ſomnum autem aliquando ex vino. *Aliud.* Bibatur tribus continuis diebus abſinthij dilutum.

Ad Ventriculi refrigerationem & ſingultum.

Piperis vnciæ tres, caſtorei vncia vna mediocris cochlearij quantitatis, ex aqua ieiuno datur. At ſi ex calidis ſuccis in ipſa ventriculi concoctione corruptis ſingultus ortum habeat, & ex vẽtriculi ardore mordicationeq; cognoſces, aqua tepida epota, iube affatim vomant, & ceſſabit confeſtim ſingultus. Porrò ſternutamentum in tempore factum, ſedat ſingultum: ſicuti etiã acc
B tum in ſorbitione acceptum.

Ad Aeſtuantem uentriculum.

Quibus ventriculus præ nimio ardore exoluitur, aut animi ſequitur defectus, ſiquidem ſine febre hoc vſu veniat, dato in potu frigidæ cyathos tres, aut quatuor, idq; per temporis interualla. Quòd ſi his malum miteſcat, cibo eſt reficiendus æger: ſin vero perduret, aſtrictis coniunctisq; extremis, ei præbeto ſorbendam aſſidue aquam, in qua maduerint cotonea, pirave, aut meſpila, aut baccæ iuniperi, aut pampini vitis, aut roſarũ. Vel ſuccum mali punici aut vuæ acerbæ. Vel dato, quem bibat, tritum menthę ramulum, aut labruſcæ florem, & ſinito quieſcat.

Ad nimiam ex ventriculo ſaliuam.

Nimia diffluentes ſaliua maſticent ſiccam conyzam. Porrò extrinſecus imponantur ventriculo, contrita vitis viridia folia, aut cotonea, aut viridis portulaca, aut ẽt cucurbitæ ramentum.

Ad dolorem ventriculi.

Ventriculi ex inquietudine aut anxietate dolores ſedat, ac mitigat potũ lac muliebre, aut vac
C cinum, aut aſininum, cui incocti ſint lapilli. Et roſarum decoctum. Quin etiam aſſum, oui luteũ cum polenta potum.

Ad Vomitus bilis nigræ.

Ad nigræ bilis vomitum, ventriculiq; inflationem, & potiſſimum †inter manducandum, }imponitur vtiliter ventriculo ſpongia ex aceto quàm acerrimo calido. Aut hederæ folia vino decocta, vt cataplaſma, ipſi applicantur. Porrò cibus ſit boni ſucci, cuius generis ſunt oua, alica, & iuſcula, vtpote auicularum, extremarum porci partium, phaſiani, iuuenis perdicis, aliorumq; omnium his ſimilium. † Al. diſtentionibus.

Ad uentriculi inflationem.

Ad inflatum diſtentumq; ventriculum iuuat polij faſciculus foris impoſitus, nec non potum eiuſdem decoctum. Idem præſtant nepetæ decoctum addito mellis momento, & piper drachmæ pondere.

Doloris ſtomachi mitigatorium.

Stomachi dolorem ſedat cuminum aſſum, & apij pauxillum potui ex aqua datum. Item abrotani ac thymi vtriuſque obolos duos potui dato.

D *Ad eos qui grandem famem dictam, βούλυμον, facile incurrunt in via.*

Βουλιμὸν dictam famem incurrentes, ſeu in itinere, ſeu modo alio, refocillamus reficimusve, porrigentes olfactandum acetum, aut pulegium, aut terram aceto madentem, aut poma, aut pira, aut his ſimiles fructus alios, quorum pro tempore fuerit facultas: aut etiam panem ex vino eos aſſumere cogentes.

Ad Singultientes.

Singultientibus da rutam, cum vino in ſorbitionem, aut nitrum ex melicrato, vel apium, vel caſtoreum, vel abrotonon, vel ariſtolochiam, vel cyminum, vel aniſum, vel calaminthem, {quã nos nepetam dicimus.}

Ad Hepatis uitia, & primo ad obſtructionem. CAP. 16.

AMigdalarum amararum vnciæ tres, cymini, ſeminis apij, cuiuſq; vncia vna, datur cochlearium ex vino. *Aliud.* Baccarum iuniperi unciæ tres, ſeminis braſſicæ vncia vna, ſeminis erucæ vnciæ duæ, excipiũtur melle crudo: daturq; cochlariũ vnum. *Aliud.* Succi cichorij cyathum cũ aquæ calidæ cyathis duobus, & mellis cochlearijs duobus exhibeto. *Aliud.* Succi anerhi cyathus cum tribus cyathis aquæ mulſæ calidæ. Porrò dictorum omnium quodq; ſeorſum, aridum, tuſum aut cibo inſpergitur, aut coctum bibitur. *Aliud.* Chamępityos decoctum cũ paulillomelle, bibitur. *Aliud.* Chamæpityos vncias octo, radicis cichorij vncias quatuor, contũde, & excipe melle cocto, datur huius auellanæ magnitudo ex aqua calida.

Paſtillus

Pastillus Hepaticus, id est ad iecur, inscriptus. E

Anisi, seminis apii, asari, amygdalarum amararum præmundatarum, absinthii, cuiusque vncia una conformantur ex aqua in pastillos drachmæ vnius pondere: exhibeto febriētibus ex hydromelite, non febrientibus ex vino misto. *Aliud*. Erigerontis eundem in vsum bibitur decoctum. *Aliud*. Aristolochiæ drachma dimidia trita offertur, febrientibus ex aqua, sicuti ex vino non febrientibus. *Aliud*. Trifolii herbæ ad tertias decoctum dato potui.

Ad affectos morbo regio.

Morbo regio affectum lauato in balneo aquæ potabilis, totumq; corpus oleo confricato anethino. Quod si febre vacet, in colo cynthides corio calefactū vinum propinato. *Aliud*. Lanarię tritę cochleariū ex aqua dato: aut ex mulso, liberis a febre. *Aliud*. Cichorii succi cyathos tres propinato, febrientibus quidē, nullo admisto alio: non febrientibus uero, ex mulso misto. *Aliud*. Ciceris dicti κρίου id est arietini, & fœniculi, coctum cremorem exhibeto: febre carentibus, cum vino misto. *Aliud*. Tenerrima folia tam nasturtii, quam roriſmarini terito: expressoque ex his succo, vtitor, ex mulso, si febre careant. *Aliud*. Elaterion cum lacte muliebri maceratum naribus infundito, & iubeto sursum attrahi. *Aliud*. Cyclamini succo aqua misto, vt modo dictum, utitor. *Aliud*. Editur eundem in vsum sentis caninæ rubeus fructus. *Aliud*. Chelidonii herbæ succum cum vino & aqua mulsa porrigito non febricitantibus. *Aliud*. Hyperici drachmam vnam propinato ex aqua mulsa. Porro ieiunis dato in cibum amygdalas amaras. F

Ad lienosos. *Cap.* 17.

DAtur his in potu decoctum chamædryos, vel chamæpityos, vel polii, vel rubiæ: idque aut p se, aut cum oxymelite non febricitantibus. *Aliud*. Candidæ hederæ corymbi numero tres, dantur deuorandi, & superbibendum acetum mulsum. *Aliud*. Radicis capparis ex oxymelite decoctum non febricitantibus datur. *Aliud*. Tamaricis fructum tritum q̄ per incerniculum excretum duorum cochleariorum quantitate dato ex oxymelite. *Aliud*. Ferrum ignitum aqua restinguito, quam da in potu cum vino, si nulla adsit febris.

Epithema Splenicum, id est lieni aptum.

Fœnogræci vnciæ quatuor, hordeaceæ farinæ vnciæ tres, seminis nasturtii vnciæ tres: caricas acerrimo primū aceto maceratas cōtūdito fortiter ī pila: deinde adiiciēs cętera, vnito oīa simul, ac vtitor. *Aliud*. Moly herbā ētnū virētē cū suo semine ī ollā cōiicito, ī qua diligēter obturata coquito plurimū lēto igni: coctāq; nūc & in pila tritam imponito lieni, ante tres dies nō soluturus.

Ad hydropicos, id est aqua inter cutem affectos. *Cap.* 18. G

FOenogræci vncia vna, hordeaceæ farinæ vnciæ tres, stercoris columbini vnciæ quatuor: frixæ resinæ picis cuiusque libra vna: axungiæ veteris libræ duæ: liquato quæ liquari ex his possunt: demum addito cætera ex aceto trita, ac vtitor. *Aliud*. Fimi caprilli sicci libras duas coctas in oxycrato, vt malagma imponito.

Ad Colicos. *Cap.* 19.

Anethum & cyminum in tribus olei vnciis coquito, & simul exhibeto. *Aliud*. Rutam coctam similiter in dicta olei mensura, adiecto resinæ terebinthinæ cochleario, præbeto.

Ad eos qui refrigerati sunt.

Anethino vtere, cui additum sit triti castorei cochlearium.

Ad inflammationes.

Anethino vtitor, cui admista sint casei non saliti duo cochlearia. *Aliud*. Additur similiter, vel pinguedo anserina, vel cerui medulla.

Ad Dysentericos, & cœliacos, & primo ad dysentericos. *Cap.* 20.

IN dysentericorum curatione, illud præmeminisse fuerit perquam opportunum, videlicet optimum dysenteriæ remedium cibi esse paucitatem. Necessum ad hæc sunt ea, quæ dysentericis ī cibo dantur, quam licet leuia, ab omni aliena grauitate, & concoctu facilia. Porro decoctū malo H
rum punicorum integrorum, nec minus cotoneorum commode his tum ad sorbendū propinatur, tum per clysterem iniicitur. *Aliud*. Plantaginem herbam cum oryza exacte decoctam da in cibo: quin huius ipsius succum adiecta pingue edine hircina cōmode subministrabis. *Aliud*. Myrti baccas vino incoquito, si quidem febre careāt: sin aliter, aquæ: ac immittito. *Aliud*. Cochlearum integrarum vstarum vncia una, cornu cerui vsti vnciæ duæ, vniantur succo plantaginis: exhibeatur ex hoc fabæ magnitudine, febre carentibus cum vino, cum aqua vero febricitantibus.

Ad Cœliacos & dysentericos.

Baccarum myrti siccarum, contusarumque, rosarumū aridar, cuiusq; uncia vna: baccarū iuniperi decem numero, pyrorum aridorum tusorumque tria & viginti numero: ceratiorū, quas dulces siliquas dicunt, contusorum vncia vna: corticis pini vnciæ quatuor: propinato excreti ex his puluisculi cochleariū ex uino. Porrò solidius illud, crassiorumque partiū pinguibus palmulis coactum ventri imponito *Aliud*. Potum leporis tum hinnuli tum etiam capreæ coagulum ex vino, nec non immissum cum oryzæ cremore iuuat.

Ad

A *Ad diuturnam dysenteriam.*

Chartæ vstæ,calcis cuiusque vnciam vnam vuæ immaturæ succo excipiens in pastillos cõformato,ponderis diuersi nempe modo vnius,modo duarum,modo etiam trium vnciarum, vt cuique ætati apta sit ad manum quantitas. Potrò vbi vsus postulabit,vnum ex his vino austero dissolutum adiecto oryzæ cremore,per clysterem injice. *Aliud.* Cocti anserini oui putamen minutissime tritum dimidiæ drachmæ quantitate ex vino propinato.

De Sedis vitijs,& de applicandis sedi medicamentis. CAP. 21.

SEd diuersa accidunt vitia,vt sunt rhagades,i.rimæ,condylomata,aliæque inflammationes. Apta autem sunt tenera,mollia,omnique vacantia mordicatione,inuncta medicamenta.

Ad Sedis ex ardore dolores.

Oui luteum ex vino albo tritum,& rosaceo cerato exceptum illine emplastriq; modo vtere. Conueniũt autem his ἁπαλὰ id est mollia teneraque dicta pharmaca,& ἄδηκτα id est mordicatione carentia,illita. *Aliud.* Recentem anseris adipem inungito, & emplastri in m dum imponito. Vtile his etiam cataplasma expane mundo dissoluto coctoque in aqua rosacea: quod fuerit efficacius,additis ouorum luetis aliquot coctis. *Aliud.* Fœnogræcum elixum tritum que adiecto butyro vt cataplasma applicato. *Aliud.* Anserinum adipem inungito. *Aliud.* Rosarum vnciæ tres, coctorum ouorum lutea duo,trita ex vino albo,rosaceoque myrteo excepta,illinuntur.

B

Ad Ani pruritus.

Terram vocatam cimoliam tritam cum vino,ceratoque myrteo exceptam appone.

Ad Procidentem anum.

a† Recrementi plumbi vncia vna,rosarum siccarum vnciæ quatuor,accurate admodum trita sicca insperguntur ano,eloto prius vino myrteo. b† *Aliud.* Cyclamini succum & mel æqua portione decoque vase æreo,donec cerati habeat crassitudinem,& inunge.

a† Vide li.9.de compos.med. secũdũ locos.

b† Vide ibidẽ ca. de hæmorrhoidib. Extractoriũ hæmorrhoidũ magni Tarsensis.

De Renum,& vesicæ vitijs. CAP. 22.

POtio *ad Renum & vesicæ affectus inflammationis participes,& exulcerationes.* Seminis lini vnciæ duæ,amyli vncia vna: propinato ex aqua cochlearium.

Ad vesicæ vlcerationem,& vrinæ difficultatem.

c† Pinei nuclei,& amygdala singulorum numero viginti, palmulæ quindecim,tragacanthæ vnciæ quatuor. Datur ex his cum aqua.

c† Vide li.x.de cõpõne medi. secũdum medicamentum Andromachi integrã istius medicamenti compositionẽ

Ad Renum obstructionem.

C Apii decoctum tribue in potu febre carentibus ex condito,febrientibus ex aqua. *Aliud.* Decoctum cicerum,quæ a similitudine κριὸς.i.arietina appellantur,cum condito,detur in potu.

Ad Calculosos.

Lini semen exacte tritum datur ad bibendum cum condito. *Aliud.* Seminis cucumeris domestici frixi vnciæ sex,seminis maluæ vnciæ quinque,nucleorum pineorum frixorum vnciæ sex, seminis apii vnciæ octo,amygdalorum amarorum mundatorum vnciæ nouem, passo excipiuntur. Cochlearii datur mensura,vt ante dictum est.

Ad Coxendicum,pedum,& articulorum dolorem. CAP. 23.

EIusdem inter se sunt generis omnes huiusmodi morbi: proinde eandem fere postulãt curationem,differentes solum efficientibus ipsos succis; quorum hi quidẽ calidi sunt,illi vero frigidi. Dignoscuntur autem,ꝙ calidum succũ comitentur rubedo, calor,& si adiuncta fuerit inflammatio,vehementes dolores. Contra frigidum,tumor albus,laxus,ac mollis. Porrò vtriusq; curatio est,vt calido frigida,frigido vero calida discutientia q̃ue applicentur. Etsi quidem magna fuerit efficiens morbũ succi abundantia,hic vacuante medicamento primo est educẽdus. Quòd si corporis adsit plethora,principio secãda est vena: deinde repellẽdus cohibẽdusq; influxus oxycrato,aut

D hoc ẽt frigidioribus medicamẽtis aliis. At omnib. de his scriptũ nobis abũde est,cũ alijs in libris plurimis,tũ maxime,mi Glauco,duob. illis de arte curatiua ad te missis. Proinde verbosius de his differendũ non est,hoc præsertim cõmentariolo,qui de reb. acquisitu facilibus tantũmodo instituit nobis. Cæterũ in coxendicũ doloribus,reprimentib. medicaminib. nunquã est vtendum. Cũ. n. ĩ in alto corpore sit i uncturæ huius situs,reprimentib. medicamentis succus à circũstãtib. vasis musculisq; deferetur ad ipsam iuncturam,grauius etiã discrutiaturus. Quapropter mitigãtib. tantũ lenientibusq; est remediis vtendũ. Neq; porrò vehementer aut calidis,aut frigidis medicamentis in coxendicũ est dolore agendũ,ꝙ ab his irritetur verius,quã curetur humorũ fluxio: † admodũ enim calida attrahũt magis,ꝙ vel discutiũt vel disijciũt: è diuerso frigida cõgelãt coarctãtq; quodã modo fluentes humores discutiq; reddunt contumaces. Cæterum coxendicũ dolore affectos vomitus,quàm alui deiectio,iuuat magis,ꝙ humorum ad inferiora defluxum retrahat. Prouocãdus autem mitio vomitus est ab accepto cibo. Postea vero ad ciendũ hunc licet etiam vti bulbis vomitorijs,& raphano,id est radicula. exhibentur autem in aqua cocti bulbi, oxymelite. radicula vero concisa in tenues particulas,editur similiter ex oxymelite. Deinde vbi nunc a sumptis his longum satis tempus præterierit,ad vomitũ ducẽdi sunt,quo prouocato,deinceps lõgo interposito tem-

† Exĩpressisco. ita posset verti calor. n. mult' ipsas attrahit magis quã d.- scutiprohibet. ex li. aũt x. de compositione med. secundũ locos hoc pacto. caliditate nimirum ipsã fluxionem magis attrahente quã prohibete.

to tempore, lauandi sunt, deinde iterum tantisper est ipsis quiescendum, donec omnis oborta ex E
eo corporis turbatio conquieuerit: demum tenui sunt victu reficiendi.

Ad Podagræ paroxysmum, id est acerbationem.

Brassicæ folijs decoctis ac tritis addito aceti fœcem, lutea duorum ouorum crudorum ac rosacei parum: quæ accuratius deinde mista in modum cataplasmatis tepida imponito, frequenter renouans. *Aliud.* Cataplasmari vulgari & vsitato ex caricis elixo adiecta hyoscyami folia incoquito, ac vtitor.

Ad feruidas inflammationes.

Lentem palustrem ex aceto & rosaceo imponito. *Aliud.* Vlmi folijs expressum succum, & coctum, cum cerato illine.

Ad Excedentes & veluti immensos ardores.

Lactucæ folia exacte cum pane trita, applica, frequenter remutans. *Aliud.* Coriandrum viride tritum cum polenta vt emplastrum admoueto.

Ad Laxatas inflationes.

Salem ex oleo diligenter tritum, succidaque lana exceptum emplastrum impone.

F

LICET commentarij huius initio de cholera dictos vitio, & mortiferis pharmacis, deq; serpentibus, qui ictu morsuve venenum relinquunt, & sanguinis etiam fluxu sit nonnihil dictum nobis, non fuerit tamen a ratione alienum paucis adhuc de iis agere, licet ad alium locū hæc pertineant.

Ad sanguinis è naribus fluxum. CAP. 24.

TRiticeam farinam porri succo maceratam tortili linamento adfrica, perfluentique nari inferito. *Aliud.* Tortile linamentum aceto quam acerrimo madens ad lucernam cōburito, & mananti nari insere. *Aliud.* Asinini fimi etiamnum calentis succum, mistum cum æquali aceti portione, & tanta farinæ triticeæ, vt sordium habeant consistentiam, linamento adfricato: quod affectæ nari imponito. Iuuant ad hæc tum pedibus quam manibus iniecta vincula, nec non refrigerare caput. Magnas præterea cucurbitulas præcordiis adfigere, iecoris quidem, profluēte dextra nare sanguine: sicuti sinistris siue lieni, affecta nare sinistra. Cæterum de sanguinis per os reiectione, dictum nobis antea est.

De Fluxu sanguinis è vulnere. CAP. 25.

Sanguinis è vulnere effluxum curant myrrha, & thus trita, & ex oui aquato pro vulneris ratione imposita. *Aliud.* Vstæ ranæ cinerem vulneri inspergito. Superponenda porrò his spongia G
ex oxycrato, & frequenter siccitatis ratione mutanda. *Aliud.* Recentem ac calidū adhuc fimum asininum cataplasmatis modo superdato: quoad acidus fuerit, dissolue pauxillo aceto.

Ad Choleram dictum affectum CAP. 26.

Si sine febre, aliaque vacuatione eueniat, da buccellam panis ex vino misto, daque potu frigidā & cucurbitulas magnas medio ad fige ventri. Quòd si is, qui affligitur quadrato sit habitu, in frigidum inducito lauacrum, in quo diutius permaneat. Porrò cibus conuenit adstringentis facultatis, vt sunt ex autumnalibus fructibus poma, tam cotonea quam punica.

Ad Pharmaca mortifera. CAP. 27.

De lethalibus medicamentis, neque indistinctius hic agere tutum satis est, neque parui laboris de omnibus singulatim, deque sequentium ad hæc simptomatum siue accidentium curatione: ne interim referam adiunctam huic rei male faciendi occasionem, præsertim iis, quibus male facere, volupe est. Proinde ea hic tantum tradam, quæ in communi fere creduntur conferre iis, quos lethalia eiusmodi medicamenta deuorasse contigerit. Principio igitur iubendum, vt hi tales confestim vomant, epoto prius hydrelæo, id est mistis aqua & oleo, & plurimo & frequenter. Deinde variis diuersisque sunt cibandi ferculis: a quibus non ita multo post rursus vomant, iubeto: sic. n. H
aut simul reiicietur mortiferum medicamētum, aut saltem infringetur ipsius virtus. Quod si post hæc ventriculus videatur a vomitu veluti aduri, hydrorhodynon, id est aquam rosaceo oleo mistam, potui offerto: dehinc vomant rursus iubeto. Quòd si vsus postulare videbitur, dabis theriacen ex vino, aut iuniperi baccas numero nouem, & rutæ trita viginti folia, aut herbæ chamæpityos. A somno in totum abstineat, præcipito, extremarumque partium vtitor frictione. Quòd si malum videbitur tibi altius in ventrem nunc descendisse, quod ex mordicatione irritationeq; inferioris ventris cognosces, instandum acrioribus clysteribus: cuius generis sunt, qui ex mele copiosiori, & aphronitro constant, aut alio quouis, cui irritandi ventris fit facultas.

At strangulationi a deuoratis fungis medetur nardus ex oxymelite, pota. Idem potest gallinarum domesticarum fimum, ex oxymelite. Cæterum suffocationi, ex concreto inuentriculo lacte, auxiliatur potum cum vino coagulum.

GALENO



GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE MEDICINIS FACILE PARABILIBVS AD SOLONEM MEDICORVM PRINCIPEM

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete

CENSVRA.

Liber, cuiuscunque is fuerit, non omnino inutilis

GALENVS CLAVDIANO SOLONI ARCHIATRO S.

Ex tralatione veteri.

QVia petiisti, vt de facile parabilibus remedijs ad te scriberem, Solon carissime, gratum tibi fore putaui, si quæ mihi per experientiam cognita sunt, scriberem, et ad te mitterem, a capillis vsque ad pedes procedens, vt homo facile possit ipsa adipisci. Incipiamus igitur primo a capillis.

De Tincturis capillorum. *Cap.* 1.

C *Vnctiones capillorum, vt etiam cani fiant nigri.* Scoriam ferri, et plumbum coque in aceto vsq; ad tertiam partem, et illine; interim tamen ne tange capillos oleo. *Aliud.* Radices capparis tere, et coque in lacte asinæ vsque ad tertiam partem, vtere. Hoc serua, quia prorsus denigrat pilos capitis. *Aliud.* Testudinis marinæ fel dissolue cum oleo, et vnge capillos. *Aliud.* Racemulos in nucibus pendentes in oleo coque, bitumen liquidum adde, et vnge. *Aliud.* Plumbum cum oleo repone in vase plumbeo, et eo vnge capillos. *Aliud.** Melongiam terrestrem combure, et cum eo dissoluens, vnge capillos, et dimitte per totam noctem. *De prohibenda Canitie.* Accipe colocynthidem, et perfora eam, et purga ipsam bene ab iis quæ sunt intus: deinde imple oleo laurino, et adde semen hyoscyami non contritum: dimitte vnum diem, et vnge semel in anno. *Ad dealbandos capillos.* Stercus hirūdinis terens cum felle tauri, vnge. *Aliud.* Verbasci albi combure florem, & extingue aceto, & leniens vnge. *Vt flaui fiant capilli.* Alumen coque in aqua, & madefacito capillos duobus diebus: & post hoc laua cum aqua in qua est dissoluta fæx vini combusta. *Aliud.*

D Decocto lupinorum amarorum madefacito capillos: vel ipsos lupinos amaros crudos terens, & permiscens cum aqua, illine. *Aliud.* Fæcem vini permisce cum sordibus balnei ad spissitudinē cerati, & vnge caput, quando vadis dormitum. *Aliud.* Folia ligustri infunde in succo lanariæ, & vtere hoc diluto. *Aliud.* Rubiam, stœchadem citrinum, polytrichum, absinthium, & lupinos, conijce in aquam, reponens in vase uitreo: et dimitte per nouem dies, mouens bis in die. Tempore vero vsus accipiens dictæ aquæ quod sufficit, mitte in eam spongiam, et dimitte ut imbibat aquam: et quando fuerint deficcati capilli ea aqua prius irrigati, ablue cum aqua calida & sapone.

*Aliter strationem.

De casu capillorum. *Cap.* 2.

Ad casum capillorum, vlmi radicem, & foliorū manipulū, j, macera in iiij. cyathis aquæ, & vnge, & post hoc vnge cum oleo. *Aliud.* Sambucum comburens, misce cum cerato, & vnge. *Aliud.* Aloen permisceto cum vino nigro austero, & vngito. *Aliud.* Myrrham et ladanum illine cum vino aut oleo myrtino. *Aliud.* Accipe apes multas, et combure, & misce cum oleo, & unge, cauens ne ungas ea, quæ sunt circa. *Aliud.* Nigellam accipiens combure, & miscens cum aqua illine: maxime autem hoc confert supercilijs. *De capillis, qui cadunt ijs, qui reficiuntur ex ęgritudine.*

Ladanum cum vino & oleo roſaceo coquito,ad ſpiſſitudinem cerati,& vngito. *Aliud.* Radicem E
mori decortica,& combure,& coque vt dictum eſt. *Aliud.* Pulicariæ ſemen terens,pone in lixiuio,& laua caput:deinde coque lentiſcum,& collue caput. *Vt in loco combuſto ab igne oriantur capilli.* Folia ficus terantur,& in farinã vertantur,& apponãtur loco. *Pſilothrum.* Cerebrum veſpertilionis terito cum lacte mulieris,& illine. *Aliud.* Fel thynni miſce cum gummi hederæ,& illine. *Aliud.* Accipe ſanguinem recentem leporis,& adhibe. *Aliud.* Sanguinem cerui permiſce cũ aceto,& obline. *Aliud.* Semen vrticæ ſylueſtris accipe,tere cum oleo,& frica ipſo locum. *Aliud.* Veſpertiliones plures viuos pone in bitumine,& dimitte,vt putrefiant,& vnge quemuis locum.

De alopecia. *Cap. 3.*

Murem combure,& tere,& puluerem permiſce cum adipe vrſino,& vnge prius fricans locũ cæpa alba. *Aliud.* Cantharidas combure,& tere,& puluerẽ permiſce cũ melle,& vngito. *Aliud.* Foliis ficulneis frica diligenter,deinde vnge cum adipe vrſino. *Aliud.* Spumam maris combure, & terens permiſce cum oleo,& vnge. *Aliud.* Ranam habentem longa crura combure, & terens miſce cum pice liquida,& vnge locum præfricando ipſum. *Aliud.* Equi fluuialis pellem combu- F
re,& vnge locum. *Aliud.* Sanguine teſtitudinis marinę vnge locum. *Aliud.* Accipe muſcerdam, & tere,& permiſce cum aceto,ad mellis craſſitudinem,& vnge præfricato loco. *Aliud.* Aſphodelum tere,& permiſce cum aceto,vel vino,& præradens locum frica foliis ficus vel panno aſpero, & illine. *Aliud.* Radicem cannæ vrito,& permiſceto cum adipe vrſi,& vngito. *Aliud.* Tithymalũ tere,& vnge locum.

De porrigine. *Cap. 4.*

Cimoliam perfunde aqua,& miſce ſuccum betæ,& vnge:deinde laua:poſt accipe thus maſculum,tere & permiſce cum vino & oleo atque vnge:ſequẽti vero die herbam pedicularẽ ex oleo illinito. *Aliud.* Accipe nitri,fecis vini,mirobalanorum,ſingulorũ libram:herbæ pedicularis ſe ſquilibram,permiſce cũ oleo antiquo,& vnge. Humidas autem porrigines aqua ſalſa, vel decocto lupinorum ablue:eſt.n.vſu probatum. *Aliud.* Laua caput ſucco portulacæ. *Aliud.* Vnge caput ſucco betæ cocto vel crudo permiſto cum melle. *Aliud.* Cimoliam permiſce cum decocto fęni græci,& impone. *Aliud.* Radicem cucumeris ſylueſtris coque, & eius decocto lauato. *Aliud.* Scillam in fornace obrue:vbi fuerit mollis,exprime ſuccum,& ei parum olei admiſce & vnge.

De Pſydracijs & exanthematibus. *Cap. 5.* G

Pſydracia ſunt parua exãthemata facta in capite,ſimilia veſicis eminentibus in ſuperficie. Exãthemata vero ſunt vlcerationes factæ in ſumma cutis ſubrubicundæ & aſperæ. Curantur autem ſic. Accipe lomentum,& funde in vinum,& appone vt ceratum. *Aliud.* Fac ceratum ex liguſtro & ceruſſa,et illine. *Aliud.* Accipe amyli,ceruſſæ,aluminis,foliorum viridium rutæ, ſingulorũ drachmas quatuor: ꝑmiſce cũ aceto,et oleo myrtino,et vnge. *Aliud.* Accipe ſpumæ argẽti,ceruſſæ, ſingulorum ſeſquiunciam:ſulfuris ignẽ non experti drachmas octo:dilue oleo myrtino,et vnge.

De achoribus,& fauis. *Cap. 6.*

Achor eſt affectio oriens in capite,perforãs cutim ſubtilibus foraminibus, per quæ exit ſanies parum viſcoſa. Fauus autem facit foramina maiora continentia humiditatem melli ſimilem. Curantur autem ſic. Abraſum caput foue bis,aut ter,aut ſæpius aqua calida decocti myrti,aut rubi, aut lentis,aut lupinorum amarorum,aut radicis aſparagi:cum autem effluet multa ſanies, capiti folia ſalicis,aut lentem coctam in aqua imponito. Confert etiam ante caput ſulfure & parietaria et ſapone oblinere. *Aliud.* Accipe lithargyri drachmas xvj. foliorum rutæ drachmas viij, herbæ pedicularis drachmas quatuor,atramenti ſutorij drachmas duas:aceto et oleo myrtino excipito.

H

De tremore capitis. *Cap. 7.*

Stœchadem da bibendam ex aqua. *Aliud.* Artemiſiæ ſuccum parua habentis folia permiſce cum oleo roſaceo,et vnge neruorum origines. *Aliud.* Spinę albæ ſemen bibendũ exhibe. *Aliud.* Caſtoreum aqua dilue,et bibendum præbe.

De doloris capitis. *Cap. 8.*

Cornu cerui combure,et tere,et permiſce cum oleo roſaceo,et vnge frontẽ ac tẽpora. *Aliud.* Cerebrum vulturis terens,illine caput,et tẽpora. *Aliud.* Pſyllium fundens in oleum roſaceum ꝑmiſce,et vtere:hoc aũt confert et ad hemicraniã. *Aliud.* Styracẽ liquidã permiſce cũ oleo,et applica. *Aliud.* Oniſcos id eſt aſellos,ſub hydrijs degẽtes,coq; in oleo,et vnge caput. *Aliud.* Flores mali punici vel ipſa balauſtia,coq; in vino,aut aqua marina vſq; ad cõſũptionẽ tertiæ partis,et tere, et cũ cerato ꝑmiſcẽs admoue. *Aliud.* Pulegio et fęniculi radice cũ farina hordei line tẽpora. *Aliud* Mentã aut ſinapi cũ aceto ꝑmiſce,et madefac tẽpora bis in die. *Ad Dolorem capitis & temporum.*

Accipe

A Accipe opij magnitudinẽ fabæ,& pulegij partes ſex,& lentiſci:& excipe aceto ac oleo roſaceo, & vngito. *Aliud.* Rumicem acidum & gallam tere,& vnge tẽpora & frõtem. *Aliud.* Caſtoreum diſſolue cum oleo roſaceo & aceto: vnge frontem & tempora. *Aliud.* Iridem ſiccam & cardamomum minus aceto reſolue,& line capillos,ſicut faciunt mulieres,cum inungunt eos. *Aliud.* Succum peucedani oleo irino diluens imponito. *Aliud.* Hirundinum nidum ne permittas in terram cadere:& lutum,quod eſt ſtercori miſtum,capito:& aceto in vaſe ligneo ſubigito,& illine frõtẽ. *Aliud.* Gummi hęderæ aceto & oleo roſaceo diluens vnge tempora.} *Aliud remedium.* Caprinũ ſtercus ex aceto & oleo roſaceo terito,fronti illinito,& falcia deligato: id facito multo mane, ac veſperi,& caput dolentẽ ſanitati reſtitues. *Aliud.* Euphorbio,& atramẽto ſcriptorio vna cũ aceto detritis frontem illine. *Aliud.* Puer venerem non expertus in limine ægroti ianuæ mingito:tu vero acetum infundito,atq; vtrunque in vnum ſuper limen commiſceto, donec ſordiũ acquirat craſſitudinem:ac eadem illa hora fronti imponito. *Aliud.* Si qua ex partu capitis dolore tẽtetur. cinerem cum aceto admiſcens fronti ſuperdato. *Aliud.* Hederæ lachryma cum aceto & roſaceo miſta tempora & frontem obline. *Epithema ad idem.* Naſturtium cum aceto & roſaceo miſceto
B ad cerati craſſitudinem: imponitoque ita,vt a tempore ad tempus pertineat:illico dolorem auferes. *Ad eos,qui ex Altera Capitis parte dolent.* Acaciam roſeo cerato excipiens vtere. *Aliud.* Cichorium impoſitum,& capitis dolores,& exuſtiones a ſole,efficaciter tollit.

Ad Comitialem Morbum. *Cap.* 9.

Ictinum,hoc eſt miluum,in olla cremato viuentem:cineremque propinato,& ſanabis. *Aliud.* Eiuſdem iecur exuſtum & tritum ex aqua potui dato. *Aliud.* Aſini ſtercus frictum cochleariorũ duorum pondere quotidie exhibeto,atque ægrotus morbo liberabitur:id remedium longa experientia comprobatum. *Aliud.* Vrina verris in fumo arefacta ex oxymelite pota bene facit: eſto aũt vrinæ portio ad ægyptiæ fabæ magnitudinem:ſed optima eſt apri. *Aliud.* Hircinum ſtercus ad morbum comitialem proficit,ſi ex eo quindecim globuli ad ſummũ exhibeãtur. *Aliud.* Agreſtis maluæ ſuccum ægrotus per triginta dies ieiunus bibat.& curabitur.{ *Aliud.* Muſtelæ iecur aridum ex aqua propinato:id facias autem,cum ægrotus mox eſt caſurus. *Aliud.* Parum olei leporis coagulo infundito,& pilulas facito:ex quibus modo vnam,modo duas præbeto.} *Aliud.* Muſtelæ ſanguine oblinito, ac muſtelam pedibus capiteque abiectis edẽdam apponito. Pariter
* C & ſtrumis exhibita muſtela prodeſt. *Aliud.* Murem diſſecans per Lunæ ſilentium,iecur ipſius extrahito:& aſſum ægro,vt comedat,exhibeto.{ Iuuat etiam oxymel ſcilliticum,& Iuliani,& theriaca.{ *Aliud Odorabile ad Comitialem affectum.* Tithymalũ cum aceto & polenta terens placentulas conficito,olfaciendasque laboranti offerto,& non cadet.{ Confert etiã odorari peucedanum & picem. *Suffimentum Comitialem morbum detegens.* Lapidem gagatẽ ſufficito, ipſum circũ uelãs,ne odor diſſipetur,cadetque,ſi re vera comitiali morbo affectus eſt. *Potiones,per quas dignoſcitur, vtrum Comitialis morbus ſanabilis ſit.*
* Acaciæ drachmam aqua diluens bibendam dato: ſi vomuerit,inſanabile malũ eſt:ſin autem febricitauerit,potio ipſi prodeſt. *A Sidere percuſſorum curatio.* Aſini lotio ipſos conſperge,& ſaneſcent. *Si Comitiali morbo humi proſtratum confeſtim excitare vis.* Thymum,aut pulegium conterens eius naribus admoueto. *Materiam per nares detrahentia.* Anagallidis cœruleum habentis florem ſuccum naribus inſtillato,iubetoque ſupinum ægrotum ſpiritum adducere:hoc.n.omnibus ex capite laborantibus optulatur.{ *Aliud.* Succum hederæ albæ naribus inſtillato.} *Aliud.* Nigellæ expreſſum ſuccum cum mulſa inſtilla. Ad eundẽ modũ & iride veteri oleo admiſto vtitor. *Aliud.* Betę radicis ſuccũ in nares infunde & caput purgat.

D *De Aurium vitijs,primumque de illis,quæ in Auditorijs ſinibus fiunt.* *Cap.* 10.

Vino diluto,aut mulſa,aurem ſubluito:ac lycium in oui putamine macerans infundito. *Ad Inflammationes,& Dolores.* Allij capitula conteres cum oleo in olla calefacito:oleumq; in aurẽ fundito,& dolor ſedabitur. *Ad magnum dolorem.* Anſerinum iecur ſalſum cum nardo eliquato,& repurgans in aurem indito. *Ad Aures Sanie manantes.* Liquidum alumen aqua diluens in vitreũ vas conde,& maceratũ inſtilla. *Ad Aures purulentas & grauiter dolentes.* Porri ſucco melle dilu to vtere. *Aliud.* Opiũ dulci vino eliquans ac tepefaciens in aurẽ iniice. *Aliud.* Cedri lachrymã ex pauca nardo immittito. *Aliud.* Mel & oleũ vna in vaſculo prius tepefacta inſtillato. *Ad Teredines & Saniem.* Alumẽ ſciſſile cũ aceto & dulci vino elixũ ad mellis tẽperaturã,infuſũ,tã in recentibus quã antiquis vitijs efficax eſt. *Ad Sonitus Aurium intra ſeipſas & acres dolores.* Cedri lachryma cũ melle admiſta,& infuſa prodeſt. *Aliud.* Aloe,quæ iecoraria dicitur, cũ mulſo ad ſordium craſſitudinem tẽpera,& infuſa benefacit. *Aliud.* Vulpis adeps eliquatus inũndatur. *Aliud.* Nardũ tepefactũ infundito. *Aliud.* Caſſiã ex roſaceo iniicito. *Aliud.* Blattæ domeſticæ oleo roſaceo in
* feruefactę opitulãtur. *Ad Dolores paulatĩ ĩgruẽtes.* Lanã ſuccidã in aceto feruefacias, exprimitoq; humorẽ in aurẽ: deinde foramẽ sũmũ,ipſius lanæ ſuccidæ portione integito. *Aliud.* Mali punici

immaturi ſucco cũ melle vtere: aut lentiſci, aut herbæ muralis, aut liguſtri, aut rubi: horum cuiuſ E
que ſuccum, aut per ſe, aut melli admiſcens & elixans, vtere: pariter & plantaginis, aut lactucæ, aut ſanguinalis, ſucco vtendum eſt. *Ad Dolores abſque ulcere.* Sulfur ignem non expertum per calamum naribus inſuffletur. *Aliud.* Papaueris lachryma muliebri lacte temperata inſtillatur. *Ad Grauem auditum.* Abſinthium in aqua decoquens, aurẽ decocto eluito. *Ad Surditatem naturalem.* Capræ nuper iugulatæ cornu caprino lotio impleto, & ad fumũ per dies nouem ſuſpendito, deinde vtere. *Ad Sonitus ex profundo.* Acetũ, & oleum roſaceum, rutam, & cuminum cum melle macerãs, vritor. *Ad Tinnitus Sonosq; repente exortos.* Acetum acre tepefactum in aurem demitte. *Aliud.* Vitis albæ, mellis, veratri, albi, & roſei olei portionem, in vnum permiſcens in aurẽ dato. *Ad aurem dolentem & Sanie manantem.* Acetum, mel, roſeumque permiſce, & tepefactis vtere. *Ad acerbos Dolores.* Subactam oleo* euthypaſton adipem infundito, & ſpongia locum occludito: bene facit, & ad neruorum morbos cum vulpino adipe atque ſuillo æqua portione permiſta. *Ad Dolores aurium ac Phlegmonas.* Haſtulæ regiæ radicem mundato, & in oleum vaſe vitreo contentum demittito, & per continuos quadraginta dies ſub Canis æſtu inſolato, deinde vtitor. *Ad Vlceratas aures, & purulentas.* Lacertas puſillas venatus mundo oleo eliquato, atq; ita in aurẽ F
demittito, & vermes, ſi in aure fuerint, interficies. *Ad aurium uermiculos & ad ea, quæ in aurem ſubierunt.* Cæpas & hyſſopum in lotio vetere conterens inſtillato. *Aliud.* Partis interioris cucurbitulæ ſyluaticæ ſeminum, aluminis ægyptij, pares portiones in cedrino oleo macerans infundito. *Ad Sordes aurium educendas.* Lanam vnguentaria glande madidam in aurem demitte, & ipſam ſordium plenam inuenies. *Aliud.* Nitrum tenue in aurem conijcito, acetumque inſtillato: ſuper lana mollis addenda eſt, & per noctem relinquenda: ſequenti verò die calida aqua & oleo aurẽ eluito: *Ad aurem dolentem.* Salis flos cum roſeo, & aceto infundendus eſt. *Ad Saniem aurium & magnum dolorem.* Nitrum roſaceo dilutum in aurem demitte. *Aliud.* Album veratrum ex vino, aut aceto, cum alumine infundẽdũ eſt. Radicis præterea calaminthæ ſuccus aceto maceratus inſtilletur. *Aliud ad Diuturna vitia.* Lycij & mellis æquas portiones commiſcens vtere. *Ad Inflammatas aures.* Capitulorum papaueris cortices contere, & tertiam partem cũ hordeacea farina permiſce, & in dulci diluto incoque, cataplaſmaq; confice. {*Ad aures Sanie manantes & dolentes.* Medullã uituli liquefaciens inſtilla. *Aliud.* Scoriam ferri terens in aceto acerrimo inſtilla. G

Ex tralatione Veteri.

Ad Strumas, & Parotidas. *Cap. 11.*

Strumas communi quidem curatione diſcutiũt ea, quæ ſcirrhos, propria verò ita. Farinam lupinorũ amarorũ coque in oxymelite, & illine. *Aliud.* Stercus bouis aut capræ coque in aceto, & appone. *Aliud.* Calcem melli, aut oleo, aut adipi porci permiſce, & appone. *Aliud.* Farinam iridis, & ſtercus colũbi, coq; in vino, & adhibe. *Aliud.* Accipe axungiæ veteris, ſeminis hyoſcyami, picis, olei antiqui, ſtercoris citrini gallinæ, ſingulorum pares portiones: commiſce, & admoue.

De Morbis Oculorum, & primo de Ophthalmia incipiente. *Cap. 12.*

Succum mentæ infunde: reſoluit enim, ſed melior eſt ſanguis columbi. *Aliud.* Fęniculi ſuccum exprime, & vtere: antiquus autem eſt melior: permiſce autem eũ aquæ, & utere. *Aliud.* Ex ruta recente ſuccum exprime, & pone in pyxide æris rubri, & vtere. *Aliud.* Ex coctanis coctis, H
& farina hordei, & uino albo cataplaſma facito. *Aliud.* Folia papaueris & cortices granatorũ cũ polline hordei ſuperdato. *Aliud.* Roſas coctas & tritas impone. *Aliud.* Decoctũ meliloti infunde. *Aliud.* Ex folijs coctani tritis fac cataplaſma cum vino & polenta. *Ad Vngulam.* Dicitur vngula morbus oculi, qñ cornea aliqñ quidem ſuperficietenus, aliqñ verò in profundo, pus continet: & aſſimilatur paruæ vngulæ, quare morbus ille vocatur vngula. Ad moderatas ergo ungulas cõ ſert mulſa, & ſuccus fœni græci, & collyrium, quod fit ex thure. Ad maiores autem accipe, aloes, myrrhæ, croci, ſingulorum, partem j, vini partes iij, mellis partes vj, diſſoluas crocum cum modico uini, deinde aloen & myrrham; deinde infunde mel, & vniens, in vaſe vitreo reconde: & vtere bis in die, expurgat enim, carnem gignit, & ſolidat. *Ad Sugillata.* Sinapin tere, & appone cum cerato: *Aliud.* Oſſa ſepiæ tere ſubtiliſſime, & permiſcens aceto illine noctu, tollit enim ea. *Aliud.* Radicem cucumeris agreſtis melli commiſce, & impone. *De Liuoribus Oculorum.* Hyſſopum tritam liga in panno, & infunde in aqua calida, & tange liuores fomentum faciens. *Aliud.* Farinam iridis melli admiſce, & adhibe. *Aliud.* Cyminum tritum admiſce lacti mulieris, & appone, vel origanum appone ſimiliter. *Aliud.* Erucæ ſemen terens cum felle bubulo imponito. *De Pterygijs.* Pterygium dicitur neruoſa ſupernatæ oculo membranæ eminentia, incipiens ab angulis & procedens vſque ad corneam: quando vero amplius augetur, cooperit & pupillam. Magna igitur & diuturna pterygia per chirurgiam incidũtur; recentia verò & moderatæ magnitudinis iuuant æs combuſtum, vel atramentum tutorium

A rium,cum adipe porci. *Aliud bonum.* Atramenti ſutorij partem j,gummi arabici partem mediã: dilue vino,& vnge.Quidam autem hepar capræ melli miſcentes inungũt. *Aliud.* Accipe Lyciũ, & liguſtrum,& cum aqua fac collyrium,& illine. *De Vlceribus Oculorum.& Albuginibus.* Vlcera, quæ fiunt in oculis, quæ quidem ſunt ſuperficietenus,nephelia nominãt: quæ verò prorũdum petunt,albugines.Nephelia ergo ſuccus anagallidis expurgat, & ſuccus centaurii minoris cum melle.Diuturna verò extenuat cedria,& ęs vſtum ſolum diſſolutum aqua in modũ collyrij. albugines autem iuuat nitrum diſſolutum diligenter oleo,& illitum. *Aliud.* Accipe ſuccum dracunculi,& miſce cum melle crudo,& vnge. *Aliud.* Felle hirci confrica oculum. *Aliud.* Os ſepiæ combure,& diſſolue cum melle,& impone. *Aliud.* Ex ſtercore lacertæ faciens collyrium cum aqua indito. *Aliud.* Felle canis marini vnge,vel raphani ſucco vel felle galli. *Aliud.* Sumito ſuccum malorum granatorum,& pone in vaſe terreo,& contege panno,& expone Soli, donec habeat mellis craſſitudinem:& ei miſce mellis tantundem:& ſerua,quia inueteratum valet magis: & cũ it dormitum patiens,vnge oculos. *Aliud.* Fel leonis cum melle indito.Si vero puer paruus habet albuginem,mater infantis mandat ammoniacum & inſufflet in oculum:ſimiliter ungat oculum menſtruo alicuius de cognatione ſua:& ſimiliter mater eius incidat paruum digitum ſuum, & ſanguine,qui effluxerit perfundat oculum. *Ad Caliginem,& Nebulas Oculorum.* Illine oculos
B ſucco foliorum dracunculi. *Aliud.* Succum betonicæ miſto vino calido inſtilla. *De Hordiolo.* Aqua decoctionis hordei foue oculos,vel cera alba. Vel accipe muſcas,& abſcinde capita earum, poſtea reliquo corpore frica oculum. *De Madaroſi.* Madaroſis & Milphoſis eſt caſus pilorum genarum. Curantur autem his, Accipe nucleorum palmularum combuſtorum drachmas tres,ſpicæ drachmas duas:tere,& vtere. *Aliud.* Stibii aſſi,piperis,ana drachmam vnam: ſpicæ drachmas tres. *Aliud faciens ad caſum pilorum ſuperciliorum.* Auellanas combure,& permiſce cum adipe vrſi aut capræ,& vnge. *Aliud quod etiam confert ad Alopeciam barbæ.* Alterci drachmas duas,muſcerdæ drachmam,polytrichi drachmas duas,olei irini cyathos quatuor:tere & permiſce oleo,& præfouens vngito. *Aliud.* Vernationem anguis combure,& inſperge:facit enim naſci pilos. Vel nigellam tere,& fac ſimiliter. *Ad Supercilia Piloſa.* Origanum combure,tere,& applica: prius tamen euelle pilos. *Aliud.* Lacertam viridem coque in oleo,& poſtquã cuulſeris pilos, vnge locũ. *Aliud.* Chamæleonis ſeu chamæleæ radicem permiſce cum ſanguine ranæ, & vnge locum. *Ad habentes Oculos Glaucos.* Glaucos mulierum oculos nigros reddit hyoſcyami flos cæruleus ſiccatus in umbra,& tempore vſus permiſtus vino auſtero & illitus. *Ad Suffuſiones.* Theriacam,quæ
C fit ex viperis,permiſce melle ſine fumo,& impone. Conferunt etiam caput purgantia, & purgatio cum hiera,& fomentum cum decocto fœniculi,& ſagapenum,& helleborus albus cum melle appoſitus,vel mel cum ſucco fœniculi. *Ad Aegylopas.* Aegylops eſt abſceſſus paruus inter magnum oculi angulum & nares:qui ſi negligatur,ſcinditur vſque ad os;& dicitur ęgilops,ante quã ſcindatur.Huic confert glaucium & crocum ſimul cum ſucco perdicii appoſitum: oportet autẽ frequenter ea permutare. *Aliud.* Conchulas cum teſtis ſuis tere,& appone. Aliqui vero miſcent aloen,vel myrrham. *Aliud.* Fel porcinum ſicca,& appone. *Aliud.* Ex perdicio cataphlaſma facito. *Aliud.* Ex ægilope herba cataplaſma imponito. *Aliud.* Portulacã & thus maſculum appone: prius tamen ea manducabis ieiunus. *Aliud.* Caluariam hominis tere,& appone. *Ad Nyctilopas.* Hepar hirci aſſa,& vnge liquore,qui defluit,oculum:iuuat enim duodecies illitus. *Ad Pediculos Oculorum.* Aqua marina tepida foue.

De affectibus Narium,& primo de polypo & Ozæna. Cap. 13.

D Attramentum ſutorium terens ex aceto illine. *Aliud.* Corticum granatorum drachmas xvj. ſellis tauri,amomi,myrrhæ,calaminthæ,marrubij,ana drachmas viii. croci,drachmas ij,elleborialbi drachmas ij. vtere ſicco. *Ad Fœtorem Narium.* Accipe amomi,myrrhæ,roſarum ſiccarum, pares portiones cum oleo nardino,& vnge:confert autem & vnctio cum hedychroo magmate, *Ad Vlcera Narium.* Cape lithargyri drachmas iiij.rutæ recentis, aluminis ſciſſi, ana drachmas ij. dilue oleo myrtino & aceto. *Aliud.* Accipe ceruſſæ drachmam vnam,lithargyri drachmas iij.ſcoriæ plumbi,vel plumbi combuſti,drachmas iij.omnia lauentur & excipiantur oleo myrtino. *Ad Extrahendum Sanguinem è Naribus.* Florem graminis impone. *Aliud.* Rubiam cum oleo accipe,& vnge nares. *Ad Fluxum Sanguinis è Naribus.* Corticem oui combure, & accipe partem vnam,& gallæ partem mediam,& inſuffla. *Aliud.* Lycium impone. *Aliud.* Aſini ſtercus comburens inſuffla cinerem eius:aut exprimens inſtilla ſuccum. *Aliud.* Lapidem molarem candentem extingue in aceto,& olfaciendum præbe. *Aliud.* Thus maſculum & aloen albo oui excipe, & fac linamentum,& impone,addens pilos leporis. *Aliud.* Cucurbitulam magnam affigito hypochõdrio e regione naris patientis. Oportet autem & iis,quæ aſtringunt & prohibere poſſunt impetum ſanguinis,uti.}

*Ad Nares Vlceratas,& Polypos,& Ozænas.** Spuma nitri attinge. Et ad ſpiritus odorem concilian E
dum,albæ violæ florem nondũ ex cauliculo delapſum lege:tereque ex aqua,donec mellis craſſi-
tudo fiat. *Aliud.* Aerugine ex melle decocta locum attinge. *Ad interiores Phlegmonas.* Adipe anſe
rino cum porri ſolaniq; ſucco æquis portionibus diluto interdiu obline. *Ad Narium Vlcera cum
duritie.* Plumbum tritum vino puro macera:myrteique olei,quod ſatis eſt adde,ad mellis ſpiſſitu
dinem. *aliud.* Aeris ſquamma ex melle decocta vtere. *Sanguinem per nares euocantia.* Mentam ex
cipiens melle,& collyrium faciens,in nares mitte. *Ad Profluuium Sanguinis è Naribus.* Rutam tri
tam oleo excipito,& intra nares conijcito. *aliud.* Gummi ac thus contrita & aceto liquata in na-
* *ſpodium.* ſes da. *aliud.*† Cinerula cypria cum ſucco porri temperata bene facit. *aliud.* Spongiam vſtam pi-
ci admiſtam,& arefactam,linamento inſperſam in nares pellito. *aliud.* Acuti iunci florem narib.
imponito. *Ad Sanguinis Eruptiones, quæ ſupprimi nequeunt,præſertim cum diutius febricitanti-
bus ſanguis effunditur.** Pyrion imponito,nonnunquam aridum,nonnunquam linamentum illi-
* tum:& craſſitudinem cauis naſi reſpondentem faciens,ita immittito:iiſdem & nares & tẽpora &
frontem illinito. *aliud.* Diphryges vſtum,& ex aceto tritum ſuperimpone. *aliud.* Lanam oui albo
madentem admoue. *aliud.* Lanam herbæ ſanguinis aut ſolani ſucco imbutã in nares dato. *Aliud.*
Ruta ex aceto trita circumponenda eſt,& ſuffienda. Vtendum præterea eſt reprimere cohibereq; F
ſanguinis impetum valentibus:Vt cicutam naribus ſuffito,odoremque æger attrahito. nares etiã
digitis comprimito:aut cerato,aut alio quopiam diligenter occludito: quin ẽt penis extremum
papyro deligato:in mulieribus vero,mammarum pupillas ſimiliter. Item refrigerare potentibus
frontem caputque oblinito,& conſpergito. Præſentiſſimum remedium eſt capiti cucurbitulam
affigere: vel ẽt frontis venam ſoluere. Sternutamenta quoque plerunq; ſanguinẽ reuocant. Aut
herbam bugloſſon,aut aſini ſimũ ex aceto in nares conijce. *ad Stertentes.* Anethũ capiti clã ſubij-
cito:id & profilientibus ex lectulo remedio eſt. *Ad Punctа & Aeram vocatam abſque cicatrice &
* vlcere.* Nitro locũ detergens reſinã terebinthinã ſuperdato,& per dies quinq; dimittito:mox lo-
cũ ſoluẽs pũcta ſcriptorio ſpecillo ꝑforato:deinde thꝰ,nitrũ,ac mel pari mõ miſta,vt cerati craſ-
ſitudo ſit,imponito:poſt ſolue,& ablue. *Aliud.* Ex trito veratro cũ pane,aut ex acido lacte ꝑ ſe ca
taplaſma facito. *aliud.* Fici trito cortice illine. *Aliud.* Vuã taminiã,ĩ cataplaſmatis modũ ĩponito.

Ad Vitiligines,Ephelidas,Lenticulas,& alias id genus Faciei affectiones. Cap. 14.

Cucumeris ſyluatici radicis tritæ & cribratæ ſucco faciem deterge. *Aliud.* Alcyonio ex vino G
trito faciem obline. *Aliud.* Vitem ſylueſtrem contuſam,& vino ægyptio maceratã,& in farinam
redactam ſuperdato. *Aliud.* Erucæ agreſtis radice trita,& ouis felle excepta vtitor,facie prius ni-
tro perfricata. *Aliud.* Elaterium ex aceto terens,& ad mellis craſſitudinem redigens, ceratoq; ad
miſcens inunge. *Aliud.* Cinnabari ex melle faciem illine. *Aliud.* Cachrys ſemine trito ipſas lenti-
culas inunge,& arefactum ablue. *Aliud.* Syluatici cucumeris radicem,ficique ſummos ramulos
in aceto decoctos tritosque,imponito. *Aliud.* Veneris vmbilici radicibus ex melle contritis faciẽ
illine. *Aliud.* Rubia ad maculas a Sole contractas & vitiligines benefacit, ſi ea trita ex oleo facies
inũgatur. *Aliud.** Zochum amarum terens,ex melle faciei imponito. *Aliud.* Anethi ſemen ex vi-
no vetere tritum & ad mellis ſpiſſitudinem redactum,faciei obducito,atq; ita per integram no-
* ctem remaneto:ſequenti mane illud remoueto,recenſque aliud reponito. Eodem quoque ſemi-
ne commanducato ephelidas & lenticulas vtiliter illinito. *Aliud.* Alba viola ex aqua ad eadẽ ꝑ-
ficit. *Aliud.* Aphronitrum tritum cum cerato ex tyrrhenica cera cõfecto faciei ſuperdato. *Ad Vi-
tiligines.& album colorem.*. Alcyonium vſtum mellique admiſtum illitum prodeſt: eodem quoq;
cum erui farina & tritici miſto quam maxime calido faciem detergito. *Aliud.* Amara amygdala
cortice ſpoliata aceto acri excipito,& cataplaſma facito. *Aliud.* Ocymi ſemen cũ gallinaceo aut
anſerino adipe tritum bene facit. *Aliud.* Fœnum græcum ex aceto tritum ſquamulas, ſi illina- H
tur,detrahit. *Ad Ephelidas,& Lentigines.* Myrrha & crocum ſi aqua macerentur, illita iuuant.
Aliud. Purpuras,aut vocatas cerycas,hoc eſt buccinas,expiſcator,in ollulam coniice,& inſfur-
num aſſandas mitte:deinde ex melle tritis vtere. *Ad faciem albam & extenta cute reddendam.* Cu-
cumeris ſylueſtris radices in fruſta diuide,& refrigera:deinde aqua elixatis ac tritis in cataplaſma
vtere. *Aliud faciem ſplendidam reddens.* Ex eruo bene olente vino macerato ac trito cataplaſma
facito. *Aliud.* Tritici,quod ſemidalin vocant,ſuccum exprimẽs,humidiorem partem abiice:par-
ti illi autem,quæ ſubſedit,oui album commiſceto ad mellis ſpiſſitudinem:atque hoc faciem per-
unctam oleo deterge. A Sole autem maculatam faciem frigida multa lauato, & per vnum diem
facies coloratior redditur.** Violam elixans parum aluminis injice; deinde lixiuium admiſcens
* ac terens vtere multo inungens oleo:ſic enim facies grati coloris, bonumque odorem os ſpi-
rans efficitur. Cnpreſſi atque ilicis ramenta vna feruefaciens,decocto corpus totum madefacito.
Aliud. Thuris & pæderotis æquas portiones miſce,& ex melle tere:ita faciem inunge:atque inte

grum

A grum diem ſic dimitte, deinde ablue. *Aliud.* Vini fæcẽ melli admiſcens ſub Sole iter facturus corpus inungito, eo tamen prius nitro perfricto. *Ad impediendum Solis exuſtionem, & Exuſtam faciem ſanandam.* Bulbo candido trito ex melle inungito. Quod ſi facies citra phlegmonem tumefacta fuerit, nigram terram ex aqua cõterens ſuperdato. *Aliud.* Alcyonio & nardo gallico ſimul tritis vtere. { *Ad Panum & Lentigines.* Dracunculi radicem cum melle in cataplaſma redige: vel nigellam cũ aceto, vel pentaphylli ſemen. *Ad faciendam faciẽ rubicundam.* Rubiã tere & permiſce cum oleo, & vnge. *Aliud.* Bulbum amarum terens permiſce cum melle, & unge. *Aliud.* Accipe ciceris, rubiæ, thuris, myrrhæ, ana drach. ij. excipe adipe vituli, & oleo maſtichino, & vnge: & poſt ſpatium abſterge ſpongia calida.} * Ex tralatione veteri.

Ad Oris vitia, & primo ad Labiorum Rimas. *Cap.* 15.

Immaturã gallã tritam accipito, & reſinam terebinthinam cum hyſſopo & melle, atque his perunge. *Ad altiores Sciſſuras.* Caprinus adeps mũdatus proficit. *Aliud.* Adeps anſeris, & mel, & te-
B rebinthina, æquis portionibus, addito flore roſarum, hyſſopo arido, & maſtiche, fiat inũctio. *Ad Oris Halitum commendandum.* Vino vetere bene olente, in quo iris maduerit, os collue, aſſidueq; in ore breui tempore contine. *Aliud.* Vino pauliſper os ſublue, in quo ſerpillum maduerit: *Ad Oris tetros abſque vlcere odores.* Nonnulli meraco vino, cui myrrha admiſta ſit, os eluunt: atq; rotũdum odoratum iuncum terentes, partes oris internas perfricant: & cimoliam cum ſale tritam affricant: perinde & marmore uſto cum aniſo utuntur: ita & hordeo cum ſale & melle. Quidam & linteolum cremant, & vino injciunt, atq; ita trito vtũtur, & pumice & nardo & myrrha ex melle. Semidalin quidam & irin cum melle miſcentes comburunt, atq; ita vtuntur: & ex oſtreis purpura & buccino cum myrrha: cum cubitum eunt, aceto accerrimo colluunt. Commanducãt autem nonnulli domum egreſſuri, piceæ folia, & aqua os ſubluũt. Quidam præterea & aniſum, aut dulcem radicem, aut irin, idq; genus alia, aliqui iter facturi commanducant. *Ad Oris Vlcera & putredines.* Melanteria contuſa prodeſt. Ad eadem benefacit oleum immaturum per ſe, aut cũ melle propinatum. Prodeſt etiam glaucuris vocata contuſa: eius ſuccum ex melle & aqua parib. portionibus ad gargarizandum exhibeto. { *Ad Fluxum Sanguinis ab ore.* Colluatur os ex decoctione roſarum in poſca, poſt quam erit frigida, & deglutiatur. *Aliud.* Gargarizet patiens & colluat
C decoctione roſarum frigida, aut extremitatum vitis, aut foliorum lentiſci, aut rubi, aut cytoniorum, aut vinaciorum, aut rhoe. *Aliud.* Semen roſæ cum maſtiche da ex vino adſtringente bibendum, vel ex vino decoctionis rubi, aut roſarum. *Ad Oris Vlcera.* Gallam in vino coquens collue os, deinde appone gallam tritam permiſtam cũ melle, aut florem roſarum: collue etiam os decoctione foliorum oleæ.} * Ex tralatione veteri.

Ad Dealbandos Dentes, Aliaque, eorum uitia ſananda. *Cap.* 16.

Vtuntur autem & huiuſmodi quibuſdam dentifricijs, quæ vna & gingiuis proſunt, & dentes ſplendidos firmioresque reddunt. Terram erethria da vocatam vſtam tritamq; adhibẽt; hoc valde bene ſplendidos dentes reddit. Farina crui lotio ſubactam illine. *Aliud.* Cuniculi caput vſtum cũ fęniculo quam albiſſimo ſæpiæ tritis oſſibus admiſcens vtere. *Aliud.* Cornu ceruino vſto trito que vtitor: hoc & dentium dolores tollit, & ex roſaceo impoſitum capitis dolores diſcutit. *Aliud.* Pulegio & ſale fricto miſtis ad eadem tritis vtere. *Aliud.* Ouillo talo vſto ad ſimilia vtitor. *Aliud.* Hordeo toſto & ſale miſtis tritiſq; vtere. *Diaclyſma, ideſt lauatio ad Vlcera, & Dentes titubantes in*
D *firmo q.* Alicacabi radicẽ vna cum malicorio craſſiore elixã imponito. *Aliud.* Albæ populi, aut verbenacæ, radicẽ accipito: aut eryngij radicẽ vel ipſam herbã: aut polij radicẽ accipito: & terens apponito. *Ad Concuſſos Dentes & dolentes.* Aſini vngulam vſtam tritamq; aceto excipe, & orbiculos faciens repone: ad vſum aceto orbiculum vnum liquato, datoq; ore continẽdũ: illico. n. dolorem ſedat tollitq;. *Aliud.* Nigri chamæleonis decocto ſi foueas, dolorem dentiũ curabis: id & mures necat. *Aliud.* Betæ ſucco ſi fiat collutio, confeſtim dolor finitur. *Aliud.* Alterci radicis calidiore decocto ſi foueas, dolor quieſcit. *Aliud.* Rutam, hyſſopum, & myrrham, ex vino tritas ore contineto. *Aliud.* Si ex aceto, poſca, aut vino, vbi verbaſci radix incocta ſit, os colluatur, bene facit. *Aliud.* Ex nitro cũ oleo facta collutio dolorẽ pellit. *Aliud.* Cupreſſi baccis ex vino & roſa elixis os foue. Qđ ſi dẽtes oẽs doluerint, cedri liquore os ſi collues, protinus dolori ſuccurres. Dens molaris ſi doleat, maluæ vnicũ hẽntis cauliculũ radice ſi tãgas, dolor abibit. Dẽtes dolẽtib. herbæ muralis radicẽ, cũ balneas ingrediũtur, cõmãducãdã p̃beto: q̃ ſub molari dẽte, quoad ex balneis egrediãt, retineto: & dolor euaneſcet. *Aliud.* Pyrethri radicula cõmãducata eodẽ die fugat dolorẽ. *Aliud.* Herbę põtitidis vocatę radix manducata dolorẽ finit. *Suffimẽtũ Dẽtes dolẽtib.* Alcyonii ſuffitu cõtinuo dolor tollitur. *Aliud.* Alterci ſemẽ ſuffitũ dolori medeť. *Vt Dẽtes bene oleãt.* Cimo

liam cum ſale terito,dentesq; fricato. *Aliud.* Dentem canis accipito, & in ignem conijce,ſuffi- E
tūq; facito:vt.n.iſte cremātur,ita dentes confirmat. *Ad Exeſos Dentes.* Ad exeſos autem dentes, atramento ſutorio trito permiſtum piper accipito,aut gallam. Aut ex melle tritum alumen in cauum dentis inſerito,& dolorem leuabis. *Aliud.* Limacis lapidem in fruſtula teſami magnitudinem æquātia confringe,& in dentis foramē immitte:illico dolorē ſedat, ſed ex cera operculū facito. *Aliud.* Taurinum iecur lento igne frictum,dentiq; impoſitum,ſimul atq; tetigit,dolorem diſcurit. *Aliud.* Teſtudinis vnguis in maxillaris dentis exeſi foramē cōiectus multū ꝓficit. *Aliud.* Fel vrſi impoſitum illico dolorem leuat:curat aūt ēt,quoquo modo illinatur. *Ad Dentes motos & labantes.* Teſtudinis ſanguis diu ore contentus dentes corroborat. *Aliud.* Alcyonio indico ex vino trito ſi os colluatur,motus ſiſtitur. *Ad Dentes ex ictu concuſſos.* Coralliū imponito, & ſatis diu contineto.} *Ad Dentium Stuporem.* Aegrotus portulacam mandito. Aut oleo omphacino perungito. Aut amurcam olei in vaſe æneo ad mellis temperaturā coquito:hac.n.vetuſta ſi inunGas, valde ꝓdeſt.} *Ad Dentes Eximendos ſine ferramento & abſque dolore.* Fermentum denti circundato,& pauliſper relinquito:mox dentem lacertæ ſanguine circunfundito,& excidet. *Vt Spō te Dens excidat.* Pyrethrum aceto mollitū,ſaleq; per triginta dies maceratum, denti prius mūdo F
facto circūponito. *Aliud.* Artemiſiam herbam ex aceto tritam obline. *Aliud.* Dentem circū ſuffodiens,vermiculis,quas campas uocant,in ſummis braſſicarum,aliarumq; herbarum folijs repertis illine,ab alijs dentibus cauens. Quòd ſi inferiores dentes eximere voles,illis vermiculis vtere, qui in inferiore parte illarum herbarum reperiuntur. *Aliud.* Sandaracham ex aceto tritam ſiccari permitte,& ſicca vtiliter vtitor,prius ſanguinem circum dentem eliciēs:ſic.n.pauliſper dimittens,digitis ipſum eximes. Aut agreſtis cucurbitulæ radicem in foramen dentis conijce. *Aliud.* Mędi immaturi radicem in vmbra arefactam tritam & cretam radicibus dentis circunda: & paulo poſt digitis apprehende,ſequetur.n. Aut æthiopicæ oleæ lachryma affectum dentem tāgito. *Aliud.* Lacertā agreſtem arefactam,diſſectam,contritamq; repone:cum dentem circum purgaueris,imponito:& paulo poſt attrahito,qm̄ ſequetur. *Aliud.* Vrticæ ſemina cum galbano miſta affecto denti circumline,& ꝓtinus excidet. *Ad Eximendos ſine dolore Dentes.* Herbæ lapæ radix calefacta,& dēti appoſita facit,vt ſtatim digitos ſequatur. *Vt Dentes digitis euellantur.* Sylueſtres cucurbitulas cōtunde,& aceto macera ad mellis ſpiſſitudinē: deinde ferramentum ad ſcalpēdos dentes in medicamentum demitte,eoque dentem circū ſcarifica,atque os pauliſper clauſum haberi præcipe:deinde apprehende digitis dentem & attrahe: abſque dolore euelletur. *Aliud.* Fa- G
rinam ex lacte tithymali adhibe,& hederacea folia ſuper impone,per horamque dimitte: frangetur.n.ſine dolore. *Ad Dealbationem Dentium.* Nitrum, os ſepiæ,& os palmularum terens vtere. *Aliud bonum.* Corallium rubrum,pumicem,oſſa palmularum,oſſa ſepiæ, & ſalem aſſum terens vtere. *Ad Dolorem Dentium.* Oleo lentiſci non antiquo colluantur dentes. *Aliud.* Colluatur os cum folijs rutæ coctis ex oxymelite : vel colluatur cum aceto ſcillitico : vel coquatur in aceto pyrethrum & hyſſopum:oportet autem humiditatem & humorem euacuare.

Ex tralatione ueteri.

De Morbis Gingiuarum. *Cap. 17.*

Ad gingiuas corroſas,florum roſarum drachmas viij,gallarum drachmas iiij,myrrhæ drachmas ij,commiſce,& appone. *Aliud.* Lacte aſinæ gingiuas collue. *Aliud.* Foliorum oleæ decocto os collue. *Aliud.* Aceto ſcillitico gingiuas ablue. *Aliud.* Rubiginem ferri, & balauſtia ſicca appone. *Ad Gingiuas tumidas,& carnis incrementum.* Succum portulacæ ore detine,vel aquam ſalitā oliuarum colymbadum,vel oleum ex immaturis oliuis expreſſum calidum, vel lentiſcinū, vel de cotoneis. Sicca verò,quæ proſunt,ſunt,rubigo ferri,aut æris,radix ariſtolochiæ, ſemen plātaginis, atramentum ſutorium aſſatū,& balauſtia. *Ad inflammationem Gingiuarum.* Collue decocto foliorum oleæ,& appone gallam. *Aliud.* Coque in ſapa folia oleæ & gallam. *Ad Gingiuas* H
denigratas & putridas. Confert fricatio ex fæce vini vſta:abſtergit.n.mundat,dealbatq;. *Ad Gingiuas ſanguinolentas.* Confert miſſio ſanguinis è cephalica,& ſcarificatio gingiuarum : cōfert etiā ſuccus hyoſcyami, vel eius decoctum ex ſapa,ſi retineatur in ore. *Aliud.* Extremitates lentiſci & coque in poſca, & collue. Radicem rubi coque in vino,& os collue: vel rhun & gallam coque in vino, & vtere ſimiliter.} *Ad Oris Vlcera, & putredines.* Melanteria contuſa efficax eſt. Ad eadem proficit & oleum omphacinum per ſe & cum melle potui datum. Prodeſt & Glaucuris tuſa,ſi ex melle & aqua pari portione eius ſuccus gargarizandus exhibeatur.

Ad Columellę morbos. *Cap. 18.*

Gallā tritā per ſe admoueto,digito oleo intincto:aut in cōchlearium inijciens,applica. *Aliud.* Spinæ ægyptiæ ſemē tritum atq; aridū appone. *Aliud.* Caricas cū oleæ folijs eſui dato. Succū cyrenaicū cū ſale arefactū apponito,prius gargarizatione ex aqua calida facta. Aut fiſsū alumēvſtū diligēter admotū iuuat. Aut ſtellionem viteis lignis crematū imponito,& bene facit. *Aliud.* Rubi cauliculos ex melle & pice liquida maceratos circūda. *Aliud.* Lapidis agerati florē admiſtū gargarizan-

A garizandū dato. At brassicę succo admistum alumen fissum, & gargarizatum mirifice prodest. *Vstorium columellæ apponendum.* Misy, & calcem viuam æqais portionibus resina terebinthina excipe, & subde, retinendāq; permitte: intra horas tres, aufert. Item proficit ad vuæ affectum picis recrementum, quod ex Cilicia aduehitur, cochleario exceptum, & subditum. Et vuæ acerbæ succus ex melle, aut prædulci vino. Dicitur aūt incolumem seruare columellam, siquis vuæ acinos quotannis ieiunus deuoret: & nunq̃ eius partis affectu vexabitur. Ijsdem præterea gargarismatis in vuulæ vitijs vtendum est, quæ ad tonsillas affectas describentur. Primum atq; inter initia iube aqua calida os fouere: deinde frigida gargarizare, aut posca, aut mali punici dulcis succo ad mellis crassitudinē decocto, & oxymelite eliquato: aut posca, aut dracunculi succo gargarizet, & optime proficient. {*Ad vuulam phlegmonem patientem.* Fiat gargarizatio cum succo mali punici ex mulsa, vel cum aqua decoctionis rosarum, vel cum Diambrō ex aqua calida. Cōfert ēt glycyrrhizæ succus cum melle appositus, & terra sigillata, & fructus spinæ ægyptiacæ. Mitiora autem sunt hæc, gummi arabicum, tragacanthum, sarcocolla appositа. *Aliud.* Fructum spinæ ægyptiæ, & succum appone: vel cauliculos rubi terens illine cum melle.} Ex relatione veteri.

B *Ad inflammationes tonsillarum, & Anginas.* *Cap. 19.*

Id verò bene facit in tonsillarum inflammationibus. Myrteas baccas præparantes melle, & absinthium, & dracunculum inungere consueuerunt: hoc aūt medicamentum illitum, aut cum aliquo gargarizatum mirū in modum prodest. Quòd si aliquæ phlegmonis reliquiæ supersint, tonsillæq; exasperatæ sint, lacte planè calido per se, aut cum supra positorum aliquo vtēdum est: aut furfuribus aqua elixis, aut mulsa, aut furfurum diluto: aut oryzæ aqua calida farinam subigēs bis, aut ter, succo vtere: aut gallinæ hædive iusculo: aut hordeum cortice liberatum vnà cum passulis decoque. aut maluæ decocto per se vtere: aut vnà cum melle maluam elixa, aut cum lupinis, & passo, & vtitor. *Ad tonsillarum humores, & Anginas.* Dulcis radicis succū eliquans vtere. Quòd si crustæ factæ sint, ad has remouēdas, mulsa gargarizandum est, aut lentis decocto per se, aut cū hyssopo, aut iride. Vel etiam oliuarum salsarum aqua gargarizetur. Aut croci parum, & myrrhæ cum modico passi inferuescant. Aut ficis elixis hordei farinam permisce, succūq; exprimens percola, & succo vtere: Aut ficorū decocto sinapis modicū adijciens gargarizandum propina, pituitam nanque detrahit, & phlegmonem discutit. C *Ad abscessus in tonsillis.* Aliquod ex ijs, quę supra comprehensa sunt, proficit. Item aphronitro contrito locum tange: interdum aūt, & florem nitri adiunge, separat. n. crustas, & abscessus attenuat, si per collutionem detur. Et lixiuio percolato marrubij succus dilutus vtiliter exhibetur: Aut ipsum marrubium in mulsa coctum: Aut rutæ de coctum cū marrubio, aut per se, aut in mulsa elixū subsidio est. Itē & succus gargarizatur, & erui decoctū similiter prodest. Aut misy cum galla immatura mistum: Aut mirtum liquido alumini, ac melli paribus portionibus tritam miscens illine: hoc remedium non crustas solum abijcit, verum ēt antiades à Græcis vocatas glandulas mirifice dissipat. Aut porcelli cruore manus imbuens, ter laborantis collum attinge. *Aliud.* Cochleas testa nudatas in ollam inijce, deinde torreas: & in cinerem redigens, puro melle, ac leni excipe atq; perunge: uis eius incredibilis est.

Ad interruptam submissamque uocem. *Cap. 20.*

Bulbos duos crudos ex melle esui dato. Auxiliatur & fici decoctum cum thure, & myrrha gargarizatum. Ad idem facit, & sulfur ignem non expertum in ouis deuoratum cochleariorum duorum aut trium mensura. *Aliud.* Accipe amygdalas amaras xx, seminis lini assi drachmas quatuor, tragacanthæ aqua maceratæ drachmas duas, nucleos pini triginta: melle excipe, & vtere. D *Aliud.* Pulegij drachmas quatuor: seminis lini, piperis, calamenti, ana drachmas duas: petroselini drachmam vnā, mellis libram vnam. *Ad eos qui propè suffocantur.* Humanum stercus in panniculo deligatum, & crematum potui dato: hoc his, qui iam strangulantur opem fert. *Aliud.* Et caprinum stercus cum melle, & liquida pice illitum angina laborantibus summe prodest. Aut rutæ succo, & lacte per clysterem transmisso laborantis fauces collue: multam enim lachrymā detrahit, & malum leuat. *Aliud.* Vrina assidue gargarizata sanitatem restituit: vnà vero, & succum brassicæ gargarizare oportet. *Ad puerorum crustas in faucibus.* Prius inungito: deinde vinum, in quo aristolochia decocta fuerit, gargarizetur: citissimè curabitur.

Ad ossa deuorata, aliaq; omnia ex gutture excutienda. *Cap. 21.*

Aquæ & olei parem modum in os fundens contineto, quo ad rem deuoratam eijciat. Siquis comedens aliquid deuorauerit, & suffocetur; ex eadem re, quam comedebat, particulam vtique auri super imponat, ac super caput: res enim deuorata strangulansq; descendit. *Ad hirudines ex gutture eijciendas.* Marina aqua gargarizetur. *Aliud.* Oleum, aut succus cyrenaicus, ad magnitudinem erui ex vino puro calidus potui detur: Aut succum anagallidis, aut acetū acre cum thymo propina: postea calenti aqua gargarizetur.

Ad destillationes. *Cap. 22.*

Caseus antiquus in cibum sumptus iuuat: ipsas enim resiccat. Oleo veteri nares assidue perunge: Aut sulfure, & myrrha contrita cum vino, & melle, & oleo.

Ad

Ad tuſſes. *Cap. 23.* E

Fici puro uino madefacti,& in cibum ſumpti bene faciunt: *Aliud.* Reſina terebinthina in mel le cocta linctui detur,poſtea uinum merum dulce ſorbēdum exhibeatur. *Aliud pueris magis commodum.* Coagulum purum cocto melle comprehende, & exhibe. *Aliud.* *Canem lycurgum uocatum excoriatum epulandum appone. *Aliud.* Allium ex melle decoctum ſuccurrit tuſſientibus. *Aliud.* Scillam accipito, & eius ſummū excauato:in cauo conijce ouum, locumq; creta obtege:& toſtum edendum exhibe. *Ad tuſſientes aſſidue.* Hyſſopi faſciculum in aqua ad tertias decoquens,ieiuno per triginta dies calidam potui dato : pueris uerò etiam cum caricis. *Aliud.* Pernam contundens,& inſtar farinæ in potione ſpargens, iuuat. Hoc idē, & ſanguinis ex ore eiectio ni ſuccurrit egregie. *Aliud.* Sinapi tuſum tritumq; cochlearij menſura cum uini cyathis duobus deinceps per dies tres,bibendum dato. *Ad nocturnas tuſſes.* Mētham tritam in acetum conijce, & ſorbendum præbe. *Suffitus ad tuſſim.* Styracis,maſtiches,piperis,, petroſelini,ana drachmam unam:ſandarachæ drachmas ſex:baccam lauri unam.impone carbonibus accenſis, & per calamum æger fumum excipiat.

Ad aſthmaticos,id eſt ſuſpirioſos *Cap. 24.*

Vinum,aut mulſam,ubi ſcilla decocta fuerit,propinato. Facit, & pulmo vulpis ſiccatus,& tritus,ex vino nigro potui datus. *Aliud.* Naſturtium album tuſum,& melli miſtum lingēdum exhibeto. *Ad ſpiritus difficultatem.* Ouium pilos,qui circum anum ſunt,accipe,hosq; uſtos,ac tritos in paſſo propinato. *Aliud.* Sulfur ignem non expertum ex uini cyathis quatuor potui dato. F

Ad rectā ceruice ſpirantes. Radiculam ex aqua calida propinato. *Aliud.* Sedum ex melle tritū
* linctui dato:aul bulbum,aut abrotonum, aut halicam ex mulſa,aut hyſſopum in mulſa coctum,
* aut herbam ſtœchada,aut caſtoreum ex dulci uino,aut ſcillæ intranea ex aceto mulſo.

* *Ad ſanguinis ex ore profuſionem.* *Cap. 25.*

Symphyti herbæ radice,quanta poteſt,veſcatur,eodemq; die acetum ne guſtato: *Aliud.* Terram ſamiam dato,interdum cum ſucco herbæ ſanguinalis,interdum per ſe. Dicebat autem Hippio Centaurius, Ad ſanguinis eruptionem magnifice proficit vrticæ ſuccus ex vini cyathis tribus epotus. Iuuat præterea acetum abſorptum præcipue ſcillinum:item & mētæ ſuccus,& tragacanthæ ſub lingua contentus.

Ad eos quibus ex aliqua ui in interiora ſanguis erupit. *Cap. 26.*

Accipe uitis cinerem aceto extinctum, plusq; aceti ſuperfundēs madefacito,& p pāniculum excola:id modica aqua temperatum propina cochleariorū ſex menſura hoc & locum ſanguinē fundentem adſtringit & concretum ſanguinem deuoratum excernit, & cruoris profluuium conpeſcit:nam ſanguinis in interioribus locis exitum coercet. *Ad omne ſanguinis profluuium.* Symphyton herbam ex aceto faciei ſuperdato,ſi ex naribus ſanguis decurrat: ſi ex thorace feratur, oſſis pectoris:ſi ex veſica,aut vtero,aut renibus,coxendicibus imponito. G

Ad ſanguineum ſputum,& tabem uel Phthiſin. *Cap. 27.*

Gummi partē nigram paſſo elixam exhibe ſub lingua continendam,ac deuorandam: ad ſputum enim ſanguinis,& tuſſim *gummi nigra pars vehementer facit. *Ad Phthiſim non perfectam ſanandam.* Pulmo cerui calamo extractus, & arefactus cōteratur: ipſius cochlearia tria ex mellis cyathis tribus exhibeantur: deinde paucis diebus interpoſitis iterum propinetur. *Ad Phthiſicos & purulenta, ſanguineaq; ſputa reijcientes.* Vtimur ſalſamento cum pane eſui dantes,ipſum ita colluentes aqua ter,& quater, donec aqua ſalſa non reddatur: ipſum deinde charta inuoluentes cremamus, damusq; ſine oleo,exiguum mulſi infundentes. Herophilus autem ſalſamentum,cū pane exhibet: poſtea verò aquam potandam iubet,dicens, cum ſal in ſalſamento aluū pturbat, uinum quidē datum ſoluit. Vtimur & ſcilla toſta,cum ſalſamento in ipſa, & uehementer purgantur:item & porro,cum pane. Poſtea cum diligenter purgati eſſe uidebuntur, ſi infirmiores fuerint,ipſos carnibus,& alijs id genus reficimus. Eadē ratione utimur in ijs,quæ ad purgationem attinent,ubi abſceſſus eruperint. Herba quoq; piſcis uocata,cum axungia non ſalita eſui data ſanguinem reiicientes,ac tuſſientes mirifice adiuuat. *Ad ſputum ſanguinis.* Iuuat etiam terra ſigillata,& trochiſci ex electro,& trochiſci ex corallo.& theriaca data in lecto.} H

Ex tralatione ueteri.

* *Ad lateris phlegmonem.* *Cap. 28.*

Ex tralatione ueteri.

Radicis corticem in potum exhibe. Cuminum,in obſonijs utimur,in aquam inijce, & bibendam præbe. *Aliud.* Rutæ cauliculos quinq; contritos quotidie dato: aut herbæ ſtœchadis quantū tribus digitis capi pōt. Itē trifolij ſemen,aut panacis radicem,aut aiugā ſimiliter potui dato.{ *Ad pleuritidem.* Si quidē uſq; ad clauiculā puenerit dolor,mittendus ſanguis eſt:ſi verò ad præcordia deſcēdat,corpus eſt purgādū,& utēdū clyſteribus ualentibus. Si dolor fuerit moderatus,danda eſt aqua mulſa,& ptiſanæ cremor,aut chondri: in proceſſu verò morbi permiſcendū ſorbitioni calamentum uel marrubium:confert ēt ſemen vrticæ cum melle. Ad fortiores autem dolores utendum eſt ſacculis è milio, & furfure: uel fomentis ex aqua calida, aut oleo in aliqua veſica poſito,

A ca pōsito,uel lana ſuccida perfuſa oleo,& vino habente ſal. Poſt ſeptimum verò diem,& emplaſtro dicto rutaceo utemur.Multoties autem bulbi cum axungia ſuffecerunt.Dandū eſt,& eclegma,quod fit ex nucleis pineis,& amygdalis amaris,& ſemine lini,& amylo. *Vnguentum bonum.* Accipe bdellium,coſtum,cauliculos braſſicę combuſtos,& rectactos in cinerem, permiſce cum adipe:hoc enim medicamentum præclare diſcutit.}

Ad extollendas diſtendendasq; mammas pendulas,ac flaccidas. CAP. 29.

Terram pictorum capiens,& cum melle elixās,panniculo illitā imponito à ſummo mane vſque ad veſperā:deinde ſpōgiā ex olla ſuperaddito,quo ad cataplaſma abduxeris:hoc aūt, & erectas,& turgidas mammas facit.Craſſius aūt cataplaſma imponas.Si vis ipſum efficacius reddere, gallæ acerbæ vncia una miſceatur.*Vt mammæ plures annos molles ſint.* Ex cicuta cariſtia cataplaſma facito.*Vt mammæ maiores ne fiant.* Porcellum diſſecans crurore māmas obline, amplius non augeſcēt. *Ad lac ſiccandum.* Cretarium*aceto maceratum illitum,& impoſitum lac arefacit.{*De Mammillis,& primo de abſceſſu mammillarum.* Cimoliā,thus,& oleū roſatum ꝑmiſce,& appone, Ex tralatione ueteri.

Aliud. Principio infunde ſpongiam in poſca tepida,& exprime, & appone,& ſuperliga. *Aliud.*

B Palmulas & micā panis tere,ꝑmiſce cum poſca,& appone tepidū. *Aliud.* Coriandrum,& pſylliū cum cerato appone. *Aliud.* Panem & herbā muralem uiridem cū cerato imponito ꝑ diē. *Aliud.* Panem cū aqua mulſa,uel melle,& uino admoueto:ſi verò non tolerant grauitatem mammillæ, ꝑfunde oleo calido,& lana ſuccida molli, uel decoctione fœnigræci, vel althęę,uel ſeminis lini.

Ad attrahendum lac. Raphanum cum furfuribus in vino coque,cola,& propina. Seſamū ex vino dulci da potui. *Aliud.* Anethū, uel ſemen eius coque cū carnibus uel cū facientibus lactis copiā. *Aliud.* Furfures cū radicibus fœniculi coque in aqua,& da potui. *Aliud.* Nigellæ drachmā i. pone in mulſa,& propina. *Aliud.* Porrū coque in aqua,& da bibēdū eius decoctū. Vel porrum tere,& cola,& da aquam potui. *Aliud.* Succum fœniculi da bibēdū. *Aliud.* Radicē fœniculi, & hordeum aſſum coque in aqua,& ꝑmiſce butyrum, & da bibendum. *Aliud.* Decoctum erratici fœniculi da bibēdū:da ēt eſui ipſum fœniculum. *Aliud.* Cardamomum cū vino da potui. *Aliud.* Semen uiticis da cum uino bibendum. *Aliud.* Succum betæ da bibendum. Oportet autem abſtinere ab acribus,& ſalſis,& acidis, & oleribus crudis. *Ad prohibendum lac.* Foue mammas ex aqua marina,& eis admoue adſtringentia,& ſiccantia. *Vt mammillæ remaneant tenſæ diu.* Cicutam māmæ imponito per dies nouē,ſpongiam poſca madentem ſuperdato. Cyminum teres impone cum aqua,deinde ſpongiā ꝑfuſam poſca ſuperappone, & liga: poſt tres aūt dies aufer cyminum,

C & tege mammillas cum radice lilij,& melle, & dimitte tribus diebus:& hoc fac ter in menſe.}

Ad Fœtidos ſudores,& alarum tetros odores. Cap. 30.

Aſaro alas ſubline à balneo,& ſummo mane quotidie. Aut alumine liquido ꝑunge quotidie: Aut ocymi ſemine ex vino,& melle illinito:hoc odores fœdos alarum diſcutit. Aut puluerem tenuem admoue.

Ad uitio ſtomachi laborantes. Cap. 31.

Cedri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathū,in vnū miſcens ſorbēdū dato:id omnem dolorē fundit⁹ tollit:eſt āt*Serapionis,fidemq; hoīum ſuperat. *Aliud.* Aniſum in panniculo ſucci plenū deligato,& in aquā calidā conijcito,& ſorbere iubeto. *Ad imbecillos,& Nauſeantes.* Mentę cauliculos duos aut tres,mali punici dulcis ſucco atq; aceto inferuefaciēs,ſorptui dato. *Aliud.* Sābuci tenera folia ex munda aqua ſi bibanī,ſupra fidē ꝑficiunt. *Ad morſus uentriculi ſine bilis uomitu.* Tragoriganū in aqua pari mō macerās ſorbēdū exhibeto,lactis faciēs tēperaturā. *Ad ſtomachi imbecillitates.* Sinapi frictū ex aqua tritū,& potū bñ facit. *Epithema ad ſtomachi Hypochondriorumq; vitio laborātes.* *Fecē aridā cerato myrteo,aut roſaceo excipe, & vtere. *Ad ſingultum.* Cū ſemel ſingultū ſenſit,digitū tuū ſiniſtræ manus,quē ſalutatoriū uocāt,ter ore contineto:aut acetū

D ei ſorbēdū dato:aut cuminū,& alicā:aut uomat,& ſingultus ſedabiī: aut ſpm̄ contineat:aut ſternuatione vtaī:aut rutā ex uino bibat:aut micā panis aceto madētē bibito,aut porcelli oſſiculum manu atterito.Singult⁹ quoq; terror incuſs⁹ finit.{ *Ad dolorem ſtomachi.* Caſtoreū da bibendū cū Ex tralatione ueteri.

poſca,& ſi eſt flat⁹ cauſa,coq; oleo cyminū,& ſemē dauci,& petroſelinū,& ūge: & ſi eſt frigus,coque in oleo baccas lauri,& rutā,& nigellā,& ſemē fœniculi. In immoderatis aūt dolorib⁹ fac fomētū cū milio. Cōfert ēt cucurbitula magna ūbilico īpoſita. *Ad Debilitatē ſtomachi.* Cōfert oleū de ſucco cotoneorū. Semē ſinapis vſtulatū tere,& ex aqua ꝑpina. *Aliud.* Maſtiches,ſtyracis,ana partes ij:abſinthij,ęnanthes,ana partes tres, olei melini partes quatuor, uini qđ ſufficit:roſarum partes duas:hæc trita,& miſta aſſume ex purpura aut lana,& appone ſtomacho. Quidam addūt cyphi uocatum. Quidam apponunt ceram,& ceratum faciunt. *Aliud.* Mentæ ramos duos, uel tres,coque in ſucco punici dulcis,& aceto,ac potui dato.

Ad choleram,& uomitum,& uoluulum,& uomitum ſtercoris. Cap. 32.

Vinum olbinum in cholera ex uſu eſt, ſtomacho enim commodat, & ad uentrem bene facit.

Ad uomitum comprimendum. Herbæ ſanguinalis ſucco cibos inficito. *Aliud.* Abſinthium in aqua ad tertias decoctum potui dato, habitum ægroti conſiderans: centaurium prætereā, aut

thymum

thymum,aut nigras myrti baccas similiter exhibeto. *Vt facilis sit uomitus.* Sãpsuci folia esui dato. E
Aliud. Lixiuio percolato oras poculi oblinito. *Ad uoluulum mirum auxilium,& ad stercus uomentes.* Ita facito. Oleum,in quo anethum decoctũ sit,propinato:quoad aũt elixatur,ęgrotum in cali
* dam aquam demitte,& ab olei potu calidas micas esui concedito: seruabitur enim etiam si iam stranguletur. Hoc ego principem in nostra Asia seruaui. *Ad eos,qui crebro uomunt.* Rhun,& cuminum in unum contundens da ex aceti mulsi cyathis sexunciam in potum. *Ad cholera uexatos ualde efficax.* Menta ex uino sumpta, si febris absit, herba quinq; folia arida trita ex vini cyathis septem,aut ex aquæ calentis cyathis duobus pota, statim dolorem leuat. *Aliud.* Cochlea cũ testa contusa potui danda. *Ad supprimendum uomitum.* Foliorum & capreolorum vitis succus cum polenta ieiuno in potum detur ex aqua cochlearij mensura. *Aliud.* Panacis obolum ex uino, & oleo calido propinato.

Ad iecinoris uitia. *Cap.* 33.

* Petroselini seminis cochlearia,menta insperſa,& epota proficit. *Aliud.* Herba *fumaria vocata in succum soluta,& in pastillos redacta aridaque, indolentiam præbet: ter autem ex aqua pota liberat. *Aliud.* Lupi iecur denarij põdere ex passi sextario exhibitum bene facit. *Aliud.* Piperis
* albi grana nouem,& myrrhæ,quod auellanæ magnitudinem æquat, omnia unà contusa sereno F cœlo alternis exhibeto ter,aut quater. *Aliud.* Equi iecur penu*cedrino reponito:deinde chio uino,& aqua dilutum exhibeto: quibus enim iecur vlceratum est, ne amplius exedatur,efficitur. *Aliud.* Maluæ succus ex melle potus iecinorosis medetur. *Aliud.* Hastulæ regiæ radix pota iecinoris dolores leuat. *Aliud* Alba uiola pota confestim iecinorosos dolore liberat. *Epithema Iecinorosis commodum.* Laserpitium contusum ueteri axungia comprehende,& linteolo illitum sup impone. *Aliud.* Fico in mulsa decocto,& trito absinthium cõtusum quàm plurimum admisceto, & utitor. *Aliud.* Brassica cruda superdata iecinorosis celeriter opitulatur.

Ad arquatos. *Cap.* 34.

Radices acanthi,quod Romani tricardumæam uocãt,uirides tres, aut aridas quatuor, in aqua decoquito,donec dimidium relictum sit,& expressis radicibus aquam potui dato. *Ad aurigi-nem ualde efficax medicamentum,& longa experientia comprobatum.* Raphanos uirides cum folijs contunde, & unius duorumve succũ ex uini cyatho uno exhibeto: ante balneum uerò,si ieiunus
* fuerit,propinato,& in calidum solium descendere iubeto, uidebis.n. auriginem aquæ supernatã tem. Quòd si contumacior ægritudo fuerit,succum bibere iubeto. Aut anchusæ radicis aridæ cochlearia duo accipiens ex aquæ cyathis tribus potanda dato. Aut sulfuris ignem non experti cochlearia quatuor ex uino. Aut herbæ sabinæ vnciam ex mulso. Ego sanè,& hoc utor,uehemẽ G ter faciente. Aphronitri uncias duas in vini aminæi cyathis duobus macerans,sub diuoque noctem integram exponens, do ieiuno potandum. idq; facio per tres,aut quatuor continuos dies, & sanitatẽ restituo. *Aliud.* Herbã hypericon,& adiãthon aquę incoctam potandã offeras. *Aliud.* Myricam ex aceto tritam potui da:arquatos curat. Regio morbo affectũ in balneum abducens, & in solitũ descẽdere iubens iunci odorati uncias duas ex uini mulsi cyathis tribus potui exhibe:
* discutiet longã auriginem,liberabit. *Aliud.* Herba rubia utere in quotidiano uictu absque carne suilla:ipsam contundens,& cribrans ad usq; in sextum diẽ cochlearium unum ex uini decem cochleariis:deinde semper subtrahens dato uini cochlearia nouem, deinde octo,deinde septẽ,postea sex, postea quinq;, deinde quatuor,deinde trita: quòd si trigesimo die fuerint aliquę morbi reliquiæ,eandẽ exhibeto, similẽ ordinem seruans. *Aliud.* Chamæmelum ex aqua potum arquatum pellit,& iecinorosis uehemẽter auxiliatur. *Aliud.* Radicula ex melle,& lacte pota medetur. *Aliud.* Aselli,hoc est centipedæ, sub aquariis uasis repertæ,tritæ,ex mulso potæ,regio morbo liberant. *Aliud.* Serpillum aquæ incoctum & potui datum,auriginẽ submouet. *Aliud.* Sulfur ignẽ non expertum mensura unius cochlearij, aut duorũ,ex uino potum arquatum curat. *Aliud.* Ferri ærugo cito liberat. *Aliud.* Capreæ stercus aridum tritum cribratum cochlearij mensura ex ui- H ni odorati cyathis quatuor ieiuno,& loto exhibe:febricitantibus autẽ ex aqua eãdẽ portionem. *Aliud.* Vrsini fellis quantum græcã fabã æquat, exhibeto, deinde aquam superbibito. *Aliud.* Sabinæ cyathus ex mulso potus hoc morbo liberat. *Aliud.* Thus aquæ incoctum propinato. *Aliud.* Terrestrẽ lumbricum tritum potui dato. *Aliud.* Aristolochiam ex aqua exhibeto. *Aliud.* Cichorij succi cyathos quatuor si biberit,sanabitur. *Aliud.* In medium balnei conclaue descendere iubeto,ut sudet:& egressus sanus erit. *Aliud,* Stercoris canini albi, quod genubeos uocãt,cochlearium ex uini optimi cyathis tribus per dies decem propinato. Hoc idem ad colicos dolores, & inflationes pariter proficit. *Medicamentum ad morbum regium, quod in nares fundi debet.* Elatere rij quantum fabæ græcæ amplitudinem æquat muliebri lacte liquatum in nares fundatur. *Aliud.* Nigella aquæ incocta in nares coniecta in balneo auriginem detrahit.

Ad Lienosos. *Cap.* 35.

Rumicis agrestis radix tũdatur,in pila,& tritæ succus exprimetur, & per tres dies singuli cya-

thi

A thi bibantur. *Aliud.* Panacis radix contusa cochleatij mensura ieiuno ex aquæ calidæ cyathis tribus exhibeatur. *Ad lienosos cum præduro tumore.* Capparis radicis corticis vnciam accipe, aceti sextarium semis, aquæ sextarium integrum: decoque ad tertias: propina à cibi perfecta cõcoctione cyathum vnum duosve, & hoc per interualla facito. *Aliud.* Hederæ foliorum aceto incoctorum & contusorum succus expressus robustis purus potui detur: sed delicatioribus, aqua dilutus: anteq̃ bibant autẽ ipsos concitatius ambulare cogito. *Aliud.* Centauri tenuioris, quod iam consenuerit, in pila contusi, cochlearum febre carentibus dato. *Aliud.* Leporinus lien recens ita deuoratus, vt ne dentibus attingatur, lienosos magnifice iuuat: ignoret aũt laborans quid deuorauerit, oculis fascia velatis. Idem facit, & catellorum nondum visum adeptorum lien perinde in ventriculum transmissus. *Aliud.* Venatorij canis catulum aridum tritum modico nardo adiecto ieiuno exhibe. Dicebat aũt Marcellus id quoque ad lienosos vehementer facere, si cardamomi cochlearium vnum aut duo ex aceti scillini cyatho vno duobusve ieiuno dentur: idq; per tres dies continuos facito. *Aliud.* Radices hederæ molles elixæ ex vino bibantur: aut crudæ contusæ ex vino itidem. *Aliud.* Asini stercus aridum aceto dissolue, & per linteolum excolatum potui dato. *Aliud.* Raphani succus ex oxymelite maceratus per tres dies accipiatur, singulis diebus cyathi
B bini: lienem attenuat. *Aliud.* Ferri recrementi cochlearium ex posca potui dato. *Aliud.* Irin lõgam aceto incoque, & acetũ propinato. *Aliud.* Elcorodani * cor potui esuiq; exhibeto. *Aliud.* Muxin ex aqua elixum, si aridus sit, succum propinato: muxin verò dicitur lingua Cappadocica. *Aliud.* Stœchadis triti cochlearium ex vini lẽtiscini cyatho bibatur. *Aliud.* Ammoniacam guttã ex aceto tritam ieiuno exhibe cyathi mensura. *Aliud.* Muris lienem, & piperis grana septem, in fico torreas, & clam epulanda exhibe. *Epithema ad lienosos.* Lapidem asium in vesicam bubulam conijcito, & aceto acri madefactum lieni superimponito: ipsum cõminues. *Aliud.* Glandem qua vnguentarij vtũtur, ex aceto maceratam, & ad cerati crassitudinem redactam imponito. *Aliud.* Vulpis lienis super locum alligatus lienosos morbo liberat. Item hœdi lienis impositus lienem digerit. *Aliud.* Syluestris brassica, si ea cataplasma fiat, lienosis medetur. *Aliud.* Persici arboris folia eodem modo imposita bene faciunt. *Aliud.* Myricæ semen aceto incoctum, tritum atq; superdatum, iuuat. *Aliud.* Ammoniacam guttam aceto maceratã linteolo illitam impone. *Aliud.*
C Crocomagma aceto maceratum, & ad cerati temperaturam redactum, imponito: non amouetur, quoad ex toto sanauerit. *Aliud.* Capparis radix curiose trita, & linteolo illita, ac loco imposita eodem die opem tulit. *Ad lienosos.* Radicis capparis corticem in aquæ libra, & aceti semilibra incoquito vsque ad tertias, & potandam præbe sesquiunciam. *Aliud.* Hæderacea folia aceto inferuefacta contunde, & humorem exprime, ac robustioribus ipsum præbeto: delicatioribus autem aquam admisceto: sed prius ipse ambulato, atque ita bibito. *Aliud.* Capparis radicem tussam, & aceto mulso incoctam ieiuno potandam præbeto. *Aliud.* Accipe cypressi baccas, & valde conteras: & erui farinam quàm tenuissimam in acetum mitte, & vsque ad emplastri temperaturam decoque: lenique per triduum impone: post tertium diem solue, & emplastrum aquæ plenum inuenies. *Aliud.* Ammoniacam guttam in scillino aceto per triduum demersam, ac læuigatam panniculo illine, atque impone, neque amoue, quoad emplastrum decidat. *Aliud.* Folia sycamini mori refrigerata, & arefacta in vmbra, terito: & aridum medicamentum facito scrupulorum quatuor pondere: & cum pauco pipere & cariophyllis, & ex vino mero calido, cum descendit in balneum, potui præbeto.

Potio ad aquam inter cutem ut humor inclusus per lotium eiciatur. *Cap. 36.*

D Aeris vsti quantum fabam ægyptiam æquat, fimi columbini vnciam, vini cyathos tres, exhibe: esto autem vncia potio. *Aliud nobis in multis usu comprobatũ.* Tithymali characiæ vocati radicem pro ægroti viribus esui dato. statim enim largiter aquam ducit. *Aliud.* Granum cnidium tussum, & cribratum melle comprehẽde, ut sordium crassitudo fiat; & cochlearium plenum ex uini mulsi cyathis tribus, & modico aquæ calidæ ad lactis temperaturam, aut ex ouo sorbili, propinato: plurimum enim aquæ deijcit. *Aliud.* Hebuli radicum succi cyathi duo, vini tantundem, in vnũ misti, & exhibiti liberant absque stomachi subuersione. *Aliud.* Graminis decoctum potui datũ vrinam citat. *Aliud.* Solani succi cyathi quatuor, mellis cyathi sedecim, in potum sumpti, benefaciunt. *Aliud.* Hyssopum, & hirci lotium, ex passo potum, vrinam mouet: perinde, si capri ni copiam habueris. *Epithema ad hydropicos.* Hederam * crematam diligẽter in modum cataplasmatis impone. *Aliud.* Raphanos aquæ incoctos, quod teneritate flaccescant, accipe: deinde hordeacea farina adiecta misce, decoque, & cataplasma facito.

Ad vmbilicos procidentes. *Cap. 37.*

{Gallas comburе, vel tere, & permisce cum cortice thuris, & albo oui, & appone.}

Ad tormina, & uentris dolorem. *Cap. 38.* Ex tralatione ueteri.

Aristolochiæ radicẽ in vino potui dato: ad tormina, singultum, capitis dolorem, & partus difficultatem bene facit. Sternutatio ad tormina, & omnia interna vitia proficit. *Aliud.* Lychnitidis

nitidis herbæ radix lota dulci uino incocta, deinde percolata, & pota magnifice prodeſt: ſin mi- E
nus aũt cibis tuis adijce modicum caſiæ,& olyrę non contuſæ. *Ad tormina inteſtinorum, & uentris.* Cumini fricti & contriti cochlearium vnum duóve ex aquæ cyathis tribus potandum eſt. Et aduerſus inflationes acetũ feruefacito ac refrigerato: poſtea apij ſemen tuſum admiſceto, ac iterũ acetũ feruefacito, ex eoq; potionẽ dato. *Aliud.* Irionem herbam ex aqua tritam potandam dato. *Aliud.* Ex lampro, quod ſatis eſt, tritum ex aceto ieiuno exhibe. *Aliud.* Laurum commanducans ieiunus ſuccum deuorato: partem commanducatam vmbilico imponito: illico tormina finientur. *Medicamentum ano immittendum alui purgatorium.* In fel tauri lanæ hapſum intingito, anoque immititto. *Aliud.* Gallicum ſaponem lana inuolutum ſubmittito, aut liquidum alumen potiſſimum. *Ad inteſtinorum tormina.* Lentem teneram contuſam cum rubi radice elixam imponito, ac eſui dato. *Aliud.* Flores mali punicæ domeſticæ acido lacti incoctos contere: & oleum eodem modo infunde, & edendos appone. *Aliud.* Milio contuſo elixo vitulino adipem infunde, & quàm pinguiſſimum calidiſſimumque ſorbendum exhibe: poſtea gelidiſſimam aquã ſorbeto, & cõfeſtim erit incolumis. *Aliud.* Gallæ interiorem partem tritam, ac leuigatam accipito, farinaq; admiſta, & oui albo paſtillos effingito: atq; aſſos frangito, vinoq; ſimplici madefacito, & eſui dato. *Medicamentum ad torminoſos, ventriculoſos, & læuore inteſtinorum laborantes, quod per linctum accipitur.* Laſerpitij ramẽta meli commiſcens linctui dato. *Aliud.* Ouum, mel, vinũ, F
mali punici putamina, pari portione in unum miſcens frigito, & piperis modicum inſpergito, ac potionem dato: vehementer facit. *Aliud.* Oua tria accipiens in aceto conijcito, ac ita per triduum macerari ſinito: deinde ſimilaginis modicum capiens, cum tribus ouis ſubigito: mox aſſans, & meraco uino madefaciens, exhibeto. *Potiones ad torminoſos, & ventriculoſos, & læuorem inteſtinorum.* Vinum aſtringens, cui rhus obſoniorum vſq; ad tertias incoctus ſit, potandum iubeto, quibus ventriculus male ſe habet. *Aliud.* Vinum auſterum, cui galla incocta ſit, illi potui pro
Ex tralatione ueteri. uiribus concedito, quorum ventriculus fluxione vexatur. *Ad tortiones, & dolores ventris.* Da cyminum mandendum, & deuorandum. *Aliud.* Cnidium, & fœnumgræcum tere, & coque: & da decoctum bibendum. *Aliud.* Baccas lauri ſiccas, & excorticatas teres, & da bibenda cochlearia nouem. *Aliud.* Serpyllum terens da cum vino bibendum. *Aliud.* Decoctum ſampſuci da cum vino in potum. *Aliud.* Eringij radicem da cum vino potui, uel decoctum ſpicæ, uel caſtoreum. Ad dolorem autem dyſentericorum, cotonea cum cerato roſeo aut myrteo, æquis portionibus, uentri impone. *Ad colicam.* Spolium ſerpentis in uaſe æneo frigens cum oleo quouſque comburatur, diſſolue ipſum in illo oleo, & vnge ex eo cum tuo digito. } *Aliud.* Glãdulam opio in ſucco lactucæ liquato obline, & ano indito. G

Ad ventris profluuium. *Cap.* 39.

Gallitrichi ex aqua decoctum potui dato. *Aiud.* Stœben*, qua ad teſtacea uaſa uti ſolent, ſpinis aſperam, in pila contundito, & aquæ incoquito: & aquam in dolore uentris abſq; uino propinato cum febrem hñt: cum febre uacant, uinum commiſceto. *Aliud* Nucũ putamen, quod nucleos includit, tritum, ex aqua potui dato cochleariorum trium menſura. *Aliud.* Cornu ceruinũ mollius uſtum, cum gallæ pari portione in potum dato. *Aliud.* Rumicis ſemen contritum, & potioni cibove inſperſum optime facit. *Aliud.* Nucum internum illud, quod inſtar columellæ eſt: & capitum papaueris, quod veluti operculũ eſt: pari portione ex uino exhibeantur. *Aliud.* Quernas glandes contuſas, & diutius cribratas, ut polentã in vinum auſterum ſpargito, potionẽq; concedito. Carabi teſtas frictas, & tritas ex aqua porrigito. *Aliud.* Struthiocameli uentriculus, & gallinarum ſimiliter, cochleariorum duum menſura ex uino potus febri abſente, præſente verò ex aqua. *Aliud.* Thuris grumus fabæ magnitudinis in vini nigri cyatho uno, ſolani ſucci cyathis duobus, eliquatus, in potum detur. *Aliud.* Gummi albi contuſi unciam ex uini nigri cyathi ſex bibito, ad idem ano impoſitum facit. *Aliud.* Cochleama phricanã ſumens, in eam liquidã picem infunde, & calefactæ carnem exime, & in anum bis, aut ter immitte. *Aliud.* Serpentis ſeniũ, hoc H
eſt ſpolium, in uaſe æneo ex oleo frigens quoad in carbonẽ vertatur, contere: & digito in oleum intincto anum perunge. *Aliud.* Herba ſacra inferius foueto, aquam ne attingito. *Aliud.* Beta ex aceto contuſa, & cataplaſmatis more à ſuperioribus ad inferiora vſq; impoſita, torminoſis magnifice prodeſt. *Aliud.* Cornorum oſſa contuſa uentri illinito. *Ad Dolores torminoſorum.* Malum cotoneum aſſum, cum cerati roſei pari portione impoſitum, illico dolorem leuat.

Ad laxioris inteſtini, quod colon vocant, dolores. *Cap.* 40.

Oſtreorum teſtæ crematæ, & tritæ potui dentur: duarum ligularũ modus ſit ex calentis aquæ cyathis tribus. *Aliud.* Thymum cretenſe aquę uſq; ad tertias incoctum ex attico melle propinetur. *Aliud.* Sacram radicem tenuem in aquam mitte, & ad dimidias elixa: decoctum per quinque dies potui detur, & morbo liberat: hoc in multis probatum eſt. *Aliud.* Viridis menta elixa per triduum exhibeatur, & nunquam dolebit, *Aliud.* Lauri ſummitates teneræ lignęæ eſę per triduum, liberant: ollula verò, ubi menta incocta ſit, caue ne per triduum illud terram attingat. *Ad interſeptum.* Fraxini ligni ramentorum cyathus triduum potui datus ſani-

tatem

A tatem reſtituit. *Aliud ad multa faciens.* Cucurbitulam ſylueſtrem alexandrinam excauatam non ferro,& expurgᵃtam, in vini Coi ſextarium mitte, & feruefacito: vinum poſtea ad temperatum calorē reuerſum bibito,& deambulato: & dolore ſolutus eris. Detrahit multa excrementa hæc potio: ſalem autem,ne nauſeet,ore contineto. Benefacit,& ad coxendicis dolores. *Medicamentum ad coli dolores ano immittendum.* Opium Hiſpanum lactuca excipe, & in peſſum redactum ſe di immitte. *Aliud.* Allij nucleolum lixiuio calefactum ex inferiore parte indito,& arido ſtercore detracto ſaneſcit.. *Aliud.* Si coli dolore tentatus dormientem canem expergefecerit: & in locum vbi canis dormiebat, meient: ſtatim dolore leuabitur,& canis moritur. *Remedium colicis,& inflatis externis imponendū.* Cerato liguſtrino laſerpitiū cōprehende,& impone. Ego verò,& modicum caſtorei admiſceo,& efficacius redditur. *Ad tormina.* Græcum cuminum manducato,ac deuorato. *Aliud.* Cnici contuſi,& fœnigræci elixi ſuccum potui offer. *Aliud.* Pectinē in aqua calida madefactum,& ablutum propina. *Aliud.* Baccarum lauri aridarum corticis cochlearia nouem in potum dato. *Ad omnes inteſtinos dolores.* Ex inteſtinis dolenti ſiquis pedes lauerit, & ex aqua ea potui dederit,dolor confeſtim euaneſcit.

B *Ad inteſtinorum Sciſſuram.* *Cap. 41.*

Aegyptiæ ſpinæ radicem, & carnes hœdi capręve cum pilis, & iorco,capiens, terito, & ſimilagini commiſtas cæpas vino temperatas,potionem facito. Eadem radix,& phlegmone pulmonum laborantibus in potu auxiliatur. Eadem ſuſpenſa tertiana febri,& quotidiana liberat, & ex oleo pota vulneribus medetur. *

{Ad renum,& coxendicum dolores. *Cap. 42.*

Accipe farinam iridis,& acetum potens: permiſce eis reſinam pini, & lupinos, & pyrethrum, & terebinthinam,& ſulfur,nitrum,& baccas lauri: miſcens omnia cum melle appone.} *Ad coxendicis dolores purgatorium.* Tithymali ſucci guttas quinque in ficum inſtillato,& eſui dato: purgat. Ex tralatione ueteri.

Medicamenta,quæ exterius impoſita aluum ducunt. *Cap. 43.*

Granum cnidium cortice liberatum cerato comprehende, & uentri puerorum ſuper vmbilicum imponito. *Aliud.* Felle tauri vmbilicū perungito. *Aliud.* Suillus talus vſtus tritusq; ex aqua potui detur. *Aliud.* Herbam anthemin,hoc eſt chamæmelū ex oleo terito,& inungito: ſtatim dolor finietur. *Aliud.* Reticulum, cuiuſmodi volueris,de mulieris capite detractum capiti laboran-
C tis imponito ſanitatem ei reſtitues: melius fuerit autem, ſi prius calefactum reticulum impoſueris. *Aliud.* Coriandrum uſtum, oleo maceratum,vmbilico ſuperimponito,& lana contegito. ∴

Ad vrinæ difficultatem,& calculos. *Cap. 44.* *

Scorpij vſti edantur,illis autem, qui forſicā abhorrerent, cum adipe miſti,toſtique,clā & citra ſuſpicionem exhibeantur: mirifice proſunt. Calculus ēt vrina redditus oliuæ nucleo ſimilis contritus,& igne candens,ſi bibatur,eos qui in veſica ſunt, calculos exterit. Felis iecur vſtum tritumque ita,ut bibi poſſit, calculoſis remedio eſt. Iaſpis quoque lapillus potui datus veſicæ calculos diſſipat. *Aliud.* Vmbilici verris radix elixa,& trita vnciæ pondere in diem ex diluto uino bibatur: ad renum calculos uehementer proficit. *Aliud.* Succi vuæ immaturæ, & rufæ hederæ corymborum,par modᵒ ex albo vino teratur: ſucco illinito mictus difficultate male habitos. *Medicamen exterius calculoſis imponendum.* Vrina reddita butyro veteri remollitū panē oblinito, & cubitum eunti lana apponatur per triduum. *Epithema vrinam proritans: prodeſt,& calculoſis renibus.* Calaminthā cum aceto,& pipere cerato colligito,& umbilico ſuperdato. *Aliud.* In ſampſuci decocto deſideat. *Aliud.* Herbā perdicion, ideſt parietariam, oleo incoctam ſuper locū veſicæ imponito: illico urina decurret. *Ad calculoſos.* Montana triſſago mulſæ incocta potanda offeratur: hoc reme
D dio Samius Priſcus utebatur: *Aliud.* Albæ hederæ corymbi ex vino poti lapillos confringunt. †*Hoc in græco codice in fine ſunt ſcripta.* *Aliud.* Salicis folia tuſa ex uino auſtero tātiſper accipiātur,dum ſanitas reſtituatur. †*Ad eos qui nolentes urinam reddunt.* Galli guttur vſtum ligulæ menſura ieiuno ex aqua propinato. *Aliud.* Leucanthemi flores ſeptem tritos ex aqua potui dato. *Aliud.* Leporis teſticulum aridum minutatim conciſum ex uino odorato potandum præbe. *Aliud.* Cimices tres contuſos ex uino auſtero propinato per nouem dies. *Aliud.* Calamintham,& myrrham ex aqua ante cœnam potui dato. Ex tralatione ueteri. *Aliud.* Anſerinas linguas per triduum,quoque die unam,edendas apponito. *Aliud.* Rutæ ſylueſtris ſemen per triduum eſui dato. *Aliud.* Ipſius penis cimolia ex muralis herbæ ſucco oblinatur. *Ad difficultatem mingendi.* Rhum, & corymbos hederæ rubræ tere ex uino albo: & unge partes,quæ ſunt ſub vmbilico patientium dyſuriam. *Ad ſiſtendum exuberantiam vrinæ exeuntis.* Accipe pelliculas,quæ ſunt in ventre gallinarum, & ſicca in Sole: & ſume ex eis drachmam. Et thure maſculo,& glande ſicca,& floribus punici ſylueſtris, et galla,ana drachmas iij: tere,et da ex eis ieiuno cum melle roſaceo,ex aqua frigida.

Ad fœminarum vitia,& primo ad conceptum. *Cap. 45.*

Caricas ieiuna,cum oleæ folijs edito. *Aliud.* Ruminantis pecudis ſpumam digito ſumens

ex vino

ex uino in potum exhibe. *Aliud.* Nasturtium tritum ex aceto per quatriduum edito, postquam E
corpus mundatum fuerit. *Aliud.* Vulpinum stercus in pesso apponatur, & loci muliebres subli-
* nãtur, atque ita uenere utatur. *Aliud.* Artemisiam tritam apponito: inunge autem muliebre pu
dendum gummi, cum à purgatione menstrua tertius fuerit dies, & cõcipiet. *Vt mulier marem ge-*
neret. Alba fascia puerili dextrũ pedẽ ligato, & coeat. *Vt fœminam.* Nigra fascia sinistrum pedem.
Ex tralatione ueteri. *Vt mas concipiatur.* Anserino adipe, & resina terebinthi loci perungantur per biduum: tertio die,
cum uiro coniungatur, & marem concipiet. Vt Mas gignatur, uir sinistro teste ligato uenere uta-
tur: ut fœmina, dextro. *Ad conceptionem.* Verum leporis sicca, & tere, & da potui quando fuerit
à menstruis purgata. *Ad difficultatem partus.* Aiugam, & bitumen, pone super carbones, & suffu
miga: uel ipsa appone. *Ad extrahendum fœtum mortuum.* Fellis tauri magnitudinem amygdalæ
dissoluens in uino aquato, da cochlearia ij potui, & emittet confestim. *Aliud.* Licium crudum tri-
to caule iunge cum cedira, & calefacias, & da bibendum ieiuno. *Aliud.* Artemisiam coque in mul
sa, & propina. *Aliud.* Super lapidem, quem mordet canis, quando proijcitur in eum, positũ in So-
le, transeat mulier, quæ patitur difficultatem partus. *Ad educenda menstrua.* Marrubium, nepitã,
rutam, corticem celsi, ana drachmas iii, coque in vino aut aqua, & da bibenda. *Aliud.* De aqua,
qua dissoluitur fermentum vetus, quando fit panis, potui dato, *Ad dolores uteri.* Pæoniæ radicem F
propina, uel radicem iridis, uel seminis pæoniæ granula xv, vel pulicariæ, aut urticæ succum ap
pone, uel folia apiastri cocta in vino. *Aliud.* Accipe rutam viridem, & tere: & butyro, & adipe
porci fac unguentum. *Vt mulier violata appareat virgo.* Accipe gallarum immaturarum, ligustri,
xylocasiæ, rosarum siccarum, piperis albi, grani gnidij, ana hexagiũ vnum: tere, & prius lotæ vul
uæ apponat ista. Confert autem, & semen rumicis acidi tritum, & appositum.}

Notæ maris, & fœminæ in utero. *Cap.* 46.

Apium inscia muliere super caput imponito, quodque primum uoce protulerit, aut marem,
aut fœminam, illud pariet: incorruptæ ueritatis hoc signum est. *Aliud.* Grauidæ mulieris urinam
accipiens duas foueolas facito: in unam hordeum, in alteram triticum conijcito: deinde vrina cõ
spergito, atque ita demũ terram superiacito: si prius triticum expullulauerit, mas parietur: sin ve
rò hordeum, fœmina.

Vt fœtus retineatur. *Cap.* 47.

Lapis Aetites appendatur. Fœtum quoque, & lapis ille retinet, qui in piraſtro adnatus inhæ
rescit: iste similiter pensilis gestetur. Et maluæ agrestis radix, quam epibolcon nominant, appen
sa. Sardonius etiam lapis retinet fœtus usque in finem: uentri autem eum deligare oportet. Est
herba quoque sideritis, cuius appensu fœtus custodiuntur. G

Vt partus acceleretur. *Cap.* 48.

Bulbi amari triti ex uino dulci potui dentur, illico pariet. *Aliud.* Dictamnũ ex uino, aut aqua,
propinatum idem facit. *Aliud.* Suillum lac ex melle bibitum. *Aliud.* Galbanũ ex aqua tritum po
tumque, confestim educit fœtum. *Suffitus ad Aegre parientes.* Aiuga super carbones posita: aut bi
tuminis, quo fabri ferrarij vtuntur, duplum carbonibus iniectum, mirifice prodest. *Aliud.* Pulegij
fasciculum in aquam calidam mittito, in eaque mulierem desidere iubeto: ipsique in aurem dican
tor, Chu, ca, mi dus. *Aliud.* Oleum manibus continens eius ilia perfricato, atque ita dicito: Secun
dæ sistite corpus, quoniam præcipit uobis magna Dei genitrix.

Ad lac creandum. *Cap.* 49.

Radices cum tritico uino incoctas, percola, & uinum potui offeras. *Aliud.* Aquam, cui furfu-
res, cum fæniculi radicibus incoctæ sint, propinato. *Aliud.* Mulsæ nigellam permistam habentis
vncia bibatur. *Aliud.* Mulsa hederæ folia contusa habens potui detur.

Ad lac resiccandum. *Cap.* 50.

Aqua maris foueto, & astringere siccareq; valentia superimponito. *Aliud.* Muriam calidam
spongijs exprimens, & thuris puluisculum inspergens, deligato, & chartas eodem modo: *Quòd si* H
mammæ duræ inflammatæq; fuerint. Lini semine aceto mulso incocto illine: aut fæno græco si-
militer elixo: aut sesamo non loto refrigerato, trito, & melli admisto: aut ex ficis cataplasma faci
to. *Aliud.* Cuminum tritum mulso temperatum ad cerati crassitudinem linteo illitum impone.
Potio fœtum mortuum, aut non ritu naturali exeuntem, ejiciens. Fellis tauri quanta est nux amygda
la, uini ueteris diluti ligulis duabus temperatum, potãdum offeras: statim fœtum excludit. *Aliud.*
Ouum crudum cedri lachryma illinito, calefacito, & ieiunæ sorbendum dato. *Aliud.* Mulsam ar-
temisiam incoctam habentem propinato. *Aliud.* Lapis phrænicites vocatus illitu fœtum detra-
hit. Item lapis demorsus a cane fœtum adhuc perfectum euocat, si prægnans mulier super ipsum
transeat: nam quod in uentre est, ualde cito expellit.

Vt cognoscatur mulier an abortum fecerit, & ad abortiendum, & fœtum mor-
tuum, ad menses ducendos. *Cap.* 51.

Mammæ gracilescentes abortum significant. *Cataplasma ad abortum impellens.* Viciæ mun-
dæ cyathi

A dæ cyathi duo in ollula ex aceto decoquantur: cum ad dimidium cõsumptũ fuerit, aloes uncia ad ijciatur, ut malagmatis instar reddat: deinde illinito ab umbilico ad pectinẽ usq; & adalligato.

Cataplasma ad necandum fœtum citra noxam, ullamq; suspicionis notam. Cupressi foliorũ partẽ aqua elixam curiose terito ad malagmatis tẽperaturã: atq; umbilico & abdomini ĩponito, fasciaque deligato: deinde supinã iacere iubeto, aut in sella sedere, qua in partu mulieres uti solent: & sopita sine dolore fœtũ emittet. *Medicamẽ dis criminis expers, ut trimestris, aut quadrimestris fœtus eijciatur.* Opopanacis obolũ accipe, & collyriũ fac, & locis muliebrib⁹ submitte: tutũ est, atq; multis expertũ. *Aliud.* Radiculã tritã melle exceptũ pessis illine paruis, & eos mulieris genitalibus impone, educit hoc secũdas & mẽstrua purgamẽta. *Aliud.* Artemisiæ folia teras ex roseo, & sordium crassitudinẽ faciẽs appone: menses citat. *Aliud.* Caricas duas & semissem, nitri obolum accipe: pessum facito, & submitte. *Aliud.* Artemisiam tritam impone. *Aliud.* Rutæ agrestis semen immitte. *Aliud.* Galactites lapis suffitus non purgatis mulieribus menses ducit. *Ad mulierem, quæ a partu non purgetur.* Ari semen tritum ex uino albo ieiuna bibito. *Ad pallorem mulieris a partu.* Panacis radices contusæ ex dulci uino à ieiuna potæ pallorem discutiũt. *Aliud.* Flores mali punicæ domesticæ odorato oleo incocti potui dentur. ℞ Accipe fœcẽ uini antiqui, & radicem lilij, & allia, & lenias: & unge faciem uespere, & mane laua: & hoc, usque facies rubefiat.

B *Ad uentris, mammarum, femorum, coxendicumq; scissuras.* *Cap.* 52.

∴ Marinã cochleã oblongã cremato & cõterito: deinde oui albo, aut asinino lacte adiecto illinito. *Aliud.* Lapidẽ, qui diaphanes hoc est perspicuus uocat, cõtere: cõtritumq; in ingressu balnei, anteq; inũgatur, illinito: & uicesimo die scissuræ euanescẽt. *Ad sudores uentris, præcordiorum, femorumq; a partu.* Cimoliæ & pulueris thuris (mannam uocãt) par modus oui albo exceptus cũ ligustrino cerato illinatur. *Ad inflationes in coxendicibus.* Panis medullã & melanteriã una subigito, & imponito: benefacit. *Ad prominentes umbilicos.* Gallas ustas, tritasq; ex aqua superdato.

Vt umbilicus à partu magnus ac elegans fiat. Operculũ urcei chartaceũ sumẽs panniculo inuolue. deinde thuris pulueris cũ oui albo cõphẽdẽs illine, & in umbilicũ mitte, tenaciterq; alligato;

Ad uteri strangulatus. *Cap.* 53.

Testudinis terrestris iecur tritũ in pesso naturalibus imponito: perpetuo respondet, cuiquam ne communices. *Potio ad uteri dolorem.* Leporis cor aridum, & in ramenta concisum, potui detur:

* *Ad tormina uteri a partu, corruptiones, & strangulatus.* Leptosphæros accipito ad oboli semissẽ, (oresinema uocant) tribus digitis, & ex dulci bibito. *Ad uteri dolores.* Mali punicæ dulcis radicem

C ex uino propinato. *Ad uteri duritias.* Cuminum tritum & rutæ folia pice liquida excepta & butyro, in pesso ex lana facto impone. *Alia. Potio ad mulieres ex utero laborantes.* Castoreum cum anisо propina. *Alia.* Cuminum tritum, & nigellæ semissem, ex aceto mulso propina.

Potio ad muliebre profluuium. *Cap.* 54.

Peucedani radicis, & cupressi baccarum, pares portiones, ex uino albo potentur. *Alia.* Vuæ nigræ acinorum arida semina ex uino nigro austero potui dentur. *Alia.* Hædi coagulum acerrimo aceto maceratum ieiuno propinato. *Alia.* Corallium ex nigro uino dato, & confestim supprime

∴ tur profluuium. *Alia.* Ferulæ cinerem, & papaueris pulueream ex aqua pauxillum exhibeto: quòd si largius effluat, spongiæ combustæ drachmas iij. exhibeto. *Alia.* Cornu ceruinũ ustũ potui dato.

Medicamenta naturalibus imponenda. Malũ punicũ in lana more cataplasmatis appone. Aut mali punici coria elixa in lana q; trita in pesso apponenda sunt. *Aliud.* Gallæ interiora, & thuris tantundem, in pesso accipiens ex aqua appone. *Aliud.* Pulegium tritum lana munda comprehẽdens naturalibus impone. Opitulatur etiam spongia feruenti aceto madida⁹, & mediocriter ex

∴ D pressa: femorum præterea coitio, extremorum deligatio, atq; in caput decubitus.

Vt ne mulierum naturalia in concubitu humescant. *Cap.* 55.

Gallæ immaturę grana quatuor: cinerulę, qua ĩ oculorũ uitijs uti cõsueuerũt, myrrha duo: terito, ĩ unũ misceto, & ĩ uitreo uase reponito. Ex hoc myrrhũ sumẽs ueteri uino dilutũ eo primis die b⁹ nupta naturalia sublinat, ac p totã uitã locorũ illorũ humiditatẽ nõ p̃cipiet. *Aliud.* Gallas per octo dies in aqua macerato. deinde lanam mollem sulfure suffumigatam, aqua illa madefacito & non expressam siccescere finito: ex lana pessum faciens naturalibus immittito: in congressu ueneo uirgo putabit: deinde lanã tollito, exiccatoque: atque iterũ, si lubet, utitor. *Aliud.* Acidi rumicis semen tritum submittẽdũ exhibeto, & nõ differẽt a uirgine. *Aliud.* Gallas cõtusas in aquã demitte, ex qua subluantur mulierũ naturalia, angustiora. n. reddentur. *Aliud.* Panniculos tenues in aquã alumen liquatũ hãtem demergito, & exiccato: deinde quadrati iũci, casiæ, gallarũ, singul. parẽ modũ ex uino ueteri cõterito, donec mellis crassitudo fiat: ĩ hoc panniculos madefaciens resiccato, utq; ĩponãt, cõcedito: atq; ita p̃ duas horas retineãt, uel prout requirit necessitas: & cũ venere uti uolẽt, eximant. *Aliud.* Melle & nitro usq; ad pubẽ naturalia oblinito, atq; ita concubito.

Vt ne cui penis arrigi possit. *Cap.* 56.

∴ Buccinũ ustũ lotio bouis castrati extingnito: hoc in cibis, aut potionibus, utitor: qd̃ remanet,

* in uase reponito. *Aliud.* Paruulũ lignum appẽdito, & desinit: *Aliud.* Acutus iuncus impositus, ut in figurã cyrici redactus illius, q̃ cito semen excernit, sub stragulis uestibus positus impetũ in ue-

nerem cohibet. *Aliud.* Coriandrũ aut pulegiũ, si frequentius edatur, penẽ flaccidũ reddit. *Aliud.* E
Fel torpedinis siquis potui det, genitale membrum minime rigebit. *Aliud.* Lucernæ sponte extin
ctæ scintillam adhuc uiuam si in poculum conieceris, & potui dederis, per totã noctẽ penis arri-
Ex tralatione ueteri. gi non poterit. {*Ad arrectionem pudendi.* Pudendum intendunt & mouent ad coitum ista, nucũ pinearũ, piperis, petroselini, scobis pundendi cerui ini aridi, terebinthinæ, singulorum partes equa
les excipe melle: & ex uino bibendas præbe. *Aliud.* Cicerũ crudorum, nucũ pinearũ, singulorum,
partes duas: seminũ erucæ, piperis albi, singulorũ partẽ unã: mellis qđ sufficit: da cũ uino. *Aliud.*
Vnge pudẽdum melle anteq̃ coeas. *Aliud.* Semen erucæ bibendum exhibeto cum melle. *Aliud.*
Succi erucæ cyathos ij cũ pipere albo, qđ sufficit, da tribus diebus alternis diebus. Vel succi eru-
cæ & piperis albi da cochlear vnum ieiuno. Confert ẽt testa marini ernacei bibita: & lac bubulũ
bibitum: *Aliud.* Sanguinalis herbæ semen, & carnẽ pisciũ fluuiatilũ siccã terens, bibendam præbe:
tentiginẽ n. facit. Similiter semen portulacæ coctũ cũ lacte bubulo mire prodest. Itẽ oua perdi-
cis, si comedantur. *Aliud.* Semen porri cũ uino mero bibendũ exhibe. *Aliud.* Succus sanguina-
lis herbæ bibitus facit promptiores ad coitum. *Aliud.* Aquã, in qua extinguitur ferrũ, bibe cũ vi-
no. *Aliud.* Testiculi vulpis sicci bibe cochlear unum. *Aliud.* Succũ expressum, è radice hastulæ
regiæ da bibendum. *Aliud.* Quando taurus, postq̃ coiuerit, minxerit, terram commisce: & luto, F
qđ fit, ex urina, vnge pudendum. *Aliud.* Stercore bouis recenti vnge pudendum. *Aliud.* Granũ
gnidium tere, & permisce cum oleo rosaceo, & unge. *Aliud.* Succo uerbenacæ unge pudendum.

Ad somnum conciliandum. *Cap.* 57.

Lauri folia inscripta capiti clanculum subijcito, nominans Concophon bracheron.

Ad eos, qui coire nequeunt. *Cap.* 58.

Scammoniam ex aqua illinito.

Ad morsum venenosorum animalium. *Cap.* 59.

Ex tralatione ueteri. {Ad morsum uenenosorũ animaliũ fraxini folia tere, & succi da cochlearia tria non febricitan-
tibus cum tribus cyathis uini. *Aliud.* Corticem arboris glandis, vel erucam, quæ in oleribus nasci
tur, uel augam, uel allium, unũ ex his terens da cum vino non aquato ieiuno bibendum. *Aliud.*
Sanguis anatis aduersatur oĩbus uenenosis & mortiferis. Hoc idem etiam faciũt carnes gallinæ
nuper occisæ, si morsibus imponantur: bsistunt. n. mnibus uenenosis, & curant, præter aspidis
morsum. *Aliud.* Rutam da cum uino bibendam. *Aliud.* Cerebrum gallinæ bibitum iuuat. *Inun-
ctio ad morsus viperæ.* Ex chalbano cum cyprino unge. *Aliud.* Serpyllum cum aceto similiter illi-
ne. *Suffumigia fugantia uenenosa animalia.* Pyrethrum & sulfur incende, & fugient. *Aliud.* Cornu G
cerni & eius pinguedo idem facit. Pellis etiam & pedes dextri si infigantur ianuæ, prohibent in-
gressum cuiuslibet uenenosi. *Aliud.* Pulmo asini si fumigetur, omne uenenosum fugat. *Vt vipera
non mordeat.* Dracunculum tere & obline manum, & non mordeberis. Semen verò ipsius herbæ
tritum cum aqua, & positum in aquis peregrinantium, fugat eas. *Aliud.* Ex succo solani manus il
line. *Epithema in morsis à vipera.* Viperæ caput abscindẽs applica partem cruentam loco demor-
so, liga, & dimitte sic. *Fomentum ad morsum uiperæ & muris aranei.* Trifolium bituminosum co-
que: & decocto calido locum demorsum foue. Nullus autem fomẽto illo utatur, qui non patitur:
transit enim affectus in eum, ut putet se à vipera vel araneo mure demorsum.}

LIBER TERTIVS DE MEDICAMENTIS QVAE AD MANVM SVNT GALENO ASCRIPTVS

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

H

CENSVRA.

Liber ordine ac iudicio vacans.

De Gurgulionis, quæ & vua dicitur, vitijs curandis.

GVrgulionem male habitum ita sanè curare poteris. Initio phlegmones, victus te-
nuis & boni succi esto. Sorbitiones, & gargarizationes ex mulso fiant, aut mul-
sa, aut sapa tepida, aut ex aceto mulso, quod gargarizetur solum & effundatur,
& ne deuoretur. Manducetur autem pyrethrum, aut piper, aut vua taminia, quã
& staphida agrian uocant: hæc trita cum nitro & sale, palato columellæque affri
cta, phlegmonem dissipat: exterius autem hæc eadem imposita, & alia similiter
calefacientia & phlegmonem mitigantia, & dolorem leuantia: epithemata verò & cataplasmata
idonea sunt.

Ad pendentem columellam.

Hyssopi radicem & caricarum succum vnà misceto, & gargarizato. Perinde & ad tonsillas ac
columellam unà feruefaciens palmulas & lentem gargarizato.

Vt

A *Vt ſine ſiti quis conſeruetur.* Cap. 2.

Dulcis radicis ſuccus potui det. Aut portulacæ ſucci cyathũ deuorato. *Aliud.* Aneſorũ pondo vncia, dulcis radicis ſucci põdo vnciæ duæ, tragacanthæ madefactæ põdo tãtundẽ: cõficito paſtillos, & in umbra ſiccato: ex his unũ ſub lingua cõtineto, & ſuccũ deſcẽdere ꝓmittito, & non ſities.

Ad grauem auditum, & ſurditatem. 3

Caprinum fel recens cum pari portione mellis ad carbones decocti miſtum tepidũ in aurem inſtillato. *Aliud.* Leporis fel recens cum pari mellis portione miſtum, & in cæpe corio tepefactũ in aurem mitte: hoc.n. remedium ei, qui uel nihil audiat, auditum reſtituit. *Aliud.* ›uis manſueti fel pari mellis ad carbones cocti portioni admiſtum tepidum infunde. Aut ſcyllæ ſuccum & roſaceum miſcens utere. *Aliud.* Erui ſuccum inſtillato, & ſtupam roſaceo imbutam ſuperimponito.

Ad cœliacos, hoc eſt uentriculoſos. 4.

Myrteas baccas virides, roſas aridas, malicoria, flores mali punicæ ſylueſtris, gallas quinq;, muſſo uino ſubigẽs, ĩ vẽtriculũ mitte. Aut fabæ cortices uino ĩferuefactas ꝓ clyſterẽ injice. aut lentis decoctæ, aut oryzæ nõ purgatæ, aut ſideritidis herbæ ſuccũ tepidũ ꝓinde ꝓ clyſterẽ immitte. Itẽ & acaciæ ſuccũ ꝓ inferiores partes ĩ vẽtrẽ da: aut cerusã, & argenti ſcoriã, ex melle & uino tritã.

B *Ad uentris tormina.* 5.

Cuminũ ex melle eſui dato, & profectum miraberis. Aut calami radicẽ ex uino calicis vnius menſura propinato. *Ad ſupprimendum alui profluuium.*

Aquam origanum incoctum habentem propinato. *Aliud.* Sepiæ teſtam & capillamenta cremata ex uino ueteri potui offerto. Aut rubi fructus cũ folijs ad tertias decoctũ propinato. *Aliud.* Cuminum græcum, & gallam non tritam cremato, & ex uino ueteri potui dato, cum ad tertias redactum fuerit: id facito per triduum.

Ad eminentia internas, ſciſſuras, ficoſq; in ſede. 6.

Auripigmenti fiſſi pondo vncias tres, quernæ caricæ pondo vncias quatuor: ex omnibus in vnum tritis aridum medicamentum componito. Ita verò utitor, locum prius urina pueri uenerẽ non experti ſubluito, deinde inſpergito.

Ad eminentias, quę intus foriſq; in toto ſunt.

Laſerpitij radicem tuſam tritamq; ſuperdato.

Aridum medicamentum ad exeſas gingiuas, dentesq; labantes. 7.

Maſtiches pondo unciã, thuris pondo uncias duas: myrrhæ, roſarũ aridarũ, utriuſq; põdo uncias tres: ſarcocollæ, gallarum, vtriuſq; põdo uncias quatuor: oĩa in unũ contere, & gingiuas conſperge: quas priꝰ ſedi, aut myrti, aut lẽtiſci, aut uiticis, aut oleę foliorum, decocto tepido collueris.

C *Ad dentium dolorem.* 8

Aceto, cui hyſſopum aut origanum incocta ſint, foueto. aut pyretrũ, piper, & zemma, & maſtichen, paribus portionibus commanducanda exhibeto. *Aliud.* Vuæ taminiæ acinos quatuor, maſtiches micas vel grana octo manducari iubeto.

Ad dentes ob ictum decidentes.

* Oleo vuulas paſſas incoctas habente locum fouc: deinde aceto, dolore uidelicet exacerbato: triduo interpoſito iterum repete, atq; ita dentes renaſcentur.

Ad corroſas gingiuas. 9.

Ariſtolochia ex melle cõtrita gingiuas conſpergito. Aut ceruinum cornu exuſtũ, donec albeſcat, & ceruſam, & argenti ſpumam, & nardum, & pumicem cerato comprehende & illine. Aut teſtudinis crematam teſtam ex oleo tritam in gingiuam inſtillato. *Aliud.* Erucæ ſemen cum ſucco, & capræ fel cum melle, aut nigellam itidem cum melle, illinito.

Ad oculorum dolorem. 10,

D Caprina medulla oblinito, & ſanabis: Aut caprinum, ouillumve adipem calida aqua madentem imponito. Aut lini ſeminis ſucco, aut muliebri lacte madefacito.

Ad Albugines oculorum, Græci leucomata uocant, & cicatrices veteres pauciſſimis Diebus curandas, remedium, quodetiam uſum mirifice exacuit.

Aeruginis raſæ uncias quatuor accipe, ammoniacæ guttæ tantũdẽ, ceruſæ uncias duas, gummi unciam unam: liquidum autẽ medicamen, eſto cucumeris agreſtis radicis ſuccus. *Aliud.* Lauri baccarum mundatarum & tritarum, gummi, quantũ ſatis ſit, permiſce, & fiant collyria. Quando uti uoles, terito, ex pueri uenerem non experti urina illinito: probatum eſt.

Ad Ægilopas, hoc eſt ſiſtulas oculorum.

Fimi columbini aridi drach. iiij. accipe, & cum maſculo thure tritas inſpergito. expertum eſt.

Ad Albugines comprobatum, multos enim iuuit.

Perdicis maſculi felle ex melle illinito. *Aliud.* Ladani uncias duas terito: ex uino optimo, et oleo quantum ſatis erit, illinito. *Ad ſuffuſionem admirabile, quod illico uiſum reſtituit.*

Muris ſanguinem: et galli fel, et muliebre lac, æquis ponderibus miſce: et bene ſubactis utere, probatum eſt enim, et magnifice profuit.

Aliud ad inueteraſcentes ſuffuſiones, hebetem uiſum, & ad omnia, quæ oculis tenebras offundunt.

Baccas lauri cortice liberatas numero decẽ,gũmi drac.ij.ex aqua pluuiatili collyria facito, & illine,suffusos quidem ex vrina pueri venerem non experti:cæcutiẽtes aũt ex aqua pluuiatili. E

Ad oculorum dolore, & vigilias.

Mulsam instillato:& ouum prius coctum,putamine mundatum in duas portiones secato, & super oculum deligato:& somno occupabitur. ∴

Ad carbunculos oculorum totiusq; corporis.

Herbam muralem cum panis micis posca prius madefactis tritam adhibeto. ∴

Ad acuendum visum.

Fœniculi caule trito ex melle in nouo alueari facto,& super carbones cocto illinito. ∴

Acacia ex vino vtere. *Ad fluxiones oculorum.*

De hordeolis in palpebris enatis.

Oculis fluxione laborantibus initio quidem cibus modicus cõuenit, aquæ potus,à venere abstinentia,& aluus ducatur. Primũq; multa frigida modico aceti permisto assidue faciem lauet,& in lectulo olfaciat. Puluerẽ,fumũ,lucernæ,Solisq; splendorem deuitet. Deinde rosas virides vel aridas passo madefactas cõtere,ouiq; vitello admistas superdato: aut ex hordei farina passo incocta cataplasma facito: quòd si dolor vehementissime cruciet,altercum quoq; admisceto. F

Ad capitis vitia diuersa.

* fœniculi. *Cataplasma ad caput fluxione uexatum.* Hæc compositio caput fluxione tentari non sinit, neque oculum male haberi. Accipe cimoliæ,nitri,albæ vitis, radicis aridæ, cucumeris syluatici radicis,fabaceæ farinæ,singulorum pondo vncias duas:pariter tritis & in vnum redactis ad sordiũ crassitudinem vtere in balneo:longe valentissimum remedium est.

Vt manducatu pituita ex capite detrahatur.

Vuam taminiam & mastichen manducato,aut mastichen & zingiber:si mastiche dura sit,parum ceræ admisceto. *Ad capitis dolorem.*

Rutam diligenter contere,& ex aceto atque rosaceo frontem illine.

Ad capitis ab altera tantum parte dolorem,quem Hemicraniam Græci uocant. ∴

Porri caput comãq; oleo incoquito,ex eo caput perfundito,statimq; dolor tollitur: *Aliud.* Hederæ extrema oleo incoquito,& ex eo caput perfundito: effectum miraberis. *Aliud.* Amaris amygdalis tritis frontem oblinito.

Ad clauos probatissimum,etiam si in capite sint.

Accipe sandarachæ,aluminis scissi,atramenti sutorij,mysios,viuæ calcis, saponis, singulorũ G parem modum,sed calcis tantum duplum: tritis ex primo saponis iure utitor: admirabile est.

Ad dolorem capitis hemicraniam uocatum.

Accipe erucæ seminis vncias tres,rutæ viridis vncias septem,piperis grana vnum & triginta, ouorum trium alborem,aceti quod satis est: omnibus permistis illinito frontem. *

Pastillus celebris Socratis ad capiti dolorem,& Hemicraniam,omniaq; ex fluxione uitia, mirificus.

Accipe euphorbij drac.iiij,thapsię succi drach.vi,zingiberis drachmam vnam,opij drach.iiij. opopanacis drac.ij.oĩa in vnũ ex aceto liquato,pastillosq; conficito. Cũ uti uoles, aceto dilue, & fronti illine. Suffiri ẽt potest,& ad membrũ aliquod fluxione male habitũ magnifice proficit. *

Ad clauos. 12.

Clauos enumera,& totidẽ formicas accipies,& in panniculo lineo raro deligato,& cũ his ẽt cochleam: deinde cremato,tritasq; ex aceto oblinito. Aut fimum bubulum aceto maceratũ p triduum imponito,omnesq; claui decident. *Ad clauos,& uerrucas myrmecias vocatas.* Palmularũ ossea partẽ vitã ac tritã cũ sale,& gutta ammoniaca in Sole subigito, imponito, & curabis.

Ad dolorem capitis Hemicraniam dictum. 13.

Lumbricos terrestres quindecim accipito, piperis grana quindecim, aceti quod satis sit: oĩa H simul conterito,& illinito. *Ad ictus venenosorum.* 14

A bestijs venenatis,rabiosoq; cane demorsos,sanat cãcri interiorũ cinis ex aqua semel ac bis bis potus,quantum mane capere potes. *Ad dolorem capitis ex vini potu.* 15

Herbæ sanguinalis culiculos duos connecte,& sertum capiti circundato.

Ad hemicranium dolorem. 16.

Nasturcij semen tusũ cũ oui albo permisce,frõtiq; impone,& stupã superda. Aut aquilę capitis os simile,simili appẽde,perinde & vulturis. *Aliud.* Lapilli in capite labracis,i.lupi piscis,reperti dolorem capitis leuant:& ad hemicraniã faciunt appensi,dexter dextræ parti, sinister sinistræ.

Ad defluuium capillorum & barbæ. 17

Betam ex myrteo, & polytrichis capillis illinito: aut adiantũ ladanũq; paribus portionibus trita,ex immaturo oleo,aut myrteo,aut lẽtiscino ĩponito. *Aliud.* Ladanũ vino amynæo,& oleo myrteo,maceratũ,utroq; ad mellis spissitudinem,caput in balneo perungito:melius est autem, quod aliqui polytrichon uocant,si portio septima ladano adijciatur atque ita illinatur.

Ad capillos defluentes,vt plures instaurentur.

Murini stercoris drach.iii.accipito:calamorum,quos conatellos vocant,drac.iiij. amygdalas amaras

A amara numero lxxij: ſucci balſami, ladani, utriuſque drach. iv. polytrichi drach. vij, nardi gallici drac. vnã in pice liq̃da madefaciẽs ladanũ uino, oleoq; macerato, arida verò in puluerẽ redigens, cum liquidis permiſce & utere, quotidie perungens: Mihi vr & caluis poſſe capillos reddere.

Ad tuſsim diuerſa remedia. 18.

Iuniperi fructus eſu potuq; ſumptus. Aut bdellij epotum. Aut daucus creticus, ex uino potus. Aut drancunculi radix pariter elixa, & ex melle trita. Aut Inulæ. Aut perdiciadis herbæ ſuccus tepidus ante cibum ex aqua potus. Aut ſanguinariæ ſuccus eodem modo ſumptus. Aut perſonatæ radix. Aut pineus nucleus ex aqua potui datus. Aut propolis ſuffita. Aut reſina epota, & terebinthina ſuffita: Aut arſenicum ſciſſile cum chalbano ſuffitum, & fumus deuoratus. Præterea bituminis, thuris, ſtyracis, cuminiq; ſuffimentum. Aut cinnamomum ex melle tepido potum. Aut cupreſſi baccæ cõtuſæ ex uino cũ myrrha ieiuno exhibitæ. Aut fœniculi radix ſemenq; uino incocta, & propinata. Aut uinum, cui uiridis ferula incocta ſit. Aut origanũ melli incoctũ & bibitũ. Aut myricæ flos, ſemen, ac folia, uino elixa, & potui data. Aut piceæ cortex ex aqua potus. Aut albæ populi folia & ramuli ex aqua aut uino potui oblata. Aut uerbaſci radix ex uino in balneo pota. Aut allium crudũ elixũve eſui datũ. Aut lanariæ herbæ radix ex melle ſumpta, peſſime affectos liberauit. Leporinũ ſtercus contritũ ex uino calido ſumptũ arteriæ & columellæ vitiis, & ſpi
B ritus difficultati ſummopere opitulat. Ad eadẽ facit & lingua aquilæ collo ſuſpenſa. Aut nucleus pineus integer uſtus tritusq; cũ modico piperis, melle exceptus, laborãtiq; exhibitus cochlearij menſura. Ad ueterẽ tuſſim aũt leuandã ſulfur ignẽ non expertũ ouo injcito, & in balneo ſorbeto. Aut ſinapi terẽs miſcẽsq; melli dacolos tres exhibeto. Aut naſturtij ſemen tritum ex aqua potum cubitum eunti. Aut thus eũ melle tritum linctui datũ ſummo mane, aut cubitũ eunti. Aut raphani ſuccus ex melle ſorptus diluculo. *Aliud.* Iuniperi baccæ quinque, aut ſeptẽ, ex melle pota. *Aliud.* Accipiantur piperis drac. iv. nucum drach. ii. nucleorum pineorũ hyſſopi, utriuſq; drac. i. pulegij, iridis, ſeminis vrticæ, ſingulorũ drach. iv: mellis quãtũ ſatis ſit: detur ligulæ mẽſura. *Aliud.* Sinapi, cuminũ, nigella, naſturtiũ, paribus portionibus unà conterantur: uino excipito, & propinato. *Aliud.* Pulegiũ aſſidue manducetur: tritumq;, & uino maceratũ, bibatur. *Aliud.* Cumini fricti, nigellæ frictæ, utriuſq; vnciã: piperis grana quadraginta: vnà trita, & melle fermẽtata ieiuno dato, & cubitũ eunti. *Suffumigatio.* Accipe auripigmentũ ſciſſile, piper, marrubiũ, hordei farinã, trixagauis, & uitis radicis corticẽ, chamæleucen, maſtichen, croceũ oui, coſtũ: oĩa in unũ miſce, & collyria confice, & ieiunũ ſuffumigato, cubitumq; euntẽ. *Aliud.* Piper, nuces, auripigmentum
C ſciſſile, ſimul terito, miſcetoq; cum melle, & propinato. *Aliud.* Butyrũ, anſerinũ adipẽ, & reſinã. vnà cũ melle cõterito: & ieiuno cubitumq; eunti exhibeto. *Aliud,* Virgulam fœniculi, ſemen piperis, unà terito, & melle fermentata concedito. *Aliud.* Veſicarium ſolanum cum radicibus elixum potui dato. *Ad tuſsim reiectionemq; ſanguinis.* Accipe coſti, cinnamomi, rheubarbari, ſingulorum unciam: ſimul & trita, & in unum corpus redacta, ex uino tepido propinato. *Aliud ad tabeſcentes faciens.* Accipe thuris, piperis, auripigmenti ſciſſilis, cariophylli, ſingulorum parem modũ: omnia conterito ex melle, & fermentata concedito diluculo, & cubitum eunti. Aut auripigmentum ſciſſile pro ſale in ouum ſorbile mittito, & ſorbeto ieiunus. Aut arſenicum tritum ex uino tepido in balneo propinato. Aut arſenicum ſiſſile & uitellum oui miſceto, & bombici illinito, & per inſtrumentũ, quod cichonen Græci uocant, ſuffumigato. Cum verò laborans ſuffumigio triſtabitur, ipſi butyrum ad auellanæ nucis magnitudinem deuorandũ exhibeto: iterumque ſuffumigato: id autem ſepties repetes. *Aliud.* Styracem bonum, & braſſicæ ſuccum, unà terito: fermentata ieiuno, aut dormitum eunti, exhibeto. Aut laurei olei, & uini boni accipe ſin-
D gulorum uncias iii: miſce, & tepidũ in balneo propina: & œnelæo. i. uino oleoq; miſto, in olla calefacto ſtomachum foue. Oenelæũ phthiſico potui ne dato, ſed œnelæum curioſe paratum calefacito, & ſpongia ſtomachum foueto. *Aliud.* Lupinorum decocto calido myrrham ſtacten uocatam madefacito, & pedes tuſſientis foueto, & ſpongia detergens inungito butyro: deinde iterum foueto: hoc ter facto curabitur. *Aliud.* Hederę granis, aut lignis, aut foliis, tuſſientem ſuffumigato. Aut reſinam ex uino ueteri tritam ieiuno propinato. Aut agreſtis cãnabis ſemen tritum ex aqua. Aut cedri liquorem ieiuno potui dato. Aut hyſſopum & pulegium in poſca incoctum. Aut beronicem melle ſubactam edendã offeras. Et raphani aſſi mane, ac ueſperi ſi edantur, bene faciunt: & chamæleuce ſuffita. *Aliud.* Baccas laureas cũ pipere, & nucleos pineos ex melle, dato mane & cubitum eunti. *Ad tuſsientes, arteriam aſperam, uocem amiſſam, & ſanguineum ſputum.* Accipe tragachanthæ, gummi, utriuſque unciam: myrrhæ bonæ tantundem: dulcis radicis ſucci, ac uini dulcis, quantum ſatis eſt: omnia contuſa in unum redige: cum trita fuerint, arida cum reliquis miſce. *Aliud ad tuſsiculam, & vlceratam arteriam.* Accipe terebinthinæ, gummi, mellis boni, ſingulorum unciam: & terebinthinæ, prius cum melle elixæ gummi adijce: & exhibe oleæ magnitudinẽ ore continendã. *Aliud.* Gummi, lycij, utriuſq; uncias quatuor in aquã mitte, macerariq; ſinito: deinde heminam cretici paſſi infunde, & feruefacito uſq; ad ſordium ſpiſſitudinem: & delingendũ præbeto. *Aliud, ad tuſsiculas, raucedines, & ſanguinis ſcreatum.* Accipe tragachanthę

vncias ij,lini ſeminis fricti vncias iv, amygdalas delibratas decem,nucleũ pineũ adipi incoctum: E tragachanthã aqua calente madefacito,& reliqua admiſceto,paſsumq; infundens conterito. Ad vocem aũt amiſſam,& ſanguineum ſputum, pro paſſo melle vtitor. *Aliud.* Raphanũ in taleas rotundas concidito,& ſuper prunas aſſato,ex melleq; ieiunus edito. *Ad tuſsim diuturnam.* Accipe piperis vnciam,lupinorum farinæ vncias tres,& mellis ligulam: ſorbendum dato. *Aliud.* Auriculæ porcinæ os perforatum collo alligatum à tuſſi futura cuſtodit. *Ad tuſsim, columellæ uitia, & tonſillarum phlegmonem.* Lapilli in nidis pullorum hirundinum reperti, appenſique à tuſſi tutum reddũt. *Ad tuſsim,& uitia radicis uuæ,& deſtillationem.* Accipe zingiberis drach.j.chalbani,opij, ſtyracis,ſingulorum tantundem: paſſo excipe,& globulos erui magnitudinis conficito:& loco pilulę duos cubitum eunti concedito,& paſſum dilutum poſtea ſorbeto. *Aliud.* Zingiberis,ſtyracis, ſingulorum drachmas quatuor,paſſo excipito,& inſtar erui conficito:& cubitum eunti pro pilulis tria dato,paſſumq; dilutum poſtea ſorbeto. *Ad deſtillationem & tuſsim probatum.* Accipe papaueris lachrymæ.ʒ.ij,caſtorei drach.j. confice paſtillos erui magnitudinis, & eunti cubitum pro eius uiribus dato. *Aliud quo utebatur ſapientiſsimus Alexander.* Accipe pyrethri drach.ij.coſti drach.i.tũde & cribra:in utendo autem iube nares tangere,ſtatimq; conſtringe. *Ad arteriam ex deſtillante pituita laborantem,& tuſsim.* Accipe ſtyracis drach.viij. caſtorei drac.iiij.zingiberis,chalbani,vtriuſque tantundem: in vnum miſceto,paſtillosq; magnitudinem erui æquantes efficito:& de nocte duos,tresve exhibeto,poſteaq; bibat,ſed non illico,& iuuabitur. F

Medicamentum capiti inſpergendum eius fluxionem finiens. 19.

Accipe hyperici,iunci odorati, iridis, ligni balſami,ſingulorum unciam unã:contuſa,cretaq; caluariæ inſpergito *Aliud caluariæ inſpergendum exiccatorium.* Accipe coſti,foliorum *malabathri,gallarum,ſpicæ nardi,iridis,nardi gallici,roſarum aridarum, ſingulorum vnciam unam:tuſa cribrata inſpergito. *fœnieuli.* *Aliud.* Ericæ ſeminis, gallarum,iunci odorati,ſamſuci,coſti,iridis,ligni balſami,ſingulorum vnciam unam:tuſis cretisque caput conſpergito.

Medicamentum,quo hyeme per manducationem ex capite pituita detrahitur. 20.

Accipe hyſſopi,origani,vtriuſq; drach.iv.pulegij drach.ij,calaminthæ drach. unam,pyrethri drach.ij.vuæ taminię,marrubij,ſinapis,ſingulorum drach.i.ſapæ,aceti utriuſq; ſextarium unum: omnia in vnũ miſceto,& uſq; ad tertias decoquito & gargarizato. *Aliud eiuſdem facultatis,quo verno tempore vtendum eſt.* Accipe hyſſopi uncias iv, origani vnc. iij, pulegij vncias ij,calaminthæ uncias i,ſapæ ſextarium unum,aceti ſextarios tres. *Aliud quo æſtate,& autumno utendum.* Accipe hyſſopi vnc. iv.origani vnc.tres, pulegij vnc.ij.calaminthæ, ſpicæ nardi, cariophyllorum, ſingul. vnciam vnam :cinnamomi vnc.iij,marrubij unc.iv.iridis vnc.tres, iunci quadrati uncias duas,pyrethri unc.unam: ſapæ,aceti,utriuſq; ſextarium unum:decoq; vſque ad tertias,& utere. G

Ad deſtillationem. 21.

Accipe origani faſciculos duos,pulegij faſciculum unum,cũ aceto in mundam ollam demittito:item caricas ſex,vuæ paſſæ acinos duodecim:omniaq; decoquito vſque ad tertias: mox per colato,& in poculũ conijcito,ac gargarizato.

Ad Humores in pectore contentos. 22

Vrticæ folia cum hordei cremore decocto exhibeto:hoc inflationes digerit, & materiã ex pectore euocat. *Ad tuſsim,ſpiritus difficultatem à ſtomacho,& ſanguinea ſputa.* 23

Nouam ſpongiam & candidam accipito:huius vſtæ tritæq; cinerem cũ melle & pipere,quantum ſatis eſt,commiſceto:in eamq; formam redigito,ut delingi poſſit:veſperiq; à cœna,quantũ tribus digitis capere potes,accipito. *Ad anginam.* 24.

Bouis maſculi felle collum oblinito. *Ad tuſsim exiccatorium.* 25.

Fęnumgręcum vſq; ad tertiam partem delixato,iuſculumq; ſummo mane ex melle propinato.

Paſtillus ad tuſsim,fluxionemq; pectoris. 26. H

Accipe pulegii,hyſſopi,piperis,naſturtii,ſingulorum unc.unam:melle comprehende,& paſtillos effice,ſingulos unciæ pondus æquantes:his utitor.

Ad tonſillarum uitia. 27.

Salicis folia & ſemen in aqua diutius feruefacito, gargarizandamq; exhibeto:hoc pinguẽ pituitam maximè detrahit,& ad anginam benefacit. *Aliud.* Ex myrti lenticulæq; decocto gargarizari præcipito. *Ad anginam.* 28.

Caprinum ſtercus ex melle gargarizato. Aut rutæ ſucco ore adaperto fauces ſublinito.

Ad deſtillationem. 29.

Hyſſopum,ficus,mel ac rutam aquæ incoquito,eamque gargarizato.

Ad uocis claritatem. 30.

Tragacantha uino madefacta & epota vocem claram præſtat.

Ad amiſſam uocem.

Styracem aqua maceratum in globulos ciceris magnitudinis redigito:tres exhibeto:& ſtatim uoce recuperata loquetur.

Ad

A *Ad inflammationem ab erysipelate.* 32.

Sedi folia cũ polẽta ĩ cataplasmatis modũ ĩposita. Aut portulacę folia cũ polẽta. Aut brassicę, aut calami folia virẽtia cõterito, & superimponito. Aut rubi, aut rhãni, & rosarũ folia superdato.

Ad lumbricos aluum occupantes. 33.

Polypodij radicem cum sapa mistam edito. Aut raphani semen ex aqua potato. Aut alliũ corrodito. Aut ulmi radicẽ ex mulsa aqua bibito. Aut sycamini radicis cortex aquæ incoctus potui detur. Aut nigella potui detur, & in cataplasmatis modũ imponat̃. Aut ex aqua brassicæ semen habente potio fiat: aut ex mẽtæ succo: aut ex nasturtio atq; mẽta. *Proprium experimentum.* Cãna bis semẽ aridum tusum cretumq; misceto cũ aqua, ut succi temperatura fiat: mox linteolo mundo percolatum in potum offer. Aut bubulum fimum aridum combustum in puluerẽ redigito, ex eo potui drachmam unã ex uino dato. *Ad Lumbricos latos & rotundos.* Accipe nitri, nasturtij, piperis, singulorum unciam. fac puluisculum, & ex uino ligulam propinato.

Ad citandum sudorem, siniendamq; febrim. 34.

Canchryos semen ex oleo illitũ prodest. Aut pyrethrum ex oleo calefactum, & per horã ante inuasionem illitum bene facit. *Aliud ad febrem expertum.* Oleum cum cinnamomo paratũ, oleũ
B chamæmelinum, acetum, nitrum cum laureis folijs: omnia bene elixentur, & ex eo laborãs perungatur: & vndiq; contectus statim sudabit. *Illitio ad febricitantes.* Buryri partes duas, mellis partẽ unam, misce & calefactis vtere. *Aliud.* Lactucæ foliorum succi partem unam, olei vulgaris partes duas, misce: & curiose agitans totum corpus inungito: experientia probatum est. *Aliud.* Arte misiæ succi partem unam, rosacei olei partes duas, misce, & utere.

Ad dolorem hemicraniam uocatum. 35.

Solani succus ex oleo illitus vehementer proficit. *Aliud.* Sinapis semen ex melle imponito. *Aliud.* Rutam domesticam aceto & rosaceo incoctam illito.

Ad canis morsum. 36.

Vrticę semẽ impositum iuuat. Aut nigri marrubij folia. Aut apiastrum ex uino potum, & morsibus illitum. Allium quoq; illitũ prodest: & tostum in cibum potumq; assumptum, *Ad timentes canum impetum.* Nerij radicem collo circundato, & liberabitur: q̃ si experiri uolueris, cum canis in furorẽ uersus sit, illi circũponito,, statimq; furorẽ deponet. *Ad Morsu. canis rabiosi.* Vulnerib⁹ rabiosi canis morsu factis brassicæ folia cum lasere trita ex aceto imponãtur: ꝑ se. n. brassica aduersus rabiosi canis morsus proficit: & ipsius decoctũ potui datũ. Elixa verò brassica ante alios ci
C bos sumpta phthisicos sanat, uitiisq; arteriæ subuenit. Contusa autem, & cataplasmatis mõ lieni imposita, illum extenuat. *Ad anginam, colliq; dolorem.* 37

Alba populus arida contrita, & collo illita. Aut nasturtij semen, & fimus columbinus, ex melle imposita bene faciunt. Aut mel tepidũ gargarizatum. Aut canino stercore candido trito ex aceto collum oblinito. *Ad Narium fœdum odorem.* 38.

Hederæ foliorum succus tepidus naribus instillatus. Aut calaminthæ succus æque tepidus infusus. Aut myrrha ex muliebri lacte trita infusaq; naribus narium halitum commendat.

Ad prorumpentem è naribus sanguinem. 39.

Acaciam ex aceto tritã naribus infundito. *Aliud.* Acetum cum sale sumẽs in ollã aut mortariũ mittito, lanamq; accipiens in ipsis madefacito: hæcque, quantũ laborãs ferre poterit, calefacta, eius capiti imponito: illicoq; uelamentis quàm plurimis cõtegi præcipito. *Purgatorium narium.* Thymum, & origanum melle exceptum in pastillos redige, commanducandosq; exhibe.

Ad lateris phlegmone correptos. 40.

Hæc oĩa benefaciũt, Bdelliũ ex uino pariter & ex aqua potũ: aut balsami semẽ ex aqua potum, aut ex melle delinctũ: aut aristolochiæ radix ex aqua potui data: aut ruta ex mulsa itidem pota.
D *Ad acutam Febrem.* 41

Peponis domestici succus, aut cucurbitæ ramentorum succus, illitus benefacit. Aut rosæ ex oleo: aut plantago, in cataplasmatis modum impositæ iuuant.

Præsagium in febricitantibus. 42.

Rosaceo prius inunge, & apij semen tritum superda, deinde stupam rotundã instar rotæ cordi superimponito, luteumq; oui infundito, & reticulo cõtegito. Tum si fiat oui disperssio, mortẽ adesse scito: hoc enim ipsa anima facere dicitur.

Ad glutinanda vulnera. 43.

Radix graminis cõtusa, ut aridũ medicamen imponatur. Aut sideritidis herbę folia superdent̃.

Curatio ad dolorem Auris.

Amygdalinum oleũ in aures instilletur: aut ex nucibus oleum, aut laureum, aut balsaminum. Aut dracũculi herbæ seminis succus ex oleo infusus. Aut herbæ vrceolaris succus ex oleo rosaceo tepidus instillet̃. Aut ruta uirẽs oleo incocta, & tepida in aurẽ mittat̃: aut myrrha ex melle tepida. Aut ruta ex mulieris, q̃ marem peperit, lacte tepefiat, & instilletur. Aut ex allio expressum succum in aurem mittito: aut porri succum tepidum: aut sapã tepefactã: aut porri succũ melli ad-

miſtum. Aut oleũ ore continens in aurem inſpuito. Aut cucurbitæ ſuccũ ex roſaceo inſtillato. E

Ad Scabiem pruritumque. 45.

Vlmi folia arida trita in balneo inſpergito. Aut ſulfure ignem non experto, & ſylueſtri vua, & auripigmẽto, & ſandaracha ex oleo & aceto in balneo oblinito. *Aliud.* Myrrha ex muliebri lacte cutẽ oblinito. Aut dulcis radicis ſuccũ ex paſſo potui offerto. Aut oua gallinę integra in acetũ acerrimũ demitte ꝑ diẽ noctemq́, quæ ſi tria fuerint, ipſis cũ putaminibus in eodẽ aceto contritis adijce ſulfuris ignẽ nõ experti, auripigmẽti ſciſſilis, vuæ taminiæ, ceruſſæ, ſpumæ argenti, nerij ſucci, ſingulorũ vnciã vnam: olei veteris quantũ ſatis eſt: oĩbus contritis obline in balneo.

Remedia ad ſtomachi vitia. 46.

Ex folijs calaminthæ virentibus, & hordeacea farina cataplaſma cõficito. *Ad cruditatem inflationesq́, ventriculi: quiſquis hoc vſus fuerit, ſtatim eſuriet.* Accipe aneſorũ drach. xij. piperis albi, libyſtici, ammij, petroſelini, fœniculi, ſingulorũ drach. ſex: hæc tuſa & creta melle cocto cõprehẽde: exhibe drach. j. A*d æſtuantem ventriculum nec cibi tenacem.* Lactucæ ſuccũ ex dulci vino potui dato, nec vomet amplius. A*d Dolorem ventriculi.* Lac, in quo carbones querni extincti ſunt, laboranti propinato. A*d acorem in uentriculo.* Trixago ex vino pota acore liberat. *Ad Inflationẽ* F *ventriculi.* Piperis, baccarum lauri, cumini, aneſi, pares portiones cõtuſas & cribratas ex tempe- * rato vino ieiuno dabis ligulæ vnius menſura per triduum. Aut aneſum ieiunus manducato.

Ad quædam oculorum uitia & primo ad oculos fluxione laborantes. 47.

Fœniculi ſuccus per triduũ illitus, aut thus ex melle & lacte, aut centaurij ſuccus ex melle, aut folia herbæ quinq; folij ex melle impoſita, benefaciunt. A*d Caliginem oculorum.* Cucurbitę ramẽtorum ſuccus ſuperdatus proficit. A*d albuginem oculorum.* Alterci folia cum polenta ſuperdato. Lignum balſami quoq; ex muliebri lacte illinito. Aut rutam viridem imponito. Herba prẽterea pulicaris ex muliebri lacte, aut calami virẽtium foliorum ſuccus, illitu prodeſt. *Ad Oculorum vertiginem remouendam.* Oleæ folia contunde, & ſuccum expreſſum illine, atq; miraberis. A*d Oculo-* * *rum fluxionem cataplaſma.* Portulacam cum croco & adipe auſerino contere: aut apij folia cum polenta. In magnis autem fluxionibus roſas ſertulamq́; cum amylo coctas oculis imponito.

Ad dentium dolorem. 48.

Aceto nigellam habente os collue: aut oleo acerbo gallas incoctas habente: aut aceto, in quo platani globuli incocti ſint, aut quinque folij radix. Item peucedani radix trita & combuſta illinatur. Aut malicorij roſarumque decocto os collue. A*d Dentium vulnus.* Accipe nitri, ſepiæ teſtæ, G myrrhæ, ſingulorum unciam: tritis vtere.

Aridum medicamen, quod humidum os cruentumq́, deterget, gingiuarum carnem inſtaurat, dentesq́, dealbat. 49.

Accipe nitri combuſti, myrrhæ troglodytidis, ſepiarum teſtæ, ſingulorum vnciam: roſarum aridarum vnc. iiij. tritis & cretis vtere: addito ẽt iridis vnciam vnam: huius effectum miraberis.

Ad Lateris dolorem. 50.

Virentis braſſicæ caules cum radicibus cõbuſtos adipe ſuillo cõprehẽde, & vtere: valentiſſimũ remedium eſt. Aut apij ſemen decoctũ, donec tertia pars relicta ſit, potui da: vehemẽter iuuat.

Ad internos ani tumores. 51.

Amaranthum aqua maceratum mane veſperiq; propina.

Ad Lienem cataplaſma valde bonum. 52.

Accipe apium, ſinapi, baccas lauri bene cõtritas: deinde detrahe corticem nouellæ arboris nucis; & parum contunde: deinde oĩa in pilam coniecta vehementius contundito: mox extracta acerrimo aceto per triduum macerato: & oĩa in vnũ confuſa tyberiadis ſucco incoquito, donec cataplaſma fiat: deinde lienĩ ſuperimponito à matutina vſque ad octauam horam, aluo tã prius ſubducta: medicamenti effectum miraberis. *Aliud, ad lienem, experientia comprobatum.* Ficus no H uellæ arboris corticem viridem detrahito, & cum cinere permiſceto & calefacito.

Ad Tertianam febrem. 53.

Mel cum ſcammonia ſemel potum curat. *d Quartanam.*

Accipe piper cõtritum, laureas baccas, cuminum, maſtichen, myrrham, thus mundũ: ſingula ſeparatim trita in vnũ cõmiſce: & mellis boni, quod ſatis ſit, adijce: & per quatriduũ imponito.

Ad Sanguinis ex naribus profuſionem. 54.

Oui putamen integrum comburito, & liquorem ex eo exactum fiſſili arſenico permiſceto, in nares q; patientis immittito: ſi arſenicum præſto non fuerit, ſolus oui liquor ſuffecerit. *Aliud.* Caprę fœminæ ſetas vſtas & tritas, myrrham ſimiliter tritam, cum ſetis q; caprinis miſtam, in nares ſufflato, ſi viri fuerint, cum charta: ſi fœminæ, cum alio quopiam: qua parte autem ſanguis erumpit, arctiſſime deligato.

Ad violentas ſanguinis eruptiones. 55.

Gallas mola tritas, & malicorium, & punicæ mali grana contuſa & miſta cum oleo, ſciſſili, & melle, ac bene ſubacta, mane veſperiq́ue propinato, vt mel gallarum.

Ad

A *Ad Ventris tormina & inflationes.* 56.

Accipe piperis, rutæ, zingiberis, pares portiones: & tritas ex aqua calida propinato. Aut artemisiam tusam cretamq; dato. Aut nitrum vstum tritumq; ex humore aliquo exhibeto.

Vt ne porci ægrotent. 57.

Cerui cornu in Panis dei sacello ponito, cãdelãq; desup accẽdito, & ne interdiu accẽsam oblivione demittito: & in tpe sanctũ Demusarim inuocato, & Arsũ, q armẽta tua & vitã custodiẽt.

Vt ne porci ægrotent. 58

* Rhasdi radicem tritam in aquam, vbi sese proluunt sues, proijcito.

Ad carnem glutinandam. 59

Terræ lumbricos frictos tritosq; inspergito.

Plagarum curatio. 60.

Myrrhã & aloen tritã inspergito. Aut resinam pini, vel mastichen, & hederæ lachrymã ex his factũ emplastrũ imponito. Aut hircina axungia plagam obline, & capræ nigræ cornu insperge, *Aliud.* Aut costũ, spicam, cinnamomũ, zingiber, cuminũ, singulorũ parẽ modũ terito: cũ pice subigito & imponito. Aut panis crustã aridam tusam, & vino oleoq; subactã, superdato quotidie
B per vices mutans. *Equorum scabiem.* 61.

Anguem discindito, eiusq; adipem capiens ligno equi vngularum oras inungito.

Ad somnum conciliandum. 62.

In lauri folijs hæc elementa inscribito, iacentisque stragulis ceruicali, eo nesciente, subijcito. ξ. χ. ς. φ. *Vt nè homo noctu somniet.* 63.

Rutæ semen ceruicali ipsius nescientis suspendito, nullasq; in somnis imagines videbit.

Ad pectus. 64.

Cum ouo arsenicũ fissile misceto, & piper, & hordei farinam, & lauri baccas, pineosq; nucleos, & exhibeto. *Aliud,* Allij accipe spicas septem: arsenici fissilis, piperis, vtriusq; grana tredecim: bambacem, pini nucleum, ceræ modicum miscens, cum oui vitello accipe frequenter.

Ad corrosos dentes. 65.

Arsenicum, piper, caseum, calcem viuam, aceto macera, & appone.

Clyster ad renum aitia. 66.

C * Accipe pulegium, origanum, sampsucum, serpyllum, chamęmelum, absinthium, cẽtauriũ, lauri folia, cucumerem syluaticum, peponem: vna omnia prius contusa aquæ incoquito: deinde cum melle oleo & sale decocti quantum satis est, injicito.

Clyster ad coxendicis dolorem. 67.

Accipe cucumeris syluestris radices, lauri folia, rutæ folia, absinthium, plãtaginem, trixaginẽ, marrubium, calamintham, pulegium, origanum, thymum, lactucam, euphorbium, anethum, pyrethrum, vuã taminiam: hæc omnia in aqua incoquito, deinde melle, oleo, & sale adiecto, per instrumentum admoueto.

Vt dentes putridi nigriq; splendidi reddantur. 68

Accipe salis contriti, ropi, sepiarum testæ, pares portiones: omnibus in vnum tritis dentes fricato, quos prius aceto puro collueris.

Cataplasma ad caput fluxione tentatum. 69.

Hoc remedium præstat, ne caput fluxione vexetur, neq; oculum vnquam iniuria affici sinit. Accipe mastiches, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, ladani, nitri, cerussæ, terræ cimoliæ, styracis, rosarũ aridarum, singulorum vnciam: saponis sanci libram, mellis tantundem, lupinorum amarorũ
D decoctum quod satis est: omnia in vnum misceto, & pro sapone in balneo vtitor.

Pastillus de seminibus ad tussientes. 70.

Accipe anesorum amarorum vnciam: fœniculi seminis, alterci seminis, ammij, singulorum drachmam: apij seminis drachmas tres, opij drachmam: singula bene terito, & aquam paulatim tepidam infundito, donec sordium balnei spissitudo fiat: pastillos fabæ magnitudinis conficito, vniumq; exhibeto, tussientibus nanque prodest.

Ad Iecoris vitia remedia experientia confirmata. 71.

Gallatum cum papaueris capitulo coctarum ius in balneo potato, contectus, & in latus affectum iacens. Aut hederæ radicis decoctum cum vino propinato. *Aliud.* Baccas lauri septem, grana piperis septem, trita ex vino in potum dato. *Aliud.* Aloes drach. iiij. assari, costi, eupatorij, hedysari, lentulæ campanæ, mastiches, croci, ocymi seminis singulorum drachmas duas: conterito, cribrato, & ex aqua temperata exhibeto. *Aliud. Iecori & uentriculo commodum.* Accipe lauri baccarum, cinnamomi boni, cariophyllorum, aloes, hedysari, costi, singulorũ drachmam: contrita, & melle excepta, ex vino vtere, potui dato. *Aliud.* Accipe acori, seminis lini, zingiberis, rutæ foliorum mollium singulorum drachmam: anesorum drachmas quatuor: ex mulsa dato. *Aliud.* Mel cum pane mistum calidum emplastri modo imponito. Aut absinthij ligulam vnam ex temperato melle potui præbe, & super iecur ægrotus decumbat.

Ad

Ad linguam fluxione laborantem. 72.

Cynaræ folijs contulis ex melle linguam perungito. Aut venam partis, vnde fluit materia, incidito, & bene faciet.

Ad Oris ariditatem. 73.

Palmularum ficorumque decocto per pennam illinito, & contineto.

Ad labia sciſſa. 74.

Lini ſemen ex melle contritum imponito.

Ad eos, quibus menti pili decidunt, quos Græci appellant ſpagopogonas, hoc eſt raribarbos. 75.

Accipe piperis, euphorbij, pyrethri, ſingulorum vnciam: calami foliorum molliorum ſuccũ, murinum ſtercus, oleum per combuſtionem expreſſum: trita omnia affricato, & aſſidue radito.

Vomitorium Medicamentum, quod myſtri menſura exhibetur. 76.

Apronitrum album in aquam tepidam conice, quoad diſſolutum ſit; & modicum olei adiice, potandumque exhibe.

Reprimentia vomitum. 77.

Menta tuſa creta, & roſaceo admiſta nares pectusque illinito. *Aliud.* Palmulas Thebaicas, & mentæ ramulos, aquæ duorum ſcyphorum menſura incoquito, quoad ſordium balnei temperatura fiat: dimidium propinato. *Aliud.* Palmæ glandium contuſarũ, quod ſufficit, accipe: vini myrtini modicum inſtillato: deinde exceptas ex muſſo, aquæ hemina exhibeto:

Ad Sanguinem vomentes. 78.

Iunci odorati ex aqua decoctum propinato.

Ad Citandum vomitum pituitæ. 79.

Viridem mentam, aut ſiccam ex aqua temperata bibito. *Facile autem vomat.* Sampſuci folia potui, raphani vero ſemen eſui, dato: pituitam multam vomitu reiiciet.

Compoſitio Pilularum purgantium pituitam. 80.

Accipe aloes vnc. ſex: maſtiches, abſinthii ſucci, vtriuſque vnc. duas: cucurbitæ ſyluaticæ vnc. quatuor: dentur pilulæ nouem & viginti.

Oris ſtomachi vel cordis vitio vexatos. 81.

Lentem cum † ſpontæos, palmulis, & vino mendeſio, elixã potui offerto. *Ad Dolorem autem Oris ſtomachi, vel cordis.* Herbam ſanguinalem curioſe tritam, aut mala, aut cotonea elixa cõtrita que, roſaceo cerato comprehenſa, in modum cataplaſmatis imponito. Aut portulacam roſeo cerato aut myrteo exceptã ſuperdato. *Aliud admirabile, experientia comprobatum.* Accipe ſeminis lini heminas quatuor, aquæ heminas ſeptem: elixato, & vtitor: hoc medicamentum ſanitatem creat: neque enim ægrotus in peius ruet, ſed in melius proficiet.

Paſtillus ad ſpiritus difficultate laborantes, & diu tuſſientes, ſuffitu proficiens. 82.

Accipe naſturtii, ſinapis, abrotoni, rutæ ſyluaticæ, ſandarachę, ſingulorum vnciam: terito, & ex aqua factis paſtillis accurate vtitor.

Ad Difficultatem ſpiritus. 83.

Thymum cum pipere tuſum, & melle exceptũ, delinctui dato: ſtudioſeque vtitor, valde enim efficax eſt. *Aliud.* Porrorum capita melli incocta ieiunus edito. Aut rutæ aridæ, mentæ, vtriuſque vncias quatuor, cum melle terito: & ceratia duo cubitum eunti ex aqua temperata propinato. Iuuant autem ægre ſpirantes & piſtacia eſui data.

Ad cruentum ſputum. 84.

Accipe ſymphyti, maſtiches ruſæ, vtriuſque drachmas quatuor: lemnii ſigilli, balauſtiorum, vtriuſque drachmas duas: terito & cribrato, & ex aceto muſſo ligulam potui dato. *Aliud expertum.* Lemnii ſigilli, vnciam: terræ quæ aſtrum dicitur vncias duas: coralli tantundem: dato ex aceto muſſo puro heminam vnam: mane & veſperi hoc vtere. *Aliud.* Acaciæ ruſæ, amyli medicinalis, pares portiones, terito: & ex aqua temperata potui dato ligulas quinque.

Ad Febrem ardentem tollendam. 85.

Semperuiui & aneſi folia quinque, aut ſeptem accipito, & oleo roſaceo incoquito: & ex eo a capite vſque ad pedis veſtigium perungito, & demiraberis. Aut oleo, in quo pyrethri radix macerata fuerit, inungito: hoc enim ſudores mouet, & diuturnos rigores diſcutit, corporis partes refrigeratas aut reſolutas curat. *Aliud.* Lauri baccas & thymum ex vino terito & illinito, veſtibusque contegito: ſudabit enim.

Ad Vim genitalium & veteres affectus. 86.

Calamintham tuſam cribratamque in pilam coniice: & melle exceptam decoque vſq; ad cataplaſmatis ſpiſſitudinem; & tenui linteolo illitam imponito, & faſcia deligato: a multis ꝓbatũ eſt. *Aliud ad genitalium confirmationem, & renum. Sed quẽquam ne curato, antequam mercedem acceperis: a multis enim expertum eſt.* Accipe zingiberis drach. iiij. herbæ ſabinæ, piperis albi, vtriuſque drachmam: ex muſſo exhibeto. *Aliud.* Picis aridæ, telephij, colophoniæ, maſtiches, nitri albi, pares portiones: conterito, & aridum medicamentum facito: & locum prius lotũ, & adhuc calentẽ liquida pice oblinito: & aridum medicamen inſpergito, ſuperque imponito, & bene deligato.

Ad Diſcutiendas genuum fluxiones. 87.

Caprifici contrariæ ſucco perfricato. Aut radicis ſuccum in balneo affricato. Aut ſalem colũbinumque ſimum terens ex oleo inungito.

Cataplaſma

A *Cataplasma ad pedum laborem ex offensione, aut casu, aut aliquo alio acri dolore.* 88.

Accipe salis vsti, origani, cineris sarmentorum vitium, pares portiones: vitellos ouorum duos ∴ aut tres: cum vino mista superimponito.

Ad scabros vngues diutinum auxilium. 89.

Vnguibus ex casu reuulsis, & vitio, quod paronychion græce, latine Reduuia dicitur, affectis, * sachar tritum & in puluisculum redactum, ac insperlum, succurrit. Scabros autem vngues mũdabis, si sulfur ignem nõ expertum & oui luteum æqua portione miscebis, atq; ex aceto imposueris.

Ad ambusta. 90.

Accipe argenti spumæ, croci, vtriusque vncias duas: ouorum assatorum vitellos ponderis vnciarum quatuor: rosacei, quod sufficit. *Aliud.* Linteoli vsti cinerem cum rosaceo misce, & cera anchusaque adiecta vtere.

Ad sanguinis ex quauis parte eruptionem. 91.

Accipe soreos, atramenti sutorii, aluminis, chalcitidis, mysios, gipsi, gummi, singulorũ drachmas octo: tritis vtitor, valde bonum est, & experientiæ testimonio comprobatum. *Aliud.* Chal-
B citidis drachmas vi, resinæ fractæ drachmas iiij, puluueris thuris drachmas duas: arido medicamine vtitor. *Ad impetigines expertum.* 92.

Ex his constat. Thuris masculi, zingiberis, aloes, sulfuris ignem non experri, singulorũ drachmas binas: aceto excepta penna illinito, loco prius laneo panno perfricato. *Aliud.* Ammoniacæ guttæ, alcyonij, sulfuris ignem non experti, pares portiones: contere, & vtere.

Ad dealbandam faciem. 93.

Accipe alcyonium combustum: & tritum, cũ melle & farina misce, & deterge. *Aliud.* Lysomumudon terens ex aceto in sole illinito. Aut ollarum florem terito ex aceto: deinde locum panno perfrictum, quoad rubescat, in Sole inungito. *Vt facies munda fiat.* Butyro cum sapone misto faciem illine. *Ad dolorem vteri remedium sanctorum argentum non possidentium.* 94.

Asarum cum pulegio potui offerto. *Paximadum vocatorum, i. panis biscocti, purgatoria.* 95.

Accipe scammoniæ drach. ii. aut tres, mastiches drach. iij, apii seminis drachm. ii. polypodii. 3. iiij, cinnamomi drach. i, fermenti mundi libram i: arida permisce, & subige diligenter.

Ad necandos pulices. 96.

Ex nigella & sutorio atramento suffimentum facito. *Ad abigendos serpentes.* 97.

Chalbanum, cerui cornu, caprinas vngulas, & lilii radicem, suffito. Ad morsum vero serpẽtis
C sal, porrumque imponuntur vtiliter. *Ad fugandos pulices.* 98.

Sylvestris cucumeris foliorum decocto domum conspergito.

Ad difficultatem vrinæ iumentorum. 99.

Salsarum oliuarum quod intus ligneũ est, conterito, & contegens per dies quinq; suffumigato

Ad ictum calami 100.

∴ Radicis calami combustæ cinerem superimponito.

Ad morbum comitialem valde efficax. 101.

Coturnicũ cerebrũ ex vnguento myrteo tritum stãneo vase reponito: & cũ quẽpiam morbo comitiali pro lapsum videris, eo faciem illinito: admiraberis. n. huiusce naturalis auxilij efficaciã: nam statim ægrotus consurget. *Ad appetentiam cibi excitandam.* 102.

Accipe myrrhã, thus, ammoniacum, mastichẽ; & ex oui albo tritis pectus viscera que oblinito & stupam superdato. *Ad hirudines deuoratas.* 103.

Eos, q̃ hirudines deuorarunt, aduersus Solẽ constituito: & locũ, vbi inhæreãt animaduertito, & garũ ipsis instillato: statim. n. locũ relinquũt, & expuunt. Aut acetũ cũ butyro mistum, in quo ferrum candens extinctũ sit, potui dato: hirudines. n. eiicit. Aut eum, qui hirudinem deuorauit, in
D calidã aquam mento tenus demittito: phialã vero frigidæ plenã ori eius admoueto, sed potui ne dato: statim hirudo exibit. *Aliud.* Hirudines deuoratas calidũ acetum absorptum excutit, aut succus syriacus epotus: aut suffiti cimices. *Ad apum ictus.* 104.

Succus maluæ ab apibus ictos indolentes reddit. *Ad serpentum morsus.* 105.

Cornu ceruinum vsum, & ex aceto tritum illinito: aut furni fuliginem. Aut calami radices, & ∴ cicer, & baccas cupressi, & cornu cerui, combusta omnia tritaque in vnum misceto, & ex aceto ∴ ac porro propinato.

Ad inflammationes venæ incisore factas, & duritias humerorum, & deustiones, & sanguinis concretiones. 106.

Fermento triticeo, cum axungia subacto, summo studio vtere, probatum enim est.

Ad hydropicos. 107.

Stercus bũbulũ accipito, si mas ægrotet, maris: si fœmina, fœminæ: in ollam nouam coniice, * contege: operculum luto, ne diffletur, obline: ollam deinde super cinerem viuæ calcis per dies septem statue. Octauo die detecta olla stercus exime: & aridum medicamentum vitreo vase repone. Cum vti voles tres ligulas ex vino per septem dies exhibeto, sed in vino rutã feruefacias. Hęc

potio

potio bene facit, etiam si tumores adsint, & ędemata: resiccat, euacuatque per lotium: ægrotus au E
tem non potet per totum diem, nisi ter, expertum nanque est.

Vt vinum odio sit, & quomodo cauenda ebrietas. 108.

Vinum, in quo anguilla suffocata sit, potui exhibitum, vini odium parit. Idem præstat & vua inferuefacta. Si tutus ab ebrietate & morbo custodiri velis, folia rutæ edito: finiunt eadem capitis dolorem ex vino. Idem & acorum facit in cibum sumptu, & Thebaica palmula. Ebrietate nõ *
* tentatur, qui prius aut septem, aut nouem, aut vndecim amaras amygdalas ederit. Ita etiam qui pulmonem ouis elixum ieiunus ederit, quantumuis bibat, ebrietatem non sentiet.

Vt quis ex vno tantum vini scypho ebrius fiat. 109

Sarmentorum viridis aut aridæ vitis modicum comburens, in phiala, vbi vinum est, extingui to: statim ebrietate corripietur.

Ad lenticulas in facie. 110.

Bàccarum lauri interiora ex melle trita illinito. Aut nucleum pineum melli incoctum oculis imponito. *Ad infantium procidentem sedem.* 111.

Fabrorum aqua, in aqua candens ferrum extinguunt, calefacta sublinito, deinde cochleam cõbustam & in pulusculum redactam inspergito. F

Ad gingiuas pueri, & dentes orientes. 112.

Rosarum floribus tritis ex melle illinito, aut ouis cerebro ex melle, aut butyro ex melle.

Ad lac multum creandum. 113.

Sesami semen tritum ex passo potum, aut ptisana elixa cum fęniculo absorpta, aut nasturtium cum brassica potum.

Ad exustiones per hyemem. 114.

Muria foueto. Et elixa lente & micis panis cum rosaceo tritis cataplasma facito.

Ad aquosum ramicem. 115.

* Plumbaginem cum sulfure, & aceto pauco, & oleo decoque, & illine locum. *Aliud.* Veteres nuces putridas contritas in mortario accipe & inunge. *Aliud.* Acetum potui dato, & cerui cornu vstum ad cataplasmatis modum imponito. Aut ex argenti spuma cum aceto & oleo mista ad Solem perungito.

Ad vulnus incurabile in quauis corporis parte. 116.

Bugloson herbam euellito, & succisas radices curiose lotas in pila conterito suillam axungiã adiicito, ac bene emolliens vulneri imponito.

Ad vomitum. 117. G

Accipe apii radices quinque, fœniculi radices teneras quatuor, anisi drachmam, acetum, mel, & crocum merum. omnia sine croco decoquantur: & post coctu̇ram crocum iniiciatur, deturq; phialæ dimidium. *Ad aphthas, hoc est oris vlcera.* 118.

Oliuæ molles manducentur. Aut vuæ passæ agrestes aceto incoquantur, & ex eo os colluat.

Ad capitis tumores, quos talpas nominant. 119.

Locum prius mulso lauato, deinde bubulum fel iniicito, & leporis stercus, aut quod ex sapone confectum est. Aut rutæ succum in foramina instillato. Aut aristolochiam tritam in ipsa foramina cum aceto infundito.

De viribus rutæ. 120.

Ruta in primis esui potuique data visum acuit: veneris appetentiam extinguit: capitis dolorẽ leuat, siquis teneris eius foliis capitis ossa contegat. Succus præterea rutæ cum fœniculi succo, & melle commistus atque illitus hebetem visum acutiorem reddit. Idem præstat & seminis rhamni succus ex mulso illitus. Menta quoq; cũ polenta in cataplasmatis modũ impositа abscessus sanat.

Ad supprimendum sanguinem. 121.

Beronicem mellis super prunas cocti plenam edendam apponito: & brassicę, ocymiq; semi- H
nis, vtriusque grana sex trita potui dato ex vino mulieri a multi sanguinis ꝓfluuio male habitæ.

Præsagium de ægrotante. 122.

Salicis tenera folia contusa illinito: si roseus fiet, euadet: si viridis, morietur.

Ad impediendam venerem. 123.

Erucam sacerdotes edunt, & rutam, & viticem. Erucæ igitur semen ex melle aut cum fęnogrę co ieiuno illitum penem arrigi non sinit.

Ad dolorem oculorum. 124.

Crocum tritum, & cum liquore, qui a rosa stillauit, fermentatum, illinito.

Ad capitis dolorem. 125.

Si hæc adsint signa, oculorum tenebræ, capitis ipsius dolor, aurium sonus, nasi obstructio, sũmo mane oculorũ lachrymæ, nõnullis & oculi caligant: quib. hæc adsunt, caput hũc in modum purgato: origano, hyssopo, & sale nares ꝓfricato, neq; in posterũ caput dolebit. Qđ si neglexeris, morbi huiusmodi sequentur, obtusus visus, aurium sonus, capillorum casus, & dentium dolor.

De pectore

A *De pectore humano.* 126.

Cum pectus aliquod vitium passurum est,in primis humiditatem in ipso sentire uidetur, & in costis,crudis abūdat humoribus,æstuationē,sitimq; habet,ipsius lingua aspera est & spumās, & singulis horis saliua decurrit.Conuenit aūt ipsum a cœna vomere:aut summo mane stomachū purgare præsumptis raphani radicū corticibus,aut sinapi virenti,aut eruca,aut nasturtio ex aqua tepida,& statim vomens sanabitur. Si negligenter se gesserit,in spiritus difficultatem, & lateris dolores,& febres acutas incidet,atq; penitus somno carebit. *De uentre.* 127.

* Quādo in ventre vitium aliquod suborituru est,primo tormina doloresque in ventre sentiū tur:& alui suppressio,& excretio:& in ipso cibi perturbātur, & potiones amaræ vidētur: & gra uitas in genubus,& circa lumbos renesq; dolores sunt:& oīno febricitabit.His ita se habētibus simplicibus medicinis purgare oportet.Cnicum igitur contusum,& aqua dissolutū, potui dato. Aut brasicæ,aut betæ succū melle cōditū adiecto modico salis propinato,& miraberis. Si res neglecta fuerit,difficultas intestinorū,desidendi immoderata cupiditas,& dorsi dolores impēdent.

Ad grauem auditum,& aurium sonum. 128.

Nitrum in acetum conijce,oleumq; roseum & vinum infunde,& capitis posteriora inunge

B *Aliud.* Nigri veratri radicem conijce,& sanabitur:expertum enim est.

Ad custodiendam uuam. 129.

Centaurij decocto palmites vitis conspergito:hoc canes, vulpes,& cœli volatilia propulsat.

Ad uteri strangulatus. 130

Os cordis cerui accipe,tere,& potui da mulieri:& videbis gloriam Dei.

Ad lumbricos mirabile remedium. 131.

Nigellam tritam ex garo potui dato.

Ad dignoscendum masne,an fœmina,sterilis sit. 132.

Lentem in vtriusq; vrinam separatim conijce & vtrius lens germinabit, ille est filium creās, cuius vero lens non germinat,ille sterilis est. *Ad rigorem.* 133.

Scribe in tribus malis Pepopulas:aut digito, Sauus,drauus,danonus,danubius:& esui dato.

Confectio gari Ioachi martylopolitæ. 134.

Accipe frustulorum panis non fermentati,non conditi,putrefacti,libram:nigellæ tziaricā, se

C mi contusam mētam,calamintham,bunisam aridam,vtrāq; semilibræ pondere: rutæ sylvestris,

* thymbræ,fœniculi,singulorū tramia quadraginta:aniſi tramia triginta,nanachuā tramia quadraginta,vuarum passarum pinguiū maturarum semilibram,palmularum mundarū tziaricam: mellis ueri,hilari melisij semilibram:sacchari tantij tziaricam:rosarū aridarum,aut humoris ab ipsis per ignem extracti,tramia centū. Hæc in doliolum cum aqua conijcienda sunt. Soliq; p quadraginta dies exponenda. Ipsis verò adijcere oportet in puro linteolo deligata, ligni aloes tramia quinque,spiciæ tramia septem,cariophyllorum tramia duo,croci tramia tria; mastiches, thuris,vtriusq; tramia decem;struthii corticis tramia quindecim,musci tramium, ampar tramia duo.Omnia linteolo inclusa in dolioli medium succum demittito:& per quadraginta dies quotidie terito,& exprimito,suspendens videlicet in dolio in medio succo & post quadraginta dies aquam succo superfluitantem colligito,& in altero vase reponito:& in succum alterā aquā inijcito,& vtraq; insolato.Sed postquam totum ius coactum fuerit in altero vase,tunc in nitido cacabo aut in olla vsque ad tertias decoquito,& cotoneis maturis impleto:linteolum autem nunquam de medio garo eximito;& optimum garum,omnibusq; hominibus vtile conficies.

De capitis dolore Barnabæ monachi. 135.

D Accipe farinam fabaceam,quantum manu capere potes;& mastiches,cuminiq; parū, in vnū miscere oportet cum succo malorum cotoneorum;emplastrum facito,& membranæ illitū frōti imponito. *Ad urinæ difficultatem.* 136.

Vnguentum optimum in vrinarum iter infundito,statim urinā reddet. Aut mel,& silvestrē canabim,in vnum misce,& perinæo impone. Aut moschum in vrinarum meatum immitte.

Ad sanguinis è naribus profluuium. 137.

Canabina folia trita & arida in narem insufflato. Aut pannum lineum combustum ex aceto in nares immittito. *Ad uteros.* 138.

Obsonium è iusculo,& amaneta rium verum,& cardid:usta ex vino veteri potui dato.

Ne arbor fructum amittat. 139.

Lilij radicem arbori suspendito;vbiq; fructus hærebit,& non cadet. *Ad uulnus.* 140.

Cor cum pelle & cornu cerui combure,& ex oleo inunge. *Ad stomachum.* 141.

Rutam & thymbram cum ouo:& cuminum,& mentæ radices potui dato.

Ad impetigines. 142.

Pipere trito ex muliebri lacte inungito,& sanabitur. *Ad dolorem dentium.* 143.

Ouorū putamina,sæpiam,& oleum misceto:& coquito,donec tertia pars relinquatur: & tepidum ore contineto. *Ad lumbricos uentris.* 144.

Cornu cerui ramenta ex vino vetere potui dato à balneo.

Ad

Ad urinæ difficultatem. 145. E

Coriandrum,mentam,& aquam cum melle decoquito,quoad tertia pars superſit, & in potũ offerto. *Ad uulnus,dulce.* 146.

Suillum fimum cum oleo & acri aceto miſceto:& locum prius ſetaceo panno excoriatũ inũgito. *Ad dolorem lateris.* 147.

Paliuri radicem vino incoquito,donec tertia pars remaneat:& a balneo potui exhibeto.

Adiecur & ſtomachum. 148.

Accipe aloes,& ſpicæ,vtriuſque miliariſium:ex vino a balneo propinato.

Ad conciliandum ſomnum. 149.

Caprinum fimum cum trixagine ad luti ſpiſſitudinem miſceto,& faciem oblinito.

Ad tuſsim. 150.

Raphani ſemen & fœniculi,& melle potui dato. *Ad cordis dolorem.* 151.

Rutã,& lini,fœniculiq; ſemen cordi imponito. *Ad lumbricos aluum occupantes.* 152.

Lupinos,lauri baccas,taurinum fel miſceto,& vmbilico ſuperdato.

Ad hæmorrhoidas. 153.

Teſtudinis teſta ſuffita bene facit. *Ad exuſtionem.* 154. F

Ouorum aſſorum vitellos in ſartagine combure,& in modum emplaſtri impone.

Ad pruritum. 155.

Garum ſulfur ignem non expertum,& oleum miſce,& inunge:effectum miraberis.

Ad morbum regium. 156.

Chryſolachani ſemen,mel,& crocum confundito,& in lectulo cubantem illinito: bene facit.

Ad uermes. 157.

Chamæleonis radicem cõtunde,& viticæ ſummitates cõtritas inijce. *Ad tuſsim.* 158.

Fæniculi radices cõtritas ieiuno potui dato,admirabile remediũ eſt. *Ad Comam.* 159.

Maluam,& ſaluiæ radicem conterito diligenter,& in vas cum generoſo vino conijcito,à balneoque comam illinito. *Ad aurium dolores.* 160.

Rubi ſuccus expreſſus,tepefactus,& in aurem infuſus dolorem finit.

Ad regium morbum. 161.

Chryſolachani contuſi,mellis,vtriuſque ligulam vnam,ex vino calido ieiuno exhibe. *Aliud. ualde bonum.* In dextram aurem iacenti tenuem venam cædito: & ſanguine effluente vtilitatem miraberis.Si lienis vero doleat,idem facito in ſiniſtrum latus iacenti. G

Ad iecinoroſos,lienoſos,& à ſtomacho laborantes,præſentiſſimum remedium. 162.

Viticis grana eſui potuique ex vino mane veſperique exhibeto. *Aliud.* Apii & petroſelini macedonici ſemen,& cicer,& viticis ſemen omnia conterito,& ex vino calido potui dato.

Remedium ad renum uitia. 163.

Erucæ,naſturtij,raphani ſemina,conterito,& melle attico comprehendito & ex vino vetere drachmam potui concedito.

Baſilij Icti Melitinoti de Ratione uictus ad regium notarium grammaticum.

Confectio uini perſpicui & coccini. 164.

Dolium vino impleto,quantum fuerint menſuræ viginti:& ex ipſo menſuras duas accipe, & in lapideam ollam conijce:& adde ſeminis fæniculi,lini ſingulorum miliaria centum:aniſi miliaria l.cum his bene ſeruefacere oportet:& ex ſacculo percolare,& ſextarium in dolium mittere:deinde accipe triſpidij miliaria centum,caryophyllorum miliaria quinque,croci miliarium: cyperi,ligni aloes,vtriuſque miliaria quinque:omnia in vnum trita & cribrata lineo linteolo inuoluito,& in medio dolio ſtatuito,atque vtitor.

Eiuſdem roborantia ſtomachum pituitæ plenum,& dolorem capiti inferentem 165. H

Te oportet ſingulis diebus roſei mellis miliaria viginti accipere, apij ſeminis miliariũ vnum, aniſi miliarium ſemis:& ieiunare vſque ad meridiem,& tũc cibum capere. Nam propterea ita te facere ſtatuimus,quoniam roſa ſtomachum confirmat,* maſtiche calefacit:fœniculum & apiũ, ſi in iecinor ac liene multitudine atrorum ſuccorum offenderint,detrahunt,& per lotium eiiciũt abſque moleſtia: aniſum vero,eo quod flatus a ventre diſſicit,ſtomachumque corroborat. Iccirco te vſque ad meridiem cibo abſtinere præcepimus,vt ne alter morbus appareret,vtque vis herbarum diutius in ventriculo moraretur.Cum vero decem dies præterierint,eundem ordinem aſſidue obſeruatu cum roſeo ſaccharo,vt ſtomacho robur addatur,viuaſque in dolenter. Fecimus autem & de alimento ſermonem hunc in modum.

Ratio uictus in cibis & ieiunio. 166.

Primo die amygdalas amaras decem cum pane & vino,quantũ ſatis ſit,te edere cõuenit. Secundo die mel cum pane & vino,qđ ſufficiat edito. Tertio die agni anniculi carne veſcaris: eius ſcapulam elixam igne torreto,cũ pane biſcocto,& vino quod ſatis,edito.Quarto die oryzam ſolam aquæ incoctam,addito melle cũ pane & uino,quantũ ſufficit,edito.Quinto die grana punici mali, amygdalas,allium, cum dauco, ficis aridis, vuis paſſis decoque: & veſcere cum pane & vino,

A uino, quod ſufficiat. Sexto die ſimilem carnem anniculã in ſartigine cum dauco decoquito: & ve
fcere; panis & vini, quod ſatis eſt, addito, vt vis punici mali obtundatur, frigida. n. eſt, atq; ideo ma
lum punicum adiectum fuit, vt quæ antea per quinque dies aſſumpta fuerant, refrigeraret, erãt
enim re vera calida. Septimo die carnem minutatim conciſam cum cicere & condimentis deco-
que: & veſcere, quantum ſatis eſt. Octauo die carnem cum aceto, caricis, amygdalis, nucibus ſy-
∴ riacis, croco, dauco, paſſis vuis cũ aliis carnibus conciſis, cũ melle, quod ſatis ſit, decoque: & veſce-
re cum ũino, quantum ſufficiat. Decimo aũt die ciborum ieiuniique ratio ita ſe habet: mali puni-
ci granum, quemadmodum & prædicta, decoque: & cum vino, quod ſufficit, ede. Hæc eſt ſumen
di cibi ratio: ſemper tẽpore cœnæ menta ex melle vtitor, vt cibi conficiantur, & ne pituita uentri
culus abundet. Quo autẽ bona valetudine fruaris, venã ſine noxia cauſa ne ſecato. Quod ſi mor-
∴ bus caput tentauerit, venam caluariæ ſecato, & extrahe ſanguinis miliaria decem: hoc autem bis
feceris, & aprili menſe, & ſeptembri, per triduum ante & poſt abſtinentiam imperans. Auxilium
quoque bis prædictis menſibus deuorato: & capitulis papaueris, vt dormias, vtere: caueasq; a coi-
tu: quod ſi velis, ſemel in ſeptimana poſt noctem mediam id facito. At Iulio menſe & Auguſto te
B per biduum vomere oportet: vtrunq;, qm̃ per diem vnicum ſtomachus purgari non poteſt. Quã
do autem vomis, caueto, ne aquam prius, aut poſtea biberis: dumque vomis, oculos velato, & de
ligato, ſtansque vomito loco edito, aut ſuper fluuium: a vomitu ſi ſitias, bibe zulapium, & ſobrius
eſto. Te vti lauatione oportet menſe Aprili vſque in totum Nouembrem: cæteris menſibus abſti
neto: quod ſi lauari volueris, ſemel tantum in ſeptimana lauator, idque ſemper ieiunus. Si ſitias,
temperatam aquam bibito: & balneum egreſſus oleo, & mulieris lacte, quæ fœminam peperit, ca
put irrigato: per noctem autem pedes calenti aqua cum furfuribus foueto.

Ad capitis dolorem. 167.

Accipe amygdalarum libras tres, ſeminum cucurbitæ libram vnam: oleo ab vtriſq; expreſſo,
∴ capitis verticem, nares, pedes, ac manus inungito. *Aduerſus Vini noxam.* 168.

* Cotonea mala matura dulcia accipito, & mundato; deinde ſuccũ exprime, & in vino infunde
∴ *Inunctio experta ad artuum dolorem, manuum pedumq; intertrimẽta, corruptelas, aduſtiones hyemis
& venti manus pedesq; lædentis, qui Sarracenica lingua Tlen dicitur. Compoſitio ita ſe habet.* 169.

Accipe axungiæ anſerinæ partes duas, & medullam ceruorum iuuenum, & marta ſancem pa-
param, & mel ſuper carbones decoctum & percolatum: pone in lapideũ lebetem, & feruefacito
quo ad prædicta pinguia tabeſcant: quibus adhuc calidis martaſancem iniicito: & cum prorſum
C refrixerint, mel addito, & bene inſtar malagmatis ſubigito: & ad ignem, aut in furno inungito, &
∴ bene perfricato: tantiſper autem inunge, donec dolor abſceſſerit.

Ad ægylopas, i. fiſtulas angulorum oculi. 170.

Taurinum fel, & liquidam picem, & acetum, in vnum miſcens, emplaſtrum conficito, & impo
∴ nito. Aut rutæ folia cum chorygio in foramina immittito. *Ad vulnera incurabilia.* 171.
∴ Ariore panii radicem in vinum dulce demittito, & ægrotanti potui dato.

Ad pulmonum inflammationes. 172.

Piperis grana xv, ſalis micas nõ lotas totidẽ: terito, & teaphen addito, in vnumq; cogito: & cũ
* fimo gallinæ rufæ, atq; oleo inũgito. Aut dauci ſemẽ, & nigellã, & porrũ cõtere, & potui exhibe.

Ad talpas. 173.

Accipe trixaginem & hordeaceam farinam cum melle fermentato, & inungito, & in modum
cataplaſmatis imponito. *Ad dolorem ventris & ſtomachi.* 174.

Thus cum vino antiquo in cacabum coniicito, & donec tertia pars ſuperſit, decoquito, atq; ita
in balneo propinato. Aut oleum & vinum perinde coquito, & tepidum in balneo potui dato.

Ad ſtomachi vitia. 175.

D Cuminum & cinnamomum conterito & myrrhã, maſtichẽ, bliſcune modicũ adiicito: deinde
∴ cocta & miſta potui offerto. Aut mẽtæ ramulos tres, & grana punici mali, & palmulas ꝓpinato.

Ad debilitatem genuum. 176.

Lini ſemen & mel in aqua feruefacito, & cordi in modum cataplaſmatis imponito.

Ad dolorem lateris. 177.

Ex cumino triticea farina & vino veteri cataplaſma facito, & cordi ſuperdato.

Ad lienoſos. 178.

Braſſicæ folia, ammoniacũ, acre acetũ: oĩa miſceto, conterito, & locum ꝑ triduũ oblinito. Aut
platani folia aquæ incoquito, quoad tertia pars ſuperſit, & potui dato. Aut braſſicæ folia igne tor
reto, & trita ex vino propinato. *Ad profluuium ſanguinis muliebre.* 179.

Taurini cornu ramenta ex aqua pota ſanguinis profluuium ſiſtunt: Aut lulacẽ, & braſſicæ ſe-
∴ mina, & ſcammoniam, in vnum miſceto, & potanda exhibeto.

Ad ſtomachi compreſſionem. 180.

Accipe gallas tritas, & rhoi flores, aut mali coria, & vſque ad tertiam partem decocta: aut feni
græci melli incocti ius, potui dato. *Ad cœliacos, hoc eſt ventriculoſos.* 181.

Naſtur-

Nasturtii semen ī nouā ollā coniice,& decoq;:deinde ouū separatim elixa,& ei' putamen de- E
trahito,& ipsum diligenter conterito:nasturtij semini elixo adijcito & vna feruefacito: atque, si
velit ægrotans,edito,sin id non possit,aquā potato. Aut taurinos renes frictos potui dato.aut ve
terem caseum acri accto incoctum ieiuno esui cōcedito. *Ad vrinæ difficultatem.* 182.

Pagurum fluuiatilem conterit ,& panniculo expressum potui exhibeto. Aut fœniculi radi-
ces ad tertiam partem decoctas laboranti propinato.

Ad exterius prominentes ani tumores. 183.

Viuam calcem,& recens auripigmentū in vnū mista,imponito. *Ad artuum dolores.* 184.

Quinqueneruium & scorpidium & acetum modicum misceto,& locum oblinito. Aut sinapi
& caricas in vnum conterito,& in balneo superdato. *Ad dolorem genuum.* 185.

Maluam,hordei farinam,lini semen,vna contere:& in sartagine cū oleo fricta loco impone.

Ad ossa fracta. 186.

Accipe picem thuris puluerem,palmulas,maluæ florem,oui albū, omnia,mista imponito, & F
stupa superaddita,calamis ac fascia deligato:sanabitur. *Ad quartanam.* 187.

Vinū vetus trixaginem incoctam habens ter potui dato. *Ad morsum scorpij.* 188.

Testam igne candentem impone.Aut alam ex melle potui dato. Aut humum respiciens, quē
lapidem premebas,eum imponito. *Ad veneficia & præstigia.* 189.

Caridion,& latum cuminum & zochii radicem ad tertiā partē decoque:& ex vino vetere po
tui da.Gestet & glaneū ossa:hæc.n.suffira dæmonas abigūt. *Vt mulier concipiat.* 190.

Leporis vterum frige,tritumque assidue propina:habeat autem & leporis sanguinē. Aut vul-
pis stercus cum seuo bubulo misce,& mulieris uirique genitalia inunge.

Ad fœtum in vtero mortuum. 191.

Muliebre lac cum melle & radicibus amaranthi potui dato,& exibit. *Vt lac abundet.* 192.

Fœniculum & anethum cum melle & vino decoque,& quotidie mammas obline: lacte mu-
lier affluet. *Ad vteros.* 193.

* Gallinam iugulato,& festucam lineo pāniculo inuolutā intra eam condito, atque ita elixato
ius potui dato,fuito vero gallinæ oculos,& manetarem verum,& caridion vre,& propina.

De inuoluntario mictu. 194.

Galli gulā gutturi annexā cōcidito,& vrito,ac diligenter terito,& ex vino vetere potui dato.

Ad roborandum penem. 195.

Rapi semen tritum melli ad misceto:& panniculo attrito illitum peni circundato. G

Ad scabiem vnguium. 196.

Sinapi mentamque ex acceto coctam imponito. *Ad intertrigines.* 197.

Muscum marinum aquæ marinæ incoquito,& expresso humore imponito.

Ad podagram. 198.

* Accipe myrrham Mur vocatam,herbamque policarem,aut pyzurcatum mystri mensura ex
aceto,pedes illinito. *Ad roborandum stomachum.* 199.

Accipe lignum aloes,acorum,cyperum,mastichen,thus,nigellā,fœniculum,& spanthos:val
de conterito,& in vnum corpus redigito.& ex succo punici mali,& melle super carbones cocto
potui offeras. *Ad sputum.* 200.

Rosaceum zupha,aut hyssopi,quod ad tussim facit,& angustiam & dolorem pectoris Cōpositio hæc est

Accipe manusiacorum drach.ij,vnapia,vel zizipha numero viginti,ze pistania,vel myxia to
tidem,ficos aspr.dulces numero xv,aut dulcem radicem semitritā mensura drachmæ:chaschasis
* contusi,vel papaueris capitularum drach.v:paresausa,vel polytrichi,drach.ii:aneseum vel dulcis
* anesi.3.ii:tolme caraus,vel apii seminis,drac.ii:vuas passas,grana bona logaricę s.zupha vel hys-
* sopi drach.iii:rhazani,vel seminis fœniculi,drach.duas.Vuas passas granaq; mista lauato:& emo
* schasum ex aqua refrigera per diem vnum & summo mane:vt elixatum cū prædicto videlicet lo H
* garicyon vnc.iiii;& tantisper decoquatur,donec aquæ remaneat logarica vna & semis;& tunc p
* coletur,vt certo sciatur in ipsa nullam remanere materiam:deinde sacchari logaricam vnam ad-
* dito,ut zulapion fiat;& quotidie vnum potato per dies octo,& oleum amygdalinum instillato.

Ad vomitum biliosum. 201.

Bilem vomentibus huiusmodi cataplasma adhibendum est,qđ ex his constat;palmulis mali-
corio,gallis in vino aut posca incoctis & pane exceptis. Acacia præterea,hypocistis,et balaustia,
et thus cataplasmatis adiiciantur. Item cucurbitula magna cum multa flāma stomacho si affiga-
tur,bene facit Cibus paucus & crebro exhibendus est. Verum ad atram bilem uomentes & sto-
machū inflatum spōgias aceto acerrimo calido imbutas adhibeto. Aut exhederæ foliis uino inco
ctis cataplasma facito. *De singultu.* 202.

Singultus aut ex repletione,aut ex inanitate,aut ob acres humores stomachum mordētes, ex
citatur;quibus uomitu reiectis desinit. Pleriq; autem,si compositione ex tribus piperibus deuora
ta,mox uinum biberint,singultire solent. Cibo præterea in mordacem qualitatē corrupto qui-

dam

A dam ſingultiunt. Vomitũ ſane ob plenitudinem aut morſum ſingultientibus remẽdio eſſe inuenimus: calorem ijs, qui ex refrigeratione. Si vero ex humorum copia ſingultus fiat, euacuare vehementius oportet, id ſternutatio præſtabit: ſed ab euacuatione ſingultum ſternutatio non curat. Singultientibus autem ruta ex vino danda eſt, aut nitrum ex mulſa, aut ſeſeli, aut daucum, aut cuminum, aut zingiber, aut calamintha, aut nardum gallicum. Hæc ſingultibus ex cibi corptela, aut ex frigore, aut ex multitudine ciborum, auxilia ſunt. Ad eos verò, qui ob frigidorum, aut craſſorum ſuccorum multitudinem ſingultiunt, caſtorium ex poſca potui datum benefacit: cuti quoque ex oleo vetere cucumerino illinitum prodeſt. Scillinum quoque, aut mulſum acetum potum iuuat. Item ſpiritus retentio magnifice ſingultum diſcutit.

Ad Pedum Inieritrimenta, Sciſſuras, & Perniones. *Cap.* 203.

Rubricæ vel ſinopidis, & cimoliæ, paribus portionibus ex caprifici ſucco illinito. *Aliud.* Hederam, calamintham, & ſalem, in aqua ſimul incoquito diligenter, ac pedes ſemel atque iterum laua tò: & ſanitatem recuperant. *Aliud.* Muriam craſſam cum feceris, calidæ aquæ admiſceto: ex ea pe
B des ac perniones foueto. Tertium, ſal, cuminum, oleumque miſceantur: & prius inunctos pedes illinito curioſe: nam per occultos ſenſibus meatus materia elabitur.

Ad Podagram. 204.

Semperviui ſucco diligenter cocto vtere. *Aliud.* Vini ſuccum aſinino lacti, ac dulci vino admiſce, & illine. *Aliud.* Phocæ aut leonis, aut lupi, aut vulpis corium ſiquis elaboret, & calceos geſtet pedes non dolebunt. *Aliud.* Veſpertiliones tres aquæ pluuiatili incoquito; deinde hæc aquæ adijcito, lini ſeminis triti vncias quatuor, oua cruda tria, olei cyathum vnum: bubuli ſtercoris, ceræ, vtriuſque vncias quatuor. omnia in vnum corpus redacta ſubigito, & cubitum eunti ſemel atq; iterum applicato.

Aceti Scillini confectio ex Galeno. 205.

Remedium optimum ex ſcilla a Pythagora ſcribitur, quo omnes Imperatores vſi ſunt. Ab ipſius auctore fertur, quicunq; hoc vtantur, longæ vitæ fore, & eius extrema integra vſque ad finẽ permanſura. Et ipſe quidem Samius ſenex, huiuſmodi extitit: quãtum. n. temporis vixerit, haud ignoras: de ipſo. n. in libro traditum eſt, quod cum ſuis conſanguineis hanc facultatem communi cauit; eumq; hoc medicamento vti incepit, quinquageſimũ annum natus erat, & vſq; ad centeſi-
C mum decimum ſeptimum vitam produxit integer, & nulla vnquam aduerſa valetudine tentatus. Hæc ſane medicamenti autor diſſeruit, qui vir philoſophus erat mentiri neſcius: nos autẽ viri huius fidei periculum fecimus, ac firmam conſtantemq; huiuſce medicamenti facultatem eſſe teſtamur. Oportet igitur ſcillam montanam libræ vnius pondere capientem dura circũcidere, & mollia minutatim cõcidere: & aceti acerrimi ſextarios octo in vitreũ vas mittere, atq; obturare: ac p triginta dies in caniculæ caloribus, vt maceretur ſinere: deinde ſcillam extractam exprime. Id genus aceti parum mane ſorbeto: tibi enim hæc euenient, vt ne faucium orisq; partes vnquã re molleſcant: os ventriculi bene valebit, facile ſpiritum duces, vox recte habebit, oculi acutiſſime cernent, aures in officio manebunt, nullusque flatuoſus vapor in ventre vnquam excitabitur, nullũ viſcu ſuſpẽſum erit; bene ſpiráns, bene coloratus deges, ad ciuilia negocia recte affectus: nõ acidum, non ſalſum ructabis, ſi aliquid aceti huius aſſumſeris. Et ieiunus vt aſſumas præcipio: ſeptẽque poſtea ſtadios deambules, ita enim diſſoluetur. Hoc aceto qui vtitur, in victu quamuis licentioſus eſto; omnia enim cibaria conficiet, & a nullo unquam offenſam patietur: neq; valde implebitur, & eius, quod vtiliter ſumitur, nihil ſuperuacui in corpore reſidebit, non flatus, non bilis, nõ ſtercus, non vrina, ſed omnia facile excernit, atque educit; aluus lubrica omnino eſt, totiusq; cor
D poris purgatorium eſt medicamentum, etiamſi in oſſibus ſordes inhæreant. Item phthiſicos ab omnibus deploratos hoc medicamento ſanitati reſtitutos nouimus. Morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, vt niſi poſt longa temporis interualla non redierit: incipientem vero ac nouũ perfecte diſcutit, neque reuerti amplius hunc affectum permittit. Ad podagras præterea, & articulorum morbos, iecoris lienisque duritias, vehementer facit. Et ſingulares quidem aceti ſcillini effectus hi ſunt: communes autem quam plurimi, quibus nos commoti ſalutare hoc medicamentum ſanitatis integritatisque cauſa tibi tradidimus. Deficit.

Vini Scillini compoſitio ex Galeno.

Vinum hoc potui datum omnem ſanitatem affert: Humores enim attenuat, ſed maxime pituitẽ: neque ipſam in ſtomacho, aut vẽtre aut capite, aut iecore, aut liene, aut neruis, aut oſſibus cõſiſtere permittit, neque alium id genus tenacẽ humorẽ obſtructiones faciẽtẽ, ſed oĩa diſſoluit, & vẽtrẽ lenit, atq; ita ſubducit. Et vrinam mouet, & per ipſam cauſas attenuat excernitque. Adeo verò caput purgat, vt nares prorſus humore vacent. Commodũ eſt podagræ, articulari & comitiali morbo: denique oĩs ſanitatis autor eſt. Ex his conſtat. Scillã albã mõtanã circiter canis exortũ accipito libræ pondere per dies decẽ in vmbra refrigera: deinde ſcillæ folia refrigerata in vitreum vas mitte, & vini albi veteris ſextarios duodecim ſuper funde, & ſuſpensũ vas p quadraginta dies habeto:

habeto: postea scillam exime,& abijce:& vino ad antedicta vitia vtere,& eius vim percipies. Su- E
† *Alter a som no.* binde ante cibum vini duas vncias exhibe: sin † a cibo, vnciam mediam. Quod si ipsum potui cõ modum efficere velis, vt magis delectet, mellis sextarios duos aut tres admisceto.

Medicamentum, quod Manducatum Stomachi pituitam detrahit, Gargarizatum Caput purgat. *Cap. 206.*

Origanum, gummi, hyssopum, sampsucum, pulegium, thymum, passi vncijs iij incoquito, donec vna remaneat: & gargarizandum dato: excutit enim etiam pulmonis materias, si manducetur. Id autem quotidie facito: probatum est enim.

Ad Vrinam reddentes ægre, aut nequaquam. *207.*

Lectuli cimices terito, & vrinarium foramen illinito: statim vrina decurret. Id etiam ad pueros mingere nequeuntes benefacit.

Ad Calculosos, & Vrinam prouocandam. *208.*

Baccarum lauri, & piperis, æquas portiones terito & cribrato: & ex mulsæ mensura vna exhibeto: mulsa verò calida esto. *Aliud Lapides atterens, mulieribus viris q; Vrinam prouocans.* Lauri corticem aquæ incoque & permisce, sorbendumque propinato: vehementer facit. F

Ad Sanguinis Mictum. *209.*

Accipe zingiberis drach. ij, brassicæ seminis drach. iiij, papaueris drachmam, succo excipe, & globulos facito, laborantique exhibeto.

Ad Vrinæ Stillicidium. *210.*

Thymi & fœniculi æquas portiones conterito, & ex aqua temperata calida potui dato.

Ad Dolorem Viæ Vrinariæ, & Difficultatem mictus, atque spiritus, & ad Sanguineum lotium, & Calculum. *211.*

Asari, mysios, nardi gallici, æquas portiones accipito: melle attico cuius spuma abiecta sit, excipito: & dato nucis ponticæ magnitudinem: facit enim etiam senes conualescere, quibus effluxus siccior est, eumque validiorem reddit.

Ad Inuoluntarium Vrinæ exitum. *212.*

Lilij radicem elixam potui dato. Alterci quoque succum aut semen in vino & lacte maceratũ corio cerui includito, & dextro femori appendito: miraberis. *Aliud.* Apri vngulas vstas, ex vino potui dato. Aut galli testem vstum edendum apponito. *Ad Inuoluntarium Mictum.* Cochleam cum testa vstam, tritamque ex vino cubitum eunti potui offerto. G

Ad difficultatem Vrinæ, & Calculum. *213.*

Lini semen, piper, petroselinum, tusa & creta: ex condito accipe cochlearium vnum.

Ad Exterendos Calculos expertum. *214.*

Scorpiones marinos exiguos tres integros comburito, & cinerem excondito propinato.

Ad Supprimendam Aluum. *215.*

Rhun atque oryzam vino incoque, donec tertia pars remaneat, & per inferiores partes immitte. Aut vinum austerum, in quo hirci iecur incoctum sit, potui dato. Aut gallas vstas bene terito, & suillam adipem misceto, frictasque ex aceto esui dato laboranti * piperis drachmam, farinæ lupinorum drachmas tres, mellis ligulam.

Ad Citandum Sudorem, & finiendam Febrem. *216.*

Cachryos semen ex oleo illitum. Aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum horæ vnius interuallo post annotationem.

Ad Canis morsum. *217.*

Vrticæ semen emplastri modo impositum. Aut nigri marrubij folia similiter. Aut apiastrum ex vino potum, vel morsibus impositum. Aut allium illitum, aut assum, potui esuique datum. *Ad Morsus Canis rabiosi.* Brassicæ folia cum lasere ex aceto trita imponito: per se enim brassica ra- H
bioси canis morsibus aduersatur, & ipsius decoctum potui exhibitum. Elixa autem brassica ante alios cibos assumpta phthisicos sanat, & arteriæ vitia emendat: contrita vero & lieni super data ipsum consumit.

Ad Anginam, & colli dolorem. *218.*

Alba populus arida, trita, & ex melle illita collo. Aut nasturtij semen, & columbinum fimum ex melle, instar cataplasmatis imponito.

Ad internas Ani prominentias. *219.*

Amaranthum aqua maceratum mane vesperique potui dato.

Ad Lienem Cataplasma valde efficax. *220.*

Inulam, sinapi, baccas lauri secundũ proportionẽ, accipe & tere: deinde nucis nouæ corticem parum contundito, mox in pilam coniectum validius terito, & eximens aceto acri macerato p triduum: & omnia in vnum redigens cũ succo Tiberiadis vsque ad cataplasmatis temperaturam decoquito: & lieni summo mane per octo dies imponito, euacuato prius ventre, atq; miraberis.

Aliud.

A *Aliud ad comminuendum lienem.* Capparis radicum vnc.iij, calcis viuæ vnc.iiij, contusas cribratas, acetoque commistas, imponito nō diutius horæ spatio: totus lienis absumitur. *Aliud.* Brassicę decoctum solum ex aceto mulso ieiuno potui dato. Aut rubi radicem vsque ad tertiam partem decoque, & decoctum per triduum dato. *Aliud.* Corticem nucis aceto ac melli incoctum ieiuno propinato. Aut ferrum candens in mulso extinguito: & potui dato: admirabile est.

Ad nigros dentes. *Cap.* 221.

Palmularum ossibus mastiche & melle dentes per septem dies pefricato: & albi redduntur.

Ad lumbricos alui. 222.

Lupinos, lauri folia, ac fel taurinum misce, vmbilico impone: id bene facit.

Ad interiores exteriores q; ani prominentias. 223.

Amylum, picem, aquam, vna feruefacito, donec tertia pars remaneat: ac per septem dies potui dato.

Ad dolorem aurium. 224.

Vitis racemum capiens in sartagine frigito cum oleo, auriq́ue instillato: & conualescet.

B *Ad Hirudines.* 225.

Aristolochiam terito, & sale conspergit o.

Ad calculosos. 226.

Lauri baccas, piperque misceto æquâ mensura, & ex mulsa mystrum vnum dato. *Aliud calculos frangens.* Lauri corticem aquæ incoquito, quoad tertia pars supersit, & sorbendum exhibeto. *Aliud calculos frangens.* Turturis stercus vstum ex mulsa prębeto, lapides.n. per vrinam exturbat *Aliud expertum ad calculosos.* Struthii, rha pontici, capparis, singulorum drach. accipito: dato quotidie ex vino albo drach. & per mictum subsidentiam calculosam eijciet. *Aliud.* Origanū in aqua vsque ad tertiam decoquito, & decocti cyathum vnum potui dato.

Ad stillicidium, & difficultatem urinæ, & primo ad stillicidium. 227.

Fœniculi, seminis palmularum Thebaicarum pares portiones conterito, & ex aqua temperata calidas propinato. *Ad urinæ difficultatem & stillicidium.* Costi, mellis, aquæ cyathos nouem accipe. des potui craterem, mercede prius petita. *Aliud.* Cyperi asiatici cochlearium vnum, ex vino meraco, aut ex melle exhibeto: periculum de ipso factum est: *Ad urinæ difficultatem.* Petrosel linum macedonicum terito, & ligulam vnam exhibeto. *Ad stillicidium.* Cucurbitam aridam cō
C terito, vt farinę instar sit: cuius exiguum cochlearium ex aqua potui dato: *Ad mingentes instratis* Leporis cerebrum ex vino propinato. *Aliud.* Vesicam assam esui dato per triduum. Aut cyperiū tritum * potui dato. Aut leporis testiculum ex vino odorato tepido propinato. *Ad stillicidium.* Thus accipe, & in vino diutius feruefacito, propinatoque per triduum *. Accipiens Raphida marinum piscículum, comburito, & potui cinerem offerto.

Ad impetigines. 228.

Cornu ceruini ramenta aceto incoquito, vsque dum tertia pars remaneat: ex eo illinito.

Ad feras impetigines. 229.

Hordei farinam aceto acri permistam imponito. Aut hastulæ regiæ radice ex aceto trita illinito frequenter. Aut lineum panniculum super candenti ferro comburito, & illinito. Aut nucis virentia folia cataplasmatis modo imponito: hoc & ad scabiem facit.

Ad penis dolorem, & inflammationem. 230.

Cuminum & ouorum putamina bene decoquito, & foueto: effectum miraberis.

Ad impetigines. 231.

Allium, & theaphen, aquam, & oleum: omnia misceto, & illinito.

D *Cataplasma ad vulnera recentia a gladio aut ligno illata.* 232.

Salicis folia trita imponito, & sanguinem profluentem supprimes, & vulnera glutinabis, atq; sanabis. Aut ouillum fimum ex oleo tritum instar cataplasmatis imponito.

Ad pernicioſa medicamenta. 233.

Rutam, ficum, & nucem terito, ac ex vino potionem dato. Aut fulicæ sanguis liquidus ex oleo potus seruat a potu venenosi medicamenti, & a viperæ morsu liberat.

Ad fluxionem Gutturis. 234.

Nido hirundinis trito ex aceto illinito.

Ad mammarum mulierum tumores. 235.

Caprinum stercus aridum ex vino meraco imponito: inflammationem enim dissoluit.

Ad dolorem capitis lupinum. 236.

Suillum fimum comburito, & cinerem melli admisceto, caputq; rasum inungito, ac super brasicæ folia dato. *Ad Tussim, & Hecticam febrem.* 237.

Styracem & brassicæ succum simul terito, & fermentatos ieiuno & cubitum eunti exhibeto, Aut laurei olei, & vini generosi, vtriusque drach.iij, misce, & calefacias* in balneo interius: & vinum oleumque calidum temperato, & stomachum foueto. *Aliud.* Lixiuium percolatum

calefacito,& tuſſientis pedes foueto,& ſpongia deterſos inunge, & foue:id verò tuſſibus medetur. E

Ad Tuſſes. 238.

Reſinam ex vino vetere tritam ieiuno potui dato,& pulegium in poſca decoctũ: & beronicẽ cũm melle fermentatam eſui dato. Aut raphanum toſtum mane ac veſpere edendum apponito. Aut butyrum inſulſum,quanta eſt nucis regiæ magnitudo,deuorato. *

Ad Humores Pectore contentos. 239.

Vrticæ folia cũm ptiſana decocta potui dato: bene facit ad inflationes, & materiam ex pectore euocat.

Ad Tuſſes. 240.

Fœnum græcum, quoad tertia pars ſuperſit, decoque: & iuſculum ſummo mane ex melle exhibe.

Vt Vox Canora reddatur. 241.

Tragacantha vino madefacta;& in potum aſſumpta,uocem ſplendidam reddit.

Ad uocem amiſſam. 242.

Styracem terito,& ex aqua globulos amplitudinem cicerum æquantes conficito: &, tertio eum dederis,ſtatim loquetur. F

Vt capilli & barba creſcant, ſi decidunt. 243.

Betam,& myrteum oleum,& polytrichum miſceto,capillosq; oblinito:At adiãtum, & ladanũ,æquis portionibus terito ex immaturo oleo,aut myrteo,aut lentiſcino, & illinito. *Aliud.* Ladanum in vinum aminæum myrteumq; oleum mittito:& terens vtrunq; ad mellis ſpiſſitudinẽ redige,caputque in balneo perunge.Melius eſt & illud adiantum,quod nonulli polytrichon vocant,ſi ſeptima pars ladano addatur, & illinatur.

Ad renes dolentes. 244.

Cum pulegio farinæ furfures decoquantur,& ius percoletur,ſpongiaque eo imbuta fomentum fiat.



G

GALENI DOCVMENTVM
DE PVERO EPILEPTICO.
Nicolao Leonico Thomeo Patauino interprete.

CAP. I.

EGo te Cæciliane exiſtimabam ad ægritudinem filij tui noſtris admonitionibus haudquaquam indigere: nam qui prius ipſum vidit, & tecum Athenas iterum nauigaturus eſt, Dionyſius,idoneus eſt & præſens facere ea, quæ opus erunt: & rurſus diſcedens,ad habitudinem ægritudinis condecentia documenta relinquere. Ego autem,qui nunquam puerum hunc vidi,forſan multum decipi poſſem: cum neque a principio morbi, qualis fuerit ipſius natura,neque nunc qualis ob morbum ſit,cognouerim:ſed a vobis hoc tantum audierim,epilepſiæ acceſſionibus puerũ infeſtari. Verum,ne forſitan me ſuſpiceris negligentem magis,quàm veridicum, ſcriptionẽ hac ſubterfugere,quod nunquam antea feci, laborem hunc libens ſubibo, vt tibi rem gratam faciã, ſcribendo quædam medicinalia præcepta pueri epileptici: in quibus neceſſe eſt medicæ artis imperitum decipi & aberrare circa menſuram vel tempus vtendi. Demonſtratum.n. a nobis eſt in alijs libris,q̃ non contingit quempiam recte mederi ne minimis quidem ægritudinibus, nedum adeo magnis, vt eſt epilepſia,niſi methodũ aliquã curatiuã nouerit. Atqui Dioniſius mihi iã cõicauit,& mecũ prius cõſiderauit,de tota pueri curatione,quã tu mihi impoſueris,vt hæc documẽta cõſcriberẽ. Dioniſioq; meã tum ipſe ſnĩam facile manifeſtaui,cũ intelligeret, oĩa quæ ego dicerem: H

A cèrem: nihilq; ille obaudiret, ceu methodi curatiuæ valde peritus. Tecum vero neq; qũo sermonem instituam, noui: nam accuratus distinctionibus multis indiget, & obscurior est q̃ imperitò homini cõueniat: breuis autem & manifestus haudquaquam accuratus esse potest. Quapropter subuerebar tibi documenta conscribere, quãuis rem tibi gratam facere percuperem, existimans mihi simile quippiam euenturum, quale Phidiæ vtiq; accidisset, si, post q̃ Palladis simulachrũ absoluit, quispiam illum coegisset separatim digitum, manum, pedem, natum, aures, singulasq; corporis partes effingere. Ego verò methodum curatiuam tãquam quoddam simulachrum in pluribus commentariis a nobis scriptam fuisse arbitror, quæ non modo imperitos hoïes, sed ne medicos quidẽ quoscunq; iuuare nõ põt. Qm̃ aũt cogis me de parte vna artis curatiuæ sermonem facere seorsum ab aliis, tuæ cedo volũtati & pareo: atq; in tuã gr̃am documẽta scribo, q̃ tibi in hoc sufficient: satis. n. est medicæ artis inexperto non magnũ aliq̃d & irremediabile, in medicorũ præceptis cõmittere, præcipue cum didiceris legitime versari in his cõmentarijs. Eruditis illis curatiuæ methodi negocium scriptum est, tibi aũt & alijs, qui nonnullarum rõnalium artium scientes estis, medicinæ aũt inexperti, arbitror, fortasse nonnihil utilitatis & in his commentariis, proueniet.

B Conabor aũt quantum fieri poterit manifestissime enarrare quanam vtens puer diæta non parum iuuetur: & ab accidentibus quotidie ipsum inopinate inuadentibus minime lædatur.

CAP. 2. A. l. 3. fẽ. 1. t. 5. c. 10. fo. 210.

Conuenit igitur in primis, quãtum fieri põt, hæc obseruare. Namq; puerum necesse est interdum occurrere magnis" frigoribus immensis caloribus, ventis validis, balneis malis, cibarijs caput tentantibus, rotarũ obuolutionibus, coruscationibus præterea, & tonitruis, & vigilijs, & cruditatibus, tristitiæq; ẽt, & iracundiæ, & lassitudini, atq; alijs huiuscemodi rebus, a quibus (vt sũmatim dicã) corpus vehemẽter moueri & perturbari solet, atq; in reminiscentiã quãdã morbi referri, & ad generationẽ paroxysmi deduci. Hæc igitur cõuenit multo ante caueri. Et si qñq; his præcedẽtib. paroxysmus succedet, tunc ab oĩ penitus motu oportet illũ remouere, & domi continere, & victu valde tenui illũ nutrire, donec a paroxysmi incõmodo liberetur. Quis aũt sit tenuis victus,

CAP. 3. q̃uis arbitrer te cognoscere, tamẽ si ea, quæ sequũtur perlegeris, aliquid etiam de ipso percipies.

Tẽpus itaq; est, vt huiusce rei documenta tradere aggrediar. Accedente vere (nã ægritudines q̃ reuerti solent, quodam modo tunc moueri contingit,) puerum purgandum affirmo mediocri purgatione. Huic aũt purgationi Dionysius præsens moderabitur, & quæ opus erunt imperabit, accurate cognoscens quonam modo ad purgationem corpus præparare oporteat, & quo vti debeat pharmaco, quave quantitate, & in quo t̃pe: nam de his inter nos sæpe consultum est. Quare

C Athenis præsentem habes Dionysium, sed nihilo minus cum ipso mentem simul & consilium habes meum. Post purgationem aũt, qñ recesserit Dionysius, & puer Athenis remanserit, hãc oportet ipse victus rõnem obseruet. Cum a cubili mane surrexerit, anteq̃ ad præceptorem accedat, mediocri deambulatione vtatur, gressu non admodũ frequenti: posthac aũt vsq; ad palæstræ t̃pus, disciplinis vacet, quibus assueuit: cum primũ aũt ab illis discesserit, vbi mediocriter rursus deambulauerit, ad pædotribã accedat. Hunc aũt pædotribam, si quempiam alium ex ijs qui puero præsunt, multum oportet esse prudentem: sed talẽ inuenire difficile est, p̃sertim cum electio fieri dẽat ex hoïbus ineruditis & ignaris, non minus aĩam q̃ corpus hebetem & crassam habentibus. Non igitur tanq̃ paruum hoc te fugiat: neq; cuiuis è populo pueri curam tradas, probe cognoscẽs, qđ summa curationis in hisce duobus versatur, in vsu videlicet a me tibi dati pharmaci, & in exercitij modo. alia namque oĩa horum sunt præparamenta quædam. Pædotribam igitur hunc tecum simul Dionysius eliget. Sit aũt ipsius scopus in exercendo quo ad quantitatẽ quidem, vt puerum anteq̃ defatigẽt, cessare faciat, nec non vt vniuersum corpus calefaciat, & mediocriter euacuet: Ambo aũt in eodem t̃pe contingent: qñ. n. quod superfluit sufficienter euacuatur, & quantũ satis est corpus incalescit, tunc si quispiam ab exercitio cessauerit, quiescet anteq̃ in defatigationẽ

D incurrat. Exercitium verò ab hoc t̃pe vltra, in solida iam agit membra, & corporis habitum colliquat: aggregat aũt omne id quod colliquat in iuncturis maxime & musculis: ad hocque sequitur virtutis lassitudo: postea vlcerosus sensus, qñ aliquam corporis partem mouere tẽtauerit, & hoc est ipsa lassitudo. Non solum igitur pædotribam prudentem esse oportet, sed etiam mediocris exercitij expertum. ne citius quam par est puerum ab exercitio cessare faciat, securam timẽs lassitudinem: neve satagens calefacere, & complete quod superflui est euacuare, in lassitudinem puerum ducat. Mediocrium igitur exercitiorum in quantitate huiuscemodi sunt scopi: In qualitate uero, vt corroborentur oẽs corporis particulæ, maxime caput & ventriculus, & huius præcipue quod ori circumstat. Vt autem quispiam istud assequi possit, nunc dicam. Primo, qm̃ exercitia vehementia caput replent, ab his abstinere præcipio. Secundo, si quando his vti necesse fuerit, capite erecto, quæ infra sunt moueantur, & ex his maxime crura. Tertiò a paruis & tardis motionibus incipiat pædotriba, & sic ad vehementiores & celeriores motus deueniat: nam subito ab intensis exercitijs incipere non solum imbecillibus, sed etiam robustis corporibus, summe pernicioſum est. Considerare præterea oportet, quod fricationes exercitij loco habentur, maxime in corporibus imbecillibus; immo sæpenumero solæ, modo recte fiant, aliarum

motionum vicem ſupplent. Opus eſt aũt primum manibus molliter cum ſindone a ſupernis par- E
tibus ad inferna delatis, corpus ad rubedinem deducere initio a brachiis & manibus facto, atq; ad
pectus & uentrem deuenire. Subinde etiam crura multum fricare conuenit, vt ſi quid ex ſupernis
partibus illuc fuerit deriuatũ, cõmode abſumatur. Poſtremo ad caput deueniendũ eſt, nã ſtatim
a principio ad ipſum accedere periculoſum: corpore. n. adhuc pleno exiſtente, ad id quod primo
calefit, facile ſuperfluitates attrahuntur. Vltimo igitur loco poſt alias corporis partes, caput cõfri
cari oportet, ut nunc diximus, abſq; oleo; qñ autem & oleum applicare libuerit, nihil prohibet
capitis frication em ſimul cum alijs fieri membris, vt vnus caput fricet, duo alij pectus ventrẽ, &
totidem alii crura. Sic aũt & poſt exercitia, immo vero magis tunc, oĩa ſimul confricentur mem
bra. ita. n. celerius ad quietẽ corpus deducitur, & minus refrigeratur. Oportet aũt ſi de quapiam
alia re, de hac ipſa magnã curã habere. Non lauari aũt, vt plurimũ cõuenit: neq; ſtatim poſt exer
citium palæſtram exire, ſed poſtquam plane quieuerit ſpiritus, & ab exercitiis commotio prorſ9
ceſſauerit: atque tunc etiam ſindo caput multũ fricare conuenit, & ſæpenumero pectine vti.

CAP. 4. Poſt hæc autem ad prandium eat: & prius quippiam ex iis quæ ventrem molliũt aſſumat, vel A. ibid. f. 111. a
olus, vel ſalſamentum, vel ptiſanam, vel oliuas, cum tertia parte panis: reliquas" vero duas in cœ
næ tempus ſeponat cum valentioribus obſoniis. Quæ autem huiuſmodi exiſtent paulo poſt dicẽ
tur: ſi prius enarrauero ex olerum genere omnia quæ abſque nocumento ſumi poſſunt. Ex olẽ- F
ribus igitur, nec a lactucis, nec a malua, nec ab atriplice, nec a blito, prorſus illũ prohiberi iubeo,
non tamẽ idem ſemper capiat volo, verum alias aliud, moderate. Ex eodem etiam eſt genere be
ta, & braſſica: oportet enim etiam ex ijs quippiam moderate guſtare. Porrum quin etiam inter-
dum, & apium, & ſmyrnium, deguſtare conferet: & de horarijs fructibus quicunque non ſunt pe
nitus crudi, aut ſuapte natura difficulter concoquuntur. ij nanque & ſuas ipſorum ſuperfluitates,
& aliorum etiam eſculentorum, retinere conſueuerunt. Ergo & mora, & quæ præcocia nominã
tur, & ficus, & ſi qui ſunt eiuſmodi notæ, ſine moleſtia deſcendunt. Et quæ cucurbita dicitur, nihil
ab oleribus ventrem mollientibus differre videtur: item pepones cucumerini, nam qui tales non
ſunt, praui ſunt. Maturæ etiam vuæ aliquantulum quandoque puero concedi poteſt: mala vero
& pyra raro, & in parua quantitate deguſtet: & hæc ipſa non ſolum vt in arbore ſua ſint bene co
cta, ſed etiam domi ſeruata ad maturationem recte peruenerint. Scire autem oportet eadem po-
ma, quæ recenter a matre ſunt decerpta, & quæ domi depoſita reſeruantur, per multum inter ſe
differre, nullamque inter ſeſe ſimilitudinem habere. Poſſunt autem conſeruari poma pyraque,
nec non plurimi etiam alii fructus, & pruna quæ vocantur damaſcena. Ficus quin etiam quas cari
cas vocant, ex huiuſcemodi ſunt genere: & ex arbore palma dactyli, quorum comeſtionem pe- G
nitus illi non interdico, ſed opportune & moderate illis vti permitto: aſſidue autem & multum il
lis vti minime velim. Atque vt ſemel concludam, quicunque mali ſucci ſunt cibi, vel aluum aſtrin
gunt, vel inflant, vel difficulter concoquuntur, ſi aſſidue, vel pluſquam conueniat, aſſumantur, nõ
ſolum huic morbo, ſed omnibus etiam alijs nocere ſolent. Atque hucuſque ſermo de diætæ mo-
do protractus, alijs etiam quamplurimis ægritudinibus conueniens erit: Huiuſce autem morbi
peculiaris & proprius eſt, vt caueamus ab ijs præcipue eſculentis, quæ pituitam generant. Vnde
in cibariis, quæ, tametſi in aliis non obſint, viſcoſos, aut frigidos, aut craſſos humores generant,
haudquaquam eſſe immorandum cenſeo. Huiuſmodi autem ſunt attriplex, & blitum, & malua:
quos ſane vt guſtet non prohibeo. aſſiduum autem eorum vſum vehementer damno. Ex hoc
ſunt genere & cucurbitæ: multoque magis cucumeres, & poma, & pyra: & demum quęcunq; hu
morem pituitoſum gignunt, aut viſcoſum, aut craſſum: vel quæcunque ſunt in genere peſſimorũ
eſculentorum, quales ſunt qui vulgo appellantur fungi: ab ijs. n. omnino abſtinere conſulo, quẽ-
admodum & a rapis, & a quibuſcunque radicibus, quæ mandi ſolent: craſſos. n. habent ſuccos, &
male concoquuntur. exceptis quibuſdam, quæ acrimoniam quandam & caliditatẽ in ſe hñt, quẽ
admodum ſunt dauci, & raphani: ſed ex raphanis haudquaquam illum deguſtare prohibeo, ve- H
rum quodam intercedente ſpatio: a dauco autem abſtinere condiſcat, magiſq; etiã a rapis. In eſcu
lentorum aũt vſu abundent illa quæ acria ſunt, & virtutem incidendi habent, dummodo inſigni
ter non ſint mali ſucci, odoremq; habeant qui caput tentet: quorum ex gñe ſunt quæcunque nec
caliditate replent caput, quemadmodum vinum, & ſinapi, & petroſelinum, & daucus, & cœ-
pæ, & ſmyrniũ: hæc. n. vltra modum inflammatiua ſunt, & malos humores gñantia. Sinapi vero
licet conueniat ad humores craſſos incidendos, tñ ab eo abſtinendum eſt, qm caput tẽtat. In oxy
melitis aũt vſu ſecure confidat, etiamſi quotidie ſumere velit. Põt aũt cappares ex illo comeſſe, &
parua quædam ſalſamenta oleo modico ſuperinfuſo, ut concinnetur obſonium: quod profecto
huiuſcemodi ægritudinis, veluti medicamentum quoddã reputari poteſt, pcipue ſi ſit acetũ ſcilla
conditũ: hoc oẽs vulgo iã ſcilliticum vocãt: qđ ego ſi quippiam aliud in hoc caſu ſane laudo. Ho
rum vero alterutrum ſingulis diebus aſſumere contẽderim, dico aũt vel cappares, vel ſalſamẽta
oxymelite condita. Si vero puer oxymel bibere velit, id ſit in prõptu, & ante præparatum, & non
ex tempore ex vtriſque crudis confectum: quo aũt modo ipſum præparare oportet, paulo poſt

recen-

A recẽsebimus. Cæterũ plurima aqua cõmiſceatur, nã quod ſic factũ eſt, ſuauius redditur, ac hyeme quidẽ calidũ accipiatur: æſtate vero non erit malũ ẽt, ſi plerunq; frigidum ſumatur, ſi & vehementes fuerint calores, & ipſe vehementer ſitiat, potuiq; frigido aſſueuerit antea: nam inter alia ſitim egregie ſedat oxymel non valde dulce, p̃ſertim ſi aquæ frigidæ miſceat̃. Mihiq; non ſemel contigit puerum a comitiali morbo penitus liberaſſe, non immutata victus rõne, cũ poſt primã purgationem oxymel ſumere, eoque vti pharmaco iuſſiſſem. Verũ q̃m neq; filij tui naturã noui, neſcio. q́ue quãtũ virium is ſibi aſciuerit morbus; & ipſe aſſiſtere nequeo, diuinare haudquaq̃ poſſum, q̃ pauciſſimis īdigeat remedijs. Melius itaq; mihi vr̃ de oĩbus ſermonẽ facere. Igitur poſt exercitiũ, in prandio (vt dictũ eſt) vtatur & quibuſdã oleribus, & oliuis, & nucibus, & ficubus, cũ ſiccis, tũ recentibus, verũ non ſimul quotidie oĩbus, vnũ.n. ſit & ſimplex quod aſſumat: ſed vt victus rõ variari poſſit, de omnib. verba feci. Eodẽ ẽt t̃pe (vt dictũ eſt) ſi deſiderauerit puer, alij ẽt fructus cõcedi illi p̃t: cũ alioqui ab ipſis melius ſit abſtinere, non ſolũ morbi illius deuitandi cauſa, ſed ad ĩtegram ẽt totius valetudinis incolumitatẽ: quemadmodũ vides nos ferme ab oĩbus horariis fructibus abſtinere. † Verũ q̃m philoſophus in præſentia ſalubris victus præcepta non conſcribimus ſane per q̃ optandum erit ſi nõ ſolũ ad pueri curã hæc documenta, ſed ad vniuerſam illius vitã facere poterunt. } Eſt igitur illi cõcedendũ vt palã & tẽpeſtiue eos comedat fructus, quicunq; magni non fuerint nocumenti, ne clã & intẽpeſtiue illos comedens, magis lædat̃: qui . n. palã ab aliqua re, quã valde appetant, prohibentur: ij cũ data eſt facultas, plus nimio ingurgitare ſe conſueuerunt. Quamobrem pueris ego plura eſculẽta concedere ſoleo ex ijs, quæ non valde nocent, vt tempeſtiue & palam illis moderate vtantur potius, quam, vt diximus, propter vehemens deſideriũ, furtim ex his & voraciter aſſumere feſtinent. Atque hæc de cibi ratione ſufficienter ſint dicta.

† At ſane philoſophis ſalubris victus documenta non conſcribimus, quod certe maximo opeopta rẽ, non ſolũ ad huius affectus curationẽ ſed ad vniuerſam pueri tui vitã.

CAP. 5 Poſt cibum autẽ vbi paululum t̃pis intermiſerit, prius q̃ ad ſtudia diſciplinarũ accedat, leniter deãbulet cenſeo, & rurſum vt id ipſum a ſtudijs rediens ante cœnã faciat, ſane conſulo: quo t̃pe duas reliquas panis portiões, quas reſeruauerat, aſſumat, itẽ aliorũ vnũquodque, ſic (vt dictũ eſt) carnes quidẽ ex oĩ fere auiũ gñe, p̃ter paluſtres: aboĩum aũt quadrupedum eſu p̃cipue abſtineat.

A.l.3.f.1.t.5.c.11.fo.111.h Quod ſi q̃n illis vt neceſſitas fuerit, domeſtici quidem ſuis extremitatibus, & ſtomacho veſcatur, ſyneſtris vero carnibus, vniuerſis bene vti p̃t: hædorum quin ẽt carnes deguſtet, & nonnunquã leporũ ẽt. Carnes aũt oẽs ſint vel ſimpliciter conditæ, vel ſine nidore aſſæ: ſimpliciter cõdiuntur, ſi aquæ incoquantur, & anetho, porro, ſale, & oleo concinnentur. Quonam autẽ modo ſine nidore recte aſſetur caro, clibanũ qd̃ apud me vidiſti, exẽplo tibi eſſe p̃t. Ex marino aũt gñe cruſta

C intecta quidẽ oĩa nocua, & incõmoda; ex piſcibus vero optimi ſunt ij, qui in ſaxoſis degũt locis: ſumere ẽt poterit ex ijs qui in alto degũt, quos pelagicos vocant: ex cartilagineo aũt torpedo fere ſola conueniens eſt & commoda. Cæterũ de leguminibus ptiſana quidẽ p̃cipue eſt: hanc ſequitur lens, alica, & piſum: alia oĩa mala. Et vt vniuerſaliter dicatur, quæcunque viſcoſum, & craſſũ gñant ſuccum, ventoſaque ſunt, & multarum ſuperfluitatum, nec non difficilis concoctionis, ſicut ante dicebamus, maxime ſunt cauenda: Oſtrea quin ẽt oĩa, & cartilaginea ea quæ σελάχ.α vocantur, & ſquammis carent: p̃terea bulbi, & cochleæ, & caſeus, & fungi, bouinæq; carnes: & oua in aqua durata cum difficilis ſunt concoctionis, tum craſſos gñant ſuccos. Alica vero & carnes ſuillæ bonum quidem gñant ſanguinem, ſed viſcoſum. Paluſtria aũt oĩa ſuperfluitates gñant plurimas: Legumina verò oĩa ventoſa ſunt, & præcipue faba, & cineres: ptiſanaq; non diligenter cocta, ventoſa eſt, quamobrem bene coquere illam oportet, vel ea non vti: lens quoque bene decocta omnem ponit ventoſitatem, uerum illa non aſſidue crebrove vti oportet, quoniam humores generat craſſos. Cæterum ad victus quotidiani rationem hæc abunde ſufficere poſſunt.

A.l.3.f.1.t.5.c.10.f.210.g

CAP. 6. D Medicamento aũt ex ſcilla, qd̃ tibi tradidimus, purgatione præmiſſa, quodq; primo vere fieri iuſſimus, ſingulis diebus ſecure filius tuus vtatur, priuſquam ad palæſtram accedat: namniſi valde magna fuerit ægritudo, & † occalluerit, ſperandum ſane eſt in quadraginta dierũ ſpatio hoc medicamento illã perfecte ceſſaturam, quoniam iam innumeros pueros nulla ellebori opera ſic curaui. Verum poſt purgationem prius, quam hoc vtatur pharmaco, ſemel aut bis abſinthium ſumere oportet.

† καὶ σκιρρώδης νοῦσος vox ſane Galeno inuſitata in ſimili morbo.

CAP. 7. De oxymelite autem vt dicamus, id certe acidiſſimum eſſe cẽſetur, quod ad mellis proportionem quartam aceti habet partem: dulciſſimum vero, quod octauam: aliæ autem intermediæ mẽſuræ quanto ad extremorum alterutrum appropinquant, tanto aciditatis, aut dulcedinis participare vñr. Oportet autem ipſum penitus decoquere, ita enim quę miſcentur, accurate in vnũ ambo deueniunt: & aciditatis vehementia, quæ in aceto eſt, retunditur: & quod in melle inflatiuum eſt, caſtigatur; ſpumam.n. illius, qui recte decoquit, auferre debet. Nec me præterea latet in Græcia, & in pleriſque locis inſularum oxymel etiam ex fauis confici ſolere, quo etiam tibi ſecure, vti licet, puero præſertim æſtiuo t̃pe Athenis degente. Minime autem ad me in præſentia pertinet declarare, quando dulcius id, aut acidius, vel dilutius, aut meracius exhibere oportet: neq; in alijs particularibus immorari meum eſt, ſed illius qui & præſens fuerit, & curandũ corpus quotidie inſpexerit, & de humorum habitu recte coniectari poterit. In craſſis enim & viſcoſis humoribus

acidiori,& meraciori oxymelite vtendum eſt: in ijs autem qui huiuſmodi non fuerint, dulciori & diluto magis. Eodem etiam modo reliqua quæ dicta ſunt omnia, pro quotidianis corporum conſtitutionibus commutare,& variare conuenit,quemadmodum & omnibus alijs ægritudinibus facere contingit. Quapropter ſi quis methodi curatiuæ ignaro & inexperto innumera etiam perſcripſerit documenta,haudquaquam illum ſufficientem efficiet medicum non modo non maximarum ægritudinum,ſed ne minimarum quidem. Iſtud enim ſæpenumero palàm oſtendi cum inueterata vlcera malasque oculorum diſpoſitiones ad ſanitatem redegiſſem ijſdem ſanè medicamentis, quibus plerique ante me vſi nihil profecerunt. Et profecto temporis opportunitas in vſu vniuſcuiuſque,vt Hippocrati placuit, poſt quantitatem ad vires diligenter accommodatam,reliquum vtilitatis apportat: nam pharmaca potius ſunt iuuantium materia,quàm iuuamenta,quemadmodum etiam ab excellentibus aſſeueratur medicis. Et vt meus quidem,vnde exordium ſumpſit,finem accipiat ſermo,haudquaquam fieri poſſe, vt minimum quippiam quod ad artem pertinet pertractare valeatis, qui artis penitus ſit ignarus & expers, ſed illi ſemper aſſiſtentis periti opus eſſe. E

Verum quoniam plerique ſcillæ ſuccum non rectè conficiunt, quando id tibi ĕt cognoſcere cordi eſt,huic ego ſermoni adiungam,quonam modo illum conficere ſim ſolitus. Vas quodpiam accipio a quo extractum fuerit mel,meliterium id Græci vocant, in quod ſcillam conijcio manibus priius illam in exiguas diſcerpens particulas. Poſtea bene apto operculo illud obturans,extrinſecuſque pelle circundans, & diligenter colligans,in loco quopiam meridiem ſpectante colloco,qui a borealibus omnino non perfletur ventis. Id autem facere ſoleo ea anni parte,in qua caniculam exoriri omnes aſſeuerant Græci: quadraginta autem huiuſcemodi ſunt dies,viginti quidem ante,totidemque poſt exortum: paulatimque in ijs diebus vas illud ad Solem conuertere ſoleo, vt ex omnibus ſimiliter partibus incaleſcat. Tranſacto poſtmodũ præſtituto temporis ſpatiò,vas illud aperiens, in illo reperire ſoleo ſcillæ partes elixis ſimiles, ſuccumque ex illis in vaſis fundo quendam defluxum, quem colligens, quàm optimo melle concinno. Huius ſingulis diebus, cui dare voluero, cochlearis pleni menſuram præbeo, pueris quidem minoris, adultis verò maioris. Quin etiam ſcillæ ipſius carnes accurate contundens, illasque cum melle diſſoluens,& conterens, ex illis cochleare vnum vt dictum eſt,præbere conſueui: quod ſanè quo ad vires, & efficaciam ſecundum à prædicto locum obtinet. Cæterum quicunque ſcillam elixantes,illam poſtea conterunt,illius proculdubio vires reſoluunt: quemadmodum,qui iſtud ipſum ex aceto faciunt,pharmacum quidem validum admodum cõficiũt, verum neruis non innoxium. F *CAP. 8.* A l.3.f.1.t 5.c. 11. fo. 211.c G

GALENI IN LIBRVM DE NATVRA HVMANA COMMENTARIVS SECVNDVS.

Victore Trincauelio interprete.

Hunc librum Galenus inter Hippocraticos non agnoſcit. H

IN priore horum commentariorum libro opus de natura humana expoſui: nunc quæ illi perperam adiecta ſunt aggrediemur: quæ & ipſa quodam ordine compoſita digeſtaque ſunt. Eſt etenim liber vnus exiguus, in quo de victu ſanorum agitur, is a Polybo Hippocratis diſcipulo videtur fuiſſe ſcriptus. Quod autem inter hunc,& illum de natura humana, eſt interpoſitum, ab eo,qui primum hoſce duos libros de natura humana Hippocratis, & Polybi de ſalubri victu in vnum coegit, conſcriptum & collocatum eſt. Quo enim tempore Attalus & Ptolomæus certatim inter ſe de comparandis ſibi libris contendebant: ab his,qui ex oblatis celebriorum virorum ſcriptis pecuniam a Regibus reportabant,cæpere inſcriptiones & digeſtiones librorum vitiari. Vnde, quum vtrique libri, & qui de natura humana eſt, & qui de ſalubri victu, eſſent puſilli: arbitratus quiſpiam ob paruitatem neutrum ipſorum multi faciendum,ambos in vnum contulit: ſubinde verò alius quidam vel ille idem etiam qui hos primum in vnum redegit, hæc ipſa illis interpoſuit quæ nunc exponenda ſuſcepturi ſumus.

Oportet

A 1 *Oportet præterea,& hæc nouisse,quòd morbos,quicunque ex repletione ortum habent,euacuatio sanat:quos vero parit vacuatio,repletio curat:quos gignunt labores,illis quies remedio est, quos nimiũ inducit otium,labor tollit.Summatim vero sciendum quòd oportet medicum præsentibus morbis,formis,anni temporibus,ætatibus q̃,contrarium opponere:atque contendentia laxare, laxata contendere.Sic enim maxime,quod molestum remouetur: mihiq̃ curatio hoc ipsum esse uidetur.*

Sigillatim oibus huius orationis versibus signũ id Dioscorides ascripsit,quod obeliscũ appellant:quo signo Aristarchus oẽs notabat versus,q̃ apud poetã sibi erant suspecti:Sic & Dioscorides agebat,qui suspicabatur partem hanc fuisse Hippocratis, q̃ fuit Thessali filius. Nam duo hi magno Hippocrati fuere filij,Draco,& Thessalus,amboq́; genuere filios noïatos Hippocrates. Hæc sanè in præsenti capite proposita sunt.Expedit aũt,vt & nos de ipsis disquisitionem instituamus,particulatim dictionem vnãquamq; examinantes. Quicunque morbi ex repletione ortũ habẽt,euacuatio sanat.Idẽ nõ est,vt dicas repletionẽ esse continentẽ morborũ causam,vacuatio nemve,& cætera quoque,quorũ subinde mẽtio habita est:aut q̃ à repletione,vel ab aliquo aliorũ quippiã fiat.Nã q̃ morbi aliqui ex repletione fiãt,vel à repletione(nihil.n.interest hoc vel illo mõ dici) verũ est:haud tñ verũ deinde est,q̃ repletio sit causa morbi cõtinẽs.Quippe q̃ morbus affectio quædam est in aïantis corpore,quæ,vt in libro De morborum differẽtijs mõstrauimus, primũ actionẽ lædit.Repletio verò ipsa,vt & id in libro De plenitudine ostendimus, primũ minime lædit actionẽ,sed intermedia alia affectione:q̃ aliter Erasistratus, aliter Asclepiades, secus ẽt medici qui Pneumatici vocati sunt,gigni constituere. Nos ẽt alibi pluribus explicauimus, in quem modum ex vtraque plenitudine exoriantur morbi. Monstrauimus etenim duplicem esse plenitudinem,alteram quo ad vires:alteram quo ad vasorũ cõcauitatem.Quæ vires respicit,humores ad corruptionem q̃ducit,fluxionemq́; ad imbecilliores in corpore particulas immittit. Quæ verò infusionem,& vasorũ ora aperit, eaq́; sæpe dirumpit, sæpe ẽt mortem repẽtinam infert,si corporis obstruat perspirationes.Iã & curatio non modo dicitur morborum eorũ,qui facti sunt:verum & eorum qui fiunt. Porrò siquis voluerit in his vti nomine proprio, huiusce modi oïa causæ προηγούμεναι, quasi p̃cedentes dicas,erunt, vt fecit Athenæus, appellandæ:sicuti ea à q̃ bus hæ ipsæ,p̃cedentes inquã,efficiuntur, προκαταρκτικὰς vel προκατάρχουσας, quasi ante incipientes, nominabis:ciborum enim multitudo,cruditates,balneæ, exercitationes non opportunę,& cætera tandem,quæ in commentarijs de procatarcticis causis recensuimus, præcedentium vniuscuiusque morbi causarum effectrices sunt.Quos verò parit vacuatio,repletio curat.Qui hæc feripsit,abusus nomine repletionis uidetur:quum nedum medici oẽs,verum,& cæteri Græci repletionis vocabulũ excessibus immoderatæ quantitatis accommodare soliti sint:at vacuatio p cõtrarium excessum corrigenda non est.Subinde tamen audi rõnem,quę immoderatis excessibus fauet.Sunt cibi quidã,qui ad alicuius iam sani habitum moderati sunt: horum collatione excessum,& defectum intelliges:Qui verò vacuatus est,si id quod de suæ prioris mediocritatis quantitate detractum est,resarcire velit: cibum adaugebit.Qui si tantundem nunc alimenti ingerat, quantum ante quàm vacuaretur solitus erat: nunquam id,quod exinanitum est replebit. Ad artificem sanè pertinet moderate incrementũ id afferre,vt neque intempestiue repleat, quod demptum est,neque confestim atq; repente.Sunt nonnulli ex medicis,qui nolint in causis morborũ ponendas esse vacuationes:quas dicunt tum virium imbecillitatem,tum habitus gracilitatẽ solummodo parere,& q̃ nullus vnquam morbus ex defectu oritur.Hi profectò non aïaduertunt, qui morbi eos arripiant,qui immoderate vacuantur.Nam facillime ex quacunque occasione refrigerantur,itemque paruo negocio vruntur,faciles etiam vt in lassitudines incurrant, oïbusq; externis causis obnoxij sunt: & longe præterea magis ij ex vigilia,tristitia,cruditate,& ira,quã qui bono sunt habitu,in morbos decidunt.Quos labores gignunt, quies remedio est. Labores eos appellat,qui in motionibus fiũt p̃ter modum.At verò q̃ in hunc modũ affecti sunt,q̃ quiete sint reficiendi,nemo mortalium est,q̃ hoc nesciat,quiq; id ẽt non agat, vt neq; in hac re medici consilium expectent:immo & bruta ẽt(vt iam ostẽdimus)nedum homines,noxiam per ea,quæ contraria sunt,lædentibus auferunt.Quos nimium induxit otium,labor tollit.Neq; primum,& per se otium morbos excitat,sed media plenitudine:ocioſis.n.minus corporis particulæ digerũtur,& præterea imbecilliores redduntur,vt inde utraque gignatur plenitudo . Itaq; immoderatior motus vires quidẽ nequaquam validiores reddit:humores tamen qui redundant, euacuat. Liquet igitur, q̃ si in his motus qui modum parumper excedat adhibeatur, sensim à lassitudine capietur homo,vt tamen non illico febricitet.Summatim verò sciendum,quòd oportet medicũ præsentibus morbis,formis,temporibus anni, ætatibus contrarium opponere, formas appellare videtur corporum naturas,quarum substantiam ostendimus in temperatura quatuor elementorum sitam esse. Morbi itaque curantur ab his,quæ facultatibus contraria sunt, vt iam monstratum est,non autẽ apparentibus imaginationis. Porrò natura corporis, quæ temperamento idem est,non omnis per contraria corrigitur:quẽadmodũ neque anni tẽpora,aut ætates:sunt.n. in ipsis temperatæ quædam,sicut multæ etiam intemperatæ: vnde temperatarum similibus seruatur

A.l.1.f.2.d.1.c.1.fo.28.d

uatur temperies: contrariis verò intemperies intemperatarum emendatur. Hæc quippe in libris E
de tuēda ſanitate definita ſunt. Atq; contendentia laxare, laxata uero contendere. Nequaquam, ut decebat morborum oppoſitionem cōſtituit: contendenti.n. laxans, laxato contentū proprie opponitur: contendentia verò, & laxantia proprie de cauſis, & non de læſis dicūtur corporibus: cōtenta aūt, & laxata, ad ipſa læſa iā corpora referuntur. Præterea ēt contenta, & laxata corporum nomina ſunt, minime uero morborū cōtentorū, aut laxatorum: quemadmodum durum, & molle, rarū, & dēſum: de quibus à nobis probe in ſexto epidemiorum libro" actū eſt eo loco. Cutis duræ mollitio, contentæ remiſſio. Quo etiam in libro ſubinde de condēſando qđ rarefactioni cōtrarium eſt, ſermonem habuimus: id autem cum inſpiſſare idem eſt, ſicut inſpiſſatū, & dēſatum.

Non reperio hæc uerba in lib. Epi. habentur tamē in li. de uſu humidorum Hipp. in principio.

2 *Fiunt autem morbi, tum a †uictu, tum uerò à ſpiritu, quo attracto uiuimus.*

† ἀπὸ δίαιτημάτων. †διαιτήματα.

Victum nonnunquam ſolum cibum potumq; appellāt: ſæpe etiā hoc nomine omnia uitæ inſtituta comprehenduntur: qua ſignificatione hic vſurpatum eſſe eſt arbitrandum. Neq; enim ex his ſolū, quæ comedendo, uel bibēdo ingerimus, uerum ex balneis quoque, & exercitationibus, otio vigiliis, mœrore, ira, refrigeratione eque, & æſtu, morbi ortum habent: quandoque etiam ex ſolo ſpiritu, quo reſpiramus, lædimur, ut in locis, qui Charonij dicuntur.

3 *Vtroſque uero hoc dignoſces modo. quum multi homines uno corripiuntur morbo tempore eodem: id in cauſa eſſe arbitrandum, quod communiſsimum ſit, quoque omnes maxime utimur: id uero eſt, quo reſpiramus. Conſtat enim quod uictus cuiuſque noſtrum cauſa minime ſit, ubi morbus omnes ſubinde tentat, tam iuuenes quàm ſenes, tam uiros quàm fœminas, prætereaq; tam eos, qui uinum, quàm qui aquam bibunt, quique maza, & qui pane ueſcuntur, & tam eos qui in multis ſunt, quàm qui in paucis laboribus. Non igitur, quum homines quocunque uictu vſi in eundem morbum incidunt, ratio uictus erit cauſanda. Verum ubi eodem tempore varij ſuboriuntur morbi; clarum eſt, quòd ſuus cuique uictus cauſa ſit.* F

Quòd communem cauſam habeat, ſiquid multis morbis cōmune ſit: probe profectò ab eo dictum eſt, perinde, ac cætera huius orationis: ut tñ id non omnino recte dictum ſit, quòd ortus cōmunium morborum in aerē ſolummō ſit referendus: quando ex fame in Aeno leguminibus ueſcentes, crura imbecilla habuere: qui verò eruo, illis genua dolebant. Iam ēt nouimus, quòd comeſſe ſemiputridum triticū famis neceſſitate cōpulſi quidam, communi morbo ex communi cauſa arrepti ſunt. Sed & exercitus quandoque, dum prauis uterentur aquis ſimili in omnibus militibus noxa uexatus eſt. Cætera huius capitis clara ſunt.

G

4 *Sic autem curatio inſtituenda eſt, ut contra occaſionem morbi (quem ad modum alibi a nobis dictum eſt) & uictus etiam rationem uenias. Nam ſatis patet, quòd ea, quibus homo in uictu utebatur, uel omnia, uel pleraque, uel ex illis ſaltem unum, illi inopportuna ſunt. Quę quum animaduerteris, cō mutabis: atque hominis tum ætate, tum forma, anniq; tempore, & ipſo morbi modo recte examinatis ad curationem accedes, nunc detrahendo, nunc addendo. Iam enim docuimus ſemper tam in exhibendis medicamentis, quam in uictu inſtituendo, proſpiciendum eſſe ad ætates ſingulas, & anni tempora, ad formas, & ipſos morbos. Quum verò idem morbus populariter inuaſerit, tunc obſcurum non eſt, uictum haud eſſe in cauſa, ſed id quod ſpirando trahimus: quippe quod morboſa quædam habeat excrementa. Itaque eo tempore homines ſic monebis, uictum, quòd minime cauſa ſit, ne mutent: ſed id curēt, ut corpus quam minime fieri poſſit tumidum aut imbecille ſit: paulatim etiam de cibis, & potionibus, quibus uti conſueuere, demant. Nam ſubita uictus immutatio citra periculum non eſt, ne quid in corpore innouetur ab ea permutatione. Porrò hac uictus ratione erit utendum, ſi quando nihil uideatur hominem eo offendi. Verum cura erit adhibenda, ut quam parciſsime ſpiritus in corpus influat, ſit q; maxime familiaris. Locum præterea, in uim alienam ab eo in quo morbus ille excitatus eſt, mutabis, & corpora extenuabis. Sic enim fiet, vt homines neque multo, neque frequenti ſpiritu egeant.*

Mancam communium morborū, quorū cauſa ſit aer circumfluus, curationem protulit. Non nunquam enim halitus ſtagnorum, paludum, & cœnoſorum locorum, uel huiuſcemodi alicuius terræ iſtiuſmodi gignendis morbis occaſionem præſtat: interdum uerò ſola anni temporum intemperies. Recte igitur, quum halitus ſola potius ſubſtantiæ proprietate, quàm ſimplici aliqua qualitate corporibus noxij ſunt, curandi rationem explicuit, rem hanc in duos referens ſcopos, locorum mutationem, ac uſum modicæ reſpirationis. At verò in his, qui ex qualitate lædūtur, non morborum modo iam dum factorum, curatio: uerum, & cuſtodia ne illi ſuboriantur per contrarias perficitur qualitates: quia ſi corpus ab immoderato offendatur calore, per refrigerantia: ſi ex frigore, per calefacientia: & pari etiam modo in alijs tam ſimplicibus, quàm compoſitis qualitatibus. Iam autem à nobis de his indicationibus, quæ ab ætatibus, anni temporibus, corporumque temperamentis ſumendæ ſunt, actum eſt. Illud uerò τῇ φαρμακείᾳ προτρέπεσθαι græce dictum arbitror pro προσφέρεσθαι. i. occurrere morbis per contraria. Nam nunc etiam in Aſia dicunt aliquem alicui προσφέρεσθαι χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπιθῶς, hoc eſt bene cum eo agere, uel amice, vel perfide, uel crudeliter. H

Mor-

A 5 *Morbi quicunque ex valentissimo corporis membro ortum habent uehementissimi sunt. Nã si ibi permãserint, ubi cœperint, necesse est, ut laborante membro ualidissimo, totum male afficiatur corpus. Sin autem ad imbecilliore partes à robustioribus quicquã delabatur, nũ erit facilis dissolutio. Quæ uerò ab infirmioribus ad fortiora aduenĩũt, solutu faciliora sunt: influxus enim facile à robore repellitur.*

Siue membrum, siue corpus, ualentissimum quis dicat, id proprie dicet, quod ad actiones validiores obeundas sit optime constructum: quo pacto Herculẽ robustissimum fuisse dicimus. Altero ẽt mõ ualidum esse hoc corpus dicimus, uel hoc membrum, pro hac certa actione, quemadmodum aliud pro alia, & in omnibus alicui quidem singularum actionum robur adsit, ita tamẽ, ut aliud in eorum alio robur habeat. Vna itaq; actio earum motionum, quæ in animante uoluntariæ sunt, ut si, aut currat, aut cum alijs animantibus congrediatur, aut corpus aliquod aĩatum uel inanime diuellat, aut quicquã auellat. Est & una alia facultas, quæ ad actiones uitales ptinet, unde arteriæ, & cor habent, q̃ pulsent. In his præterea ea, quæ genere inter se differunt, sunt aliæ quædã* dissimiles, quæ non modo in animalibus, sed ẽt in plantis, reperiuntur, quapropter naturales eas nominamus, attractrix, contentrix, alteratrix, & expultrix. Põt itaq; aliàs, quidẽ in alio B atq; alio corpore uenter, uerbi gratia, facultatẽ quantũ ad unã quãpiã actionem spectat, robustissimam habere, ut contentricem, aut alteratricẽ: nonnunquam ẽt, uel iecur, uel lien, uel aliorũ aliquod. Contra ẽt in aĩante eodẽ inualida erit uentris attractrix uel expultrix facultas, quas tamẽ iecur robustissimas obtinebit. Sed is author qui hæc literis mandauit, ista prætergressus est, Mihi uerò robustum uidetur intelligere id, quod præter hoc, quòd à causis, quæ morbos pariunt haud facile afficitur: habet ẽt ut si in ipso aliqua humorum excrescat redundantia, in aliud quod piam membrũ ope expultricis facultatis propellat: sed est sanè manifestũ, quòd oportet ut ualentius sit, id quod propellit, eo quod recipit. Erit quippe in omni corpore, hoc quidem membrum infirmissimum, alia verò ualidissima: in quo oẽs tam medici, quàm uulgares consentiunt. Et proinde podagricis pedes aiũt esse inualidissimos: uniuersum aũt articulorum genus ijs qui arthritidi obnoxij sunt: infirmum ẽt caput esse, quibus id dolet: lien, lienis uitio laboranti: oculos quoq; illis, qui in lippitudinẽ procliues sunt: eodemq; in cæteris partibus modo. Præterea uerò ut duplices sunt causæ morborum effectrices, aliæ externæ, aliæ verò q̃ à nobis ipsis prodeunt: sic ad externas interdum offensiones nõnullæ in nobis partes imbecilliores sunt: ad internas aliæ: quando & causarum ipsarum non eadem genere uis est. In nobis etenim morbi, uel ex humorũ C multitudine, uel ex eorundem suboriuntur prauitate. Externæ item causæ corporibus animantium nocuæ sunt, tum quòd intemperiem quampiã gignãt: tũ quòd cõtundant: uel incidant. Luxatio enim, & ab utrisque uidetur habere occasionem: solus enim absque alterius congressu quispiam ambulans interdum genu, aut mentum oscitans, luxauit: sic & alium aliquem articulum aliud quicquam agens, aut contorquens: sed & sine ulla externa causa, aliquibus infractum est membrum aliquod, dum subito contorquetur, aut ui maiore salit. Vnde totidem sunt membrorum facile aut ægre patiẽtium, totidem etiam firmitatis uel infirmitatis genera, quot sunt causarum. Morbi siquidem qui ex humoribus habent originem, ipsi etiam à robore uel imbecillitate expultricis facultatis ortum habẽt. Nam quum omnes animalis particulæ naturali quadã cõnexione inter se deuinctæ sint, à robustioribus repulsi noxij humores, ad alias cõfluunt: & inde rursus ad alias, donec in imbecilliorem partem quampiam delati, ibi figantur, quòd nullam se p̃terea inualidiorem habeat, quò morbosum humorem propellat. Hæc, si perinde ac intestina, uẽter, uesica, uterusque, effluxus habeat, inde excreta noxia causa uacuatur: quæ tamen si consistẽtia tenuior sit, sæpe canalibus, quæ in ea parte sunt, diruptis, aut uasorum ostiis reseratis, copiosior subsequitur euacuatio: in quem modum fiunt sanguinis, quæ absq; uulnere sunt profluuia. Si verò D ea neq; dirumpantur, neq; aperiantur, sed crassus sit humor, aut tenax qui in aliquam incumbat particulam, tumorem aliquem in ea parte p̃ter naturã excitat: Sic ergo hæc est mẽbrorum nostri corporis imbecillitas, & eorundem robur, in affectibus illis, qui ex nobis ipsis prodeunt. Qui uero ex externa causa, ij dum calefiunt uel refrigerantur, exiccantur, aut humectantur, plurimum affici uidentur. Alioqui enim, quæ aut contundunt, aut incidunt, uel aliud quodpiam hmõi agũt, raro admodum corporibus aĩalium morbos afferunt. Quo fit ut aliud membrum ad aliud in huiusce modi morbis collatum sit uel imbecille, uel robustũ. Mẽbra siquidẽ natura frigidiora, faciliora ẽt sunt ut a refrigerantibus causis afficiãtur: calidiora uerò, a calefacientibus: nec secus etiã ea se hñt, quæ præsiccitate, aut humiditate sunt intemperata. Sunt porrò in his nõnulla, quæ & si non ægre a calfacientibus refrigerantibusve, exiccantibusque, aut humectantibus causis afficiantur, quia tñ uim expultricem obtinent ualentiorem, in aliã partem suum impellunt malum, Quum igitur non unus neq; simplex modus sit, quo membrũ robustum, aut debile aut sit, aut intelligatur, sed multi potius ac genere uarij: nemo est qui possit ꝓnunciare, an præsens pars uera sit necne. Verum enimuero ut de hac, ita de alijs oĩbus quæ modis pluribus dici & accipi possunt, id sanè dixerim, q̃ quum ita indistincte proferantur, confusam ac minime articulatã habent interpretationem, ut inde nequeant auditores aliquẽ fructũ referre. Præterea nec leuem obiectionem

* Alicubi igit ὁμυλενεῖς hoc est consimiles.

nem id patitur, quod præsens insinuat oratio, ubi ait: Quæ verò ab infirmioribus ad fortiora de E
ueniunt, solutu faciliora sunt: influxus enim à robore facile ἀποκλείζεται. Et proinde expositores
varij in exponendo illud ἀποκλείζεται fuere. Nam quidam ἀποκλείζεται scripsere, alij ἀποκλείεται. Fue
re, & qui ἀποπαγιώσεται, tertia scilicet syllaba uerbi istius per ω scripta: Sicut alij, in quibus est Dio-
scorides, per η & σ, ἀποπαγήσεται dicunt ita, ut pro, repellit, sit positum hoc verbum. At verò si ab
infirmioribus particulis ad validiores propulsus noxius humor, ab illis rursum repellatur, nihil
inde ægrotus proficiet. Quare melius sanè erit, ut hoc modo scribatur locus iste. A robore. n. quæ
influunt, expendentur, hoc est concocta, ac digesta consumentur. Quidam autem ualidissimas
partes eas appellari hic, q̃ principes sunt, autumant, & falsam reddunt hanc sententiam. Satius. n.
est, ut humores praui, relictis principalioribus partibus, in ignobiliores ferãtur, q̃ quòd ab ig-
nobilioribus in principes impellantur. Aspeximus etenim sæpe in his, qui articulari morbo, aut po-
dagræ obnoxij erãt, q̃ repulsis ab artub⁹ humoribus eò delatis, illi in principẽ aliquã partẽ contẽ
dẽtes, homini ĩteritũ attulere: cui ea sola relinquebaẽ spes salutis, si iterũ possent ad artus reuelli.
6 Venæ, quę crassissimæ sunt in hunc modum digestæ: quatuor sunt in corpore earum paria, quorum
unum ab occipite per ceruicem exteriorem utrinque delato ad spinam, & inde ad coxas, & ad crura, &
tandem per tibias exterius ad malleolos, usque ad pedes perueniunt. Quare in dorsi, aut coxendicum F
doloribus sanguis mittendus est sectis exterioribus in poplite, aut malleolo venis. Alterę autem, quæ à
capite ortum habent uenæ prope aures, & iugulares appellantur, per ceruicem interiorem † a cauа iuxta
spinam utrinque, & lumbos in testes delatæ, & femora per poplites ex parte externa, atq; per tibias in
exteriores malleolos, & pedes: Vnde ad lumborum dolores testiumque, uenas incidere in tibijs oportet,
& malleolis interiorib. Tertiæ venæ per ceruicem ex temporibus sub scapulis in pulmonem subinde ten
dũt, & una a dextris in sinistra, altera a sinistris in dextra procedit. Ex dextra quidem a pulmone sub
mammam transiens, se ad lienem, & renem cõfert. Quæ uero a pulmone ex dextris in sinistra delabi
tur subter mammam ad iecur, & renem pertingit: sic tamen, ut ambæ in sedem descendant. Quartum
deinde par a sincipite oculis q̃, sub ceruicem, & clauiculas deferuntur, mox vero ab his ad flexus bra-
chiorũ, & cubitũ brachialiaq;, & digitos: item à digitis per pectinẽ, & cubitũ superiore parte manuũ
ad inflexus, & per brachiorum inferiores partes ad alas, & a superioribus costis altera ad lienem, alte
ra ad iecur descendit: postea uero vtræque super uentrem incedentes, ad pudenda tandem concedunt
vtræque. Sic ergo se habent venæ crassiores. A vena tamen caua multæ aliæ variæq; per corpus dispe-
rtiuntur, quæ alimenta corpori ministrant.

† Alibi tamẽ legimus ἀποτῆς κοιλίας hoc est à uentre.

Ea quæ in artibus in cõtrouersiã ueniũt, partim sensu, partim demõstratione dijudicanẽ. Quæ G
ad iudicium sensus pertinent, uigentẽ à quo iudicenẽ sensum exposcunt: sed q̃ ad demonstratio-
nes, rationẽ exercitatione elaborata. Iã igitur si de ciborum concoctione, tum ea, quæ in uentri-
culo fit, tum uerò, quæ hãc excipit, humorũ generatione, distributione, nutricationeque, & id ge
nus reliquis, sermo habeatur: ratione, qua ueterum opiniones iudicentur, egemus. At verò an,
q̃ ruminant aĩalia, quatuor uentres habeant: quæ aũt utrinque sunt dentata unum, à sensu hoc,
non ex demonstratione petendũ. Vñ diuersus modus est, quo conuincendi falsitatis sint, q̃ aber-
rãt in his, quorũ sensus, & in illis quorũ ratio iudex est. Eorũ. n. quæ ad sensum attinent, quũ inter
se aliqui disputant, ad id, quod in corporũ dissectionibus cõspicitur, si se cõtulerint, facile erit iudi-
cũ. Sed q̃ demõstrationem requirũt, possunt sine vlla ẽt dissectione, sola ascripta demõstratione
iudicari. Igitur quũ scriptis cogimur cũ his cõtẽdere, qui de aliquo dissectorio theoremate, qđ sen
sum in primis iudicẽ hẽt, impudẽtissime pariter, ac imperitissime pronũciarũt, fieri neq;t, ut igna-
ri eorũ, quæ in dissectionibus uideri solita sunt, possint mendaces à ueridicis discernere. Vt enim
siquis Cretã esse insulam negauerit: statim ab oĩbus, qui id audierint, despicietur, quippe q̃ probe
nouerint eã esse insulã: Sic, siquis canibus quatuor esse uentres affirmauerint, unicum uero rumi-
nantibus, hunc illi qui in ruminãtibus quatuor, & unum in canibus inspexere, facile deridebunt. H
Idipsum quoq; de venarũ sectione dicas: nã à sensu, non à demonstratione huiusce rei petẽdũ est
iudiciũ. Porrò quoaduſq; illi q̃ in hac re discordes sunt, in suis chartis, q̃ quid illis visũ sit descripse
rint: ueritas eos qui sectionis imperiti sunt latebit. Sic itaque, quũ in hoc præsenti sermone in con
troversiã uenerimus cũ his, q̃ ausi sunt affirmare quatuor uenarũ paria à capite in corpus descen-
dere: dissectionis rudibus nullã possumus ualidã scriptis afferre demonstrationẽ, nempe q̃ non de
monstratione, sed sensu iudice egeat. Nisi quis forte velit, ea proponens, quæ de iudicanda histo-
ria, tum à multis tam philosophis quam medicis, tum uel maxime ab empiricis tradita sunt, ho-
rum institutis usus iudicium afferre. Et quidem antiquorum iudicia, atque ẽt consensum authorũ
minime fugerim, dum illi qui scripsere, fuerint in re, de qua scripsere consummati, quemadmo-
dum in dissectoria disciplina Eudemus, & Herophilus: Crateuas, & Dioscorides in metallicis me
dicamentis. Quod siquis huiusce modi subterfugiat iudicium, non modo non poterit quatuor ue-
nas ostendere a capite descendentes, uerũ neq; tres, neque duas: quia una tantummodo uena est,
& ea maxima, quæ caua appellatur, à gibbo iecinoris per totã aĩalis longitudinẽ protracta. Nam
quum septũ transuersum aĩantis partẽ superiorẽ ab inferna separet, uena caua p̱ transiens trans-

uersum

A uersum id ſeptũ ſurſum verſus ad cor tendit deorſum verò à gibbo iecinoris per ſpinam concedit. At ab ea, quæ ſurſum cõtendit parte planè ꝓſpiciunt tanq; à caudice oẽs exoriri, q̃ ſepto trãſuerſo ſuperiores ſunt venæ: ſicut ab ea, quæ ad ſpinã deflectit, inferiores. Horum Hippocrates in ſecundo epidemiorum libro" meminit, vbi venã cauam iecorariã vocat. Huic cæteri oẽs quicun 2. Epid. ſect. 4.
que in diſſectionibus verſati ſunt, conſentiunt: nec quisq̃ alius vnquã medicus repertus eſt, ſiue diſſectiones diligẽtius, ſiue negligẽtius pertractauerit, qui aſſeuerauerit octo eſſe venas, q̃ à capite in corporis infernas diſcurrant partes, nõ Diocles, non Praxagoras, non Eraſiſtratus, nõ Pliſtonicus, non Philotomus, non Dieuches, non Chryſippus, neque Antigenes, vel Medius, vel Euryphon, nec alius tandem quiſpiam è numero priſcorum medicorum. Et quid de recẽtioribus dicam, à quibus anatomica diſciplina plurimum adaucta eſt? in quibus Herophilus & Eudemus fuere: quos nullus ad tẽpora vſq; Marini & Numeſiani ſubſequutus eſt, qui illorũ methodo aliquod inuentũ addiderit, vt neq; Heraclianus, cum quo Alexandriæ magna attentione verſatus ſum. Horum virorum, & alij ẽt plures extitere diſcipuli: ſed omnium præſtãtiſſimi fuere, Numeſiani quidem p̃ceptor noſter Pelops: Marini verò, Quintus. Quintus verò vt de nulla p̃terea re
B alia quicq̃ ſcripſit, ſic neq; de diſſectionibus. Sed aliorum non paucos habemus anatomicos libros. Immo & commentaria reperiuntur anatomica à diſcipulis Quinti edita, qualia ſunt Satyri præceptoris noſtri, & Lyci. Igitur quum ab his oĩbus, & ab alijs p̃terea multis, de corporibus ſecandis ſcriptum ſit: nullus tã nouiſſe potuit quatuor venarũ paria à capite delabi. Neq; hoc ſecus eſſe videtur, quã ſiquis vellet cõtendere, Athenis octo eſſe arces, vbi vnica tm̃ eſt. Romæ etiam ſi aliquis diceret colles octo eſſe qui inhabitẽtur, alius verò ſex tm̃, vno vterq; mentiretur. Si tamẽ quiſpiam vnum ꝓ ſeptem habitari collem, contra vero, Athenis pro vna octo dicat eſſe arces, hic longe maiori mendacio erit obnoxius, q̃ alter, qui vno tm̃ à vero aberrat. Sic ergo quũ vna ſit vena, quæ à iecinoris gibbo in ſupernas corporis partes fertur: quæ ẽt ſiquis à ſuperioribus ſectionem exordiatur, deſcẽdere potius q̃ aſcendere dici poterit, vt tã nihilo ſecius vna videatur: ille ꝓfecto ab omnibus deridendus veniet, qui octo dixerit à capite venas deferri. Quia ſiue ex ſuperna parte deorſum, ſiue ex ima ſurſum, ferri dixeris venã iecorariã, q̃ cauam appellant: illa vna penitus ſemper erit per gibbum iecinoris porrecta. Et proinde ſi vllus cuiuſpiã reperiatur
C liber, qui anatomẽ huiuſcemodi litteris mandauerit: nullus ſanè vnquam eam poterit illius habere rõnem, vt pati poſſit particulatim oĩa capita legere: immo hoc vno audito, quatuor eſſe venarum in corpore paria, ſtatim quaſi à ſtolido quodam inſtituto aufugiet. Verum poſtea q̃ hęc à nonnullis interiecta ſunt Hippocratis operibus, coacti fuimus nos hoc temporis, quod tum in his refellendis, tum verò illis, quæ vel perperam ſcripta ſunt legendis conſumimus, diſpendiũ ſubire. Eſt (ait ipſe) par vnum venarum, quod ab occipite exoriens per ceruicem deſcendens, & ab exterioribus ſpinæ partibus ad coxas delatum, mox inde per tibiam ad malleolos tandem exteriores peruenit: Alterum verò par à partibus iuxta aures originem habere ait, quod per collum delatum, conſtitutisq; venis iugularibus vocatis, mox vt primum ex exteris circa ſpinam partibus, ita hoc ab internis, ad teſtes, & femora pertingit: deinde verò per poplites ad internos concedit malleolos. Quis vnquam ſi vel diem vnam ſecari corpora viderit aliquãdo, hæc audire queat? Multa quidem in ſectionibus exiſtunt theoremata obſcura, nec facilem demonſtrationem habẽtia, quæ merito quempiam ex his qui in ea re non admodum conſummati ſunt, latere poſſunt: & propterea de his aliqua ſuborta eſt diſſenſio: at maximę illius vene negotiũ ita omnibus apertum eſt, vt illos qui ex anatome quicquam addiſcere potuerint, fallere nequeat. Immo adeo pe-
D nes omnes in confeſſo eſt, vt etiam poetæ id cognoſcant. Vnde Homerus ait

Et venam præcidit inde.

Quæ dorſo incumbens in collum fertur vtrinque.

Sic igitur vnam, vt vna etiam eſt, nouit, nũ quatuor: duas extra ſpinam, duas item alias, quæ eodem ſicut illæ modo vtrinque ſecundum ſpinam porrectæ ſint: vt tamen nullũ ſit animal, quod, in quem modum, qui hanc deſcripſit anatomẽ, fingit, quatuor habeat. A vena hac maxima, per vniuerſos ſpinalis medullæ fines, vt in ſecundo Epidemiorum libro" ſcripſit Hippocrates, germi
na oriuntur: ſuperior eius terminus ad clauiculas eſt, inferior autem ad os ſacrum. Horum alter 2. Epid. ſect. 4.
in venas iugulares ſcinditur: alter in illas, quæ in crura deferuntur. Iam ergo, quomodo is, qui hoc ſecundum par commentus eſt, putauit iugulares venas duas permanentes iuxta ſpinam ex internis partibus ad crura deuehi? quo etiam interius ad malleolos peruenire? quum vna in vtranque, & ſola vena feratur, & non vna intra, altera vero extra malleolos, ſed vnius, & eiuſdem ſunt rami. His autem præterea ineptius eſt tertium id venarum par, quas à temporibus deductas per ceruicem, ſub ſcapulis tranſire ad pulmonem dixit: inde vero mutato inceſſu, à recto in obliquum, dextram ad ſiniſtrum latus peruenire, ſicque ad lienem, & ſiniſtrum renem concedere: ſiniſtram vero ad dextrum renem: & ambas tandem in ſede finiri. Sed dicat quiſpiam authori huiuſce inuenti, ò bone vir, ſedes habet ſua venarum germina à caua iuxta lumbos exorientia, qua ſanè parte duæ illæ, quæ in vtranque partem deductæ à caua orrę, quaſi rami ma-

iores

iores,in crura deueniunt. Et quis ꝑterea est nedũ medicus, sed nec coquus,q̃ nescíat sanguinẽ à E
corde,cuius ille qui hoc tertiũ confinxit par,vsquã in suo sermone ne meminit q̃dẽ,pulmoni per
uenam unam subministrari? Immo is istius sermo id,si vllã habeat ueniam, ignorasse uidetur,q̃d
tñ à nonnullis sectoriæ disciplinæ peritis tanquam fons, & origo uenarum omnium per uniuer-
sum corpus distributarũ,habitum est. Quartum enim uenarum par à sincipite oculisq; suũ initiũ
habere ait: unde sub ceruicem, & clauiculas delatum,brachium ingredi,ad utranq; manũ unam
subinde verò ex superioribus partibus in digitos ferri, & mox referri rursum per uniuersam ma-
nũ ad aliã,indeq; per costas progredi alterã quidem in iecur, alterã in lienem, ut tandem à uẽtre
decurrentes ambæ,ad genitalia desinant: sicq; nec istæ ullam cordi partem attribuunt. Qui ergo
potuit is horũ,ueluti nouus quidã Prometheus, confictor,tantũ viscus,cor inquã, omnino obli-
uioni mandasse? At nec cerebri usquam meminit: uel forsitan,ꝙ malleolis esset in minori hono
re habendum. Sed quod de renibus tradit omnẽ uidetur cæcitatem superare: quippe qui à vena
caua maximas uenas habent,quas iste ꝑtergrediens, sibi quasdã alias eo à pulmone deferri con-
fingit. Iam igitur satis ex oĩbus istis constat, ꝙ vir iste nequaquã, ut alii quidã sectionibus operã
dantes sæpe faciunt,quædam quasi cæcutiens præterierit, sed potius nihil prorsus uiderit. Nam
siquis uel maxima non uideat, hunc nihil omnino uidere,.q̃ cęcutire uerius dicas. Atq; is qui de
uenarũ à capite in uniuersum corpus partitione habitus est sermo, quòd ebriorũ somnijs similis F
sit,eorum qui sectionibus,uel parũ interfuerint,nemo ignorat. Porrò paruas aliquas uenas uiros
anatomicos fefelliſſe,magnum non est: nunquam tamen q̃spiam aliam alio modo descripsit,ne-
que eas,quæ à cæcis ẽt,mõ digitos admouissent,cõprehendi poterant, prætermisit. Itaque una est
uena,per quã sanguis ex iecinore in uniuersum corpus influit, à qua multæ aliæ minores quasi
rami à trunco prodeuntes,illum omnibus corporis dispertiuntur particulis. Quòd si sanguinem
in caua vena fluuio cõpares,riuulis verò illũ qui inde in corporis particulas defluit: minime à ue-
ra aberrabis similitudine. Sed siue fluuio,siue trunco similem esse venã magnã quis dicat: oẽs pe-
nitus medici consentiunt unicã eã esse,præter quam ille, qui audaciſſime quatuor hæc paria huic
libro interseruit. Et præter alia multa, tum cor, tum uenam ipsam cauã silentio ꝑterijt: quum tã
iugulariũ meminerit,in quas illa in supremo thorace scinditur. Quicquid.n.ꝑterea inter locum
hunc,& ultimam spinę partem clauditur,uena caua occupat,à qua uenæ utrinq; germinant. Ex-
vtroq; uerò ipsius termino,& ex utriusq; partibus bipartita est. Nã à superiore eius parte duæ pro
deunt uenæ maximæ,q̃ per collum inuectæ iugulares appellãtur: ab inferioribus verò in utrun-
que crus una,ut iã diximus,& ea quidẽ maxima descendit. Eorum sanè, quæ per collũ feruntur,
& iugulares uocantur,in suo illo secundo pari meminit nouus hic noster Prometheus: ubi teme- G
ritatem,ac ignorãriã maximã ostendit,nulla unquam cauæ uenæ,à qua istæ ortũ hãt,facta men-
tione. Debuisset quippe,si vnq̃ uel tãtillũ secandis corporibus interfuisset,dixisse,uenas has iugu
lares in unum coire,& efficere iecorariam uel cauam uenã,vel quõcunq; quis illam in ꝑsentia ue
lit appellare. Quod si de istis tanq̃ semper sic duabus permanentibus ab eo sit sermo habitus,qui
dicat illas per internas prope spinam partes ad interiores malleolos deuehi: quid deinde de alijs
uenis post quatuor illa paria descriptis erit dicendum? quas ipse putauit alimẽtum à caua vena in
corp' vniuersum afferre: ac si quatuor illa cõmemorata paria alterius cuiusꝑiã negotij gratia sue
rint à natura fabrefacta,neq; unũ idẽque,& cõmune sit uenarũ omniũ munus: nẽpe sanguinẽ ex
hepate in cæteras animantis partes aduehere. At uero, quæ à uentriculo, & intestinis succũ cibo-
rum in iecur asportant, earũ nulla ultra iecur progreditur: immo nec in multis secundũ iecur lo-
cis apparẽt,quãuis numerosæ admodũ ex ea parte sint,qua uentrem, & cætera attingunt intesti-
na: sed in unum locum quem portas iecoris uocant, oẽs conueniunt: quẽ locũ qui primus portas
nominauit,iecur Vrbi aut ædibus amplis cõparauit: intestina & uentrẽ agris,ex quibus instar uia
rũ per uenas multas cibi in urbis ædiũve portas vehũtur. Delirat itaq; in hoc aĩante,quã sibi no-
uus iste Prometheus,suo sermone fingit. Nã nemo unquã aĩal aliquod effectu ipso sic formabit, H
ut in eo uenæ à uentriculo,& intestinis alimenta in totũ corpus deferant: oẽs siquidem in unum
cõcurrunt locũ,partes scilicet iecinoris: unde quæ ꝑ id uiscus dispertitæ sunt uenæ assumptũ ali-
mentũ in cauã uenam ferunt: à qua in totum corpus sanguis (ut paulo ante diximus) distribuitur.

7 Ferunt præterea a crassioribus uenis in cauam, & in reliquum etiam corpus, atque ab exterioribus intro mutuoq; impartiuntur: internæ extra, & externæ intro.

Poterãt huic nouo Prometheo quatuor ea uenarum paria suffeciſſe: nec tñ saris isti fuere,im-
mo præ inexplebili quadã impudentia,has illis insuper addidit, quæ corpori à caua uena alimẽtũ
ministrẽt. Et nũc coronidẽ sermoni ĩpositurus,de uenarũ cõione hoc tãdẽ minime uerũ ꝑtulit.
Ex his etenim uenis,q̃ à caua oriuntur, quas ille crassas uocat,nulla in alia partita paria intestinis
aut uẽtriculo inserit. Porrò ut ne verbũ quidẽ is,qui hãc uenarũ anatomen cõmentus est,uerum
2. Epid. sect. 4. attulit: sic Hippocrates epidemiorũ libro secũdo, "in nullo ꝑrsus aberrauit. Quare insaniunt ꝑfec-
tò,qui ne per somniũ quidẽ corporũ sectiones attigere,& libros Hippocratis exponere aggre-
diuntur, & illi quã maxime,qui quũ uelint Hippocratici appellari,in eundẽ tñ authorẽ,& has uni

uersas

A uersas de uenarum sectione nugas,& exactam eiusdem disquisitionem in secundo epidemiorum traditam referẽdam arbitrantur. Si.n.in alterutro eorum aliquod p̃terea accessisset inuentũ: fieri sanè potuisset,ut idẽ uir t.pe peritior factus illis quæ ab eo prius ꝓbe dicta fuerant, alia ẽt addidisset. At quum uideamus Hippocratẽ non modo oĩa ad amussim in cõmentarios retulisse,quæ cunctis planè cõspicua sunt,uerũ & ea, q̃ ad videdũ sunt difficiliora, is v erò q̃ hãc anatomen cõposuit,ea ẽt nõ viderit,q̃ quisque,uel palpando inueniat:qũo põt quispiã affirmare eũdẽ utraque hæc scripsisse? qũo ẽt probabile est,ut absoluto uniuerso,qui de hominis elemẽtis institutus erat sermo,de uenis subnexuerit. Aut.n.tota anatomes rõ explẽda erat,aut neq; de uenis erat tractandũ.Hoc.n.magis ad cõmentationes, quas nobis ipsi memoriæ gr̃a describimus,attinet,ut eiusce modi varia theoremata simul explicẽtur.Isto ãt & legitimo uolumini nequaquã cõuenit,ut prio re doctrina consũmata,subinde illi alteri' pars aliqua annectat, atq; iterũ illa relicta, paulo post alia,& postmodũ ẽt alia:qđ in his eueniss uidemus,quę libro De natura humana subiecta fuere.

8 Sanguis ergo istis constitutis mittendus erit.

Quæ ipse uidelicet præmonstrauerat,qñ ad finem primi paris subiunxit hæc verba.Venam itaque ad coxarũ,& dorsi dolores in poplitibus secabis,& exterioribus malleolis.Secundo item pari hæc adscripsit.Vnde ad lumborum dolores,& testium,uenas in tibijs incidere oportet,& mal-
B leolis interiorib':ut tñ in tertio,& quarto pari nihil de vena secanda meminerit: quapropter hac ẽt parte mancam tradidit hanc institutionem qui multas præterierit corporis partes, quarum uenæ tundendæ essent,explicandæ erant. Vt ergo ab uniuersa anatomes ratione,particulam quandam auulsam literis commisit:sic & quod de sanguine mittendo referendum erat.

9 Procurandum autem est ut sectiones quam maxime procul ab illis locis faciamus, ubi dolores excitari,sanguinemq; colligi nouerimus.Sic enim nulla magna permutatio repente fiat,consuetudoq; intercipietur ne amplius in eundem locum confluat.

Quòd sectiones uenarũ hic intellexerit,quas phlebotomias cõposito appellamus nomine:recte ab expositoribus acceptũ est,qui in hoc oẽs consentiunt.Quòd verò minime definierit nũ dolẽtibus iã partibus cẽseat ꝓcul esse reuellẽdos humores, v el potius sanitatis t.pe:ea ratione forte veniet reprehendendus. Et mihi quidẽ uidetur, quòd id in his, qui prospera utantur ualetudine, dictum sit: quippe quòd uoluerit author assuefacere humores redundantes in alias ferri partes.

10 Qui sine febre multum puris expuunt,quibus etiam absq; dolore plurimum puris in vrina subsidet,& quibus cruentæ sunt deiectiones,ut in dysenterijs,& diuturnæ, quæ iuuenes annos quinque,&
C *triginta natos atque seniores arripiunt:in his omnibus spontanei oriuntur morbi.Hos enim in laboribus uersari oportet,& corporeos labores diligere,& in adolescentia in operibus esse:deinde uero reiectis laboribus, carnem reficiant mollem à priori plurimum differentem,corpusque, quod prius habebant, plurimum ab eo dißideat,quod refectum est, ut nihil inter hęc conueniat. Quando itaq; morbus aliquis eos,qui ita se habuerint,arripiat,tunc quidem euadunt, demum attamen post morbum liquescit corpus,& per uenas quamaxime patent,effluunt sanioſa.Quòd si in inferiorem aluum ferantur:tales erunt deiectiones,quale erat id,quod in corpore inerat:quum enim uia sit decliuis, diutius in intestino non permanet.Quibus uero in pectus delabitur,hi suppurati fiunt:ac cliuis enim expurgatio est,& in pectore longiori tempore commorans putrescit,& in pus transit. Quibus in uesicam eijcitur: ex loci istius calore albescit,& excernitur:quodquam tenuissimum est, superius delatum consistit: crassissimum uero subsidet,& pus appellatur.*

Omnia quæ hac traduntur serie,clara sunt,potiusq; lectorẽ qui animum aduertat, q̃ expositorẽ desiderant q̃ declaret:q̃ tñ an uera sint,partim experientia, partim rõne examinãda sunt. Ex-
D perientia quidẽ obseruandum est, nũ aliqui à febre immunes uisi vnq̃ sint,aut sputo pus reiecisse,aut urinis aliquid excreuisse:præterea si priorem uitam duxerint laboriosam, moxque quieuerit multo tempore, atque si ij à morbo detenti incolumes euasere,& subinde si purulentæ excretiones superuenerint.Hæc experientia sunt iudicanda:Ratione verò,si quam is retulit,causa vera sit,uel secus.Iam verò quòd ista ab ipso authore producta nullã secũ habeant necessiratem, facile oĩbus conspicuũ erit,qui demonstratiuis methodis operam nauarunt. An autem probabile saltẽ habeat,secum quisque perpendat:uidetur enim probabile in his esse,quæ ad aliud referuntur. Et equidem quantum ad ea spectat,quæ in experimentis apparent:tantum hoc habeo quod tibi asseram,me cruentas vidisse sæpenumero deiectiones per aluum ab his qui consuetas, validasque exercitationes dimiserint,excretas: purulentas uero nequaquam. Vidi præterea ex quibusdam periodis tum ordinatis,tum etiam inordinatis mucosa ab his in urinis reddi,& der aluum deijci:sicut & sputa cocta quidem,purulenta uero minime.

11 Gignuntur etiam in pueris calculi ob calorem,tum loci illius,tum uniuersi corporis:uiris præ corporis frigore calculi non nascuntur.

Loci nimirum uesicæ,de qua in fine prioris orationis sic ipse ait: Quibus in uesicam eijcitur à loci istius calore albescit. Inquit ergo, quòd calculi pueris innascuntur ob calorem tam uesicæ quàm corporis totius.Postea de puerorum calore hæc subiungit.

Nam

12 *Nã hoc phe nouisse expedit: hominẽ primis illis dieb⁹ calidissimũ esse, postremis uero frigidissimũ.* E

Qui simpliciter absq; limitatione primis illis diebus hominem aiunt calidissimum esse, eorum sermo nõ est uerus. at cum limitatione, uerus, calidissimus siquidẽ est, si de innato calore loquamur. is.n. in pueris plurimus est. Id autem, ut sequens indicabit oratio, ille, qui hæc scripsit, obaudiuisse uidetur, quod tamen in hoc sermone præcipuum erat. Neq; enim, ut Hippocrates dixit, Qui augentur plurimum habent innati coloris: ita hunc sensisse offendes, immo natiuo prætermisso, simpliciter putasse calida esse quæ crescunt.

1. Aph. 14. Ex. ord. 7. 2

12 *Necesse siquidem est, ut augescens corpus, & ad vim progrediens calidum sit.*

Quum Hippocrates dixerit, qui augentur plurimum habent innati caloris: videtur hic author existimasse corpora his qui augent̃, calida simpliciter esse: qui innati nihil in hoc memineritsermone. Quod enim ad vim progredietur calidum fore ait. ad vim autem progredi, vult quid hmõi indicare. Videtur ipsi incrementum esse rem violentam, & ualidam, & ut opera alia uehementiora operarios excalfaciunt: sic & incrementum. At contra debuerat dicere, ex innato calore pueros augeri: nõ aũt ob id eos incalescere, q̃ augeãtur. Nam calor ipse innatus non solũ moderate calidus sed præterea etiã humidus est. Igitur iure merito eiuscemodi augẽtur corpora, quippe, quæ in tres distendantur dimensiones, & quasi inflantur, & propterea omnibus illis fit accessio. Itaq; ea undiq; natura distendit ad hoc negotiũ organo usa calore innato: ex humore.n. habet ut facile protendantur. Atq; pleriq; pueri, utpote qui plurimum voraces sint, humorem non modicum aggregant, quem crudum proprie uocamus: qui calculo gignendo in primis opportunus est. rationem siquidem materiæ habet, accedente calore uti effc̃trice causa. F

14 *At ubi flaccescere corpus cœperit, ac in ocium prolabi, frigidus euadit.*

Et hic rursum, quãdo non amplius augetur corpus, his qui inclinata ætate sunt, ipsum ab ocio fieri ait frigidius. At satius erat, ut contra ratio causæ assignaretur: ob id enim quia illis innatus calor imminuitur: & incrementum etiam cessat. Clarius tamen horum author suam in sequenti parte sententiam aperuit.

15 *Et hac ratione quo magis priori die homo augetur, eo calidior redditur. quo etiam postrema die marcescit plurimum, eo frigidiorem fieri necesse erit.*

Nos ergo recte partem superiorem, ubi ait: Necesse siquidẽ est, ut augescens corpus, & ad vim progrediens calidum sit, interpretati sumus. Erat enim è contrario dicendum, ob calorem innatũ augeri, quæ augentur: non autem quia augeãtur, ideo esse calida: ut eadem sit ratio in his, quæ decrescunt. Putant nanque, quando non amplius crescit, frigidum fieri propter ocium, dum pristinum incrementum, quod in opere erat, nunc quiescit. G

16 *Qui eo modo se habent plerique eo ipso anni tempore, quo decrescere cœperint, sani sua sponte fiũt, diebus quadraginta quinque. Qui verò id tempus excesserint, anno sua sponte sani fiunt, nisi re alia lædatur homo.*

Quosnam eo se habentes mõ nominat? Nimirũ quos prius cõmemorauerat. Qui ab exercitatione ad ociũ trãslati pus expuunt, & mingũt, dysenterijsq; corripiuntur. Vbi equidẽ dixi me plures uidisse cruentis arreptos dysenterijs, q̃ laborioſa negotiosaq; uita relicta, ad desidẽ se contulerint. Qui vero pus expuerint, aut minxerint, nullos unquã uidisse. At hic (ut arbitror) crudũ quem uocant humorẽ, ubi concoctus sit, pus esse putat. Qui aũt hoc mirum sit? quando, & Erasistratus quoq; ea, quæ in vrinis febricitantium subsident, pus esse, non hunc humorem censeat? neq; nouerit in bene ualentibus etiam qui uoraces sint, id genus plurimum subsidere? Nos multos obseruauimus, qui in ocio aliquandiu vitam egere, urinis magnam copiam rei, quæ muco sic appellato similis erat, excreuisse, & in eorum nonnullis ubi hæc tarde permeabant, puri similia excernebantur, quemadmodum & in respiratorijs instrumentis, qñ diutius contenta concoquuntur. Huius autem, & ipse paulo ante causam retulit: in dysenteria quidem, quum dixit uiam decliuẽ in causa esse ceteris excrementorum transitus: quemadmodum tardi accliuẽ in ijs, quæ tussi reijciuntur: in urinis uerò loci calorem. Quòd siquis concedere nolit in urinis, aut sputis, aut excrementis à pure crudum humorem differre: is alterutro errori obnoxius est, q̃a uel vltro, ne suum dogma prodere uidetur, dolose agit, Erasistratum imitatus, qui uoluit febres oẽs habere ab inflãmationibus ortum: uel sophistes est, qui in operibus artis nunquã uersatus sit. hos antiqui recte λογιάτρους appellant. Porrò à crudo humore pus colore, substantia, ac odore distat. Iam & per nares, & per os certis quibusdam uel in certis circuitibus fit huiusce crudi humoris excretio, vnde expurgatur cerebrum, cuius nulla nunc ab illo, qui hæc scripsit, mentio habita est. Merito tñ dixit, prædictos sponte sua fuisse sanatos, id est nullo nostro negotio. Nã ipsa quantum satis sit, natura expurgat. At expurgationis duplicẽ ipsæ præscripsit terminum. Alterũ eo anni tẽpore, quo dicta iam excretio ipsis cœpisse contigit: alterum qui in annũ protenditur: ut tamen qui breuior est, ad quinque, & quadraginta dies p̃ducatur. Nõnulli verò nõ quadraginta quinque, sed quadraginta H

A draginta ſcribunt. Ego ſanè multos in hunc modum à natura fuiſſe expurgatos quum obſeruauerim, non eos duos ſolummodo *terminos euacuationis, quos iſte deſcripſit animaduerti, ſed quàm plures. Alius etenim alio præfixo termino plenè purgatus eſt, alij quidem diebus quadraginta: alij in menſes, & eos non numero pares, progreſſi ſunt: nec defuere, qui per annum integrũ ab eo ſymptomate detenti ſint.

*Melius in nuſcriptis ὁρισ vs legitur quã in impſſ. ὡρῶν.

37 Morbi qui celeriter fiunt, & quorum occaſiones manifeſtæ ſunt: hos quam maxime periculoſos eare denuntiabis. His verò curationem adhibebis, contraria occaſioni ipſius morbi inſtituendo. Nam ſic illud, quod morbum in corpore excitat, depellas.

Cum his illud pugnare videtur, quod in aphoriſmis traditum eſt, Acutorum morborum non omnino certæ ſunt pronuntiationes neq; ſalutis, neq; mortis. Sabinus, dum nodũ ſoluere conatur, nugatur plurimum, nihil tñ quod conſentaneum eſſet, attulit. ut & aliorum pleriq;, qui libri hunc exponendum ſuſcepere. Mihi verò non videntur aſſequi quid ἐξ ὀλίγου ſibi uelit. Ipſi enim ar
B bitrantur de breuibus & acutis morbis ſermonem haberi: quum tñ ipſe non uideatur id doluiſſe, ſed de ijs, qui à manifeſtis cauſis recentem ortum habent, ex breui tempore, non autẽ ex multo excitatum. In his ſiquidem facilis eſt eius quod euenturum eſt prædictio, vtpote quia iam & ipſa cauſa qualis, & quanta ſit cognoſcatur. At, qui paulatim & longo temporis ſpatio fiunt, nec ſui ortus apertã aliquam cauſam habent, in his non ita erit præſagitio tuta: Recentes verò morborũ cauſæ ſunt, æſtus, refrigerationes, vigiliæ, mœrores, curæ, cruditates, durũ cubile, laſſitudines, ebrietates, & id genus reliqua. Per ea ergo quæ morborũ occaſionibus contraria ſunt, moliendã eſſe curationẽ ait. Vt ſi exæſtuauerit, refrigerantia adhibeantur: ſi frixerit, calfacientia: ſi laboraue
rit, ut quieſcat: ſi in otio præter morem degerit, plenius exercitetur: ſi fuerit repletus, euacuetur: ſi euacuatus, repleatur: in quem modum ſuperius etiam ea parte dixit, cuius principium eſt, "Quos morbos repletio gignit, euacuatio ſanat. Supra textu 1. 181.e

38 Quibus in urina arenoſa ſubſident, vel pori, hic inter initia tubercula ad craſſam venam exoriũtur, ac ad ſuppurationem ducuntur. Poſtea verò ſi ea tardius erumpant tubercula, ex pure coguntur pori, qui cum vrina extruduntur per venam in veſicam.

C Poteſt quidẽ eſſe, ut ea de cauſa quã ipſe attulit, eiuſcemodi vrinæ fiant: poteſt & pariter eſſe, ut fiant abſq; uena, ex affectu renis. Frequenter tñ huiuſmodi excretiones in vrinis proueniunt etiam ſine tuberculis: nempe quando craſſus & ſatis uiſcoſus humor tarde egredicns, ab illius loci colore exiccatus cogitur.

39 Quibus vrinæ ſunt ſanguinolentæ, his venæ laborarunt.

Obſcurũ eſt qua de re, laborarunt, dixerit. Nã ſignificare poteſt eas imbecilles factas, ut ſolutis uiribus ſemicoctum ſanguinẽ generẽt: qui uel præ earum imbecillitate facile profluat, uel quaſi res aliena ab illis excernat. Poteſt præterea cõiter, laborarunt, ſignificare affectæ ſunt, ꝙ ſcilicet tota affectio citra renũ incommodũ ad ſolas uenas pertineat. Quæ tñ illa ſit, haud ex hac expoſitione indicatur. At verò per quàm manifeſtum eſt ꝙ neq; Hippocrates, neq; Polybus, unquam αἱμάτια dixiſſent, quum ita dicere potuerint, quibus ſanguinolenta ſunt τὰ αἵματα. Alioquin enim Hippocrates frequentiſſime αἷμα ſcripſit; αἱμάτιον verò nullibi in eius ſcriptis inuenias. Sunt & alia multa aſcripta in hoc libro, quæ manifeſte indicant ea neque Polybi, neque Hippocratis fuiſſe.

D *40 Quibus una cum urina, & ea craſſa caruncul æ forma pilos referentes egrediuntur, eas à renibus prodire cognoſcas, † & ab Arthriticis.*

Aphoriſmum illum in hoc loco interpretatus eſt, "Quibus cum vrina craſſa caruncul æ parUæ, aut capillis ſimiles egrediuntur, his a renibus fit excretio. Hęc particula in manuſcriptis nõ habet. 4. Apho. 76. Ext. ord. 36.b

41 Quibus vrina nunc pura eſt, nunc autem veluti furfures innatant, his veſica ſcabie tenetur.

Hoc item loco eum aphoriſmum deſcripſit, "Quibus in urina craſſa furfuraceum quid excerni tur, his ueſica ſcabie laborat. 4. aphp. 77. Ext. ord. 36.e

42 Plurimæ Febres ex bile gignuntur, quarum formæ p̃ter eas q̃ ab occultis doloribus proueniũt. ſunt quatuor. Earũ nomina ſunt continua, quotidiana, tertiana, & quartana. Quæ Continua uocatur, ea à bile plurima fit & ſinceriſsima: iudicationes q́, ſinceriſsimas, & tẽpore breuiſsimo facit: corpus et. n. quod nunquã refrigeratur, citiſsime colliqueſit. quippe quod ex multo calore feruet. Quotidianã poſt continuam copioſior bilis parit, & alijs uelocius depellitur: eſt tamen, quam cõtinua longior, quin a mixore bilis copia gignitur: quieſcit q́, interim corpus, qđ in continua requiem nullo habet tempore. Tertiana verò longior eſt quàm quotidiana, utpote q̃ ex pauciore bile naſcatur: Vt autem diutius in tertiana quã in quotidiana corpus requieſcit, ita etiã hæc quotidiana prolixior eſt. Quartanarũ in alijs eadẽ ro, niſi quòd tertianis ſunt longiores: quo. n. minus bilis participes ſunt q̃ calorẽ præſtat, eo magis

habent ut corpus refrigeretur: Ab atra autẽ bile prouenit is exceſſus, atq; etiam q̃ ægre depellatur: nã E
bilis atra omniũ, quæ corpori inſunt maxime lenta eſt, ſedẽ diuturniorem habet. Quòd quartanæ febres expertes non ſunt bilis atræ, ſic cognoſces; Autumno ſiquidem homines à quartana corripiuntur, & a quinto & vigeſimo ſuæ ætatis anno, ad quintũ & quadrageſimũ. Hæc aũt ætas præ oĩbus alijs ætatibus atræ bilis eſt particeps, & autumnus præ alijs oĩbus temporibus. Quos verò extra id anni tẽpus, eãq; ætatẽ quartana inuadit, nouiſſe oportet, eã febrẽ, niſi hominis aliquid obfuerit, minime fore lõgã.

Pleriq; expoſitores, in quibus poſuerim Sabinum, illum mihi imitari uidentur, qui quũ aqua inter cutem laboraret, medicum expoſcebat, vt ſuam diligenter reduuiã curaret: alterutrum ſane erat, aut is ſe uniuerſo corpore laborare non aĩaduertebat, aut putabat curationem non requirere. Pari modo & expoſitores, aut animi oculis cæcutiunt, aut arbitrantur leuioribus quidem erroribus eſſe cõſulendum, maioribus verò nullum eſſe remedium adhibendũ. Hi quaſi ex profundo excitati ſomno ſentiunt tandem, quam ea, quæ in hac parte tradita ſunt, nempe qnoridianam eſſe tertiana breuiorem, cum Hippocratis ſententia pugnẽt, qui in primo epidemiorum libro" necnon in aphoriſmis" aperte protulerit tertianam celerrime iudicari: & proinde aiunt li-
ſect. 3. tex. 8. brum hunc non eſſe Hippocraticum, quum & falſa contineat, & quæ ab his, quæ alibi ſcripta ab
3. 119. h.
4. Aph. 59. Ex. Hippocrate ſunt, diſcrepent. Quippe ſi in hac tantũmodo re putant, hunc qui iſta, quæ libro huic
or. 33. g. inſerta ſunt, adſcripſit, tum mentitum fuiſſe, tum etiam Hippocrati refragari, ſimiles illi ſunt, qui F
reduuiæ attendit, corpus verò vniuerſum eſſe peſſime affectum non aduertit. Quem enim latet quotidianam eſſe longiorem tertiana, is ſe in operibus medicinæ parum eſſe exercitatum prodit. Porrò ille non tam ex impudenti ſtupiditate mendacium id effinxit, quã probabili ratione motus: eo magis quòd inter antiquos nonnulli fuere, in quibus eſt Plato, qui ſenſere continuas febres ex ignis exceſſu gigni, quotidianas aeris, tertianas aquæ, quartanas terræ. Platonis verò hæc ſunt uerba: Itaq; corpus quod ex ignis abundantia laborauit, continuos feruores & febres efficit: quod verò ex aeris, quotidianas: at ex aquæ, tertianas, vt quæ igne & aere ſit tardior: quartum autem quum ex terra ſit, omniũ lentiſſimũ eſt, & quadruplicibus temporis circuitibus purgatur, quartanam efficiens ægre remouetur. Igitur quum Plato elementum pigerrimum, quod & firmiſſimũ eſt & ad motum difficilimum, quadruplicibus purgari dicat circuitibus, veriſimile ipſis viſum eſt, alia quoque inter ſe eadem proportione differre, quæ genita ſunt, vt quod ſubinde ſequitur terreſtre elementum, vtpote aqua, circuitum etiam quaterno proximũ producat: item quod huic conſequens eſt, qui aer eſt, quotidianum: quod verò citiſſime mouetur, id autem planè ignis eſt, febrem parit cõtinuã. Pobabilior tñ ea ratio eſt, q̃ cauſam ortus ipſarũ in calidũ natura refert ele- G
mentum, id eſt ignem. Neq;. n. conſentaneũ eſt affectum calidiſſimũ à frigido dominãte elemẽto corpore gigni: congruũ ſanè eſt calidũ affectũ ex redundantia elemẽti calidioris excitari. Diſcrepant aũt mutuo febres ſuis ipſis dr̃ijs, quas in quãtitate cauſæ ponas. Qd̃ ſi conceſſerimus, febris, q̃ continentiſſima iuxtaq; & calidiſſima eſt, a plurimo igne ꝓficiſcetur: qd̃ huic cõtinẽs eſt, ſcd̃m ſibi vendicabit in quantitate locum, tertium tertiana, quartũ quartana. Solutiones quoq; earum erunt cauſis conſequenter: calidiſſimæ quidẽ febris, citiſſimæ: ab his verò temporis ſpatio ſcd̃m ordinem habent quotidianæ, tertiũ tertianæ, quartũ quartanæ, ita vt ſi ad ꝓbabilitatẽ reſpicias hæc ſanè erũt recte ꝓnunciata. Hanc verò rationẽ rerũ ipſarũ explanatio cõuicit. At in ſuperiori venarũ anatome eius author nulli innixus probabili augmento non ſemel, aut bis, aut ẽt ter emẽtitus eſt, ſed ſæpiſſime: vt neq; vnũ quippiã in illis inuenias, quod vel caſu ſit recte expoſitũ: vnde mirabile profecto eſt, qd̃ in nullo eorũ authorum: qui oĩa hæc à libro de Natura humana vſq; huc conſcripſit, accuſauerit vnquam, in præſentia accuſet ita, vt ob hoc non amplius illi uideatur liber hic fuiſſe Hippocratis. Porrò & id mirandũ eſt, q̃ Sabinus, & alij pleriq; expoſitores ſuperioribus oĩbus ſemper applauſerint, aſſerentes hoc quidẽ mirifice fuiſſe ab homine dictũ, illud verò ſumma cum fœlicitate, aliud diuine: nunc autẽ eorum oĩum obliti ex una tm̃ contradicẽdi occaſione, ſtatim cẽperit illis uideri liber hic nõ eſſe amplius Hippocratis, ipſumq; in Poly- H
bũ trãsferunt. Quaſi ipſi aphoriſmos legerint, atq; ẽt primũ edipemiorũ librũ, non legerit autem Polybus: quem fieri nequit, quũ Hippocratis diſcipulus fuerit, nõ ſæpiſſime ab eo de febrium differentijs audiuiſſe, & non raro etiã eius libros relegiſſe. His accedit q̃ viderat & ipſe in ægris tertianam cito iudicari, quotidianã uerò longiori tempore perdurare. Nã neq; in eis ponendus eſt Polybus, qui Alẽxandriæ diuinabant: ij nullo vnquã vel viſo ægrotante, in ſcholis verſabantur nihil vnquam quod ſanũ eſſet dicentes, neq; ea etiã quæ in ægrotis clariſſime apparere animaduertunt, qui in arte exercitati ſunt. Vnde is horũ author: aut ſophiſtes fuit, aut veterator, vt videtur: quippe qui, vt notam aliquam ſeni inureret, falſa libro annexuit. Nam iuniorem illum fuiſſe qui hæc tradidit literis, nomen σύνοχος argumento eſt. Neque enim vnquam Hippocrates vel ex antiquis alius continuam febrem σύνοχον nuncupauit, ſicuti neque vrinas οὐρήματα. Sunt ſanè vocabula iſta medicorum recentiorum, qui linguam antiquorum ignorarunt. Quare hæc miſſa faciamus, quæ ſuppoſititia ſunt, & ad librum de victu ſalubri, quem Polybi fuiſſe aiunt, accedamus.

GALENI



GALENI DE OCVLIS

A DEMETRIO TRANSLATVS

NVPER A VARIIS MENDIS

EXPVRGATVS

Quòd oculorum, & partium eorum, & operationum notitia est necessaria uolenti curare oculos: & quòd crystallinus est pars principalis oculi, cui cætera subseruiunt. CAP. 1.

OPortet medicum, oculorum curam habere uolentem, prius eorum naturam optime cognoscere: vnumquodque enim membrum infirmum ideo curatur, ut ad naturam suæ propriæ sanitatis conuertatur. Sed scientia naturæ membri, & uniuscuiusque compositi, non potest comprehendi nisi partes totius noscãtur. Qui igitur oculorum naturam scire desiderat, primo omnes partes quibus constructi sunt intelligat: noscatque operationem cuiusque partis, & quę fuerit illius necessitas, & quo modo quæcunque pars illa componatur. vnde de difficilioribus dicamus. Sciamus itaque, quod omne membrum compositum habet propriam actionem propter quam factum fuit, quam actionem cum una suarum partium operatur, cæteræ verò illi operanti ministrant. Sic & de oculis est, qui cum è multis partibus diuersis compositi sint: uisus tamen proprie fit ab una suarum partium, id est humore, qui dicitur crystallinus. Cæteri verò humores, atq; panniculi sunt propter iuuamentum ipsius, quod explanabimus, cum de omnibus disputabimus.

De colore, figura, & situ humoris crystallini, vitrei & albuginei, Et de tribus tunicis quæ sunt post uitreum: Et de tribus quæ sunt ante albugineum: Et de tela aranea. CAP. 2.

Crystallinus est humor albus, splendidus, lucidus, non omnino rotundus, sed aliquantulũ planus, qui locatus est in medio oculorũ. Albus est & splẽdidus, ut cito uarios colores recipiat, quia albũ & splendidũ corpus cito & velociter coloribus opponitur, sicut in claro vitro fieri patet. Rotundus, ne cito patiatur, quia oĩs forma rotunda non cito patitur, quia angulis caret. Parum latus, ut lumen sumere possit: si.n.rotũdus esset exquisite, lumen non cito sumere posset, qa in loco uno stabilis nõ eslet. In medio locatus, ut cæreræ partes sibi ministrent: quædã, quibus defenditur: quædam, quibus adiuuatur: vnde necessario in medio sibi ministrantium fuit. Quòd aũt in eo sit visus, testatur id, quod uidemus in cataractis: aqua.n.cum inter crystallinũ & corneam sterit, vt nõ possit species præ aqua ad crystallinum transire, lumen amputat visuale: sed aqua ablata lumẽ reparatur. Chrystallinus aũt in medio duorum locatur humorum, quorum unus retro est, qui dicitur, hyelinos, id est vitreus, quasi vt vitrũ lucidus. Alter verò est, qui est quasi albumen oui, & dicitur albugineus. Post uitreum sunt tres panniculi, quorum primus vitreum circundat, quasi rete, inde, & retina dicitur. Post hunc est alius, similis secundinæ, & dicitur secundina. Iuxta quẽ est tertius, qui ossa contangit, durus & solidus: unde & scliros vocatur. Ante albugineũ sunt tres panniculi, quorũ vnus albugineo coniungit, eumq; circundat, qui est quasi vuea, eiusq; color nigredini pertinet, unde vocant eum rhagoida, idest vueã. Ante hunc est alter cornu similis, vnde ceratoides, id est cornea, dicit. Iuxta hunc est alius, qui penitus non circũdat sicut alii sed eos intra se iungit, unde coniunctiua dicitur, quia si cornea ab ea operiretur, spiritus eam perforare non posset. Inter crystallinum & albugineum est tela aranea. Sed nunc uideamus examen vniuscuiusque ipsorum. Et primo de vitreo, tribusq; panniculis post eum existentibus.

Quòd crystallinus vitreo nutritur, & quòd nerui optici soli concaui & de cerebro ueniunt tecti dura & pia matre ad loca oculorum, & de tribus tunicis, quæ sunt post vitreum. CAP. 3.

Dicamus igitur ita. Omne membrum necessarium est vt habeat cibum, quo instauretur id qd

calore naturali & accidentali intus & extra dissoluitur. Cibus verò membro conueniens est, quẽ E
sibi membrum bene assimilat. Crystallino ergo cibus est sic necessarius, vt ipse sit albissimus, &
clarissimus: & hoc cum sanguinem in suam naturã sumere non possit, necessario vitreum habuit
mediantem, qui medius est inter naturam sanguinis & crystallini: albio renim sanguine est, &
minus albus q̃ chrystallinus. Hic autem vitreus humor est de sanguine in venis subtilibus, & ar-
terijs digesto: vnde mutatus est à suo colore in speciem vitri. Ipsæ enim venæ arteriæ sunt de reti
na, q̃ procedit à subtilibus cerebri panniculis, neruum per quem spiritus ducitur circundantibus,
qui neruus concauus est: quod planius dicemus vt pateat. Natura.n. à cerebro sensum & volun-
tarium motum omnibus tribuens membris per neruos mediantes, duos neruos à cerebro pro-
deuntes, ad oculos mittit: quorum vnus durus est, vnde fit motus: alter mollis & concauus, neq;
præter ipsum in toto corpore concauus alius est: quod ideo fuit, vt animatus spiritus visum fa-
ciens, per eum duceretur. Cerebrum verò duobus panniculis est opertum, vno subtili & molli,
altero duro & crasso: subtilis autem secundinæ assimilatur, quia venas & arterias habet, qui cere
bro prodest, quia nutrit & defendit eum cum suis arteriis & venis: crassus vero defendit solũmo-
do ab ossibus capitis appropinquantibus ei. Omnes autem nerui à cerebro procedentes, istis pã-
niculis sunt operti, donec capitis ossibus egrediantur: similiter nerui ad oculos veniẽtes, his duo- F
bus panniculis circundantur. Vnde molli panniculo concauus neruus circutegitur, & extendi-
tur in modum telæ cum suis venis: est autem rete vitreum humorem cooperiens. Vitreus autem
humor medium crystallinum comprehendit. Retina venis & arterijs ad vitreum portat ci-
bum, & cum suis neruis sensum & spiritum visibilem ad crystallinum ducit. Subtilis aũt pannicu
lus, qui secundina dicitur, quo neruus circumtegitur, cum alio qui retina dicitur, coniunctus est,
illi secundo loco crystallino iunctus est, cui secundina præstat auxilium, quia suis venis & arte-
rijs nutrimentum portat ad retinam, & defendit eam ne rumpatur. Durus autem pãniculus sub-
tili coniungitur, eumque circundat: qui ad hoc valet oculis, q̃ eos ab osse defendit, in quo locati
sunt, ne eis sua duritie noceat, & est quasi ligamentum oculorum. Sufficiant hæc de tribus hu-
moribus, & tribus panniculis post crystallinum exstentibus.

De tribus tunicis antecrystallinum iunctis eis, quæ sunt post ipsum: deq; iuuamentis earum & albuginei humoris: & de coniunctiua, & musculis qui mouent oculos & palpebram, & sustinent neruos opticos. *Cap. 4.*

Panniculi verò tres ante crystallinum existentes taliter sunt. Diximus.n. pãniculos cooperi- G
re cerebrum, neruosq; ad oculos venientes circundare: sed tamen in oculis existentes diuidũtur,
& faciunt duos: vterq; tamen ad medium crystallini iungitur, in loco qui dicitur iris. Super pupil
la est panniculus cornea, qui à duro panno cerebrum cooperiente procedit: & panniculus qui
uuea dicitur, & ab illo, quem secundinam dicunt procedit, qui vt diximus, iungitur duro, qui eoo
perit, vt dictum est, secundinam. Panniculus verò exterior, idest coniunctiua, super corneã pro-
cedit. Cornea verò ad hæc necessaria est, vt crystallinũ defendat, ne ab exterioribus, quia durus
panniculus est, patiatur. Hæc aũt subtilissima, & alba, & dura est: subtilis & alba; vt cito spiritus
eam penetrare possit: dura, ne propter subtilitatẽ cito rumperetur. Vuea tribus de causis necessã
ria est: vna, vt corneã nutriat, quæ venas vnde nutriatur habere nequit: alia verò, vt media sit in-
ter corneam & crystallinum, ne cornea duritie sua noceat crystallino: tertia, vt coadunet lumẽ
suo colore nigredini pertinente: omne.n. lucidum, lumen dispergit, nigrũ vero coadunãt. Vuea
ergo multitudinem venarum habuit & arteriarum, vt corneam nutriat: mollis fuit, ne crystal-
lino inferret nocumentum. Proprios habet villos in quibus aqua coadunatur in cataracta. Le-
nis autem exterius est, ne cornea sibi noceat. Color eius est sicut color cœli, vt lumen sicut dixi-
mus, coadunet. In medio eius foramen est, per quod lumen ingreditur: & intrinsecus plena est
humore qui dicitur albugineus, vt faciat crystallinum à cornea distare. Albugineus alterius iuua H
minis est, quia crystallinum defendit, ne ab exteriori aere desiccetur: & humectat vueam, ne no-
ceat crystallino. Sed inter crystallinum & albugineum quidam est panniculus tenuissimus, sicut
cortex tenuissimus cæpæ, vel araneæ tela, qui medium operit crystallinum, vt eum ab vuea de-
fendat. Ideoque quidam medici dixerunt oculorum panniculos, septem esse, dixerunt alij sex.
alij quinque, quidam quatuor, quidam tres, nonnulli duos, quorum discordia non erat in re.
Dicentes enim septem, computabant retinam, secundinam, scliron, araneam, vueam, corneam,
coniunctiuam. Qui autem sex, retinam non esse panniculum dicebant, asserentes defensorium
panniculum quoddam esse: retinam potius nutrire, quàm custodire. Sed qui quinq; autumabãt,
araneam non panniculum, sed crystallini partem, esse dicebant, neque coniunctiuam. Dicentes
autem quatuor, contendebant coniunctiuam non esse pãniculum, sed ligamentum oculorum,
neque retinam nec araneam talem. Tres esse dicentes, vueam & secundinam vnum esse dicebãt
panniculum, quia vuea à secundina procedit: retinam quoq; & araneam vnum panniculũ: itẽ
scliron & corneam vnum panniculum. Qui duos dixerunt, scliron & corneam vnum intende-
bant: & secundinam & corneam vnum: retinam verò & araneam & coniunctiuam non esse

pan-

A panniculos. Intentio ergo antiquorum erat vna. Nunc de coniunctiua dicamus, de qua hucusq; tacuimus. Sciendum ergo, lacertos oculis esse necessarios, quibus possent moueri, & visilibus rebus oppono. Ideoq; septem habent lacertos, quorum unus mouet oculos erga nares, alter versus tempora, tertius sursum, quartus deorsum, quintus firmat, & corroborat neruum, unde visus procedit: duo alij alligant coniunctiuam, ne vsq; ad corneam tendat, & operiunt lacertos ibi existentes in angulis oculorum. Tres iterum superiores palpebras mouent, vnus superius, & duo inferius: inferiores vero palpebræ nullum habent motum.

PARTICVLA secunda est de ortu neruorum sensus à cerebro. Et triplici specie regitiuæ uirtutis: Et de neruis opticis & ipsorum coniunctione, & spiritibus uisiuis. Et de modo quo fit uisio. Cuius sex sunt capita.

Quòd omnes sensus à cerebro procedunt, & ab ipso prodeunt septem paria neruorum, cæteri verò nerui à spinali medulla. *Cap. 1.*

B NEcesse est qui naturam oculorum vult scire, prius cerebri naturã optime cognoscat. Visus enim ab eo procedit, & superior eius actio ad eum conuertitur. Cerebrum aũt frigidius, & humidius cæteris membris est, quod postea explanabimus. Initiũ.n. est sensus & voluntarij motus, ac regitiuæ virtutis. Nullum.n. aliud membrũ hac actione fungitur, sed cerebrum. His.n. modis operatur, vel per se, vel per viam adiuuantis, instrõ adiuuante, sensum agit, & motum uoluntarium. Instrumenta sunt nerui, qui duobus sunt modis, quidam à cerebro, quidam à spinali medulla ꝓcedunt: medulla spinalis tñ de cerebro est, unde cerebrũ fundamentũ neruorum est oĩum. Sed duris neruis voluntarius motus efficitur: dum nerui cum lacertis componuntur. Lacerti.n. de neruis sunt & carne & ligamento compositi, & ligamẽta ab ossibus procedunt. Molles nerui quinq; sensus faciunt. Quibus oĩbus subtilior & acutior est visus, qui sensus igneus est, & igneam habet naturam. i. splendorem & ruborem: lumen igneæ est naturæ, quia cum coadunatur intus, ignis ex eo succẽditur. Post visum est auditus, post quem olfactus, post olfactum, gustus: q̃ quidẽ, quia sentit quod est aquosum, aquæ pertinet. Sapor.n. qui sentitur nihil aliud est, q̃ aqua alicuius corporis siccitati admista, calore operante: proinde antiqui saporem vocauerunt chymum. i. liquorem. Cæteris sensibus tactus crassior est, qui quidẽ sentit quod terreum est, & terræ pertinet. i. durum, molle, calidum, frigidum, & siccum, & quæ ex his procedunt. Omnes autẽ nerui sensum
C habent tactus, sed non voluntarium motũ, vt diximus: quia duri nerui tñ voluntario motu sunguntur: sed molles duris sunt sensibiliores: ꝓcedũt verò duri plus à spinali medulla. A cerebro autem procedunt septem paria neruorũ: quorum primum, & scd̃m par ad oculos veniunt: Vnũ est concauum per quem sensus uisus fit, i. per quem animatus spiritus visum dans ad oculos tendit: Scd̃m par oculi lacertos & palpebras mouet. Tertium ad linguam tendit, dans ei sensum saporum. Quartum ad palatũ deuenit, ubi gustus sensum facit. Quintum ad aures accedit sensum auditus faciens. Sextum ad viscera descendit, & per ea diuiditur, dans eis tactum. Septimum mouet lacertos linguæ. Cæteri quibus mouentur manus, pectus, pedes, dorsum, & caput, de spinali medulla procedunt. Sic cerebrum cum instrumento. i. neruis, motum agit, & sensum.

De Trina actione uirtutis rigitiuæ & de animali spiritu, & natura cerebri. *CAP. 2.*

Regitiua verò actio per se solũ tribus modis est, phantasia in fronte, ratio in medio, memoria in puppi. Cerebrum habet quatuor concauitates, quæ dicunt̃ ventriculi, duæ sunt in prora, tertia in puppi, quarta inter proram & puppim, in quibus semper est animatus spiritus, quo actus, ut diximus, fit. Spiritus aũt animatus, de vitali fit: vitalis in corde generatur & nascitur. A corde enim duæ venæ ad cerebrum ascendunt, quæ subtus cerebrum venientes, multis diuidũtur modis, &
D protelatæ faciũt quasi rete, per quas spiritus vitalis à corde ad cerebrũ ductus, in illo reti moratur, quousque mundificetur, & subtiliter purificatus, deinde ad medium ventriculum cerebri tendit, ibiq; aliquantulum permanens subtiliatur; postea ad puppis vadit uentriculum. Sed via, q̃ est à medio ad puppim, non est aperta: habet.n. portam, in qua quoddam obstaculum est, cuius forma est, sicut pinea quam anatomici Vermem vocant: sed fermè semper clauditur. Vnde cum spiritus qui est in puppi, fuerit motus, fit memoria: cũ is qui est in medio, fit intellectus & ratio: cum ille qui est in prioribus, fit sensus communis & phantasia. Hæc est dispositio cerebri, suæq; actionis. Cerebri autẽ natura frigida est & humida. Frigida duabus de causis: Vna propter multitudinem sui motus: quo fiunt memoria, intellectus, & imaginatio. Secunda propter motionẽ, quæ ab eo dirigitur: unde fiunt sensus & uoluntarius motus, ne causa suæ motionis calidissimum factum, incenderetur, & incensum consumeretur amplius. Si cerebrum calidum esset, memoria instabilis esset: caput.n. calidum, mobile est naturaliter, frigidum contra. Memoriæ verò requies & stabilitas est necessaria, quod sic attestantur, quia calidũ cerebrũ habẽtes, instabiles, & mobiles sunt. Humiditas autẽ cerebri duabus de causis est necessaria: Vna, ne ex motu nimio desiccaretur: motus.n. calorem facit, calor verò desiccat humiditatem: Alia, ut in eo uelociter imaginatio formaretur, & cito sensum, qui eam dirigit, suscipere posset, & uelociter ad audita discernendũ moue-

retur:rursus vt nerui ab eo procedentes molles essent. Impossibile est enim à duro, molle, vel à E
molli, durum generari: proinde prora mollior est puppi, quia de prora molles, de puppi duri ner
ui procedunt, quibus motus voluntarius fit.

De neruis opticis & eorum differentijs à cæteris neruis. CAP. 3.

Qui infirm visus optime scire desiderat, primum naturam vtriusq; nerui visibilis inuestiget, vt bene cognoscat, quibus cum cæteris neruis cõicet, & quibus discrepet. Deinde de visibili spiritu perquirat, quatenus sciat cũ quibus spiritus conueniat, & in quo discrepet: postremo de ipso visu quo modo fit, quod in hoc capite planè describam. Primum itaq; neruorum par, quod supra dixi mus cum vtroq; cerebri pãniculo descendere, & secum visibilem spiritum ducere, cũ cæteris ner uis sensum facientibus duobus modis conuenit: Vno, quia ut alij, à cerebri prora descendit: Alio, quia & ipse nobilis est, discrepat tamẽ ab eis, sex modis. Primo, quia maior cæteris est a cerebro & à spinali medulla procedentibus: Magnus verò quia concauus est: si enim esset paruus, necessa rio subtilis esset, vnde cito frangibilis: cuius concauitas necessario fuit larga, ut nullã pateretur ob structionem & ideo magnus fuit. Secundò, quia solus sic concauus est, ut eius concauitas sensui ostendatur, quæ concauitas protenditur vsque ad locũ, in quo panniculus oculorum, qui rete di-
citur, se procreare incipit: quod facile sensui patet, si anatomia cernatur. Inchoat quoq; ipsa con- F
cauitas ab vtroq; cerebri ventriculo, qui est in cerebri prora: in quo tamen loco concauitas vide
ri non potest, quia subtilissima & angustissima est. Hoc foramẽ qui vult aspicere, quærat in cere-
bro magnorũ animalium in hora, qua occiduntur. Caueat tamen ne in æstate, calidove tempore
fiat: & vtrosq; cerebri panniculos tangat caute, ne frangantur, & in fine illorum panniculorum
inueniet illud neruorum par ab vtroq; ventriculo procedentes: poteritq; uidere qualiter ipsa cõ-
cauitas ab ipsis vẽtriculis inchoet. Tertio, quia vterq; visibilis ueruus, intrinsecus est molliss imus,
vt facile sentire possit, extra aliquantulum durus, vt à passione sit illęsus. Quarto, quia per hoc par
neruorum multo maior spiritus quantitas, q̃ per omnes neruos sensum & motum voluntarium
facientes, ducitur: in illis tamen non substantialiter, sed sola virtus eius per eos vehitur. per illud
autem par multa spiritus essentiæ quantitas defertur. Oculi enim cum sint nobiliss imæ actionis,
uadit ad eos multum de substantia spiritus, vsq; ad panniculum, q dicitur vuea: hoc enim fuit ne-
cessarium ad adiuuandum visum. Quinto, quia cæteri nerui quanto sunt a cerebro remotiores,
tanto sunt duriores, & à propria natura mutantur: iste, intrinsecus molliss imus est, extrinsecus ve
rò solidior, vt mollities interior exteriori duritie tueatur, nequando desiccetur. Cuius mollitiem G
& si aliquantulum inuenies indurari, tamen ad oculos ueniens, in naturam, quam in cerebro exi-
stens habuerat, conuertitur: in pãniculo enim qui rete dicitur, mollis efficitur, ita vt in naturam ce
rebri procedat, fitque quasi rete. Sexto, quæ & laudabilior eius proprietas est; quia hoc par neruo
rum cum è prora vtriusq; ventriculi separatim egrediatur, non recto itinere sicut exierat, vadit:
sed per interiora capitis torquetur, & ad ossa narium ueniens commiscetur: sic ut ipsorum vtraq;
foramina fiant vnum ibidem. Iterum hi nerui separantur, & recto itinere, ut egressi fuerãt, vadũt,
vnusq; è dextro uentriculo exiens, ad dextrum oculum tendit: alter de sinistro prodiens ad sini-
strum peruenit, de quorum coniunctione & separatione plures antiquorum diuersè senserunt.

De opinionibus circa causam coniunctionis neruorum Opticorum, & de causa ob quam non vnicus exiuit crassus à medio primi uentriculi cerebri. Cap. 4.

Quidã hæc ideo fieri dicebant, vt si vnus lædereẽ, alius subueniret, alij eos ideo esse coniunctos quia omnis sensus ab uno fundamento procedit, quorum snĩa prorsus uana est. Natura.n.tam optime, tam fortiter, membra compleuit, ut nullam timeant passionis occasionẽ, nec solũ nerui uisum ferentes ab uno loco egrediuntur, neque tamen postea coniunguntur. Nonnulli ob hoc H
eos dicunt coniungi, ut unus ab alio confortetur: si enim separati essent, propter itineris longi-
tudinem rumperentur. qđ quidem non impossibile est, sed tamen non est uia tam longa, ut in ea
rumpi debeant. Alij sic aiunt, quorũ intentio uera est: spiritu uisibili ueniente ad oculos, necesse
est, ut vno clauso totus spiritus ad aliũ ueniat, quod fieri non posset, nisi nerui prius separati con-
iungerentur, & iterum separarentur: quod huiusmodi experimẽtum testatur. Si aliquod corpus
super nasum ponatur, utroq; oculo ad uidendum directo, fit uisus debilior & obscurior, sed vno
clauso, fit uisus in altero fortior, quàm in vtroq; fuerat, & quod utriq; cernere nequiuerãt, vnus
solus clarissime aspicit. hoc ideo, quia spiritus qui in utroque fuerat, ad unum conuertitur: alte-
ro enim clauso, alterius pupilla clarior efficitur. Alij alio modo sentiunt, quorum sententia est ne
cessaria, nisi nerui ad oculos directi primum coniungerentur, & postea separarentur, necessario
res vna, dupla visui appareret. cum enim res visibilis videri non possit, nisi visu oculorum pupil-
las exeunte: ipse autem visus per lineas rectas egrediatur, & rem recto tramite ante se percipiat,
sicut uidemus radios solis p angustã cauitatem domũ ingredi, & lineæ ipsæ, angustæ sunt in ex-
ordio sui: deinde verò paulatim dilatanť: fiatque in vtroq; oculo quasi q̃dã pineæ, forma, necesse

est,

A est,ut uterq; visus lineatim directus, & in loco vbi est res videnda coniunctus, eã æqualitèr percutiat:deinde quousq; ad pupillam perueniat,cõuertatur necesse est,ut exordium utriusq, à pupilla æqualiter egrediatur,& per unam superficiem ambo ambulẽt.Duorum exordia sunt in loco,ubi utriq; nerui coniunguntur,ibi unus idẽq; factus,& sic ex utraq; pupilla à suo loco egressus,uidendam rem videt,eamq; sicut est,comprehendit: quoniam si vna pupilla à suo loco inferius vel superius mutaretur,res superiori pupilla uisa, superius uideretur, sicq; dupla appareret: propter quod oculis tria fuerant necessaria,scilicet pupilla sunditiua visus,locus vbi vterque coniungitur neruus,& rectæ lineæ,vt visus recte per eas transeat. Hæc est causa quare nerui ad oculos uenientes prius cõiunguntur.Sed tamen quidã sic obijciunt.Cum illos duos neruos necessarium sit coniungi, quare nõ statim vnus facti sunt,sed duo. Quibus est respondendum:unus ideo
neruus non fuit:quia à cerebri medio exire non potuit, maxime quia magnus est vterque.Item,
magna quædam concauitas illic est, vbi palati foramina cerebro coniunguntur,per quam cere-
brũ suam superfluitatẽ expellit:via ẽt,q̃ ad nares ducit,ibi constat:illa aũt concauitas, & hæc uia
ibi esse non posset,si neruus vnus ibi locaret. Nares.n. sunt in media facie,vñ nisi earũ foramina
B cerebro apposita essent,olfactus nõ esset.Quia ergo cerebri loca rebus hisce comprehensa sunt,
necesse fuit,vt nerui uisum ferentes nõ ab uno loco egrederent:quos natura in uno loco coniunxit,ut idẽ foramen eos habere faceret:deinde,ut separatim ad vtrumq; oculum irent,seiunxit.

De animato spiritu,& uisibili,& q̃ visibilis spiritus substantialiter ad oculos peruenit,& ad aliorum sensuum organa solum perueniunt eorum spiritus irradiatiue. Cap. 5.

Visibilis, ut diximus, spiritus de spiritu nascitur animato, à ventriculis proræ cerebri procedens:ibiq; mundificat: ut diximus, cũ de cerebri natura disputauimus: qui spiritus,spũaliter est sensibilis,quia visus vnus è sensibus, cæteris dignior & nobilior. Porrò ipse habet proprietatem, quã nullus aliorum sensuũ habet, animalis siquidem spiritus in cerebri ventriculis existens, sensum & voluntarium mandat motum: virtus.n. ipsius per neruos penetrãt ad cætera membra:essentia verò in proprio premanet loco:sicut Sol totum aerem illuminat, ipse tamen in vno loco stat.Sed ad oculos non solũ virtus uisibilis spiritus,sed ipse spiritus essentialiter dirigitur: & tanta quantitas,quanta est necessaria, illuc adducitur: quod vtriusque nerui concauitas attestatur. Id etiã hoc testatur,quia uno oculo clauso, ad pupillam alterius tota virtus conuertitur causa neruorum cõiunctorum:inde foramen panniculi,qui dicitur vuea,præ multitudine spiritus necessa-
C rio dilatatur:aperto verò oculo cum spiritus ad eũ reuertatur,foramen vuæ ad propriam redigitur mensuram.Hoc signo ẽt si obseruari possit,cognoscitur.Si vno oculo aqua clauso pupilla alterius dilatetur:spiritus enim visibilis in eo esse demonstratur,vnde aqua quæ transitum eius obstruit,ablata, visus redditur. Si verò nõ dilatetur, hoc ideo est, quia neruus per quem spiritus ducitur,obstructus est.Vnde etiam cum cæteri nerui, nullã habeant concauitatem,quia uirtus animalis spiritus,non ipsemet essentialiter per eos ducitur, oculorum nerui necessario concaui fuerunt,ut spiritus substantialiter per ipsos transire possit. Cæteri autem non sunt concaui, ne per corpus diuisi,& à suo fundamẽto remoti, leuiter rumperentur: uel quia tanta spiritus quantitas sensui & motui volũtario non est necessaria,quanta visui.Nullus enim sensus,præter visum,sentit sentiendam rem,nisi ei coniungatur:visus autem pupillam egrediens longe remota sentit:vnde multa spiritus quantitas necessaria est:& ideo nerui necessario concaui facti sunt.

De Modo quo fit Visus. Cap. 6.

Videndum etiam,quomodo fiat visus. Diximus ergo,cum aliqua res uidetur, necessario uel aliquid ex ea dirigitur visui,per quod quid ipsa sit,cognscitur: vel virtus visus ad eam mandatur: vel aliquid medium est intet visum & rem visam, per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo in-
D uestigari quod horum certum sit.Omnes philosophi concordati sunt, quòd res non possit videri nisi per foramen pupillæ. Si ergo ad visum à re videnda aliquid dirigitur,siue sit virtus, siue sit forma,siue qualitas, siue quantitas mensurata,quomodo illud angustum foramen intrare potest? quæ etiam virtus esse potest,quæ ad oculos diuersorum in momento rem videndam deducat?quod quia impossibile est,spernatur. Quòd autem visibilis spiritus pupillam exiens solus ad rem videndam vadat,eiusque quantitas magnitudinem comprehendat,falsum est.Ipse enim spiritus non tantæ est quantitatis,ut adeo dilatari possit, vt tot & tantas rerum ambiat quantitates, cum in vno momento multa & diuersa & maxima indiuidua comprehendimus.Ad tertium ergo membrum conuertamur. Quippe aer corpora circundans,si clarus & lucidus fuerit,supplementum visui facit,quod nerui cerebro:quia sicut splendor Solis,sic spiritus recipit virtutem.Sicut enim Solis splendor superiorem aeris extremitatem percutiens, totum aerem penetrat,eumque clarificat: sic & visibilis spiritus pupillam egressus, mox totum aerem penetrat, & extensus per loca remotiora,mutat ea in suam naturam,quod fit cum aer in toto iunctus est,quod in Sole palàm fieri videtur. Si.n. aliquod corpus in aere ponatur,cum Solis splendor illud nequit penetrare,forma illius corporis post se obscura apparet.Causa,quia non suscipit aer lumẽ, nisi sit continuus,nec Solis splendor,separatũ à se aerẽ mutat, qm̃ si actio splẽdoris fortiter in aere operata

Scætet totum hoc caput erroribus, & in Græco etiam fortasse codice, quem non habemus.

fuisset,posset in eadē actione permanere,splēdore Solis absente.Sed vtrique hac carent proprie E
tate,q̄ neq; Solis neq; spiritus splēdor suā actionē aeri,ipso absente,pōt dimittere. Recte ergo
eā dans lumē ablata,ipso momēto,lumen ab aere aufertur.Eodem modo de neruis intelligitur:
q̄a si neruus fuerit incisus & à cerebro diuisus,illico mēbrū cui sensum dabat,fit insensibile. Pro-
pterea hæc duo sic debēt esse cōiuncta,i.aer & spiritus,sicuti nerui & cerebrū.Et quāuis aer in al
tera mutetur actione,sicut cū calefit vel infrigidatur,& in qualitate rei calefaciētis vel infrigidā-
tis permanet,lumen tñ non idē in aere operat̄: ipso.n.absente,& lux ab aere amputatur: deinde
necesse est semper,vt aer cōtinuatim illuminetur:hoc.n.nisi fuerit,nullo modo lucidus fieret:sic
& nerui cerebro faciunt supplementum,q̄a licet de substātia sint cerebri,duriores tñ sunt,q̄ luci
dioribus passionibus subiaceāt,vnde aliquantulum à natura cerebri sunt mutati. Sed nerui duo-
bus modis sunt:quidā.n.motū faciunt,quidam sensum:& facientes sensum molles;operātes mo
tum, sunt duri.Et q̄uis nerui duri sensum habeāt tāgēdi, molles tñ nerui nō inueniuntur illā cū
duris neruis habere societatē,sed ipsi duri hoc faciūt,q̄a tactus cę teris sensibus est crassior.Sensus
aūt visibilis,q̄a cæteris sensibus est acutior & subtilior,ideo neruus spiritum visibilē seruās, cæte-
ris sensibilibus neruis cerebro est ꝓpinquior.Quia igitur oculi in aere agunt, sicut cerebrum in F
neruis,ideo multā quātitatē spiritus habuerunt,vt in aere rem suā faciant, sicut in neruis ꝓprias
res cerebrū.Visus aūt primo colores sentit,q̄d ei ꝓpriū est,deinde corpus in quo fundati sunt,si-
cut gustus sapores,postea fundamenta eorum.Gustus tñ & cæteri sensus rem sentiendam ad se
venturam expectāt:Visus verò ab oculis elongatur,& ꝑ aerē extēditur quousq; ad cōrpus per
ueniat coloratum.Hac de causa solus visus sentit formam corporis,ac quantitatem, & cum eius
colore motum rōnabiliter,non tñ essentialiter, sentit: quod nullus habet cæterorum nisi tactus
accidentaliter.Verbi gratia.Si quis per tenebras ambulans,fustem in manu duxerit, eo amplius
non potente penetrare,cognoscit q̄ motum per corpus solidū fieri impossibile est.Visus aūt ha-
bet alteram proprietatem,quia incidens supra corpus leue,solidū, & lucidum:rectus ad pupillā
cōuertitur,vnde exierat:vnde in speculo vel in alijs splēdidis corporibus prope nos stantibus,
videmus formam nostram:& siquis studiose in oculum alterius spectet,videt in eo suam faciem
causa,quia visus ad pupillam conuertitur propter luciditatem panniculi, qui araneæ tela dicitur:
est.n.supra crystallinum,sicut adeps superne coagulatus:& quasi rutilans,clara est.Veruntamen
quamuis præ cæteris solus per aerem motum rei sentiendæ sentiat,nō tñ arbitratur, sicut cæcus
se confuse sentire:quia aer,mox vt rem sentit,eam visui ministrat: quæ proprietas soli ineſt vi- G
sui,aerem videlicet in sui mutare naturam.Alterius etiam dignioris est proprietatis, q̄ non solū
recte,ex transuerso conspicit necessariò,cum multus spiritus à cerebro ad oculos dirigatur, rur-
sus spiritus pupillam exiens,& aerem percutiens,mutat eū in suam naturam. Recte ergo visus,
igneus dicitur;auditus,aereus:gustus,aquosus:tactus,terreus:olfactus,fumosus: quatuor.n. ele-
menta sensus quatuor cōstituūt,vt vnusquisq; eorū vnū ex his cōprehendat,& ea,cum in natura
sua sunt,vel in aliud mutant̄,vel aliqua accidētia patiunt̄,discernat: ꝑter hos quatuor sensus, fuit
alius qui fumosa cōprehenderet:fumus.n.in sua natura mediocris est,cū elemēta nō nisi quatuor
sint.Sed visus q̄ ad hoc est,vt colores cōprehendat,necessario luminosus fuit:solū.n. quod luci
dū est,conuertit̄ in colores.Testatur hoc aer,q̄ cū clarus & lucidus sit,facile in colores mutatur:
nam palam est,quia si quis candidis indutus iaceat sub arbore,color vestimentorum in frondiū
colorem mutatur:vnde patet aerem in illum colorem fuisse mutatom. Videmus ēt sæpe aerem
in colorem lucidi parietis mutari, illumq̄; colorem per aurā ad illud corpus mutari, maxime si
paries viridis,vel rubeus fuerit vel citrini coloris:& sicut Solis splendor eum ad suam mutat na- H
turā,sic & colores in suas eū qualitates conuertūt.Similiter & lumen visibilis spiritus mox vt ae-
rē percutit,ipsum immutat. Hæc tria sunt,quæ aerē sine vllo temporis spatio immutant,lumen
Solis,fulgidus color,& lumen visibilis spiritus.Palam est ergo, visum non fieri nisi aeris media-
critate,q̄d sensu attestatur.Antiqui ēt concordant dicētes aerem esse visui ueluti ramū,& cōue-
niens est instrumētum cum fuerit lucidus,vel aliorum corporū lucidorum lumine illuminatus:
& sic seruire aerem visui,sicut cerebro nerui. Sicut.n.cerebrum non sentit quod oculi compre-
hendunt,nisi neruis mediantibus:sic & oculi nihil sentiunt,nisi lucido aere mediante.

*PARTICVLA tertia est de prima & vniuersali medicinæ intentione,& de rebus naturali-
bus,non naturalibus,& præter naturam,& de generibus & speciebus,& causis & accidentibus mor-
borum.Cuius sunt quinque capita.*

De prima medicinæ intentione,& de necessarijs ad eam. CAP. I.

OPortet medicum præ oībus primam & vniuersalem medicinę intentionē præuidere,& eā
particulariter diuidendo ad indiuiduum ducere.Prima autem medicinę intentio est,q̄ bifa-
riā diuiditur:aut.n.in sanis cū similibus sanitas custoditur: aut in ægris per contrariā sanitas red-
ditur. Quorum primæ necessaria est rerum naturaliū scientia:naturalibus.n.agnitis, patefiūt ea

quæ

A quæ ſunt ſimilia ſanitati: & ſic etiam cognoſcuntur quæ ſunt contraria: ſimilibus ergo ſeruatis, contrarijs prohibitis, ſanitas cuſtoditur. Secundæ aũt intentioni duo ſunt neceſſaria: non naturalium. ſ. & contra naturam rerum ſcientiã. Sanitas enim infirmo cum quadam mutatione reſtitui tur: q̃ mutationem qui facere vult, neceſſe eſt ſciat ad quid mutare decet. Niſi enim ſciat de quo, & ad quid mutandum peccet, mutare non ſecurus eſt, quin vnde conuenit non immutari, mutet: & niſi mouerit ad quid decet mutare, ad id quod non oportet conuertere poterit. Sanitas infirmo redditur commutatione rerum contra naturam ad naturalia: vnde & iſta ſciri debent ad quæ illa tranſmutantur, & illa etiam quæ ad illa conuertantur.

De rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam. *Cap. 2.*

Hes aũt naturalis duobus eſt modis, generalis & ſpecialis. Generalis dicitur eſſe humani corporis cõplexio, & vniuſcuiuſq; corporis cõpoſitio. Cõplexio quidẽ multipliciter eſt: tũ ætas, & cõſuetudo. Naturalis cõplexio eſt ſecundũ differentiam ſexus, vt in mare & fœmina vel ſecũdũ euentũ, vt eſt cõplexio ſpermatum, vel ſpiritum de quibus fit. Cõſuetudo ſex modis eſt: Primo,
B ex aere & eius mutatione, q̃ mutatio vel localis eſt, vel tẽporalis cũ aliquid in tpe contingit. Secundo, ex motu vel quiete: Tertio, ex repletione vel inanitione: Quarto, ex ſomno vel vigilia: Quinto, ex cibo & potu: Sexto, ex animæ accidentibus. Specialis eſt vt virtus, quæ triplex eſt, naturalis, vitalis, animalis. Superius aĩalem tetigimus, cũ de cerebro diſputauimus. Vitalis eſt, quæ cor & arterias facit pulſare. Naturalis triplex eſt, generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Nutritiua quadruplex eſt, attractiua, retẽtiua, digeſtiua, & expulſiua. Res aũt extra naturã duplex eſt, aut eſt nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur. Nocumentum actionis { aut quod ex eo generatur } duplex eſt: aut eſt ſine mediatore, & morbus dicitur: aut cũ mediatore, & cauſa vocatur. Quod aũt actionis nocumẽto generatur, accidẽs noĩatur: qđ iterũ duplex eſt, ſ. aut ex diuerſis corporis qualitatibus, aut à qualitatibus diuerſis à corpore egrẽdientibus. Corporis qualitatis diuerſitas quinque modis eſt. Sunt. n. qualitates quæ ſentiuntur. Qui ergo ægro ſanitatem vult reſtituere, decenter debet inueſtigare ſeptem res naturales, quæ ſunt, elementa, complexiones, humores, membra, virtutes, ſpiritus, & operationes, & quæ ſequũtur eas, vt ætates, colores,
C figuras, diſtantiam inter maſculum & fœminam: Et res non naturales, quæ ſunt ſex, aer, cibus & potus, inanitio & repletio, motus & quies, ſomnus & vigilia, & accidentia animæ: Et res extra naturam, quæ tres ſunt, morbus, cauſa morbi, & accidentia morbum concomitantia.

De generibus & ſpeciebus morborum. *Cap. 3.*

Morbus generaliter triplex eſt, q a corporis compoſitio trina eſt. Prima corporis compoſitio eſt in membris ſimplicibus, ex elementis cõpoſitis, in quibus quædã morbi ſpecies generãt, quæ duobus modis ſunt, vel ſimplices, vel cõpoſitæ. Simplices quidẽ ſunt calida, humida, frigida, & ſicca: compoſitę vero ſunt, calidæ & ſiccæ, calidæ & humidæ, frigidæ & humidæ, frigidæ & ſiccæ. Secunda corporis compoſitio eſt in membris, quæ cõpoſita vocantur, ex ſimplicibus cõpoſitis: in qua fiunt morbi quatuor modis, aut ſecundũ formã membrorũ, aut ſecundũ compoſitionẽ, aut ſecundũ magnitudinẽ, aut ſecundũ numerũ. Secundũ formã quinq; modis in figura, foramine, concauitate, lenitate, aut aſperitate. Secundũ cõpoſitionem diciť cũ à loco mutãtur, vel in loco malo ponuntur. Secundum magnitudinem bifariam, vel vltra modũ, vel infrã. Secundũ numerũ ſimiliter, vel vltra modũ, vel infra: vltra modũ, naturaliter, vel extra naturã. Tertia corpo-
D ris compoſitio eſt corporis totius ex vnitate ſimplicium & compoſitorum membrorũ facta, in qua morbus generatur, qui ſeparatio iuncturæ vocatur. Hæc ſunt genera morborũ & ſpecies.

De cauſis morborum. *Cap. 4.*

Cauſa aũt morbi eſt generaliter ſicut genus, ſed ſpecialiter eſt triplex: Cauſa. n. morbi ſimplicis, aut calidũ facit morbũ & ſeptupla. i. nimius motus aęris, corporis paſſio, calor exterior, anguſtia pororũ, putredo, rerũ acutarũ acceptio, cibi paruitas. Aut frigidũ facit morbũ, & eſt octo modis, tactus rerũ frigidarũ, acceptio earũ, multitudo cibi & paruitas, obſtructio pororũ & largitas, nimius motus & quies. Aut facit morbũ ſiccũ, & eſt quadruplex, ſiccæ rei obuiatio, cibi ſicci, cibi paruitas, nimius motus. Aut facit morbũ humidũ, & eſt cõtraria proximæ dictæ. Sed ſimplicibus morbis, quos diximus cũ materia exiſtẽtibus, cõmiſcẽtur. cauſę intraneę: q̃ ſunt virtus mẽbri impellẽtis, debilitas recipiẽtis, materiæ multitudo, pororũ largitas, defectio nutritiuæ virtutis. Cauſa morbi cõpoſiti vel eſt ſecũdũ figurã, vel foramẽ, vel cõcauitatẽ, vel aſperitatẽ, vel leuitatẽ. Secundũ figuram, aut propter quãtitatẽ ſpermatis, vel qualitatẽ: vel propter aliquod accidẽs quod infans patitur quando naſcitur, vel cum lac ſugit: vel ꝓpter alia. Secundum foramen, vel ꝓp obſtructionem, vel ꝓpter coniunctionẽ. Obſtructio fit à fortitudine retentiuæ, vel defectione expulſiuæ, vel propter frigiditatem & ſiccitatem, vel ligaturæ ſtricturam. Secundum concauitatẽ,

aliquid

aliqd innaſcẽs vel in mẽbro incidẽs, vt eſt chymus, lapis, verrucæ. Largitas foraminis cõiũctioni E
cõtraria eſt. Aſperitas de gñe ſeparationis eſt iũcturæ, cũ nõ eſt a caliditate: qđ poſt planius dicemus. Lenitas eſt aſperitati contraria. Corruptio loci fit cũ mẽbra a naturalib. ſuis locis mutantur vel ſeparatione, vel mollitie concatenationis mẽbrorũ. Magnitudinis cauſa eſt multitudo materiæ, vel fortitudo naturæ: paruitas mẽbrorũ cum cõtrario eſt, aut propter inciſionem. Magnitudo in numero, aut naturalis eſt, ex ſpermatis abundantia, aut accidẽtalis vt lapis in vetica: paucitas autẽ eſt e contrario. Separationis iuncturæ triplex cauſa eſt, inciſione exterius facta, vt igne vel enſe: vel interius, vt ex acutis chymis: Aut extẽſione, vel exteriori, vt cũ fune: vel interiori, vt ex craſſa ventoſitate: Aut de fractura, vel exteriori, vt a lapide: vel interiori, vt ex craſſis chymis.

De accidentibus morborum. *Cap. 5.*

Accidentia ſunt tria, ſ. nocumentũ actionis, diuerſitas egredientiũ a corpore, diuerſitas qualitatum corporis ſenſibilium, quorum duorũ cauſa eſt nocumentum actionis. Actiones tres ſunt, animalis, naturalis, vitalis. Nocumentum actionis triplex eſt: nam oĩs actio tria patitur, vel. n. ex toto aufertur, vel minuitur, vel mutatur: verbi gratia, tactus aut amputatur, & dicitur ſtupidus: aut minuitur, & titillatio vocatur; aut a ſua natura mutatur: & tunc corrupta vocatur: cauſa horũ duorũ eſt frigiditas tertij gradus, & iuncturæ ſeparatio. Palã ergo eſt qđ cauſa nocumenti actionis morbus fit. Morbus tm̃ nocet actioni ſine mediatore: ideo nocumentum actionis eſt ſignifica F
tio morbi. Nec eſt differentia inter accidens & ſignificationẽ, niſi in noſtra intentione, qa noſtra intentio eſt, in nocumento actionis, & id ad quod ſequitur nocumentum, morbum vocamus: & illum inſequentia, accidentia dicimus: morbum autem dicimus cauſam accidentium: vnde morbo cognito, cum accidentia ſcire volumus, dicimus accidentia, ſignificationes.

PARTICVLA quarta de accidentibus, & morbis oculorum, & neruorum ſuorum, & muſculorum, & palpebrarum, Cuius ſunt quatuordecim capita.

De accidentibus morborum oculorum in generali. *Cap. 1.*

SEd quia intentio huius libri eſt patefacere ſignificationes morborum oculorũ, prius oportet ſcire eorum accidentia, vt via, qua ad morbi notitiã veniamus, ſit nota. Accidentia ergo oculorũ ſunt triplicia: nocumenta actionis, & q̃ ex illis ſequuntur: diuerſitas in oculis. ſ. ſenſibilis qualitas, diuerſitas ab eis exeuntium. Nocumentũ autẽ actionis oculorũ, eſt ſecundũ quantitatẽ actionis, id eſt eorũ quæ ſunt actionis, vel animalis, vel naturalis. Nocumentum naturalium actionũ, G
eſt quod accidit quatuor virtutibus naturalibus: animalium vero actionum, quod ſenſui & volũtario motui accidit. Actiones animales tantum duas ſpecies ſenſus habent. Nocumentum naturalis actionis in hoc loco non oportet notari: quoniam in hoc non differunt oculi a corpore toto: ſequitur enim nocumenta tactus, vt ſunt mollities, titillatio, & dolor: ita oculis vt toti corpori accidit. Accidentia vero viſus, & voluntarij motus, quæ oculi patiuntur, hic oportet dici.

De diuiſione accidentium oculi, & declaratione membrorum diuidentium. *Cap. 2.*

Sciendum itaq; quod accidentia, quæ oculis contingunt, aut in eius inſtrumento ſunt, aut in ſua virtute, aut in miniſtris. Inſtrumentum viſus eſt humor chryſtallinus, qui patitur, vel vnũ ex octo ſimilib. morbis, vel ex cõpoſitis morbis, cũ a ſuo loco mouetur, vel iuncturæ ſeparationẽ. Si mutatur a loco ſurſum vel deorſũ in vtroq; oculo, vident rẽ duplã: ſi mutatur dextrorſũ vel ſiniſtrorſum, non apparet res dupla. Virtus viſus a cerebro per concauũ neruũ deſcendit; vnde eius paſſio vel de nerui, vel de cerebri fit infirmitate. Quorũ infirmitas triplex eſt, ſimplex; q̃ eſt vna đ octo; officialis, vt apoſtema, & obſtructio; vel iũcturæ ſeparatio. Miniſtri viſus ſunt humores, & ſpiritus, & pãniculi, q̃ in oculis ſeptẽ habẽtur; quorũ illi qui ſunt ante cryſtallinum, ſunt, foramen vueæ, id eſt pupilla, albugo oui, ſpiritus qui eſt in pupilla, & quantitas pupillæ, quæ corona dicit. H

De accidentibus pupillæ. *Cap. 3.*

Coræ. i. pupillæ cõtingũt quatuor, largitas, anguſtia, mutatio de loco, & tortuoſitas. Largitas vel naturalis eſt, vel accidentalis. Accidẽtalis eſt, vel de extẽſione panniculi, quo tegitur: cuius extẽſio de paſſione eſt vuæ, vel de multitudine humoris albuginei. Paſſio vueæ aut ſimplex eſt, vt ſiccitas; aut compoſita, vt apoſtema. Anguſtia pupillæ, vel naturalis eſt, vel accidentalis; de mollitie, q̃ mollities de nimia fit humiditate dominante, & lubricũ faciente, aut de albuginei paruitate. Largitas pupillæ ſiue naturalis, ſiue accidentalis, ſemper eſt mala, quia ſpiritũ ſpargit. Sed anguſtia, ſi propter rẽ de qua facta eſt ſtricta, naturalis eſt, bona eſt, qui ſpiritum coadunat; accidentalis tm̃ moleſta eſt, non ideo, quia anguſtia, ſed propter cauſam de qua facta eſt ſtricta, maxime ſi fuerit propter albuginei paruitatem. Duplex enim malum eſt; vnũ, quia cryſtallinus eſt diſcoopt
tus ad lumen; aliud, quia ex paruitate albuginei deſiccatur. Mutatio pupillæ de loco, vel naturalis

eſt,

A eſt,vel accidentalis. Accidentalis conſideretur. Panniculi qui ſunt iuxta pupillam contumeſcũt, vulnerantur,& conſolidantur. Hæc tamen mutatio non multum eſt mala. Separatio iuncturæ, ſi ſit in vuea,& non ſit perforata,non multum nocet viſui: quod ſi perforetur,currit humor albugineus,& vueam tunicam coniungit araneæ. Vnde quinque accidentia generat. Vnum,quod vuea cryſtallino propinquatur,nec habet vnde cooperiatur: atque ſpiritus viſibilis de cerebro procedens,non coadunatur in pupilla,ſed egreditur ab ea,& diſpergitur.

De accidentibus albuginei humoris. *Cap. 4.*

Albugineus humor in quantitate & qualitate patitur: In quantitate,ſi augmentatur, vnde visꝰ obſcuretur,vel minuatur: vnde nequit cryſtallinũ cooperire: in qualitate,liquore & colore: liquore ſi parum craſſus fuerit,lõginqua videre non ſinit,& ꝓpinqua bene diſcernit. Si ſit craſſiſſimus omnino,viſum occupat,& amputat,& cataracta dicitur: q̃ vel in parte vna, vel in multis locis diſpertita eſt,in vuea,vel in pupillæ medio,vel circa eam. Si ſit in medio,oĩa perforata videntur in firmo. Partem enim q̃ videre nequit putat concauam eſſe. Si circa pupillam,multa in vna hora vuea non permittit videre,propter paruitatem pineæ viſus. Si craſſitudo diſpertita ſit,& particu-
B lariter ſit diuiſa,quæ videt putat eſſe quaſi ſtricta: vnde patiens cernit quaſi muſcas & ſimilia, qđ pueri,& febricitantes plurimum patiuntur. Color ſi mutetur,omnia coloris iſtius eſſe putantur: vtpote ſi fuerit plumbeus,omnia fumoſa apparebũt & tenebroſa: & ſi fuerit alterius coloris, idẽ ipſe color in viſis omnibus apparebit: eis tamen ad cataracta præparati ſunt oculi,de quorum ſtomacho fumus ad caput aſcendit,& patientibus fluit de naribus rheuma.

De accidentibus viſibilis ſpiritus. *Cap. 5.*

Spiritus viſibilis in qualitate & quantitate patitur: In qualitate,vtpote ſi fuerit ſubtilis,vnde bene diſcernit,ac res optime comprehendit: vel craſſus,vnde ad remota loca penetrat; & longinqua videt: vel paucus,ad remota ſe elongare non valens,ſed ſolum propinqua cernens.

De accidentibus corneæ. *Cap. 6.*

Panniculus cornea,quo pupilla tegitur,ſi quo modo patiatur,viſui nocet: cuius nocumentũ propter ſe,vel propter aliud fit. Propter ſe,tria morborum genera patitur: uidelicet ſimplicẽ,cõpoſitionem,& ſeparationem iuncturæ: ſimplex,vt humiditas, & ſiccitas; humiditas viſui nocet propter quantitatẽ: vt ſi fuerit multa,omnia ſicut fumus & nebula apparebunt: vel propter qua-
C litatem; vtpote ſi rubea fuerit omnia videri rubea facit, veluti qui patiuntur ſebel contingit; ſi autem citrina fuerit,citrina apparebunt omnia,ſicut ictericis fit. Siccitas ſpaſmum generat, vnde viſui nocet; ſi multa,multum; uiſus ergo quandoque ex toto amputatur. Separatio iuncturæ,ſi fuerit perforata cornea,duobus modis viſui nocet; vno modo propter putredinẽ in illo vulnere cõgregatam; ſecundo,quia cryſtallinus ſecũdo lumini fit vicinus. Paſſio corneæ,quæ propter aliud fit,vel propter coniunctiuam,vel propter palpebram eſt. Propter coniunctiuam, ſi vngula naſcatur in ea,vel fiat apoſtema corneam operiens; Sed paſſio corneæ & coniunctiuæ & aliarum partium oculorum non nocet viſui,niſi accidentaliter.

De accidentibus motus voluntarij oculorum. *Cap. 7.*

Paſſio vero motus voluntarii oculorum eſt triplex. Vel enim amputatur,& mollities vocatur vel minuitur,& tremor & titillatio dicitur,vel propter lacertos,cum nõ vt oportet,mouẽtur, &
D ſpaſmus nũcupatur. Quorum trium vnumquodq; fit; aut propter cerebrũ, aut propter neruos, aut propter lacertos. Sed diuerſitas mollitiei ac ſpaſmi lacertorum oculos mouentiũ eſt ſecundũ diuerſitatẽ motionis eorũ. Quod qũo videat,vel vnde procedat, in fine ſexti cap. planius dicitur.

De diuiſione morborum oculorum in apparentes & occultos. Et primo de apparentibus. *Cap. 8.*

Morbi oculorum vel ſenſui apparent,& facillime cognoſcuntur: vel latẽt, & eorũ notitia eſt obſcura,quorũ ſignificationes intellectuali inueſtigatione cõprehẽdũtur. Incipiẽdũ igitur a morbis ſenſui apparentibus,& oſtendendũ in quo loco oculorũ appareãt,& naſcãtur. Morbi ergo q̃ ſenſui apparẽt,vel ſunt in cõiunctiua,vel palpebra,vel in angulo oculorum, vel in carnea,vel in vuea,vel inter vueã & cryſtallinũ. In cõiũctiua ſeptẽ ſunt, videlicet petia,vngula,ophthalmia,tumor,duritia,& cætera. Petia eſt ſanguis fluẽs de aliqua arteria,vel vena inciſa,q̃ patiť ex ictu. Vngula eſt ſuperfluitas neruoſa aut carnoſa extẽdẽs ſe ab angulo ad pupillã,& ꝓhibẽs viſũ. Ophthalmia triplex eſt,q̃ viſũ turbat; cuiꝰ cã vel exterior eſt,ſicut fumus,ſol,puluis,& ſimilia; vel ĩterior, ſicut humores ad cõiũctiuã fluẽtes. Sed prima ophthalmia mala nõ eſt; cã. n. q̃ primũ ablata,morbus amputať. Secũda vero,poſt q̃ caũſa amputatur,hẽt & ſigna,q̃ habẽt cætera mẽbra, cũ patiũtur apoſtema; q̃ ſunt,tumor,inflãmatio,durities,lachrymæ,rubor,plenitudo venarũ oculi. Tertia cæteris eſt fortior,quia & alias habet ſignificationes. Acumẽ. n. palpebræ inuerſatur extrinſecus; eiusq; motio vix fit,& albugineus aſcendit ſuꝑ nigredinẽ. Tumor eſt quadruplex: Vnꝰ fit ex craſſa

crassa ventositate: Secundus, ex plegmatico humore non crasso: Tertius, ex phlegmate crasso. E
Quartus ex melancholia, qui dicitur scliros. Qui omnes adinuicem discernuntur. Primus euenit subito, sicut videmus seniores in æstate pati propter muscarum morsus. Secundus & tertius paulatim fiũt, sine magno dolore & mollitie, minor in secũdo q̃ in tertio: quorũ cõlor est sicut color totius corporis. Quartus vt plurimum fit in angulis oculorũ, & aliquando dilatatur & ascendit ad supercilia durus, multum habẽs dolorem. Eius color plumbeus est, qui multoties sequitur varias & diuturnas ophthalmias, & maxime quæ mulieribus cõtingũt. Duritia nascit in oculo toto, nascitur & in palpebris, quæ motum grauem facit cum dolore & rubore: nec patiens valet oculos aperire cum a somno surrexerit, attamen sunt lachrymæ salsæ & nitrosæ. * Dolor & rubor in toto corpore palpebris fiunt ex humiditatibus salsis aut acutis: si coniunctiua est plena crassi sanguinis, quæ cum inflatur, rubei fit coloris: est & profluа, quæ* dolorem & tumorem facit.

De passionibus palpebrarum & angulorum suorum. *Cap. 9.*

Passiones palpebræ quædam sunt communes morbis totius corporis, sicut verrucæ, scrofulæ, & similia. Nascunturque vel extrinsecus vel intrinsecus. Extrinsecus, sicut est crassities, quæ est quasi pinguedo viscosa relata neruis & pãniculis. Nascitur̃que in palpebra superiori intrinsecus, F
scabies, grãdo,* petrositas, & viscositas. Scabies quatuor modis est, vna dicitur psorophthalmia, alia trachoma, tertia sycosis, quarta telosis: prima, secunda leuior est: quæ magis aspera, dolorẽ & grauitatem facit, vtraque tamẽ in oculis humiditatem generat: tertia dura est & asperior, q̃a palpebræ interioris quasi scissura est: quarta cæteris deterior est & durior ad sanandum. Grando est tumor crassus in interioribus coagulatus, vt quasi grando videatur. Inuiscatio est quædã viscositas palpebram cum pupilla iungens siue in eius albedine, siue in eius nigredine, vel vtrasque palpebras simul iungens, qualis fit propter vulnera in oculis. Item nocumentum palpebræ triplex est. Vnum, erectio palpebræ superioris, ne oculi albedo possit cooperiri: quod aut est naturaliter, aut cum palpebræ tortura mala fit: Aliud est, palpebræ breuitas: Tertium est, palpebræ inuersio ad partem inferiorem, quando nascitur, aut propter aliquod vulnus, vel propter carnẽ superfluã in carnibus natam. Rasura & vulnus nascuntur in eis sicut & in corpore toto in extremitate palpebræ. Pili superflui ad interiora conuersi nocent: Et pili aliquando a palpebris cadunt: Nascuntur ibi pediculi & hordeoli. Pili superflui in interioribus palpebræ, nascuntur, qui pungunt & ad oculos humorem adducũt. Pili cadunt aut propter humorem ad eos fluentem, aut ℔℔ alopeciã: & aliquando cum duritia, crassitie palpebræ, & rubore. Hordeolus est apostema nascens in extre G
mitate palpebræ. Aegilops est vlcus inter oculos & nares; qđ si fuerit neglectum, fiet ex eo fistula putrefaciens os, & quandoque putredo fluit per foramen ad nares; aliquando ad palpebrã, eius q̃ cartilaginem putrefacit: & si palpebra digito tacta fuerit, putredo ab ea effluit. Grando & lachrymæ noxiæ sunt oculis. Lachrymæ fiũt vel apostemate in foramine inter oculos & nares existente; qui hoc habent, semper lachrymas patiuntur; vel fiunt lachrymæ ex conamine medicorũ acutas medicinas in scabie ponentium.

De passionibus corneæ. *Cap. 10.*

Passio in cornea nascens, vel propter oculos, vel propter totum corpus causatur: in qua tñ infirmus magnum dolorem sentit in neruo, & patitur extensionem in panniculis oculorũ, qui panniculi ruborem & extensionẽ sentiũt ascendere: & maxime, si ambulat, aut mouetur, capitis dolorẽ patitur, & ab oculis subtiles & acuti humores fluũt; neq; potest acuta collyria sustinere, neque valent oculis imposita: Passio corneæ ꝓpria est vulnus, macula, obscuritas, sanies, & talia multa, septẽ nominibus dicta; quarũ quatuor intrinsecus, tres vero sunt superficietenus. Intrinsecus hæc sunt; Prima est vulnus, cuius color est quasi fumus, quandã partem albedinis operiens: Secunda, vulnus plus primo concauum, sed tamen albidius; Tertia, vulnus partem albedinis & nigredinis H
operiens; pars tamen qua tegitur albedo, rubei coloris est; quæ vero super nigredinem stat, alba est; Quarta est vulnus quoddam in modum faculæ putrefactum. Passiones vero exteriores hæ sunt; Prima, est quoddam vulnus concauum & angustũ; Secunda, est vulnus cõcauũ, sed largius: Tertia, vulnus plus cæteris putrefactum; hoc obliuioni tradito, oculorũ panniculi putrefiẽt. Quare autem omnes corneæ passiones aliquando curabiles, aliquando incurabiles sint, causa duplex est: aut propter diuersitatem vulnerum, aut propter diuersitatem materierum in vulnere existẽtium. & cornea de multis corticibus composita est, vno super alium locato. Aliquando vulnus in primo, aliquando in secundo, nonnunquam in tertio cortice nascitur, propter materiam, quæ in quantitate multa est, aut pauca; aliquando alba, aliquando nigra, modo crassa, modo calida* sola, vel acuta, vel nitrosa, vel dulcis. Quod post tertium corticem est, molestius est, quam quod post secundum; & post secundum, quam post primum, salubrius quod fit in superficie; deterius quod est post omnes cortices. Materia si fuerit multa calida, patiens magnum in oculo sentit dolorem. Multitudo enim materiei facit extensionem & calidum dolorem. Item salubrius, est quod nõ est in loco pupillæ, deterius quod in loco pupillæ; quia si scindatur vulnus, non sumus securi, quin

A.l.3.f.3. t.2.c.1. fo. 224.d

per

A per vueam pupilla egrediatur,& fluat humiditas oculorum. Quod si vulnus super pupillam sit, vulnere sanato visus offenditur.

De egressione vuæ,& passionibus eius. *Cap. 11.*

Egressio vuæ quatuor modis fit. Aliquando enim egreditur parum,vt videntes pustulam esse putent:sed si discrete inspiciatur vuea sani oculi,& vuea infirmi oculi:& si earū colores sint dissimiles,scias pupillam egredi:si vero similes,apostema ibi ortum esse. Aliquando plus exit:& tunc satis apparet eam esse egressam. Tertius modus est cum tātum egreditur,vt palpebræ minus præualeant,& pili palpebram pungentes iungendo dolorem inferant: & hūc modum melon dicūt: Quartus modus,gomphos græce,latine dicitur clauus:quia egrediens pelliculas vuæ superficietenus operit:vnde eius forma fit quasi clauus. Passiones vueæ sunt,dilatatio,aut constrictio. Dilatatio aūt fit quatuor modis,aut ex nulla causa patenti, vel propter percussionem, vel propter apostema,vel propter aliam passionem.

De suffusione seu cataracta. *Cap. 12.*

Inter vueam,& crystallinum humorem aqua nascitur coagulata,prohibens spiritum visibilē
B à pupilla exire:quæ passio si est incipiens,obscura est: perfecta vero,facillime cognoscitur. Sed qui ad hanc venturi sunt passionem,eis ante oculos cimices volant: quibusdam autem quasi flāmæ apparent:incidentibus autem visus amputatur,& color pupillæ amputatur. Huius aquæ color est diuersus:quædam enim aeri,quædam vitro assimilatur,alia est quasi album habens colorem, alia quasi cœli colorem, alia quasi viridem, alia quasi venetum : vnde antiqui cataractas; veneticos oculos appellauerunt:sed differentia est,quia venetici oculi duobus modis fiunt, vel propter aquam,si nimium fuerit coagulata: vel propter siccitatem, quam patitur crystallinus. Species aquæ,quæ aeri assimilatur,facile potest curari:licet eius accidentia sint, quæ supra diximus. Secunda vero species quandoque curabilis est,quandoque non:quod sic dignoscitur. Si vno oculo clauso pupilla alterius dilatatur,possibile est sanari:sin autē,minime:causa, quia neruus concauus,quo visibilis spiritus ad pupillam ducitur,oppilatus est. Hæc cataracta ex passione stomachi procedit,vel cerebri: sed sic discernitur:Si apparitio in vno oculo fuerit, vel in vtroque sed diuerse,cataracta ex cerebro esse intelligitur: si in vtroque æqualiter, stomachi esse co-
C gnoscitur. Item si modo plus,modo minus apparuerint,ita ꝙ stomacho minus digerente maior fit. Item si patiens,de stomachi arsura,vel ardore murmurauerit. Item si ex picra exhibita, ista imaginatio decreuit: cum.n.non fuerit huius mali cataracta,picra videtur nihil esse proficua. Si fuerit propter cerebrum,plurima ex phrenetica nascitur passione : quia phrenesis est apostema calidum nascens in cerebri prora:fitq; quasi fuligo,calore secūdum humorem, de quo nascitur, desiccante,& per venas circa cerebrum & oculos ad oculorum substantiam penetrante: talia.n apparere facit. Sufficit de passionibus oculorum visui apparentibus. Oportet de his dicere quæ difficile intelliguntur,quia intrinsecus nascuntur.

De passionibus oculi natis intus,& occultis. *Cap. 13.*

Passiones intrinsecus nascentes,sunt mollities, quæ dicitur paralysis: & desiccatio, q̄ spasmus vocatur. Paralysis aūt triplex est:vel enim motum amputat, vel visum, vel vtrunque. Sed visu amputato absq; causa manifesta,vel ēt minorato notabiliter,propter nerui concaui passionem, uel propter visibilis spiritus paruitatem fit. Neruus patitur constrictionē,vel iuncturę separatio-
D nem,& tunc necessario visus corrumpitur:nec enim manifestatur,nisi rationabili inuestigatione cōprehendat. Verbi gratia,si visus absq; manifesta causa,vel minuit,vel auferet; interroget patiēs, an grauitatē sentiāt in prora capitis,aut circa frontē:quo id patiēte,scias humores humidissimos ad concauū neruū fluxisse,eumq; obstruxisse,vel apostema ibi generasse. Potest ēt aliter inuestigari:si vno oculo clauso pupilla alterius nō dilatatur,neruū obstructū esse nō dubitatur. Item patiens interrogēt,si in capite fuerit percussus,vel ꝑ ꝑ casum aliquem vulneratus : qđ si fuerit, nec pupilla exierit post,nec magis subito virtus cōuersa fuerit;scias neruum esse constrictum. Si autē ꝓpinqua videat,& non longinqua,& non parua:scias spiritū visibilem esse defectum. Quod si longinqua,& minime ꝓpinqua viderit,& si meridie,vespere vero nō, sicut accidit senibus, scias causam esse crassitiem spiritus,vel suam cōmistionem cum turbidis humoribus. Hæc sunt accidentia in substantia oculorum latentia. Sed passiones oculorū in mobilibus locis nascentes, aut sunt ꝑ ꝑ cerebrum,aut propter neruos,aut ꝓpter lacertos. Si propter cerebrum, necessario in vtroque oculo corrumpitur motus,si propter neruum,illa pars oculorum offenditur, quæ ab illo neruo regitur,ꝙ si neruus non in toto patitur,sed in parte,motus lacerti, qui neruo illi pertinet,corrumpitur,nonnunq̄ passio non in neruo,sed in essentia lacerti nascitur.

De musculis qui mouent oculos & palpebras, & de vijs,per quas fluunt humores ad oculos. *Cap. 14.*

Lacerti autem oculorum sunt,vt diximus,duodecim,quorū quinque oculi ipsi mouētur: tribus vtriusque nerui fundamentū corroboratur,& per eos oculi seorsum mouentur: reliqui qua-

tuor

tuor palpebras mouent. Passio vero lacertorum est duplex, mollities, & spasmus. Quod si lacerti E
morus oculorum, molles fiant: oculi suæ grauitatis causa descendunt inferius, & cũ palpebris se infigunt. Si aũt spasmantur, versos oculos torquent: & sic cum nerui spasmantur, in eadem parte qua ipsi patiuntur, oculi torquentur. Tres vero lacerti vtriusque nerui fundamẽtũ corroborãtes, oculos superius eleuantes, si spasmantur, oculi non patiuntur, immo inde confortãtur: si autem mollificãtur, oculis nocent, quia extra egrediuntur. Oculis ergo absq; ulla percussione existenti bus, uisuq; permanẽte, scias neruos esse mollificatos: quòd si fuerit ex percussione neruorũ, fracturã esse cognoscas: si neruus qui palpebras sursum mouet, mollificetur, palpebra deorsum cadet, si spasmatur, non valet oculum claudere: lacertis, quibus interius mouentur palpebrę, mollificatis, oculi non clauduntur: si spasmantur, palpebræ superius non eleuãtur. Quod si lacerti in parte patiente non patiuntur, nec palpebræ in loco eius attinente patiũtur. Humores autem ad oculos fluunt, vel per venas supra craneum existentes, vel per venas sub craneo existentes: Si per venam supra carueum manauerint, frontis & temporum venæ crassæ sunt & extensæ, vnde valet si incidantur, vel desiccatiua emplastra vel cataplasmata apponantur. Si autem hæc non apparuerint: scias humores per venas, quæ sub craneo sunt, manare.

PARTICVLA quinta est de uirtutibus medicinarũ sanantiũ morbos oculorũ. Cuius sunt capita sex. F
De distinctione medicinarum oculorum penes sapores. *Cap.* 1.

QVi oculorum passionem volunt curare, eorum medicinas, & virtutes earum oportet cognoscere, quæ maxime saporibus ostenduntur. Sapor enim virtutes innuit. Vnde sciendum ꝙ quæ ad linguam veniunt, & nihil in eam faciunt, insipida vocantur. Insipida autem vel sunt simplicia, sicut aqua, vel composita: nulla tamen qualitate prævalente. Quod si aliqua prævaluerit, erit aliquantulum frigiditati attinens, sicut medicina quæ dicitur obstruens, quæ duobus modis est: aut terrestris & sicca, sicut hæmatites, & tutia, & cadmia, & his similia; vel viscosa, vt oui albugo, oleum omphacinum. Quibus aer dominatur, linguã pati faciũt, vel cum delectatione, vel cũ nocumento. Quæ delectationem inferunt, necessario patet, quod quibus ea faciũt, eis similia sũt. Linguã ergo delectantia, humanæ complexioni sunt similia. Humana autem complexio, tẽperate calida est & humida: Hinc ergo & omnia linguã delectãtia & humana corpora, sicut aqua tepida, delectant: Delectationem ergo faciẽtibus si aqua dominetur, dulcia sunt: si aer, vnctuosa erũt. Ideoq; oẽ nutrimẽtũ vel dulce, vel vnctuosum, vel cõpositũ ex vtroq;. Quibus vero præter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt ꝙ medicinã. Quæ vero nocent, faciunt linguę pũctionem; quæ punctio species est separationis iuncturæ. Separatio. n. iuncturæ aut nimia constrictione fit, aut incisione. Quæ incisionẽ faciunt, calida sunt: quæ nimiã constrictionẽ, frigida sunt. G
Item linguam separantia, aut multum, aut parum separant. Multum separantia, crassa sunt, terrestria, dura, & amara. Quæ non multũ separant, salsa vocantur. Quæ vero subtilia & ignea, dicũtur acuta. Quæ aũt constringũt, vel sunt crassa, terrestria, vel subtiliatiua, & aquosa. Terrestria, & crassa, multum constrictiua & pontica sunt. Quæ vero minus constrictiua sunt, & styptica, subtilia, dicuntur acetosa.

De speciebus saporum, & impressionibus, quas in lingua faciunt. *Cap.* 2.

Sapores autem sunt isti, dulcis, vnctuosus, amarus, salsus, acutus, ponticus, stypticus, acetosus. Ponticus coadunat linguam & premit, non solum superficietenus, verum & intrinsecus, vnde obstruit & asperat: Stypticus similiter: Sed salsus lauat & mundificat. Amarus magis salso mũdificat, exasperat, & excoriat. Acutus vero mordet, pungit, & calefacit: Acetosus vero sine calefactione. Dulcis humectat & lenit asperitatẽ linguæ, & delectationẽ tribuit: Vnctuosus similiter, sed debilius. Sapidus de genere dulcedinis aquositatẽ nõ habet sibi dominantem. etiam in sapido dulcedo tãtilla sentitur: Vnde fructus a terra sublimes sunt dulces, & propinqui sapido, quia humiditas eorũ vicina est humiditati sapidi. Ponticus ergo terrestris est & frigidus: acetosus, aquosus: Amarus, terrestris, calidus, & igneus: Dulcis, calidus & terrestris: Vnctuosus, aereus; Ponticũ quoque pororum scimus coadunatiuum, constrictiuum, incrassatiuum, refrigeratiuum, & desiccatiuũ: Acetosus incidit, subtiliat, aperit, mundificat, repercutit, dissoluit, refrigerat. Amarus mũdificat, lauat, attenuat, & calefacit. Salsus coadunat, obstruit, desiccat, non multũ calefacit. Dulcis mollificat, maturat, & moderate calefacit. Vnctuosus humectat, & mollit sine manifesta delectatione. Et sciendũ ꝙ ponticus & acetosus sunt in infrigidatione æquales: sed ponticus, terrestris, acetosus, aquosus est: quod & sensu patet & intellectu. Videmus. n. in initio fructus ponticos esse suæ arbori similes, sicut oliuam, uuam, coctana, granata, & similia: quorum quidẽ quanto sunt pluris temporis, humefiunt: & cũ sua humiditate & ponticitate acetositatẽ recipiunt: deinde sapor paulatim mutatur, quousque dulcis fiat. Sed nonnulli ad dulcedinẽ ueniunt nulla mediante acetositate. Sed maturatio fructuũ fit calore, q̃ duobus est modis: Vna naturaliter fit in fructuum essentia ex proprio ipsorũ calore: alia calore solis. Item sensui patet, ꝙ videmus ponticum H
linguam

Aguam conſtringere,& deſiccare,quod eſt eminentis frigiditatis actio.Palam igitur eſt pōticū frigidæ complexionis eſſe.Itē acetoſum ſubtile eſt,ēt penetrabile:cuius cauſa eſt calor in eo ebulliens.Vnde patet,pōticum craſſum eſſe & terreſtre:acetoſum vero,ſubtile,& aquoſum; quod ſic certificatur.Inuenimus fructus in initio ponticos eſſe & frigidos,quorum pōticitatis minoratio, aut eſt propter ſolis calorem,aut propter humiditarē,aut propter vtrūq;.Si propter ſolis calorē, maturati dulcorantur,ſicut caſtaneæ:Si autem propter humiditatem craſſam,fiunt fructus pontici.Si autem propter humiditatem aquoſam,& quaſi aeream mutantur,fiunt acetoſi.Si cauſa caloris & aquoſæ humiditatis mutantur,dulces fiūt. Si vero humiditas aerea fuerit,fiunt vnctuoſi. Itē dulcia & amara ſunt calida:ſed dulcia ſunt in caliditate & humiditate tēperata; ſic vnctuoſa; vnde vtraq; naturæ humanæ cōueniūt,q̄ in humiditate & calore tēperata ſunt. Amara vero ſunt calidiora dulcibus,& ſicciora:quod arbitratione probaſ.Oīs liquor,ſi naturali vel extraneo calore coquaſ,in primis dulcoraſ, ſed augmentato calore fit amari ſaporis;ſicut mel cū inueteratur, & etiam ſuper prunas excoquitur.Idcirco dulcia & amara mundificant & lauant; Sed dulcia, cū moderamine & delectatione:Amara verò,non moderate,quia & iuncturam ſeparāt. Acuta, & ſalſa,calida & ſicca ſunt.Acuta tñ calidiora & ſicciora quaſi ignea:vnde incendunt & elidūt:ideoque exterius poſita mundificant,& ſuperfluam carnem in vulneribus natam corrodunt.Salſa ve-
B ro potui data craſſos humores de pectore capite educunt,epilepſiæ repugnant,neque enim velociter vt acuta penetrant,neque in eis eſt tanta craſſitudo,vt diu morentur ingredi, ſicut pontica. Salſa vero terreſtria & calida ſunt,ſed minus,quam amara. Et hac ratione ſapores inueſtigantur.

De virtutibus medicinarum primis,ſecundis,& tertijs,& ſuis effectibus. *Cap.* 3.

Virtus autem medicinæ diuerſa intelligitur.Eſt enim prima,ſecunda,tertia.Prima quidē quadruplex eſt,calida,frigida,humida,& ſicca:quarū vnaquæque quatuor gradus habet,& vnicuiq; graduum eſt initium,medium,atque finis.Quæ igitur primo gradu eſt, corpus immutat a ſuo tēperamento,ſed hæc mutatio ſenſu non apparet.Quæ autē in ſecundo,corpus a tēperamento mutat,ſed non multum apparet.In tertio gradu conſiſtens,manifeſte mutat,ſed non corrūpit. Quæ vero in quarto gradu eſt,mutat & corrumpit:ſed calida cū intētione deſtruit,frigida cū dormitatione:quæ vero in quarto gradu ſicca ſunt,neceſſario ſeparant iūcturas.Hæc primā habent virtutem.Secūdā virtutem habētia,vocantur,maturatiua,mollitiua,obſtruentia,aperitiua,mūdificatiua,incraſſatiua,inciſiua,incenſiua,putrefactiua, carnis depaſcitiua, carnis generatiua, ſolidati-
C ua,doloris mitigatiua.Maturatiua & mollitiua calida ſunt.Maturatiua ēt neceſſe eſt vt tñ habeāt calorem,quantum membro curando neceſſariū ſit,ne minuant vel augmentent ſuā naturalē humiditatem.Mollitiua calidiora & humidiora eſſe oportet:qa membra mollitiuis egentia duritiē habent:eius cauſa eſt humor craſſus frigidus & viſcoſus:vnde calida neceſſaria ſunt,quæ craſſitiē & coagulationē illius chymi diſſoluant.Oportet ergo ne ille calor ſit nimius,ne illius chymi ſubtilitate reſoluta,qđ craſſum eſt indureſcat,atq;putreſcat:Itē neceſſe eſt vt calor eius ſit in fine primi gradus,ſicut bdelliū ſigia,ideſt ſtyrax liquidus,& galbanū,ammoniacū:tū * cū medulla vitulina,caprina,bouina,& ſimilia. Maturatiua ſi ſint calida & humida,obſtructionē tamē quandam oportet ea habere,qua pori claudanſ, qa illis obſeruatis calor interius adunatur & corroboraſ: vñ & digeſtiua & cæteræ actiōes naturales vigēt,ſicut facit oleū cū aqua calida,farina frumēti cū aqua,mica panis,ſeuū porcinū,vel camelinū,pix,reſina,gūmi cypreſſi,cera cū oleo,thus,& ſimilia.Hæc ergo obſtructionē faciunt,ſed non tantū, vt diſſolutioni repugnent. Si igitur mollitiua huiuſmodi eſſe oportet,induratiua neceſſario erunt frigida,ſicut portulaca,pſylliū,lens,aqua,ſo-
D lanū,& ſimilia.Obſtruentia adeo poros oblimant,vt facile aperiri nō poſſint: vnde neceſſe eſt ea eſſe terreſtria,viſcoſa,nullā punctionem facientia:quæ ſi pungunt,mēbra ferre non poſſunt,& attenuāt,poriq; aperiuntur:& ſic oportet ea eſſe abſq; calore nimio & frigore.Aperitiua dicuntur eſſe contraria, vt craſſam materiā attenuēt: quæ virtus in amaris & nitroſis inuenitur,ſicut ſunt iris,amygdala amara,nitrū,orobus,lupinus,dictamus.Sed aperitiua, q̄ ſtypticitatē & pōticitatē habēt extra poſita non aperiunt:ſed potata viſcerū aperiunt obſtructionem. Mundificatiua ſunt neceſſario quaſi aperitiua,tñ debiliora,vt iuuent & mundificēt,vt violæ,fabæ,dulces amygdalę, & ſimilia.Medicina corpus mundificans tēperate caleſacit,nec deſiccat,nec craſſitiē habet, ſicut chamæmelum,malua,ſambucelæon,radix helenij,& ſimilia.Incraſſitiua eſt quaſi obſtruens,cōſtrictiua oris venarū craſſa eſt & frigida,ſtyptica,omni carens reſolutione.Incenſiua multum calida eſt,ſicut allium,cępa,fel tauri,& ſimilia.Putrefactiua ſubtiliſſima eſt,vaſtās primo ſuperficiē. Carnis minutiua,eſt quaſi putrefactiua,debilior tamen. Cicatrizatiua eſt ſicca & ſtyptica,ſed inciſiua,aliquando carnem generat,ſi modice vulneribus apponitur.Attractiua dicitur naturaliter & accidētaliter:naturaliter,cuius attractio eſt cum calore,& ſubtilitate,ſicut ſagapenum:accidētaliter,cui propter putredinem virtus innaſcitur,ſicut fermento. Doloris mitigatiua debet hēre calorem ſimilem calori corporis.Huiuſmodi ſecundam habent virtutem.Tertiam habent virtutem,quæ lapidem frangunt,pectus & pulmonem ad ſcreandum iuuant,lac & ſperma generant,

vrinam

vrinam & menstrua prouocant. Medicina attenuans & incidens nimietate caloris lapidem fran- E
git, vt radix capparis, radix calamēthi, vterque elleborus, acetum scilliticum. Si enim multum ha
bent calorem, lapidem frangere videntur: Si nimium calorem non habuerint, & cum aliquo hu
mido accipiuntur, ad screandum vtiliora fiunt. Sed si aliquantulo sint calidiora, & tamen in statu
temperamenti permaneant, siccitatemque non habent, & lac & sperma generant; Si autem mul
to plus calida fiant, sed non sicciora in vltimitate, menstrua prouocant, vt acorus, petroselinum,
seseli, & similia, quæ sunt calida, nec nimis sicca.

De diuisione medicinarum sumptarum a plantis, & metallis, & animalibus. exemplisque earum. *Cap.* 4.

Medicinam oculorum scire volentem, virtutes medicinarum suarū oportet prius cognoscere. Sciendum itaq; q̄ oculorum medicatiua quædam de nascentibus terræ, quædā de metallis, quæ-
dā de animalibus sunt. De nascētibus est, vt gūmi, assa, sagapenū, euphorbiū, myrrha, opiū, thus,
tragacanthū, galbanū, sarcocolla, oculi lyciorum, ammoniacum, aut hypocysthus, acacia, mara-
thrū, fœnugræcū, rosæ, glauciū, aloes, amygdalæ, vel sicut galla, aūt flos rosę & frondes, aut foliū, F
aut lignū, vt casia, & cinnamomū; vel vt cortex thuris, vel mādragoræ, vel spicæ nardi. De metal
lis, sicut hęmatites, sal ammonicacū, flos ęris, erugo arsenicū, cadmia, & nitrū, calcāthū, plūbū, an-
timoniū, ferrū, ferrugo. De animalib. aliquādo sunt humores sicut fel, lac, albumen oui, & vrina:
aliquando mēbra eorū, vt cornua, castoreum: quorum omnium virtutes singulariter ostendam.

De prædictis medicinis & eorum affectibus specialiter. *Cap.* 5.

Assa cæteris gummis calidior est, incendit & dissoluit. Sagapenū calidū est & subtile: mundifi-
cat & attenuat maculas oculorū: valet quoq; suffusioni & obscuritati, q̄ fit ex turbiditate. Euphor
biū subtile incēsiuū est. Myrrha calida & sicca: pustulas oculorū absq; dolore mūdificat. Thus cali
dū in secūdo gradu, siccū in primo. Gūmi arabicū frigidū est & siccū: obstruit; Tragacanthū simili
ter. Sarcocolla desiccat, & consolidat sine nocumento oculi. Lyciū tēperatum est in calore, vnde
mundificat & attenuat crassitudinē super pupillā nascentē. Ammoniacū apostema oculorū mun
dificat & dissoluit. Rosa refrigerat. Glauciū similiter. Succus hypocysthidis cōfortat & refrigerat;
Acacia similiter. Mandragora refrigerat, dolorē placat, quia dormitionē prouocat. Marathrum G
valet cataractæ, maculas mūdificat. Malū coctanū oppilat & refrigerat. Galla repugnat humori-
bus ad oculos fluentibus, & mēbra confortat. Crocus maturat. Balaustia refrigerat, repugnat, de-
siccat, & cōfortat; Spica dissoluit & attenuat. Cinamomū calefacit, maturat, atq; desiccat, & cōf r
tat. Hæmatites desiccat, & valet asperitati palpebrarū, carnē superfluā māducat. Sal mūdificat, &
desiccat: Similiter sal ammoniacum. Arsenicum rodit & incēdit, carnem dissoluit & minuit. Cad-
mia desiccat, atq; constringit & mūdificat: quæ incensa & lota, superiora agit sine punctione: ad-
iuuat etiam oculorum vulnera, maxime si humida, quia desiccat ea. Plumbum desiccat. Antimo-
nium desiccat, & constringit & calefacit. Aes vstum vulnera consolidat. Ceruса desiccat & infri-
gidat. Flos æris desiccat, cōstringit, & calefacit. Tutia desiccat & infrigidat sine dolore, maxime si
lota est: valet etiam, vulneribus, pustulis, & lachymis oculorum. Ferrugo desiccat & constringit:
valet quoque contra pustulas spinosas. Aerugo carnem minuit & attenuat. Sciendum est, quod
omne fel est siccum & attenuatiuum, quod mistum oculi medicinis visum acuit. Albumē oui cō-
fortat & oppilat. Lac lauat & mundificat. Castoreum scindit atque maturat.

De nouem potentijs medicinarum oculorum, & suis effectibus. *Cap.* 6.

Hæc est diuersitas specierum medicinæ oculis pertinentium: Oppilatiua, Colatiua, Mundifica H
tiua, Aperitiua, Putrefactiua, Constrictiua, Contractiua, Maturatiua, Dormitiua. Oppilatiua duo
bus modis est, terrestris & sicca, vel humida & viscosa: Terrestris desiccat humores calidos & sub-
tiles ad oculos fluentes, maxime si ibi sint vulnera, quibus oportet adhiberi mundato capite, pro-
ut necesse est, & toto corpore fluxuque humorum cessante: hæc enim medicina leuiter, & subtili
ter mediocriter desiccat humores, qui in oculorum venis latitant, & oculorum panniculos ꝓhi-
bet penetrare, transactoque humorū cursu, causaq; fluxionis eorū p̄terita hæc, medicina non am
plius debet dari, quam ne dolor oculorum augmentetur, quia panniculi oculorum nimia humo
rum multitudine extenduntur, vnde & quandoque finduntur. huius tamen medicinæ posteritas
non in pauco declaratur tempore, quoniam aliquando operatur, & ratio non expostulat, scilicet
vulneribus in oculis apparentibus, vel corrosione in cornea existente, vel vuea egrediēte; acutis
tamen humoribus ad eos fluentibus, non audemus desiccatiua ponere. stypticis enim illic positis
humores fluere ꝓhibētur, vnde dolor augmentatur. q̄ si medicina apponatur, materiæ ad oculos
fluentis acumen augmentatur. Mollitiua vero seu dissolutiua seu maturatiua, si dentur, humores
quidem maturantur: sed tamen in vulneribus caro non generatur, neq; vulnus sanatur. Acetosis

frigidis

A frigidis applicatis,punctura,& morsura,& tumor in oculis generantur. Nulla igitur medicina cõ uenit huic passioni,nisi quæ inter calidũ,& frigidũ temperata est,vel temperamento vicina,quod facit tutia lota,cadmia vsta & lota,similiter cerussa lota. Alia aut ẽmedicina oppilatiua,scilicet humida,viscosa,quam diximus,valet in hoc loco modis duobus:vno,quia non pungit, sed dolorẽ mitigat:alio,quia lædit asperitatẽ ex humorum fluxu facta;vulnera enim lauat, vnde dolor mitigatur,quia crassi humores acuti mundificantur. Sed oculorum medicina sæpissime metallina est:quia verò oculi sensum habent acutum,cum metallina,viscosa & humida misceãtur,ne asperitatẽ faciant,sicut albumen oui,fœnugræcũ,lac,gummi arabicum,tragacanthũ,& similia.Medicina aperitiua dissolutiua,necesse est,vt sit acuta,quã non expedit ponere in pustulis corneæ,nisi res maturatiua propter sui duritiẽ non valeat.Similiter cũ apostema tunicarũ,panniculorum, & pellicularũ,maturatiuis non curatur,acuta imponatur:quibus tamẽ maturatiua misceãtur, sicut assa , sagapenũ,euphorbiũ cinnamomum,amomum,casia,assarũ,acorus,foliũ,spica.Mundificatiuarum,& Colatiuarum quædam mundificant,& colant modicum:& valent contra paruas pustulas,& vulnera:sicut cadmia,thus,cornu ceruinum,& caprinũ,& vt dicit Galenus,antimoniũ.

B Quædam verò nimium mundificant,quæ valent ad vngulas,scabies palpebrarũ,pruritus, & crassas pustulas:vt ærugo,tragacanthum,sal ammoniacum:quæ omnia pungunt:sed cum lauantur, eorum punctio minoratur. Putrefactiua valent vetustæ scabiei, & asperitati:vngulam vetustam purgant:& pruriginem,si longi temporis est,curant:vt arsenicum,flos æris,& similia.

Constrictiua medicina etiam temperatæ actionis est,& optime prohibet humorem fluentẽ, pustulas,& vulnera,vt rosa,folium,crocus,glaucium.thus fortiter stringit, & fluxum humorum amputat.Contractiua magnum generat dolorẽ,quæ etiam valet commista cum medicina visũ acuente,quia soluta coadunat:& est optima cõtra asperitatem palpebrarũ,sicut est balaustia, cor ex thuris,ferrugo,flos æris,succus hypocysthidis,succus vuæ agrestis,acacia,glauciũ. Hæc.n.lauant,& leniunt asperitatẽ.Maturatiua conuenit apostematib.oculorũ,& doloribꝰ ꝑꝑ humores clausos in interioribus corneæ:sicut myrrha,crocus,castorium,fœnugræcũ,lyciũ,sarcocolla,melicratũ,& similia.Soporifera dolorem magnum patientib.leuant:tunc,s.cũ doloris magnitudine perire videntur.Caute tamen adhibeantur,quia visum minuunt,& nõnunquam amputant.Idcirco nõ sæpe apponãtur,vel appositis calefactiua misceanꝫ.Talia sunt opiũ,mãdragora,& similia.

C *PARTICVLA sexta de Apostematibus,& doloribus,& ipsorum curis in generali: postea de ipsis vt insunt oculis, petia,pruritu,carbone:& pilis,vulneribus,fissuris,pustulis corneæ,pano, scabie,Nyctalope,suffusionibus,oculorum exitu,& collyrijs multis contra morbos oculi. Cuius sunt capita duodecim.*

De apostematibus,& causis ipsorum in generali. *Cap.* 1.

MAximo studio curationes passionum,quas quarta particula scripsimus,necesse est ostendere.Ac primo de ophthalmia,quonam quod proposuimus,tractabimus.Sed quia ophthalmia de genere est apostematum magnorum,quæ faciunt dolorem, decet nos de apostematibus generaliter tractare,deinde ad ea,quæ in oculis fiunt,peruenire.Diximus secũdo,quod causa omnium apostematum sunt humores ad membra fluentes,cuius causa vel interior est, vel exterior: interior,vt superabũdantia materiæ:Exterior,vt percussio,casus,fractura,vulnus,& similia. Præterea membri præparatio ad recipien da superflua quatuor modis est, aut propter membri defectionem:aut raritatem,viaque largitatem membra tendentem;aut propter suæ virtutis attracti

D uæ fortitudinem,vel sui locationem naturalem.Defectio membri aut naturalis est,aut accidentalis:naturalis,vt cutis quam constituit natura defectiuam,vt superflua ab interioribus ad exteriora a nobilibus ad ignobilia expulsa,facilius susciꝑe possit:accidentalis,vt ex infirmitate præterita.Raritas membri,vt teneritas maxillarum & inguinum:Attractiuæ membri fortitudo fit in mẽbris fortibus propter nimium calorem:qui calor aut naturalis est,aut accidentalis.Propter situalem positionem,sicut si inferius locatum fuerit:humores enim ad corporis inferiora maxime descendunt. Sed materia,quæ defluit,aut est humor,aut est ventositas. Si humor,aut sanguineus, aut aquosus,aut phlegmaticus,aut melancholicus:Ventositas autem,cum non sit subtilis, nõ generat tumorem.Sanguis autem si temperati caloris est,phlegmonem generat:si calidior, & subtilior,erysipelas generat:sed calidissimus sacrum ignem facit, & variolas.Aquosus tumor est, qui hydropisis dicitur:phlegmaticus,si fuerit subtilis,tumorem:si crassus,apostema generat,quod interius est quasi pingue seuum.Melancholicus autem cancrum generat.Ventositas autem, si fuerit,tumet.Hæc est diuersitas apostematum,quæ diuersa exigunt medicamina.

De Curis apostematum. *Cap.* 2.

Apostemata ergo,quæ fiunt ex sanguine calidissimo,si eorum causa extrinseca fuerit,nec corꝑis extiterit plenitudo,medicamine dissolutiuo,& repercussiuo curet:excalpellatio quoq; vel

incisio adhibebitur opportune. Quòd si causa sit intrinseca, ab initio non dentur mollitiua, vel E
dissolutiua, cum plus quam necesse est dissolutiua a locis remotis ad apostema attrahãt. Sed neq; repugnantia audemus apponere, ne materia ad membra principalia conuertatur. In initio ergo curationis phlebotomia corpus purgetur: deinde apponantur repugnantia, & desiccatiua, tẽperiem facientia, vt sua siccitate resistant humoribus, ne ad tumoris perueniant locũ, & tẽperiẽ cõplexionis cõfortent & locũ, vt superfluã materiã deuincant. Sciendum quoq; omnia apostemata quatuor tẽpora habere; initiũ, augmentũ, statũ, & declinationẽ. In initio ergo conuenit repugnãtia opponi calori. Repugnantia, tenui materia dissoluta in parte, & crassa remanẽte, mollitiua & dissolutiua ponuntur: nonnunquam in augmento, magno dolore existente, stypticã medicinã, & refrigeratiuã ponimus: nimio dolore coacti soporiferũ adhibemus. Medicina sãguinolẽti apostematis, idest erysipelatis, quæ cũ nimio est dolore & calore, si causa eius fuerit extrinseca, ab initio mollitiua, & dissolutiua sit: Si autẽ intrinseca fuerit, primo detur choleram rubeã pharmacũ purgans, deinde si opportunũ est, phlebotomemus, postea medicina infrigidãs, & humectans apponatur: calore transacto dissolutiua aptetur. Apostema, cuius materia fuerit sanguis crassus, si cũ vulnere, punctione, & putredine sit, in initio phlebotomia ei subueniasq; deinde vulnera medicina corrosiua, & mundificatiua curantur. Sed tamen cõsidera apostematis magnitudinem ex calore: F
quia si magnum fuerit, repugnãtia pones; si calidissimum, fortẽ caue medicinã. Aquosum apostema vel solutione, vel incisione curet. Prima autẽ species phlegmatis, quæ est, vt mel, curatur constrictiuis, vel confortatiuis, & solidatiuis, sicut est vinũ mistũ cũ lycio, & nitro: oportet autẽ a leuioribus incipere, & sic ad fortiora procedere. Quod si fuerit inueteratũ apostema, incisiuis & dissolutiuis: & superius ligentur fortiter, & inferius leuiter. Secundũ genus phlegmatis taliter curat, dissolutiuis, putrefactiuis, & incisiuis. Tertium vero, putrefacientibus & incidentibus, dissolutiua verò non valent. Quartũ genus stylo incensiuo curatur. Melancholicũ apostema. i. cancer, difficile curatur. Non incidat, incisio multis inconueniens est modis: primo, quia syncopã generat, si locus multas venas habuerit: secundo, quia mẽbra principalia nõ patiuntur mẽbrũ ligari, neq; sãguinẽ cõstringi nisi cũ cauterio; & in loco aliquãdo nascit, in quo nõ audemus cauteriũ apponere. In huius igitur initio corpus ad tẽperamentũ oportet reuocari: & ad bonũ, cũ phlebotomia: & pharmacia, & diæta, & similibus immutari. Apostema de ventositate factum dissolutiuo curatur.

De Causis, & cura Doloris in generali. *Cap. 3.*

Dolor duobus est modis, subita qualitatis immutatione, & iunctũræ separatione. Mutatio vel G
est de frigore, vel de calore, vnde causam eius non oportet inuestigari. Separatio iunctũræ tribus modis fit, incisione, fractura, crepatura. Incisio vel extrinseca est cum gladio; vel intrinseca, vt cũ acuta humorum qualitate. Fractura autem fit de exterioribus, sicut solidis, & crassis corporib. põderantibus: aut de interioribus, vt de apostematibus. De exterioribus, si sit lapis, locũ in quo scindit contulat propter vtranque loci extremitatem, qui depressus necessario extenditur. Iunctura, quæ separatur de interioribus taliter fit, augmentata materia concauitates replet membrorũ, doloremque generat. Materia vero humorum est, vel ventositas, vel acuta qualitas. Ideoque sex sunt causæ doloris, chymus nimius, ventositas non habẽs exitum, magnum apostema, vel durũ, humorum acuitas, vel vulnerum siccitas, vel caliditas, vel frigiditas. Si dolor propter nimiũ chymum fuerit, ipso purgato cessabit: Si propter crassam ventositatem, cibo subtili, & potu, calidisq; fomentis, & cataplasmatibus curatur: Si ex apostematibus, ipsorum curatio est dolorum amputatio; Si ab humorum qualitate processerit incensiua, necesse est chymum purgari, siue in bonum mutari cum medicina doloris mitigatiua, quod si non sufficiat, soporifera imponamus, vt dolor mitigetur. Quod si de frigidis crassis, & viscosis humoribus processit, soporiferam caueamus, quia non est tantus dolor, qui de his nascitur: Si crassa ventositas exitum non habens causa fuit doloris, res attenuatiua, & dissolutiua adhibenda erit, vt ventositas dissoluatur, & humores desiccen- H
tur. Sic etiam de cæteris contraria contrarijs appone.

De causis, & cura dolorum Oculorum. *Cap. 4.*

Oculi vero patiuntur ex apostemate, vel propter acutos humores ad ipsos fluentes, vel ꝓpter pellicularum suarũ extensionẽ ab humorum plenitudine, aut inclusione crassorum humorum, & viscosorum, vel crassæ ventositatis in loco illo. Si sit propter acutos humores, pharmacia detẽ, materia deorsum ducatur, & oculi cũ albumine oui lauentẽ. Purgato corpore, & apostemate maturari incipiente, balneum diligẽter aptetur. Quod si dolor fuerit propter humores interius clausos, totũ corpus maxime purgetur, deinde calefacientibus vtatur, & oculi cum decoctione fœnu græci lauentur: & ante purgationẽ totius corporis dissolutiua, & calefactiua caueãt: quia ad apostema plus attrahunt quam dissoluunt. Sciendum quod humores ad oculos veniunt, vel de oĩbus partibus, vel de solo capite: si de solo capite, solum caput expedit purgari, postea confortari, & ad temperiem duci, ne vltra malos humores generet, plurimũq; digerat humores, decet ẽt cõfortare cor,

A re cor,& corroborare,& temperare, quando arteriæ in cauſa ſunt, quare humores ad ipſos defluunt:quæ ſi ſupra craneum fuerint, deſiccatiuum cataplaſma, & emplaſtrum apponatur:his nõ proficientibus,incidantur. Nonnunquam dolor fit in oculis propter ſanguinis coagulationem in uenis oculorum clauſi,unde plenæ videntur, & oculorum eſſentia ſanguinolenta:Quæ paſſio curatur uini potatione,tamen balneo præcedente.

De Ophthalmia,& eius cura. *Cap.* 5.

Diximus quòd ophthalmia eſt apoſtema calidum naſcens in cõiunctiua, & oſtendimus curã apoſtematum ſolis oculis pertinentiũ. Vnde,quia oculi ſenſum habent acutiſſimum, & dolorem ferre nequeunt: non temere curentur forti medicamine, ſed cum rebus dolores mitigantibus temperentur.Et fiat,quod apponendum eſt,humidũ:& uiſcoſum in loco, in quo congruit,immiſcetur,& palpebra ſuauiter eleuata, medicina guttatim inijciatur:& ab initio non nimio exiſtente dolore,medicina aliquid ſtypticitatis habens, ſicut collyrium in quo eſt acacia,ponatur:etiam diſſolutiuum,& maturatiuum medicamen ſicut crocus,& lycium:ſimiliter & ſtyptica,ut myrrha
B & caſtorium,thus maſculinũ.Collyrium quoque ſi multum ſtypticum fuerit, humefiat cum albumine oui,lacte,& decoctione fœnugræci.Hæc ſi fecerimus,in vno die dolor remittetur,& paſſio declinabit: qua declinante balneum ſuccedat, deinde collyrium priore fortius imponatur ſicut nechium,ut conſtringat & confortet oculos: tamen parum acuti collyrij cum eo miſceatur,& parum à medio ad multum aſcendatur.Quòd ſi ophthalmia cum nimio dolore fuerit,ponatur ab initio collyriũ,quod dicitur diarhodon*aſperon. Apoſtemate verò decreſcente diarhodon*erimoni imponatur.& calefiat ſæpiſſime,ſi nimio pungetur dolore:& ſi dolor nõ ſit multus, ſufficit ſemel aut bis:& hæc calefactio fiat de meliloto,fœnugræco, & ſimilibus.Cataplaſmentur quoque croco,meliloto,coriandro,oui uitello,pane loto in uino . Sed ſi dolor nimius fuerit,miſceatur illi cataplaſmati decoctio papaueris: vnguentum factum de croco,glaucio,lycio,gummi,& aloe,ponatur ſupra frontẽ.Si calidi ſunt humores, ramus portulacæ,citonij,uel ſuccus portulacæ,pſillij,ſtrichni,& ſimilia.Si calidus nõ fuerit multũ,puluis molẽdini,myrrha,th',albumen oui.Humoribus uerò frigidis exiſtentibus,ſulfur,pix liquida,colophonia, & ſimilia apponantur.

De Curis petiæ,tumoris,& Pruritus Oculorum. *Cap.* 6.

C Ad petiam ſanguis columbæ,pauonis, & omnia talia proſunt, ſi cum thure modico miſceantur:& calefactio decoctionis hordei & hyſſopi prodeſt.Oculorum tumores habentibus fiat cataplaſma ex vuis paſſis ſine acinis ex melicrato,uel aceto . Si tamen apoſtema non diſſoluatur,radix trita admiſceatur:tumore nondum diſſoluto,ſuccus columbæ apponatur.Protinus ſicut apoſtema curetur purgatione corporis:& diſſolutione materiæ intus clauſæ, et collyriis, et cataplaſmatibus,et fomentatione aquæ calidæ in nocte oculis appoſita: quæ miſta cum oleo roſato,aut in ouo anatis pruritum amputat,& oleum roſarum temperate calidum.Sæpe tamen oculis cholericam imponimus medicinam, ut lachrymas in eis prouocet, quibus lauentur,& mollificẽtur. Pruritus cum nimio fluxu humorum,medicina*Eraſiſtrati curatur.

De Carne addita in Oculis,& Carbone,& Cura. *Cap.* 7.

Si carnes additæ propter vulnera fuerint, nõ curantur, niſi chirurgia.Excreſcentia ſuperfluæ carnis acuta medicina curetur, ſicut ærugine æris,ſulfure, & ſimilibus. Si autem caro oculorum excreuerit ſuperflue,nõ curabitur niſi chirurgia.Quòd ſi locus ille tumidus fuerit,ualet allium gũmi cum glaucio & uino.Naſcitur etiam quoddam in oculis,quod dicitur carbo : & ſicut apoſtema curatur:cumq; ſaniem habuerit,ſicut vulnus curatur ſaniem habens. Quidam medici ponũt
D in hac paſſione glaucium,tragacanthum,rutam,ſuccum maligranati,lanam vſtam,uel myrrhã, & aloen. Huic paſſioni ualent ammoniacum cum aceto:& aliquando admiſcemus cum eis de hordeo,& zedoario:& capita muſcarum è cera cataplaſmata.

De Pilorum ablatione,& Remedio contra caſum pilorum. *Cap.* 8.

Pilis ablatis lauentur loca ipſorum aquis ſalſis,et aluminoſis,et vngantur loca pilorum palpebræ cum albumine oui,et alumine, ſtaphiſagria, et farſima.i.ſtercore columbino . *Collyrium Sabor,ualet ad Pilos Cadentes de Palpebris.*Recipe oſſium dactylorum drach.iv.cadmiæ drach.ii.

*Aliud Sabor.*Recipe antimonij,chalcanthi,tragacanthi,pondus æquale:quę omnia cum melle temperata terantur,deinde collyrium fiat.Si autẽ pilis cadentibus palpebræ appareant craſſæ, ſtercus muris cum melle temperatum ualet:ſuperflui pili de palpebris ſunt amputandi.Quidam dicunt pilos non vltra naſci,ſi radicibus pilorum extractis,ſanguine teſtudinis, uel dentibus caninis locus vngatur.

De Curis Vulnerum,& Fiſſurarum in generali. *Cap.* 9.

Oportet primo vniuerſaliter dicere de vulneribus, poſtea uero de ijs,quæ propria ſunt oculis. Omne vulnus,vel concauũ eſt tantũ,uel fiſſum. Si multum fuerit fiſſum, trina intentione curatur.Iungamus vtranq; partem, et ſuamus ſtudioſe, et curemus ne incidat puluis,uel pilus.Quòd

ſi magnum vulnus fuerit,nec pars parti poſſit coniungi,nec ſanies permaneat in concauitate, ne E
ceſſe eſt vti deſiccatiuo medicamine,vt finita ſanie vulnus impleatur carne. Cuius compoſitio eſt cum cauſa,vel morbo,vel accidenti.Si cum cauſa ſunt humores ad illud fluentes, corpus pur getur pharmacia,& phlebotomia:dięta quoq; temperetur:deinde deſiccatiuis ſiccetur. Quòd ſi fuerit cũ morbo,vel eſt ſimplex,vel cõpoſitus.Si morbus ſimplex eſt,ad temperiem mẽbrorũ re ducatur.Quòd ſi compoſitus,vel vt naturam ſuam membrũ egrediatur,vel vulnus multum con cauum ſit,duplex medicina neceſſaria eſt:vna,qua membrum ad temperamẽtum redeat: altera, qua concauitas carne repleatur.Impleatur ergo medicamine deſiccatiuo mũdificatiuo,ꝙ humo res coadunatos deſtruat,vulnusq; à putredine mundificet.Sed vt per poros poſſint egredi ſuper flua(vnũ ſubtile & cõtinuũ,qđ latet ſenſum:aliud craſſum,qđ vt lutũ in corpore coadunatur: & hæc duo ſuperflua plus in vulneribus,q̃ alicubi ſunt ꝑ ꝑ loci defectionem atque dolorem)neceſ- ſaria eſt deſiccatiua,& mundificatiua medicina,qua mundificetur & deſiccetur ſuperfluitatis for- dities.Omne ẽt vulnus vel concauum eſt, vel fiſſum.Et ſi fuerit cum accidente ſicut cum dolore, mitigatiua conueniunt.Fiſſura ſi parua ſit,nõ eſt neceſſaria niſi cõiunctio partium:& parum me- dico eget,niſi locus vulneris partem amiſerit,quæ pars vel caro eſt,vel cutis,vel vtrũq;.Si ſit cu- tis,apponãtur ſtyptica vel deſiccatiua,vt locus induratus cuti aſſimiletur:nonnunq̃ acuta medi- F
cina facit hoc accidentaliter: calida medicina paulatim appoſita facit hoc accidentaliter, & locũ ſua ſiccitate indurat:multa verò quantitas ex ea,loco appoſita reſoluit cauſam,& minuit fiſſurã. Quod ſi caro à vulnere ſit amota,in initio carnis generatiua expediunt:deinde locus mundetur, & cuti aſſimiletur.Sed oẽm medicinã,quæ vulneribus pertinet,neceſſe eſt ſiccam eſſe, quæ tamẽ propter cauſam quandoque cauenda eſt. Parum ſicca erit,ne multum ſiccans, carnem ꝓhibeat generari.Mundificatiuam quoque ſiccam eſſe oportet,vt putredinẽ mundet vulnera cõſolidãs. Deſiccatiua eſſe debet ea,quæ generat carnem,quæ nec mordicatiua ſit,nec abrodens,ſed ſtypti ca,vt caro induretur,cutiq́; aſſimiletur.Hæc eſt diſputatio vniuerſalis vulnerum,& medicina.

De Vulneribus Oculorum, Puſtulis in cornea, Pano, Vngula, Nyctalope, Scabie. *Cap. 10.*

Sed vulneribus oculorum,ſi ſint ſimplicia,mundans & colans congruit medicina, quia humo res cito vndique fluunt ad oculos propter acumen ſenſus eorum. Quòd ſi vulnus cum tumore ſit, vel nimio dolore,apponuntur collyria,quæ thus & metalla vſta recipiunt: & cataplaſmata: nec pungitiua cataplaſmentur. Aliquando tamen, ſi putredo vulneri inſit, collatiua tunc ap- ponatur.Sed intueri oportet an vulnus carnem rodat: inueſtigandum quoque, vnde humores ad oculos fluxerint:quo perſpecto,caput & corpus excedit purgari:Deinde apponẽda ſunt col- G
lyria deſiccatiua,nullamque facientia puuctionem:ſicut ea,quæ reſpiciunt caſum, cum dantur cum lacte vel cum decoctione fœnugræci. Si dolor eſt nimius,aliquando ſoporifera medicami na apponuntur: fluxu humorum ceſſante, eis ſtyptica apponuntur. Præuidendum tamen ne vuea* egrediatur,cui egredienti ſtypticum conuenit adiutorium.Collectio & puſtulæ in cornea naſcentes curantur cum medicina maturatiua mediocriter collatiua, ſicut collyrio recipiente

*iuuerint. crocum,thus,myrrham,caſtorium,decoctionem fœnugræci. Quòd ſi non inue*nerint, & tu- mor non diſſoluatur, calidum & aperitiuum appone,ſicut ſagapenum,euphorbium, & ſimilia. Panus in oculorum albedine natus collatiuo & mundificatiuo curetur. Quòd ſi fuerit ſubtilis, ſufficit ſuccus rubei papaueris,vel decoctum minoris centaureæ cum melle: ſi groſſus, fortiora dari neceſſe eſt,ſicut picem liquidam, æs vſtum,nitrum,ſtercus muris,myrrham, ſal ammonia- cum,& ſimilia.Si aliquid ex eo remanſerit,gallam,acaciam,& chalcanthum appone. Vngula & ſcabies,ſi duræ ſint etiam & veteres,incidere eas,vel excoriare optimum eſt:ſin autem ſubtiles, appone æs vſtum,florem æris,fel porcinum,ſal ammoniacum.His nondum proficientibus, ap- pone medicinam putrefacientem,atque rodentem.Scabies non ſtypticis eſt curanda, quæ ſi ſit cum vulnere,magnoq́; pruritu,conuertatur palpebra,& cum hoc excorietur.Eſt quædã paſſio H
oculorum,quam qui habuerint,veſpere non vident:quos phlebotomari conuenit de cephalica brachij & vtantur pharmacia,& clyſteribus,& caput purgantibus,& gargariſmate, & ſternuta- tione mundificentur:vena auris incidatur. Oculis mel cum alumine & ſale ammoniaco appona tur,& cum hepate caprino fumigetur:hæc omnia proſunt.

De Suffuſione, Egreſſu Oculorum, & Petia. *Cap. 11.*

Suffuſio, id eſt viſus defectio, ſic curatur. Caput,& totum purgetur,vt diximus: dięta ſit tenuis: deinde vtatur collyrijs fœnum græcum,mel,ſagapenum,aſarum,thus recipientibus,& opo- balſamum,& ammoniacum. Valet quoque ſi vena hepatica incidatur,& ſanguiſugæ tempori- bus apponantur.

Oculis extra excũtibus, ventoſa in collo apponatur:oculi ligẽtur,& aqua ſalſa ſuffumigẽtur.

Petia curatur ſanguine oculis inſtillato:deinde cũ albumine oui,oleoq́; roſarum ligentur.

De Collyrijs multis ad Oculorum ægritudines. *Cap. 12.*

Collyrium quod dicitur Diarhodon in modum piperis, valens in augmento doloris Ophthalmiæ.

Recipe cadmiæ, ceruſſæ, ana drach. xiiij. roſarum drach. duodecim: gummi, amyli, ana drach.i.

A drach. i. tragacanthi drach. iiii. & s. aloes, drach. vi. tempera cum aqua pluuiali, & informa: *Aliud in initio Ophthalmiæ, quod etiam vetustę valet*. Recipe acaciæ drach. liiij. gummi 3. xliiij. cadmiæ drach. xxxvi. tempera cum vino pontico ana drach. xii. tempera cum aqua pluuiali: Hæc omnia a Paulo sunt ordinata. Ista vero Galenus dicit. *Collyrium valens ad dißoluendum Apostema die vno, & ad Ophthalmiam.* Recipe antimonii, acaciæ, ana 3. lxx. cadmiæ drach. ix. æris vsti loti 3. xxi. ceruſſæ drach. xii. 5. myrrhæ 3 vi. sulfuris drach. vi. castorei, opij, chalcanthi vsti, ana drach. vi. gummi drach. ix. tempera cum albumine ouj; in vno die est validissimum. *Aliud Pauli.* Recipe cadmiæ, croci, gummi, ana 3 iiii. æris vsti drach. xxiii: ceruſſæ, rosarum, ana drach. xxii. polii, croci, chalcanthi, opii, ana drach. vj. aloes, spicæ, castorii, ana drach. j. & s. tempera cum aqua; curat verò ophthalmiam, & humores vel propter dolorē, vel vetus vulnus fluentes: *Aliud.* Recipe cadmiæ, acaciæ, gummi, ana drach. ix. antimonii triti drach. xx. castorij, opij, ana drach. vj. lycij drach. iiij. & s. myrrhæ drach. xij. spicæ, aloes, ana drach. iiij. gummi, tragacanthi, chalcanthi, ana drach. j. & s. tēpera cum vino & aqua myrtina. *Aliud ad superiora.* Recipe acaciæ, gūmi, ana 3 lx. plumbi loti 3 xxx. spicæ, casiæ, ana 3 vii. rosarum, cadmiæ, ana 3 xxx. ceruſſæ, aloes, opij,
B croci, ana 3 ix. castorii, lycij, ana 3 iiij. & s. tempera cum albumine oui. Valet vulneribus & omnibus passionibus oculorum vetustis, & putrefactis. *Aliud in statu conueniens cum albumine oui, in declinatione cum aqua.* Recipe cadmiæ vstæ, & lotæ, ceruſſæ, ana drach. vj. amyli, tragacanthi, ana drach. iij. hyoscyami drach. j. & s. croci drach. vi. glauci, sarcocollę, ana drach. vj. opij drach. iiij. tragacārhi drach. vi, croci drachmas tres. gummi, opii, drach. j. & s. tempera cum aqua. *Aliud valens in Augmento Ophthalmiæ.* Recipe cadmiæ, ceruſſæ, ana drach. xxiiij. rosarum 3 xii. gummi, amyli, ana drachmas quatuor, tragacanthi drachmas quatuor, & s. aloes drach. iiij. tempera cum aqua. Valet in vulneribus, & humoribus vulnerosis, & lachrymis ex oculis fluentibus. *Aliud valens ad Ophthalmiam, & Vulnera, & Adustiones, & ad Mundificandam vulneris putredinem.* Recipe antimonij vsti, cadmiæ, rosarum, ana drach. xxiiii. ceruſſæ tritæ 3 xxii. opii drach. vi. tempera cum aqua. *Aliud nimio dolori conueniens, & liquidissimos humores ad Oculos fluentes reprimens.* Recipe rosarum drach. vi. & s. opii, spicæ, ana drach. 1. *Aliud.* Rosarum drach. xxii. croci. vi. æris vsti & loti drach. i. & s. tempera cum aqua pluuiali. *Aliud.* Recipe rosarum drach. xviii. cineris locorū, vbi æs funditur, drach. vi. croci, opii, gummi, ana 3. vii. tempera cum aqua pluuiali. *Aliud.* Recipe gūmi drach. iii. tragacanthi drach. i. & s. tempera cum aqua pluuiali. *Aliud.* Recipe myrrhæ drach-
C mas lxxv rosarum xl. croci vi. & s. tempera cum vino. *Aliud valet nimio dolori, Pustulis concauis, putridis Vulneribus Corneæ: Oculosque exeuntes comprimit, omnemque oculorum passionem ad sanandum difficillimam curat.* Recipe rosarum drachmas centumocto, gummi xxxvi. cādmiæ vstæ & lotæ drach. xxi. croci vndecim; opij, antimonij, drach. ii, & s. iarri spicæ drachmas tres, myrrhæ iii. tempera cum aqua pluuiali. *Collyrium Pauli.* Recipe æris vsti, tragacanthi vsti, ana drach. viii. croci ii. nitri drach. i. coquantur ad mellis spissitudinē. *Aliud eiusdem, valet Scabiei palpebrarum, veterique Ophthalmiæ. Saniem, & vulnera Aurium, & Os rodentia sanat.* Recipe æris vsti drach. quatuor, myrrhæ drachmā vnā, & s. piperis, croci, vini, ana drach. ix. *Collyrium Pauli.* Recipe cadmiæ auri, & argēti drachmas tres: tēpera cū aqua pluuiali. *Collyrium Oribasii valens in initio Ophthalmiæ, & Vulneribus.* Recipe cadmiæ, ceruſſæ, tragacanthi, ana drach. vigintiquatuor: antimonij, gūmi vsti, ana drach. xxi. plumbi incensi, tutiæ, ana drach. vigintiquatuor. *Aliud.* Amyli xvi. gummi ix. æris vsti, tragacanthi, ana 3 vi. myrrhæ, opii, ana 3 v. *Aliud valens Vstioni, Vueam egredi prohibens, subueniens Vulneribus.* Recipe antimonij vsti, ceruſſæ, ana 3. vigintiquatuor, myrrhæ drachmas tres, amyli xix. tragacanthi xii. gummi vi. tempera cū aqua pluuiali. *Aliud valens Pu-*
D *stulis, Vulneribus sanioſis, & nimio dolori, duræque Ophthalmiæ.* Recipe cadmiæ vstæ & lotæ drachmas vigintiquatuor, antimonij loti & vsti xviii. amyli iii. plumbi incensi, & loti xii. tutiæ, myrrhę, ana drachmas xii. tempera cū aqua. *Aliud.* Recipe tutiæ drachmas duodecim: cadmiæ loræ, ceruſsæ, ana drachmas cxxiiiij. antimonij incensi & loti xviii. myrrhæ, opii, ana drachmas quinquaginta, & 5, tragacanthi drachmas duodecim: tēpera cū aqua. *Aliud vtilissimum Asperitati Palpebrā rū, & Scabiei.* Recipe chalcāthi drachmas duas, cadmiæ drachmā vnā: ad Solē cum vino sufficiēter agita. *Aliud.* Recipe cadmię drachmas vi. chalchanthi grana trigīta, piperis grana xxxviii. spicæ drachmā vnā, & 5. aliter drachmas tres, & 5. cadmiā & chalcanthū tritura sufficiēter, & agita, deinde cū pipere spicā cōmisce, & tēpera. *Aliud valens Scabiei, & humoribus ad Oculos fluentibus, Veterique passioni, & Pustulis.* Recipe cadmiæ, gallæ, rosarū, gūmi, croci, ana drachmas tres: opij, drachmā vnā: omnia pulverizata cum vino ad Solem sufficienter agita. *Ad Oculos caliginoſos, & sanguinolentos.* Aloe trita cum albumine oui mirifice prodest. Si aloen non habueris, cannabis trita idem facit. *Ad Oculos Dolentes, & Lachrymas stringendas, & Pruritum tollendum.* Colligę mel despumatum, & ex eo vnge folia hederæ, & superaspergę pulverem fæcis vini, & oculis superpone per noctem: expertum est. Item chelidonia cocta in aqua, si ex ea oculi fomētētur, dolētibus prodest. Item coriandrum viride tritū admisto lacte mulieris oculis superpone; dolorem & tumorem tollit. Idem facit radix cucurbitæ agrestis trita & impositā. Fel caprinum cum melle an-

tiquo miſtum,& inunctum oculorum caliginem deſtruit. *Ad Panum ab Oculis abſtergendam.* E
Fæcem vini,album oui,raſuram oſſis ſepiæ:facto puluere mitte,donec corrodatur. Vitellus oui tritus ſuccoque apij miſtus,& inunctus ſanguinem ſpargit. Abſinthium viride cum albumine oui tritum,& nocte ſuppoſitum,ſanat. *Ad Tumorem calidum,& ſanguinem Oculorum.* Anagallis cũ albumine oui trita,& impoſita prodeſt. *Ad Tumoris calidi dolorem.* Herbam violariam cum oleo roſaceo tere,& ſuperpone:mire iuuat. Valet ẽt mali granati ſuccus: in vaſe æneo, vel ſtanneo;ipſam coque & cola,& cum opus fuerit vtere. Item recipe plantaginis, centaureæ, vngulæ caballinæ,pulegij,betonicæ,chamædryos,apij,fœniculi radicũ,partes æquales: pone in olla noua,& intra ſparge fœnũgræcum. Item lycium in rhodoſtomate guttatim impoſitum valet. Item auripigmentum,pannum ſubtilẽ laneum,& fimum hominis,combure in olla bene argillata.



F

GALENO ASCRIPTVS

LIBER DE RENVM AFFECTVVM DIGNOTIONE, ET MEDICATIONE.

Chriſtophoro Heyl Vuiſsbadenſi interprete. G.

Nunc primum ad græcorum codicum fidem accuratiſſimè recognitus.

De Subſtantia, Figura, Situ, Partibus, & Vſu Renum. CAP. I.

REnibus peculiare quoddam corpus eſt, ex fibris,& carne conſtitutum, quod cũ alia parte nulla commune habet: & caro hæc denſa eſt, ne ſanguis qui ad ipſos defertur, facili momento diffluat,effundatur, & abeat cum vrina. Carnea hæc ſubſtantia non paucas habet inuolutiones, in quibus quoniam ſingulatim per ſubſtantiam lapides plerunque generantur, fiunt in renibus grauiſſimi dolores. Ac de ſubſtantia quidem hactenus. Figuram autem renes habent græcę literæ ϖ: & in medio cauitatem quandam,qua ex venis, & arterijs ſeroſum excrementum excipiunt: nam ad eos non maiores ſolum venæ, quarum aliæ in cauitatem hanc inſeruntur, aliæ in membranam, quæ renes circumagit: ſed meatus etiam capillorũ modo exiles deferuntur. H
Dexter autem ſiniſtro ſublimior eſt: ne inter operandum, alter trahat, alter retrahat. Iacent ad ſpinam renes, paulo altius quàm illa: & ex ſe vrinarios meatus duos emittunt,quibus ad veſicam vrina deducitur. Sed habent iſti quoque meatus propriam corporis ſui ſubſtantiam, quam in alia particula nuſquam reperias. Duos autem natura renes produxit, non vnum: quoniam alias excrementorum ſpecies ſeroſa hæc ſuperfluitas non parum ſuperat, quam attrahere, renum officium eſt: ignorare enim non debemus alteram cauæ venæ partem ad corporis noſtri inferiores partes deferri: quæ bifariam diuiſa eſt, altera parte ſurſum, altera deorſum porrigitur. Pars quæ deſcendit, rurſus tripliciter finditur, & pars vna ad crura porrigitur, altera ad teſticulos,& tertia ad renes. Procedunt verò & de corde arteriæ, quæ ſeroſum excrementum,& vna caliditatem immittant: vt ab eis renes calefiant:nam renes ita ex ſeroſo iſto excremento frigent,vt ex atræ bilis ſucco lien: Quamobrem à dictis iam arterijs calor renibus ſuppeditatur, quò natiuam ſuam frigiditatem poſſint euincere. Poſtquam verò ſeroſum id excrementum renes attraxerunt,vtilẽ qui in eo eſt ſanguinem ipſi retinẽt,& ex eo nutriuntur: excrementũ verò ipſum ſeroſum à facultate ſegregatrice ceu inutile expellitur. Sed quamdiu in venis & arterijs hoc cum ſanguine currit, excrementum ſeroſum:cũ ſegregatum eſt,lotiũ nominatur.

Proinde

A Proinde quod in ſanguine vtile eſt,id ſibi renes in nutrimentum ſeruant: quod autem inutile,id abigunt. Atque vt bilis veſica,bile delectatur: & lien, atræ bilis ſucco:ita renes ſeroſo iſto excremento gaudent. Renum autem operatio eſt ſecernere,& percolare ſeroſum excrementum à sãguine. Atque hic renum vſus eſt. Non ſolum autem renum,ſed & ſingularum partium operatio medico eſt inueſtiganda: quòd ex operatione labefactata cognoſcatur, quæ particula morbo ſit affecta:& ex modo ruinæ operationis,quantum ſit quæque affecta.

Quibus ex cauſis Calculi oriantur:& qua ratione Pueris in veſica, Adultis in renibus. frequentius oriri ſoleant. CAP. 2.

OMnis affectus,quo ren laborat,quanquam Nephritis dicitur, ſiue is ſimiliaris ſit, ſiue inſtrumentalis,ſiue communis: proprie tamen Lithiaſis,ideſt calculi morbus,Nephritis appellatur. Sunt autem lapidis huius quatuor cauſæ. Efficiẽs,materialis,inſtrumẽtalis,& finalis. Nec operoſum fuerit diſcere a rebus externis lapidis concretionem,aut à frigore,aut a calore fieri: velut in riuulis,& canalibus,cum caliditas,materia non expirante,& ventilata,exoritur, cum aqua in
B aliquo canali ſubſtat,calor quidam præter naturam accenditur, quo diſpergente id q̃ in aqua ſic cœnoſa partiũ erat tenuium,quod craſſarum eſt partium in terram dureſcit: manensque eo in loco ſubſtantiæ lapideæ,ex qua factus canalis eſt,adhæreſcit: & in lapidem ſic colligitur. Subnectã aliud de eadẽ re notũ exemplũ. In lebete generari lapides ſæpe compertum eſt,aquæ parte,quæ tenuis fuerat,diſſolutã,manente alia,quæ craſſa & terrena eſt: ea enim lebetis, vel alius æris cor pori affigitur,& lapideſcit. Verum in nobis lapidem frigus non parit: neque enim fieri poteſt, vt viuo corpori tantum frigus accidat,quo concreſcere valeat in homine lapis,quemadmodum fieri in externis videmus: quo fit,vt a calore lapis in homine generetur,eoq; vel vehementi, vel tepido. Nam ſi craſſa materia eſt,ſufficere poteſt tepida,& moderata caliditas,& quæ naturalis eſt, ad firmandam,& indurandam terræ modo craſſam hanc materiam: eſt enim craſſities ad generãdũ lapidem ſingulariter accommodata: Sin tenuior eſt,vehementiori tum plane indigebit caliditate,ſiue naturali,ſiue præter naturam, qua dureſcat in terram: ſiquidem calor tenues materiæ partes euaporare facit,atque ita,vbi valuerit, lapidem conformat, Ideoq; ſimpliciter à calore fit in nobis calculus. Materialis cauſa eſt craſſus,aut glutinoſus ſuccus, vel vtroque modo vitiatus.
C Inſtrumẽtalis cauſa eſt ren,aut veſica,vel pars alia quæ generãdo lapidi ſit opportuna. Finalem cauſam haud aliã dicas,quam lapidẽ ipſum. Sanguis qui in renes fertur, aut craſſior eſt,aut pituitoſior,aut magis ad bilem atram,aut rufam demutatus: ferturq; ad eos per venas & arterias, vel in cauitatem,vel ſubſtantiã: eò delatus,ſi quantitate,vel qualitate,vel conſiſtẽtia excedat,aſtringitur,detentusque concipit caliditatem præter naturam: hæc caliditas præter naturam amplius cum denſat,agglutinat,& aſſat,aſſatumq; ipſum in terram,& lapidem commutat. Qui itaque arbitrantur in renum concauitate lapides conſiſtere ſolum,cum per vrinæ meatus tranſeunt,dolere laborantes dicunt: Qui verò in ipſo renum corpore gigni lapides arbitrantur,quo modo & in arthriticis nodi gignuntur: non ſolũ cum pertranſeunt,ſed & quando generantur, & qñ renum concauitatem ſubeunt,dolere laborãtes aſſerunt. Sed fieri vtroque modo lapides poſſe nobis ſatis perſuaſum eſt,cũ ſuccus tenax, & craſſus tempore aliquo aſſatur in ijs atque exiccatur. Demõſtratum eſt enim in commẽtariis de facultatibus naturalibus,renem trahere ad ſe quicquid in uenis ſeroſi,& tenuis cũ ſanguine permiſtum reperiatur. Si qñ igitur meatus, qui in renis ventriculum illud tranſmittunt,latius aperiantur,craſſius una aliquid colatur: quo calefacto,& exiccato
D in renis cauitate,lapidoſam conſiſtentiam aſſequitur. Quamobrem ſi virtus ſegregatrix ipſius renis id omne in vrinis expulerit,arenoſum in ipſis ſedimentum proueniet. Si infarctum id & ſolutu difficile ſit,quod renis cauitas ſuſcepit, ad eũ aliud adhuc nõ abſimile ex caua vena immiſſum deinceps colligitur, & augeſcit (circũlinitur.n. ſemper quod affluit ei quod iam adeſt) itaque lapis non adeo contemnendæ magnitudinis exurgit. Quod certe vt facilius fiat, renum tẽperatura iuuare poteſt haud mediocriter,ſi calore naturali hæc ceu feruens, & acris fuerit. Atqui ſi foramen & meatus,qui ex vena caua in renem peruenit,fuerit rarefactus,& ſanguis humens, neque craſſus,neq; glutinoſus: tũ vrina fiet cruenta. Cũ itaq; ex ſola pituita tenaci, & craſſa poroſorum & lapidoſorum corporum,quæ in renibus coguntur, ſubſtantia coiuerit: color ineſſe ſolet, quẽ cineritium nominamus: non abſimilem lapidi,quem fieri in aquis ſponte natis,quæ ἀυτοφυεῖς, græcè dicuntur,videmus. Hæ nanque,ſi tepidiores ſint quam pro tẽperatione,tophos videntur producere: neque alii cauſæ acceptum feremus,quod pueris in veſica lapides generentur: ætate verò florentibus in renibus. Quippe cum actiones naturales in pueris ſint oẽs fortes,fuſa eſt in eis, & diſſoluta ſuccorum craſſities. Contrario modo ſe habẽt qui ætate proceſſerunt: nam actionibus in hiſce debilioribus coacta eſt craſſities ſuccorum, Apparet verò in externis id quoque,cum videlicet quæ craſſam naturam habent,per tenuia foramina traijcere inſtitutũ ſit: quæ nanque fuſa calore ſunt,& colliquata,trãſire ocyus videmus: quæ verò liquata non ſunt, traiectioni reſiſtere:

A.l.3.f.18. t.1.c.16.f. 360.e

harum materiarum exempla nobis sunt pix, resina, adeps, cera, & mel. Cum itaque in pueris cali B
dum innatum abundet, & fortes sint actiones crassitudo materiæ diluta in renes delabitur, indeque facilius in vesicam transit, non parum etiam adiuuante ad trãsitionis celeritatem ipso actionum robore: in vesica autem existente frigida (membranosa est enim paucique sanguinis, & ampla intus capacitate) rursus consistit, densaturque ad eam crassitudinem, quam paulo ante monstrauimus: consistentiæq; principium sumit, si diutius in vesica commoretur. Ipsa siquidem glutinosa credibilius est ab innato puerorum calore facilius subigi, atque ideo magis vniri, cõsistere, & condensari. Adijciamus si libet, puerilium vrinarum crassitudinis causam: quæ certe alia non est, q̃ puerorum voracitas, & mouendi excessus mox ab alimento assumpto, dum scilicet pueri ferociunt, & ludunt. In lactentibus autem ipsa etiam materia plurimum facit: in adultis enim qui caseo, & similium rerum esu delectabantur, lapides in vesica, & renibus fieri cognouimus. Idcirco lithiasis vesicæ, puerorum est morbus. Haud enim potest vesicæ collum tam angustum in maioribus corporibus esse, vt humorem crassum remoretur. Attamen ne putemus solum hoc sufficiens esse ad lapidis generationem, nisi calida intemperies eodem accedat: quæ calorem ignitũ habeat, non temperatum aut modicum. In puellis ceruix vesicæ dehiscit in membrum genitale, & breuis simul est, & lata, vt nullo labore crassa per eam ipsæ meiant, quæ in vrina ferũtur: quæ F
dum pueri retinent, quod sæpe fit, & propter longitudinem, & angustiam ceruicis vesicæ, materiam vesicæ æstuanti præbent ad calculi generationem.

Indicia quibus Calculi, & reliqui Renum affectus deprehenduntur. CAP. 3.

SIgnorum alia sunt, vt ita dicam, scientialia, alia artificialia, alia propria. Proprium signum est, quod certe, nulloque medio morbum ostendit, in renibus nempe lapidem: vt cum arenæ* in matula subsident, tunc planè ostenditur lapidem in renibus esse: signumque hoc constans & proprium. Quoniam verò affectus quidam complicantur, dicemus quoq; de signis communibus. Cum lotium quod excernitur, sanguinolentum est, signum id esse commune poterit, vel q; vasorum apertio sit, vel ruptio, vel erosio, vel imbecillitas, vel dilatatio, vel aliud quicquam eiusmodi. Quoniam ruptionem exquisiti, & confertim egesti sanguinis vacuatio sequitur. In apertione paulatim fertur, & sanguis tenuissimus emanans cruẽtam vrinam efficit. Si quocunque tẽpore & momẽto sanguis egeritur, imbecillitas vasorum est: Sin vnà cum sanguine, aliæ quoque crassitudines excernuntur, dilatatio. Sin sanguis sit aquosus, manifestum est certumq;, lapidem con G
sistere. Sin sanguis qui excernitur sit crassus, manifestum est ipsius crassitudinem violenta coactione in lapidem esse abituram: si (vt fit) in ea sanguinis vacuatione frigidam exhibeamus, vt vena atque arteria coarctetur, & conniueat, nec amplius sanguinem vllum in renes ingerat, qui cogi istic possit. Fit enim proculdubio in hisce sanandis error: nam venam coarctant frigida, vt alium sanguinem inferre non sinant, verum ea ratione fit, vt sanguis in renibus commoretur. Proinde si frigidam exhibeas, venam comprimes quidem, ne sanguis deteratur: sed qui renibus illatus iam est, mox indurabis. Ex stupore cruris, quod à rene secundum lumbum porrigitur, cognoscere poteris quis ren laboret: nam si dextrum crus stupor occupabit, dexter ren ægrotat: sin læuum, sinister. Est verò stupor, sentiendi & mouendi in particula difficultas: qui fit in crure, quia vena quæ ad inferiora demissa est, triplici ramo diuiditur, quorum vnus cum arterijs ad testiculos vadit, & vasa seminalia: alius renes ingreditur: tertius ad crura porrigitur. Cum igitur in renibus lapis generatur, vnà tum afficitur vena, quæ ad crura descendit: sunt enim ambæ ab vna sobole cauæ venæ, quam inferis partibus natura distribuit: igitur vena, quæ ad crura porrigitur, repletur: qua repleta, stringũtur neruus quãdoq; aut musculus: cũ stringitur neruus, animalẽ spiritũ ad crura nõ transmittit, vnde sensu crus priuatur, & ꝓuenit stupor. Porrò ex testiculo H
quoq; †secũdum lumbos} retracto, scire possumus renẽ esse affectum. Si nanq; dexter testiculus retrahatur, dextrum pati renem argumẽto est: si siniſter siniſtrum. Nam à iecore, & corde vena & arteria ad renes ꝓcedit, quæ in eorum cauitatẽ inseritur: vasa aũt seminalia ad testiculos ferũtur. Quãdo igitur lapis in renibus generatur, vena illa & arteria distenduntur, & seminalia vasa quæ ad testes pertingunt, atque ita per compassionẽ testes retrahuntur. Tradunt aliqui vehemẽtis doloris rõne vigilias vomitũ excitare: debet aut itaq; podagrici, lippiẽtes, & qui uehemẽti dolore, & vigilijs exercẽtur, uomere. Sed ea de causa hi non uomunt, immo ꝓpter posiurã renum: ij nanq; positi sunt secundũ spinã post intestina, & vẽtriculum: quapropter facta in renibus uiolẽta quadam distẽsione, per copulas affectio ad intestina, & uẽtriculũ digreditur, indeq; affectione ascendente, sequitur subuersio. Quoniam uerò cum lapis subest, quædam ueluti titillatio oritur, naturaq; ad eius quod molestat ad expulsionem stimulatur, ideo spiritus occurrunt: quibus irrũpẽtibus in fistulosam pudẽdorum partẽ, ipsam immaniter contẽdunt: nam in omni motione naturali sanguis & spiritus cõcurrũt, qui sunt naturæ uehicula. Cum uerò demonstratum sit, cor, iecur, & renes in cõcauitate nõ sentire; in superficie autem sentire (quoniam in superficie nerui

sen-

Al. 3. f. 18. t. 2. c. 7. fol. 361. b.

† In impressis est κατ' ἴξιν. i. secũdũ processionem, vel rectitudinem.

Aſentiẽtes feruntur,in concauitate verò nulli ſunt)quomodo hæc dolorẽ perſentiſcunt? An quia grauatur cauitas,ideo dolor exurgit? extẽditur nãq; membrana,quæ foris eſt,vndique, quod cauitas interna ſit repleta,& ſic extẽſa mẽbrana dolorẽ facit. In renum itaq; ſubſtãtia dolor itidẽ generatur, quãdo concauitas ex lapide grauata eſt,& circunstẽditur,ptofertq; cõſenſione dolorẽ in ſuperficiẽ:quippe quæ neruos ſentiẽtes habeat,& mẽbranam.In meatibus aũt vrinæ, vt q neruoſi ſint,& ſenſibiles,dolor fit ſæuiſſimus. Dolor p̃terea vehementiſſimus fit in renibus,propterea,q eorum cauernulæ non ſunt latæ,ſed anguſtæ,& renes ob firmitatẽ ſubſtantiæ non diducantur,vt veſica. Eadẽ cauſa,renũ lapides magna ex parte minores ſunt,æquales, & molliores, vtpote qui diuturni non ſint. Qui calculo laborant,his primo vrinæ ſunt aquoſæ: cum.n. ſit obſtructio,ceu per cribrum effluunt,poſt arenoſæ:demum calculi excernuntur, cũ dolor ceſſauerit. Sicut in mulieribus parientibus ad fœtus egreſſum partes dilatãtur:ita hic violẽtia,renũ ſubſatiſcit,& egreditur lapis:cum ad renum cauitatem ſubit in membrana,quæ iſthic ſubſtat, qm̃ facili ſenſu eſt,dolorẽ mouet vehemẽtem:& multo magis,cum meatus vrinæ ingreditur, p̃p anguſtiam,& ſenſum eorũ: quantiſper.n.in renum corpore ſiſtitur,nõ multũ ſolicitat,qm̃, vt diximus,eorũ ſubſtantia ſenſibilis non eſt.Sæpe nanq; præ magnitudine in collo veſicæ detenti lapides in extremum periculum doloris acumine patientes agunt, nec vrinas ſinunt excerni. Vidi ego quendam,cui per alias vias elapſus in virilium extremitate lapis hęſerat,minimumq; abfuit quin vrinæ difficultate,& dolore acutiſſimo homo interiret,niſi anguſto tandem forcipe eximere potuiſſemus,ſectionem per longum ſuperuenemoliti:nam vrinæ meatum,niſi vrgeat magna neceſſitas,incidere nõ oportet,ne fiat fiſtuloſa pars ea,& vrina profluat. Inuenias tñ,qui dolorẽ non habẽt,nec ſanguinem mingunt,quibus meatus in renibus congeſti non ſunt. At tenues arenulæ haud magno negocio quidẽ excernuntur.qđ qui faciũt,nec ægrotare ſe putant,qm̃ dolorẽ nullũ ſentiant. Verũ nihil eſt hac in re contemnendum, cum tẽpore omnia grauiora reddantur. Lapides & arenulæ colore differunt,tum ob caliditatem,tum ob materiam:nam vt quidq; illorũ longiore tẽpe retinetur,ita ruſum,flauum,rubeum,aut nigrum efficitur. Haud aliter, & à ſuccis fiunt lapides,& arenæ,colore vel ſandarachæ ſimili,vel nigro,vel pallido,vel alio aliquo colore pro ſuccorum varietate. Fiunt autem lapides in concauitate renum,in eorum ſubſtantia,& vbi cunq; fieri cõmode poſſunt,aut parui,aut maiuſculi:interdum pauciores,interdum plures. Differuntq;,magnitudine,figura,colore,aſperitate,& multitudine. Nigros ſiquidẽ inuenias,& ſubalbos,& pallidos. Ac rotũdi,lenes,& parui,facile excernũtur:maiores,vel figurati, & maxime oblongi,& aſperi,difficulter. Arenulæ verò prodeunt,& egeruntur dum fiunt lapides:cũ facti ſunt, haud fieri põt,vt efferantur,quia in lapidẽ ſunt coacti,niſi natura ipſa vltro cõterat, & excernat, vel ars per medicamẽtum tritoriũ naturæ auxiliata,conterat,& euacuet ipſas. Nemo verò ignorabit colicum,& renum affectum una plerũq; incidere. Deprehẽdũtur tamẽ propriis ſignis: nã aluus exonerata colicis medetur,nephriticos quoq; à principio mitigat. Et iã aliqui dederũt medicamẽtum quo aluus ſubducta eſt,& dolor ceſſauit primo,ſecũdo,& tertio die, quarto prodijt lapis. Cum aũt ſimul inciderint renum, & coli diſpoſitiones,mutuo particulas communicãt intenſione,& remiſſione:tenduntur enim ob continuitatẽ partes haud aliter, q̃ funiculus: & neq; ſuperne ructus ullus,neque infra flatus quiſpiam exit.

A.l.3.f.19. t.1.c.5.fol. 363.g

B

C

D

Calculi,& reliquorum renum affectuum curatio. CAP. 4

SI renum affectus ſubito inuadat,& qui laborat cibo nuper refectus ſit,cibiq́ adhuc ſint incocti ſicut ægrotus eos ingeſſit,aut ſemicocti, vel ſuccorum multitudine corpus grauatum habeat:oportet ante aliam curationem,vel potius mitigationem, niſi quicquam impedimẽto eſt, vomitum prouocare. Mox ſi in inteſtinis excremẽtorum ſuperfluitates fuerint,per idoneos clyſteres extrahere,modo nihil obſtet. Poſtea ſi totum corpus plenum fuerit, conſiderare quiſnam humor ſit, q ipſum repleuerit. Atq; ſi ſanguis is eſt,euacuationem inſtituere oportet, cum nihil impedit minorem tñ multo quàm plenitudo deſiderabat. Quidita? quoniam lapidem non planè ſtatim eximere poſſumus,potiſſimum cũ magnus eſt:ideoq; oportet pleniorem ſanguinis euacuationem cauere,propter conſumptionem, quæ tempore adhuc aliquo in corpore futura eſt: Si quatuor humores abundauerint,potius vena incidenda eſt ante purgationem,quam purgandum ante venæ ſectionẽ. Quoniam ſi per ſanguinis miſſionem corpus prius vacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum,venas & arterias,& inanes corporis regiones inuenit non oppletas:quo fit,vt abſque vllo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahendum ſuccos,facillimeq; fiat eorum euacuatio per uaſorum ſpatia, & fuſionem tenuitatem que ſuccorũ. Nam ſi vaſa ſanguine repleta ſint, & purgatiuum dederis:non poterit propter plenitudinem in corpus differri: vnde fit,vt ſubſtet,& nihil efficiat;aut ſi quicquam facit, male faciat. Ex medico quidẽ purgans medicamentum: Ex natura vero totum negocium pendet:hæc etenim à purgante medicamẽto excitata,facultatẽ ſegregatricẽ aduocat, qua ſegreget inutilia ab vtilibus: ac vti-

lia

lia quidē retentrix facultas detinet: inutilia verò expultrix facultas expellit. Non oportet autem E
ſimul venam ſecare, & purgare, verum prius ſanguinem detrahere, deinde virtutē pulchre refo-
cillare: qm̄ ipſa nos gubernat, & medicamentis auxiliatur: medicamenta enim per ſe ipſa nihil
efficiunt: ideoq; corroboranda virtus eſt, ut poſſit natura vti purgatiuis exhibitis ceu inſtrumen-
tis, atq; quod decens eſt, perficere. Huc præterea accedit, quòd vna cum ſanguine multum è vi-
tali ſpiritu excernitur: quo excreto refrigeſcit totum corpus, & opera naturalia deterius obeun-
tur. Ea propter uirtutem prius refocillare oportet, deinde medicamētum purgans exhibere. Sed
quia affectus renalis eſt, & materia, ex qua lapis generatur, craſſa, materiāq; craſſam ſurſum re-
uellere promptum non eſt, magis ad ipſius lationem ſpectātibus deorſum uacuare expeditum: ob id ſi ualida ſit virtus, venam quæ in poplite eſt, aperiemus, uel quæ ad malleolos: ſin imbecil-
lis, uenam quæ eſt in cubito. nam ſi virtute debili infra euacuabimus, retentrix facultas, quæ eſt
imbecillis, nō retinebit: ſed vniuerſa in præceps rapietur, & partem aſſiduo defluxu impetet, ſuc-
cis videlicet in locum imbecillē perpetuo procumbentibus. Quapp cū firma virtus eſt, cōuenit
ex vena, quæ in poplite eſt, ſanguinē mittere: cum debilis ea eſt, reuellere ad ſuperiora. Quā verò
ob rē? Ne materiæ plus in renes deriuetur. Hinc eſt, quòd cū cibaria, pituitā, & ſuccū vomitu eua
cuauimus, tranquillitas quædā fiat, & leuatio. Eijcitur nanq; cibus, & pituita, quæ ventriculū gra- F
uant: à ventriculo autem renes ſtringuntur, & vrinæ meatus, quo fit vt grauior ſit oblæſio. Sunt
itaq; primū iſta diluenda, q̄ ſtomachus excipiens ceu debilior diſtendebatur, & premebatur: qui
bus euacuatis leuatio ſequitur, nō dū tm̄ perfecta liberatio. Vacuamus ēt per clyſterem excremē
ta: ne colo, & reliquis inteſtinis conſtrictis atq; grauatis, vna quoq; ren laborās ſtringatur prema
turq;, atq; ſic amplius doleat. Qđ manifeſtū eſt, quia ſtercoris obſtructione renes plerunq; exa-
ſperari cōpertū ſit, enematis iniectione renalē dolorē eſſe mitigatū: vel qđ ab ea vacuatione ren
aliquis non ſit amplius cōpreſſus: vel q̄ ex ſtercore nulli poſtea flatus prodierint: qui in renes im-
pingētes, ipſos vt imbecilles cōprimūt, & extendūt. Sed neq; ſanguinē, neq; aliū ſuccū plus æquo
relinqui in corpore par eſt, ne multa hinc renis vaſa diſtenta plus doloris cōcitent. Quæcunque
enim, vel dolent, vel calent, vel extenduntur, per vehemētes, & acutos dolores, ad ſe materias ac
cerſunt. Proinde doloribus ſiue repente, ſiue pedetētim in renem incurſantibus ex cōmemoratis
iā cauſis, illico, niſi quid prohibeat, aluum decocto aliquo eluemus, caricarū, fœnigræci, ariſtolo
chiæ, & ſimiliū: ac, ſi vacuatum ſatis eſt, bene vertit: ſin minus, bis, ter, aut amplius vacuandū ene
mate eſt, ſed ex eorum decocto quæ conducibilia ſunt, & familiaria naturæ ægrotātis, ne angan
tur grauenturq; renes, & viæ vrinales. Poſteaquā autem aluus ſatis excreuit, injcienda ſunt, quæ G
vrinæ vias dilatare, renes laxare, calculum deprimere, & morſus mitigare queant: vtilis ad hæc
materia eſt oleum anethinum, in quo eliquatus ſit gallinaceus adeps quam recens: maximope-
re verò phaſiani adeps, vel butyrum recens, aut ſimilium aliquid. Quæ ſi in promptu non ſint, fę
nūgræcum, & altheæ, vel radicem, vel ſemen, aut ſimilium aliquid decoquentes oleo injciemus.
Nā hæc omnia vias dilatant, & lapides deprimunt, nec non doloris vehementiam mitigant. Sed
horum vſum frequentius aſſequitur is, qui exploratam hēt naturalium facultatum firmitatem:
immoderata nāq; emollitio, & laxatio virium robur exoluit: quod ſolatur, & perfecte curat vni
uerſum dolorem. Poſt vomitum autem, & enemata, conferet locum; qui affectus eſt, fomētis hu
mectantibus, & relaxantibus delinire, quātiſper lapis in rene hæret: vt interim tm̄ curemus, ne, vt
dictum iam eſt, ijs abutamur. Huc faciunt ēt cucurbitulæ, quæ ſæpe lapidem celeriter adeo tranſ-
ferunt, vt ſubitam eius mali leuationem poſſint cōparare, lapide nimirum in locum ampliorem
translato: quapropter ſupra è renibus initium faciendum eſt, procedendumq; ad inguina p̄ obli
quam ilium poſitionem, quo loco frequenter dolores incedunt: quod cū inſtitueris, nihil eſt uti-
lius q̄ partes eas in laborantibus prius calfacere, poſtea cucurbitulas admouere: alioqui lapis ſi
cubi maior fuerit inuentus, arctius figitur, cumq; violentius vrgeatur, nonnunquum periculum H
haud mediocre doloribus accerſit: quare fomētare iā nominatis inſeſſionibus proderit, ſi mali
cōicatio ad pudenda vſq; proceſſit, atque id, cū fœnogræco, althea, ſemine lini, anetho, gummi,
& ſimilibus, aqua diligenter incoctis, & dulci oleo infuſis. Conducet etiā emplaſtrum ex triticea
farina aut hordeacea, cū lini ſemine, & fœnogræco, & melle, & oleo anethino, gleucino: quæ cū
decoctione prædicta elixabimus, inſpergentes in ipſa cataplaſmatis ebullitione, radicem altheæ
pulcherrime tuſam, & cribro diſcretam, terebinthinamq; reſinā, cum deſinit feruere decoctum,
aliquibus adiectis ſeminibus, quæ flatus diſcutiunt, ſi quam ſubeſſe inflāmationē intellexerimus,
ut ſunt anethi, & apij ſemina, fœniculum, liguſticum, & alia id genus, pro laborantis tēperamen
to. Fiet aūt cataplaſma optimum ex lupini farina decocta cū muſto, ſi à decoctione peucedani
radicem minutiſſime lęuigatam admiſceamus, & chamæmelum. Bonum ēt fuerit panem muſto
incoquere, & cataplaſma inde lumbis imponere, & ilibus. Nec minus proderit veſicam, & partē
ſub vmbilico cataplaſmate confirmare, ita, ut crebra permutatione alia, atq; alia ſubinde admo-
ueamus, priuſquā refrigeratum ſit primum quodque. Sin illud non liceat, tepefactorio poſſumus
alio, ne refrigeſcat, qđ impoſitū eſt, fouere, qđ fiet ſi pro fomento cataplaſmati aquā calidam in

vaſe

A uase testaceo, vel æneo imponamus. Post alui verò & supra, & infra, sicut diximus, euacuationē, phlebotomiam, purgationes, fomenta, insessiones, si dolores adhuc persæuerent, vti lotionibus cō uenit dulcium aquarum. Aliqui. n. vel ante venæ sectionem, & reliquam curationem, balnea ad miserunt, ppter doloris immanitatem: Aliqui, si nihil esset, quod vrgeret, post sanguinis missionē, & curationem reliquā. Balnea sanè humectant, & calefaciunt è vestigio: calida siquidē aqua lenitionem affert, cum calefactione. In quam tñ qui frequentius se dimittit, inescarus lenimento doloris, quod lotio præstat, corporis vires exoluit: quarū est, quicquid corpus infestat, propulsare. Eam ob rem, cum cessauerit dolor, auferenda balnea sunt, & fomenta adhibenda: sed ex medicamentis, q̄ patientis naturæ sint accommodatissima. Cæterum si excessu doloris homo pericliteturˌ eōmodius erit stupefacientibus succurrere: nā aliter ea nunq̄ vsurpes, quippe cum dolorē nō sedēt, sed sua temperatura sensum auferant, ipsumq; fallant: quæ dispositio postea multam curam requirit. Quòd si spiritus aliquis crassus, qui vnà cum calculo morbum exasperet, suspectus nobis fuerit: prædictis fomentis, & cataplasmatis admiscebimus, quæ digerendæ inflāmationis natu
B rā hnt, sicut ruram, anethum, nigellā, & hoc genus alia diligenter attrita, post perfectam ebullitionē. Sed eadem ad fomenta, & enemata aquæ incoquimus absque contusione. Verum si omnibus his peractis adhuc lapides fixi permaneant, à multis cibis, atq; potionibus laborantem abstinebimus, & ijs, quæ ipsis naturæ sunt minus cōuenientia: ne venter repletus, grauatus, inflatusq; ciborū succorumve, aut flatuū copia, repletione hac renes premat, & violentia prosequatur. Sint verò quibus vtitur, oīa modica, & laborantis naturæ, tum qualitate, tum quātitate accommoda. Veruntamē si laborātis natura calidior esset, & sitis vehementior, vacuato prius toto corpore, & ab excrementis repurgato, si qui frigidam bibere essent cōsueti, & phlegmone nullum viscus laboraret, nec esset imbecille, frigidam sæpe copiosè exhibuimus. renibus ita corroboratis, e vestigio lapidē impactum expulerunt. In corporibus aūt plethoricis, id est quæ suecorum quatuor multitudine æqualiter redundant, exremētosis, & in quibus viscus aliquod debilitate affectum est, & ea sorte alijs, frigidæ potionem cauere conuenit. Cæterum si & post hæc oīa, q̄ diximus, lapis adhuc firmiter resistat, vtendū est medicaminibus q̄bus conteratur, quæ tepidam facultatem
C habeant. Nam calida vrinam prouocantia indurāt lapidem: quæ verò tepidam virtutem habēt, paulatim comminuunt lapidem, nec eum duriorem reddunt: eiusmodi sunt damasonium, petroselinum, polytrichon, & his similia. Sed forsan dubitaret aliquis, qūo lapidem possint cōminuere, quæ tepidam facultatem habēt. Cui nos respondemus: Lapis ille cum ab intemperie, & valido calore sit factus, ob id merito exhibemus, quæ virtutem tepidā obtineat, vt quæ contraria ijs sunt, a quibus lapis est effectus. Sic. n. multo tempore attenuamus, conterimus, & superamus ipsum. Quippe tepida, ceu minus calida, sunt valde calidis contraria. Diureticis ergo, & valde calidis vti non poteris, ne crassam materiā eo pacto indures, & in lapidem celerrime commutes. Cum verò lapis nondum constitit, neq; magnus est, sed tm̄ obstructio fit ab arenis, vel crassis, & tenacibus succis: tunc calida secure porrigas, & quæ obstructiones aperiant, haud veritus, vt lapidescat materia. Cum nanq; arenæ sint, quæ obstruunt, si porrigas, q̄ aperiant, & calida, qualia sunt medicamentum ex aniso, ex pipere, apium, phu, & similium aliquid, euacuabis & dissolues eas.

De ratione præcauendi ab affectibus renum. Cap. 5.

D AD prædicta verò breuiter deliberandum est, qūo quis se à lapide præseruet, ne qui iam curati sunt, eos noua lapidis generatio rursus perturbet. Q̄n autem eorum, qui calculo infestantur sanabiles sunt alij, alij minime. In præseruando maximi sunt momenti ciborum moderatio, & bonæ coctiones. Satietates enim & eruditates hunc morbum non exacerbant modo, sed etiam pariunt, vbi nullus erat. Quapropter nihil est feruens ingerendum, quod renes possit, & vesicam calefacere. Nec minus cauendum à cibis est, qui duram substantiam habent, & qui ægre diuidūtur: quique substantiam habent pleniorem, & qui multum nutriunt, tum qui celeriter in corpus distribuuntur ante perfectam concoctionem: item qui innatant, difficulterque descendunt, & inflant, ac vias oblimant, aut aliter corporibus adhærescunt pertinacius. Nam ventriculus talibus alimentis grauatus, cruda hæc ad iecur, & renes extrudit: incoctum autem alimentum à ventriculo confertim illuc expulsum praue excolatur, atq; cum tumultu semel atque iterū per renes trā-siens, in lapides concrescit ob renis diuturnam percussionem. Sed ad victus rationem trāseamus. Vinum itaque sit tenue admodum & album, non valde vetus: dulcia verò, & nigra vina calculosis sunt inepta. Aqua verò in vniuersa victus ratione sit purissima, & purgata: nam fluuiales, palustres, & oēs aquæ stagnantes, quæq; segniter fluunt, & commouentur, omnes generare lapidem possunt. Atque, vt paucis de omni victus ratione præcipiā, in frigidis, & carnosis, diæta sit, planè extenuans: in calidis, & gracilibus media sit inter extenuantia, & crassefacientia. Ab aliorum omnium saturitate cauere conuenit, & præcipue dulcium, & caseaceorum nutrimentorum, & crassorum, & tenacium, & pinguium. Cruditatemq; ideo aduersissimam esse putandū est: in quam si calculosorum aliquis incidat, somno diutius, aut quieti prorsus indulgeat: præcordiaque propriis manibus calfaciat, donec concocta rite omnia sint, & infra subsidant. Locis temperatis, & in

aere

aere puro fiant exercitia ab his,quib' liberũ tempus est.Iraſcanturinterdum. Deambulationes, & exercitia laborantis naturæ conueniant.est etenim desidia in primis noxia. Sit aluus soluta affi
due,modo ne inster aliud quippiam.cum nanque hæc probe excernit,vrinæ profluent libere.Vti
ctionibus si oportet uti,quando oportet vti, sint quæ contra locorum iniuriam queant corpus
communire; vt sunt rubrificationes,dropaces, & quæ ex sinapi fiunt. Aquarum etiam sponte
natarum usus prodest,cum nihil prohibet. Considerare etiã accurate debes de sanguine mit-
tendo, cum tempus adest,si corpus sanguine plenum uideatur. Exũdans enim nisi euacues,con-
fluet in partem imbecilliorem. Sed purgatione uti præstiterit in his qui malis succis sunt repleti:
nam eos,qui inordinate degunt,& succum crudum in superiori ventriculo multum colligunt, à
cœna frequenter uomere facito,nisi sit quãobrem prætermittant. Post prouidentiam, quæ toti
corpori adhibetur, offerre conuenit medicamenta,quæ renes purgent: sicut quæ obstructiones
aperiũt,quæ vrinas crassissimas,viscosas,fætidas, & multas, à venis,renibus,vrinæ meatibus,atq;
uesica educũt:quo numero sunt radicis cardui decoctum, & alia prædicta. Sæpe ẽt magno vsui
sunt,quæ vrinam mouent.Hæc vt oẽs homines communiter moneremus,non ut exquisitam di-
sciplinam traderemus, sunt à nobis exposita. Quamobrem tibi gratia est habenda, quoniam per
te sunt omnia tradita. Porrò constat ab vnicæ dispositionis indicatione parari perfectam, & ex-
quisitam curationem non posse: sed indigere nos alijs adhuc,quæ ab eo genere non sint aliena:
hinc est,ꝙ commonefacere de illis etiam aliquid operæpretium putemus. Variatur etiam medi-
catio pro diuersis causis,ætatibus, locis, anni tẽporibus, habitibusque, & dispositionibus,mori-
bus,& consuetudinibus,temperamentis, sensus facilitate,& difficultate,partium differentijs,po-
sitionibus,alijsq; id genus compluribus, quamobrem opus est optimum medicum diligenter id
nosse,quod secundum naturam est. Qui nanq; id,quod secundum naturam est,exquisite perspe-
xit,celerius cognoscit id,quod est præter naturam.Neq; enim prædictæ causæ solummodo me-
dicationem uariãt,sed proprij quoq; naturarũ modi,propter quos medicamenta, vel plurimum
probata sæpe nihil conducunt,atq; fallunt. quapropter obseruare conuenit. Et nisi curationi ob
temperẽt,uel ob naturæ proprietatem, uel affectus apparatum, uel aliud quippiam: his relictis,
ad alia,quæ utilia planè sunt,transire necessarium est. Id quod faciendum non tantum in medica
mentis est,sed & alijs omnibus,tum auxilijs,tum viuendi institutis. Verum memoratas hic pro-
prietates,aliaq; complura,quæ dicta non sunt,nõ omnes, qui ad medicinæ sacraria accesserunt:
(licet sint alioqui argutissimi) sed qui semper ægris assistent, & explorabunt naturæ motus,asse-
quentur.Proinde si ob latẽtem aliquem, & propriam causam, artificiali cuiusquam coniecturæ,
medicamenta non respondeant, oportebit propter urgentem vehemẽtiæ necessitatem, ad ea,q̃
ueteres obseruatione tradiderunt,& quæ à tota substantia operantur,descendere. Ea dico, quæ
experimento,& exercitatione irrationali sunt reperta: quod gen' sunt passer troglodytes,lepo-
rina pellis combusta,sanguis hircinus,& alia infinita tam simplicia, q̃ composita medicamenta.
Quorum multa abominanda sunt,quæ exercitatio irrationalis inuenit:uel natura uel forma qua
dam,uel obiter non data opera,uel imitatione,uel insomnio,uel oraculis,uel traditione, uel aliis
quibusdam,ex quibus empirice constat.Quę omnia cum ratione indiscussa nostro tempore sint,
nõ ponemus magnã in eis fiduciam,quia modum utilitatis illorum ignoramus.Quòd si aliquan-
do cogente aliqua necessitate adhibeamus,non debemus his abuti,ne,quemadmodũ absq; com
perta,& manifesta causa iuuarunt,ita vicissim offendãt.Qui nanq; uolet esse preclarus medicus,
& ratione quæque,nõ temere agere:circa qualitates effectrices,& operationes debet uersari,& in
eis fiduciam ponere:quippe qui sic methodo cõpertum habeat calidi,& frigidi,humidi, & sicci ef
fectus,item acerborum,austerorum,acidorum,dulcium, salsorum,amarorum, acrium, & omni
qualitate carentium.nec ignoret,quem effectum præstent quæ crassarum sunt partium, quæte-
nuium,quæ obstructiones aperiunt,quæ attrahunt,quæ emplastica sunt,& alia quoq; sigillatim.
Enimuero,ut plurimum ratio constat lapides conterẽtis materiæ, hac uti magis decens est,quã
quorum ratio cognita nõ est,ueluti damasonio,petroselino,polytricho,& similibus his uirtute,
quæ probatiora ẽt eo sunt,quòd tepida facultate constent. Verum si tandem casibus ita deplora-
tis,& hæc frustra admoueris,non absurdum erit nos Christianos(sic Deo rem committas)ad ma
xima nostra,& uere arcana cõfugere,quibus ego quidem,& credo & confiteor,non corporis so
lum affectus,& à quibus omnes medici desperarint, persanari, sed omnes etiam animi passiones
funditus extirpari.Reliquum sermonem ad te peculiariter,tanquam hypothesim conuertam.

B

F

G

A.l.3.f.18.
t.2.c.19.f.
361.h

H

De alimentis,quæ calculorum morbis conueniunt. CAP. 6.

CVm multa sint,quæ restaurare sanitatem pñt, mihi ab alimento necessario incipiendum vi-
detur:nam alijs auxilijs non semper utimur, sed alimento carere nullum animal planè põt,
siue ualeat,siue ægrotet. Quoniã uerò tutior est, & cõpendiosissima uia ad affectus leuationem
unica uictus ratio:quandoquidem aliorum medicamẽtorum abusus,& permutatio,sicut compe

ri,

A ri,multis ſæpe non leues morbos pepererunt:tu animæ meæ Sol,qui calidius es, & humidius tẽperamentum ſortitus,& ætatẽ puerilem,vĩesq; non ita robuſtas,habitum gracilem,& rarũ,& facilẽ inſuper ad percipienda incõmoda ſenſionem:Ob tẽperaturam,ætatem,habitũ,& raritatem, aſſumere debes eorũ qualitati ſimilia in nutrimẽtis ciborum,& potuũ,& quæ valeas cõcoquere: Ob debilitatẽ aũt virtutis pauca,& eo ſæpius;pauca quidẽ,debilitatis viriũ grã, nam onus ferenti cõueniat oportet:ſæpius verò,q̃a neceſſitas vrget. Athletæ enim,viatores,milites,& oẽs, q̃ valida exercitia obeũt,modo valeant inculpate,abſtinere à nullis debẽt,vel cibis,vel potibus, quę ad manum ſunt,vel q̃ occaſio præſtitit:q̃a vti ijs oportet,q̃ eſt neceſſitas elargita. Quibus non ſolũ viuere ita licet,ſed & his,qui negocijs vrbanis plurimum diſtrahuntur,†& patroni, aut vindices, ꝓpugnandis clientibus negocioſius degunt. { Tu verò,q̃ nunc tui iuris es,hyeme comedes plurima:plurima dico nõ ad tuas vires,ſed aliorum anni tẽporũ reſpectu.Quemadmodũ,& Hippocrates artis noſtræ princeps inquit,"Aeſtate,& autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime,uer ſecũdo loco eſt.Idẽ rurſus alibi ait,"Vẽtres hyeme,& vere calidiſſimi ſunt natura, & ſomni longiſſimi.In his itaq; tẽporibus alimẽta plura tribuenda ſunt:ſiquidem calor innatus multus B eſt,ideo pleniori alimento indigent.Indicio ſunt ætates,& athletæ.Bibes aũt aliorum anni tẽporum comparatione minimũ.debetq̃; potus eſſe albũ,& tenue vinum, quod admodum vetus nõ ſit.Sed & obſonia hoc tempore aſſa debẽt eſſe,vt plurimum.Vtendumq̃; oleribus, & leguminibus tum parciſſime eſt.Et hæc oĩa magna ex parte calida, & ſicca non ꝑ ꝑ temperiem ætatemq; tuam aſſumes,ſed ꝑ ꝑ intemperiem,quæ ex anni tempore frigida,& humida eſt.Poſt vbi ver aduenerit,potus vberior dilutiorq̃; parum conducet,& eſculenta molliora paucioraque. Quin & obſonia ex aſſis ad elixa cõmutabis,oleraq̃; nonnunq̃ aſſumes.Verum ad hæc ab illis nõ ſubito, ſed paulatim tibi tranſeundũ eſt,ne vniuerſa illa,& ſubita mutatio cõparet offenſam:ſicut traditũ ab Hippocrate eſt,"Plurimum atq; repente euacuare,vel replere,vel calfacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere,periculoſum,qm̃ omne nimium eſt naturę inimicũ:quod verò paulatim fit,tutum eſt,cum alias,tum verò,cum ab alio ad aliud tranſitur.Vberiorem verò, & aquoſiorem potum præcipio non plurimum,neq; aquoſiſſimũ. Plurimum.n.& aquoſiſſimũ æſtate bibitur,quod tempus hiemi planè contrarium eſt. Ver aũt ſicut medio loco eſt inter hæc C duo extrema,ita mediam quoq; rõnem viuendi requirit.Hæc aũt viuendi ratio tibi conducit nõ ob anni tempus ſolum,ſed ob tuam ẽt temperaturam atq; ætatem.Et hunc in modum,verno tẽpore te geres.Aliis aũt anni temporibus paulo diuerſius,non ꝑ ꝑ ætatem tuam, & temperaturã ſolum,ſed & anni temporum intemperiem.Sicut verò anni temporum differentiæ non eandem victus rationem demonſtrant,ita & corporis habitus.Carnoſos ſiquidem,& molles,frigidosq̃; & humidos,vt plurimum ſiccius alimentum confirmat:qui contrario modo ſe habẽt, cõtrariũ. Tibi itaque,quia medio es,& temperato habitu,maiori tempore victus ratio temperata conuenit.Quæ nanque ſecundum naturam ſunt,vt plurimum ſimilibus indigent: quæ præter naturã, contrarijs.Puerorum tẽperamentum calidum eſt,& humidũ,cum non poſſit auctio, & conformatio in alia tẽperatura fieri,q̃ puerili.Ob hoc igitur ſimilia te oportet,& multa nutrimẽta vſurpare,vt multa & varia cõcoquere aſſueſcas:quippe hac rõne natura ventrem, & iecur ampla,& capacia formabit,& alias vna oẽs partes.Quòd ſi quãdo tibi plus humiditatis, q̃ pro ſanitate conueniat,aderit, ſiccari tñ non vt alij debes,ꝓpterea,q̃ auctioni nihil æque aduerſetur, ac ſiccitas. Hac de cauſa vitanda tibi ſunt quæcũq; exiccant,calefaciũt,& extenuãt. Atq; hic modus eſt,quo D vitã inſtituas vt tua natura valeat inculpatius.Senes autem,ꝓpter membrorum quidem duritiẽ, frigidi ſunt,& ſicci: propter excrementa verò,frigidi,& humidi.Itaque ſi partium quidem ſolidarum frigiditate,contrariorum contraria poſtulabunt(nempe frigiditatis calefactionem) in cibarijs,poculentis,& reliqua viuendi ratione:euacuationẽ verò illis ipſis accommodam, propter eadem excrementa.In his paucum nutrimentum deſideratur,ob virtutis imbecillitatem , id quod eſt ab Hippoerate traditum: "Qui creſcunt plurimũ hñt innati calidi. plurimũ igitur egẽt alimẽto,alioqui corpus abſumitur.Senibus verò parũ innati caloris ineſt,paucis propterea fomẽtis in digent.Et rurſus:"Senes facillime ieiuniũ ferunt.Panes differunt materia,fermentatione, & rõne coquẽdi.Materiæ differẽtiæ ſunt quatuor:ac primus quidẽ σίλιγνίτης græce,id eſt ſiligineus,nominatur. ſecundus σεμιδαλίτης, latine ſimilagineus dicitur.tertius ἀυτόπυρος, quem συγκόμιστον quoque Græci nominauerint,quod ex farina vniuerſa cõportata,non diſcuſſis furfuribus, conſtet. quartus πιτυρίας, ac ſi furfuraceum diceres latine. Horum nos incommoda atque effectus edocebimus.Plurimi eſt alimenti ſiligineus,qui & diutiſſime in corpore moratur,& efficaciſſimus eſt, ſecundũ locum obtinet ſimilagineus,inferior his eſt ſyncomiſtos , ita vt haberi medius poſſit, omnibus infirmior eſt furfuraceus. Tibi vero vnicum mihi caput,cũ vales,cõmodiſſimus ſiligineus eſt:cum renum morbus infeſtat,quod nolim,dum laboras ab hoc abſtine:& ſi te moueat edendi deſiderium,furfuraceis vti medijsq̃; tuto poteris. Nam conducibilius tibi eſſe genus hoc põt,niſi prohibeat aliquid,quia pauci nutrimenti eſt,& in vẽtre facit excremẽta,quibus ad excretionem deſcendit expeditius: aſtringitq̃; non nihil ex furfuris natura, quamobrem ocyus deijcitur, inteſtinis

† καὶ τῷ καλου μένῳ περισατι κῷ βίῳ. Vid.cl. 2.39.h.1.Aph. 18.Ex.ord.6.e 1.Aph.15.Ex. ord.8.a

2.Aph.51.Ex. ord.19.e

1.Aph.14. Ex ord.7.a 1.Aph.13. Ex. ord.6.g

teſtinis ad expulſionem irritatis. Qñ in hoc affectu nihil perinde conducit,atq; ventrem ſemper E
lenem,& ſolubilem habere:cum enim probe is ſubducitur,vrinæ poſſunt puriores proferri. Pa-
nes reliqui,maximeque ſimilagineus,contrario modo aluum retinent,quia difficulter iecernun-
tur. Et hinc eſt,quod iecoris,& renũ obſtructiones pariant:tametſi alibiliores ſint,& magis corro
borent. E volucribus laudantur,quæ mediam quandam materiam præſtant extenuantiũ, & craſ
ſe facientium:vt ſunt perdices,attagenes, galli,gallinæ,columbæ,phaſiani,paſſeres,& ante alias,
quæ turritæ nominantur:hæ nanq; habent naturalem efficaciã. E terreſtribus optimi ſucci eſt ca
ro ſuilla,& hominibus maximopere familiaris,maximeque tum nutribilis,tum corroborãs: ſed
glutinoſum quiddam habet,& craſſum:ob id qui diutius ea victitãt,iecoris,& renum obſtructio
ne corripiuntur:coque longiori ab ea interuallo abſtinendum. Paruorũ autẽ porcellorũ carnib.
ſi parum,& aſſidue vtaris,nihil offendent. Ceruinam carnẽ vitabis,quippe,quæ dura ſit, cõcoctu
difficilis,& melancholica. Ouilla carne vtilius eſt ex interuallis vti,q̃ ex cremẽtoſa ſit,& mali ſuc,
ci. Agnorũ vero hędorumq; carnibus quoties libitũ fuerit,vteris. Ex aquatilibus animalibus,pi-
ſces qui ſaxatiles nominantur,erunt tibi comeſti vtiles:erunt ẽt gobij,muli,cartilagineorum ge-
nus,aliique qui generare bonũ ſucceũ poſſunt. Ad hæc marinorũ aliqui,& qui mollem teſtã hñt:
Aſtaci,paguri,cancri,carabi,& carabides,& quibus dura teſta eſt. De fructibus autem quid dicã?
neque enim nobis ceu alimentum idonei ſunt pleriq; ipſorũ:ſed ceu medicamenta, quæ ſtoma- F
chũ,& ventriculum corroborent,aſſumuntur:De cibariis hactenus. De potu autem dicẽdũ nũc
eſt,& vino potiſſimum:nam alii liquores vel ad nutritionem nihil conferũt, vel aduerſantur etiã
nutritioni plerũq;. Vinũ vero ſolum nutrit,quoniam plus habet ad noſtra corpora familiaritatis,
quam alii humores omnes,nam oleum,& mel hẽnt q̃dem,& ipſa aliquid conuenientiæ nobiſcũ
ſed non tantum,quantum vinum. Sunt tamen vini differentiæ quibus diſcernatur: inter quas pri-
ma eſt,quam color exhibet. Secundam præbet deguſtata qualitas: Tertia conſiſtentiæ debetur:i
Quarta in odore eſt:Quintam viribus metimur: De quibus omnibus ſingulatim differere ſuper-
uacuum erat:dicendumque eſt,quodnam tibi vinum peculiariter cõducat. Aliud etenim alii vi-
num confert,idemq; rurſus alii minus:Tibi vero conducit tenue,& albũ vinum, quodq; parum
aquæ ſuſtineat. Nam eiuſmodi vinum facile deſcendit,& ſuccos qui ſunt in nobis attenuat,& ex-
cernit per vrinas,virtutemq; corroborat. Alia vina tibi non conferunt,ſicut in alijs vtilia ſunt.

De aqua,exercitatione,& lotione. Cap. 7.

NOn videtur ab re,de aqua paucis hic ſermonem facere. Aqua tam ſanis, quam ægrotãtibus G
commune ſolatium eſt,& magnopere neceſſaria,quod mundanorum,& ſingularium ele-
mentorum hoc vnum ſit,ex quibus vniuerſis tota noſtri corporis conſtõ eſt conflata. Quãobrẽ
de ea fuero haud ocioſe dicturus. Aqua puriſſima tribus ſenſibus iudicatur,guſtu, viſu, olfactu:
Guſtu,ſi nullam plane qualitatem præ ſe ferat,ſed videatur ab omni qualitate immunis: Viſu, ſi
pura,ſyncera,& exquiſite clara. Olfactu ſi eorum nihil ineſt,quæ in aquis vitioſis eſſe olfactus te-
ſtatur;vt sũt aciditas,putredo,acredo,ſalſedo,aliquodve aliud vitium,quod nomine careat. Qua
tu autem commode quouis & tempore,& modo vti poſſis aqua,ſit puriſſima,defecata, leuis, &
fontana,cuius natura eſt frigida,quod ſi etiam cito a præcordiis deſcendit,potiorem non deſide-
rabis. Haud vero ſicut vino,cibis,exercitiis,vigiliis,& ſomno ſecundum ætatum,& temperatura
rum diuerſitatem aliis,atq; aliis vti commodum eſt: ſic etiam aqua non eadem ſemper vti eſt ex
vſu:Immo quam vtilem eſſe modo diximus,ea vti audacter poteris,& puer,& adoleſcens, & ſe-
nex,quacunque naturæ differentia ſis præditus. Quoniam vero aqua vna plus alia frigida reperi-
tur,hac de cauſa non omnibus prodeſt aquæ frigidæ potu indifferenter vti:verum ſupra modum
calidis,pinguibus, & carnoſis ſiue naturali habitu, ſiue acquiſito,& his qui ſe vehementer exer-
cent,quique conſueuerunt frigidam potare,innocua eſt ſi frigidam bibant. Quod ſi aliter aliqui ſe
habeant,minus bibant ex ea,q̃ vero iuuenili ſunt ætate,& in rebus ciuilibus verſantur negocioſi' H
q̃ ut exerceri ordinate,& victitare queant,fontanam ſument,relicta niuali aqua. Hæc namque ta
metſi iuuenilia corpora mox offendere non videtur,noxa videlicet,quæ paulatim increſcit, non
percepta:tempore tñ procedẽti,cũ ætas declinat,difficulter ſanabiles,aut incurabiles plane mor-
bos inducere nata eſt,in neruis,articulis,& viſceribus. Quam offenſionem pars aliqua corporis
percipit,quæcunque debiliſſima eſt natura. Quam ob rẽ vti debes fontana,& ea defæcata, de qua
plus aſſumas,quam de vino. Ac de aqua quidem breuibus hactenus. Tempus nũc eſt,vt de exer-
citationibus verba faciam. In quibus corpus contentioſius mouendum non eſt, donec videlicet
vires ſuccumbant;nec imperfecte exercitandum, vt membra perſpiratione non ſatis diſtrahan-
tur:ſed vt viribus cuiuſque proportione reſpondeat. Quippe vehementia relaxatione ad aliquid
eſt:quo fit vt dimotio eadem alij ſit exercitatio, alii minime. Vtile eſt igitur quemq; id exercita-
tionis genus eligere,cui eſt potiſſimum aſſuefactus;nec pugilũ,curſorũ,& luctatorũ exercitatio-
nẽ ſubire. Ab exercitatione verò tria in primis cõmoda prouenium:nam inſtrumentorũ duritiã,

dum

A dum inuicem conflictantur, innati caloris incrementũ, concitatioremq; ſpiritus motum efficit: Quæ tria uniuerſæ commoditates aliæ ſigillatim ſequunt: Inſtrumentorum nanque duritiam ſequitur firmitas, atque immunitas ab iniurijs, quæ undecunq; in corpore expectantur: Augmentum caloris ſequitur fortis alimenti diſtribuendi attractio, & promptior alteratio, & commodior nutritio, & excrementorum fuſio, per quam dura quidem membra molliuntur, humentia uerò extenuantur, & digeruntur, meatusq; totius corporis dilatantur, & pateſcunt: Ex ualido autem ſpiritus motu eoſdem meatus purgari neceſſe eſt, & euacuari ſuperflua excrementa. Cum verò nobis ab exercitatione commoditates tantæ accedant, commodum earum utendarum tempus inuenire difficile non eſt. Nam cum alimentorum diſtributionem adiuuẽt, nullam oportet multitudinem crudorum neq; ciborum, neque humorum, uel circa uentrem, uel meſaraicas, uel iecur, uel reliqua uaſa contineri, quia periculum eſſet, ne effunderentur ad omnes corporis partes, priuſquam concocta fierent nutritioni utilia. Et quia meatus expurgant, euacuantq; ſuperfluitates, melius eſt ante cibum eas inſtituere." Corpora enim nõ pura (inquit Hippocrates) quãto magis nutries, tanto magis lædes. Quare ex prædictis clarum eſt, hoc tempus exercitationibus admodum conuenire. Illud præcipue curandum in quocunq; exercitationis genere, ut fiat in loco ſalubri, & aere puro. Sed hæc de exercitationibus dicta ſufficiant. Crebris autem lotionibus utere temperatis, & breuibus, non propter ægritudinem, ſed quod ad auctionem tuam, nutritionem, conformationemq; faciant. Cui rei optimum erit tempus, cum nutrimentum heſternum perfecte concoctum eſt, & ſubſedit, aliaque iam nutrimenti neceſſitas impendet: item cum & in iecor, & in uenis celebrata concoctio fuerit. Id quod ſciet medicus, qui tibi aſſidet, & tui perpetuo curam gerit. Nempe uentris exquiſitã concoctionẽ ex deiectionibus: Iecoris & venoſi generis ex naturalibus urinis. Vnde conſtat tibi à cibo lauandum non eſſe, ne obſtructio circa iecur, & renes eueniat. Cauebis etiam vini aſſumptionem protinus à balneis, nam uino caput tentatur: ut conducibilius ſit primo temperatum aqua aſſumere. Igitur non frigidæ aquæ, non uini, non zythi, uel ſiceræ potus mox cũ laueris, damno carebit: quippe quæ, & ipſa uentriculum, iecur, & neruos offendant: ſi non temperie, contactu ſaltem. Profuerit inſuper tibi non ſtatim vbi à ſomno ſurrexeris lauare, ſed aliqua dimotione interpoſita: nonnunquam etiam mediocri exercitio. Nã exercitia moderata atque idonea, tuæ naturæ ſunt vtilia, quòd concoctionẽ, ſanguificationem, & nutritionẽ meliorem operentur: & ob id ad bonum habitum, ideſt eutrophiã, & ad viriũ robur, & ad perfectã tertiæ concoctionis actionem conferunt. Sed de his hæc quoq; ſufficiãt.

2. Aph. 10 Ex. ord. 12. c

B

C

Ordo vniuerſæ curationis ante traditæ. CAP. 8.

PRoinde ſi te calculorum paſſio repẽte inuaſerit, ſi cibum nuper aſſumpſerit, & nauſeam præſentiſcas: totum euomito, ſiue id naturaliter facias, ſiue arte adiutus, utrocunq; modo viſum tuo medico fuerit, poſtea ſomno te committes. Cumq; aliqua in aluo indurata iam excrementa hærere ſuſpicatus fueris, clyſtere hæc, niſi quid prohibeat, uacuentur. Quòd ſi dolor intolerabiliter affligit, in aquam calidam te dimitte. Veruntamen ne ipſa, ſicut paulo ante oſtendimus, abutare: nam calida perfuſio dolorem mitigat quidem, ſed uires etiam exoluit, quæ morbi cauſam, & quicquid in corpore inutile eſt, diſcutiunt. Poſt vomitus, & enemata, fomentis, & emplaſtris laborantem particulam delinias: atque id ex medicamentis, quæ naturæ ægrotantis conueniant. At ſi lapis defixus in rene ſubſiſteret, acetum, ſaccharum, acetum ſcilliticum, & quæ lapidem ſimpliciter conterunt, aſſumere oportet, ſicut eſt decoctum radicis graminis, damaſonij, adianti, polytrichi, & ſimilium. Quæ ſi inefficaces videantur, ijs quæ lapidem frangunt uti poteris, quales ſunt regalium aſparagorum radices, bdellium ex Arabia aduectum, ſemen althęe, milium ſolis, betonica, ſaxifragia, pulegium, capparis ægyptiæ radix, domeſticarum ficuum ſemina, & quæ iſtorum uiribus ſunt propinqua. Quòd ſi aliquo pacto ne hæc quidem proficiant, utendum putarim medicamentis, quæ lapidem potenter frangendi virtutem habeãt. Potenter verò diuidunt lapidem lapis Iudaicus (& ſi calculus in renibus fixus eſt maſculo: ſin in ueſica hæreat, & ob magnitudinem excerni haud poſſit, fœmineo lapide vtaris. Nam maſculus, lapidem qui in renibus eſt frangit: fœmineus, qui in veſica) vitrum "combuſtum, lapis cappadox, & paliuri ſemen. Hæc ſunt, quæ calculum uiolentius frangunt. Si verò craſſus ſuccus in corpore ſubeſt, & vrinarum craſſarum euacuatione ſit opus: craſſam vrinam agunt cardui radix, rubia, & ſimilia. Quòd ſi frequentes vrinas ducere opus fuerit, frequentes vrinas ducent acorus, paſtinaca, aſſarum, ammi, & ſimilia. Quòd ſi natura in deponenda urina pigra fuerit ipſam excitabunt, ſcordium, chamædaphne, bryoniæ cauliculi, & quæ uiribus ſunt ad hãc rem paribus. Quæ verò mouendæ urinæ naturam habent, ea periculoſius lapidem pellunt: temperatura nanque ſunt acri, & ob id calida, & ſicca, inſuperq; naturæ colligentis, & ſegregantis collectam ſeroſitatem. Sed quæ ignitas conſtitutiones in ſe non habẽt, rumpendo lapidi ſunt idonea, quia incidunt opportune, & minimam caliditatem obtinent. Caliditas autem exiccando porum colligit, non incidit, aut diuidit.

D

A. li 3. f. 18. t. 2. c. 19. f. 361. h

Quapropter

Quapropter quæ minus calida, cum hoc, quod incidendi facultatem habent, ſunt meliora. Quæ E
verò vrinam mouent, calida ſunt, & ſicca, atq; acria, quamobrem ſecernunt quidē ſeroſum ſanguinem: ſed quicquid in ſe craſſius ille habet, id cogunt, & compingūt. Propterea ijs, qui calculorum morbo ſunt affecti, apponi non debent. Hæc tamen, ſi ueluti ductoribus, & uectoribus ad locum affectum uſi quandoq; fuerimus, proderūt. Cæterum poſt lapidis excretionem, {medicamentti} vtendum eſt opportunis† {ad reficiendum, & colligēdum} quæ morſu, aſperitate, & feruore deſcēdens calculus exulcerauit: præſertim, ſi magnus atq; angulotus is fuit. Poſtea ubi corpus ex* colligentium {medicamētorum} beneficio, ſatis* collectum agnoueris, tum & foris, & intus præſeruantia admouebis. Sed ne in hoc rei ſummam eſſe putemus. Immo quantiſper ad prouidentiam hanc opera datur, tantiſper conferentibus tam cibis quàm potibus, & quæ concoquere ualeas, vtaris. Ex nutrimentis enim, & potibus, quæ naturæ tuæ conueniunt, balneisque, & exercitijs atque ſimilibus, virtutes ſingulariter corroborantur: ſicut inuicem, ex illorum contrarijs debilitantur, & deijciuntur. Hinc eſt, quòd propter virium erectionem, & uigorem, uſus ſimilium maxime deſideretur. Viribus etenim roboratis, & confirmatis, tantum momentum ad morbi generationem habere nihil poteſt, quin ab ijs illico profligetur. Quod adeo uerum eſt, ut nihil ſubeſſe in uniuerſo corpore inutile eædem patiantur. Hæc ſunt pauca, quæ non equidem F
in iuſtam hac de re inſtitutionem, ſed breuem ſubmonitionem ſedulo tuus miniſter tibi offero. Quod ad perfectam de his omnibus traditionem attinet, id nobis uetuſtiſſimi ſapientiæ profeſſores diligenter proſecuti exhibuerunt. Quod reſtat, medicus qui tibi à latere eſt, & curam tui perpetuò gerit, meus conſeruus, & hæc, & ueterum ſcripta, & tuæ naturæ conuenientia me magis, & aliis omnibus, quantum homini permiſſum eſt, proſpexit, ex ijs, quæ edoctus iam eſt, & ex naturæ tuæ exprompta cognitione perſpiciet. Ei te ergo ſolum committas, nam ita te ille (quod Deo teſte affirmare auſim) ſedulo curat, ut quiſquam alius curare omnino poſſit. Quando quidem is, cui natura hominis alicuius perſpecta ſic eſt, ut quid ſecundum naturam in ea ſit, exploratum habeat, expeditius aliis omnibus cognoſcat, quid præter naturam eidem acciderit. At quāquam animus erat diſceptationem logicam de paucis quibuſdam in medium afferre, id tamen reſeruandum in aliud tempus uidetur, nam in præſentia locum habere nō poſſunt. Cuiuſmodi eſt, quinam ab hoc affectu liberari poſſint, quī liberari non poſſint, & an lapis hic cauſa ſit, an morbus, an morbi ſymptoma. Et, ſi eſt cauſa, præincipiens ne ſit, antecedens, an coniuncta: Idq; ſimilariumne, an inſtrumentorum G
an utrorumq;. Iā ſi morbus eſt, an ſimilaris ſit, an inſtrum entalis, an cōmunis. Si ſymptoma, actione ſit læſa, an excernatur, quod retinendum erat, uel retineatur, qd excernēdum. An affectus ſit quidam, an utrūque illi ſic acciderit ut & cauſa ſit, & morbus, & ſymptoma.

† κατακρασι κοῖ.

D

H



GALENI IN HIPPOCRATEM
DE OFFICINA MEDICI
COMMENTARIVS PRIMVS.

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Communi vniuſcuiuſque artis dignotione conſtituta, docet, ex quibus conſtet: quibusq; munus eius Medicinæ compleatur, quæ manuum opera exercetur. Liber autem hic de ijs quæ in Medicatrina fiunt, aut Hippocratis, aut Theſſali eius filij, Galeno teſte eſt, ad memoriam magis, quàm ad editionem compoſitus.

DOpus hoc ad medicum pertinens inſcripſit [de officina medici]: ſatis autem fuerat [de iis, quæ in officina medici], ſicut nonnulli Dioclis, Philotimi, & Mantiæ opera inſcribunt. Nam, cum ſinguli horum de eadem re libros confecerint, legitur quidem in pleriſque inſcriptio ſine præpoſitione atque pronomine [officina medici]: in paucis autem præpoſitis illis [de iis, quæ in officina medici]. Sed eorum volumina præceptis plena ſunt. Hippocrates verò, ubi in ſuo libro earecenſuit, quæ medicinam manu curantem perficiunt, faſciandi rationem exequitur, cui voluit medicum primò aſſuefieri: quæ res in ligno, quod in hominis ſpeciem exculptum ſit, vel certè in puerili corpore fieri poteſt. Hæc liber ipſe, priuſquam ſingularum partium explicationem aggrederer, præfari me coegit: iam venio ad ea, quæ me impellit non li-

ber,ſed quicunque maiorum ſcripturam promptè immutat, ad quamcunque ſententiam uoluerit,ipſam traducens. Quidam igitur conati ſunt uetuſtiſſima uolumina inuenire, trecentos abhinc annos ſcripta,quæ †partim habent in chartis,partim in libris,partim in membranis,ſicut Pergami apud nos uidere licet. Conſtitui ego omnia æſtimare,quæ tradita à primis expoſitoribus fuerunt,ut de plurimis ac maximè fide dignis, germanam ſcripturam comperirem: quod mihi longè melius ceſſit,atque putaueram:nam omnibus ferè tum exemplis, tum expoſitorum cõmentarijs,animaduerti inter ſe conuenire,ita,ut admiratus fuarim audaciam eorum, qui uel nuper exponunt,uel ſuo iure omnia Hippocratis uolumina edunt, quemadmodum Dioſcorides, & Artemidorus,qui Capito cognominatus eſt,qui complura in uetuſtiſſimis ſcripturis innouarunt. Sed longius labi mihi videor explicando,ſi ſcripturæ cuiuslibet fecero mentionem: melius igitur duxi,antiquas ſolum adſcribere,paucis quibuſdam, quæ immutatæ paulum fuerunt, adiectis,de quibus præſertim conueniat inter eos,qui ante libros enodauerint.qui,cum quatuor ſint, duo,Zeuxis,& Heraclides omnia Hippocratis opera explicarunt:at non omnia,ſed obſcura tantum,Bacchius,& Aſclepiades. Ac de his quidem hactenus.quo tamẽ clarius exordium ſit,a principio repetentes breuiſſimè agemus,quaſi nihil præfati. Liber Hippocratis, qui [de officina medici] inſcribitur,primò totius artis commune proœmium habet,ut mox indicabo:atque ea de cauſa nonnulli ante omnes libros iure legendum eſſe exiſtimarunt, quippe,qui talem docendi viam polliceantur,qualem in ſuis libris,quos primas inſtitutiones appellant,recentiores aliqui tradiderunt.proximè à communi proœmio ſubijcit,quæ medicinalem artem nunc primum addiſcentibus vtiliſſima ſint,ex ijs,quę in officina medici fieri poſſunt.Quam rem ita eſſe liquidò conſtabit, ſi ad uerborum ipſorum enodationem animum adiunxeris.

† *Melius hũc in modũ, partim in continuatis, partim in diuerſis membranis ſicut.*

An ſimilia, an diſſimilia principio à maximis, à facillimis, à quibuſcunque, quomodocunque cognitis.

Siue quis bene ualere,ſiue bonam ualetudinem, ſiue aliud quid tale, medicinalis artis finem conſtituat,hunc ipſum propter ſe ſtudent,qui in hac arte verſantur.Neque ulli dubium eſt, quin contemplatio quædam ſit,cui operam dare oporteat eum,qui reſtituere uelit(vbi corrumpatur) naturalem noſtrum ſiue habitum,ſiue adminiſtrationem,ſeu ſtructuram,ſeu quod eſt aliud verbum,quo placeat nominare:at non propter ſe cætera omnia,quæ ad artem ſpectãt, addiſcimus, docemus,aut denique audimus,ſed quod ad finem ſingula eorum conducant. Quemadmodum in propoſito ſermone eam partem,quæ ad indicia pertinet(recentiores Græci σημειωτεκὴν dicunt) tractari neceſſe eſt,quibus rectè mederi propoſitum eſt,antequam eam,quæ curat,aggrediantur, vt quum ſimile quid nacti fuerint,morborum diſcrimina ad unguem in ægrotantibus teneant. Nihil autem in ſequentibus intererit,habitum noſtrorum corporum naturali adminiſtrationi cõtrarium,morbi uel affectus uocabulo nuncupare, ſicut Græci omnes conſueuerunt, interdum νόσημα,interdum πάθος, genus hoc uniuerſum appellantes.Nunc igitur docet, partis, quæ ad indicia ſpectat,maximè generale propoſitũ, quemadmodum ſit in parte,quæ medetur.nam ſicut in hac curationis cuiuſque commune conſilium eſt contrariis per contraria ſubuenire: ita in illa poſſe cognoſcere,quatenus ea,quæ in affecto corpore conſpiciũtur,bene admodum valentibus ſunt ſimilia.Quod Hippocrates ipſe in prognoſticis indicauit,cum inquit,"Maximè ad rem pertinet intueri,an ſibi quis ipſe aliqua ex parte ſimilis ſit].Idem in libro quoq; de articulis propoſuit, quum vitiatam corporis partem ad eam, quæ integra eſt,conferri iuſſit: ubi ſimiliter voluit non ſimpliciter comparari,ſed affecti hominis dextram partem cum ſiniſtra conferri,nihil alienis articulis,hoc eſt aliorum hominũ inſpectis.Quod etiam nunc faciendum duxit, cum ait[an ſimilia, an diſſimilia,principio à maximis,à facillimis]ac ſi ita dixiſſet,laborãtium corpora ab initio protinus inſpici debent,quatenus ſimilia ſint ſanis,quatenus diſſimilia.quam rem,quum agemus, ex ijs,quæ maximi momenti ſunt,& in quibus expedita admodum cognitio eſt, morborum notas intelligemus,quandoquidem nos ignorare non oportet, non eſſe alia maxima, alia facillima:ſed ijſdem ſignis contingere potentia maximis eſſe,& cognitu facillimis.huiuſmodi ſunt,quę in prognoſticis ſtatim à principio traduntur his verbis,"Nares acutæ,oculi concaui, collapſa tempora, & quæ ſequuntur].Namq; hæc maximi eſſe momenti in prænotione eorum,qui mediocriter in medicinali arte fuerint exercitati,nemo eſt,qui neſciat:eſſe verò cognitu facillima, omnes ſanè vel artis ẽt expertes intelligunt,quũ nullam corporis partem prius facie protinus videat,qui ad cubantem accedit.Ergo ipſe cubans,ſi cũ ſeipſo cõferatur(vt præcepit)certiorem quoq; notã exhibet.atque hac rõne ab ijs,q̃ facillima & maxima ſunt,initio ſumpto, iã poterit,qđ ad artẽ attinet æſtimari.Forte autẽ interdũ fiet,ut decipiatur quis in homine,qui natura habet nares acutas,oculos cõcauos,collapſa tẽpora:ſed,ſi laborantis corpus pleriſq; hominibus ſimile cõperiemus,nullo pernicioſo morbo,aut affectu, detineri hominẽ facile intelligemus, ubi, quod ab Hippocrate

9.Progn.5.42. 190.g.

2.Progn.6.42. 191.a

ſcribitur,

A ſcribitur,notabimus,ſi reliquæ totius corporis notæ ſalutem denuncient,confiſi etiam eſſe naturalem hominis faciem,vt rem magis perſpectam habeamus,de iis,qui ante ipſum nouerunt,percontabimur:qui vbi idem afferent,noſtram prænotionem confirmabunt.nõ perinde tã ſciemus ac ſi ipſi hominem nouiſſemus,atque adeo,ſi vſi familiariter eſſemus.eo enim quod bene valentem ſæpenumero viderimus,in ſignis, quæ in ipſo apparent,nunc, vbi aduerſa valetudo eſt,diſcriminis modum certius deprehendimus. Vt.n.audiuerimus,coniecerimusque hominem acutis naribus eſſe & concauis oculis,familiaris duntaxat modum intelligit, quæ res medico in primis neceſſaria eſt.non enim id ſolum nouiſſe operæpretium nobis eſt,quod corpus à naturali habitu receſſit,ſed quatenus nares acutiores ſint,oculi magis concaui,tempora collapſa, & alia ſingula,quæ deinceps exequitur:è quibus,quod ſimili maxime contrarium eſt,non ſimpliciter graue dixit,ſed grauiſſimum;eſt autem maxime contrarium, quod à naturali habitu diſtat longiſſimè.ergo quemadmodum,quod maxime contrarium eſt,non ſimpliciter graue,ſed grauiſſimum poſuit,ſic graue magis minusve dixit,quatenus plus minusve contrarium ſe oſtendit. Notæ igitur,,quæ in facie ſunt,nullo negocio percipiuntur,& plurimum ponderis habẽt,tum quas a prin
B cipio protinus recenſuit,tum quas de oculis ſubiicit.Complura autem ex ijs,quæ in prognoſtico rum libris tractauit,ſi mentem adhibeas,intelliges partim non maxima eſſe,partim nõ facillima, partim quibus vtrunque abeſt,vis.ſ.& facilitas,quæ in eorum librorum expoſitione latius perſequuti ſumus,perſequemur & nunc exempli cauſa nonnulla.Nam,quod æger ſupinus cubet brachiis cruribusque ſimiliter iacentibus,vt reſolutis,nõ modo ob grauem affectum euenire poteſt, ſed ob mollitiem quoque hominis,delitiasq; vltra modum.quare niſi mores ęgri cognitos habeamus,facile decipiemur. At fieri minimè poteſt,vt quos curamus,omnium nobis mores innoteſcant.quamobrem percontari hos oportet,præterquam in paucis.Comperimus quidem aliquãdo non magni momenti rem denunciari,vt in ijs,quæ ad cubandum pertinent:interdum maximi,vt in viro ornato,vbi trucem vultum habeat,vel flatum per ventrem reddat cum crepitu,dolorem,aut mentis alienationem ſignificat,ſi in eo ſit,quem id facere audiente aliquo puderet: ſed ſi nullam præſentium rationem haberet,nihil is prorſus oſtenderet. Quocirca hic ẽt nouiſſe hominis mores conuenit,non ſecus atque conſuetudinem in ventrem cubantium,eorumque naturam,qui per ſomnum dentibus ſtrident,vel quorum palpebræ non committuntur.namque hæc,
C vbi cubantis conſuetudinem,vel naturam medicus nouerit,aut ab altero quæſierit, qui eos cognoſcat,indiciF faciunt,idq; modò bouũ mõ malũ.In vrina verò nigra,nigro itẽ ſputo,tũ in atrabile,morbi initio apparentibus maxima vis ineſt,& expedita cognitio:ſicut è contrario in acutis morbis ſummam ſecuritatem pollicetur facile ſpirare,ſubſidere in vrina album leue & æquale . Hæc de ijs,quæ ad cognitionem pertinent,poſuiſſe volumus,vt ſint exempla eorum,quæ maximam vim habent,& cognitu facillima ſunt,tum quorumcunque,quomodocunque nobis innoteſcant,ſeu experimento ſeu ratione.quanquã non tantã vim habent,nec æque facile percipiuntur,niſi ægri vſus,natura,mores,vel ſciantur,vel quærantur. Deinceps mihi ſermo erit de ijs, quæ attinẽt ad chirurgiam.Vt autem res magis in aperto ſit,quoddam exemplum apponemus, quod adhibetur in libro de articulis inter initia protinus,vbi de prolapſo humero agitur.in quo,idem Sect.1.t.3.7. 251.g.
quod maximum eſt,nullo negotio comprehenditur.nam,ſi quod turgidum,rotundum, ac durũ in ala ſe oſtendat,id ibi eſſe nulla ratione poteſt,niſi humeri caput ſuo loco motum in alam exciderit.Sed ſinus in ea parte,quæ humeri iuncturæ ſuperiecta eſt,commune indicium eſt,humeri p
lapſi,& lati ſcapularum oſſis,quatenus ſummum a iugulo recedens,attollitur:atque idcirco deſc
mus affectam partem integræ comparare;quæ vbi non ſuæ naturæ deprehendatur,exiſtimare li-
D cebit humerum excidiſſe.In hoc igitur ſigno,non æque magna vis ineſt,& expedita cognitio, at que in tumore ſub ala.imbecillius adhuc eſt,quod ex motu colligitur, humerus enim ſurſum nõ porrigitur,& vbi huius partis muſculi atteruntur,tenduntur,inflammantur: & vbi aliquæ ipſorum fibræ altius abrumpuntur.Ego autem huiuſmodi caſum aliquando naćtus ſum.latum ſcapularum os ſummum ante a iugulo receſſit,deinde alterius brachij humerus loco ſuo motus eſt, quod accidit in palæſtra.intuitus autem medicus ſedem iuncturæ humeri ſuperiectam ab vtraq; parte æqualem,inconſiderate dixit eum ipſum locum plagam accepiſſe,& iure hominem dolere,iuncturam vero illæſam eſſe.quocirca præcepit,vt in balneum iret quam celerrime, & multo vſus oleo in ſolio moraretur:atque vbi exiret lana tincta in oleo, cui paulum ceræ adiectum eſſet,ictam partem obtegens,ſe contineret in lectulo,queſceretque.His factis,homo, quum totam noctem dolore vrgeretur,mane eundem medicum,& quoſdam alios accerſiuit ex ijs, quos non ratio,ſed ſola ſuſtinent experimenta.Qui pridie ob temeritatem deceptus, articulum bene ſe habere protulerat,vbi ad ægrotantem acceſſit,videns duos alios medicos ſe ignobiliores, vt qui paruipenderetur,iniquo animo tulit,id tamen diſſimulans promptius adhuc ob indignationem dixit,articulum nullo modo læſum eſſe,quum vtramque partem iuncturæ humeri ſuperiectã ſimilem inueniret,cumque inflammatio iam ictum humerum occuparet. Perfundens igitur hominem multa aqua calida,ſubinde oleum copioſè immiſcens, iuſſit, vt lana rurſus circunda-

tus eadem ratione conquiescere. At, quum per hæc nihil proficeretur, ego tertio die adhibeor: E
conspiciensq; partem iuncturæ super iectam magis cauam esse ab eo humero, qui dolore vacabat, quàm ab eo, qui dolebat, nimirum inflammatione aucta, hnmerum, qui integer videbatur, diligenter inspexi, visumq; est mihi ab ea parte summum lati ossis scapularum in superiorem partem recessisse. Hoc igitur adductus, & eo p̄ peridoneam curationem homo nihil leuaretur, sub inflammati humeri alam digitum demittens, ibi humeri caput inueni. quo tamen res certior esset, animaduerti alterius humeri alam, in qua, vbi nullum huiusmodi tumorem repperi, pronunciaui humerum quidem luxatum esse, medicos verò id latuisse, eo quòd ignorarent latum os scapularum in altero brachio summum à iugulo recessisse, cōpararentq; percussum locum ad illud, perinde, ac si in statu esset naturali. Nobis inquam discere licet ex homine percontantibus, num ab altero brachio, quà cum iugulo latum os scapularum iungitur, aliquando plagam acceperit, ille principio non habet, quod dicat: dein, quum sibi in mentem veniret, se quondam ex vehiculo decidentem percussum fuisse fatetur, sed paruo negocio liberatum lana oleo tincta tribus aut quatuor diebus super ictam partem imposita. Sed quorsum hæc? vt ostendam, quantum dignitate inter se distent indicia, per quæ innotescunt morbi manus curationem requirentes. Non posse enim affectum brachium sursum porrigi multis quoque alijs commune, quum & chordæ musculorum, qui ea parte sunt, & sæpenumero ipsi quoque musculi, vbi indurati, aut inflammati sunt F
tum contusi, aut altè abrupti, vel vbi aliquæ ipsorum fibræ perrumpuntur, sursum ferre brachiū non sustineant, neque solum sub hoc, sed sub omni etiam motu indolescant. Sinus verò ea parte, quæ iuncturę humeri superiecta est, & ipse communiter recedentis quoque ossis facit opinionē. At rotundus, durusque in ala præter naturam tumor abūdè humerum loco suo motum testatur. quare is minime decipietur, qui ei tantum confidet. quin, p̄ & ipsum cognitu facillimum est, solumque oportet tumorem contingere digitis in alam coniectis, quà humeri caput euidenter se ostendet. Sed musculorum affectus, sub quibus neque sursum porrigere humerum possunt, neque citra dolorem mouere, exercitatam rationem, summamque animaduersionem exigūt. Has igitur notas illis annumeramus, quæ plurimum valent, & facillime comprehenduntur, siue quis rationalem, siue in experimentis positam medicinam profiteatur. Empiricus enim inspiciens, quas συνδρομὰς appellat, quæ nihil aliud sunt, quàm concursus eorum, quæ morbis superueniunt, vbi sæpius eadem notauerit, æque omnium simul in tempore meminit: dein, quum ex hac obseruatione multorum concursuum vsum habet, tunc ex ijs, quæ morbis superueniunt, quænam in multis concursibus viderit, & quæ in vno duntaxat, dignoscit: atque hoc pacto communia intelligit, & propria, q̄ rem sequitur rursus notitia signorum, quatenus inter se viribus distent. nam, G
quod in multis, vel omnibus concursibus fuerit animaduersum, longe ijs cedit, quæ notantur in vno tantum: quod autem in paucis, minus vincitur, ac præcipue, quod in duobus· medicus autē, qui spectat experimenta communia, perinde ac propria intuetur, & in memoria habet. cum hęc, quæcunque sint, & quocunque modo cognoscantur, vnà cum proprijs venientia obseruauerit. Qui ratione nititur, multo magis celeriusque singulorum morborum indicia comperit, & vbi cō munia sint, & vbi propria, nec Empirici modo diu moratur, sed ne diem quidem aut horam. Cōcipiens enim humeri caput in alam excidisse, id simul intelligit, primo quidem quod tumor ea parte non naturalis apparebit: deinde quod sinus erit super humeri commissura, cum humeri caput, vt quod in alam venerit, inde absit, vbi esse consueuerat: tum quod ceruix lati scapularum ossis humero superimposita sursum porrigi brachium non ita sinet, & quod musculi admodum dolebunt, quum vehementer extendantur, vbi attollere humerum conentur, quodque non absimile tormentum sentient, cum ad latus tentant affectum membrum adducere. Atque ita quæcunque, & quomodocunque cognita, nec, quæ magnam vim habent solum, sed cætera etiam intelliget. quoniam hac vna via cuncta inueniuntur, quum altera in obscuro sint, quæ non sunt facillima, sed indicatione comprehenduntur. Humeri quidem caput in ala magnam vim habet, & H
nullo negocio cognoscitur: at musculorum affectus maiori egent cogitatione, sed & à tumore qui in ala conspicitur, vtroque viribus scilicet & facilitate superari, eadem contemplatione artificioso medico innotescunt. Merito igitur Hippocrates ante alia artis opera, id est ante prænotionem, & curationem, eam partem, quæ ad morborum iudicia pertinet (iuniores σημείωσιν nuncupant) intelligi ex similium ac dissimilium notatione voluit: merito etiam ex valentissimis, & cognitu facillimis: item tertio ex quibuscunque, cum his quomodocunque cognitis, dignitate verò & cognoscendi facilitate inferioribus. Hactenus itaque præfatus, à quibus vitia indicentur, nempe ab ijs, quæ recte habētibus similia sunt, aut dissimilia, deinceps cuiusmodi illa sint, ea nūc persequitur his verbis.

2 *Quæ & videre, contingere, atque audire licet.*

Quū voluerit eā medicinæ partem, quæ de morborū notis est, per ea exerceri, quæ in affecto corpore

A corpore ad exemplum ſanorum ſimilia ſunt,aut diſſimilia: item quędam maxima eſſe & facillima,quædam cum ipſis neceſſariò percipi: nunciam (quod ſupra commemoraui) quænam illa ſint, exequitur inquiens [quæ & videre, contingere, atque audire licet]. Videre quidem licet quæ conſpectui ſubijciuntur: contingere,quæ tactu:audire,quæ auribus comprehendi poſſunt. Ergo,quæ inter prognoſticorum initia de facie proponuntur.[Nares acutæ,oculi concaui, collapſa tempora]ſentiuntur viſu:tactu,frigidæ aures:tactu ſimul & viſu, cutis faciei dura,arida, atque extenta: quæ eodem libro ſequuntur,auditui ſubiecta ſunt,nempe ſternutamentum,tuſſis, crepitus, ſtrepitusq; hominis præter naturam loquentis, uel ꝙ mens non conſtet, vel ꝙ uox ſit ſtridula, rauca, aut huiuſmodi quopiam uitio affecta. In morbis autem,quæ manum poſtulant, oculis expoſita ſunt,quæ nigreſcunt,rubent,tum quæ quauis ratione ſuum colorem uariant aut retinent.adde exempli cauſa in humero, ꝙ ſinus in parte eius articulo ſuperiecta, & extremitas lati ſcapularum oſſis elata,uiſu percipitur,caput in ala contingitur,auribus accipitur ſtrepitus in corpore ægrotantis,quemadmodum ubi,thorace perforato,è plaga fertur ſpiritus cum ſono. 1.Prog:6.& 7. 4.194.a

5 B *Quæ item oculis,tactu,auribus,odoratu,mente ſentiuntur.*

Subiecit hic omnibus ſenſibus mentem,quam dixit γνώμην(græci communiter νοῦν & φρένα vocant,& λόγον, hoc eſt rationem)ſed quoniam & in uoce quædam ratio eſt,philoſophi illam dixerunt ἐνδιάθετον,hoc eſt interiorem,ut ab hac ipſam ſeiungerent. Comprehenditur interiori, quid cuique conſequens ſit,quidq; contrarium,ad hæc diuiſio, compoſitio,reſolutio,demonſtratio,& ſi quid eſt generis eiuſdem.Requiritur autem non immeritò, cur olfaciendi & guſtandi ſenſus ante ſeorſum mentionem non fecerit,quum dixit,[quæ & uidere,contingere,atque audire licet.]poſtea verò omnes quinque proponens, mentem quoque adiunxerit. Multi ſanè dixerunt nonnulla abſurda,& quæ ſcribi non merentur:alii verò probabilia,ac memoratu digna. hinc autem ordiuntur.Hippocratem dicunt præcepiſſe,ut ex eorum,quæ ſub ſenſus cadunt,ſimilitudine ac diſſimilitudine,morborum notas intelligeremus.Proprie autem ſub ſenſus cadere uolunt ea, quæ,ut cõprehendantur, non aliam potentiam requirunt, ſed una ſenſuum comprehenſio ſufficit:ſub ſenſus cadere ſimiliter, ſed non proprie,quæ pluribus ſenſibus ſimul, & tum memoria tũ
C ratione,quam uocant componentem,& colligentem,accipiuntur.Colorem verò ex eorum numero eſſe exiſtimant,quæ proprie ſub ſenſus cadunt, itidem ſuccũ, vaporem, uocem, præterea duritiem,mollitudinem,calorem,frigus,& uno nomine qualitatem omnem,quæ tactu comprehenditur:at mali,mali punici, piri, aut cuiuſuis alterius rei totam naturam ſenſu minime percipi,ſed (vt Plato dixit)opinione cum ſenſu rationis experte,omniaq; eſſe opinabilia arbitrantur:& propterea quoſdam ſæpius in ipſorũ cognitione decipi, cum uel colorem tantum, uel figuram, uel vtrunque naturali non abſimilem intuentur.mala enim,mala punica,pira, vuam,nucem iuglandem,& plura alia ex ijs,quæ edendo ſunt,ubi ex cera componuntur, priuſquam uel ad nares admouentur,uel guſtentur,tanganturque,è veris abhorrentia non uideri:eum verò falli non poſſe, qui ipſorum uſum ſingulis ſenſibus æſtimet:omnibus autem rem diſcutere ſine memoria & enumeratione non licere,& hanc non ad ſenſum aut memoriam pertinere,ſed ad mentem.nominãt autem enumerationem,non ſolum συναρίθμησιν,ſed etiam συγκεφαλαίωσιν.Hippocratem ergo,quum inquit[quæ & uidere,contingere,aut audire licet]volunt eorum,qnæ ſenſibus ſubijciuntur,meminiſſe,ut exemplum aliquod in medium afferret:atque ubi ab ijs,quæ ſenſibus ſimpliciter,& proprie ſubiecta ſunt,ad totam naturam tranſiit,iure tunc ſenſus omnes,& mẽtem quoque commemoraſſe,ita,ut uniuerſa oratio ſit huiuſmodi. Aggredi medicus debet ad vitiorum notas,orſus à
D ſimilium ac diſſimilium inſpectione,interdum ſolam qualitatem,interdũ tota conferẽs corpora. quæ quidem expoſitio ratione non caret.Eſt & altera hunc in modum,Hippocratem, quum inquit[quæ & videre,contingere, atque audire licet] de medico loquutum eſſe: quòd verò addit [quæ item oculis,tactu,auribus,odoratu,guſtatu, mente ſentiuntur] ad ægrotantem ipſum referri,ita,ut medicus non modo indicia colligat ex iis,quæ ipſemet, ſed ex iis, quæ æger videt, tangit,olfacit,guſtu,tum ex eius mente,quatenus labat,aut conſiſtit.quòd autem medico ad cognitionem expediat nouiſſe,mẽte ne homo labatur,an ſui compos ſit, in aperto eſt.Placet aliis, quod ſcribitur[quæ item oculis,tactu,auribus,odoratu, guſtatu] ad ægrotantem,quod adiungitur[mente]ad medicum pertinere.ſi quidem ex iis,quæ cubans videt,audit,contingit, guſtat, medici mens aliquid ratiocinatur. coniicit enim de laborantis guſtatu aliquid ad ipſum pertinens,non ſecus ac de morbo.nam,ſi guſtanti amara omnia uideantur,quemadmodum iis,quos morbus regius male habet, redundat in lingua bilis: ſi ſalſa, pituita ſalſa:ſi acida,acida ſimiliter pituita plurima in ea eſt. ſicque hominem dicunt qualitatem ſui ſudoris interdum in os deſtillantis percipere. Hoc pacto enodantibus aduerſari uidetur, quòd olfactum medici præterierit, quamuis eo ſæpius vtatur, cum indicia ex deiectione, urina, ſputo, vlceribus, ſpiritu ægrotantis,collecta, olfactu à medico æſtimentur. Porrò autem à ratione non abhorret, fuiſſe

huncà librario præte rmissum,sicut alia multa in plurimis Hippocratis aliorumq; voluminibus, E
partim omissa inueniuntur,partim euidenter deprauata. Nec abfuerunt,qui locum hunc ita explanarent,non idem scilicet significari his verbis / quæ videre,cõtingere,& audire licet / atque illis / oculis,auditu, tactu sentiuntur. / potest enim videre quis,contingere,aut audire,nullo modo re comprehensa: sentire verò sine comprehensione non põt. Refertur huiusmodi explicatio verbi / sentire / ad Semium Stoicum,cui propterea subscripsit Iphicianus Quinti discipulus,qui Stoicam philosophiam sequutus est. Quod censent igitur huiusmodi est. Priora verba solummodò in rerum genere,ex quibus notæ sumuntur,accipi debẽt:sequentia in eodem ad vnguem habito atque comprehenso,quasi ita scripserit. Colligendæ notæ sunt ab ijs,quæ in corpore ægrotantis suæ naturæ similia & dissimilia se ostendunt. Sunt autem hæc ea, quæ subiecta sunt sensibus, atq; ex ijs ipsis,non quæ non bene videntur,aut audiuntur,vel quouis denique sensu non bene sentiuntur,sed quæ singulorum sensuum comprehensione & mente percipiũtur. abusum verò Hippocratem dicunt vocabulo / sentiuntur / de mente verba facientem: Ita vt in prioribus verbis sensum vnum, vel alterum prætermiserit, vniuersum enim eorum genus sub exemplo demõstrauit: in sequentibus omnium meminerit,& mentem adiecerit, magis exquisitam firmioremque enunciationem reddens. nam commune est omnibus comprehensi obiecti speciem imprimere. Sed,quum,quod polliciti sumus,præstiterimus,referentes,quæ nonnulli probabilia attulerunt, F
ne videretur Hippocrates eadem sæpius repetere,proximum est,vt ad ea,quæ sequuntur,veniamus: tu verò superiores sententias scrutatus optimam eligas. Vsurpat autem γνώμης vocábulum more priscorum,quod idem significat, atque mens,siue intelligentia. quã rem, & si possem multorum testimonio confirmare,pauculos tamen adducam,qui mentem γνώμην dixerunt. Critias igitur in primo aphorismo hæc scribit / Nec quæ reliquo corpore sentit,nec, quæ mente intelligit. / & iterum / Intelligunt homines mente an sanus aliquis sit. / Et in primo libro,qui de colloquijs inscribitur / Si ipse excitatus ita fuisses,vt mente valeres,non sic ab ipso tibi iniuria fieret, & in eodem sæpenumero,& in secundo colloquiorum,γνώμης sæpius mentionem fecit,sensibus ipsam in diuisione opponens. Adhæc Antipho in primo de veritate / Qui hæc intelligit, nec oculis longitudinem comprehendit: nec qui longitudinem intelligit,sine mente eam intelligit. / præterea / Omnes enim homines,tam in secunda,quàm in aduersa valetudine,atque in alijs omnibus mente vtuntur. Et Plato,sicut prius sæpe,ita in quinto de rep. / Huiusmodi igitur,cogitationem,vt cognoscentis mentem,ita opinantis opinionẽ rectè dicere possumus. / Et Lysias in Polyuchum / Ille enim,in omnibus rebus,quas sua vsus mente,pro nostro populo gessit, multorũ bonorũ in nostra ciuitate causa fuisse videbitur,& multa hostibus attulisse incommoda. / Aeschines item Socratis in Miltiade,& Hyperides in Dioclem,& alij rhetores,medici,atque poetę,quorum omnium meminisse superuacuum est,eodem modo id vocabulum vsurparunt. G

4 *Quæ item omnibus, quibus cognoscimus intelligi possunt.*

Iure etiam hic quæritur, quas præter sensum, & mentem,natura nobis potentias dederit ad percipiendum obiecta exteriora. Adiungit enim / quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt / perinde quasi non enumerauerit omnes. Explicabo igitur, quamobrem hæc adscribi ab ipso existimem, illud præfatus, quod & sequentibus necessarium est,& memoriæ proditum fuit à multis veterum: quibus placet ex opinionibus,quas videntur sectarum auctores inuenisse,nullam esse nouam,sed,quæ priori sæculo tradita fuerunt,vnà cum aliorum mente interiisse. Si quis in opinione ad res ipsas animum aduertat,neque Pyrrhonis sectam,neque Academicam,Stoicam,Peripateticam,nec quamuis aliam, post Hippocratem sumpsisse initium iudicabit,quum ipsi Pyrrhonei ad vetustissimos auctores suam referant sectam. Quocirca verisimile est,vel adeò non verisimile, sed necessarium Hippocratis sæculo de naturalibus iudicandi potentijs disceptatum esse, & quosdam nullam talem posuisse,quemadmodum postea Pyrrhonei: quosdam sensum duntaxat: alios nihil huic tribuentes, id verum putasse, quod vulgatum est / Mens videt, mens audit, cætera surda sunt & cæca: / alios vtramque dedisse iudicandi potentiam,sensum in ijs, quæ sensibus subijciuntur,mentem in ijs, quæ comprehenduntur intelligentia: quosdam alias animi nostri potentias concepisse. Itaque Hippocrates,vt eorum vitaret importunitatem,generatim duarum potentiarum meminit,sensus & mentis quas solas in nobis(vt scitis) vbique docui cognoscendi ac iudicandi vim habere: propter cauillatores autem orationi adiecit / quæitem omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt. / Iam verò aliqui censent aliam esse naturam intelligentiæ,aliam mentis, aliam illius rationis, quam ἐνδιάθετον vocant, atque harum plures adhuc potentias introducunt. Nos autem in libris, qui de communi ratione sunt,tres hominibus in vniuersum inesse potentias demonstrauimus,quibus ad artes constituendas,librosque conficiendos vtuntur, sensum, mentem,memoriam. atque in memoria quidem hærere seruarique quicquid sensu ac mente conciperetur, quum singularum rerum naturam nõ inueniat,

A inueniat,ſed eorum,quæ inuenta ſunt receptaculum quoddam ſit:ad ea verò, quæ inquiruntur inuenienda,iudicandaq; naturam nobis mentem dediſſe ac ſenſum.Sed,vbi de his verba fiant,de mus,ſi qui ita ſentiant,aliam vim eſſe intelligentiæ,rationis aliam:rurſusque,ſi velint,aliam mentis,aliam conſilij,quum aduerſus eos id nobis ſufficiat, quod omnes homines euidenter cognoſcunt malum,meſpilum,vuam,& alios fructus,ſiue vna animi potẽtia,ſiue altera,ſiue tertia, ſiue pluribus comprehendantur. Omnes autem homines æquè ſibi perſuaſum habent ſenſum, mẽtem,memoriam,& voluntatem eſſe.quæ Aſclepiades,quaſi nulla ſint,præter alia multa conatus eſt funditus euellere.His igitur propoſitis ſatis planam eſſe cauſam exiſtimo, cur ijs, quæ poſtremo perfectè docuerat, adiunxerit/ quæ item omnibus,quibus cognoſcimus,intelligi poſſunt./ Inire medicus debet artis opera,initio ab affectuum cognitione accepto, comparans ea, quæ in ægrotante apparent,ad ea,quæ in ſanis conſpiciuntur,intuitus,quæ ſimilia, quæ item diſſimilia, & hæc,atque alia omnia ſenſu ac mente comprehendere: tum,ſi qua ſit præter has potentia, quæ communiter poſſit ſecundum naturam de omnibus iudicare, hac etiam perinde, atque illis de inuentis iudicare, ſicut etiam cognoſcere omnes homines poſſunt, quemadmodum nos in medicinæ operibus, principio habentes pro materia, quæ ſenſu comprehenſibilia ſunt, his verbis/
B quæ contingere atque audire licet:/ potentiam vero hæc iudicantem duplicem, ſenſum ſcilicet, & mentem,quam oſtendit,cum inquit/ quæ item auribus, odoratu, guſtu ſentiuntur./ vtrique autem euidenter memoria ſubſeruit. ſiquis aliam quamuis potentiam introduxerit,nihil pugnabimus, modo ſubiectæ materiæ vtilis videatur His enim verbis/ quæ item omnibus, quibus cognoſcimus,intelligi poſſunt/ & mentem complectitur,& permittit,vt ſi quis aliam iudicandi potentiam eſſe arbitretur,illam quoque nobis declaret. Hactenus igitur, quæ in hoc libro tradita ſunt ab Hippocrate,communiter ad vniuerſam medicinæ artem pertinent,atque idcirco ea eſſe procœmium totius artis propoſui. Proxime autem tranſit ad medicinæ partem, quæ manu medetur,& ex ijs, quæ huius partis ſunt, ad ea,quæ in officina medici diſcere poſſunt,aut tractare, qui in arte primùm exercentur. Nemo autem exiſtimet expoſitionem me longiorem præter meum morem feciſſe. ſiquidem, quæ totius artis communia ſunt, pluribus verbis explicari debent,quàm quæ propriè ad ſingula pertinent, vt quum maxime,vbi quis in aliquo opere ipſa pertractet, nunquam aliàs commemoranda: id quod ego conſtitui in horum librorum Hippocratis expoſitione, vbi de mente ac ſenſu omnia perſequutus, eorum, quæ proximè retuli nullam,amplius faciam mentionem. Quin hæc dixi paucioribus fortaſſe, quàm res petebat,quia,
C quum proponere poſſem agitatam de numero potentiarum animi controuerſiam,ac de ea pronunciare, magis operæpretium duxi,eum,qui harum abſolutam notitiam requirit,ad librum de communi ratione reijcere. Aliud etiam vertitur in dubium,vbi præcipit,vt ab inſpectione illius, quod ſimile eſt,& diſſimile,inchoemus, propterea, quod non ita diſtincte omnibus notum ſit, quo ſimile,& idem,inter ſe diſtent. quod ipſum de induſtria omiſi alibi explicatum. Attinent ad eandem contemplationem & alia multa,quæ ſimiliter præterij:& hoc,vtrum,qui medicinam in vſu poſitam profitentur,eorundem vel ſimilium obſeruatione vtantur. ex ijs enim quidam ſimilia cenſent animaduertenda,alij cautiores ea,quæ ſuæ ſectæ vniuerſæ conſentanea ſunt, tenentes, omnia eadem obſeruari volunt, ſeu ad morbos ſignificandos, ſeu ad prognoſtica, ſeu ad curationem pertineant: & Dionem phreneticum eundem eſſe, atque Theonem phreneticum, quatenus ambo febricitantium inſania opprimuntur. alij neque ſimile vno modo vſurpari dicunt atque intelligi,ſed duobus,vno quidem ſimile ſignificat, quod nulla conditione differt, vt Caſtor, & Pollux: altero non huiuſmodi,ſed id, in quo maius & minus conſpicitur. Quin & apud vetuſtiſſimos medicos ac philoſophos, quorum ſcripta adhuc extant,videre licet, ſimile ita vſurpatum,vt qui confusè ipſo citra omnem diſtinctionem vtantur, & modo eandem for-
D mam habentia nulla ratione diſtantia ſimilia dicant,vt dextrum oculum & ſiniſtrum,quũ vterq; in eodem homine conſideratur:modo,vbi vnus glaucus,cæſius alter eſt,aut niger, vel quatenus oculi ſunt in diuerſis quoque hominibus,ſimiles vocent.Magis tamen conſuetum eſt apud ipſos glaucum glauco,& cæſium cæſio,non ſecus ac naſum aduncum adunco,ſimum ſimo,rectum recto,ſimilem appellare.

5 *Quæ autem ad Chirurgiam,in Officina medici.*

Huiuſmodi breuitate conſtat eos de induſtria vti,qui uolunt obſcurè quid enunciare. nam, vbi interdum vno nomine aut verbo adiecto,interdum altero,aut ſummum tertio, lucida reddi oratio poterat,cur neget quis,eius auctorem operam dediſſe obſcuritati? Equidem verborũ formam adiungam,qua quis claram feciſſet orationem:ea eſt.Medicinalis ars vniuerſa in affectuum cognitione ad ea commune conſilium dirigit, quæ ſanis ſimilia ſunt, aut diſſimilia, ex illis, quæ mente ac ſenſu apertè comprehenduntur, inueniens, atque dijudicans,è quibus, quæ chirurgi tantummodo ſunt,exequatur,atque ex his ipſis, quæ in officina medici oſtendi addiſcen-

tibus,aut præstari ægrotantibus possunt.Sic igitur diceret,qui clarè loqui vellet.Officinam medi E
ci κατ' ἰητρεῖον appellat,cuius nonnulli postremam syllabam per η scribunt:quo modo si scribatur,
significabit,in arte medicinali,non in loco,quem ἰατρεῖον appellamus,quasi ita dixerit:Quæ in me
dicinali arte eius partis sunt,quæ manu curat,talia sunt. In sequentibus autem patet eum,qui li-
brum composuit,seu Hippocratem ipsum,seu Thessalum eius filium,non explicasse omnia chi-
rurgi munera, sed neque omnia, quæ in medici officina aguntur, sed ex his ipsis, quæcun-
que addiscere debent,qui primas institutiones aggrediuntur. Quin & inde originem traxit in
scriptio libri,quam postea sequuti sunt Diocles,Philotimus,& Mantias. Satius autem fuit sic in-
scribi,περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον,hoc est,de ijs quæ in officina medici fiunt.Miror autem Asclepiadem,qui
κατ' ἰητρεῖον scripturam seruans,putauerit significare artem medicinalem, quam κατ' ἰητρίην signifi-
cat,at non κατ' ἰητρεῖον:sic,vt ἰατρεῖον pro officina accipiatur,ἰατρὶη ad morbos curandos pertineat.
Sed huiusmodi contemplationes attinent ad nomina,quibus parum insistere debent, qui in rerũ
veritatem incumbunt.Ea verò,quæ proposita sunt,proximis verbis docere incipit.

6 *Aegrotans, agens, ministri, machinamenta,lumen.Vbi,quomodo,quot,quibus,quomodo,quan-* F
do,corpus,instrumenta,tempus,modus,locus.

Omnia hic percurrit à quibus,per quæ,quibus cum,& circa quæ chirurgia exerceatur:deinde
narrat quale esse prædictorum vnumquodque debeat,& quomodo,aut quo tempore adhibe-
ri.Ex his pleraque in aperto sunt,sicut ægrotans,agens,ministri,machinamenta, lumen:sed & in
sequentibus ab ipso quoque auctore exponuntur,quum referat, quomodo æger se medico exhi
beat,qua ratione medicus agere circa ipsum debeat,& assistentes subseruire . Non secus etiam
quęcunque de machinamentis,& lumine,nouisse nobis necessarium est,in sequentibus persequi
tur.Post hæc vberius de faciendi ratione pertractat,non quò multa verba faciat, in toto enim li-
bro studet breuitati:sed quod nihil,quod vtile sit,voluerit præterire. Ergo quæcũque propositis
verbis continentur,præterquam[ægrotans,agens,ministri,machinamenta,lumen]examinanda
sunt. Atque ante omnia[vbi]quod primò propositum est,ὅκου dixit,cuius dictionis posteriorem
syllabam Iones per κ,nos per π scribimus.hac significat locum,in quo quis situs est.quocirca non
absurdè dicet aliquis ad omnia, quæ dicta sunt, eam referri . Siquidem ægrotanti idoneus locus G
opus est:vocantur autem ægrotantia, quibus manus curatio adhibetur. ijs non minus idoneum
locum requirunt,medicus & instrumenta.ex luminibus verò quod artificiosum est,licet,ubi vo-
lumus,collocare.Quod deinceps adiungitur[quomodo]ὅκως dixit,nos per π scribimus ὅπως. no-
tat autem non modò apud nos,sed apud Iones quoque rerum quæ traduntur,ueluti qualitatem.
eos enim qui artem addiscunt;non solum scire locum conuenit,vbi æger iacens,aut sedens, ma-
nu curandus est,sed quomodo figurandus,quomodo item,qui agit,& qui agenti subseruiunt.Ma
chinamenta item non solum debent loco idoneo collocari, sed in ordinem quoque disponi. sin-
gula enim & medico & eius ministro sic erunt maximè ad manum.Videtur autem hic omisisse in
strumenta,ut quæ intelligi ex machinamentis possint:sed quamobrem inordinatè eorum memi-
nit,mox considerabimus.nunc autem explanare conuenit,quæ proxime subijciuntur [quot,qui
bus,quomodo]. Singula hęc ad ea referuntur,quæ superius dicta sunt, quæ ad chirurgiam præ-
parata scire debent addiscentes, quot sint,& quibus ex ipsis,quomodo utendum: sic,vt particula
[quomodo]quum paulo superius particulæ[vbi]subijciebatur, situm:nunc vtendi rationem si-
gnificet.Ibi ergo ponitur [quomodo]iuxta aduerbium loci [vbi]: hic autem iuxta relatiuum ad
exponendum,quibus instrumentis,machinamentisque agendum sit.Quod adijcit [quando] oc- H
casionem apertè demonstrat,per quam uti singulis conueniat. Quæ subijciuntur his verbis [cor-
pus,instrumenta,tempus, modus, locus] non immeritò requiritur,quid sibi uelint.nam,quum
[ægrotans]dixit,ægrotantis corporis[similiter] verbo[quãdo]temporis,uerbo[quomodo]mo-
di; verbo[vbi] loci uim'notauit.cur igitur hæc repetit,& turbato ordine instrumenta inserit,cum
proximè à machinamentis ordine poni magis potuissent? quanquam,& si nullus eorum memi-
nisset,intelligi ex machinamentis poterant. Sed his occurrere possumus affirmantes, instrumen
ta nũc intelligi scalpellum,terebram,hamum,scalprum,laminam membranæ custodem,& quæ
similia sunt,quæ possumus etiam ex machinamentis comprehendere,quum sint eiusdem gene-
ris . Huiusmodi instrumenta,quia proprie parata sunt curationis gratia,idcirco ἄρμενα nuncu-
pauit. quod vocabulum in opere de ratione uictus in morbis acutis, quà de balneo, vsurpa-
uit,quum inquit[quippe in paucis domibus, uel instrumenta (quæ ἄρμενα dixit,) vel ministri
inueniuntur]. scaphia igitur, rotas, peluim, labra, & quæcunque accommodantur ægro
tantibus,sub eo nomine comprehendisse credibile est . Restat adhuc absurdum in reliquis ,
quorum vnà fit mentio cum instrumentis . Fortasse autem corpus nunc dixit affectam par-
tem:

A tem:tempus verò id,quod ipſi adiungitur.nam , vbi manus curatio admouetur,ſcire conuenit, quam diu inceperit affectus,qui curandus eſt. Ipſe enim cauit, ne tertio aut quarto die membra extenderentur,aut articuli reponerentur.Poteſt item [tempus] nunc dixiſſe, dum manu curatio fit.quandoquidem conari in quibuſdam debemus manu quam celerrime vti,quum periculũ maximum ex frigore iam ſequatur,ſicut in ijs,qui ſuuntur:celerrimè enim intolerabili dolore p̃henduntur,qui manu curantur:in alijs autem,vt ſuffuſionibus longiori tempore agenda res eſt, quum demiſſa acus diu contineri ea parte debeat,qua non fluere,ſed vehemẽter inſidere ſuffuſionem volumus. At modus vitiorum originem nunc ſignificare poteſt,quum ipſe cenſeat cognoſcẽdũ eſſe medico,quomodo os fractum eſt,aut ſuo loco motum,ſicut ipſe etiam in libro de vulneribus capitis indicauit,quibus modis illata plaga fuerit,vbi ait [Vulneratur autem caluariæ os tot modis].& rurſus [ſuntque vniuſcuiuſque modi ſpecies fracturæ plures.] addit præterea [collidi etiam os poteſt,quamuis in ſuo ſtatu ſeruetur,& colliſo rima non accedat, atque hic eſt ſecũdus modus].tum alium adiiciens inquit [tertius hic modus eſt].& rurſus [quartus hic modus]. Illud inſuper a ratione videtur alienum,quod locum iterum adſcribat,quum ſupra dixerit [vbi] quo aduerbio locus ſignificatur. Quare non nulli eam dictionem aliter expoſuerunt, ſimulque
B ſcripturam immutarunt,ſic,vt pro [locus] iterum [vbi] legatur.hæc tamen ſcriptura libri expoſitores non latet,quam non ignorant plurimi eorum,quos experimenta ſuſtinent.Sed,vt res magis perſpicua ſit,eam repetam,habet autem ſic [Aegrotans,agens,miniſtri,machinamenta,lumẽ vbi,quomodo,quot,quibus,quomodo,quando,corpus,inſtrumenta,tẽpus,modus,locus]. Volunt igitur,quando inquit primum [vbi] id ſimpliciter intelligendum,quum liceat id verbum referre ad ægrotantis corpus & inſtrumenta,vocarique hic inſtrumenta credunt ea, quæ ſupra machinamenta dixerat:at quum ſecundo repetit] vbi [definiſſe laborantis corpus, & inſtrumenta idoneo loco collocanda.Sed,ſi prior ſcriptura,& ſuperior expoſitio maneat, locus in fine totius orationis affectam corporis partem ſignificabit. Conſueuerunt enim medici tam locos dicere, quam corporis partes:& à quibuſdam confecta ſunt integra volumina de locis affectis. Hactenus percurſa ſunt ſola capita rerum,quæ tractari debent:docere vero proximis verbis ingreditur. quapropter ad ea adiungendum animum exiſtimo.nam,ſi quid eorum non recte intelligatur, in arte exercenda detrimento erit:ex iis,quæ adhuc propoſita ſunt,ſi quid non bene acceptum fuerit,non admodum officiet.

Non longe à principio.

7 *Agens,ſiue ſedeat,ſiue ſtet,commode,tum ſui habita ratione,tum illius,qui curatur,ac luminis.*
C

Antea expoſui illa ab Hippocrate recenſeri,à quibus,per quæ,quibuſcum,circa quę chirurgia exerceatur.[A quibus ergo] intelligere debemus medicum & miniſtros:[per quæ] inſtrumenta:[quibuſcum] lumen & locum:[circa quæ] corpus totum laborantis,& vitiatam partem: q̃ & propoſitis verbis & ſequentibus ſingula exequitur,qualia eſſe oporteat,non tamen eo ordine, quo enumerauerat.quandoquidem orſus fuerat ab ægrotante , quod ab antiquis omnibus fieri ſolet,atque,vbi velis,ſexcenta legas exempla apud omnes.quod autem pertinet ad hunc locum, ſatis erit,quod à Poeta ſecundo Iliados in enumeratione profertur.

Dic mihi Muſa,virum quis maximus eſt vel equorum,
Atridas pariter qui ſunt in bella ſequuti?

Primo enim propoſuit viros,deinde equos,non tamen primo de viris reſpondit,ſed inquit,

Prima Pheretiadæ debetur gloria equarum,
Quas auium in morem celeres Eumelus agebat
Aequales ætate,pares tergoque piloque.
Monte in Pierio,quas enutrirat Apollo.
D Inſignes ambæ,& Martis terrore carentes.
Maximus at longe fuit Aiax ille virorum.
Indignatus adhuc,dum nulla ſubibat Achilles
Prælia,nam pugnans omnes virtute præibat. Alibi rurſus,cum dixiſſet,
Triſtis erat gemitus torno & iactantia vultu.

Subiecit prius ſatisfaciens illi,quod ſecundo loco propoſitum fuerat.

Cædentum,& dura miſeri,qui morte peribant.

In ſeptimo autem Iliados volens quaſi de induſtria indicare,non eſſe habendam huiuſmodi ordinis rationem,quum perpetua quinque tradidiſſet,primum de ſecundo tractauit, tum de quinto, poſt hæc de quarto,deinde de tertio.qui locus ab his verſibus incipit:

Bęotii hic,Iones,prolixa veſte decori
Et Locrii & Phthii,& qui reſplendebat Epeus.

Hæc de ordine orationis nunc ſemel dixiſſe ſufficiat, ne quis alibi de huiuſmodi re cupiat audire . Quæ igitur ad agentem attinent,id eſt ad chirurgum,clara ſunt omnibus,qui ad ea volent

animum

animum aduertere. Oſtendit enim agentem, ſiue ſedeat, ſiue ſtet, dum manum adhibet, commodè figurandum eſſe, tum quod ad ſe ipſum pertinet, tum quod ad ægrotantem, & lumen. Quod conſilium quum perpetuum ſtatuerit in ſingulis, quæ dicta ſunt, commodam deinceps collocandi rationem demonſtrat, orſus à lumine, quod poſtremum poſitum fuerat. E

8 Luminis quidem duæ ſpecies, vnà communis, altera artificioſa. Communis non eſt in noſtra poteſtate: Quæ arte comparatur, ſita eſt in nobis.

Speciem dixit εἶδος, quod vocabulũ nũc ſemel intelligens vbiq; in memoria habeto. Maiores enim græcè ſoliti ſunt appellare, & διαφορὰς, & εἴδη, & τρόπους, partes, quæ generi ſubijciuntur. Dixit igitur nunc Hippocrates, luminis eſſe duas ſpecies, quaſi differẽtias duas & modos dixerit. Eſt autem cõmune lumen, quo oẽs homines vtuntur, ſub dio potiſſimũ, deinde in ampliſſimis ædibus, q̃bus patẽtiores fores ſunt, ac luminis plenæ, quales nũc habitãt in multis ciuitatibus, q̃ medicina lem artẽ exercẽt, quas, à medico ducto vocabulo, medicinas appellãt: artificioſum lumen maximè fit, vbi lucernas, faces, lampadas, aut tale q̃d accendimus, deinde, quum totas feneſtras, aut earũ partẽ patefacimus, ſeu alias claudimus, alias aperimus. q̃d æquè in foribus accipiendum eſt. F

9 Quarum vtriuſque duplex vſus lumine aduerſo, aut auerſo.

Duplicem proponit vſum vtriuſque ſpeciei luminis, & cõmunis, & eius quod arte comparatur, aduerſi ſcilicet, aut auerſi. aduerſum nominans πρὸς αὐγήν, vbi ſcilicet id, quod à chirurgo curatur, aut inſpicit, ad lumen ſpectat: auerſum verò ὑπ' αὐγήν, vbi à lumine paulũ declinat, q̃d in ſuffuſione fit, & vno nomine in oĩbus vitijs oculorũ, quorum affectus neq; benè cognoſci, nec curari queunt, vbi homo ex aduerſo luminis collocetur, atque idcirco fugiendum eſt aduerſum lumen: auerſum aũt ita, ſi oportet, vt is, cuius oculi à chirurgo tractãtur, vel à lumine auertatur, vel ad ipſum ſpectet obliquus. Loquor aũt nunc de ipſis oculis, non de palpebris, ſiquidem hæ tractari poſſunt, & ſi homo aduerſo lumine collocetur, ſicuti quando aquoſa veſica extrahitur, vel pili laqueo excipiuntur, aut ſutura palpebris injicitur, aut deniq; vbi medicus diductis palpebris nõ eget. Igitur, ſi lippiens aliquis vehemẽter exulceretur, vel id morbi experiatur, ſub quo figura in oculo ſit acino ſimilis, auerti ex toto à lumine debet per omne tempus, niſi quando medicus oculis remedia adhibet, cũ eorum pars, quæ læſa eſt, ſine lumine ſubijci curãtis conſpectui nõ poſſit. id quod ẽt accidet, ſi in oculo excidere vnguem velit, ſuffuſionem deducere, vel manu tale quid præſtare. ſed obliquus ad lumen ſpectare debet, cui manus injicitur, ita, vt nec lumen pupillam feriat, nec medicus prohibeatur arte, hoc eſt aſpectu earum partium, quibus medetur. Græce autẽ apertè dicetur, qui auerſus à lumine eſt, non πρὸς αὐγήν, non ὑπ' αὐγήν, ſed potius ἀπὸ τῆς αὐγῆς, aut λοξὸς πρὸς αὐγήν: Hippocrates tamen vſurpare ὑπ' αὐγῆς maluit, quam ἀπ' αὐγῆς. G

10 Auerſo quidem luminis exiguus vſus, & euidens moderatio.

Hoc ſupra demonſtratum eſt, nulla enim pars exceptis oculis in eiuſmodi lumine manus curationẽ deſiderat, ſed quoniam (ſicut diximus) nullo pacto admoueri manus poteſt, vbi æger ex toto auerſus eſt à lumine, præcipit, vt inter aduerſum lumen, & auerſum figuretur. at nõ propterea æquè ĩ oĩbus morbis à lumine auertẽdus eſt, ſed quatenus res ipſa cogit. nã, ſi exulceratio eſt, aut pus ſubeſt, aut in oculo figura ſimilis acino ſit, aut ingens inflammatio, ſeu acris materiæ curſus oculum exercet, lumen vel modicum infeſtiſſimũ eſt, ſic, vt momento materiæ curſum excitet, & dolorem moueat: leuiorem offenſam ſub lumine ſentiunt, quibus curatur ſuffuſio, vnguis, vel tuberculum in angulo, quod parũ palpebras diduci patitur. Iam verò qua moderatione auertendus homo ſit à lumine, facilè comperies, ſi in hæc duo incumbas, vt & chirurgus id, quod agit, in oculo apertè videat, & ægrotans non magnopere affligatur, quòd ſi vtrumque contrarie figurari hominem hortetur, ei, quod magis vrget, inſiſtito: ſi neutrum ſuperare iudicaueris, hominẽ prorſus medium collocato inter lumen aduerſum, atque auerſum. Nos ſanè tibi viam indicauimus: hac vſus inuenies, qua moderatione æger à lumine ſit auertendus. Hippocrates verò ita loquitur, exiſtimans omnibus euidentem futuram, ſi qui inuenire ipſam ſtudeant. non enim rudes docuit, quemadmodum nos nunc, ſed admodum in diſciplinis aſſuefactos, ſic, vt ex eorum, quæ ſupra oſtenſa ſunt, conſequutione, talia per ſe nullo negocio aſſequantur. H

11 Quod verò ad aduerſum attinet, ex luminibus, quæ dantur, conferunt q̃, conuerti ad illuſtriſſimum oportet, cui manus adhibetur.

Vt plane conſpicari chirurgus poſſit, quicquid in corpore ægrotantis molitur, in omni

corporis

A corporis parte, oculis exceptis, eligere locum debet maximè lucidum. Est autem maximè lucidus sub dio in Sole, vbi nihil officit eius luci, sed talis locus interdum nullus est in ædibus ægrotãtis: sæpius est quidem, collocare tamen ibi hominem non expedit, hyeme propter frigus, æstate propter ardorem. vtriusque enim sua noxa est. adde, quòd cauere perflatum oportet, cuius causa sæpe non modò idoneo aeri hominem non committimus, sed cauemus, ne prope portas & fenestras ducatur, si vehementior perflatus accedat. Vitamus autem vt quùm maximè perflatum, vbi veremur, ne quid neruosum patiatur, sicuti rursus Solem in ijs, quæ putrescunt, vt potè quibus periculum subest, ne sanguis erumpat. Rectè igitur adiecit, / ex luminibus, quæ dantur, conferuntque, / non enim simpliciter ex luminibus, quæ dantur, eligendum est maximè lucidum: sed intueri etiam oportet, an illustrissimum sit, ex ijs, quæ conferunt.

Nisi vbi quidpiam, aut latere oportet, aut conspici non decet.

Sententiam suam his verbis auctor minùs euidenter expressit, ita, vt partes, quæ tractantur, non videantur in aduerso lumine collocandæ, quandocunque aut latere quidpiam oportet, aut
B conspici non decet: at longè aliter sensit, idcirco subijcit.

In quo casu id, quod manu curatur, ad lumen conuertendum. Chirurgus autem ad id, quod curatur cum eo ne lumini officiat.

Debuit enim ipse totam sententiam aperire hoc modo, quod verò ad aduersum attinet ex luminibus, quæ dantur, conferuntque, conuerti ad illustrissimum oportet, cui manus admouetur. non tamen purum ac sine vllis tenebris lumen seruare: sed, vbi latere quidpiam oportet, vel cõspici non decet, se ipsum ita collocare, vt partes, quæ curantur, sibi conspicuæ sint, cùm cæteros omnes lateant. Vniuersa igitur orationis sententia sic habet. Roget fortasse quis causam, quamobrem medicus velit assistentes cælare. an quia docere magisterium chirurgiæ aliquos ex præsentibus nolet, tanquam indignos, qui id percipiant? quin & ab ægrotantium necessarijs est etiã cauendum, quod non ferant id incidi, quod necessariũ est corporibus, quæ eiusmodi manus operam requirunt. indignantur enim, & chirurgo quasi carnifici succensent. Quid quòd res sæpenumero cogit, vel putrem testem abscindi ex toto, vel neruum transuersum secari, ne homo ner-
C uorum distentione prehenderetur? Quidam verò idiotæ, nec videre multitudinem puris sustinent: alij ne suppurantem quidem locum planè aperiri à medico permittunt, in quo casu medici propositum est, vt his minime aduertentibus ab unde affectum locum secet, & pus vniuersum effundat. id quod & ob laborantis timorem nobis interdum accidit: nonnulli siquidem ita manus curationem pertimescunt, vt exanimentur metu ipso tormenti, priusquàm incidantur. in quo casu medicus dicere probabiliter debet, quantum spectat ad manum adhibendam, postero die se consideraturum, nunc se nolle manum inijcere, sed perfundere aqua, vel spongijs fouere, vt locũ cataplasmati aut medicamento idoneum reddat, atque interim timidum hominem nec opinantem secare. Hæc quidem medicus assistentes cælat, vt ipsos aspectu prohibeat: Alia verò ob laborantis pudorem, vbi graui animo fert videri à multis, quo vitio in ano vel obscœnis partibus affligatur. has enim partes inuitissimus quisque alteri ostẽdit: fœminæ verò clunes, pectus, ventrẽ, atque adeò magis pubem. Porrò autem quidam Hippocratem reprehendens, hæc ait ab ipso ridiculè apposita. nam, qui has partes cęlari volunt, quæ manu curantur, his in procliui est omnes eijcere foras, & medico duntaxat, aut vni cuipiam, vel alteri ex ijs, qui adsunt maxima familiaritate coniuncti, rem committere. Verùm qui hæc profert, ignorare videtur complures, quos
D æquè pudet prohibere præsentes aspectu, & missos facere, atque suos affectus conspici. Fit etiam sæpe, vt, & si iussi fuerint discedere, curiosi quidam aut nonnulli ex familiaribus atque amicis solliciti studio cognoscendi quæ ad ægrum spectant, remaneant impudenter. Per huiusmodi ergo occasionem, ineat medicus gratiam apud ægros, quæ nihil obest, polliceaturque ipsis seorsum nullo audiente, se manum ita adhibiturum, ut multos lateat. potest enim (vt dixi) dum vel aquã perfundit, vel spongijs fouet, quasi nondum sit manum admoturus, momento effectum perficere, ijs, qui videre cupiunt, aliam rem agentibus. Verùm huiusmodi quæstiones præter medicinæ præcepta sunt, quæ nos eorum, quæ dicta sunt, consequutione impulsi, & contradicentium importunitate, commemorauimus. Sed proximum est, vt ad sequentia transeamus.

Hac enim via, qui agit, videt quod tractatur, conspectui non subijcitur.

Hic quoque, perfecta oratio huiusmodi est: / Hac enim ratione, qui agit, partem cernit, quæ manu curatur, eaq; ipsa cerni ab alijs non potest. / neque enim, quod parti accidit, quæ curatur, vtrumque ad medicum refertur, nempè, vt oculis exposita sit, & lateat.

Vtrum

15 *Verum sui habita ratione: dum sedet, Pedes habeat è regione genuum deorsum ad rectã lineã: quod que ad interuallum spectat, non magnopere inter se cõiunctos: Genua vero, paulo, super inguinum regio nem, diducta sic, vt cubiti insidere illis possint, & vtrinque dari ad latera.* E

Postquam modum expressit, quo Chirurgus respectu luminis debeat figurari, ad habitum ve nit, quo sui ipsius habita ratione commode collocetur. supra enim inquiens [Agens, siue sedeat, siue stet, commode, tum sui habita ratione, tum illius, qui curatur ac luminis]: deinde primo exe quutus, quod postremum positum fuerat. & necessario simul mentione facta moderationis, quà collocari debeat, ratione eius, qui manu curatur: iam docet, quo pacto se ipsum intuitus debeat commode figurari. cõmode autem respectu habito ad se ipsum collocari nihil potest, quod sim plex sit, & quasi articulis distinctum: sed, si partes consideres, varie potest alias alia modo figurari, sicque interdum etiam commode collocari. Ergo, si quis, seu cõsidat, seu stet, crura plurimum in ter se diducat, erit eorum habitus a moderatione alienus, perinde, ac si ex toto hæc committat, ef ficiatque vt se contingant, vel alterum alteri superimponat, atque adeò, si in longitudinem crus totum extendat, vel si pedem non statuat è regione genu, sed versus partem posteriorem, multũ F a recta linea declinantem. Merito igitur Hippocrates docens qua moderatione sedens chirurgus sui habita ra tione, vtatur in singulis partibus collocandis, præcipit, vt pedes e regione genuum contineat. Sed, cum [e regione] accipi bifariam possit, modo in ijs, qui membrum in longitudi nem extendunt, modo in ijs, qui ipsum recta deorsum continent, sicut, vbi stamus, iure [deorsũ ad rectam lineam] addidit. vt semper autem consueuit, situm e regione ἐξῆς appellat. Iubet igitur pedes modice inter se diduci, genuaque paulo inguinum altitudinem excedere, eo consilio vbi que, vt decore figuretur, vt paratus ad opera sit, vt sic stabilis sedeat, ne labet. quare genua & fe mora tota vsque ad inguina, eatenus inter se diduci iussit, vt decore, vt tuto sine curationis impe dimento, cubitis, & aliqua brachiorum parte modo femoribus insidat, modo vtrinque porrectis vtatur. quam rẽ his verbis expressit: θέσει significauit femoribus insidere: verbo παράθεσει dari vtrin que ad latera.

16 *Vestis succincta, distincta, æque, similiter, in cubitis atque humeris.* G

Succinctam dixit pro collecta, vt neque fluat, neque medicum strangulet: verbum [distincta] ad vestem refertur, cuius nullam partem voluit duplicari. Quod postremis verbis adiungitur [æ que, similiter in cubitis atque humeris] ambiguum est: aut enim [æque] & [similiter, vtriusque brachij & cubitum & humerum veste velandum existimat, ita, vt brachia inter se conferantur, quod græcorum plerique συγκρίνεσθαι dicunt: aut cubitos cum humeris comparat, volens cubitos æquẽ & similiter, vt humeros, in vtroque brachio circundari. Constat autem voluisse vestem su pra cubitos terminari, cum eos nudari turpe sit, non solum medico, qui artem adeo honestã exer cet, sed & forenses causas publice agentibus, quos pudere manifestum est athletarum more supra cubitos vestem reijcere: sed & huiusmodi genus amictus expelli alioquin debet, vt pote sub quo non modo ad cubitum, sed ad totum brachium, frigus aspiret: non tamen ostendit, quatenus vl tra cubitum velari brachium debeat, an id omisit, quia manifestum erat, & inueniri a nobis omni bus facile poterat? quum in qualibet opera, non magno negocio coniiciatur, quatenus vltra cu bitum tegendum veste brachium sit, si in decus & propositæ manus curationis vsum hic quoque incumbamus. Verum, quod paulo supra, vbi latere quid oportet, contraria consilia esse propo sui, nempe obscuro aere opus esse, ne, quod curatur, oculis patere possit: claro lumine, vt id chirur H gico conspicuum sit: illud autem sequendum esse, quod superat, ac si vtrunque idem posse videa tur, medium prorsus accipiendum: idem hic faciendum est, & vbicunque consilia contrarias res hortantur. medium siquidem inter vtrunque semper est eligendum: si alterum superabit, ad illud vergendum. Quod igitur ad manus curationem pertinet, ipsa per se nudari totum brachium exi git: contra, decus velari totum. quamobrem deligi semper vtriusque medium conuenit, atque in id, quod vrget, inclinari.

17 *At ratione habita partis, quæ tractatur, quod pertinet ad lõge vel prope, ad supra vel infra, ad hinc vel hinc, ad medium. Quod quidem ad prope vel longe, termini sunt cubiti, qui in priorem partem vl tra genu, in posteriorem vltra latera ferri minime debent. Quod ad supra & infra, non superius quam vt manu, ad mammas perueniant: non inferius quam vt pectore super genua incumbente, manus cum humeri ad rectum angulum figurentur. Quæ quidem in medio sunt, ita se habent: sed, quod ad hinc vel hinc, porrigatur corpus, & huius illa pars, quæ agit, quatenus inclinari conuenit, modo sede non ex cedat.*

Cum medico imperauerit, vt tum sui habita ratione, tum illius qui curatur, ac luminis, commode

A commodè vel ſederet, vel ſtaret, & primò commodam pro vnoquoque horum trium ſeſſionem aggreſſus fuerit, orſus à lumine, deinde ad ſeſſionem medico idoneam tranſiens, hanc ipſam expoſuerit, venit ad tertium, quod reſtat, ſedendi moderationem oſtendens, quãtum ſpectat ad eũ, qui manu curatur. neque enim ſedere chirurgum maximè prope hominem conuenit, ne loci angustia manus ab agendo prohibeantur, neque ita recedere, vt vix ad illum perueniant. hic igitur terminos quoſdam conſtituit, quos chirurgus in priorem aut poſteriorem partem excedere non debet. illud autem obliuiſci non oportet, quòd primò ſedentis mentionem facit. Chirurgum igitur iubet adeo recedere ab ægrotante, vt cubiti nec in priorem partem quàm genua, nec in poſteriorem quàm latera porrigantur. hos itaque fines ſtatuit interualli, quod ad priorem & poſteriorem partem refertur, id quod in longitudinem appellatur: in reliquis verò duobus, vno in latitudinem, altero in altitudinem, ſiue profunditatem (vtroque enim vocabulo dicitur) altitudinis eum finem chirurgo poſuit, ne ſuperius quàm ſit mammarum ſitus, manus porrigat, nec inferius quàm vt pectore ſuper genua incumbente, ad rectum angulum cum humeris figurentur,
B quem habitum ἐγγώνιον appellat: hic autem medius eſt, inter vltimum cubiti flexum, vltra quem flecti, & vltimam porrectionem, vltra quam extendi brachium non poteſt: latitudinem, quæ ad vtrunque latus pertinet, dextrum ſcilicet & ſiniſtrum, eo finit, vt eatenus inclinari vtile ſit, dum ſedes non moueatur, hoc eſt illæ partes corporis, quibus ſedemus, ſedilique innitimur. Scripſit quidem terminos perpetuos non eodem tempore, quia non licuit, quando egit de longitudinis interuallo, latitudinem aut altitudinem docere, ſicut nec vbi de altera, reliquas duas. vult autem (vt arbitror) medicum ipſum animo hęc, q̃ cõmemorauit, oĩa quocũque tẽpore perſequi. quum, quicquid agatur, omnia ſimul vſui ſint. Sed, quùm medius quidam ſit ſeſſionis habitus, vbi medicus nihil intuetur, nihil agit, in eo figurari decorum magis atque honeſtũ eſt, quaſi pingi debeat eius imago, aut fingi. At, quũ ad chirurgiam venit, mouere manus debet interdum in priorem & ſuperiorem partem ſimul, tũ in ſiniſtram priorem ac ſuperiorem: rurſus ab eo habitu in poſteriorem partem, vel vtramque manum, vel alteram tantum adducere: ſic & in inferiorem interdum & rurſus in ſuperiorem, aut in dextram vel ſiniſtram: interuallis enim inter ſe coniunctis, variè ſtatus mutatur. commune eſt omnium ſeſſionem tueri, quam nonnulli relinquunt ex interuallorum termino excedentes. nam, ſi pars, quæ tractatur, adeò ſublimis ſit, vt medicus manus ferat
C ſuper mammas, cogetur interdum ſublimior à ſede leuari, vt quaſi conſurgens, neque ſedeat, neque ſtet, ſed ſitus ſit in medio vtriuſque, neque hæreat. at ſi plurimum in dextram vel ſiniſtrã partem inclinet, ob id ſedili mouebitur, ita, vt periculum ſit, ne de eo cadat, quid attinet dicere, ſi & in priorem vel poſteriorem partem conuertatur, idem ipſi in vtraque euenturum eſſe? Tantum, vbi in inferiorem partem inclinet, præterquam quòd indecorè ſedebit, lumini etiam officiet.

Stantem verò oportet pariter ambobus pedibus benè inſiſtere, ſed agere altero inſiſtentem, at non eius partis, cuius manus agit: Tum genu inguinis altitudinem æquare, perinde atque vbi ſedet: In cæteris ſeruare eoſdem fines.

Quùm ſeſſionem abſoluerit, ad ſtandi rationem venit, eadem prorſus iubens obſeruare ſtantem, quæ ſedenti ſupra imperauit, excepto quòd id, cui pedes inſiſtunt, non debet æqualem vtrunque pedem ſuſtinere, alterum enim vult ſublimiorem haberi, qui tamen non ſit è regione manus agentis: in quo ſtatu perſeuerandum eſſe, quoad manus opera vtitur, modo pars,
D quæ curatur, neque erectior ſit, neque multum in longitudinem aut latitudinem recedat, nulli dubium eſt, qui eorum, quæ dicta ſunt, meminerit. pars enim, quæ adeo ſublimis ſit, vt medicus cogatur ſuper ſuarum mammarum regionem manus admouere, illum plus iuſto ſurſum trahendo, loco dimouebit: eundem loco excedere ſimiliter coget, ſi longè rurſus adeo diſtet, vt in priorem partem ferri neceſſe ſit. Quoniam verò alterum pedem voluit rei cuipiam inhærere, hic quoque altitudinis modum declarauit, præcipiens genu eodem modo ad inguinis altitudinem figurari, quo in ſedentibus dixit. ibi enim ait, genua habenda eſſe paulo ſupra inguinum regionem, quandoquidem huiuſmodi ſeſſio ſtabilis maximè eſt, & ad agendum honeſtiſſima, atque expeditiſſima. Sed nunc alterum genu tantum vult haberi ſublimius ad inguen ſpectando: ibi multitudinis numero genua poſuit, quum vtrumque crus æquè altum contineretur.

Aegrotans autem cæteris corporis partibus Chirurgico ſubſeruiat, ſtans, ſedens, aut cubans, ſic, vt in eo habitu facillimè perſeueret, obſeruans fluxum, ſtatum, inclinationem ad latera, inclinationem deorſum, ita vt conuenientem habitum, ſpeciem q̃ affectæ partis tueatur, in porrectione, in tractatione, in habitu, quo contineri poſtea debet.

Non immeritò expoſitores huius libri variè hunc locum explanarunt. nam & quatuor vocabulorum

bulorum obſcuritas ὑποῤῥύσεως (inquam) quo ipſe fluxum indicauit, ὑποστάσεως, quo ſtatum E
ἐπιπλίσεως, quo inclinationem ad latera, & καταντίας, quo inclinationem deorſum: & quòd
paucis ſignificare multa voluerit, in cauſa fuerunt, vt de propoſitis diffiderent: quippe qui au
ctoris ſententiam vt potè obſcuram opinione & coniectura magis, quàm ſcientia perſequuti
in varias diſſenſiones incurrerunt. Equidem, quod in huius generis omnibus facere conſueui,
nunc quoque conabor. omiſſis enim, quæ minimè ſunt probabilia, referam, quæ mihi non
ſine ratione excogitata eſſe videbuntur, ſimulque, quid ipſe in hac re ſentiam, explicabo.
initium verò faciam ab obſcurorum nominum enodatione. ſiquidem ſimplex compoſito prius
eſt, & ſæpe ſimplicium compoſitio facit obſcuritatem, quamuis ipſa plana ſint: id quod vide-
re licet in propoſitis verbis. Namque ὑπόῤῥυσιν quidam in humoribus acceperunt, atque hi
bipartiti ſunt: nonnulli referunt ad eos, qui extrinſecus infunduntur: alij ad eos, qui ex cor-
pore fluunt. Sed & horum quidam loqui Hippocratem aiunt de ijs, qui educuntur, dum ma
nus curatio adhibetur: quidā poſtquàm adhibita eſt. Eadem diſſenſio eſt de vocabulo ὑποστάσεως.
nam, cum ſtatus humorum fluxui aduerſetur, iure de hoc quoque controuerſia eſt. Alter ex-
poſitorum grex non de humoribus, ſed de ſolidis corporis partibus vocabulum ὑποστάσεως & ὑποῤ-
5.4 ῥύσεως dictum exiſtimat. volens ὑπόστασιν ſignificare erectiorem ſitum, vel partis, quæ tractatur, F
vel corporis vniuerſi ὑπόῤῥυσιν verò inclinationem deorſum, perinde quaſi καταῤῥυσιν dixiſſet. vſur
pauit enim in hanc ſententiam vocabulum καταῤῥεῖν in prognoſticis, vbi inquit, Id vero grauius
eſt, ſi ſe ipſum æger continere non valens in lecto, ſubinde ad pedes delabitur. vbi delabitur di-
xit καταῤῥέει. Cum hac expoſitione faciunt vocabula, ἐκπλέψεως & καταντίας, quæ ſuperioribus
proxime ſubiecit. namque inclinationem ad latera ἔκπλεψιν appellauit, ſiue totius corporis ſit,
ſiue partis, quæ curatur. καταντίαν verò dicunt accipi propriè in membris, non ſecus atque
ὑπόῤῥυσιν in toto corpore, vbi enim corpus vniuerſum in eadem ſede contineatur, crure aut
brachio immobili, & deorſum delabatur, eiuſmodi ſitum aiunt καταῤῥοπον appellari, quæ ipſa
per ſe vera dicunt, quamuis ſibi non ſatis in vniuerſa oratione conſtent. Aliter enim omnes
iterum inter ſe diſcrepant, quòd eum habitum, qui quatuor verbis, nempe ſtatu, fluxu, inclina-
tione ad latera, inclinatione ad inferiora ſignificatur, alij ſeruandum eſſe, alij cauendum
ægris, velle Hippocratem arbitrantur. Nihil autem intereſt, quod attinet ad totius orationis
ſententiam, triplicem ſcripturam eſſe vocabuli ἐκπλέψεως. cum nonnulli ſecundam eius ſylla-
bam per τρ ſcribant, nonnulli σ quoque primo adijciant ἔκσρεψιν ſcribentes, alij & ἔκπριψιν per
τρι, nos enim ſuprà vnam duntaxat adſcripſimus. Propoſita igitur vocabula manifeſta ſunt, à G
verbo enim ἐκπλέπεσθαι ducitur ἔκπλεψις, à verbo ἐκπλίβεσθαι ἔκπλιψις. quum ſcriptura nihil aliud
velit, quàm vt hæc ab ægrotantibus obſeruentur. videntur autem omnes, qui hunc locum ex-
planarunt, auctoris ſententiam perſpexiſſe ex parte: totam tamen ad vnguem comprehende-
re minime potuiſſe. ſi quis enim animaduertat, quod poſtremò additur, [in porrectione, in tra
ctatione, in habitu, quo contineri poſtea debet,] omnes verum dixiſſe videbuntur. quum tri-
bus temporibus aliter alia ſint ægrotantibus profutura, ſcilicet in porrigendo, in manu adhi-
benda, in continendo poſt curationem. non tamen poterunt omnia coniungere, quod liquido
conſtabit, ſi hæc tria tempora diſcernantur. Primùm eſt, cùm ægri ſe ipſos medicis tradunt, vt
vitium bene cognoſcatur, quod ἐν παρέξει, id eſt, in porrectione dixit: alterum deinde, quùm
medicus circa vitiatam partem aliquid agit, quod vocauit χειρισμὸν, id eſt tractationem: ter-
tium, quod dixit ἐν τῇ ἕξει, id eſt, in habitu, quo contineri poſtea debet: tunc enim ad
id conſilium dirigitur, vt homo affectam partem eodem modo contineat figuratam. Deduxit
ergo vocabulum habitus, eo quòd ſe habeat in eodem. In omnibus autem tribus tempo-
ribus, quoddam commune eſt omnium, quoddam proprium ſingulorum. commune eſt ſer-
uare vitiatam partem immobilem in ſua figura, quod requiri dictum eſt, niſi medicus aliquo H
modo mouere ipſam tentauerit: inde ad perfectam curationem ſingulorum proprius eſt vſus,
in porrectione, vt medicus exquiſite, quid curaturus ſit, intelligat: in manu admouenda, vt,
vbi oſſa fracta ſunt in diuerſa extendat, rectè componat, atque deuinciat: vbi prolapſu, in di-
uerſa extendat, reponat, vitiatam partem idoneo vinculo complectatur: vbi ſcalpellum
adhibet. vt pus vel ſaniem effundat, vel quod putre alicubi eſt, excidat, aut candenti ferra-
mento adurat. His igitur vtilis eſt humorum fluxus, ac ſtatus: ille, ſi excitetur, excerni ſiqui-
dem oportet humores à natura alienos: hic, ſi euitetur, quùm ſubſiſtere intus noxium humo-
rem non expediat. ſed interdum ſubſiſtere commodum eſt, ſicut vbi in magna ſuppuratione
ſubito excerni pus, aut humorem aquoſum volumus. Multo autem magis in membris, quæ
tractantur, dum manus adhibetur (vt diximus) obſeruari ſtatum ac fluxum conuenit: ſimi-
liter & in ſolidis partibus animalis obſeruari, quæ dicta ſunt, à laborantibus debent, vt eadem
ratione fiant per tria tempora, nimirum porrectionis, tractationis, & eius habitus, quo con-
tineri poſtea conuenit. Pars enim, ſi dum inciditur, nimis porrigatur, chirurgum cogct alie-
no loco ſecare, ac nec modum aliquando, nec quæ ſeruanda ſunt, tueri, propterea quod æger

ante-

A anteueniat ſcalpellum atque anteuertat: ſi retrahatur, efficient, vt curatio minus abſoluatur, & à medico interdum dimidia, interdum quoque minor, relinquatur: quod accidet ægrotantibus, interdum etiam deligatis, vt, vbi, dum ad ventrem manu curantur, aut attollunt ad ſpinam aut conuertuntur in latus: quod ſignificauit, quum dixit [in latera inclinationem]. aliquando autem nihil tale moliuntur, ſed muſculos vehementer intendunt: atque hanc ipſam mutationem mihi videtur indicaſſe, quum ait, ὁμοίωσιν id eſt conuenientem, vbi inquit, [ita, vt conuenientem figuram, ſpeciemque affectæ partis tueatur.] Cuilibet autem in aperto eſt, quod malum afferat æger, vbi oculus perforatur, ſi habitum ſpeciemque non ſeruet, aut tranſmutetur vel intendatur, ita, vt facies ſanguine ſuffundatur. æque etiam exquiſitam manus curationem corrumpit, ſi medico cauariæ os excidente, paulum caput attollat, aut demittat, vel in latus inclinet: id quod etiam euenit, ſi ſe vehementer extendat, moto enim habitu, mouetur quoque ſitus partis, quæ curatur. Efficiunt autem intentiones in alijs quidem partibus, vt ſanguis erumpat; in muſculis non ſolum hac ratione nocent, ſed & partem interdum ſublimiorem præſtant, interdum humiliorem. vbi enim ſubiectum os eſt, muſculus attollitur: vbi inane ſpacium, contrahitur ac deprimitur, ſicut euenit in ſede, quæ inter coſtas eſt, & in ea, quæ iuxta ventrem.

B

20 *Vngues, neque longiores, neque breuiores ſint, digitorum ſummitatibus. In exercendo vtendum digitis quidem ſummis, plerunque indice cum pollice: tota autem manu prona, ambabus vero aduerſis.*

Quum de ægrotãte egerit, quatenus illi cum cæteris communitas eſt, iterum his verbis ad chirurgum reuertitur, indicans quanti eſſe vngues debeant, & quales digiti, tum qua ratione illis vti oporteat. Vngues igitur ad ſummorum digitorum opera, quæ propriæ digitorum ſunt, neque ipſos exuperare, neq; exuperari, optimum eſſe vberius in primo de vſu partium explicauimus, vbi totam manus naturam oſtendimus: quod ad hunc locum attinet, ſatis erit verba duntaxat exponere. Duplex autem ſcriptura quum ſit, vtramque explanabo. Altera huiuſmodi eſt, [vngues neque longiores neq; breuiores ſint digitorum ſummitatibus]: exigua ſiquidem corpuſcula, quæ ſummis digitis capiuntur, & ad quæ ſummorum digitorum opera egemus, hac ratione facilius legentur. deinde ab altero capite exorditur [in exercendo vtendum digitis quidem ſummis, plerũque indice cum pollice] ſic, vt prioribus verbis magnitudinem vnguium digitorum complectatur, ſed his digitorum vſum. Altera vero ſic habet, [vngues, neque lõgiores neq; breuiores ſint.]

C dehinc alterum principium eſt, [digitorum ſummitatibus in exercendo vtendũ] vocabulo [ſũmitatibus] ſexti caſus poſito, vt vniuerſa ſententia ſit huiuſmodi. Vngues neque excedant oportet digitorum longitudinem, neque exuperentur ab hac, ſed prorſus ipſam æquent, ſiquidem eorum ſummitatibus vtimur. Videbitur hoc falſum, niſi, vt congruum eſt, accipiatur. Nonnulla quidem opera totis manibus præſtamus: brachium, femur, crus, aut aliud quid huiuſmodi vtraq; manu prehendentes, in diuerſa ducimus, intendimusq;, in quibus operibus digiti agunt tãquam particulæ manuum, perinde atq; prominentiores palmæ partes, & aliæ particulæ: at vbi in oculũ demittimus acũ, vel ſuperiorẽ inferiorẽve palpebrã, aut oculi vnguẽ incidimus, tunc digitis, vtimur, vt digitis, non vt particulis manus: ſimiliter, vbi ſcalpello, vel quopiã alio tali quid agimus. in omnibus agitur digitorum actionibus ſummis ipſis vtimur, ac propterea dixi recte ſcriptum eſſe digitorũ ſummitatibus vtendũ. Deinde ab altero capite incipit, [digitis quidẽ ſummis plerũque indice cũ pollice] vna oratione declarans pleraſq; muſculorũ actiones fieri, vbi index pollici (quem ἀντίχειρα vocant) è regione occurrit, ſic videlicet, vt quod cõprehendendũ eſt, ſummis ipſis vtriſq; capiatur: tunc. n. dũtaxat propoſitis digitis vtimur. quin, & ſi tribus digitis aliquid cõprehendatur, vt, vbi ſpecillo illinimus, aut acũ demittimus in oculũ, maximã partẽ operæ duo il-

D li præſtant, aliquid etiã confert & medius. Sed tota manu prona vtitur chirurgicus, eius ſinu id cõprehendens, quod curatur. Digiti quidẽ affecti abunde altera manu extenduntur, cõponunturq;: at non abunde brachiũ, femur & crus, ſed exigunt huiuſmodi partes ambas manus ex aduerſo concurrentes, vt mẽbrũ vniuerſum in orbẽ cõplectantur. Inſuper manu prona opus eſt, vbi cucurbitulã defigimus, & vbi paruũ, quo adurimus, ferramentũ cõprimimus, & ſpongiã imponimus: ſed & in multis medicinæ operibus, quæ fortaſſe euidentiora ſunt, quã vt neceſſaria ſint, quæ propoſuimus: cuilibet enim per ſe venire in mentem poteſt omnium actionum, & digitorum, & manuum, quas partim vtraque manu, partim altera tantum, partim ſolis digitis molimur.

21 *Optima autem digitorum ſtructura eſt, vbi ipſis magnum ſpacium interiectum eſt, & è regione pollex cum indice concurrit.*

Non enim fieri aliter poſſet, vt in agendo è regione pollex cum indice concurreret, niſi ſpaciũ eſſet inter eos latius. quod & in aliis digitis commodiſſimum eſt, vt, vbi vaſtius quidpiam oportet vndique in orbem comprehendere, plurimum inter ſe diſtantes id præſtare valeant.

Morbus

22 *Morbus, quò & læduntur, quibus à primo natali die, vel in educatione, assueuit pollex sub alijs conti* E
neri, patet.

Cum eadem sit vtriusque scripturæ sententia, duæ enim reperiuntur: ad eam, quæ dilucidior est, primò aggrediar. Arbitrantur nonnulli, qui rationem ignorant, referendū hoc esse ad consuetudinem eorum, qui solent pollicem sub alijs digitis tenere: quo fit, vt laboris expers paruus sit, & interuallum inter ipsum & indicem minimè augeatur: quæ res in morbum manus, quod perinde est, ac si noxam dixerit, terminatur. Placet aliis referri rem ad morbum, oriri verò hunc, vel pollice sua sede excedente, vel loco, qui inter pollicem & indicem est, exulcerato, & in curatione dura cicatrice inducta, ita vt musculus, qui inter eos est, induratus, vel quopiam vitio tabescēs alimento incrementoque prohibeatur. interdum etiam carne inter digitos, & valde putruerit, absumpta, ac dura postmodum cicatrice inducta, interuallum angustum inter pollicem & indicem redditur, & ipsi inter se, quasi vinciuntur, ac præcipuè, vbi locus (vt dixi) duram acceperit cicatricem. Quin & huiusmodi vitia in pueris negligi plerunque verisimile fit; eos verò, qui firma ætate sunt, iussos à medicis mollire pollicē, moueréque, interuallum, quod inter ipsos est, alimento idoneum reddere. adde, quòd iis totum corpus increuit, & si quid lædatur, ali duntaxat desinit: at F
infantibus, vbi primò increscunt, cum morbo ipso opprimuntur, præter id vitium, & digitos non moueant, affectæ partes non augentur, & propterea, quod inter digitos est, interuallum contrahitur. Quibusdam hoc inquiunt euenire: alijs verò ob cicatricē duram, & aliquod eius loci, quod in medio est, vitium durum. quare quasi aliquo vinculo continetur, hoc est, prohibetur pollex ab aliis diduci: sic enim accipiunt aliqui verbum [contineri] & si his illud maximè aduersetur, quod iuxta hanc expositionem non debuit Hippocrates [sub alijs] dicere ὑπὸ τῶν ἄλλων, quod causam, sed ἀπὸ τῶν ἄλλων, quod loci interuallum significat, cum mala, quę inter ipsos incidunt, interuallum contrahant, atque alligent. De his igitur, ut tibi videbitur, iudicabis, eligens, quod maximè probabile sit: verba enim ita obscura diuinationem magis exigunt, quàm sapientiam: nos autem ad antiquam scripturam reuertemur, quam Asclepiades fortasse vitiatam suspicatus, integram hoc modo habere coniecit. [Morbus, quo & læduntur, quibus à primo natali die, vel in educatione assueuit] & quæ sequuntur. fortasse autem hæc fuit germana Hippocratis scriptura. Putauit Heraclides Tarentinus intelligendos esse affectus, vt perfecta oratio tota sic scribatur [morbus à quo, & lædens affectus, quibus à primo natali die, vel in educatione], & quæ sequuntur.

23 *Agens vti utraque manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem ambæ similes sunt, id spe* G
ctans, ut rectè, ut decorè, vt celeriter, vt iucundè, vt eleganter, vt promptè.

Præstari quoduis iubet vtriusq; manus auxilio: id enim ad celeriter ac decorè agendum maximè accommodatur. Posset equidem medicus tentare dextra, vbi dexter hominis oculus curatur, acum demittere, vel excidere vnguem, vel aliud quid tale, & idcirco adducit id spectans vt rectè, vt decorè, vt celeriter, ut iucundè, vt eleganter, vt promptè [quoniam hæc consequemur, si, qua ratione proposuit, exerceamur. quale autem vnumquodque esse debeat, mox indicat. Quòd verò ad hunc locum attinet, illud meminisse conuenit, quòd omnium, quæ hic habentur, caput est [quomodo]: id vnum ex illis est, quæ prima diuisione comprehenduntur. Illud etiam obliuisci non oportet, qnòd manus similes appellauit, qnanquam specie non distant.

24 *Machinamenta autem, quando, & quomodo, exponentur: vbi oportet, ne operam impediant, neve*
longius distent, quàm vt prehendi possint, sed collocentur iuxta eam corporis partem, quæ tractatur:
quòd si ab altero præbeantur, is paulò antè paratus sit, exequatur autem, ubi imperaueris.

Non solum spatham habentem in summo capitulum rotundum, cauumque, & scamnum, cui H
ab vtraque parte axes sunt, & alia, quæ machinationum structura continentur, sed & quæ communi nomine ἄρμενα, id est instrumenta, uocantur, venire sub ὄργανον, id est machinamentorum, appellationem planè hic ostendit, quum inquit [quàm ut prehendi possint], deinde [quod si ab altero præbeantur]: namque hæc, dum manum adhibemus, & nos ipsi prehendimus, & ab aliis accipimus.

25 *Iam verò assistentes, id quod curatur, eo modo præbere debent, quo traditum fuerit: reliquum verò*
corpus continere, sic, ut immobile præstent: item habere silentium, & ei, qui præest, auscultare.

Clariora hæc uerba sunt, quàm vt explanationem desiderent.

ARGVMENTVM SECVNDI LIBRI

Ab affectarum partium, ac ipsarum affectionum natura communia præcepta de recta Deligandi ratione traduntur.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM DE OFFICINA MEDICI COMMENTARIVS SECVNDVS.

Vido Vidio Florentino interprete.

1 *VInculi ratio duplex, altera illius, quod inijcitur, altera illius, quod iniectum est. Quod injcitur, vt celeriter, iucunde, prompte, eleganter: celeriter quidem, vt opus expediatur: iucunde, vt facile præstetur: prompte, vt vbique sit in promptu: eleganter, vt oculos delectet. Qua vero exercitatione hæc assequamur, dictum est.*

B Quædam communia sunt vtriusque rationis vinculi: quædam propria alteri° prompte, & celeriter proprie ad vinculum pertinent, quod iniicitur: recte, & decore, ad id, quod iam iniectum est, ipse autem id quod iniicitur, vocat ἐργαζόμενον, quod iniectum est, εἰργασμένον: iucunde, & eleganter vtriusque sunt communia, iucunde quidem, tam voce, quam significatione: at eleganter, quod ad vocem spectat, commune est vtriusque, quod ad significationem non ita. nam elegantia vinculi, quum adhibetur, in manuum motu consistit: quum iam adhibitum est, in ambitu linteorum. Possumus autem dicere fascias eleganter circundari, loquentes de vinculo, q̃ injicitur. At iucunditas num magis etiam attenditur, cum adhibetur, quam quum iam adhibitum est? siquidem hoc solo fasciarum pressu dolorem affert: at quod adhibent, & eo nomine, quod membrum incommode continetur, interdum enim ea de causa comprimitur, licet fascia recte circundetur. Neque alienum est etiam censere communem vtriusque esse compressum eorum, quibus tanguntur, quæ vel comprimunt, vel non comprimunt, eius quidem, quod injicitur, quatenus pars, quæ curatur, premitur, vel non premitur, sub continentibus: at eius, quod iniectum est, quatenus suspenditur, vt quum brachium mitella excipitur, vel quatenus continetur: vt quũ
C ea cruri subiiciuntur, quibus fulciatur. Non mediocriter autem confert ad vinciendi iucunditatẽ agendi celeritas; celeritati verò maxime promptitudo conducit: quin & hæ sunt perfectiones vinculi quod injcitur, potissimum propriæ, vt & sine pressu contineat, & promptum sit, atque paratum. namque error in collocando ad partem quoque alligatam spectat, sed nũc agit de membro vinciendo, vbi commode figuratur. Statui vero suę sunt perfectiones & vitia, non secus ac fascijs quarum, omisso statu, in præsentia mentionem facit. Ergo, vbi paratum vinculum adhibeatur, opus mature perficitur. ipse enim, quid sibi vellet promptitudo, expressit, cum inquit / prompte, vt vbique sit paratum / quod euenit, vbi, qui deligat, prouidit, vt nihil ambigere, nihil scrutari debeat in agendo, hocne, an illo modo circumagere fasciam conueniat. Promptitudo igitur, quæ idem est, atque præparatio, operam facillime absoluit: iucunditatem ipse docuit sitam esse in facile agendo: sed celeritatem constat cum præparatione & agendi velocitate coniungi. Iucunditas igitur illis annumeratur, quæ magnopere ei conducunt, qui manu curatur, atque ob eam celeritas; quam promptitudine, dum agimus, facile consequimur: elegantiam verò aspectu gratam (sicut ipse deinceps adscripsit) præter ea, quæ necessaria erant, in chirurgico posuit, vt quę ipsius gloriam augeat apud vulgus, cui obnoxius est ambitiosus, perinde quasi amore captus. hac quã-
D quam non capitur, qui humanus est, non tamen laudem aspernatur, cò incũbens, vt magis apud ægros valeat auctoritate. quandoquidem sibi magis obsequentur, quæ res illis vtilissima est. Huius ergo auctoritatis apud vulgus gratia non modo medicus illam non aspernatur, sed ne philosophus quidẽ. magis enim homines iuuat, vbi apud eos in honore & admiratione est, vt, qui magis ipsius facta imitentur, & iussis eius obediant, non secus ac nnminis cuiusdam. / Qua vero exercitatione hæc assequamur, dictum est. / qua exercitatione celeriter, iucunde, facile, prompte agamus (inquit) dictum est. id potissimum docuit, vbi ait / agens vti vtraq; manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem ambæ similes sunt [illegible]tum vbi ostendit in exercendis digitis plera que agenda esse pollice atque indice, tota vero manu prona, & ambabus aduersis.

Quod iniectum est, vt recte, vt decore. Decore quidem, vt simpliciter, vt distincte, aut similibus, & æqualibus, æqualiter, & similiter: aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter, & dissimiliter. Species aut simplex orbicularis, ascia, sima, oculus, rhombus, dimidiatus. Aptetur vero species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur.

Quum duplicem proposuerit vinculi rationem, vocans quod inijcitur ἐργαζόμενον, quod injectum iam est, εἰργασμένον proxime præfatus, qua via, quod iniicitur, optime iniiciatur, nunc id

exequitur, quod iniectum est, vbi decore ait iniectum esse, si simplex sit, si distinctum. Simplex E
est, vbi linteum non implicitum est, non duplicatum, non rugosum, sed æque ab omni parte extenditur: distinctum, vbi iterum aut tertio circa idem conuenienter datur. ex duobus autem in quibus consistit iniecti vinculi decor, alterum, nempe simpliciter, tanquam clarum, mihi videtur sine expositione prætermittens in enodationem verbi / distincte / sequentia omnia adiecisse ad quæ animum adiungas oportet, non oblitus me dixisse dudum, distincte, idem significare, quod conuenienter. Si quidem propositum est, vt alter fasciæ circuitus primo interdum æqualis ad vnguem sit, ac nullo modo impar, interdum inæqualis, fit autem æqualis, vbi extremæ fasciæ partes in latitudinem eodem loco ita finiantur, vt neque exuperent, neque exuperentur, sed in vtroq; circuitu desinant non aliter, ac si iniecta sit ima fascia duplicata: eademque ratio sit tertij circuitus, & quarti, si hoc quoque opus sit. Ergo & in eo, qui rhombus, & in eo, qui semirhombus dicitur. exquisita hæc obseruatio adhibenda est.




Sed vinculi fracturis accommodati, quum ad brachium, humerum, aut femur F
datur, item distincta ratio est, in quo priorem fasciam iubet sursum ferri, secundam vero prius deorsum. deinde sursum ducta, qua prior desinit finiri, quod fieri non potest, nisi, quod spectat ad latitudinem lintei, oranum altera alteram excedat. hæc igitur æqualis erit, si tota æque in ea inclinatione perseueret, qua a circuitu in orbem recedens orsa est. Vocatur autem orbicularis, quæ affectam partem ex toto in orbem sine inclinatione cõplectitur, in quo oræ fasciæ secundo & tertio circumactæ alijs insident. sic, vt neque excedant, neque exuperentur.



Rotũda syncera æqualis.

At in eo, qui declinat, necesse est fasciã ferri ad vitiatæ partis regionem superiorem, vel ad inferiorem dimitti: quod, si vbi G
que similem inclinationem habeat, distinctum vinculum præstabit. Quare, si ea, quæ dicta sunt, diligenter consideraueris, plane intelliges circuitus in orbem vnam dũtaxat esse rationem, vbi nihil plus est aut minus: at nõ vnam eius, qui declinat. quũ alter altero declinare plus possit, aut minus. Hic tamen translatione vsus illum, q paulum inclinat, asciam: qui multum, nunc pauit simum. Asciam fabri dicunt instrumentum quoddam extrema parte, qua ligna incidunt, modice incuruum, & labrosum in speciẽ labri.




Alia syncera inæqualis.

Simum græci appellant locum, vbi plaH
nities cum colle coniungitur: qua enim committuntur, simum efficiũt, quum neutrum per se simum sit. cum planities ipsa recta sit, & æqualis: collis, accliuis, & altus. at vbi inter se coeunt simam figuram repræsentant. eadem figura fit, quà decliuis uia, cum accliui committitur. eodem modo in naso sima pars illa dicitur quæ vtrinque sublimioribus partibus terminatur, iamque ab hac parte totus nasus nuncupatur simus. Constat enim plura vocabula in totis vsurpari corporibus, a nonnullis ducta, quæ partibus accidunt, quo modo simus homo dicitur. siquidem non eodem modo vocatur simus, quo plenus, ac tenuis, aut albus, aut niger, sed sicut glaucus, cæsius, vel gibbus. nasus igitur, vel via, proprie simi nominantur: vinculum vero simum ab Hippocrates appellatur eadem ratione, qua ἄμβη spathæ capitulum rotundum & leniter cauum,

&

A & σκέπαρνον, id est ascia, genus quoddam circuitus ipsorum linteorum. namque, vbi præcipit, vt panni in asciæ figuram imponantur, diducit ab orbiculari circuitu eum, qui fabrorum asciæ modo declinat. non enim censet pannos ita oblique circumponendos, vt ab orbiculari circuitu nimium absint, sed paulum declinet, sic, vt fideliter comminuta ossa contineant.



B Sima syncera inæqualis.



C

Patet autem in vtroque horum circuituum maiorem & minorem esse inclinationem, cum neuter duplex sit & vnius formæ, cuiusmodi est orbicularis, quem cum simplici coniunxit: sed asciam vero, & simum, seorsum per se, quasi distinctos subiecit. [Distincte] autem significat, vt sit, quasi discretum, & minime implicitum. fit autem (vt dixi) cum quilibet fasciæ circuitus eosdem habet latitudinis fines, vel inclinationem ordinatam. voco ordinatam inclinationem, quum, quæ ex latitudine vinculi conspiciuntur, æque inter se distant, quod vtique fiet, vbi, qui deligat, quam ab initio instituit, æqualem vbique inclinationem seruet.

Artemidorus autem, & Dioscorides, sicut alibi antiquam scripturam nouant, transponuntque, ita hic casum mutant, nempe dictionem, simplex orbicularis, simplex in orbem, scribentes. bene autem rem intelligunt, sed audacter scripturam immutant, plurima tamen, quæ non satis intellexerunt, ausi sunt immutare, atque ea de causa eorum nunc mentionem facio, quamuis sexcenties hactenus, vbi scripturam immutarunt, silentio prætererim, cum hoc recte intellexisse, & clarius mutatione reddidisse mihi videantur: quanquam in paruis, non eo modo accipientes, quo auctor voluit, decipiuntur. sed de his satis est semel dixisse. Præfatus autem Hippocrates decore quidem, vt simpliciter, vt distincte, deinde subijciens, aut similibus, & æqualibus, æqualiter, & similiter: aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter, & dissimiliter: quasi communiter docuit, quo consilio distincte vinculum adhibeatur: æqualia enim, & similia corporis membra fasciam vniuersam æqualiter & similiter per omnes partes circumactam requirunt: inæqualia & dissimilia, inæqualiter & dissimiliter. Hæc autem verba in vetustis exemplaribus, & in libris expositorum, præcise leguntur, non adiectis inæqualiter & dissimiliter: sed, cum solum scriptum sit, aut inæqualibus & dissimilibus, intelligi etiam volunt inæqualiter & dissimiliter, idque ab Hippocrate prætermissum fuisse, quod manifestum videretur, eo quod propositis consequens esset. Verum hæc ratio scribendi non breuitatem, sed errorem manifestum, præ se fert. Satius ergo fuerit, si ita scriptum inueniamus, existimare hæc veluti complura primorum exemplarium esse corrupta, idque propterea fieri, quod librarius ea præterierit, atque error hucusque manserit. Ergo super humerum similiter & æqualiter circuire fascia potest, minus autem super femur, & brachium, sed paulo magis super crus: at in capite humeri, & in coxa, contrariis partibus indigemus, quemadmodum & vbi caput à latere vinciendum est. frons quidem & nasus similem & æqualem amat orbicularem fasciæ circuitum, non secus ac vertex, qui, etsi in orbem circundatam fasciam non postulet, æqualiter tamen & similiter proeedentem requirit. de his autem diligentius in sequentibus tractabitur, nunc ad verba, quæ restant pergamus.

D



Oculus Hippocrates positis tribus simplicium vinculorum formis, nempe orbiculari, ascia, sima, deinceps trium compositorum meminit, oculi, rhombi, & dimidiati, dimidiatum semirhombum etiam appellans, quibus adiungit [aptetur verò species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur] commonens, vt acccommodetur, & vitiatæ partis formæ, & vitio, quo detinetur. species enim vinculi, quam oculum appellamus, ad oculum adhibetur, vbi vel periculum est, ne procidat, vel contineri quippiam volumus ipsi superimpositum: rhombus verò, vbi vel capitis futuras diductas adducere in vnum

oportet,vel hians vlcus interdum contrahere,& valde reſolutam cutem adducere,atque agglu- E
tinare,non abſimilem effectum præſtat ſemirhombi vſus.





Verum enimuerò hæc ſcripta ſunt ab Hippocrate tanquam exempla,ad quorũ ſimilitudinem inueniendum nobis eſt, vel ab his, qui compererunt diſcendum,quod vinculum ad quamuis corporis partem, atque valetudinẽ accommodetur. Expedit autem doctorem non imperare ſimpliciter, ſed viam exponere, qua ipſe vinculum inuenerit. eo enim fit, vt diſcipulus,ſiquando obliuiſcatur, in memoriam redeat, & quæ ab altero non didicit, poſſit cogitare. quo circa non ab re fortaſſe fuerit, ſi librum conficiamus, vbi de faſcijs, & corporis parti & vitio accommodatis pertractemus.

F

3 *Rectè iniecti vinculi duæ ſpecies, firmitas in preſſu,& linteorum multitudine conſiſtit.*

Dictum eſt in ſuperioribus conſueſſe Hippõcratem τὰ εἴδεα, id eſt,ſpecies appellare διαφορὰς, id eſt differentias. præbuit autem maximam quæſtionem, diſſenſionis cauſam, inter huius libri expoſitores,quum duas ſpecies nominatim non poſuerit, quod ante in alijs fecit. vna quidem in vinculi modo ſita eſt, quam ipſe firmitatem dicit: eam explanauit, quum inquit,[firmitas in preſſu,vel linteorum multitudine conſiſtit]. eſt enim moderatio quædam in vinculi firmitate, quam ſi partes comprimens excedat, dolorem ægrotantibus affert: ſed laxius continet, ſi ad eam non perueniat. Alteram verò ſpeciem recte iniecti vinculi non poſuit, ſed ijs, quæ de robore loquutus eſt, ſubijcit.

4 *Vinculorum aliud per ſe remedio eſt: aliud ijs, quæ remedio ſunt, ſubſeruit.*

Hæc profecto non ſunt altera ſpecies rectè iniecti vinculi, vtpote quæ cõem vſum cuiuslibet vinculi cõprehendãt,quin & poſt hæc de omni vinculi moderatione agit,qua rõne ſeruetur, de- G
inceps de nodo. tũ quod ſubiectum eſt,docens,ſic incipit[licet quidẽ bene ſcientẽ ad partes decliues,& q̃ in extremitate tenuãtur,labi faſciã oẽm,vt in capite,ſurſum,in crure,deorſum]& quę ſequuntur. Ab ijs tranſit ad qualitatẽ vinculi cuius itẽ,quũ partes ſint,noſſe, vnde incipere faſcia in ſingulis vitijs ac partibus debeat,& qua nouiſſimẽ finiri,tum qua via, dum circuit, circumagi, & obuolui ſingulis partibus,hæc quoq; indicauit. nã, vbi inquit,[quæ mouẽtur,vt articuli,qua curuãtur]obuoluendæ faſciæ rõnem exequit. poſt hæc adſcribit,qũo extremæ faſciæ fideliter in ijs cõtineantur. inde pergit ad faſciarũ vſus exponẽdos,ſic,vt recte iniecti vinculi altera ſpecies, quæ firmitati opponitur,totius vinculi qualitate cõtineatur.Fortaſſe aũt q̃ difficile ſit communi vocabulo cõplecti ſingulares differẽtias eius ſpeciei, q̃ e regione firmitatis eſt, eam non tentauit vno verbo notare.Rem autem ita habere verba ipſa teſtantur,quibus oſtendit,quæ varietas inſit in ſingulis capitibus à me commemoratis. ſed, vt rem clariorem magis ac breuiorẽ faciamus, vocetur totum ipſum genus qualitas vinculi. [Firmitas in preſſu & linteorum multitudine conſiſtit]. quemadmodum potentiæ nomen interdum imbecillitati contrarium dicunt: interdum ad id ſignificandum,quod roboris & imbecillitatis commune eſt, vſurpant: ſic & magnitudinis vocabulo vti ſolẽt,& alijs q̃plurimis,partes & totũ cõi nomine appellãtes: ita nũc quoq; vſurpat firmitatis vocabulũ. debent.n. affectæ partes faſcijsneq; valẽter adſtringi neq; ita leuiter,vt homo H
iectũ vinculum non ſentiat: quin & linteorũ multitudo pro numero accipienda eſt: at non ita intelligenda multitudo,quaſi è regione ſit paucitatis,ſiquidẽ moderatio rectũ vinculum præſtat. rectum appellat, quod confert,iuuatque. At dum comparantur inter ſe duo vincula,vt ea,quæ ex comparatione ſpectantur,quod adſtrictius eſt,validius,reliquum infirmius dicemus,neq; abſurdum eſt,ſi vinculum habita ratione ſubiecti vitij moderatum ſit,ſed comparatum cum altero. validum dicatur,aut imbecillum.Quando autem ſoluere,aut arctare vinculum expediat, vel faſciarum numerum augere,aut minuere,ipſe in opere de fracturis demonſtrauit.

5 *De quibus lex quidem eſt.*

Lex in ciuitate ratio eſt, quæ iubet ea, q̃ facienda ſunt,ptohibetq; contraria. his legibus ſimi-
lia dicit,quæ nunc proponuntur,cum coniecturale nihil contineant,aut ambiguum,vt quædam-

alia

A alia ad medicinam pertinentia. Idem quoque dixit in opere de fracturis, liberam orationem moderatus. non enim scripsi simpliciter [de quibus lex quidem est] sicut nunc, sed oratio hæc veluti lex iusta fertur de curatione fracturæ.

In ijs autem maximè ad vinculum pertinet, vt arctetur quidem, sic, vt quę iniecta sunt, neque recedant, neque comprimant, sed fulciantur, non tamen cogantur, idq; minus quidem in extremis partibus minimum in medijs.

In his inquit, quæ traduntur de ea specie, quæ ad firmitatem attinet, potissima vinculi præcepta sunt, vt quæ vitiatæ parti inijciuntur, hoc est linea, neque à cute diducantur, neque ipsam premant, sed fulciantur, hoc est firmiter insidant, at non cogant. dicitur autem vinculum cogere, qđ ita arcte affectis partibus circundatur, vt dolorem afferat. Hæc autem præcepta de modo premẽdi, qua vitium est, minime omnium conuenit præterire. quod & in extremitatibus quoque prorsus est attendendum, sed minus quam in medio. siquidem optimum est artem culpa vacare: si qd tamen peccet, id in illis partibus ac vitijs euenire, vbi detrimenti minus affertur: minime verò errare, vbi noxa ingens est.

B *Nodus & filum non ferantur deorsum, sed sursum, in porrectione, in preparatione, in vinciendo, in habitu, quo postea continetur.*


Cur hæc sine ordine adijciat ijs, quæ de vinciendi ratione pertractat, paulo post persequemur: nunc id primum studendum, vt quod propositum est, intelligamus. Dissentiũt expositores inter se, cum [deorsum & sursum] alii simpliciter ad longitudinis spacium referant, alij ad affectum: sed neutri dictionem [ferantur], nec quod ad nodum, nec quod ad filum spectat, explanant.

Quod extrinsecus iniectũ est compre hensamentum.

Nodus ex vno capite in duo crura discisso.


Nodus ex duobus capitibus fasciæ.

C



Nodus aciæ in fascijs.

Nodus in futuris cutis.



D

Constat autem omnibus id appellari ἄμμα, id est nodum, quod fit in fasciis, cum ambo capita implicata inter se vinciuntur, vel alterum scinditur, vel tertiò quum extrinsecus ad continendum adiicitur id, quod græci κατάλημμα vocatur: σ̔αμμα verò, id est filum, id vocari, quod in acum conijcitur, vel vt incisæ corporis partes inter se coniungantur, vel vt extrema pars fasciæ inferioribus assuatur. quin & nunc loquitur de filo ad hunc vsum parato. iubet quidem sursũ hoc ferri, quod ipse dixit, τὴν νομὴν γεύεσθαι. quid autem appellet νομὴν ab ipso discere oportet, qui eo verbo sæpius vtitur ad fascias, quum à principio ad finem feruntur, Itaque in fracturis iussit, vt vtriusque fasciæ caput super fracturam inijceretur, sed prior fascia sursum ferretur, altera verò ante deorsum, postea sursum, νομὴν vocans quasi iter, quod fasciæ tunc faciunt, cum à principio ad extremum laborantis corporis obuoluuntur. Simile est id, quod νομὴ significat in filo, nam, cum liceat acum à superiori parte deorsum, & contra ab inferiori sursum trãsmittere, & præterea in neutram partem inclinatam, sed sine inclinatione, aut à dextra in sinistram, aut à sinistra in dextram demittere, præcipit omnino, vt sursum feratur. Quod si extrema pars fascię duntaxat inferioribus assuenda sit, in eo quidem vinculo, vbi contrarijs partibus non indigemus, vt in brachio, humero, femore, crure, in quibus etiam necesse est, vel à sinistra parte in dextram acum immittere, vel contra, vtrobique nobis enitendum est, vt sursum tendentes extremam fasciam hac ratione cum inferioribus partibus suamus: vbi contraria parte opus est, vt in capite humeri, & in coxa, danda opera est, vt fascia, dũ sursum fertur, finiatur, ibiq; acu ab inferiori parte sursum traiecta hoc modo assuatur: neq; dẽt superior vinculi pars deorsum attrahi, sed inferior sursum, vtrunq; enim fieri potest, dũ fascia suitur. Ergo transmissa acu filũ ducente, inferior pars fili sursum adducenda, non tamen superior deorsum, consilio ad id directo, vt inferiores vinculi partes à superioribus trahantur: quod facere ab ipso iubemur, & quo tẽpore homo affectam partem videndam medicis porrigit, & quo manus curatio paratur, ac tertio quo vinculũ inijcitur, quod & ipsum ad manus curationẽ pertinet, & quarto quo postea mẽbrũ continet: uocauit primum ἐν παρέξει, id est in porrectione, alterum ἐν σχέσει, id est in præparatione, tertium ἐν ἐπιδέσει, id est in uinciẽdo, quarũ ἐν τῇ ἕξει, id est in habitu, quo cõtineri postea debet, quam quã alij ἐν πτύξει, id est in cõpressione scribant, sed priorẽ scripturam magis probo. nam in superior-

ribus dixit id temporis ἐν ἕξει, id est in habitu. Neque dubium est, quin, sicut eandem figuram partium, quæ vinciuntur, ijs omnibus temporibus seruari iubet, sic & filum & nodum, quum feruntur, semper sursum attrahi velit, in primis quidem extremitate fasciæ sursum firmiter attracta, & contenta, atque ob ipsam fascia tota. Illud verò animaduersione dignum ab expositoribus Hippocratis intactum relinquitur, quod nodum & filum ad superiora affectę parris ferri voluit dum ęgrotantes se ipsos medicis tradunt, non secus atque in alijs temporibus. pro suo enim arbitratu, quidam ad medicum pedibus eunt, quidam gestantur, modo affecta parte suspensa, aut deuincta modo vtroque facto. Nodus igitur & filum in eorum potestate est, non medicorum, à quibus inspiciendi sunt, aut curandi. censet fortasse tunc quoque interdum laborantes medicis vti. nam in itinere & ruri nonnunquam tenuioris fortunæ homines, plagas accipiunt, vulneranturque vel ossa ipsis suo loco mouentur, in quo casu ad curationem plurium medicorum conuẽtu opus est, tum diligenti inspectione, machinamentis quibusdam, aut instrumentis, aut linteis, aut etiam laqueis, quæ ruri vel in itinere nulla sunt. quare si eo tempore medicus adsit, læsam partem suspendet, & deligabit linteis illis, quorum copia erit. constatque, siue nodo, siue sutura opus erit, medico hæc apte efficienda esse. Quo facto in ciuitate rursus æger consuetos medicos adhibebit, primum vt diligenter vitium cognoscant: deinde, vt prolapsum articulum restituant, vel fractum os componant, aut plagam suant, aut collisis recte opem ferant: post hæc medici idoneum vinculũ admouent: postremò, quod deuinxerunt, prouident, vt eodem modo figuratum contineatur. E F

Principia & nodus injcienda sunt, non qua vlcus, sed hinc, vel hinc.

8

Quid nunc vocet ἄμμα, id est nodum inijcere, ostensum est: in prioribus enim verbis e regione ῥάμματος, id est fili ponebatur, nunc alterius tantum meminit, quod debeat & filum desinere in nodum. nam in quauis sutura in hunc finitur, cum acu non sola, sed sequente filo traiiciantur, quæ suuntur, & nodo inter se astringantur. Sæpe quidem euenit, vt inter se proxima sint fili capita, & nodus, sicut, vbi cutem suimus: interdum distant, quod sæpe in" vinculis accidit, vbi fili partes lõge adducuntur, vt communem nodum accipiant. A.li.4.f.5. t.2.c.9.485 a

Verisimile ergo est nunc ipsum edicere, ne fili principia, quà vlcus est, injciantur. quo præcepto illud quoque intelligitur, quod neque nodus super vlcus collocetur, vrgeretur enim non solum nodo, sed fascia à nodo fortiter pressa, eò quod vehementius esset coarctandus, vt fasciam contineret. Eodem modo si citra filum fascię extremitates inter se complicatæ nodum accipiant, vel aliquid extrinsecus vlceri superdetur, non debet nodus super vlcus imponi, impositus enim ipsum comprimeret, præsertim si fascia ante obuoluta tenuis esset, & absque lana circundata. Nunc sane mihi videtur Hippocrates agere siue de filis, siue de habenulis, quæ inter se complicatæ in nodum finiũtur: sed censent alij velle ipsum principia fasciarum super vlcus non imponi. ex quibus nonnulli variarunt scripturam, verè quidem, sed propositæ orationi parum conuenienter, cum non de fasciis, sed de tractare nunc propositum sit: quam quidem scripturam veram & artificiosam esse non inficior. sic autem habet fasciarum principia iniicienda sunt, non qua vlcus, sed hinc vel hinc] hoc est, ab vtraque parte eius, vel dextra vel siniſtra. sic autem fiet, vt id verum sit, quod ab ipso traditur in" in opere de fracturis, & huic loco minime repugnet. Imperat enim ibi, vt fasciarũ capita affectæ parti superimponantur, siue fractura, siue vlcere laborent, non tæ supra, aut infra. in eo enim libro de dimensione in longitudinem loquitur: nunc, quum non ad hanc, sed ad latitudinem respiciat, principia iniici dixit, non quà vlcus, sed hinc vel hinc, hoc est, ab vtraq; parte eius. cui non aduersatur, quòd neque supra, neque infra inijci debent, quod tamen latet expositores huius libri. Merito igitur dubitant, quũ Hippocrates inquit [principia & nodus inijcienda sunt, non quà vlcus, sed hinc vel hinc]. Placuit etiam quibusdam principia fasciarum intelligi τὰ πέρατα, quamuis τέρατος nomen latius pateat τῆς ἀρχῆς. idest quam principij, quod & Plato nos docuit, asserens τὰ πέρατα principium esse & finem. Ergo, si liceat latiori vocabulo pro eo, quod angustius est, rẽ appellare, licebit nobis tam principiũ, quã finẽ nominare πέρας, non tñ finẽ nuncupare principium. Iã verò principia, ad nullũ aliud referri possunt, quã ad fascias, fila & habenulas. cumq; nullo modo fieri possit vt hic de fascijs loquatur, necesse est principiũ in filis accipi, & habenulis, & si placet etiam in panniculis, quando quidem hi quoque comprehendere vinculũ possunt, non secus atque habenulæ, quarum extrema inter se complicata vinculi vicem exhibent. G H

Nodus asciæ in fascijs.

Nodus in futuris cutis.



Sect.1.t.23.7a 227.b

Nodus

A *Nodus non ea parte ſit, cui innitimur: non ea, qua agimus: non qua inanis eſſet, ne inanis collocetur.*

Quum proxime in præcedentibus iuſſerit, vt qui futuram adhibet, principia ſuper vlcus non ponat: ſed alia parte, qua nodus etiam collocandus eſt, nũc docet, quibus locis ponere nodum oporteat. Docemur autem res interdum per ea, quæ ipſis non accidunt, ſic enim appellantur, q̃, cum accidere poſſint, non tamen accidunt. Vis autem orationis huiuſmodi eſt. Nodum non conuenit ponere qua parte vlcus eſt, ſed qua ferri poſſit verſus ſuperiorem regionem, cum eo, vt caueatur pars, cui innitimur, qua agimus, & tertio, quæ inanis eſt. Vocat autem qua agimus eã partem, qua vtimur, cum extendimus, curuamus, vel ad latera porrigimus. pars vero cui innitimur, in ambulando quidem eſt planta pedis; in cubando totum dorſum, atque eius pars potiſſimum, q̃ in eo extat, præterea capitis partes poſteriores; in ſedẽdo, ima pars natiũ. ſi quis aũt deligatis brachijs aliq̃d agere debeat, cõſidera quid nãillud ſit, & circa q̃ externa. in ea actione poteris partẽ, cui innititur, inuenire. agunt quidem articuli, quamobrẽ vbiq; vitandi ſunt, atq; illi præcipue, q̃bus agere vinctis ægrotantibus conuenit. Conſtat autẽ recte ipſum edicere, ne nodus, qui continere totũ vinculum debet, ſuper eã partẽ ponatur, quæ in motu figurã mutat. neceſſe enim erit
B nodum, vbi ſuper articulos collocetur, modo iuſto laxiorem fieri, modo coarctari. Quod in fine orationis dixit ἐνεὸν, id eſt inanis, omnes accipiunt pro ſuperuacuo, perinde ac ſi dixiſſet, nullum ad vſum. græci enim ἐνεοὺς dicunt eos, qui a primo natali die ſurdi ſunt, & vnde citra verborum cõformationem obſtrepũt. quemadmodum igitur hi ad vitæ actiones prorſus inutiles ſunt, ſic aiũt ab Hippocrate appellari ἐνεὸν, quod nihil ad vinculum conducit. Potuit id verbi ab ipſo ſcribi per κ, κενεὸν, corrumpi verò ab initio protinus atque ita ſeruari. ſed, quod ad ſententiam pertinet, idem hæc ſcriptura ſignificat, ſiquidem κενεὸν eſt, quod à nobis dicitur κενὸν, & μάταιον, hoc eſt inutile. ſed quia multos videmus, vel ob inſcitiam, vel φ velint diligentes videri, nodos adhibere faſcijs inutiles, idcirco Hippocrates nunc præcipit, ne ponantur εἰς τὸ ἐνεὸν, hoc eſt inanes, quod videlicet inutiles ſignificat, & ſuperuacuos. Putauit quidam ex ijs, qui hunc librum explanarunt, Hippocratem intellexiſſe inane, locum inanem, vt puta alam, poplitem, inguen, ex aduerſo capitis, humeri, genu, coxæ, ea diducens. inhærere enim dixit oportere nodũ corpori, at non perinde collocari, quaſi ſuſpẽſus ſit, quod eueniret in ala atque inguine. Si quis autem & hoc probabile iudicabit, ipſum poterit accipere: nam in obſcuris, vel eo quod mediocriter probabile eſt, conuenit acquieſcere.

Nodus & filum, molle, & non magnum.

C Hic rurſus, ſicut principio duo vocabula proponit, cum & res inter ſe diductæ ſint, quibus illa indita eſſe videntur ῥάμμα, id eſt filum vocatur, quod vna cum acu traiicitur, cuius materia linum eſt, ſiue lana, ſiue quid aliud eius generis: ἄμμα, id eſt nodus, qui ex habenulis, vel ſciſſis faſciæ extremitatibus implicitis efficitur: Patet aũt vtrunque molle conuenire: ſi futurum eſt, vt non comprimat, quod vero non magnum eſſe expediat, indicio eſt celeritas, quam ipſe in agendo laudat: eam prohibet longitudo, vel fili, vel ſeparatim etiam habenularum ſciſſæ extremitatis, aut eorũ, quæ continendi vinculi cauſa ſuperinijciũtur. Pendebunt igitur hæc magna à nodo fruſtra. præterquam φ tædium afferent, quum non nunquam vulnera contingant, dum complicantur. Exq̃ ſitius autẽ ſcrpſit [non magnum] quum potuiſſet ſcribere [paruum,] verum ſicut magnum vitari oportet propter ea, quæ retuli, incommoda, ſic & paruum, quum in agendo prehendentes digitos effugiat, atq; ob id remorans tempus producat: tum in vinculo, ppter breuitatẽ ſæpius ab eo, cum quo deuinctũ eſt, elabatur. atq; idcirco nos cogat in eodem iterum verſari. adde quod, cũ opinionẽ aliquando faciat rei deligatę, nodus exiguus poſtea ſoluitur, vbi cõtineri debet. Merito igitur cauẽdũ eſt, tã quod omnino paruum eſt, q̃ quod magnum: & hic perinde atq; in aliis, quod modicum eſt eligẽdum, id alterius extremi negatione non nunquã appellant, quemadmo
D dum nunc Hippocrates [non magnum]: qui ſi non paruum dixiſſet, idem vtique ſignificaſſet.

Licet quidem bene ſcientem ad partes decliues: & quæ in extremitate tenuantur, labi faſciam omnem, vt in capite ſurſum, in crure deorſum.

Si pro [ſcientem] ſcriberetur [ſcire] perfecta foret oratio: at nunc pendere videtur, & cum alia coniungi, eoque fit, vt nonnulli copulent, quæ ſequuntur, ſic vt tota ſit huiuſmodi: Licet quidem bene ſcientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuantur, labi faſciam omnem, vt ĩ capite ſurſum, in crure deorſum, deligare dextrã partem adſiniſtram, ſiniſtram ad dextrã, præter quam in capite. ſed nullo modo continuari videtur, quum non propterea deligare eo modo cõueniat, quia nodus conſueuerit ad partes labi decliues, & quæ in extremitate tenuantur. alia enim de cauſa iuſſit (vt in ſequentibus oſtendemus) dextram partem ad ſiniſtram, ſiniſtram ad dextram deuinciri. quoniam cum his [licet quidem bene ſcientem ad partes decliues, & quæ ĩ extremitate tenuantur, labi faſciam omnem] connectuntur ea, quæ ſic tradit [quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc ſunt: ad ſuſpendendum verò faſciam oẽm, quà

corpus quieſcit,& magis cauum eſt,ſuperimponenda [& quæ ſequuntur.quod ipſum paulo poſt B
exponens clarius demonſtrabit:nunc quæ interiecta ſine ordine ſunt, per ſe conſideremus.

12 *Deligare ſi dextram partem ad ſiniſtram, ſiniſtram ad dextram, præter quam in capite: hoc enim è regione.*

Præceptum hoc potiſſimum ad fracturas ſpectat.perpetuo enim in contrariam partem inclinandum eſt:vbi vlcus ab altera fuerit,vt ſi dextra pars læſa ſit,in ſiniſtram:ſi hæc, in contrariam; ſicut vbi totum os tranſuerſum fractum eſt,vinculum in neutram partem inclinãdum,quum pãni in orbem ſuperimponentur.Huiuſmodi igitur eſt,quod proponitur.Quum deligamus,ſi dextra pars affecta eſt,in ſiniſtram inclinare debemus:& contra ſi ſiniſtra,in dextram.quod fit,vbi caput faſciæ ſuper affectam partem ponimus,non exquiſite quidem ſuper fracturam,aut vlcus, ſed vtrobique hinc vel hinc:reliqua vero faſcia,quod affectum eſt, in contrariam partem attrahimus & ſimul etiam adſtringimus.At quum hanc ad contrariam partem adduximus, ibi non amplius æque adſtringimus,& multo minus etiam inclinamus, donec in orbem circumamicta ad ſuum principiũ reuertamur.ibi enim id manu prius tenebimus,cui rurſus faſcię partẽ,quæ ipſum cõtigat,ſuperpoſitam valenter continemus,ſic,vt iterum incipiat circuire ſuper partem prius inuoluF
tam ſimiliter adſtricta,& in contrariam partem inclinata:tum eodem modo circundata,vbi rurſus ad principium rediərit,æque faſciam altera manu continemus, altera coarctamus,atque in contraria vitiatæ ſedis attrahimus.Non ſolum autem hoc modo membra deuincimus, ſed & latera.nam,ſi affecta ſit pars dextra,orſi ab ipſa,faſciam eo modo,quo dictum eſt,ducimus ad ſiniſtram:ſi vitium ſit in ſiniſtra,ab hac,faſciã incipientes,quaſi iter facimus verſus dextram: ſed caput non licet ita in orbem comprehendere, quod nõ patiãtur id ceruices,qua cũ ipſo committũtur.Quamobrem ſiue dextram,ſiue ſiniſtram partem occupet vitium,quod vinculum poſtulat, faſciam e regione, hoc eſt,rectam ducimus per ſummum quidem caput porrectam, inde ad extremam maxillam demiſſam,poſt hæc iterum ad affectum locum ſimiliter datam,ſiue iterum,ſiue tertio ipſam circuire abunde putamus,& dum finiatur,circumactam.finiatur autem in vertice prorſus,is enim locus maxime idòneus eſt,qui fideliter contineat.

13

Deligatio p cõtrarias partes. Deligatio p proceſſionẽ



Sed in contrarijs faſcia in vtranque partem attrahatur, quod ſi ab vno capite incipiat, ſimiliter qua firmiter contineatur, vt in medio capite, & in alio eiuſmodi loco. G

Duplex eſſe poteſt huius loci ſententia, vt vel ad omnes corporis partes,vel ad caput tantũ referatur, quia,quum dixerit, præterquam in capite dextram partem ad ſiniſtram,hoc autem è regione deligandũ eſſe,cæteras eius partes, quæ inter ſe contrariæ ſunt, quarum quidem hæc poſterior eſt & in occipitio, illa vero prior & in fronte,deuinciri iubet,faſcia in vtranque partẽ ducta:ducitur autem in vtranque partem, vbi media affectæ ſedi iniecta,vtrumque caput æqualiter ad contrariam attrahitur. Ergo faſciarũ,quæ ſic volutæ ſunt,extremitates valentius continentur,ſi in fronte,quam ſi in occipitio collocentur.Verum,ſi de omnibus corporis partibus loqui Hippocratem ſtatuamus, contrarias dicemus partes,quarum vtriuſque ſtructura eſt ſimilis,nempe dextram & ſiniſtram,priorem & poſteriorem:quæ vbi pariter vitiatæ ſint,ſicut in tranſuerſa fractura euenit,faſcia in vtramque partẽ attrahenda eſt,quemadmodũ faciendum diximus in pannis,qui in figuram aſcię ſuperdantur. H
Quod ſi (inquit) ab vno capite incipiat,perinde ac ſi in vtranque partẽ duceretur, circumagenda eſt,ſicque qua firmiter contineatur,adducenda,vt ibi finiatur. pro exemplo autem loci vbi firmiter contineatur,attulit medium caput, contentus nunc eo ſolo,quum paulo poſt,perfecte vniuerſam orationem ſit explanaturus,docens qua parte deſinere faſciam conueniat,vt iuncturam totam fideliter tueatur.Particula autem [ſimiliter]in vtroque accipi poteſt,& in toto faſciæ circuitu,& in fine.



14 *Quæ mouentur, articuli, quà curuantur, minimis, & maxime collectis veluti poples: qua extenduntur ſimplicibus, & latis, veluti patella circundari debent,*

Minima lintea danda eſſe docet circa poplitem,cæteraque eius generis,& maxime collecta,hoc eſt cõtracta in anguſtum: partem vero popliti contrariam ſcilicet patellam,contraria via.eſt autem cõtraria via,vbi lata ſunt, & quãtũ minime


A minimè poteſt,contracta.quod omnibus articulis conuenit,quà curuantur,quemadmodum poliri:quà extenduntur,quemadmodum patellæ,quam nonnulli uocant ἐπιγουνίδα, ſicut alij ἐπιγουνατίδα.ſuper hanc igitur dixit latam faſciam extendendam eſſe, ſic,ut ipſam uniuerſam complectatur.nam,quæ non ſic obuoluatur,ſurſum uel deorſum facilè feretur: ad utramque enim partẽ labetur,proptera,ꝙ patella gibba eſt.At poplitem,contracta faſcia inuoluendum cẽſet.nam neque admittere,neque ſeruare eam poteſt,quæ in latitudinem explicatur.

15 *Quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc ſunt:ad ſuſpendendum verò faſciam omnem:quà corpus quieſcit,& quà magis cauum eſt,ſuperimponenda, ut ſupra uel infra genu.*

Laudare eiuſmodi breuitatem decet, quæ vno vocabulo apertè id notare poteſt, quod oratio.Quemadmodum & nunc,vbi[ad continendum]κατακλήϊος dixit,quo uerbo ſignificatur oratio,quam proferre ſic poſſemus,vinculorum,quæ ad articulos adhibentur,extremitas firmiter tenenda eſt extra articulum aliquo inſuper vinculo adddito.[ad ſuſpendendum] verò ἀνακλήϊος, quo monemur,vt magnopere prouideamus,ne faſcia ad partes decliuiores delabatur,neve ſur-
B ſum tendat ad gibbas,quas ipſe ſupra dixit ἀπόξυσις,id eſt in extremitate tenuatas,quum inquit[licet quidem bene ſcientem ad partes decliues,& quæ in extremitate tenuantur,labi].Planè autem cõſtat ex verbis ipſius,rectè id à nobis dictum eſſe, ꝙ quæ nunc proponuntur, continuata illis ſunt, quibus ait [licet quidem benè ſcientem ad partes decliues,& quæ in extremitate tenuantur,labi]. quin & breuiſſimè ſedes commemorauit idoneas.quibus faſcia finiatur,duobus uocabulis eas cõprehendens,quum inquit[quieſcit,& cauum eſt].Quieſcunt:quæcunque extra articulum ſunt,in utroque oſſium,quæ inter ſe committuntur, ut, quod ad genu pertinet,quæ in femore ſunt,aut crure,hæc ſiquidem magis caua ſunt.Caua autẽ,κάπαρώτερα dixit, partes ſignificans,quarũ cõtrarius habitus eſt,atq; extantiũ hoc eſt,q̃ depreſſæ ſunt ac deſidũt.omne enim,qđ cauũ eſt deſidit.Pro priè aũt uox κάπαρον inane ſignificat,ſicut κάπαξαι exinanire.nam illud ἰλίου ἐξαλαπάξαι εὐναιόμενον πτολίεθρον,exinanire vrbem troiæ frequentem ſignificat,κάπαραὶ item dicunt illas corporis partes,quæ inter coſtas nothas poſitæ ſunt,& oſſa,quæ ad ilia pertinent.Iam verò omne quod deſidit,κάπαρον appellant,translato vocabulo ab eo,quod communiter accidit.ſiquidem omne, quod vacuum eſt,neceſſariò deſidit.

16 C *Conſentit autem cum capite humeri.faſcia ad alteram alam demiſſa;cum inguine, ad alterum iliũ: cum crure,ſuper partem huius poſteriorem,quæ carnoſa prominet. Quibus autem ſurſum labitur, ab inferiori parte ſuſpendenda eſt.quibus deorſum,à ſuperiori.*

A.li.4.f.5.-2.c.5.fol.484.2



D Reprehenſio circũ i'e aduerſum Reprehẽſio circum alam



Vbi vinculum nõ eorum commoditate, quæ laboranti particulæ ſuperimponuntur, ſed ꝓpter ſe adhibetur,eo conſilio primum potiſſimumque, inijcitur,ut affectam partẽ, & quo modo cõpoſita eſt,ſeruet,& ab inflãmatione tueatur, quod plenè oſtẽſum eſt in opere de fracturis.ſed quia præſtare hæc vinculũ nequit,niſi cõtineatur, ne ad ſuperiora vel inferiora corporis procedat, idcirco neceſſe eſt faſcias dare ad partes integras: & ubi veriſimile eſt uinculum totum ſurſum ferendũ eſſe,à cõtraria parte ſuſpenſum deorſum attrahere.In quibuſdam igitur partibus à cõtrarijs ſuſpẽdimus utilius, ſicut in capite humeri,& in inguine.exquiſitius uerò ait in capite humeri,non ad alterũ humeri caput, ſed ad alã: in inguine ad alterũ iliũ,ducendã eſſe faſciã:cum neq; humeri caput,neq; nates fideliter ſeruare iuncturã queãt,ſicut ala, atque ilia.Vocatur autem(ut mox retuli)κενεὸν,qđ inter thoracẽ eſt,& os qđ ad ilia pertinet,ita dictũ,ꝓpterea, ꝙ inane ſit, hoc eſt, deſidat.Iã verò conſtat conſentire,qđ ὁμολογεῖν.dixit,poſitũ fuiſſe ꝓ cõgruere & conuenire.nã,qui benè factis conſentiunt,nõ modò nihil cõtra faciũt,aut dicũt ſed perficiẽdi ſocij ſunt:ſic ex locis,quæ propoſita sũt, alia, quũ ad

hæc

quoque fascia pertineat, alia adiuuant. Similiter & in crure, cuius partem, quæ carnosa prominer, facilè, iunctura effugit, ad superiorem partem fascia vtiliter datur, ubi uidelicet carnosam ipsius prominentiam vinculo comprehendi necesse est. Locus similiter, qui iuxta talos est, fortiter uinculum continet, quum inter duas eminentias positus sit, nempè suræ tibiæque extremitates, quas nonnulli perperam uocant ἀστραγάλους, idem quoque præstat superior locus per eam cruris partem, quæ pòsterior carnosa prominet. E

17 *Vbi nihil tale est, quemadmodum in capite, quà maximè æquale est, contineri fascia debet, & duci q̃ minimè obliqua, ut postremò obuoluta, quà ualentissimè hæreat, varios circuitus contineat.*

Comprehensio Deligationis in fronte



Qua ratione partes vinciri debeant, iuxta quas nulla talis sedes est, qualem in crure dixit, quibusve non est contraria pars altera, quemadmodum humeri capiti, & inguini, ostendit, nominatim capitis mentionem faciens: iubetq; F quà maximè æqualitas est, totam iuncturã contineri: nempè extremitatem in neutrã partem inclinantem, rectam finiri, uel in fronte, uel in medio capite: ubi ea pars est, quæ βρέγμα vocatur. nam, ubi ad mentum fascia ducitur, commodè finitur in medio capite attracta sic, ut nullo modo inclinet: vbi verò in orbẽ circũdatur, in fronte similiter citra omnem inclinationem. nam, quæ sic circuit ad posteriorem partem feretur, quà occipitium est, quod inter collum est, & gibbam à tergo caluariæ partem. Dixit autem postremò fasciam quàm minimè obliquè circumagendam esse, idcirco, quia priores ambitus, ut diuersis locis affectam sedem inuoluant, sæpius necesse est obliquos duci: sed postremus minimè obliquus priores continet qui morbi causa obliquè sunt adhibiti, hos itaque constat hoc modo contentos immobiles permanere. Quemadmodum igitur in capite, & supra, uel infra genu, postremus circuitus seruari penitus sine inclinatione debet, sic in uinculis, quæ dantur ad inguen, uel humeri caput, ubi ad contrarias partes porri- G gere fasciam cogimur, extremi circuitus citra omnem inclinationem in orbem esse debent, in ilibus quidem ab utraque parte, ubi deligare inguen volumus: ab utraque ala, ubi caput humeri, quod similiter seruandum est in cubiti commissura.

18 *Verum, ubi nec contineri, nec suspendi commodè potest, contineri filis debet, uel subiectis, uel ad suturam adhibitis,*

Quod proponitur, huiusmodi est, in quibus uitijs, aut partibus difficulter extrema lintea continentur, aut suspenduntur, in his oportet filis, uel in orbem datis, uel sutura adhibita ad extremum uinculum, efficere ut contineatur. Vtrum verò fieri possit, ut aliqua pars, qua difficulter extremum linteum contineatur & suspendatur, filum facile ferat, nihil cum expositoribus dicere possum. Nescio autem an aliquæ sint partes, quæ huiusmodi iuncturam non sustineant, sed quosdam noui, qui, ubi paulum uitiata pars mota esset, intolerabili dolore premerentur, sicut is multo ante, cui, quũ ex alto caderet, regio iuxta spinam icta est, ita, ut ne si paulum quidẽ moueretur, ferre magnitudinem doloris posset. necesse ergo fuit tunicam illi primum detrahere, non exuendo, sed futuras omnes scindendo: deinde tradere hominem plurimis, qui totum corpus continerent, & suspenderent sic, ut, in neutram partem inclinaret, tum extendere super lato scamno pan H niculum, lanæ hapso superiecto. quod imperauimus, ut quum primum homo ab iis, qui illum continebant, à cubili attolleretur, celeriter super id imponeretur, subiicereturque in latitudinem spinę hominis sublati. nos uerò alterum lanæ lapsum, calido oleo madentem, ubi dempta tunica fuit, spinæ absque mora subijcientes, super subiectum panniculum, cui alter hapsus lanæ superim positus erat, hominem collocauimus. post hæc madentis hapsi extremitatum ab utraque parte vnam ad priorem corporis partem adduximus, deinde super ipsas attraximus extrema sicci hapsi, tum lintei, quæ futura coniunximus. Quod si non futura, sed filis contineri quis iuncturam uoluerit, primum illa sub panniculo extendat, oportet. hoc siquidem fieri non debet vinculo iam iniecto, quod similiter in coxa conuenit, tum in femore, in humero, & interdum in cerucibus à po-

19 steriori parte.

Fasciæ mundæ, lenes, molles, tenues. A.li.4.f.5. t.2.c.5.fo. 484.a

Materiam nunc docet fasciarum, eas adhiberi iubens, mundas, leues, molles, tenues: mundas quidem, ne ob sordes sensum mordentium excitent, neve humorum, qui superinfunduntur, vim penetrare vsque cutem prohibeant: leues, ne vitiatus locus oneretur: tenues, ut leuiores sint, & molliores, facileque per eas transeat, quod infunditur: molles, ne premant. Constat autem hæc omnia ad id valere, ne inflammatio affectas partes inuadat.

Circumagen-

20 A *Circumagendæ autem, vel ambabus manibus, uel utraque in uicem.*

Quod ſupra dixerat communiter de omnibus operibus chirurgiæ, præſtari ea volẽs vtraque manu, vel ambabus ſimul, id nunc de ſola circumagendi ratione ſcripſit. huiuſmodi enim manuum exercitatio celeritati, quæ in dolore potiſſimum requiritur, magis eſt accommodata. Ergo ambabus manibus ſimul circumagitur faſcia, quæ in utranque partem attrahitur: cæteræ, altera tantum. ſed & in his vtraque inuicem faſciam prehendit: nam ubi in vtranque partem attrahitur, ambæ eodem tempore ſimiliter agunt: in reliquis in uicem, altera maximam iuncturæ partem efficit circumdans. cui miniſterio utiliter altera ſubſeruit.

21 *Idoneis verò vtendum, partium latitudine, craſſitudineq́; inſpecta.*

Imperat, vt idoneam faſciam inueniamus, partium, quas deuincimus, latitudinem, craſſitudinemq́; intuiti. Sed, quum rectè faſcia adhibeatur per ea, quæ dicta ſunt, in quibus docuit, unde incipere debeat. qua ratione affectæ ſedi circundari, quasque partes cum ipſa comprehendere, tũ
B quà finiri, & quomodo adhibere ibi nodum & filum expediat, ſcire conuenit, nihil indicari ex his. ſiquidem nihil ijs, quæ propoſita ſunt ex partium, quæ uinciuntur, latitudine aut craſſitudine colligitur, ſed ex ipſo morbo, & ex figura partis, quam morbus occupat. Nũc igitur pareſt ipſum tradere, quisnam ſit profectus faſciarum, ubi partium, quæ vinciuntur, latitudinẽ & craſſitudinem attendimus. hinc enim ipſorum linteorum longitudo ac latitudo intelligitur. Paruulo puero exempli cauſa conſentaneum eſt faſcias inijciendas eſſe, quæ, quod ad longitudinẽ ſpectat, breues ſint, quod ad latitudinem, anguſtæ: ut magnæ ſtaturæ iuueni longas, & latas, proque eorum proportione cæteris corporibus, quæ inter magna ſunt, & paruа. ſi quod enim corpus vinciatur, quod penitus mediam inter vtranq; latitudinem & craſſitudinem habeat, faſcias adhibemus, quod ad longitudinem & latitudinem attinet, medias inter eas, quibus ad magnum corpus, & quibus ad exiguum vſi ſumus: ſed ſi ad alterum extremum magis accedat, augentes vel minuentes pro eo illarum modum variabimus.

22 *Circuitum capita, dura, æqualia, diſtincta ſint.*

C Vtraque faſcia circuitum habet, & quæ laborantis corpori nondum circundata eſt, & quæ locum affectum comprehendit. Capita verò faſciarum, quæcunque illa ſint, utrique communia ſunt, ſeu capita nunc intelligantur principia faſciarum, ſeu fines, ſiue vtraque, & præter hæc etiã extremitates in latitudinem: hæc omnia attinent ad utrumque faſciæ circuitum, ubi ſcilicet per ſe glomerata eſt, & ubi laborantis corpori obuoluta. quare hoc explicare nullo pacto difficile eſt, quamuis de eo huius libri expoſitores inter ſe diſſideant, vera enim oratio eſt, ſeu referatur ad glomeratam, ſeu ad eam, quæ corpori ſuperdata eſt. Quin & omnes extremitates intelligimus, non, vt quidam æſtimarunt, eas, quæ in longitudinem, vel, vt alii, eas, quæ in latitudinem; illi ad ſolas faſcias, quæ extra corpus ſunt referentes: hi arctatum faſcia circuitũ indicari ab Hippocrate cenſentes. Conſtat autem faſciam per ſe, priuſquam corpori inijciatur, arctandam eſſe. ſic enim facilius prehendetur, quum & tenuior ſit, & circuitus habeat diſtentos, eo quòd in globum intenta coarctetur, quum adſtringi aliter nequeat. ſola verò capita adſtringenda eſſe apertè falſum eſt, quum non hęc tantum, ſed tota faſcia debeat coarctari. Ergo uelut in re ambigua id, quod ſentio, iam explicabo. Capita intelligenda ſunt omnes tam in longitudinem, quàm latitudinem, faſciæ extremitates: exiſtimandumq; eſt minus propriè dicta fuiſſe, dura, atque ea de cauſa orationem
D eſſe obſcuram, prefatus enim ſupra [faſciæ mundæ, leues, molles] qui nũc rurſus eas duras inquit? Equidem arbitror vſum fuiſſe σκληραὶ, id eſt duræ, vocabulo rei, quæ ſignificatur accommodato. nam ſæpius in extremitatibus linteorum, quæ quaternæ ſunt, binæ in longitudinem, totidem in latitudinem, uel ſolum ſtamen conſpicitur, cui ſubtegmen uſque ad finem non connectitur, vel ſolum ſubtegmen ſine ſtamine, eſt etiam interdum, ubi alterum eorum laxius extrema parte reſidit: uel alia parte reſidit, alia extat. In his igitur linteis circuituum capita molliora ſunt, quàm in quibus ſtamen & ſubtegmen perpetua vſque ad finem procedunt. His, quæ hoc modo molles ſunt, duræ aduerſantur (vt dixit) conuenienter glomeratæ, ſatius autem fuiſſet dicere non molles, vt ſupra dixit de nodo [non magnum]: quæcunque enim media ſunt inter immodica (vt retuli), proferri negatione alterius exuperantiæ ſolent. capita igitur dura iure ſic accipi potuerunt, tum quòd nihil aliud vel mediocriter probabile afferri poſſit, tum quòd Hippocrates de huiuſmodi errore circa lintea nullo alio loco pertractet. Aequàlia ſignificant ea, quæ tota ſine vlla varietate ſimilia ſunt: id quod fit, ubi nulla pars lintei durior eſt aut latior, nulla item mollior, aut anguſtior, tum vbi nihil deeſt, nihil corroſum eſt (παρύφασμα græci dicunt), ſicuti uidemus in telis, quarum textura inæqualis eſt. Diſtincta verò fieri accipimus,

accipimus. quum æquè omnes partes extentæ sunt, neque vna extenta & simplex est, altera du- E
plex atque implicata.

23 *Casura sanè deteriòra sunt, quum cito cadunt: hęc autem sic, ut neque premant, neque decidant.*

Hæc loquendi ratio perturbata omnino est, quomodocunque accipiatur uerbum ἀποπεσόντων, quo [cadunt] expressit: siue iuxta atticorum consuetudinem dictum existimemus, qui genitiuum participij pluralem pro tertia persona pluralis imperatiui ponunt, cuiusmodi illud est ἴσχετε δ' ἐπὶ δόλιχον παριόντων: siue genitui casus, cuius rectus sit ἀποπεσόντες, oratio perturbata est. nam, si prius significatum admittamus, talis erit [casura deteriora citò cadant, uel si mauis, cadat] cum dictio, casura, neutri generis sit: hoc autem in numero multitudinis acceptum græcè uerbo iungitur tam singulari, quam plurali, iuxta alterum significatum, emsmodi reddetur oratio [casura deteriora sunt, ipsis citò cadentibus]. sed satius fuit sic scripsisse [casura sanè deteriora sunt, quum citò ca-
26 dunt.] Colligitur autem euidenter ex hac oratione, & alijs quibusdam, librum hunc rudem ad- F
huc editum fuisse, propterea quòd partim auctor ipse unam uel alteram literam prętermittendo, addendo, aut uariando errauit, quemadmodum plures scribūt: partim peccauit primus librarius, qui quædam ab auctore obscuris literis scripta minus perspiciens, non benè coniecit. adde, ꝙ litera perierit, vel confusa fuerit abrupta charta, uel alio casu interueniente. fortasse enim alii errauerunt, literas præposterè componentes, & nonnulli ueterem scripturam immutantes. ex quibus omnibus fit, ut magnus errorum numerus, in multis exemplaribus accumuletur. Hæc profectò vel semel habita, memoria tenenda sunt: in singulis enim erroribus eadem repetere longum est. Dantes autem integra uerba sic habere [casura sanè deteriora sunt, quū citò cadunt] inquiremus, de quibus hæc dicantur, num de quibusdam corporis partibus casuris: an de fascijs: an de iis, quæ affectæ parti ad sanitatem comparandam imponuntur, qualia sunt cataplasmata, medicamina, linamenta, laquei. nanque extra hæc tria genera nihil uidetur ab ægrotantium corporibus posse cadere. quin & ab iis, qui librum hunc explanauerunt, figillatim unumquodque dictum est, non tamen omnia tria: quanquam, si cui singula probabilia uisa fuerint, poterunt & omnia uideri. Equidem non alienum existimo accipere orationem hanc in linamentis, quæ, uel per se sæpius imponuntur, ut ad sanguinis eruptionem, uel, ut medicamenta excipiant, uel, ut eadē superdata contineant. expedit enim prorsus ea decidere, at non citò, sicut neque laqueos: sed, ubi suppu- G
ratione facta perfectè caro producta fuerit, & circa venas sanguinem fundentes increuerit. At neque crustas etiam candenti ferramento, uel adurentibus medicamentis inductas, conuenit citò cadere. Sed complura medicamenta, quæ partim liquida putrescentibus partibus infunduntur, partim inspergunt arida, partim ad lienosos dantur, & ad aquam inter cutem summopere prosunt, quum non celeriter decidunt: medicamenta item, quæ quòd benè inhærescant, ἔγκολλα dicuntur, ad alias partes atque affectus imposita ualde proficiunt, si diutius contineantur: ad fracturas etiam, & ad humeri caput frequenter excidens, tum ad pedum, coxarum, renum, omnium articulorum tormentum, capitisque dolorem acutum, experti sumus admodum conferre, nisi citò decidant. è quibus quæcunque dicuntur ἔγκολλα, cum ita glutinentur, ut
27 uix resolui possint, & corpori inhæresçant, uinculum non requirunt: alia uero deciduut, nisi fasciis continantur, de quibus nunc loquitur. Inquit igitur [hæc autem sic, ut neque premant, neque decidant] quasi ita scripserit, quæcunque medicamenta non expedit citò cadere, ita uincienda sunt, ut affecta parte sub uinculo non coacta ualenter teneantur, quod idem significat, ac non decidant. In his igitur, quæ extrinsecus superdantur, satis uerba hæc excussa sunt: consideremus rursus, num de partibus corporis illud uerè dicatur [casura sanè deteriora H
sunt, quum cirò cadunt], nonnulli siquidem orationem hanc falsam existimant, quos fallunt partes putrescentes, quæ celeriter excidantur necesse est, quod ipsum per se uerum est, nihil tamen illi repugnat, multum enim interest inter ea, quæ casura sunt, & quæ excidi debent. sæpe enim ossis testa, vel squamula tempore decidit, quas præstat à natura compulsas tempore paulatim abscedere, quam sub irritantibus præsidiis, aut sub instrumentis resoluentibus cadere. quæcũque enim subita vi extrahuntur, sinus fistulis similes relinquunt: vbicunque casura subereſcente calloso quopiam vel carnoso remittuntur, locus quam primum plenus conspicitur, & celeriter ad cicatricem perducitur, si medicina modice siccans, atque adstringens adhibeatur. At qui nonnulla etiam neruosa, & à membranis non abhorrentia, sæpius excidunt, paulatim, tutò longo tempore suppurantia: quæ si cogantur vehementibus medicamentis, id est acrioribus, vel si instrumento quopiam, seu digitis nostris euellantur, reliquas partes afficiunt, inflammationem, febrem, delirium, neruorum distentionem concitantia. Iam vero ad reliquum, nempe ad tertium genus eorum, quæ cadere diximus, pergamus, hæ autē sunt (vt nonnulli concipiunt) fasciæ, quas aiunt, vbi laxæ sunt, futurumque omnino est, vt cadant, vtilius longiori tẽpore cadere,

sed

A ſed hoc falſum eſt,ſiquidem,quæ malè affectis partibus circundatæ ſunt, ſatius eſt cadere quàm celerrimè,ne dum tempore:atque adeò expectare non debes,dum illæ cadunt, ſed citò ipſe iunctu-ram ſoluens rurſus moderatius deligare.quare nonnulli ex ijs,qui ſic exponunt, fatentur expeditius eſſe,làxas faſcias citò cadere.Sed,quod ab Hippocrate effertur,præcisè dicitur. niſi quid dam aliud intelligatur,vt uniuerſa oratio ſit huiuſmodi [caſura,quum diutius manent, deteriora ſunt ijs,quæ celeriter cadunt].ſed,ſi hoc detur [cadere] minimè probabiliter refertur ad alias faſcias.Ecquis tam diu expectat in ijs,quæ ſponte ſunt caſura,cum poſſit celeriter ſoluere, & rectè deligare?alii uero in contrariam partem inclinantes,ueram quidem dixerunt orationem,ſed explanando verba contorſerunt.nam,qui nõ contorta eſt hæc expoſitio? Caſura deteriora ſunt, quàm non caſura,præſtat tamen ea citò decidere,vt vna ſententia contineatur priori parte orationis hactenus[caſura det eriora ſunt]:& rurſus ab alio principio orſi legamus [ταχέως ἀποπεσόντων,hoc eſt citò cadunt .[At contorta eſt(vt diximus) hæc expoſitio iuxta figuram loquutionis σύναρθρον appellatam.adde quòd ſi illud[caſura ſanè deteriora]in uniuerſum accipiatur, falſum eſt:com pluribus enim cadere bono eſt.Melius eſt igitur(ut narrauimus) orationem ad ea referre,quę ſuperimponuntur,& ad partes caſuras:faſcias verò,& poſtremam expoſitionem reijcere.

B *Ad quæ autem faſciæ ſpectant,uel quæ ſuper alias dantur,uel qua primæ inijciuntar, uel utræque.*

Supplendum eſt[hæc ſunt]: dein protinus legendum[faſciæ,quæ primæ inijciuntur, efficiũt, vt quæ abſceſſerunt,propellantur]& quæ ſequuntur. Spectant dixit ἔχεται,eo ſignificans, quaſi deſiderant,& ſibi uẽdicãt, & ſpectant,quæ rurſus omnia idem ſibi uolunt,nempè quæ vinculi vires ſint,quæve opera.Voco autẽ nunc operanon operas,ſed effecta,quomõ domus opus eſt ędificatoris,fabri lectus,textoris veſtimẽtũ.In uinculis itaq;,præſertim,quæ ad fracturas adhibẽtur, binæ faſciæ obuoluuntur,anteq̃ panni inijciantur,ſcd̃m hos reliq̃. Priores duas Hippocrates ꝓprio nomine dixit ὑποδεσμίδας:iuncturam uerò,quæ ex his fit:nucupauit ὑπόδεσιν.Audiamus deinceps ipſum dicentem,quæ præſtare poſſint tam illæ faſciæ,quæ primò inijciuntur, quàm faſciæ communiter.debuit autem primum explicare cuius gratia vincula à medicis iniiciantur,quomodo primum partitus eſt,aſſerens alia ſanare,alia ſanandi ſocia eſſe: tum qua uia iniectum unumquodque eorum ſanet.ad curationis enim conſilium reſpicientes idoneam iunctu-
C ram inuenie mus.indicabit autem conſilium ualetudo, quæ curabitur. Hippocrates tamen non ita ſcripſit, ſed hactenus præfatus,qualem adhibere iunctu-ram debeamus,tranſit ad opera,& uires ipſius.

Faſciæ quæ primę inijciuntur,efficiunt,vt quæ abſceſſerunt,propellantur:hiantia contingantur: contracta ſeparentur:peruerſa dirigantur:aut contraria.

Abſceſſiſſe nunc dicit,quæcunque corpore integro cum aliis partibus iungebantur,hæc,cum aduerſa ualetudo eſt,unitatem & contactũm non amplius retinent. Vnitas quidem abeſt omnib⁹ fracturis,ulcerib⁹,fiſſis,contuſis:contactus verò abſceſſib⁹,ſinib⁹, inflationibus, tumorib⁹.Hiãtia dicit,quæ plurimũ inter ſe recedunt,quod fit duobus modis,uel ubi ipſa tota,vel vbi oræ dũta inter ſe diſtant.Ergo conſilium curationis eſt,quæ abſceſſerunt propellere: hiantia coniungere: xat puerſa dirigere,quod cõmuniter ad omnia ſuperiora pertinet.græci hoc ἐπανορθοῦσθαι & διορθοῦσθαι dicunt:ſignificantes,quæcunque aliquo modo excedant,in ſtatum reſtituere moderatum .
D Conſilia igitur in uinculis adhibendis hæc ſunt:quanquam eorum vis non modò hæc præſtat,ſed interdum etiam contraria:cum recte iniiciuntur,hæc:quum male,contraria.Meritò igitur in extrema oratione adiicit[aut contraria].conſtituit enim oſtendere,quid faſciæ,quæ primò iniiciuntur,efficiant,& non tantum de recte adhibitis tractare. In principio ſane huius orationis[ad quæ autem faſciæ ſpectant, uel quæ ſuper alias dantur, vel quæ primæ iniiciuntur] loquitur de omni vinculo, non de optimo tantum: ſi quis tamen de optimo tantum uelit ipſum agere, quod in extrema oratione additur,hanc ſententiam habebit . Sicut in habitu præter naturam alia diducta, hiantia alia, nonnulla peruerſa conſpiciuntur, ſic uidere licet alia uitia his contraria. corpore enim bene valente, quum moderata cuncta ſint, omne uitium inde oritur , quod moderatio corrumpitur, Ergo, ſicut quæcunque naturali habitu ſunt, ubi cum quibuſdam continuantur, uel quædam contingunt, amiſſa unitate & contactu,ægrotare & habere præter naturam dicimus: ita etiam, quæ neque continuabantur, neque ſe contingebant, unitas & contactus morbo implicabit. quare, quum hæc contraria ſint, ubi curentur, contraria conſilia exigent . Illa verò uidebuntur rationi repugnare, quæ contraria ſunt peruerſis, directaq; nuncupantur.oportebit enim, & hæc(quantum ex propoſita oratione colligitur)peruer-

tere,

tere , qui effectus non amplius eſt uinculi idonei,ſed alieni.uerum, ſi quis meminerit eorum, E
quæ ab Hippocrate de femore,& de humero traduntur, comperiet his rectum habitum præter naturam eſſe:quum ſecundum naturam in exteriorem,& priorem partem gibba ſint. Sed quendam hoc latuit,qui femur humerumve tranſuerſum fractum,primò quidem rectum compoſuit, tum callo glutinãdum in eo habitu deligauit:ſed,quum naturalem oſſium habitum animaduerteret,eumque ſeruandum eſſe intelligeret,ſentiens fractum os nondum callo ſolidatum , aqua calida perfudit oleo copioſè adiecto:dein vehementer extendens,primò quidem perfregit ut initio fractum fuit,tum naturali figura ſeruata compoſuit, poſt hæc ita figuratum naturæ commiſit callo glutinandum.Quare uerum eſt non ſolum imprudentes medicos ob alienum uinculum contrariam vtilitatem ſuperioribus afferre,ſed optimos etiam de induſtria:quoniam,quæ prẹter naturã duplicata ſunt,ad contrarias partes conuertunt:in ijs,quæ coaleſcunt,coniunctionem ſoluunt.uidemus enim quibuſdã exulceratos digitos cohærere,ira labra,& palpebras.Spectare igitur hæc oportet in huiuſmodi uitiorum curatione,quorum ſingulorum propriam iuncturam ſubijcit,primò proximis uerbis agens,qua uia parari faſciæ debeant.

26 *Iam verò Faſciæ parentur leues,tenues,molles,mundæ, latæ,ſine ſuturis, ſine eminentijs:ita ualentes,ne extentæ rũpantur,& paulo amplius: non ſiccæ,ſed eo humore madentes,qui ſingulis ſit idoneus.* F

Scripſit iam antè de faſciis,ſed mutila quædam, ex quo colligitur librum hunc, neque ab Hippocrate fuiſſe adeo politè limatum,ut edi poſſet,neque à filijs. nemo enim poſt obitum Hippocratis eadem,uel breuiſſima etiam oratione attigiſſet,ſed vel hæc,vel quæ antè propoſita ſunt,reſecuiſſet.dixit enim ſuperius [faſciæ mundæ,leues, molles,tenues] nunc adiungit opus etiam eſſe,vt latæ ſint,ſine ſuturis,ſine eminentiis,tum valentes,non ſolum ſic,ut non rumpantur,quum vehementius extenduntur, ſed eo etiam amplius , hoc eſt validæ ſint, & firmæ, quo fidelius teneant.Præcipit autem,vt ſine ſuturis ſint inæqualiter prominentibus,& ſine eminentijs,quæ ſunt in iis,quæ texuntur,interdum de induſtria,interdum inuito textore,oblongis quibuſdam extantibus,modo ex ipſo ſubtegmine, modo etiam ex purpura , ſed & fœminæ in iis , quas vocant πορφύρας,data opera omnino hoc faciunt,quæ omnia caueri iubet.At quod inquit[faſciæ parentur latæ]iis annumerari poteſt,quæ minus accuratè proferuntur.nam,ſi anguſtis comparentur,poterit quis redarguere,conferens eas cum iis,quæ iuſto latiores ſunt:ſed ſi ad moderatas,quod à moderato in utramuis partem recedit,ſiue amplius ſit,ſiue minus,id omne uitioſum eſt. Quorſum G
adhibeantur tenues,leues,molles,mundæ,ſuperius dictum eſt. Quod addit[non ſiccæ,ſed eo humore madidæ,qui ſingulis ſit idoneus]ad faſcias quoque refertur.quo autem motus argumento id præcpiat,euidentiſſimum eſt . in nullo enim vinculo ſiccas admouendas cenſet,ſed ex eo humore madefactas,qui σύντροφος,hoc eſt idoneus ſit ſingulis uitijs,quæ curantur.Siquidem cerato liquido ſimplici,& quod picem habeat,& vino nigro auſtero madefieri has docuit in opere de fracturis,& de articulis . Quòd ſi iniiciantur ſiccæ,præterquam quòd ea ope carent,quam afferunt madefactæ,comprimendo ipſas partes,quibus ſuperdantur, earum calorem augent, atque ea de cauſa proximorum locorum humores euocant ad ſedem affectam: quod cum tumores excitet, cuiuis conſtat maximo eſſe detrimento.

27 *Quæ abſceſſerunt quidem,eatenus,ut quæ ſublimia ſunt.ſedem contingant: at non premant.Incipiendum uerò à parte ſana, & quà ulcus eſt finiendum, ut quod ſubeſt, effundatur, neque aliud ultra eoeat.*

Siue fracti oſſis partes præter naturam inter ſe receſſerint, ſiue quæ coniuncta ſunt, inter ſe H
dehiſcant,ſiue magnum vulnus ſit,coniungenda ſunt,dum ſe tangant,non tamen vrgeant.quandoquidem partes,quæ ſic deligarentur, inflammatio & dolor inuaderet . De his autem nunc potiſſimum loquitur,quæ uentriculi nuncupantur, idque exempli cauſa, hoc enim ipſe explanauit in ſequentibus . Illud verò [eatenus,ut quæ ſublimia ſunt, ſedem contingant,at non premant]communiter refertur ad alia omnia, quorum naturalis contactus, uel coniunctio ſoluta eſt. ſed, quæ proximè ſubiicit,cum inquit [incipiendum verò à parte ſana, & quà vlcus eſt,finiendum]patet de tumoribus dictum eſſe. ab ijs enim ſaniem effundi oportet, & glutinationis tempore nullum ſuccum concurrere ad partem, quod ſanè continget, ubi imum ſinum adſtringamus,dum comprimatur : tum paulatim uinculum laxemus, uſque ad os ſinus,quod ſeruare apertum debet,& deuexum. ſinus itaque, vbi puros reddiderimus, glutinare uolentes, ea ratione deligabimus . At ubi latum os ſcapularum ſummum à iugulo receſſerit, ſublimior ipſius pars ualenter comprimi, & cogi debet , nullum enim afferet incommodum eiuſmodi preſſus, quemadmodum, ubi iugulo comminuto altera pars eius ſublimior ſit: minus tamen comprimemus hanc, quàm latum ſcapularum os ſummum, alias inſuper fracturas minimum,

veri

A veriti ipſam inflammationem. Nos itaq; de omnibus, quæ abſceſſerunt, locuti ſumus, Hippocrates autem exempli cauſa de ſolis ſinibus, in quibus deligandis, moderationem apertè docuit, cum ait (quæ ſublimia ſunt) hoc eſt, quæ abſceſſerunt, (iedem contingant, at non premant), ſedem videlicet id nuncupans, quod abſcendenti corpori ſubiectum eſt. perpetuò autē debet inhæreſcere, inſidereque quod admouetur. ſiquidem priuſquam partes ſe contingant, nullo modo poſſunt inter ſe glutinari, glutinantur enim, cum ſe contingunt, & nō vrgent. In aperto ſanè eſt neminē ſimpliciter imperaturum, ut ſinus, qui glutinatione indigent, ita uinciantur, cum primo uindicandi ſint ab inflāmatione, dein purgandi, aut ſiccandi: præterea ſi quid carnis tabuerit, reficiendum: at nec fiſſa, nec contuſa, quæ ad vlcera ſimul & ſinus ſpectant, per propoſitum vinculum conuenit curare, quum primo incidunt, ſed ſimul atq; inflammatione uacāt, & ſieca ſunt. In utriſq; autem dixit continui ſolutione carnoſas partes afflictari, cum eo ꝙ aliquid ſanguinis inter eas ſubſiſtit, quod commune eſt abſceſſus & ſinus. pars enim, quæ ſic afficitur, quouſque aperta non eſt, abſcedere dicitur, idq; vitium nominatur abſceſſus. Verum, ſi qua aperiatur, ut humor, qui receptus eſt, exitum habeat, vitium iam non amplius abſceſſus, ſed ſinus uocatur. Omnia igitur hæc mala perpetuo iuncturam poſtulant, cæterum non perpetuò ſimilem. quoniam ſuperueniente
B inflammatione, iunctura ne per ſe quidem expetitur: ſicut neque ubi ſuppuratio fit: quum ſinus iam eſt factus, & caro increuit, moderata admodum opus eſt, ita, ut quæ abſcedunt, ſedem non contingant, per os enim demittenda ſunt purgantia, & aperientia medicamenta: ubi glutinandi tempus eſt, quod Hippocrates nūc agit, neceſſaria eſt vinciendi ratio, quam tradidit. Sed nemi nem decipi uelim exiſtimantem, uelle Hippocratem ſinus omnes ita deligari. oſtenſum enim eſt non omnes, ſed quibus nullum aliud acceſſit malum, nempè quum nec inflammatio eſt, nec putreſcit caro, nec ſordes aut ſuccus ſubſiſtit. quoniam ipſi unius generis ſoli per ſe ſuam curationem admittunt. Hæc autem abundè fuerunt a nobis diffinita in libris de ratione curandi.

28 *Atqui obligentur recta rectè, obliqua obliquè, eo modò figurata, & quo minimè lædantur, & quo fa fasciæ non premant, non laxentur: quem habitum non mutabunt, quum ſuſpendendi, aut collocādi cauſa, mouenda erunt: ſed ſimiliter hæc omnia ſe habebunt muſculi, uenæ, nerui, oſſa, benè contenta, & benè ſuſpenſa.*

C Recta & obliqua nunc dicit non partes corporis, ſed abſcedentia, dequibus agit exemplo duntaxat ſinus adducto, qui ad longitudinem eius, in quo fit, relatus, prorſum uel rectus eſt, uel obliquus. Rectum igitur nunc intellige decliuem, obliquum uerò eum, qui talis non eſt. vocauit autem rectum ſinum, cuius os in inferioribus partibus ſitum eſt, imum in ſuperioribus: obliquum uero, ubi ſpectat ad latera. Veruntamen fiunt etiam ſinus, quorum ſitus his contrarius eſt, quippe quorum imum ab inferiori parte ſit, os à ſuperiori, quos, ut detur exitus faciei, imos aperire rurſus oportet. quod ſi os ab inferiori parte penitus non fuerit, ſed à latere, neceſſe eſt commodum partis habitum & uinciendi modum, ut inde ſanies excernatur, inuenire. tanta enim in talibus eſt habitus vis, ut ſæpenumero nos, eo uariato, os, quod à ſuperiori parte uidebatur, in inferiori collocauerimus. Femur itaque, in quo ſinus uerſabatur, os habens prope inguen, imum prope genu ſanauimus, quum ita figuraremus, ut inguen genu ſuperius eſſet, quod facilè ceſſit, ac ſine dolore popliti ſubiecto puluino molli: eadem quoque uia ſinus in poſteriori parte cruris, quæ carnoſa prominet, quorum os popliti finitimū erat, ad ſanitatem perduximus, extremum pedem ſublimiorem poplite collocantes: brachium præterea ſinu detentum mitella ſuſpendentes, ſæpè curauimus, manum cubito altiorem conſtituentes: cubiti articulo ſimiliter offenſ , ſic, ut ſinus iuxtā ipſum inſidens à ſuperiori parte humerum, ab inferiori brachium occupet, maximè accommoda
D tur, qui nunc dictus eſt habitus, in quo articulus utroq; oſſe humilior collocatur, cubiti ſcilicet & humeri, in quo caſu, duabus utimur faſcijs, quarum utraq; à uitio orſa ad os, quod in articulo eſt, finitur. Ergo, ubi ſinus rectus omnino ſit, iuncturam adhibebis, quæ in neutram partem inclinet, perinde, ac ſi fractum membrum deuincias, quod rectum debeat contineri: ſed, ſi ad latus conuertatur, uinculum æquè eodem ſpectet, & is habitus ſeruetur, quo ſanies exitum habeat. Deligare autem debemus affectam partem in eo ſtatu, quo continenda eſt, ſcientes ea, quæ mutantur, magnopere lædi, ita, ut neceſſe ſit, nonnulla ex his, quæ attollebantur, ſubſidere, quædam, quæ deprimebātur, aſſurgere: quo neceſſario fiet, ut quæ attolluntur, urgeantur à faſcijs, quæ ſubſidunt, cum faſciæ relaxentur, non contineantur. Dixit autem Hippocrates in faſciis, quæ premūt ἀποσφίγξιν: in jis, quæ laxantur, ἀπόστασιν: imperauitque, vt propriam ſinui iunctura inijciamus, eum habitum deligentes, ſub quo neque faſciæ premant, neque laxentur. nam, ubi laxentur, coguntur affectæ partes mutari. Quod ſi uinciendi tempore ſimpliciter obliquum ſinum duntaxat ſpectemus, obliquam iunctura admouebimus in eo habitu, in quo durare uitiatæ partes non poſſunt, ubi contineantur, aut ſuſpendantur. ubi autem alligatæ partes moueantur, nonnullæ adſtringentur, nonnullæ laxabuntur. quæ in figurando mutentur, ipſe nominatim expoſuit, cum inquit (muſculi,

uenæ

venæ,nerui,ossa(his enim continetur corporis moles. Intelligendæ autem venæ sunt iuxta ma- E
lorum consuetudinem,non solum,quæ nunc venæ nuncupantur, sed etiamnum arteriæ.Mens igitur totius orationis hæc est: cuius singula verba non admodum obscura sunt, fortasse tamen nō ab re fuerit ea paucis declarare. ἀναλήψεως,hoc est suspendendi uocabulum accipit in brachio, quod,ubi deligatum est,collocatur in mitella,quæ à cubito ad manum excipiēs,ipsum sustineat: στάσεως,hoc est continendi in crure.Patet autem id,quod suspenditur comprehendi sub genere eorum,quæ continentur.In fine orationis (bene contenta) εὐθετα. dixit,(bene suspensa) εὔκρεμα: illud ad crura,hoc ad brachia refertur.

29 *Tum eo modo figurata suspendantur,& iaceant,quo minime lædant,& secundum naturam sint.*

Non aliud est,quod minimè lædit, quàm quod secundum naturam est:sed uni & eidem contingit secundum naturam esse, & minimè lædere. quod hoc sit in opere de fracturis satis ab ipso expositum est:quod & hic etiam suo loco exponetur.

30 *Quæ verò non abscesserunt,contraria ratione.* F

Quidam adiecta negandi particula(non)scripserunt (quæ verò non abscesserunt) asseruntque ubi abscesserit aliquid,utendum esse vinciendi ratione superius posita,ubi non abscesserit,contraria.Ratio superius posita,incipiebat à parte sana,& super vlcus desinebat,coarctandi vim remittens.contraria igitur incipiet ab vlcere ac fractura,& superius procedet laxius adstringens. Sed qui uerba hæc declarant citra negationē scripta,commonere ipsum aiūt,ut,ubi operam damus, vt quæ præter naturam contracta sunt,aut commissa,abscedant,superiorem uinciendi rationem immutemus.Perspicuum autē est, vbi ea,quæ admodum inter se iuncta sunt, quocunque modo non conuenienter inter se concurrerint, deducere uolumus,cōtraria uinciēdi ratione opus esse. quin & in multis magnis vulneribus, in quibus,ima parte non sanescēte, cutis agglutinatur,vel ex duplicatis oris altera super alteram excedit, item ad similitudinē orarum cutis, in illis fracturis,vbi fracti ossis extremitates altè sunt diductæ,quæ concurrerunt,abscedere debere, id quoq; in aperto est, quod ipsum illis,quidem ossibus accidit,quæ intrinsecus multū caua sunt.Hæc quidem per se utilia esse certo scimus.quæ quis nunc reprehendere posset,ut male adducta,eò quòd propositis uerbis nullo modo accōmodentur,it enim habent (quæ uero abscesserunt contraria ratione).at non idem significatur his uerbis (quæ uero abscesserunt)atque illis, (quæ uero ut abscedant,operam damus). debuerunt hi sicut priores negationē præponere uerbo(abscesserunt) sicq; orationem suæ sententiæ consonam redd dissent,scripturamq; ita mutatam potuissent suo iure exponere:nam,si ita habeat,ut nunc habet,eorum explanatio aliena est.Ne putes igitur hic de ijs tractari,quæ operam damus,vt abscedant,hæc siquidem in sequentibus ostendet,sed de ijs quæ abscedunt & nondum perfectè abscesserunt,uel quamuis perfectè abscesserint, nondum tamen uersa sunt in vnum.amant enim hæc primo curationem,quæ dolorem leniat, cōcoquat,& pus moueat:sed postquā ad suppurationem uenerunt,aperienda sunt, ut exitum habeant:tum si quæ remaneant inflammationis reliquiæ, qua parte continetur pus, quod effunditur:soluendæ sunt ex toto:deinde(ut posui)siccare conuenit, & carnem producere:quibus factis,vbi vnus ipse relinquitur sinus nulli uitio iunctus, ac neq; inflammatio est,nec sordes,nec superat humor,aut deest caro,ad glutinationē veniendū. Ergo nihil mirum est, si iubet contraria fieri in his,quæ abscedūt.nouit enim quilibet,qui medicinalem artem professus in operibus eius versatus sit, abscessibus,qui maturari possunt, inimicum esse, si quid eius humoris in pūs uersum effundatur,magis enim ad rem pertinet,expeditiusq; est intus subsistentem reliquū iuuare.in quo casu affecta pars, quod ad morbum attinet,uinculum non requirit, cum hoc adhibeatur, nō quò per se curet,sed H
quò iuuet curantia. Distat ergo abscedentium curatio à totis sinibus, in abscessibus enim expedit prius q̄ ad maturitatē peruenerunt,nihil effundi: cōtra in sinibus, excretis omnibus nihil intus relinqui.Præterea abscessibus nullo ore prorsus est opus: sinus os requirunt, idque apertum. Item quæ abscedunt, sub calido cataplasmate, & madefaciendi vim habente,coqui debent:sinus per vehementer siccantia puros reddere,siccosq; oportet. Ad hæc sinus proposito vinculo curantur:abscessus non alio nomine vinculū postulant,q̄ sanantiū præsidiorum cōmoditate. Sed Asclepiades illud(quæ verò abscesserunt contraria ratione) referens ad vinculum, eius mentem vniuersam esse autumat.Quòd si partē sic figuratā deligaueris,ut fasciæ neq, premant neq; laxentur,hoc totum fm naturā est:in ijs verò fascijs,quæ abscesserunt contraria efficito, hoc est contrario modo figurans deuincito.Scribit aūt ad verbū sic (Si quo modo parte figurata uinculū abscedat,contrario figuratum alligato,ut si,vbi extento cubito humerū deuinxeris,fascia non maneat sed recedat,contra, atq; ubi extentus erat,figurato,hoc est cubitū inflectēs ipsum denuo vincito. quoniam ucrò secundum naturalem habitum crura extenta sunt,si,quem ijs curuatis deuinxisti, extendere ipsa iusseris,cum musculi locū mutent,diducetur fascia ab illis locis, à quibus musculi

recesserunt,

A receſſerunt,quòd contrario modo figurentur,atque ubi curuata erant. ſiquidem crura extenta vincienda ſunt,eoque modo figurata continenda]. Hactenus Aſclepiades,proximum iameſt,vt ad alia verba tranſeamus.

Vbi verò hiantia coniungenda ſint, in cęteris eodem modo, tantum ab vlterioribus aliquid adducendum erit,& paulatim comprimendum. Primò quidem minimum,deinde magis,maxima compreſſio contactu terminetur.

Reducamus in memoriam id, quod ſummatim Hippocrates à faſcijs,quæ primæ injciuntur fieri dixit his verbis,quorum principium eſt [faſciæ, quæ primæ injciuntur, efficiunt,vt abſcedentia propellantur] tum ea, quæ hactenus ab ipſo prodita ſunt. ſupplebimus enim hac via id, quod propoſitæ orationi videtur deeſſe,ſic,ut eo adiecto talis fiat [vbi verò hiantia coniungere oportet,in cæteris eadem agemus,tantum ab vlterioribus aliquid adducemus]& quę ſequuntur. Hiantia uerò nunc ab ipſo dici exiſtimandum eſt, quæ præterquam quòd vltra debitum inter ſe recedunt,utranq; etiam orā habēt in exteriorem partem conuerſam:quod in vulneribus fieri conſtat,uehementi interdum inflammatione accedente: vbi,cum carne altè admodū vulnerata tranſuerſus muſculus incidatur,deinde non glutinetur, iungaturque, ſed magna inflammatio
B ſequatur,ſub qua extenta cutis vtrinque proximā orā attrahat,ab vtraque parte vulnus hiabit. Eiuſmodi figuram,repræſentant labra inflammata, palpebræ,& cutis,quæ glandem tegit:in capite etiam cum aperta cutis eſt,ut locus terebræ ſit,adiecta inflammatione hiantium ſpeciem uidemus,idq; ſępius accidit, potiſſimum, vbi cute coacta ſpacium,quod in medio eſt,linamentis implemus.id quod interdum facimus,ubi aut muſculorum vulnus tranſuerſum altè inſederit,aut ſanguis eruperit,lintea carpta (quæ μοτοὺς vocant,id eſt linamenta)inferentes: atque ubi timemus,ne cutis ſaneſcat,vtrinque contracti muſculi partibus non glutinatis. Poſtulant ſanè cuncta hæc vitia & alia præſidia, quæ inflammationem ſubmoueant: verū ipſe nunc non quamlibet cuiusq; morbi curationē exequitur,ſed eam, quæ proprie vocatur chirurgia. Hiantium igitur vinculum idem eſt, quòd abſcedentium,quod ad reliqua ſpectat, orſum enim à parte ſana paulatim ad cutem venit aperte vlceratam:ſed eo diſtat,q; in his ab vlterioribus incipit, quam in abſcedentibus,quodq; compromiſſionem intendit vſq; ad hiatum. In ſinibus igitur vinculum ab imo incipiebat:at in hiantibus non recte inde orditur,vbi quaſi radix eſt, ſed longius à parte ſana. præterea cutem paulatim adducit ad vlcus,quam compreſſionem non remittit,ſed paulatim intentum primo ambitu cutem premit,deinde magis. Vocabulum[primo] nonnulli accipiunt in
C vno vinculo, nonnulli in pluribus. q; ſi ad vnum referatur,notabit vinculi principium: ſin ad plures,primum vinculū vniuerſum oſtendet. vtrunq; autem verè dicitur aliter in aliis affectibus non genere,ſed magnitudine inter ſe diſcrepantibus,ſiquidem oras leuius in exteriorem partem conuerſas vno tantū vinculo reducere ad naturalem habitum conabimur: ubi amplius hient, vi non cogemus,cum primò deligabimus, tunc enim magis ad rem pertinet inſiſtere inflammationi,q̄ componere hiantia. Adijcitur autem poſtremis verbis[maxima compreſſio contactu terminetur] quoniam hiantia magis adduci poſſunt, q̄ ut ſe contingant: ſed ubi ſic adducta ſunt, alterū altero urgetur,& dolet,eoq; ipſorum inflammatio augetur. ducenda ergo ſunt, quæ hiant, ut ſe contingant,ſed nō vltra id. Hæc autem ſcriptura dupliciter legitur,in quibuſdam exemplaribus[maxima cōpreſſio contactu terminetur],quam agnouit Aſclepiades: in alijs autem[maior compreſſio contactu terminetur].quæ[maxima]habet,ſicut potior eſt, ita etiam vetuſtior.

In diducendis ijs, quę contracta ſunt,ſi inflammatio eſt, contraria ratione vti oportet:ſi ea non eſt, præparatione eadem,ſed vinculo contrario.

D Contraria ratio eſt cōtractionis,atq; hiatus,ſiquidem ſub hoc labra plurimū inter ſe in contrarias ſedes recedunt,ſic,ut alterum in dextrā partem,reliquū in ſiniſtrā conuertatur:contra ita inter ſe concurrunt,q̄ contracta ſunt,vt vel vnū alteri inſidat, uel inter ſe duplicētur quodāmodo, vel inſtar eorū,quæ inuoluta ſunt,impiicentur:id,qđ interdū ob inflāmationē accidit,non aliter q̄ contrariū malū,ſub quo hiantis corporis partes plurimū inter ſe diductæ in cōtrarias ſedes recedunt. Neq; mirū eſt,ſi ab eodē morbo inflāmatione videlicet, hi cōtrarij caſus oriuntur,cū nō ijſdē particulis uehementer inflāmatis utrunq; accidat,ut hient & contrahantur. in oculis enim, vbi exteriorē palpebrarū cutē ingens inflāmatio male habeat, & intētione quadā proximū locū afficit,palpebra ob inflāmationē intēta,in exteriorē partē cōuerſa aperte deprehēditur: ubi non cutis,ſed interior tunica,quę vſq; ad nigrū oculi pertinet,ualde inflāmetur,palpebra tunc in interiorē partē trahitur. q̄ res,cum ambabus accidit palpebris,morbū facit,quē χύμωσιν dicūt,ſub quo aperire æger oculum non poteſt. quod vitij genus labris interdum incidit, tum cuti quæ glandē tegit,& ano:quorum cauſa eadem eſt:exteriores enim eorum partes inflammationis vim interiora uertuntur. eadem vitia & in fœminarum naturalibus uerſantur. ſimile quoddam accidit & vulneribus,& ijs,quæ vtcunque vlcerantur. interioribus enim partibus inflammatis peruertūtur

vlcerum labra in interiorem partem: ſed concidunt etiam intrò, in quo caſu extenuari & ema- E
creſcere ac putreſcere eadem labra neceſſe eſt. nam qui aliter fieri poſſet, vt prompte introrſum conuerterentur? Deficit etiam pars interior, vel ꝙ non ſubminiſtretur alimentum, quæ res ad tabem perducit: vel ꝙ ſubiectę carnis ſcalpelli opera plus iuſto exciſum fuerit, vel ꝙ putreſcens abſumatur. Ergo huiuſmodi affectibus ſuccurrit idoneum vinculum, quod vbi inflammatio accedat, non ſolum per ſe non iuuat, ſed onere etiam lædit. Adhibetur autem commoditate medicamentorum inflammationem curantium. quò ſpectans dixit Hippocrates debere nos, quæ contracta ſunt diducentes, vbi inflammatio quidem eſt, contraria ratione iuuare, hoc eſt à vinculo cauentes. quoniam, niſi magna neceſſitas vrgeat, vt quædam teneantur inflammatis partibus ſuperiniecta, nullo modo deuincimus: cumque hæc confidimus poſſe ſine vinculo manere, faſcias ad continendum non inijcimus. Accipimus autē lintea q̃ tenuiſſima, & leuiſſima: ac circuitibus, quantum fieri poteſt, rariſſimis, vel vno tantum etiam contenti ſumus: quæ res plures medicos latuit, inflammatis partibus, quà tumor eſſet, ſuper cataplaſmata imponẽtes duros & graues panniculos, multam lanam, plures faſcias, quæ per ſe omnia ſunt inflammationibus aliena, cum onere potiſſimũ offendantur. Iam verò in ijs, quæ citra inflãmationē contracta ſunt, iubet, vt faſciarum præparatio eadem ſit, quæ prius: vinculum vero contrarium, atque in hiantibus. Siquidem F
in illis faſcia longe orſa, à parte ſana: euoluta ad ipſum hiatum procedebat, paulatimq; compreſſio eius intendebatur: at in contractis ab affecto loco incipientes faſciam euoluimus ſuper cutē, quæ iuxta eſt. Adiungi verò hic debet, quod ab Hippocrate prætermittitur, vt qui non conſtituerit ipſorum, quos memorat, affectuum vniuerſam curationem docere, ſed eam duntaxat, quę manu adhibetur. nos verò vt ſermo abſoluatur, quod reſtat adſcribemus, Vbi quid eorum, quæ contracta ſunt (vt dictum eſt) diduxerimus, ſubiectum locum, in quem labra inciderunt, implere linamentis debemus, vel idoneo medicamento, donec contractæ partes proximæ cuti æquẽtur, tum propoſitam vinciendi rationem admouere.

Dirigere item vbi peruerſa oportet, cætera fieri eadem debent. In ijs autem, quæ receſſerunt, adducendis, vincire opus eſt, per faſcias, quę primò inijciuntur: tum glutinare, atque ſuſpendere: in contrarijs verò contra.
33

Corpus peruertitur, vbi aliquid ſua ſede, modo in exteriora corporis, modo intro in ſpacium G
quodpiam laxius mouetur, quemadmodum in naſo: qui, ſi quid vel oſſis, vel cartilaginis in exteriorem partem recedat, ab exteriori parte deprauatur: ſin in foramen interius, ab interiori, ad cuius exemplum reliquæ partes peruertuntur. Conſtat autem & in ijs commune cuiusq; curationi conſiliũ præſidia oſtenſurũ. eſt aũt commune vbiq; conſilium cõtrarijs cõtraria curare. quocirca nunc ẽt, quæ receſſerunt, & per alia auxilia (de quibus tractare nũc propoſitum non eſt) & per faſcias cõiungenda ſunt. docuit aũt ipſe deligandi modos huc pertinẽtes, iuncturam (vt ipſe antea ſcripſit) ad ea quæ abſceſſerunt, quæ hiant, & quæ contracta ſunt: glutinationem, vt in opere de articulis, ad* naſum & maxillam: ſuſpendendi rationem, quemadmodum, vbi in libro de fractu-
Sect.2.t.29.& 43.7.265.e. Et 266.f. ris inquit. [Quod ſi vtroq; oſſe cõminuto, vel eo, quod ſubiectum eſt tm̃, deligatum brachiũ mitella ſuſpendatur, eaq; plurima circa fracturam detur, partes verò hinc atq; hinc ſuſpenſæ ſint, ho-
Sect.1.t.51.7. 231.2 mini neceſſe eſt os ad ſuperiora peruerti: ſin oſſibus ſic fractis, mitella manum duntaxat, & cubitũ excipiat, teliquum uero brachium ſuſpẽſum ſit, deprauatum ſpectabit deorſum]. debet ergo brachium ſuſpendi per mitellam latam mollemq́ue, multum brachij cum prima palmæ parte æqualiter ſuſtinentem. Hæc igitur verba alienam ſuſpendendi rationem, deprauantemq́ue indicantia, deprauatorum quoque curationem demõſtrant. Demus brachium cuipiam in inferiori peruerti, ſuſpendendum erit mitella anguſta ab inferiori parte exceptum: at ſi ſurſum intẽdens depraue H
tur, ea vtendum erit ſuſpendendi ratione, quæ in inferiora peruertit, per quam & regione iuxta primam partem, & cubito mitella cõprehẽſis, quod inter hæc eſt, nulla re fulcitur. Conſimili modo, vbi prima palmæ pars in ſuperiora conuertatur, iuncturam adhibebimus, quæ deorſum inclinet: hac complexi, quæ in vicinia cubiti ſunt, alteram extremitatem à prima palmæ parte ſine fulctura relinquimus. itidem cubitum in ſuperiorem partem intendentem ſic ſuſpendemus, vt ipſum ſine fulctura relinquamus, quæ ſuſpendendi ratio efficiebat, vt, cum non dum peruerſus eſſet, in inferiorem partem inclinaretur. Sed (vt ſummatim dicam) quæcũque deprauare poſſunt, quæ deprauata non ſunt, eadem dirigunt, quæ in contrariam partem ſunt peruerſa. Ad horũ aũt ſimilitudinem deprauantur, dirigunturque, quæ in femore, & quę in crure, cum totum crus iacet quod enim in brachio efficit ſuſpendendi ratio, id iacendi in crure, ſed ſupplere oportet [iacere] vbi Hippocrates inquit [ſuſpendere]. Illud autem in fine ſermonis [in contrarijs vero contra] poteſt ad prædictos deligandi modos referri: intelligemus enim ipſum velle vitia, quæ ijs contraria ſunt, contrario modo uincta curari, hoc eſt ijs, quæ peruertunt ea, quæ præter naturam recta ſunt, quorum in ſuperioribus mentionem feci.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE OFFICINA MEDICI
COMMENTARIVS TERTIVS.

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quæ in communi de Deligationibus dicta ſunt, trahuntur ad rationem deligandarum fracturarum, ſed pleraque in libris de fracturis & de articulis latius exponuntur.

A.li.4.ff.5. t.2.c.5. f. 484.b B

IN fracturis, quod ad pannorum" attinet longitudinem, latitudinem, craſsitudinem, numerum, longitudo quidem, uinculi longitudinem æquet latitudo trium ſit, uel quatuor digitorum: quod verò attinet ad craſsitudinem, triplices dentur, aut quadruplices: tot autem numero, vt neque plures ſint, neque pauciores, quàm ut ambiant.

Scripſit in opere de officina medici, primò de naturalibus iudicãdi potentiis, quibus uniuerſi homines & ad tractationem omnium artium, & ad totius vitæ rationem vtuntur, neceſſariæ ſiquidem fuerunt, non ſolum ad propoſitam medicinæ partem, quæ manu medetur, ſed ad omnes in medicina morborum notas (σημειώσεις græce uocantur) quæ ſanè iudicandi potentiis diſcernuntur: proxime in propoſito opere docuit, quibus conſtet medicinæ pars, quæ manu curat: tertiò, qualẽ adhibere uinciendi rationem debeamus, tum ab affectæ partis natura, tum ab ipſo affectu indicium ſumentes. In propoſitis autem verbis de fracturis agit, quæ ſpectant ad commune uitium continui ſolutionem. ſic enim ego ſolitus ſum hoc morbi genus appellare: ſed Hippocrates corpora, quæ huiuſmodi malo torquentur, abſcedentia dicit, quare & malum non iniuria abſceſſus nuncupabitur, fietque abſceſſus morbi quædam ſpecies, quam græci ἀπόστασιν proprie vocant & ἀπόστημα. Hæc diximus, vt in memoriam redigeremus, quæ in ſuperiori expoſitione

C narrauimus: ſed iam pergamus ad reliqua. De fracturis verba faciens, pannos ante omnia proponit, iubens, ut horum longitudo ſit æqualis uinculo, quod conſtat ex faſciis, quæ primò iniiciuntur, cum eo nomine illi adhibeantur, ut has fulciant, atque immobiles teneant: latitudo trium, aut quatuor digitorum, hominis videlicet qui deligatur: tum quod ad craſſitudinem pertinet, triplices ſint, aut quadruplices, quoniam, vbi faſciæ, quæ primò iniiciuntur, fulctura egent firmiori, quadruplices, vbi non tanta opus ſit, triplices obiici abunde putat. Illud autem euidentiſſimum eſt, quod quo magis comminuta oſſa ſunt, eo debent firmius contineri. Numero autem tot, inquit, eſſe oportet, ut affectum membrum complectantur. at iugulum fractum, & coſta, comprehendi in orbem nequeunt, ſed magnitudo fracturæ in quibuſdam pannorum numerum indicabit. iugulo ternos pannos, quadruplices plerunque, imponimus. duos quidem primos ad ſimilitudinem literæ X, ut medium utriuſque, quà inter ſe committuntur, fracturæ obijciatur. tertium extendimus ſuper reliquos duos in longitudinem iuguli, ut ea, quæ ſubiecta ſunt, adſtringat, & fracturam ipſam adurgeat.

Plagulæ aſciatim nijciendæ.



D

At quum hi complendi cauſa iniiciuntur, longi ſint, ut ambiant: latitudinis & craſsitudinis coniectura fiat de eo, quod deeſt, id autem compleatur non confertim.

A. ibidem.

Miror Hippocratem non docuiſſe prius vſum pannorũ, deinde uiam, qua quis eum poſſit comparare. Vſus quidem "duplex eſt, ut contineantur faſciæ, quæ primò iniiciuntur, & ui impleãtur partes, quæ in extremitate tenuantur, quas ipſe nominare ſoler ἀπόξυα & ὑπόξυρα, cuiuſmodi brachium eſt iuxta primam palmę partem, & crus iuxta pedem, quibus iubet pannos in orbem circũdari, ut poſtquam iniectæ illæ faſciæ fuerint, quæ aliis ſuperdantur, iunctura fit æque craſſa. Ergo, quum panni duplici de cauſa ſuperdentur, & ad continendum, & (quod διόρθωσιν dixit) ad complendum, commonet, ut ita longi adhibeantur, ut corpus quod alligatum eſt, complecti in orbem poſſint: lati uerò, & craſſi pro eo quod complendum eſt, nam, ſi longiores ſint, quàm ut partis ambitum

æquent, necesse erit extremitatum alterum alteri insidentem reddere membrum tumidum magis ea parte, quam utrinque. sic, ut iunctura inæqualis fiat, atq; idcirco laxior: sin breuiores fuerint, quàm, vt extremi se tangant, quum inter ipsos aliquid inanis spatii relinquatur, iunctura itidem contraria ratione inæqualis erit, siquidem locus in iis necessario reddetur inanis & cauus, perinde atque, vbi longiores erant, gibbus & eminēs. Edicit, ne huiusmodi panni semel subito iniiciantur, sed paulatim, tenuiores quidem à superiori parte, crassiores ab inferiori. quòd si vnum subitò ieceris, locus talem habitum acquiret, qualem primò habuit membrum. E

3 Ex fascijs, quæ primò injciuntur duæ sunt, prior ab affectu orsa in superiori parte desinit. altera ab affectu deorsum procedit, inde sursum finitur.

Supra quoque ostendi fascias, quæ ante pannos affectæ parti primò injciuntur, ὑποδερμίδας ab Hippocrate nominari. Scripsit aūt in libro de fracturis, quorsum vtraque imponatur. prior nam que ex ipsis non modo prohibet, quod concurrit, sed & eius quod in affecto loco receptum est, sursum aliquid expellit, altera nōnihil sanguinis in vitiata parte superantis ad extremum membrum transmittit. Commune est utrique compositum os sine deprauatione continere. F

Sect. 1. t. 23. & deinceps. 7a. 227. g

4 Adstringendæ autem maximè sunt, qua morbus est, extremis partibus minimè: alibi pro ratione.

Horum item ratio in commentariis de fracturis exposita est. In vniuersum autem sub omni vinculo, vbi subiecta caro magis adstringitur, humor in ea contentus ad proxima loca propellitur: vbi verò lenius, admittitur quod procedit ab iis, quæ vehementius comprimuntur.

Ibidem.

5 Comprehendat q; uinculum integræ partis quàm plurimum.

Qua ratione hoc quoque consilium dederit manifestum est, quia cum vinculum integræ partis multum complectitur, firmius continetur, & humor ab affecta parte ad ea, quæ iuxta sunt, magis exprimitur, reprimitur q; valentius, quod à superiori parte descendit. G

6 At quod ad fasciarum numerum, longitudinem, latitudinem spectat, numero quidem tot accipiantur, vt a uitio minime superentur, ut ferulas comprimere non sinant, vt onere non lædant, ut inclinationis causa non sint, nec effœminent.

Alij ferè omnes sub eodem nomine fascias habent, quæ primæ iniiciuntur, & quæ his superdantur: sed Hippocrates priores appellat ὑποδερμίδας, quæ pannis superdantur ἐπιδέσμους. has igitur quot, quam longas, quam lātas adhibere conueniat, nunc persequitur. Imperat itaque, ut tot sint, quot compositum os fideliter contineant. Illud enim [vt a uitio minime superentur] id sibi vult, quòd, vbi non superent, in contrarium incident, nempe ut cedant, & a vitio, hoc est vitiata parte superentur. quod si tunc uincunt, quum compositam partem immobilem conseruant, si quid hæc moueatur, iure dicet quis superari. Quod autem [inquit [vt ferulas comprimere non sinant] nihil amplius notat, quam quòd ferulæ, ubi fasciæ iusto pauciores sint, membrum premēt, hoc est, cogent atque vrgebunt, quæ noxa uiolatam quoq; sedem afficiet: quin si tot adhibueris, vt laborantem oneres, sic quoque peccaueris, quum modum excedas. quæ duo cauentes fasciarum numerum coniiciemus, ea obseruatione adhibita, vt neque premant, neque onerent. Sed ne fasciarum numerus (inquit) causa sit inclinationis, quam dixit περιῤῥέπειν verbo inde ducto, quòd iūctura tota in alteram partem dextram vel sinistram περιῤῥέπῃ, id est inclinetur, id quod accidit ob exuperantem numerum fasciarum. Vsurpat autem uerbum effœminare, quod ἐκθηλύνειν dixit. quidam in partibus uitiatis accipiunt, vt quas redditurus sit infirmas & molles superimpositorum linteorum numerus: alii in ipso uinculo, quod imbecillum fiet, quum ferulæ, sub iniectorum linteorum numero laxius contineantur. H

7 Quod verò ad iongitudinem, & latitudinem pertinet, impleant trium quatuor, quinque, aut sex, lōgitudinem quidem cubitorum: latitudinem verò digitorum.

Tot igitur digitorum, & cubitorū, illius scilicet, qui alligatur, superdari vinculum iubet, neque vnum statuit longitudinis & latitudinis terminum, eo q; nullum sit vinculum, quod adhiberi omnibus æque longum debeat, sed numerum, longitudinem, & latitudinem fasciarum pro magnitudine fracturæ definit. atque hoc est postremum uinculum, quod in opere de fracturis iniici uoluit quo tempore inflammatione a sede affecta sublatā, veniendum est ad ferulas.

8 Ambitus itaque panniculorum totidem sint, nec vrgeant.

Imperat, vt panniculi toties fascias cingant, quoties earum unaquæque circuierit. Illud autem [nec vrgeāt] ad modum refertur adstringendi, eatenus enim coarctari panniculi super fascias debent, ut firmiter maneant, sed, non vrgeant. Atquid magis præstat, quam coniuncte hanc partē

contexere

A contexere cum priori, vt tota oratio sit huiusmodi. [Ambitus itaque pãniculorum totidem sint, vt ne vrgeant.] quandoquidem premunt, ubi sæpius circundentur. Expedit fortãsse pro τοσαῦτα, id est totidem, legere τοιαῦτα. id est talia, σ tertia litera sciiicet uersa in ι. nam ambitus panniculorum qualitate potius, quam numero vinculum exhibent moderatum

Mollia autem adhibeantur, & minimè crassa.

Hæc omnia uidelicet præcipit mollia adhiberi, & non crassa, cauens, quemadmodum supra de linteis diximus, ita etiam nunc, ne subiecta corpora comprimantur.

Omnia q̃ hæc pro longitudine, latitudine, crassitudine q̃ sedis affecta.

Idem quoque iam supra dictum, vbi alia res agebatur, non huic dissimilis. Meminisse autem vbique conuenit ad vitiatæ partis longitudinem, latitudinem, & crassitudinem referri, quidquid de lon̄gitudine linteorum, tum latitudine, crassitudine, numero ve propositum fuerit.

B

A.li.4.f.5. t.2.c.7.484 g. *Cæterum" Ferulæ, leues, æquales sint, ab extremo resimæ, ab utraque parte vinculo paulo breuiores, crassissimæ qua fractura extat.*

Spectant tam ferulæ, quàm panni, ad stabilitatem vinculi, ac firmitatem, panni quidem, vt fascias tueantur, quæ primò inijciuntur: ferulæ verò, vt omnia, quæ subiecta sunt, muniant, sic ut in uniuersum quatuor sint, quæ singula suum vsum præstant. In primis enim fasciæ, quæ primò iniiciuntur, compositum os continent, & affectum inflammari non sinunt: deinde panni, qui superdantur, delabi ipsas non patiuntur: tum ferulæ firmant, quas circumponi Hippocrates, iubet leues, & planas. Est autem contrarium leui asperum, inæquale æquali, idque quod asperum est, omnino inæquale est: at non sequitur, si quid inæquale sit, id prorsus asperum esse, quemadmodum nec uia idcirco aspera est, quia inæqualis. potest enim, cum ascensu & descensu contineatur non aspero, inæqualis & esse & appellari. quin & ferulas nihil prohibet leues esse, non tamen æquales, nam ubi in latera, uel sursum, aut deorsum spectent, æquales utique non erunt, poterunt tamen esse leues. Fracturis itaque saluberrimum est ferulas nec asperas esse, nec peruersas, utra-
C que enim de causa comprimunt, præterquam quòd, quæ peruersæ sunt, vinculum quoque peruertunt, quo deprauato, pars etiam, quæ comminuta est, deprauatur. Monet autem, ut ab extremo resimæ imponantur. resimas intelligere possumus leniter ab inferiori parte derasas, cum, quæ ad finem vsque æquali crassitudine sunt, vinculum ibi æque atque in cæteris partibus contineant, quod minimè opus est facto. placuit enim ipsi medium arctius adstringi, inde versus extrema laxari, extremisque partibus omnium esse laxissimum: tum ferulas vinculo ipso breuiores superaccommodari, ne vltra ipsum ulla in parte cutem tangu..t, quæ sæpius intumescit, eò q̃ humorem admittat sub fasciis depulsum. Crassiores item ferulas imponi voluit, qua fractura est, quandoquidem ad hunc locum potissimum pertinent.

Atque vbi partes gibbæ sunt, & natura minimum carnis habent, vereri oportet, quæ eminent, ut iuxta digitos aut talos, vel imponendo, uel breuitate.

Cauere iubet, ne iuxta ossium eminentias ferulæ superaccommodentur, id quod duplici ratione fit, uel ubi nullo modo ab illa parte ipsius uinculi dantur, vel vbi adhibentur breuiores, quàm vt ad eminentiam pertineant, priusq; desinunt, quam illam attingunt, quod expeditius est. In quibus autem vitamus ferulas, ne quid lædant, ab illis planè abstinentes, dixit [imponen-
D do]: at [breuitate] cum longitudini aliquid demimus, quasi ita dixerit: Cauare debemus, ne ferulæ tangant, quod eminet, uel non imponentes, vel breuiores dantes.

Panniculi verò fulcire debent, at non comprimere primo.

Paulò supra proxime à fasciis panniculorum mentionem fecit, non tamen expressit panniculos illis superinijciendos esse, sed illud nobis consequutio ordinis indicauit: nunc autem ait [fulcire debent] id est firmare ac stabilire, cum eo ut ne premant: idque vbi primò uinculum iniicimus, ita, vt si homo sequentibus diebus rogetur, respondeat se nihil sentire, quod comprimat, cum liceat nobis per panniculos ferulas coarctare. Scripserunt quidam [primò] non in fine propositorum verborum, sed in principio sequentium, ita, ut habeant [primò inuoluere oportet ceratum, molle, leue, purum]. latius autem fuit cerato molli, leui, puro, in sexto casu accipere, ita, ut oratio reddatur. Primò circa fractam partem cum ipso circundare fasciam oportet.

Ceratum," molle, leue, purum.

A.li.4.f.5. t.2.c.2.fol. 484.d Non enim fasciis ipsis aridis iniectis solam vitiatæ partis cutem cerato inungendam censet, sed subinde singulos etiam fasciarum ambitus. nam, si cute tantum illita siccas fascias dederis, eo præsidio affectas partes priuabis, quod per ceratum erant consequuturæ, cum lintea ceratum

ipſum,quod cutem madefaciat,abſorbeant,& eã ob id ſiccam reddant. Patet aũt quam ob cauſam ceratũ eſſe molle velit,cũ eo in vicem perfuſionis vtatur,quæ perficere quidẽ hoc ipſum poteſt:ſed tutius id ceratum præſtat,præſertim ubi tunc aſſidere uſq; medicus non põt,nec miniſtrũ nouit hominem laborioſum,quiue ſedulo det operam ægrotanti. Iubet inſuper, vt ceratum illinatur non ſolum molle,ſed & purum,hoc eſt,cui nihil ſit immixtum propolis,ſordium,aut terreni vel arenoſi,præter ceram. id autem protinus etiam leue erit,niſi propter eas, quæ uocantur ἀγκυρίδες, latius pateat leue,quàm purum. Leue autem λεῖον ab Hippocrate dicitur. quod verbum non ſolum inuenitur ſic ſcriptum,ſed λίβον etiam,adiecta littera β ante ν: tuncque non leue, ſed liquidum ſignificat. Sic aũt magis ſcribendum putant,quicunque ſignificatione uerbi [purũ] cenſent leue quoque contineri, liquidum verò dicunt è regione aridi eſſe,quod non eſt tale. E

De Aqua Calida.

15 Quod ad Aquæ calorem pertinet,& copiam,calor vehementior non ſit, quàm vt infuſa ferri poſſit à manu: Copiam,vbi relaxandum,extenuandumq; eſt,eſſe conuenit maximam: vbi caro producenda eſt,aut molliendum,modicam. F

Exigit fracturæ curatio,ut de aqua non nihil etiam dicamus. Vbicunque igitur faſciæ reſoluuntur,conſuerunt medici omnes fracturas aqua calida perfundere,vtpote eius opem euidenter experti: Verum in duobus peccare ſolent,qui ea utuntur,in modo & qualitate,in hac quidem,q̃ calidiorem infundant,vel frigidiorem,q̃ opus ſit: in modo q̃ longiori, vel breuiori tempore faciãt huiuſmodi medicinam. Temperamenti igitur in qualitate iudicem conſtituit manum ipſius curãtis,qui manum ſuam aqua perfundens,quam infuſurus fracturæ eſt,poteſt pro fractura temperationem iuſtam conijcere. latè autem patet,quam dico temperatio: & ad communem hominum ſpeciem,non ad offenſum duntaxat refertur,ea enim interdum & ipſi iuſta uidebitur. Ergo,ubi primum faſcias ſolueris,hac perfuſa poteris de homine quærere,nimisne calida, an gelida ſibi uideatur: atque ita calidiorem uel frigidiorem perfundens pro ægrotante appoſitè temperabis. Tẽperatum ergo aquæ calorem indicari primo noſtra manu uoluit,quem quidem proprie admodũ perfectiſſimeq; & omnium optimè iudicat ſenſus ægrotantis. Iam verò quandiu in perfuſione aquæ calidæ perſeuerandum ſit,ex eiſdem colligitur animaduerſionibus,quibus frictio, & quod-uis præſidium calefaciens. hæc ſiquidem admota,nõ modo euocare poſſunt ad affectã partẽ, qđ iuxta cõtinetur,ſed ẽt digerere. Quocirca aquæ calidæ,& ob corporis modũ,& ob diuturniorem & breuiorẽ uſum,cõtrarij eſſe effectus videntur. q m̃ toto corpore inani,digerit magis q̃ euocat. cõtra repleto,magis euocat q̃ digerit. tum paruo tẽpore admota implet amplius q̃ detrahat: ſed ſi longior mora in perfuſione ſit,digerendo plus põt,q̃ implendo. Iure igitur dixit,vbi relaxandum tenuandumq; eſt,maximã copiã requiri: modicã,ubi molliendũ,& caro producenda. Extenuantur protinus,q̃ exinaniuntur: non tñ ita protinus relaxãtur,quæ extenta ſunt,ſed alijs medijs interiectis: quæcunq; enim multitudine diſtenduntur,cuiuſmodi ſunt omnia,quę inflammatione tenentur,ubi exinanita ſunt,relaxantur: quæ uero frigore ſpiſſante,ubi calefacta ſunt: quæ ſiccitate diſtenduntur,ubi madefacta, relaxantur: Rectè ergo ait aquam calidam laxare,vbi plurima corpori infunditur,cum hæc præſtare ualeat. Mirari uero te nolim,ſi diximus aquam calidam poſſe & ſuperantem humorem detrahere, & ſolidum corpus madefacere, alibi enim utrunque eſſe uerũ demonſtrauimus. Hæc igitur aquæ calidæ uis eſt,quæ,ubi pauca ſit,quid præſtare poſſit, proferre ſimpliciter non licet. ſi quis enim iterum vel tertio infudiſſe, aut per ſpongiam fouiſſe, contentus ſit,operã penitus luſerit: ſed,ſi modice perfuſione vtatur, Hippocrate auctore carnem producet, mollietque,quibus eiuſmodi præſidio opus fuerit: Quorſum vero adiecerim [quibus opus fuerit] cognoſce. moderata aquæ calidæ perfuſio graciliori corpore,ac repleto ſuperanti humore,calefactam partem implebit: ſed,ſi corpus macrum ſit,minime repletum,carnem ſimul producet, & molliet. creatur enim caro in illis partibus, in quibus ali & creſcere debet,quum temperatam naturam inter frigus & calorem habent,& ſanguis ſincerus iuſto modo ad illas confluit. vtrumque efficit calidæ aquæ moderata perfuſio, quandoquidem ſanguinem concitat ad ſedẽ perfuſam: & ibi prius exiſtentem carnem temperat,ſi frigida prius erat, calefaciendo, ſi calida, refrigerando, quum calorem euocat ad exteriora,& utili humore madefacit,atq; idcirco etiã refrigerat, quemadmodum balnea aquæ dulcis,hæc ſiquidẽ eos calefaciunt,qui ex itinere,immodico frigore emoriuntur: exuſtos uero non lædũt. uidentur enim temperatæ aquæ ſolio delectari, & uindicari poſſ balneum a ſiti. Id etiamnum ualet perfuſio aquæ calidæ, quæ ſi moderatè adhibeatur, carne implet,& ob id particulam reddit molliorem. caro enim nuper cocta mollis eſt, ut pote, cum ſanguis haud ita pridem concreuerit,quoniam caſei modo,qui recens cogitur,generatur. H

16 In eo.quod perfunditur,hac moderatione vtendum,vt,dum intumeſcit,finiatur,priuſquam reſidat. Primo enim attollitur,poſtea extenuatur.

Modus


A Modus eius perfusionis, quę carnem producere, & mollire debet, est, vt desistamus, antequam perfusus locus incipiat residere. primò enim attollitur, hoc est, in tumorem assurgit naturali maiorem, tum quia funditur sanguis, qui in ipso continetur, tũ quia a superiorib' partibus eò descendit: post hæc extenuatur, quia multum sanguinis discutitur, tam eius, qui à superiori parte concurrit, quàm eius, qui ibi subsistebat.

17 *Contineantur autem molliter, æqualiter, & altius excitata quæcunque extant in corpore, cuiusmodi calx est, & coxa, ita, ut neque curuentur, neque peruertantur.*

Orationem hanc alij legunt, quasi totam coniuncte contextam: alii in duas partes seiungunt, & vtramque seorsum explanant. Prior itaq; pars ita circunscripta est, vt suum habere absolutum sensum per se possit. Ergo, siue contineri partes communiter intelligamus, vt sub continendi verbo comprehendantur etiam quæ suspenduntur, veluti brachium: siue ad solum crus referamus, optimum erit molliter contineri, & æqualiter, & sublimiores. molliter quidem, ne laborans eo loci prematur, & ob prementium sensum inflammatione periclitetur, neve coactus statum mutare, fractum membrum peruertat, quod seruari immobile debuit, & ex toto conquiescere: quæ verò inæqualiter continentur, dolent simul, & deprauantur, cum alia parte sine fulcro sint, alia vr
B geantur. non iniuria itaq; censet æqualem habitum esse deligendum. ad hæc, vbi altius excitentur, defenduntur à materiæ cursu, cui, quum opportuna sint, quæ in inferiorem partem inclinantur, inflammatione prehenduntur. Constat igitur prioris partis orationis sensum vnum esse posse, rectęq; ita explanatã esse. Alterius verò partis, siquidem per se legatur, mens erit. Quæcunque in corpore extant, vt in calce & coxa, recte contineantur, vt neq; curuentur, neq; peruertantur. Sed quia non adiectum est [recte contineantur] idcirco nonnulli eam præcisam existimant, coguntq; cum priori parte ipsam coniungere. Rursus, si coniuncte ambæ legantur, oratio non amplius manet communis, sed solum ad continendum extantia pertinet. Qui in omnibus hæc accipiunt, communem orationem fieri dicunt, eo ꝙ cum extantibus partibus, & reliqua intelligantur. quin, & Hippocratem ostendunt, non in hoc libro tantũ, sed & in aliis multis, ex vnius vel alterius rei exemplo res vniuersas complecti. quum id, quod proponitur, euidentia antecellat ea, quæ sunt eiusdem generis, sic, vt ex ipso intelligantur, quemadmodum nunc ex calce, & coxa. Etenim, cum omnes eiusmodi partes, quando affectæ sunt, molliter & æqualiter iacere, & sublimiores haberi debeant, in extantibus qualis coxa est & calx, id maxime seruandum esse per
C spicuum est. Sæpius autem diximus huiusmodi loquutiones præbere ausam aliis ad alia traducẽdi, sic, vt quod cuique visum fuerit, probabile credatur. quare de opinione, quæ vera videatur, nõ conuenit sententiam proferre. Hoc igitur meminisse nos oportet, illud etiam non ignorantes, in discrepantibus expositionibus, vbi in sententia non peccetur, non diu esse insistendum, satius enim esse, transire ad id quod ad artem maximè pertinet, atque in eo immorari, quod nunc facere præstat. Ergo, quũ conueniat partes omnes molliter collocandas esse, tum æqualiter & sublimes, potissimum quæ extant, qualis coxa est & calx, ad ea, quæ restant, veniamus, vbi inquit [ita, vt neque curuentur, neque peruertantur]. Rursus hoc loci ijs, quæ ad artem pertinent, annumerari debet extantis partis collocandæ peritia. hæc, si iusto altius excitetur, membrum curuabitur: si humilior erit, peruertetur, ac præsertim, cum is error accidit, ubi primò collocatur. Quæ verò præter medicinalẽ artem in oratione sunt, longam requirunt explanationem. In commentarijs autem de fractutis, sicut perfecte tractatum est de aliis omnibus, quæ ibi præcipiuntur, ita etiam de calce continendo, vbi ait [danda potissimum opera est, vt imus calx optime contineatur]. Sed cõsuerũt nonnulli addere omnia vbique, totasq; alibi positas orationes, quibus idem præceptum continetur, adscribere, quod neque biduo perpetuo fieri posset. quocirca scripta ita exponentiũ
D nemo legit breuiori spacio quàm annuo. Iam ergo quũ in libros de articulis & de fracturis commentaria scripserimus, hic tantum monuisse necesse est. Si quis igitur eos libros legerit percurrens celerrime. quod nunc proponitur, ad vlteriora pergat, doctus à nobis, qui periculum fecimus, perfectos fieri artifices lata plenaque docendi ratione, non breui, & compendiaria: quam alioqui utilem esse non inficior, cum paucis contemplationem uniuersam complectatur.

Sect. 2. t. 7. fo. 241. h

28



Canalis cruri subiectus.

Septima Classis.

Canalis verò crus non dimidium, sed totum excipiat. Spectetur autem morbus, & catera, quæ oriuntur incommoda manifesta.

Agit hic, vt cum ijs, qui commentaria de articulis & de fracturis legerint, id manifestum appellans, quod quiuis vnus è populo intelligit: Nonnulla siquidem ita conspicua sunt, vt vniuersis appareant, qualia sunt, quæ proxime præcedentibus verbis narra-

uit.omnes enim intelligunt fractum membrum molliter & æqualiter esse collocandum,'inçom- E
moda tamen,quæ canalis affert,non vident,nisi qui ab ipso perceperint in opere de"fracturis, his
verbis:quorum principiũ est,De canali,qui fracto cruri subiicitur, incertus sum quid dem consi-
Sec.2.t.64.72a. lij.causam verò,cur iure incertus sit,subiicit.Ac rursus alibi in"eodem opere,ubi incipit. Si quis
239.b.
Sec.2.t.77.72a. ipsi femori canalem subiiciat.tum compluribus adiectis in extrema oratione adscribit, Canalis
41.f. igitur vel totum excipere crus debet,uel nullo modo adhiberi.Voluit autem propositis uerbis ca
nalis usum necessarium non esse,si adhibeatur tamen,subiiciendum esse toti cruri inguinibus te-
nus,non ad genu duntaxat pertinẽtem.Ex illis ergo manifestum est, quod proponitur hoc loco
neque ipsum per se ipsum patet.quoniam quantum spectat ad verba[non]dixit[ῆ.],quæ uox ac
cipi potest,quasi disiungat, sed eam ab ipso vsurpari ad negandum scimus. censet enim canalem
uniuerso cruri subiiciendũ innocẽter,Eodẽ mõ etiam vsurpauit ipsam Homerus in eo carmine.
Tutari incolumem populum non perdere conor.vbi[non]dixit[ῆ].quin & Thucidides etiam
ita mutuatur.Vult autem spectandum esse morbum, cuius gratia canalis admouetur,& alia om-
nia,quæ lædere possunt. Morbus quidem est fractura grauis ossium cruris,ad cuius curationem
opus crure penitus immobili.canalis enim probatur à quibusdam,ut qui vtilissime tunc subiicia-
tur,quum æger è lectulo surgit.id autem accidit, vbi uel desidere cupit,uel cubilis duritiem non F
Sec.2.t.64.72a. ferens,ad alterum transfertur iam tunc stratum, quod in opere de"fracturis exposuit: ubi illud
239.b.
etiam ostendit, quòd canalis, si non sit longior, quam vt vltra genu pertineat,non prohibet
crus,quum mouetur:infestusq; est,& sæpius comprimit. Imperat autem,ut morbum intuiti,cu-
ius gratia canali vtimur,& ea,quæ canalis affert incommoda, ipsum modò accipiamus,modo re
pudiemus.namque,vbi molestia,quam canalis exhibet, exuperes, uitandus erit:contra,si vincat
vtilitas,præstabit crus,non vsque ad genu tantum,sed totum canali excepisse.

Præter hæc porrectio,ab inferiori parte intentio,in diuersas partes ductio,compositio, aliaq;,secun-
19 *dum naturam sint.*


In prioribus dictum est porrectionem,quam παρέξιν dixit vocari,quum languens se ipsum prę
bet medico curandum. quo tempore medicus primum cognoscit affectum ipsum infestantem:
deinde ad curationem ipsam accingitur. At quum necesse omnino sit affectam partem aliquo
modo contineri,iure uidetur secundum"naturam esse continenda:nam,si præter naturam iace- A.li.4.f.5.
ret,non mediocriter læderetur.Postquam porrecta est, vel intendi solum debet ab inferiori par- t.2.c.4.483
te,vbi adeò tenera est,ut abunde sit,si à superiori parte teneatur:vel in diuersa diduci,ubi validior G h.
est.constat itaque,& hoc tempore satius esse ægro eum seruare habitum,qui secundum naturam
sit.Quo facto proximum est,vt componatur,ac tunc etiam conuenit eundem habitum tueri.De
hinc sequitur,ut comtineatur,vel suspendatur,quæ duo non commemorauit nominatim,sed si-
gnificauit,dum dixit[aliaq;].

De natura,quod ad actiones pertinet,animaduertendum est,quid requirat opus,quod fit quod ad
20 *hæc:attendenda quies,medium,consuetudo.In quiete quidem,atquo ocio considerare rectum habitum*
oportet,puta brachij:in medio,porrectionem, atque contractionem, quemadmodum,vbi cubitus cum
humero propè ad rectum angulum figuratur: consuetudo idcirco spectanda est,quia non alius habitus
facilius fertur,cuiusmodi est in cruribus, vbi extenta habentur.Quæ enim hoc modo collocantur,im-
mobilia diu facillimè perseuerant.

Præfatus in superioribus verbis [secundum naturam] non immerito hic exprimit, quænam
sit hæc natura, quæve sint eius notę.Scribit autem[de natura,quod ad actiones pertinet,animad
uertendum est,quid requirat opus quod fit] quasi ita dixerit,naturalis habitus in actionibus qui- H
dem actionis proposito indicatur;& vsu, cui destinatur[quod ad hæc]id est ad ea,quæ nunc pro
posita sunt,scilicet ad porrigendum, extendendum,componendum,collocandum,quum homo
ad nullum opus læsa parte vti debeat. Alias animaduersiones in perueſtigatione habitus natu-
ralis deinceps adiungit his verbis, [attendenda quies, medium, consuetudo].quietem intelligit,
quum homo feriatus ex toto in ocio est. vnde colligi rectum habitum testatur, sicut in brachio
docuit,subiici cubitum uolens, eiq; radium insidere.Eo medio ait apparere habitum inter extre
mam porrectionem,& contractionem, quod scribit prope accedere ad rectum angulum cubiti
cum humero,quem ipse ἐγγώνιον dixit, quo volunt habitum appellari, qui est ad rectum angu-
lum,sic vt cubiti os cum humero rectum angulum ostendat.Verum additur[prope] vetustis om
nibus exemplis,quam scripturam agnoscunt,qui hunc librum explanarunt. bis autem peccatur
in hac scriptura,si ἐγγώνιον accipiatur pro habitu,qui acutum angulum habet.Quum quòd acutus
angulus dicatur,qui recto minor est, nam, vbi recta linea super rectam ducta angulos efficit ab
vtraque parte inter se æquales,vterque æqualium angulorum rectus est,sed qui recto minor est,

appellatur

A appellatur acutus, ſicut qui maior, obtuſus. habet rectus angulus eam magnitudinem, cui nihil addi, nihil demi poteſt, ſed acuti, & obtuſi anguli numero ſunt infiniti. in recto angulo, nulla penitus declinatio eſt, quando quidem recta linea ſuper rectam ducta tunc vtrinque rectum angulum facit, quum in neutram partem inclinat: at vbi linea, quæ rectum angulum facit, vergat in alteram partem rectæ lineæ ſubiectæ, inclinationes maiores, minoresque fiunt innumerabiles.



Non licet ergo, vbi quis rectum angulum exprimi ſimpliciter velit, dicere, prope acutũ. ſiquidem prius intelligitur rectus, poſtea acutus, quoniam (vt retuli) vnus eſt rectus, acuti verò innumerabiles. meritò igitur dicet quis acutum quempiam angulum prope rectum accedere, ſed, quum plurimi ſint acuti anguli, intelligemus illum eſſe prope rectum, qui parum abeſt, neque concurſum rectarum linearum, à quibus producitur, ita acutum habet. ex quã plurimis itidem angulis obtuſis eos intelligimus prope rectum accedere, quibus rectarum linea-
B rum, a quibus fiunt, coniunctio modice obtuſa eſt. aliquem verò angulum prope ad acutum accedere incomprehenſibile eſt, cum acutus angulus non ſit vnus. Nõ poteſt ergo ἐγγώνιον dici, quod ad acutum angulum figuratur: tum quod nemo ex græcis appellat aut ἔγγωνιον per duplex γγ, aut ἐγγώνιον per ε῾υ ſyllabam, acuti anguli figuram: ſed, quæ rectum angulum habet, ea ἐγγώνιον per ε῾υ diphthongum, & ἐγγώνιον per duplex γγ nuncupatur. An ἐγγώνιον neceſſe eſt accipere id, quod ad rectum angulum figuratur, quod accidit, vbi cubitus cum humero facit angulum rectum: exquirere autẽ, cur Hippocrates [prope] adiungit? Dicemus igitur & nunc, quod ſæpius dicere conſueuimus, obſcuræ orationis explanationem non certo ſciri, ſed, ſi quid probabile ſit, cum eo vt quod propoſitum eſt verum ſit, & auctoris ſententiæ non repugnet, accipiendum eſſe. huc itaque incũbentes verbum [propè] conabimur enodare. Statuamus ἐγγώνιον figuram, quum vna ſit, neq; minui poſſe, neque augeri: nobis autem non licere brachium ita colloeare, vt oſſa ad angulum rectũ ſine vlla inclinatione inter ſe committantur, ſed ſatis eſſe, ſi non ita multum ab hũiuſmodi figura recedant, præſertim cum neque Hippocrati placeat is totius brachij habitus. demonſtrabo enim naturalem habitum prope rectum angulum eſſe, ſed paulum recedere ad obtuſum, hoc eſt ſpectare ad porrectionem: demonſtrationem verò ab ijs accipiam, quæ ipſe ſcripſit, nam de quiete ait,
C & de conſuetudine, indagare nos poſſe naturalem habitum, ex ambobus coniunctis conficitur conſilium vnum compoſitum, perinde quaſi quis ita dixerit: Collocandi rationes, quibus iacere ſingulæ partes ſolent, quum ocioſæ ſunt, in curationibus quoque eligi debent, nam in partibus commode figurandis, id patet primò ſtudendum eſſe, vt minime doleant. Verum, ſi huiuſmodi quieſcentium habitus a laborantibus non ſeruetur, ſed alio modo iaceant ſine dolore, haud diu manſuros eſſe manifeſtum eſt. Igitur, ſi reſpexeris ad homines ocioſos, plerunque comperies brachia non penitus media, inter porrecta ex toto, & ex toto curuata, ſed ad porrectionem magis accedentia, id quod etiam accidit in altera habituum oppoſitione. Cũcti enim homines, vbi defeſſi ſunt, brachia aperientes, habitum eligunt medium inter pronum prorſus, & ſupinum, vt qui omnium maxime dolore careat, coguntur tamen paulum inclinare in pronum. Volens igitur Hippocrates hæc exprimere, cum non eſſet, quod rem pluribus explicaret, adiecit verbum [prope.] Quod autem ea ratione, quam dixi, inter cæteras maxime collocari cubantẽ iuuet, præcipue intelligunt, qui ſunt in eiuſmodi artis operibus verſati, hac enim oratione audita veram eſſe rem cõprehendunt. Itaque, vbi mens auctoris propter obſcuritatem dubia eſt, expoſitorem tueri auctoris ſententiam, & propoſitæ rei veritatem oportet: ſic enim, qui diſcunt, vtilitatem conſequẽtur.
D Hoc igitur cõſilium ſeruare in omni expoſitione conor. quod quidam expoſitores, neque ſi operam darent, aſſequi poſſent, vt qui medicinalium operum ſint expertes, & cauillatorum veſtigiis inſiſtant, fiantque ex eorum numero, qui λογικοὶ ἰατροὶ vocãtur, id eſt verbotenus medici, quorum cauſa vulgo ſuſpecti ſunt, qui rectè vtuntur ratione. Hæc, & ſi rarò explicentur, teneri memoria debẽt. Accedamus nunc ad ea, quæ proximis verbis ſubijciuntur, quemadmodum habitus inter pronum & ſupinum omnium minimè dolori eſt, cui aſſueti ſunt ferè omnes plurimum tempus ætatis: ita etiam ſe res habet in cruribus extendendis, extenta enim crura iacere diu queũt immobilia. Mutandum verò neceſſario non eſſe membrum in alterum habitum minus iucundum oſtẽdimus in libro de muſculis, vbi mutationis quoque cauſam adiecimus. quare id non amplius oſtẽdendum eſt, ſed in memoriam reuocandum, quemadmodum & illud etiam. quod cito ad eundẽ habitum reuertemur. ſed neceſſarium non eſt cauſam referre, longiorem enim ſermonem deſiderat. ſatius itaque eſt ſententia Hippocratis ad vnguem ſeruata, aliud quid pro cauſa tradere, quod iuuenibus magis expediat, quodque à nobis diſputatum eſt in libro de motu muſculorum. Igitur in commiſſura humeri cum cubito, habitus naturalis medius eſt inter vtrunque extremum, nempe eius, vltra quod porrigere, & eius, vltra quod curuare, brachium nõ licet. Apparet autem, vbi

Arli. 4 f. 5. t. 2. cap. 4. 483. b

oſſa

ossa carne nudentur,duobus processibus terminatum cubiti cauum,quo recipitur humeri ambi E
tus cardinem repræsentans,quem duo tubercula medium complectuntur:tum in vltima porre-
ctione posterior cubiti processus coniectus in sinum humeri posteriorem,non secus quam in ex
tremo flexu prior in priorem.quibuscunque verò sinus posterior natura magis sinuatur, præter
extremam porrectionem,cubitum adducunt ad exteriorem partem,sicut contra,qui eum recef-
sum iusto minus cauum habent,perfecte brachium non extendunt . Vt non sunt autem consi
miles in omnibus structuræ articulorum,neque certi in omnibus extendendi fines,sic neque me
dium erit in omnibus idem.quare vbi medium habitum inter extremam porrectionem, & vlti-
mum flexum naturalem,esse affirmamus,medium non ad vnguem accipimus, sed sic, vt latè pa-
teat,quod mediumHippocratis appellat κοινὸν.Verum,sicut nullo modo fieri potest,vt medius ex
toto habitus seruetur,vbi nec adijcerere latum vnguem,nec demere queas,sic non expedit bra-
chium longè ab hoc medio figurari.Id enim interest inter artificiosam coniecturam,& eam,quæ
artis est expers,quod artificiosa exquisitam moderationem propè attingit,quæ artis est expers, F
plurimum nonnunquam aberrat.Posset itaque Hippocrates iuxta hanc sententiam monuisse, vt
seruetur habitus prope γνάφιον,hoc vocabulo rectum angulum appellans,vt qui nos coniectura
doctos,nõ longè recessuros esse ab exquisita moderatione existimet.Sed iamiã persequar, quod
pollicitus sum me relaturum iunioribus,quod ad hunc locum maxime conferat.Habet consuetu
do præcipuam in medicina vim,ita,vt à clarissimis medicis natura aduentitia nuncupetur. quam
constat inter ea,quæ necessario admodum spectantur,Hippocratem vbique numerasse in indicã
di facultate tribuentẽ ei secundas,illa videlicet primas occupante,qua natura sumitur.collocandi
enim ratio,quæ ab hac indicatur,eatenus inferior est,quatenus exquisite in omnibus eadem esse
non potest,sed pro cuiusque consuetudine variatur.Conspexi ergo quosdam totum diem consi
dentes,qui artes exercent sedentarias,alios stantes,aut ambulantes:censuique non immerito ijs
magis extenta figuranda crura esse,qui bonam temporis partem habere sic collocata consuerũt
ex contrario minus extenta,quibus curuata diem vniuersum detinentur.experimento autem rẽ
comprobans,comperi qualem speraui.Brachiorum verò eadem est ratio,iacere enim ad rectum
angulum debent,sed propius ne accedere ad ipsum oporteat,an longius abesse,ex consuetudine
intelligitur.Verum homines,quum quæ a ratione excogitata sunt,experimento diiudicant,tunc
rei excogitatæ certum indicium habent, vbi experimentũ a ratione nõ dissentit. itaq; præceptũ G
hoc ab omnibus amicis comprobatum firmiter iam constitutum est ad hæc maxime pertinere.
Arbitramur ergo Hippocratem voluisse habitum,qui ad rectum angulum ad vnguem est, pro
consuetudine variari:mutationem verò exiguam esse,hoc est,prope rectum angulum accedere.

A, li.4.f.5 t.2. cap.40 473.b

*31 In" mutatione verà,post quam adhibita intentio est,hæc similiter se habeãt,quod ad habitum per-
tinet,& situm,musculi,venæ,nerui,ossa,bene admodum contineantur,& bene figurentur.*

Hæc superius etiam dicta sunt,si quis autem ex toto ipsa detraxerit,præceptis nihil dempserit.
Accidit enim in huiusmodi libris,quibus multa summatim continentur,vt auctor easdem res ali
ter atque aliter adscribat,ea de causa,vt consideret,quibus verbis,eas potissimum explicet:libra-
rius verò postea,vbi repperit scripta non nulla in margine, nonnulla in ipso spatio, in quo conti
neri scriptura solet,vniuersa in ipsum spatiũ congerat,quo ordine maxime censet conuenire.Id
igitur,quod propositis verbis ostenditur,eius generis est.Complura diximus attendi tempora in
eo,qui curatur,primũ,vbi ad medicum accedit aliquo prorsus modo figuratam habens affectam
partem:alterum deinde,quum se præbet medico,qui intuitus partem,& vitium eius cognoscat, H
& qua præparatione ad curationem opus sit.Sequitur deinceps tempus præparationis, & post-
modum intentionis,tum ossa componendi,vbi fracta fuerint,& restituendi,vbi prolapsa, dein al
ligandi,postremum omnium est tempus suspendendi in brachio,continendi in crure,& in locis
iuxta spinam,& caput.Ἕξιν igitur,id est habitum hic vocauit παρὰ τὸ ἔχειν,quod habeat eam ratio-
nem,qua partes continentur figuratæ eo tempore,quod ab iniecto vinculo proximum est: huic
e regione oppositum situm eorum,quæ continentur,nempe trium crurum,capitis,& totius spinæ,
sic,vt habitum accipere in alijs debeamus,vt puta in iugulo,brachio,latere,capite humeri, lato
scapularum osse,malis,maxilla,& siquid aliud simile est.censet enim opus esse,vbi prædictæ par-
tes affectæ mutantur, nonnullas recte iacere,puta quæcunque contineri possunt, nonnullas re-
cte figuratas haberi,nempe,quæ contineri non possunt. Dixit autem,quæ continẽtur εὐθέτα, alia
verò εὔχετα.cætera in aliis ex dictis temporibus diuersa sunt.Commune est omnium vnũ & idẽ,
naturalis scilicet partium status,ad quem spectare iubet illum,quip ostremo tempore vinculum
diu seruandum constituit.nam,si membrum alio modo figuretur,dum alligabitur,postremo tẽ-
pore etiam mutabitur musculorum,venarum,& neruorum positio,ac neque εὐθέτα erunt,neque
εὔχετα,hoc est neque recte continebuntur,neque recte suspendentur.

Intendere

A *Intendere autem illa valentiſsimè oportet, quæ maxima ſunt & craſsiſsima, & vbi vtrunque os cõ*
22 *minutum eſt: minus vbi id, quod ſubiectum eſt: minimè, vbi id, quod ſuperius.*

Intẽdere (inquit) valentiſſimè oportet, quæ maximis & craſſiſſimis oſſibus continentur, & corpora, quæ ipſa cingunt, hoc eſt muſculos. hi. n. ſunt, qui potiſſimum intentione indigent, vt quib. maximè vis inſit ad ſua initia recurrendi. ex harum partium numero eſt fœmur, deinde humerus & crus, poſt hæc brachium, poſtremo, quæ iuxta manum ſunt & pedem. excipe hic quæ in ſpina ſita ſunt. Sed quod ait [vbi vtrumq; os fractum eſt, magis extendere oportet] intellige cubitum & radium: quod verò ſubijcit [minimè] id eſt leuiſſime, ac maximè moderatè: [vbi id, quod ſuperius] accipe in brachio radium. quæ omnia [vt retuli] diſcuſſa ſunt in opere de fracturis.

23 *Quòd ſi iuſto valentior intentio adhibeatur, noxia erit, præterquam in pueris: partes autem paulo altius excitentur.*

Si oſſa in pueris, vel vbi franguntur, vel vbi ſuis ſedibus excidunt, minus quàm expedit extendantur, tantum rem procedere non ſinent. nam nec componentur, quæ fracta ſunt, nec quæ prolapſa ſunt, reſtituentur: ſed ſi valentius extendantur, propriũ affertur detrimentum. quo quidem
B tempore vis adhibetur, dolor excitatur, poſtea inflammatio ſuperuenit, febris, neruorum diſtentio, & interdum etiam reſolutio. quod teſtatur ſe vidiſſe Eraſiſtratus in humeri capite nimium extento. Minus tamen alijs pueri læduntur, ſi vehementius extendantur, propter humorem corporum & mollitiem. nam, vt lora plurimum citra noxã diſtenduntur, quùm mollia ſunt & madida: abrumpuntur verò cùm arida ſunt & dura: ita muſculi, atque nerui, quùm madent, & molles ſũt, ducẽtem facilè ſubſequuntur, neque multum dolent, neque rumpuntur: ſicci verò & duri, quùm, niſi magna vi cogantur, extendi nequeant, grauiori dolore vrgẽtur, non ſolum ſi iuſto magis, ſed etiam ſi modicè intendantur. in eo enim caſu neruorum ac muſculorum fibræ conuelluntur, rumpunturque, quorum nihil manet pueros, neq; enim poſtea inflammatione atque idcirco febre, delirio, neruorum diſtentione, ac reſolutione prehenduntur. Ipſe igitur de pueris verba fecit, quæ transferenda nobis ſunt ad eunuchos, fœminas, tum ad eos, qui natura ſiue cõſuetudine madent, & molli carne ſunt, cùm iſtiuſmodi corporum temperamenta ducenti facilè pareant, neque
C ſentire offenſam vllam grauiorem ſoleant, ſi vltra debitum extendantur: at quibus vel natura, vel conſuetudine corpus induruit, vix cedunt extendentibus, atque ea de cauſa minus ipſe cenſuit à medicis eſſe extendendos, valde ſiquidem lẽduntur, vbi immodica vis adhibeatur. Quod vero ait [partes autem paulo altius excitentur] item duplici de cauſa proponitur, & vt fidelius continean tur, dilabuntur enim, quæ contraria ſunt: & nẽ doleant.

24 *Bene repoſiti articuli exemplum ſit ille, qui cognominis, qui par; qui ſimilis, qui ſanus eſt.*

Cognominem Hippocrates dixit ὁμώνυμον, ſatius autem fuit dixiſſe συνώνυμον, alia enim ſunt ὁμωνυμα, quàm quæ hic tractantur. homini quidem homo, & equus equo, tum canis terreſtris terreſtri, marinus marino, συνώνυμος eſt. quæcunque autem nomina in multis ſingularibus ſpeciem vnã ſignificant συνωνύμως in ipſis dicuntur: contra ea, quibus differentes ſpecies appellãtur, vocare ſolemus ὁμωνύμως dicta, & quæ ſub ipſis ſunt, atque exprimuntur, ὁμώνυμα habentur. qui dicetur igitur brachium brachio comparatum ὁμώνυμον, quando ſpeciem eandem habet? Sed non expedit in verborum controuerſia immorari. Quæ ſequuntur magnum in medicina momentum habent quibus iubemur, cùm prolapſum articulum in ſuam ſedem reſtituimus, vti exẽplo cognominis, par-
D ris, ſimilis, ſani. cognominis quidem, vbi humerus cum humero confertur, cum brachio brachiũ, femur cum femore, crus cum crure: paris in eodem homine, & nõ in alio, quam rem in opere de articulis declarauit his verbis [ſpectareque in articulis, non quidem alterius hominis]: pari autem adiecit ſimilem, poteſt enim, cum quo confertur, par eſſe, vt ſanè ſimilis non ſit, cùm ſæpe alter humerus vitio quopiam tabuerit, aut abſceſſu ægrotauerit, vel crus valgum ſit, aut varum: atque idcirco ſanum rurſus adſcripſit, ne quid nos perperam accipiamus, non grauatus verbum, quantũ eſt in vi, idem penitus iterare. nam, quod par eſt, utique ſanum eſt, ſi ſimile ſit, niſi vbi utrumque membrum eodem modo ſit affectum. tunc autem in alijs hominibus ſpectandum erit, in quo caſu cõuenit ſimili ſanũ adijcere, ſed, ſi in eodem homine cõſideretur, abundè erit dixiſſe ſanũ, quod ſimili comprehenditur. fortaſſe autem Hippocrates vtrumque ſcripſit, ut in alijs ſcriptum inueni tur, animo accipiendi non vtrunque, ſed alterum tantum, librarius vero utrumque adſcripſit.

Sec. 1. t. 34. 7. 257. f.

25 *Frictio ad reſoluendum valet, & adſtringendum, præter hæc ad implendum, ac minuẽdum. Nam, ſi dura ſit, adſtringitur corpus: ſi mollis, reſoluitur: ſi multa minuitur: ſi modica, impletur.*

Adſtringere intelligit durare: reſoluere, laxare, & mollire: minuere, extenuare. ſubdura enim frictione carnem pertractatam veriſimile eſt reddendam eſſe frictioni ſimilem, dum adſtringitur premiturque: ſic & ſub molli carnem ſimilem afficiendam, eo quod cõtraria præſtet, atque dura: multa

multa insuper,cum demere plurimum possit, extenuari corpus probabile est:sed non similiter E
plerunque refici ea,quæ multæ contraria est,pauca videlicet,verum modica, quod superius dixit de vsu aquæ calidæ,pauciſſima enim fricatio,non secus,ac exigua aquæ perfusio, nihil efficit, quod sensu percipiatur. Perfricare igitur oportet,vbi implendum est, quoad indicia conspiciantur,quæ tradita de perfundendi moderatione fuerunt,quum ait [dum intumescit priusquam residat finiatur:primo enim attollit,postea extenuatur.]demonstrauimus autem in secundo de tuē da sanitate ex ijs,quæ frictio præstat,nihil ab Hippocrate prætermissum. Illud vero,quod multos latet,ignorare non oportet,quamuis ἀνὰ sursum significet,τρῖψις frictionem.ἀνάτριψιν vocari à græcis non modo eam frictionem,quæ ab inferiori parte sursum procedit,sed quamlibet,quouis modo intendat:raroque legi apud ipsos vocabulum τρῖψεως,consuerunt enim appellare ἀνάτριψιν, quā nunc dicimus τρῖψιν.

26 *Sed,quod ad vinciendum attinet,primum vinctus premi se maximè dicat, quà vitium est, extremis uerò partibus minimè:fulciri item fascias,& non vrgere se,idq; non ui,sed numero,de ipso die,quo deligatus est,ac nocte paulo magis,posteriori minus,tertio autem laxari. Reperiatur postridie extremitatibus tumor mollis,tertio die cum resoluitur,quod vinculo exceptum fuit,extenuatum. Idq; seruandum est quotiescunque alligatur,cumq; iterum vincitur, intelligendum est conuenienterne iectum* F *vinculum fuerit. In posterum enim expedit plura atque arctiora lintea dare,ab hinc tertio die plura adhuc atque arctiora,deinde septimo die à primo resoluto vinculo ossa gracilia in conspectum ueniāt, & facile tractentur. At,vbi ferulis alligatis locus gracilis sine prurigine, atque exulceratione fuerit, supersedendum est vsque ad uigesimum diem ab ictu:si quid suspectum sit,soluere interim ferulas conuenit,& tertio quoque die coarctare. Eodem autem modo figurata habendę partes sunt, dum suspenduntur,dum continentur,atque dum alligantur.*

Fulcimenta constat,à græcis appellari,non solum ἐρμάσματα,sed ἐρείσματα,vel ex eo,quod Poeta ait in carmine,ὑποδ' ἧρεον ἔρματα νηῶν.id cuius similitudinem fulcire dictum est ab Hippocrate ἠρμόσθαι quod quasi insidere significat,& inhærescere. Id aūt fieri iubet linteorum numero magis q̄ pressu,caueri.n.per se voluit linteorum pressum. Sed hæc & alia multa,quæ & prępositis & sequē tibus verbis continentur,abunde explanata sunt in opere de fracturis,& articulis,quare, si quid obscurum est,non est,quod exponamus, transferamusque huc quæcunque ibi perfectè prodita sunt,atque ideo quasi rē apertam prætermittendum existimo.ille enim qui non modò magis appositè,quam ego,sed,qui omnium optime potuit dicēdo sensa mentis aperire,turpe duxit,quod clare expressum est,iteratis dicere verbis.

His igitur relictis,vt pote,quæ plana sunt ijs, qui commentaria de fracturis & de articulis legerint,ad ea,quæ restant,progrediar. G

27 *Capita figurandi ex consuetudine & natura vniuscuiusque membri colliguntur : Species vero ex cursu,statu,cubandi ratione,ex actione,& ocio.*

Apertè quoq; ex his verbis intelligitur librū hunc,qui summatim rem complectitur, post obitum auctoris editū fuisse.nam,qui huiusmodi libros exscribunt,si qua sint,quæ duobus modis,vel in margine etiam,apposita sint ab auctore,vt postea cōsideret vtro exprimere mētē suā præstet, soliti sunt oīa describere in ipso opere.quis.n.adduci posset,vt crederet eū voluisse hic eadē iterare nulla ratione cogente,præsertim cū summopere studeat breuitati? Sed cū maiores nostri hæc dixerint explanāda,nos quoq; illos sequemur. Patet igitur capita colloccandi dicta esse quasi proposita,ad quæ intendentes idoneū cuiusq; partis habitū inueniamus.quin & consuetudinē vnum esse ex ijs propositis supra memoriæ prodidit,cū inquit. Præter hæc porrectio,intentio, in diuersas partes extensio,compositio,aliaque secūdum naturam sint. De natura, quod ad actiones pertinet,animaduertendum est,quid requirat opus,quod fit:ad hæc,attendenda quies,medium,consuetudo.in quiete quidem atque ocio considerandus rectus habitus,puta brachij:in medio porrectio,& contractio,quemadmodum,vbi cubitus cum humero propè ad rectum angulum figuratur:consuetudo idcirco spectanda est,quia non alius habitus facilius fertur,cuiusmodi est in cruribus,vbi extenta figurantur:nam,quæ collocantnr hoc modo,diu facillimè possunt immobilia perseuerare.hæc cum paulo antea scripserit, qui deterius iterum hic repetet? Propositа igitur cōsuetudine & natura vniuscuiusque membri,deinceps species hoc est differentias ipsorū colligendas esse ex actionibus arbitratur. Non nulli verbo [species] adiecerunt [membrorū]ita, vt oratio sic habeat[species mēbrorū].de cruribus aūt gratia exempli dixit [ex cursu,incessu,statu]cui addidit[cubandi ratione]quod idem est,ac verbum superius scriptum,videlicet[quies].his rursus subiecit [ex actione & ocio]actionem accipiens pro incessū,cursu, statu, singularibus actionib. ocium verò pro quiete. Quare nihil amplius his verbis exequitur,quam actionem & quietem. Neque propterea,quod in principio huius orationis naturam membrorum nominauerit, existimari velim alterum nunc collocandi modum indicasse, cum nullum aliud naturæ tradiderit indicium præter actiones, quod totum sic habet, quemadmodum in verbis paulo supra scriptis H

docuit,

A docuit, quocũque autem tempore curationis eorum affectuum, qui manus auxilium desiderãt, vnus seruandus est partis habitus, qui secundum naturam est, quem inueniri ait ex quiete atque ocio, id est vbi quis conquieſcit: tum ex medio, quod scilicet est inter extrema: atque ex consuetudine, sub qua actio & quies manifeste comprehenditur. Hæc itaque duo maxime communia indicia, medium scilicet inter extrema, & consuetudo vniuscuiusque partis, naturalem habitum nobis exponent. ego autem in libro de motu musculorum hæc persequutus, & partium compaginem indicans, quam ex ratione corporum incidendorum inueni, naturalem partium habitum iuxta Hippocratem in libro" de fracturis docui. Videri autem possunt diuersa de propositis rebus dici, cum alias alia verba & nomina vsurpentur, veluti cum quis dixerit collocanda esse membra, quẽ admodum minime lædunt, non alium habitum inueniet, quam eum, in quo detineri solent quiescentes, qui medius quoque est inter extrema: sed & indicatione sumpta a partium compagine hic idem inuenitur. Sect. 1. t. 16. 72 226. g

28 *Quoniam labor firmat, ignauia resoluit.*

B Hoc etiam peranguste traditum fuit ab auctore, quod fortasse constituerat dilatare in eo libro, quem erat editurus. Legitur autem in quibusdam exemplis [quid labor firmat, ignauia resoluit?] proponente sibi ipso auctore rem exquirere vtilissimam non modo ad medicinæ partẽ, quæ manu, sed & ad eam, quæ victus ratione medetur. omne igitur corpus, vbi in ocio degit, effœminatur, & imbecillum redditur: firmatur autem & vires colligit, vbi quid faciat, hoc est aliquẽ vsum præstat. cuius rationis duo fidem faciunt, experientia omnium, qui animaduertunt euidenter apparentia: & indicatio, quæ a naturali compagine sumitur, quam in libro de tuenda sanitate explicauimus. Quod verò ad chirurgiam attinet, non debẽt diu affectæ partes haberi immobiles, sicut nonnulli securitatis gratia faciunt: sed inflãmatione sublata modicè dimoueri, & primo tantũ faciendum est, quum affectæ sedi calida aqua infunditur, deinceps in balneis, postea etiam sine his.

29 *Adstringendum est numero potius, quam pressu.*

Item hoc ipsum ab auctore summatim per se scriptum a librario sane huc trãslatum fuit. supra enim clarè perfecteque explicatum est, nunc præcise adscribitur. Supplere autem oportet [linteorũ,] vt vniuersa oratio sic habeat [adstringendum est numero potius linteorum, quam pressu.]

C 30 *Vbicunque sanguinis suffusio est seu contusum. siue abruptio, siue tumor. si inflammatio non est, sanguinis plurimum à vitio sursum expellatur, paulum verò deorsum. Sed nec brachium, nec crus dependeat. Fascia autem ab affecto loco incipiat, ibique validissime insidat, extremis verò partibus minime, medijs modicè: extrema item sursum adducta vinciatur: numeroq; potius, quam compressu fasciæ adstringant. Huc autem maximè accommodantur tenues, leues, molles, mundæ, latæ, valentes, vt quæ sine ferulis adhibeantur. Perfusione insuper copiosa vtendum.*

Hippocrates iuxta Ionum linguam (vt solitus est) contusum appellauit φλάσμα per φ, id quod à nobis per θ. θλάσμα dicitur: accidit autem hoc vitii, vbi graue aliquid decidit in corpus, quod quasi carnem abrumpendo, atterendi vim habet. Verum vbi contusa caro ad regionem, quæ sub cute est, sanguinem transmittit, hęc sanguinis suffusio dicitur ἔκχυμωμα, sub qua cutis inuiolata seruatur. scindi autem tenues venas cum carne, vbi id exoritur, manifestum est. Incidit autem abruptio (quod σπάσμα dixit) quum musculorum fibræ plurimum extenduntur, ita, vt nonnullæ abrumpantur, cuiusmodi mala recentiores medici ῥήγματα proprie appellant. Huic subiecit Hippocrates tumorem, quem dixit ὄιδημα, quo vocabulo solet omnes præter naturam tumores notare: iuniores dispertiuntur hos in inflammationes, quas φλεγμονὰς vocant, & in duros tumores, atque in in molles, & pituitosos, quos proprie vocant ὀιδήματα. sed φλεγμονὰς solet ipse appellare φλογώσεις, vnde nomen inditum est calidis tumoribus. accedit ad priores tumores is, qui erysipelas dicitur, quod perpetuo quidem inflammatum est, non tamen perpetuo tumet. Hi ergo morbi omnes nominatim positi ab Hippocrate, quod adrationem victus ac medicamenta pertinet, aliam curationem exigunt: quod vero ad manum, vinciri conuenienter debent, præsertim, vbi oriuntur ex præcedentibus vinculis, de quibus nunc pertractat. Illud vero [a vitio sursum expellatur] dixit ἐξαρπάται, quod quasi exprimatur significat. nonnulli aperte scribunt ἐξαίρεται, hoc est expellatur, vt nulla apud græcos explanatione sit opus. Cæterum deligari hæc in libro de fracturis voluit, fascia orsa à loco tumido: nũc vero à vitio partis, quod τρώματος nomine expossuit, sed vinculum, quod ad fracturas pertinet, hic eatenus variat, quatenus fascias plurimum ferri docet ad superiora, parum verò ad inferiora. Illud item [sed nec brachium, nec crus dependeat] commune quoque est eius vinculi, quod ad fracturas accommodatur, sed id adscripsit, vt pote, quod magnum in propositi momentum haberet, ne (vt consueuimus) negligentius agentes summopere lædamus: quũ, quæ ingentem noxam aut opem afferunt, prout quis recte vel non recte, vtitur, Hippocrates commemo-

commemorare frequentius non grauetur:contra,quæ parum prodesse nouit,aut obesse,conten E
tus sit semel tractare. Ergo in fracturis,cum primum alligantur,antequam vel inflammatio, vel aliud ex dictis nunc vitijs accesserit,cautio est similiter,atque in his, ne quid ad affectam sedem concurrat:at non æque in illis danda opera est, vt quæ affectam partem occupant, digerantur. quocirca perfusionem hic adiungit,non quo illic quoque non adhibeatur,sed quo hic magis.per fundenda enim copiosius hæc sunt aqua calida,vt quod in tumidis partibus collectum est, discutiatur.Quamobrem ipse,cum loquutus est,de calce,qui à saltu ex superiori loco sanguine suffun ditur,præter cætera auxilia ad id hoc quoque posuit,aqua calida copiose perfundendum,vinctũque locum sine compressione fideliter continendum.Igitur hæc quoque ad fracturas docuit, licet plus habeant ponderis in malis,quæ nunc comemorantur,nempe ea de causa, vt citra oẽm pressum digerantur:ac propterea sine ferulis quoq; deuincit, ita, vt iunctura hæc duplici modo differat ab ea,quam fracturæ postulant,tum q̃ fascias requirat minus arctatas,& potissimũ leues, tenues,molles,mundas,his enim maxime indigent, quæcunq; adstringi leuius oportet:tũ q̃ digestione opus sit vehementiore. Adiungit prẽterea vnumquodque ex propositis vitiis inflammatione vacare debere,si,qua docuit ratione,curandum sit.siquidem inflammationes ne modicum quidem pressum ferunt.contra eas igitur nitimur per cataplasmata,per assiduam calidæ aquæ per F
fusionem,perque liquida medicamenta,quæ succurrere scilicet inflammationibus possint.

31 Vbi articuli suis sedibus excidunt,aut his intactis,quæ ipsos continet,resoluuntur:aut ossa,quæ cẽtra commissuram se contingunt,diducuntur:vel quæ iuncta erant,abrupto eo,quo continebãtur,inter se dehiscunt:seu iuxta articulos comminuuntur:aut peruertuntur,cuiusmodi sunt,quæ valga sunt in alteram partem inclinantia:ab ea parte,a qua mota sunt,lenius vinciri debent,arctius ab ea,in quam, ut quum deligata sunt,in contrariam spectent,ac priusquam derigarentur,idque paulo plus æquo: q̃t & fascijs agendum est,& pannis,tum suspendendi,collocandi,intendendiq; ratione,prẽterea,conuertendo,dirigendo,plurimumque perfundendo.

Mala hæc vniuersa late persequutus est in opere de articulis,& de fracturis,quæ nunc sicut alia multa in compendium contulit:quod breuitatis causa per se obscurum est,at ijs, qui ea volumina legerint planum.nos,quum ipsa antea explanauerimus,vt memoria redintegretur, pauca in medium afferemus:si quis aũt ab officina medici initium acceperit,huic præceptore opus est,qui res enodet,& quæcunque ab Hippocrate in opere de fracturis,& de articulis scripta sint, in commentarium translata huc proferat. Dixit igitur Hippocrates propositis verbis ἐκπτώματα in articu G
lis,qui suis sedibus excidunt:ῥήγματα,vbi intacto articulo,quæ iuxta ipsum neruosa sunt,resoluũtur,quod præsertim accidit,quum ambulando vestigium fallit:διασπάσματα,cum ossa,quæ citra cõmissuram naturaliter se contingunt,præ affectu quopiam diducũtur,in opere etiã de articulis & de fracturis" nominatim mentionem facit de ossibus,quæ inter se diducuntur,vt de cubito & ra-
Sect.2.t.1.72. 262.c dio in cõmissura brachii cum humero,& in manu de ijs,quibus illa cõtinẽtur,& in crure similiter de iis,quæ iuxta genu sunt pedemq; in vicinia calcis:ἀποσπάσματα dixit,quum διασπασθέντων diuulsis abruptis ijs,quæ ossa inter se connectunt,ipsa,quæ prius iungebantur,plurimum inter se dehiscunt,quemadmodũ ipse de extremitate lati scapularũ ossis ostẽdit:sed ἀποκλάσματα dicit, quæ iuxta articulos comminuuntur, vocantur à iunioribus ἀπάγματα, de quibus in fine libri de fracturis meminit inter cubiti noxas, vbi ἄπαγμα scripsit,eo ducuntur,qui post ipsum hoc vocabulo nuncuparunt quamcunque transuersum totius ossis fracturam in vicinia articuli,in qua videlicet fracti ossis partes inter se plurimum recedunt,ossa,quæ sic franguntur,recentiores dicunt frangi κατὰ λοβὸν,quum caulis modo abrumpantur:διαρρέμματα vocauit,quæ peruertuntur,ab iis autem quæ ῥέμματα dixit,differunt,διαρρέμματα,quatenus hæc aliquo modo perueniunt ad articulum leuiter ipsum deprauantia,suaque sede commouentia,id quod euenit præcipue vni ossi tibiæ in pueris, in quo casu vincimus,vtrinque ad dirigendum obijciens lignum ex tilia,vel ex tali aliqua materia firmum molleque,tenuem inde regulam parantes.Recte autem addidit, vbi commemorat ea,quæ peruertuntur [in alteram partem inclinantia] etiam,si legamus vt nonnullis placet[cuiusmodi sunt, quæ valga sunt , hæc in alteram partem inclinantia]. vtrique scripturæ optime conuenit addiicere [in alterã partẽ inclinantia] siquidẽ totus articulus sæpe in interiorẽ partẽ vel exteriorem conuertitur,idq; cruri accidit frequenter propè genu & prope talos . Vocãtur autem,quæ in exteriorem partem vergunt Ελεσσὰ,id est valga : quæ in interiorem βεβὰ,& κυλλὰ, id eæ vara.His omnibus vinculum prodest,quod duo spectat,vt ab ea sede,in quã prolapsa pars est, fasciæ adducantur vrgeantq;,locus vero vnde ea recessit,laxior sit,vt admittat,quod sub vinculo ad ipsum compellitur,hoc est,vt fasciæ ibi laxæ sint,non arctatæ.Supplere autem oportet [venerunt]vbi inquit [ab ea,in quam]sic,vt totus sermo sit[ab ea parte,a qua mota sunt,lenius vinciri debent] hoc est fasciæ laxiores esse:arctius ab ea,in quam venerunt,vt spectent in contrariã partẽ,atque venerunt.terminum aũt conuertendi in contrariam partem non præscripsit naturalem statum,tunc enim morbo vinculum cederet,quum deprauationi diu pars assueuerit , sed paulo vltra

A lo vltra naturalem ſtatum partem adducēdā cenſet,atq; hoc eſt,quod ait[idq; paulo plus æquo] nam,quod naturale eſt,æquum eſt. Cæterū præcipit,vt ad cōtraria conuertamus per oīa, quæ ad vinciendum admouētur, quæ ipſe nominatim cum faſcijs recenſuit,quum inquit[& pannis,tum ſuſpendendi,collocādi,intendendiq; rōne,præterea cōuertendo,dirigendo]quum poſſit vinculū per hæc omnia plus iuſto ad contraria inclinari. Scribit item[plurimum perfundendo] addens [plurimum]quod in proximè præcedentibus verbis omiſit,intelligi tamen potuit ex ijs, quæ propoſita erant.ibi itaque digerendi,hic verò molliendi cauſa,copioſe aquam infundit.

32 *In his,quæ extenuata ſunt,plurimum integrę partis comprehendatur,vt ex transfuſione, quæ exhauſta ſunt, magis,quam ſuapte natura emacrēſcerent,diuerſo vinculo ad incrementum ſpectent, & carne impleantur.*

Percurrerunt locum hunc expoſitores huius libri,non ſecus atque alia multa,circuitioneq; vſi
B pauca quædam attulerunt:qui verò enodare apertè ipſum contendunt,veritatem non attingunt, ita,vt mirum ſit,qui potuerint extenuatis,hoc eſt gracilibus partibus, & quæ ali deſierunt, naturalem habitū reſtituere.Equidem cenſeo quæcunque, vel ad verborum ſignificationes attinent, vel ad quæſtiones captioſas,vt perperam accipiantur,nihil ad artis opera diſcentibus obeſſe: quæ verò contraria idoneæ curationi traduntur, neceſſario ijs officere, qui medendi artem exercent. Ante omnia igitur docebo,qua via curauerim,quæ ſumma macie confecta eſſent, vt qui addiſcunt,iam eius ope fruantur:deinceps accommodare veritati propoſita verba enitar, vbi enim latebra eſt obſcuritatis,conabor rei veritatem tueri,eiq́ue,ſi vlla ratione fieri poterit, verba Hippocratis conſentanea demonſtrare,quod ſi interim non dabitur,iuuenis certè rem ipſam, vt ſeſe habet,comprehendat.Ergo macies partium plerunq;,vel ex diuturna quiete,vel ex eo vinculo,qđ ad fracturas pertinet,proficiſcitur,quum ob illam robur quieſcētium partium emoriatur, ob hoc regio,quæ vincta eſt,ſanguine ſurſum partim,partim deorſum expreſſo,alimēto priuetur.Quocirca cōtrario modo,atque contractum fuerit,mederi vitio debemus,nēpe affectæ parti vim reſti
A;li.4.f.5. tuentes,efficientesq́;,vt eo ſanguis affatim concitetur. Vires" quidem reficit moderata infrictio,
t.2.ca.17. perfuſio,motus:debet autem eſſe idonea moderatio in vtroque genere,in qualitate ſcilicet & mo
486.a.b C do. ſanguinis verò plurimum euocabunt,propoſita nunc ratio alligādi,aquæ calidæ perfuſio modica;motus,& frictio,quæ & vires ēt confirmant.Omnia autem modo & qualitate moderata eſſe conuenit, cum non ſatis ſit frictionem,motum,calidæ aquæ perfuſionem, nec multa eſſe, nec omnino pauca: ſed oporteat frictionē quoque mediam eſſe, tam inter duram & mollem, quàm inter multam & paucam;ſimiliter aquam ita temperari,vt media ſit inter eam,quæ nondum cale facit (χλιαρὸν, id eſt tepidam vocant) & quæ iam dolori eſt,calore mordens(ζέον id eſt feruentem dicunt:)in modo item,mediam inter multam & paucam,verum de modo ſupra tractauit, cum dixit[dum intumeſcit priuſquam reſidat, finiatur]. hoc autem tempore, ſi pars cum ſe ipſa conferatur, rubens maxime apparet. Quæcunque ergo gracilitate, macieq́ue tentantur,planè magis exanguia conſpiciuntur,quàm quæ benè valent, vixq́ue, & quùm pertractantur, & quum aqua calida perfunduntur,rubeſcunt. hoc autem nobis propoſitum ſit, quòd ad modum pertinet,vt membrum rubore effundatur,quo tēpore tumidius quoque exhibetur,ſed, niſi ceſſet qui fricat,vel perfundit, tumor deſinit, & rubor finitur. Maciem verò vel medicinam non admittere,vel ſanabilem eſſe,indicio erunt tumor ruborq́ue,prompte vel magno negocio excitati, quibus hi quidem ægrè contingunt ſuccurrere ſoleo perfricando corpus aliquo ex calefacientibus
D medicamentis,atque ex ijs præcipuè,quæ modicum accipiunt thapſiæ non vetuſtæ:ſed & huiuſmodi gracilitates inungo aliqua mixtura, quæ picem habeat, qualia ſunt medicamenta, quæ πίτυωτὰ, vel ῥωπακιστὰ, græcè à quibuſdam dicuntur, quæ ſi πίτυινα & ῥωπακιστὰ nominari audies, æquè intelliges, licebitq́ue tibi appellare,vt velis.inſtituimus autem in his commentariis iuniores atticiſmum non docere,ſed perſequi medicinalis artis effectus vtiliſſimos,atque eos præcipuè,qui ex confectionibus picem habentibus ad propoſita pertinent.Igitur,ſi primus vſus partem reddat tumidam & rubram,iam ceſſandum eſt: ſin minus,iterum & tertio inungendum, in alijs quotidie,in alijs tertio aut quarto quoq; die,prout affectæ parti maximè opus eſſe iudicabis. Illud vero,quod pars,quæ fricatur,aut pice illinitur,incaleſcit inter ea,quæ ſpectantur interdum nō enumero, quoniam ſub rubore comprehenditur, cum eodem tempore caleat,rubeatq́ue. Ego hac ratione gracilitati præter naturam ſæpè occurri, raroq́ue vſus ſum vinculi opera, & ſi quando vſus ſum,eo modo alligaui,quo docet Hippocrates inſpectis verbis ipſius[diuerſo vinculo].quod
25 enim inquit [diuerſo] illi vinculo opponitur, quod pertinet ad fracturas, quodque affectam ſedem vehementius vrget. Diuerſum itaque vinculum primo protinus faſciarum ambitu diſcrepat:ab eo,quod poſuit ad fracturas. non enim ordimur à parte cui medemur, quemadmodum facere in vlceribus, fracturis, ſanguinis effuſione, cæteriſque omnibus paulo antè propoſitis conſueuimus: præter hæc affectum locum non magis adſtringimus, ſed remittimus, maxi-

me

mè autem comprimimus partem integram, vnde incipimus. inde enim præcipit, vt fascia vsque E
ad affectum locum laxetur, atq; vbi eo ventum est, laxissima inuoluatur. hic siquidem hyeme ob
uoluendus est, ne calefiat, laxus videlicet, nec minimum quid adstrictus; sed æstate debet inte-
gra sedes vinciri, vt, qui in ea subest sanguis, ad locum, qui refectione indiget, depellatur, par-
tem verò quæ curatur, sub vinculo calefacere & digerere alienum est. Vbi autem crus totum,
aut totum brachium valde emacruit, alterum par membrum deligare conuenit, initio ab imis
partibus accepto, dein fascia ducta in crure inguine tenus, in brachio ad alam vsque & humeri
caput. quandoquidem eodem modo venæ, quæ cruribus alimentum subministrant, ab inferio-
ri parte iuxta os sacrum deriuantur à vena caua, atque illæ, quæ brachijs, à superiori iuxta iugu-
lum. sanguis itaque, qui ad vnum fertur ex paribus membris, vbi iter clausum est, ad alterum de-
ducitur. Adstringi autem sanum membrum hactenus debet, vt ob compressionem minimè in
dolescat: sed, quod vitiatum est, vel nudum relinquendum, vel pauca lana vsque ad inguen ob-
tegendum, vbi cælum frigidum sit: sed, vbi non sit tale, expedit nudum esse. & subinde linteis per-
fricari, tum calidis medicamentis foueri, si locus ægrè incalescat. namque, vbi promptè o-
leum, cui patum ceræ adiectum sit, per se idoneum est, siquidem diutius manet, & minus resol
uit. Eadem omnino ratio est in brachiis, in quibus vinciendum id est, quod bene valet, per- F
inde quasi crus: præstanterque calefaciendum, quod ægrum est, & frictione & motu: hominem
verò, vbi prorsus stupidus non fuerit, rogare præstat, num in ea parte, quæ curatur, aliquid eius
caloris, qui excitatus fuerit, sentiat supereresse: an aperte desiisse sibi penitus videatur. quòd si ces-
sasse respondeat, iam tempus est iterum adhibere, quæ calefaciant, & partem confirment, quo-
rum quatuor genera sunt, frictio per lintea, calidæ aquæ perfusio, frictio per calida medicamen-
ta vel per oleum, simplicis dropacis inunctio. vbi vitiata pars refrixisse plurimum videatur,
dropax varius sit, habeatq; bitumen modicum sulphuris ignem non experti, & pyrethrum. Cu-
randa verò sic esse corpora extenuata, experimento comprobaui plurima reficiens. Vtrum
autem verba Hippocratis rectè expoſuerim, non est, quod contendam, quum me non lateat ob-
scuræ orationis explanationem eò euadere posse, vt probabilis sit, non tamen vt firmiter sciatur.
Declaro autem verba Hippocratis non sicut plerique sic scripta [vt ex transfusione exhausta
magis, quam ipsa emacrescerent], sic enim absurda sententia esset, sed (vt alii legunt) adie-
cto pronomine his verbis [vt ex transfusione, quæ exhausta]: vocat enim exhausta, quæ exte-
nuata sunt, propterea, quod in ocio degerint, fuerintque alimento destituta. hæc ait ex transfu-
sione sanguinis (quasi ex cursu dixerit) sanari, nimirum sanguine ad affectum locum copiosius G
concitato, quam si naturaliter haberet. Siquidem hac ratione implebitur, quod extenuatum erit,
si diuersum adhibeatur vinculum ab illo, quod in prioribus indicauit, cuius discrimen nos paulo
ante demonstrauimus, ex quo necessario facultatis dissimilitudo proficiscitur: illud quidem ab af-
fecta sede sanguinem expellit, hoc amplius ad eam concitat, quam si recte valeret. nam, cum be-
ne valebat, abunde erat, qui in ipsa continebatur, & ideo non opus erat amplius transmitti, quam
qui, partim in alimentum submini strandum consumitur, partim digeritur: nunc verò, quum vi-
tiatus locus inanis sit, atq; exanguis, multo plus concurrere sanguinis oportet, nō mō vt alatur si
cut in secunda valetudine, sed reficiatur etiam, præterquam quòd nunc plurimum necessario di-
geritur, quum subinde calefiat. calefaciunt enim quæcunque ad ipsum præsidia adhibentur, siue
frictio siue motus & medicamenta, siue pix illita, & confectiones picem habentes, ac tandem ca-
lidæ aquæ perfusio. nam & hac Hippocrates vsus est, fortasse ob eius seculi inopiam balneorum;
nos autem hoc seculo aqua, quam in balnei labris habemus, cōtenti sumus, ad affectas partes mo-
dice calefaciendas, tollendumque eam lassitudinem, quæ extendentium sensum repræsentat. Iam
verò partes exerceri necesse est in actionibus vsitatis, id quod quotidie faciendum est, non subito
semel, verum subinde, quomodo etiam frictio adhibenda est, donec excitetur calor, tuncque ab H
ea desistendum. Verbis igitur sic veram curationem accommodo, cuius vim experientia de-
monstraui, sexcentos, qui sub vinculo diurnoque ocio extenuati erant, recreando. Sed
iam eorum, qui librum hunc enodarunt, mentem aperire tempus est. Ex ijs plerique (vt
retuli) vsi circuitione duntaxat integram verborum obscuritatem reliquerunt. pauci conati sūt
iuxta verba ipsa ad vinculum relata hoc modo vniuersam sententiam enodare. Hippocratem
præcipere aiunt, vt eorum, quæ extenuata sunt, curatio a vinculo inchoetur; quo exhausta,
hoc est extenuata magis, quam ante extenuata fuerant, in contrarium habitum mutentur. mul
tos enim morbos putant hac ratione sanari, afferuntque exempla & eorum, qui nausea pres-
si, sumpto medicamento vomitum ciente ad sanitatem peruenerunt: & qui assidue cita & acri
aluo exerciti, cathartico consanuerunt: & quorum tussis finita est ob præsidia vehementiorem
tussim excitantia. Nec desunt ex illis, qui commemorent, quæ Hippocrates in illis sententijs,
quæ aphorismi vocantur, ad verbum sic scripsit. " Est etiam, quum in neruorum rigore ci-
5. Aph. 21. Ex. ord. 39. b tra vlcus iuuene habitiori, media æstate, gelidæ aquæ multa perfusio calorem reuocat. ergo,
sicut contra morbos (inquiunt) non solum pugnamus per auxilia ipsis contraria, sed etiam

per

A per ſimilia, ita nunc ab Hippocrate iubemur gracili tati occurrere ab eo vinculo orti, quod magis extenuare poteſt. id quod transfuſione fieri aiunt, cum partes paulatim plurimumque ſub vinculo contabeſcentes, iterum recurrentibus humoribus recreantur, & idoneæ fiunt, quæ carne impleantur. Sed quum videant, qui ſic exponunt a ſe nullo modo explanari illud poſſe [diuerſo vinculo], ſcribunt [diuerſo habitu]. ſic, vt ternæ reperiantur ſcripturæ inter ſe differentes, quarum vna habet [diuerſo habitu], nanque in nonnullis exemplaribus ſic ſcriptum reperitur. Qui ſcribunt igitur [diuerſo habitu] locum hunc in vinculo non accipiunt, ſed in parte ægra, quam alterius habitus exiſtentem ac prius eſſet, ſpectare ad refectionem dicunt, eumque habitum comparari vinculo plurimum extenuante, quaſi exhauſtæ partes non amplius vinculo extenuẽtur, ſed nũc fortaſſe futurum ſit, vt inde reficiantur. Itaque quum vinculum, quod ad fracturas pertinet, commune (vt paulo ante dixi) & aliorum affectuum, quibus annumerabantur ſanguinis ſuffuſiones, contuſa, abruptiones, extenuandi facultatem habeat, quis conficiet, vt de eodem refici extenuatæ partes incipiant. quamobrem nonnulli ita legunt [vt ex transfuſione, quæ ſuapte natura exhauſta ſunt] concipiẽtes id abſurdum, quod oratione ſequitur, effugiſſe, eo quod partes ſuapte natura ſint extenuatæ, atque id, quod nunc præcipitur, nõ pertineat communiter ad omnia,
B quæ extenuantur, ſed ad ea tantum, quæ ſua ſponte. ſic autem commune hoc præceptum & generale pauca complectitur, pauciſſima enim ſunt, & rariſſima, quæ hac de cauſa tabeſcũt, reliqua omnia ob diuturnum vinculum, ſimulque ob vitiatæ partis quietem in hunc morbum incidunt, eaque potiſſimum fas eſt commemorari ab Hippocrate, quum ſub ijs fiant, quæ ſuperius poſita ſunt. docuit enim hactenus de fracturis, & de quibuſdam aliis affectibus, qui ſimile vinculum exigũt, quibus quum maciem partium ſuperuenire intelligat, indicare meritò voluit, qua ratione ad ſanitatem perducatur. Sed iam exequar, cuius maximè accuſari poſſent, qui putant Hippocratem monere, vt extenuans vinciendi ratio adhibeatur. Conſilium quidem eſt reficere, quæ exhauſta ſunt, quod contingere non poteſt, niſi & vires reficiantur, & materia alimenti abunde ſubminiſtretur. vinculum vero, quod tradi ab Hippocrate volunt, & ſanguinis concurſum prohibet & robur infirmat: ſed quod nos dari ab eodem credimus, diuerſum eſt ab illo, quod extenuat: inchoandum enim eſt a parte ſana, non ab ægra, & per multos circuitus adſtringendum, comprimendumque, dum ne compreſſione excitetur dolor, qui poſſet inflammationem mouere: faſcia item vſque ad affectam ſedem trahenda eſt, paulatim vi compreſſionis remiſſa. Illud præterea, quod integrum crus vna cum ægro deligari conueniat, ipſorum expoſitioni minime congruit,
C vbi inquiunt Hippocratem velle vinciendum eſſe, vt quæ extenuata ſunt magis, exhauriantur, quo non modo nihil confert vinculum alterius cruris, ſed etiam obeſt: ſanguis enim, qui ante ad illud ferebatur, nunc omnis ad affectum depellitur. Quod autem ſuperioris expoſitionis auctores male huc exempla transferant, in aperto eſt, quum nullam ſimilitudinem habeant cum ijs, quæ ab Hippocrate traduntur. quoniam qui recte rationi innititur, ſi ſubito eiici velit omne id, quod cauſam exhibet, nempe, quod ventriculi tergoribus ita inhęreſcit, vt vix inde extrahi queat, ſimiliter & acria, quæ paulatim deſtillant, & ita ventrem irritant, vt deſidendi neceſſitas ſit ſubitò non iniuria educet: quemadmodum euenit in tuſſi mediocri, quæ iis exoluitur, quæ ipſam concitant actiorem. ſed nulla his communitas eſt cum eo, quod putãt affectum locum, vt recreari incipiat, exhauriendum eſſe, quum ex vinculis, neque tabeſcentes partes firmari poſſint, neque alimenti materia deduci. Illud vero, quod afferunt de neruorum rigore, maxime alienum eſt: ignaros enim ſe oſtendunt artis, quam tradit Hippocrates, quum docet medendi rationem eſſe, vt contrariis tollantur contraria. At nonnulli minus verborum vim percipientes ad contra dicendi ſtudium conuerſi ſunt, quod fere faciunt, qui inconſiderate aduerſantur, atque ea labefactare contendunt, quæ nunquam didicerunt. tantum enim abeſt, vt per artificioſa illa, quæ
D traduntur ab Hippocrate, id tollatur, quod contrariorum contraria ſint auxilia, vt etiam confirmetur. Quin & in adducta ſententia dixit," Frigidæ enim aquæ perfuſio calorem reuocat, hæc autem calore finiuntur [hunc verò calorem, qui medetur frigidis vitiis, interdum frictione mouemus, interdum calidis medicamentis, modo exercitatione, aut calida aqua infuſa: atque vbi vehementiore calore opus eſt, bitumine (vt ſæpius retuli) vel pice illita, interdum etiam & aquæ frigidæ perfuſione. ſed cętera omnia, vtpote quæ calefaciendi vim habeant, iis partibus ac morbis, quibus calore opus eſt, vbique vtilia ſunt: frigida aqua, vt quæ frigida eſt, quantum in ſe eſt, rarò vtiliter adhibetur, atque ei tantum corpori, quod potentem habet innatum calorem. In habitiore quidem corpore (inquit ipſe) eſt, vbi vtilis ſit aqua frigida, neque in hoc, quolibet tempore, ſed æſtiuo. frigidæ enim aquæ portionem duo afferre, vel noxam ex frigore, vel plurimum caloris ex altioribus partibus redeuntis, quis non nouit aut non didicit ex iis, qui de ea conſcripſerunt? Corpore itaque abunde calido fit, vt a frigore non ſuperetur calor, qui in ipſo eſt, ſed cute denſata, atque iis, quæ expirare debent, relictis, augeatur: at ſi calor imbecillior fuerit, quam vt ſubeunti frigori obſiſtat, vi ipſius ad altiora corporis aſpirante, homo frigidis morbis excipitur. fortaſſe hæc ſuperuacanea nunc attuli, quum ali-

5. Aph. 21. Ex. ord. 39. b

bi(vt dixi) ea fuerim exequutus. Quæ primo igitur medentur,primo neceſſe eſt contraria ſint. E
prima autem dicuntur,quæ nullius medij auxilio his opponuntur:quæ medio indigent, non primo efficiunt,ſed alia adiuuando efficiendi ſocia ſunt. Agunt autem nugas, qui alui purgationē, medicinam tuſſim mouentem,frigidam perfuſionem proferunt.nam hæc,quamuis recte interdū fiant,plurimum tamen ab eo,quod nunc proponitur,abhorrent: in quo demonſtrandum eſt,qui fiat,vt vinciendi ratio,quæ extenuandi vim habet,vel quod exhauſtum eſt,confirmet,vel plurimum eo ſanguinis concitet. Fruſtra autem,dum hæc oſtendere nequeunt, exempla adſcribunt, præterquàm quòd exemplo ſtabilem certamque ſcientiam non efficiunt, neque argumento neceſſario demonſtrant.oſtendimus enim in libro de exemplis,non eſſe exempli vſum, vt qui rem non cognoſcunt,eius ſcientiam acquirant,quod quidem nonnulli aſſerunt,qui rhetorum more, vt ſcientia comparetur,exempla adhibentes tota aberrant via,non ſecus atque vbi Platonem dicunt plerunque per enumerationem demonſtrare. oſtenſum enim eſt illum vti enumerationibus gratia explanationis: quicunque vero tenetur ſtudio exquiſitius intelligendi enumerationis vim,& exempli,ad eum locum adeat, ubi de utroque tractatur, quæ nos alibi exequuti ſumus. Sed nunc ad propoſitum reuertamur,eos hortati,qui in hiſce libris uerſantur,ut quum hactenus diligenter legerint,ad ſequentium expoſitionem accedant,quæ præcedentium fidem faciunt, ad ea iam igitur progrediamur vniuerſa,quæ ut in aperto magis ſint,nō adſcribemus tota ſimul, ſed F
membratim,eoque modo etiam explanabimus.

33 Cæterum præſtat partem,quæ ſuper aliam poſita eſt,ſicut femur ſuper id, quod à genu ad pedem eſt,ſimulq; alterum crus,cum integra parte deligare,vt ſimilius ſit.pariter quieſcat,& æque alimento prohibeatur,atque alatur.

Paulo ante propoſitum eſt rationem deligandi extenuatas partes diuerſam eſſe debere ab ea, quæ ad fracturas pertinet: hæc ſiquidem adhibetur,ut ſanguinis curſum prohibeat, quod in affecta ſede collectum eſt, ſurſum deorſumque exprimat, membra quieta ſeruet & immobilia, cum hac uia uitiatæ partes interdum ab inflammatione penitus defendantur: at nunc non eo incumbitur,ut fluxus ſanguinis repellatur, ut quod in ipſis ſubſiſtit educatur, ut immobiles contineantur, ſed ad omnia his contraria conſilium dirigitur. Faſcia itaque (ut ſupra ſcripſi) ordiatur à parte ſana,premendoque hanc, ſanguinem, qui in ipſa continetur,ad extenuatam transfundat,non tamen ex toto integram partem exhauriat. Crure igitur aut brachio ægrotante abunde eſt uinculum incipere ab inguine,aut ab ala: ſed, ſi malum hoc femur infeſtat, aut humerum, G
neceſſe eſt contrarium membrum deuinciri, uinculo ab ima parte orſo, & uſque ad inguen, uel alam porrecto. Si quando autem brachium,aut crus vehementer ægrotet,expeditius eſt utrunque deligare, & quod ſuperpoſitum eſt affectæ parti, & quod integrum, ut prohibeatur alimentum, neque illi ſubminiſtretur, atque hac de cauſa dixit Hippocrates [ſicut femur ſuper id, quod à genu ad pedem eſt, ſimulque alterum crus, cum integra parte deligare] vt pariter (inquit) quieſcat, id eſt ocioſum ſit alterum crus,atque illud, quod affectum eſt, & æque ipſius alimentum intercipiatur. Illud uero [ut æque alatur] idcirco poſuit, quia membrum,quod uincitur, noluit ita alimento prohiberi ut nulla pars penitus ad ipſum feratur. Quòd ſi uehementer quis adſtringat,ex toto ferri alimentum prohibebit, periculumque protinus erit,ne pars emoriatur: id ſi non fiet, alimentum quidem certe tam in femore,quàm in crure auferetur. propoſitum quidem eſt non extenuare femur, ſed crus reficere. verum quia uinculi ratio alimentum detrahit, huiuſmodi noxam aliquandiu admittimus: deinde poſtea, vbi crus modice carnem contraxerit,utrique communiter conſulimus. Quare illi audiendi non ſunt, qui uoluit Hippocratem iubere,ut cum extenuata parte, ea, quæ ſuperpoſita eſt, atque alterum crus extenuetur, vt gracilium partium macies occultetur, nè in aperto ſit,neve ex plenioris membri comparatione deprehendatur,cum nec medicus quiuis unus è populo,nedum Hippocrates, hanc curandi ra- H
tionem probaret.

34 Linteorum numero,non preſſu.

In ſuperioribus iam ſæpe imperauit,ut hoc idem fieret, ubi deligatum membrum ſanari penitus ſine dolore uoluit.

35 Laxandum eſt primò,quod maxime indiget: ac frictione vtendum,quæ impleat,& perfuſione citra ferulas.

Verbum[primo] uel ad tempus retulit,uel ad uim. ſi ad tempus,uel in uno uinculo, uel in his, quæ ſequuntur,inter ſe collatis. Sed quia uere hæc omnia dicuntur, idcirco quod proponitur

clarum

A clarum eſt,niſi fortaſſe ſi ita ſcripſit,volens cuncta hæc à nobis intelligi. Protinus igitur in primo vinculo,quoniam conuenit plurimum integræ partis comprehendere,linteaque primo ambitu arctari,tum ſubinde magis laxari,maxime autem ea parte,quæ refectione maxime indiget, probabile vtique eſſet verbum [primo] ad vim relatum,de parte dici,quæ curatur:ad tempus verò, de primo vinculo. Quod ſi accipiamus in omnibus vinculis inter ſe comparatis,mens erit huiuſmodi. ſi in primis vinculis cum integra partem quoque vitiatam deuinxeris, interdū nudandam æger præbebit,quod ipſum primò agendum eſt in ijs,quæ refectione indigent,atque ea de cauſa minus bene nutriuntur. at quū ſanguis ad vitiatū locū & frictione concitetur,& aliis quæ paulo ſupra narraui,ipſe magis citiusque carne implebitur. Verum Hippocrates & frictionis & perfuſionis aquæ calidæ meminit,non tamen medicamenti,quoniam hic ſola docet manus præſidia. neque exiſtimandum eſt prætermiſſum ab eo fuiſſe membra eatenus dimouenda eſſe, ne ad laſſitudinem dentur,quum ea oſtenderit,quæ ſunt eiuſdem generis,& motus quilibet permacræ partis ad id genus ſpectet,ad quod frictio: quum verò quieſcere iuſſerit alterum crus,non ſecus atque in tegram partem,& nunc frictionis mentionem fecerit,motu quoque vtendum eſſe plane cenſuit: nihil enim prohibet , quo minus abſque humero brachium , & crus abſque femore moueatur , quum non opus ſit aduerſus maciem immobili crure ac brachio conſtat enim curari hęc dum mouentur tranſmiſſo alimento per partes ſuperiores,quæ eo non fruuntur , ſiquidem illæ potiſſimum fricentur,pice illinantur,& calidis medicamentis curentur. Plurimum vero ſanguinis ad membra concurrere extremis partibus calefactis magnum tibi ſit indicium concitatus ibi calor & rubor. Horum autem plenam curationem habes,quum his , quæ Hippocrates tradidit , adiecerimus calefacientium medicamentorum admotionem,cuiuſmodi eſt iniunctio picis. Hippocrates nihil penitus in hoc libro de medicamentis meminit,quanquam plures affectus memorat medicamentorum auxilium poſtulantes,ex quorum numero ſunt ſanguinis ſuffuſiones,id vitium ſub quo reſoluuntur quæ articulos continent, præter hæc abruptiones , cum eam perſequi medicinæ partem inſtituerit,quæ manu medetur,atque hanc (vt dixi) non vniuerſam , ſed partem,quæ maxime neceſſaria ſit,& vtiliſſima his,qui ad medicinalem artem aggrediuntur.

36 *Fulcimenta verò,ac firmamenta,velut pectori,coſtis,capiti,cæteris q̄ eius generis,alia pulſus cauſa adhibentur,ne quid eo concutiatur: alia propter cōmiſſuras. quæ dehiſcunt,ad oſſa caluariæ, vt fulciāt*
C *ſed ad tuſſim,& ſternutamentum,aliumve motum , cuiuſmodi in pectore & capite excitatur , vt firment: quorum omnium eadem in vinciendo moderatio eſt, nam qua vitium eſt, maxime adſtringi debent. Subijciēda igitur lana mollis , quæ morbo aptetur,alligandum q̄ eſt, non arctius,quam vt pulſus concutiat,extremitates q̄ commiſſuræ dehiſcentis ſe contingant,neque circa tuſſim,& ſternutamenta ſed ſi firment,ita,vt neque cogi,neque concuti ſinant.*

Quid ſibi velit verbum fulcire,quod Hippocrates dixit ἐρμάζειν, inde aperte colligitur , vbi iuſſit fulciendum vinculis eſſe,non tamen comprimendum,tam quum panniculus ſuper faſcias injicitur,quam quum faſciæ ipſæ circumdantur. Ducta autem vox eſt a nomine ἔρματα,ſic enim fulcimenta græce vocantur,quorum meminit Homerus in eo carmine,ὑπὸ δ' ἤρεον ἔρματα νηῶν. quaſi nihil differat,ἐρείσματα,id eſt fulcimenta ne dicantur,an στηρίγματα,ic eſt firmamenta, Conſtat autem Hippocratem ſæpius dixiſſe,ἐρμάζειν, non tam in faſciis,quam in pannis,pāniculisq̄, quod στηρίζειν, id eſt firmare ſignificat: quin & expoſitores vbique pro eodem acceperunt. Nunc vero duorum nominum ἐρμάσματα,ſic enim dixit fulcimēta,& στηρίγματα quo firmamenta expreſſit,proxime alterum alteri ſubiiciens,indicaſſe videtur non ſignificari idem ab vtroque. An ἐρμάσματα intellexit
D quæ in vinciendo ſubiiciuntur,circundanturque vt affectam partem immobilem teneant,ac primo quidem faſcias,quę primum iniiciuntur,quæ præter alios quoſdam vſus,etiamnum ἐρμάζουσιν, id eſt fulciunt: dein pannos,qui & ipſi non modo fracturam,ſed & faſcias fulciūt: poſt hæc faſcias, quæ ferulis ſuperiniiciuntur,& panniculos? ſiquidem hæc omnia,cum ea de cauſa dentur,vt contineant quæ ante inuoluta ſunt,non ea tantum,ſed fracturas quoque fulcire poſſunt. Verum ὑποστηρίγματα,id eſt firmamenta,mihi videtur appellare,quæcunque ſine vinculo ægræ parti vniuerſæ ſuperdantur,aut a ſiniſtra vel dextra parte,aut a ſuperiori vel inferiori. voco autem ſuperiorē vel inferiorem ad craſſitudinem reſpiciens totius corporis,in eo enim ſpatio,quod in ipſius craſſitudinem eſt,quæ ſubiiciuntur,ab inferiori parte ſunt: quæ ſuperimponuntur,qualiacunque ſint a ſuperiori. Firmatur autem extremitas recta aliqua re,quæ ab inferiori parte erigatur,caput puluinis,& ceruicalibus,tum lana & panniculis mollibus: canalis comminuto cruri item ſubiectus vtrinque ipſum firmat. Sed pilam ex lana demiſſam ſub alam,in quam humeri caput exciderit, licet & fulcimentum & firmamentum appellare,eo enim,quod & ipſa alligetur,pars quodammodo fit totius vinculi: quæcunque autem ad fulciendum thoracem & caput ſuperdantur,firmamēta magis dicuntur quam fulcimenta. Hæc a medicis excogitata ſunt propter motus partium ne-

ceſſarios, quorum aliqui naturales ſunt, vt reſpiratio pectoris, pulſus membranarum: nonnulli E
præter naturam, cuiuſmodi tuſſis, ſternutamentum, ſingultus, & quicunque pulſus inflammatis partibus accidunt, aut ſub vehementi capitis dolore in temporum arteriis, & ſæpe palpitatio præcordiorum: eſt etiam interdum, cum aliæ partes firmamentum requirunt. Debent itaque adhiberi firmamenta faſciis nonnunquam per ſe iniectis, vt ad temporum arterias, vbi caput intolerabili dolore torquetur, aut ad præcordia palpitantia, ad vulnera, in quibus veremur, ne ſanguis erumpat, nonnunquam verò faſcia lanam comprehendimus: interdum tamen nulla adiecta faſcia ſimpliciter firmamus, thoracem quidem & ceruices lana, caput puluinis mollibus, aut leuibus ſaccùlis, in quos milium calefactum coniectum fuerit, vbi ſimul & firmandum & fouendum eſt: maxillam verò prolapſam, mollia firmamenta admouentes interdum firmamus. Ergo, cum communis ſit ἐρμασμάτος, id eſt fulcimenti, ac στηρίγματος, id eſt firmamenti vſus, iure putant, qui librum hunc expoſuerunt, ab vtroque idem ſignificari: quibus ſæpe verbis nos quoque vtemur nullo diſcrimine interpoſito. Eſt autem commune conſilium, id, quod paulo antè dicebam, vt partes motu minime concutiantur, ſed, cum (quod proxime declaraui) proprium quoddam diſcrimen inter hæc ſit, vbi curioſius agere voluimus, στηρίγματα dicemus, quæ ſine vinculo: ἐρμάσματα, quæ cum hoc adhibentur. ſicque ſtatuemus ea vocari στηρίγματα, quæ partibus illis dan F
tur, quarum motus neceſſarius eſt, à quo ceſſatio non eſt in nobis: ἐρμάσματα, quæ immobilibus. Motus ſiquidem cruris & brachij in nobis eſt: thoracis verò & membranarum non eſt in noſtra poteſtate, neq; item palpitatio alicuius partis, neque tuſſis, neq; ſternutamentum, neque ſingultus: quibus, quo minus moueantur, obſiſtere aliquandiu non licet. vrget enim poſtea neceſſitas, vbi, qua concitantur, cauſa vehemens fuerit, videnturq; valentiſſimi viri duntaxat poſſe reſiſtere, prohibereq;, ne moueantur. Sed aliter Hippocrates in propoſito loco ſcripſit, q; ad pulſus pertinet, ne concutiat: tum quod ad commiſſuras capitis, ne dehiſcant: ἐρμάσμάτων verbo vſus: στηριγμάτων verò ad tuſſim & ſternutamentum, aliumve motum, cuiuſmodi in pectore & capite excitatur. Dehiſcunt igitur in capite ſuturæ, quæ ῥαφαὶ dicuntur, cum, vbi oſſa capitis ſe tangunt, proprie dicantur ἁρμονίαι, ſed translato vocabulo ῥαφαὶ. caluariæ enim oſſa ad vnguẽ inter ſe ἥρμοσται, id eſt committuntur, atq; idcirco ipſorũ contactus καθ' ἁρμονίαν committi meritò dicentur: & a ſimilitudine eorũ, quæ ſuuntur, ῥαφαὶ id eſt ſuturæ. hæ aũt facile interdum hiant, & interdum dolorem mouent, quum ea inflammantur, quæ connectunt membranam caluariam tegentem cũ ea, quæ dura ſub caluaria cerebrum cingit. Sæpius item venæ tenues, quæ per ſuturas tranſeunt, inflammatione tentantur: quo fit, vt motus duræ membranæ ſuper inflammatam partem conci- G
dentis, dolorem afferat, ad exemplum motus arteriarũ, qui aliquando ob inflammationem dolori eſt. Hæc quidem vitia curioſam firmamenti moderationem poſtulant, ſic, ut nec ita laxũ inhæreat affectæ parti, quæ mouetur, vt ipſum quoq; facile cõcutiatur, & ea de cauſa moleſtũ ſit: nec rurſus plus iuſto inſidens premat & dolorem exaſperet. Ipſa autẽ alligandi moderatio ſuperius ab ipſo poſita eſt, & ad alios quoſdam morbos, q; bus idem vinculum quod fracturis conuenit, atq; idcirco nunc ſcripſit [quorũ omnium eadẽ in vinciẽdo, moderatio eſt, quorum] intelligẽs, quæ nuuc propoſita ſunt. Cumq; eandem dixerit moderationẽ eſſe, deinceps moderationẽ ipſam refert, cum inquit nam, quà vitium eſt, maxime adſtringi debent] id eſt, vbi vitium eſt: ſiquidem verbum [quà] ἧ ab ipſo dicitur, quod nunc pro aduerbio loci accipitur, ac propterea debet aſpiratione & circunflexo accẽtu proferri. Itaque id, quod ad huiuſmodi vitiũ fulciendũ vel firmandũ adhiberi vtiliter teſtatur, adſtringi voluit, nimirum faſciarum ambitu, non magis, q̃ vt prohibeat partes, quo minus ſub pulſu cõcutiãtur, quod eſt præ anguſtia impedire morũ arteriarum, hæc.n. eſt cauſa doloris. Alium inſuper finem præſcripſit, q; proprie pertinet ad futuras, q̃ diducuntur, quum inquit [extremitatesq; cõmiſſuræ dehiſcentis ſe contingant] extremitates uocans, vltra quas non poſſunt cõmiſſuræ ſe cõtingere. Intelligitur aũt ex hoc vehemens, & immo H
derata cõpreſſio, nam, vt diduci offium cõmiſſuram non expedit, ita nec plurimum comprimi, quandoquidem hoc quoque naturæ alienum eſt. Hi ergo fines ſunt valentioris preſſus; imbecilliores deinde aſcribit [neque circa tuſſim & ſternutamenta], quaſi ita dixerit, neque in tuſſi & ſternutamento, ita, vt affectæ partes nulla re contentæ concutiantur, agitenturque: tunc ſiquidem acriores motus concutiendo laxiores partes, & minime fulctas, vehementius quàm vitiatis opus ſit, earum dolores exacerbarent. Quæ verò moderatio adhibenda ſit in fulciendo ipſe poſtremò adiungit, vbi ait [ita, vt neque cogi, neque concuti ſinant] id eſt, ne, quæ vitiata ſunt, comprimantur valenter, neve motu concutiantur, hoc eſt, neque nimis arcte, neque nimis laxe, colligentur.

GALENI

GALENI IN HIPPOCRATEM DE FRACTVRIS COMMENTARIORVM LIBRI TRES.

Vido Vidio Florentino interprete.

Ab eodem denuo multis locis ex uetustis manuscriptis Gracis exemplaribus castigati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Communis ratio corrigendi simplices in cubito fracturas tractatur. Ac primum brachio proposito docet, quo pacto extensiones, conformationes, deligationes,
C & positiones fractarum partium fieri debeant.

SCire licet, antequam singula exponamus, posse expositionem omnem, quæcunq; in opere obscura sunt, aperire. aliquid autem ex ijs, quę scripta sunt, vel vt verum demonstrare, vel vt falsum refellere, tutariq; si quid a cauillatore quopiam reprehensum fuerit, præter expositoris officium est, consueuit tamen fieri ab omnibus fere, qui libros exponunt. quam rem ab expositore modice attingi proprie nihil prohibet: sed certare de auctoris sententiis absolute, expositoris fines excedit. Hoc igitur non illud respiciens, vbique iis, quæ vere expositiones sunt, pauca ad confirmanda, quæ proponuntur, adijciam, Verum, quum duplex sit huius expositionis differentia: quandoquidem & id ipsum, quod obscurum est, duplex est: de hoc quoque aliquid præfari expeditius arbitror. Hæc ipsa, quæ in libro de expositione seorsum latius enarraui, paucis explicabo, quasi quoddam compendium faciens. ibi enim ostendi aliud re vera obscurum esse, aliud ob id præcipue, quod multa sunt auditorum genera, vt sermone eruditi sunt & exercitati, vel omnino rudes: tum vt natura perspicaces sunt, & prudentes, vel hebetes, & imprudentes. Ac, ne longius exempla petamus,
D in hoc proposito libro de fracturis, vbi Hippocrates inquit, " Dicendum ergo est è medicorum erroribus, quos docere volo, quosque dedocere. verba per se obscura sunt, quum minime existimemus quosdam esse errores, quos docere conueniat. Huiusmodi etiam illud est. Præterea articulus ita extentus recuruatur in hoc habitu. intento enim brachio curuari inquit cubiti iunctura. videtur autem & hoc absurdum, id curuari dicere, quod rectum est. Item, quod inquit. Nã si ita collocetur imum caput humeri, quod cardinis modo in cubiti simũ conijcitur, efficit, vt brachii atque humeri ossa dirigantur, perinde ac si totum vnum sit. sed, si quis viderit, quale vtrunq; os sit, de quo agitur, nullam habet obscuritatem. iure autem verba existimabit obscura, qui naturam cubiti iuncturæ ignoret. Ego, quoniã pleriq; eorum, qui librum hunc legunt, in incidendis corporibus minime sunt versati, melius duxi oĩa huius generis explicare: quæ vero talia non sũt, præterire, adhuc de his illud præfatus iis, qui librũ hunc lecturi sunt, vt si quã ex verbis a me expositis obscura apti aliquo modo videantur, ante oĩa spectent, nũ quid mendi sit in suo libro, cũ exẽplaribus fide dignis illũ conferentes, examinantesq;: tũ si recte habere visus fuerit, eadẽ verba attẽte iterum, & tertio legant. ego vero, quum præsens præsenti librum aperio, ad vnguem conijcere possum expositionis modum, vbique addiscentis ingenium inspiciens: ãt cum omnibus scribo

Sect. 7. t. 7. 225. c.

nec quid maxime, nec quid minime idoneum exigat, conijcio: nam illud pleriſque obſcurũ erit, E hoc iniquo animo ferunt, qui in rebus claris immorantur. Optimum igitur cenſeo, quid mediocre ingenium poſtulet, conijcere, atque, vbi non ſuccedit, magis ad id ſpectare, quod præſtantius eſt: neque enim commentarios legendos puto, quibus ingenium eſt inferius mediocri, quibus cũ bene agitur, ſi poſtquàm eadem ſæpius de doctoribus audierunt alijs, atque alijs verbis, expoſita percipiunt.

Medicum oportet, quę ſuo loco mota ſunt, & fracta, recto admodum ſtatu intendere.

Nonnullæ orationes, & ſi nihil doceant, quod magni momenti ſit, tamen expoſitionis particulæ cenſentur, quales ſunt, quæ ſcripturæ varietatem notant. cuiuſmodi quidpiam nunc videmus in propoſita oratione, quæ ab alijs ſcribitur 'medicum oportet.' ab alijs abſque primis verbis 'medicum oportet. Atticis enim hoc prorſus eſt vſitatum, quorum linguam Hippocrates ali quantum vſurpat, ita vt eius ſermo a nonnullis priſcus atticus exiſtimetur. Nos autem in alio paruo libello, quid de ſermone Hippocratis iudicemus, ſeorſum demonſtrauimus. Nunc explanationis initio ſatis eſt admonere, omnia hæc à me prætermittenda, quum propoſitæ mate- F riæ neceſſariæ partes non ſint, & expoſitionem reddant nimis longam 'quæ ſuo loco mota ſunt, & fracta, recto admodum ſtatu intendere.' appellat autem cũ oſſa citra fracturam ſuo loco mouentur, non ſolum ἐκπτώσεις, & ἐκπτώματα, ſed etiam ἐξαρθρώσεις, & ἐξαρθρώματα. Quod ad fracturas pertinet, id animaduertendum eſt, Hippocratem, vt ſæpius κατάγματα, rarò ἄγμα nuncupet, eo vocabulo, quod rarius vſurpauit, hoc opus inſcripſiſſe: quo fit, vt nonnulli velint non ſeiunxiſſe hoc Hippocratem ab opere, quod inſcribitur, de Articulis, ſed vtrunque in vnum contuliſſe: diuiſum verò fuiſſe poſtea in duo præ magnitudine: atque, vbi in vnum ambo conuenerant, inſcriptum fuiſſe, de Officina medici. Quam rem malè conantur teſtimonio' firmare, aſſerentes ſcriptum fuiſſe librum vnum de Officina medici, ab homine antiquo primo Hippocrate, qui patrem habuit Gnoſidicum: libellum verò, quem nunc ita inſcriptum habemus, compoſitum non fuiſſe à magno illo Hippocrate, qui maximus inter græcos habitus eſt auctor ac medicus. ſed quia in duobus operibus tractatur de ijs, quæ in Officina medici fiunt, idcirco aiunt inſcriptam fuiſſe, de Officina medici, atque ea de cauſa hic etiam exquiſitum ordinem in di cendo non ſeruari: ipſum enim in hoc opere de fracturis mentionem feciſſe de articulis quibuſ- dam luxatis: atque operi, quod ſequitur de articulis, non pauca de fracturis inſeruiſſe. Verùm G quibus placet opera hæc, non ab aliquo ſeiuncta, ſed à principio duo compoſita fuiſſe, ab ijs, circa quæ magis verſantur, inueniſſe inſcriptionem affirmant. ita enim opinantur ipſi inſcripta fuiſſe, atque inde initio ſermonis accepto longius labuntur, oſtendentes pleraque ex operibus Hippocratis hac ratione inſcribi. Equidem in vnum ne contulerit Hippocrates ambo hæc opera, an non, dicere non habeo: procedente autem ſermone oſtenſurum me polliceor fracturas, & ea luxata, quæ tractantur in hoc opere, doctrinæ cognationem inter ſe habere, atque item luxata, & eas fracturas, quæ in opere de articulis. At quamobrem in propoſitis nũc verbis, quæ ſuo loco mota ſunt, & fracta, orationis ordinem permutet (ſcripſiſſe enim debuit, quæ fracta ſunt, & ſuo loco mota,) eo quòd ante de fracturis tractet) poſſum vnam duntaxat cauſam reddere, hoc pacto. ſæpiſſimè videre licet Hippocratem, & ex maioribus eos, qui eloquentiſſimi ſunt, hunc enunciandi modum vſurpaſſe. Fortaſſe igitur non ordinem dicendorum, ſed ordinis concentum attenderunt, vel adeò exquiſitum ordinem in huiuſmodi orationibus neglexerunt'. 'Recto admodum ſtatu intendere.' Membra, quæ luxata ſunt, aut fracta, dum intenduntur, præcipit recto admodum habitu figurari, ſed qua de cauſa intendi debeant, hic omittit: de modo, quo collocari membrum conueniat, dum intentione adhibetur, latius pertractat. cum poſſet in H opere rem ipſam docens, nihil de ijs, qui ſecus ſentirent, meminiſſe. atqui non in hac oratione tantum, ſed in cæteris omnibus ignorare non oportet, orationum alia ſummatim rem proferri, atque hæc omnium breuiſſima eſt: alia huic maxime contraria rem planè explicari, in qua nihil omnino prætermittitur, quod vtiliter dici potuiſſe videatur: reliquas verò omnes his interiectas eſſe, & alias ad breuiſſimam, alias ad longiſſimam, propius accedere, ſicut alias rurſum paulum à media diſtare. Vtriuſque autem generis legere ſingulas oportet pro arbitrio, atque ocio: eos autem nullo modo accuſare, qui vel, q breues eſſe laborent, obſcuri fiunt: vel, q orationis perſpicuitati ſtudeant, longius labuntur. illis enim dare legem non conuenit, præſertim, quum nihil ſit profutura, ſed accipere debet vnuſquiſque quod ſibi vtile ſit, cum eo vt intelligat docendi propoſitum non eſſe idem in omnibus libris. verbi gratia, in his duobus de fracturis, & de articulis, plenè ſcribit: ſummatim verò in eo, qui, quum de impellendis oſſibus tractet, μοχλικὸς inſcribitur, vbi, quod ad res pertinet, idem agit. Eſt autem plenè explicandi ratio ad perſpicuitatem maximè accommodata: compendiaria verò ad memoriam. huius rei, quã ſemel indicaui, vbiq; memento. Sed iam pergimus ad ea, quæ traduntur, diligenter animum aduertito.

Ipſe

A Ipſe ergo in ſequentibus cauſam inquiret,cur,ſiue fractum os componendum, ſiue luxatum in ſuam ſedem collocandum ſit,ante opus ſit extendere.Mihi autem rei explicandæ locus hic videtur,vt qui operam dem,vt plane exponam:ad quod plurimum cõferre orationis ordinem, quũ nullam controuerſiam recipiat, nihil eſt,quod demõſtremus:ſicut nec ab iis,qui quippiam expo nunt perſpicuitatis gratia,non ſolum ordinem,ſed modum ſingularum omnium orationum attendendum eſſe.nulla enim alia de cauſa expoſitionem ſcribimus. In opere igitur de motu muſculorum oſtendimus maxime proprium eſſe muſculorum,ſi ad reliquas corporis partes referãtur:ſi ad ſe ipſos,maxime commune ad exemplum lori,chordæ,aut funis, in ſe ipſos contrahi. nam,ſicut hæc diſtenduntur,vbi eorum extrema prehendentes in diuerſa diducimus: & vbi ſinimus,ponimusque,contrahuntur:ita muſculi oſſibus vtraque extremitate innexi cõiunctionem habent ijs,quæ manu prehenduntur,reſpondentem: ab ipſis autem in contrarias partes attracti medij inter extremas partes,hoc eſt,ſuo corpore vniuerſo intenduntur.qua de cauſa, vbi eorum fibræ omnes tranſuerſæ præciduntur,partes plurimum inter ſe recedunt,vna quidem ſurſum ad totum muſculi initium,altera verò deorſum ad extremum,qua parte poſt articulum cum altero membri oſſe coniungitur.Idcirco,vbi integro muſculo articulus ſuo loco moueatur,finis muſcu
B li iunctus illi parti,in quam os excidit,totus ad ſuum initium contrahitur:cum eo autem attrahitur pars membri cum qua nectitur,hoc eſt,caput oſſis,quod in receſſum inſeritur,quo contracto vna contrahitur totum os.



In quo caſu accidit, vt caput eius oſſis, quod in commiſſura ſubiectum eſt,in priſtina ſede ſublimius collocẽt.quare nullo modo reſtitui in ſuum locũ poteſt,priuſquam toto membro intento eatenus deorſum cõpellatur,quatenus ſurſum præter naturam venit. Hac itaque de cauſa oſſa,quæ prociderunt, prius intendenda ſunt.Quod autem comminuta quoq; oſſa intendi debeant, vel ex eo potiſſimum colligitur,quod ſicut in luxatis reſtituendum eſt,quod erupit,ita in iis,quæ fracta ſunt,quod affectum eſt,componi debet,
C ſic,vt comminuti membri extrema ſe tangant.eſt enim fractura perpetui oſſis abruptio, perinde atque vlcus carnis.vtrunque autem tunc ex toto reſtituitur, cum ad priſtinam vnitatem id actũ eſt.quod fieri non poteſt,niſi fracti oſſis partes e regione collocentur,quæ curatio græce διάπλασις dicitur.Itaque,ſi leuis fractura fuerit,vtraquẽ læſi oſſis pars ſuo loco manet.ſin os penitus perfringatur,neceſſe eſt partes inter ſe cedere,hac,vt puta in priorem,illa in poſteriorem regionem veniente,atque alia in dexteram,alia in ſiniſtram.Quamobrem ambabus manibus, vtrinque mẽbrum prehendentes,quod in priorem partem erupit,retro cogimus:quod in poſteriorem, compellimus in priorem:quod in ſiniſtram excidit,in dexteram trudimus; quod in hanc prolapſum eſt,in contrariam repellimus,ita,vt omnes comminuti oſſis partes per manus componentis in contrarias partes vrgeãtur. Dum hæc itaque fiunt,periculum eſt,ne aliquæ fracti oſſis eminẽtiæ confringantur.non enim redditur ex toto leue vtrunque os extremum,perinde quaſi ſectum ſit ferra gladium referente:nam quæ dentata eſt,& ipſa exaſperat.

Fracti oſſis alternatio,& aſperitas.




Serra cultraria. Serra dentata.

D Quare fracti oſſis partes in diuerſa, partim ſurſum verſus,partim deorſum deducentes,ad cõponendã fracturã venimus,cauentes,ne dũ coniungũtur partes oſſis,quarũ altera ſuper alterã exceſſit,aliquæ ipſorũ eminentiæ perfringantur,quod penitus aſſequemur,vbi oſſa ἐγκρύπτοιτο,ideſt condantur,vnũ ſcilicet ſub altero.eo enim vocabulo vtitur Hippocrates, vbi fracti oſſis partes in ſuum locum reponuntur. Ergo,vt,quæ receſſerunt,iungãtur,neceſſe eſt alteram partem ſurſum, alteram deorſum attrahere.quod iã omnes medici faciunt,ſẽ interdũ ſolis miniſtrorũ manibus cõmittẽtes, interdũ laqueos iniiciẽtes,vbi maiori ui opus ſit,in diuerſa cõtendere.Oſtendimus aũt tã in fractorũ,quam in luxatorũ oſſiũ curatione, principio intendendum eſſe:adhibendam vero intentionem hanc membro nno temere figurato, deinceps diceמus:atq; illud in primis,quũ in fracturæ curatiõe quatuor agere dẽam⁹,intẽdere, cõponere,alligare,& cõtinere,eundẽ habitũ oĩũ eſſe cõem oportere.cõponimus quidẽ,dũ intendimus: vbi cõ

posuimus,protinus alligare conuenit,saluo eodem membri habitu, quo compositum est: quem E
rursus seruare debet,vbi continetur.nam,si moueatur,vinculum quadam parte laxiores habebit circuitus,quadam arctiores.laxiores,quum ossa moueri patiantur,quod compositum est,corrũpent:arctiores,quum dolori sint,inflammationem excitabunt.Quatuor igitur,quæ agenda dixi mus,communem habitum requirere demonstratum est.considerem⁹ posthac,quid intuiti, hũc habitum inueniamus.Porrò,quum membrum intenditur,ille optimus est, sub quo non magna vi separata ossa in diuersa componuntur:quum continetur,ille,qui minime lædit.vtrunque præstat,qui ita figurat,vt musculorum fibræ directæ intendantur.directæ autem intendũtur,quum ab ima membri parte vniuersus musculus collocatur:nam,si musculus,qui suum initium habet à parte interiori,ita collocetur,vt medius ab interiori parte mẽbri,extremus ab exteriori: vel sic, vt medius à superiori,extremus ab interiori situs sit:hoc pacto circa membrum in cochleam serpens magnam vim requirit,cum intenditur.

Musculorum directio.



Musculorum distortio in supinæ manus figuratione.

Itaque,si hoc modo figuratum musculũ extendas,dum fracti ossis partes abunde diducantur,vehementer dolebit, magno cũ periculo,ne conuellatur. constat enim intentionis vi conuulsos interdum musculos F
fuisse.Quare eundem esse habitum constat qui minime lædit, & qui musculos nullo modo peruersos cõtinet:quod aperte Hippocrates expressit,volens brachium cubito tantum inniti, non ex toto curuatum, aut extentum,sed in medio inter hæc collocatum.Quem habitum ipse docuit optimum esse,primo,quod cubiti os longius est radii sede,ipsumque firmiter sustinet:deinde,quia musculi,qui oriuntur ab interiori tuberculo humeri, extrema habent ab exteriori parte totius brachii:qui ab exteriori incipiunt,ab interiori finiuntur.Cuius autem musculi initium & finis ab interiori parte sunt totius brachij, huius & reliquæ omnes partes,& propterea totus ipse musculus.Similiter cuius extrema ab exteriori parte sunt, & ipse totus ab exteriori parte est totius membri,Quin & experimentum indicat, hunc habitum minime lædere.Ex duobus verò,quibus hic interiicitur,supinus musculos plurimum peruertit,& vehementem dolorem mouet:pronus minus peruertit,minusque dolori est.Habes de brachio figurando summatim omnia,quæ latius deinceps Hippocrates docebit,ea oratione vsus, quæ perfecte planeq; rẽ exponit,ita,vt paucis omnino opus sit ad ea exponẽda,iis præsertim,q̃ imbuti sũt puerilibus disciplinis,vel apud doctores libtũ legerunt,quibus sane commentaria scribuntur. G

2 *Ea siquidem est natura iustissima.*

Quasi dixerit maxime cõueniens.nã,vbi,quod cõuenit vnicuique,seruatur,res iuste hẽt, atq; administratur.Quid autẽ corpori conueniat,præter id,qđ secundũ naturã est,haud facile intelligitur.ergo cũ singulis partibus conuenientia inest figuræ,coloris,& magnitudinis,optime hẽnt.

3 *Sed,si in hanc vel illam partem declinatur,in primum habitum peccetur,leuius enim peccatũ est, quam si in supinum.*

Duos habitus posuit,supinum & pronum,qui & ad vniuersum corpus referuntur,& ad vnam ipsius partem,nempe brachium.Totum igitur corpus pronum dicimus iacere,vbi deorsum venter spectat,dorsum verò in superiorem partem,contra supinum,vbi sursum venter, in inferiorẽ partem dorsum.Quos habitus commemorans loquuturum se de brachio indicauit,quũ nequeat corpus totum frangi,aut excidere.Sed causam,cur præstet in pronum declinare,quam in supinũ, vbi quis deceptus rectum non assequatur,ipse in sequentibus aperiet. H

4 *Qui nihil capiunt consilij,plerunque nihil errant:ipse enim, qui deligabitur,sic iusta natura coactus brachium porrigit.*

Medici,inquit,qui ante naturalem brachii habitum,nihil attendunt, plerunque melius curant,quam qui male ratiocinantur. Idiota enim,qui alligandus est, medico brachium porrigit figuratum,quemadmodum minime lædat,instructus à natura,quam nunc iustam dixit: quippe quæ generationis initio, & postea in tota vita degenda οἰκεῖον, id est conuenientem singulis partibus habitum inuenit. Ipse enim qui deligabitur brachium porrigit].vocabulum, porrigit, ἀπορρίγει dixit, quod nonnulli accipiunt pro ὀρέγει, ideſt porrigit medico: nonnulli pro ἀποκωλύει, hoc

A hoc est,non permittit,vt medicus indoctior membrum in contrarium conuertat. omnes enim homines natura singulas partes figurant, quemadmodum minimè lædant: quem habitum indicat Hippocrates esse maximè rectum. Porrigunt igitur ægri se ipsos ita figuratos: atque ægrè ferunt,vbi aliter à medicis collocentur,renituntur q; , atque ob dolorem ducenti non parent.hoc autem volũt Hippocratem significasse verbo ἀπορέγει. Sed vtrouis modo acceperit,res eadem manet. nam idiotæ, quum ita brachium collocent, quemadmodum minimè lædat,præstantiores sunt medicis,qui,cum sibi sapientes videantur,malè hoc figurant.Sunt & qui ad vtrunque referant[sic à iusta natura coactus brachium porrigit]. Sed cum proposita res seruetur,quomodocunque verbum id accipiatur, superuacaneum est in his amplius insistere, inutilia enim sunt,& inuentu facilia, quæ ambiguis uerbis traduntur. Quare illi omittenda sunt,qui tempori parcit. quum in ijs,quæ vtilia sunt,id consumere magis conueniat.

5 *Sophistæ autem medici utique sunt,qui peccant. Porrò brachium fractum non magno negocio pertractatur,id q; (ut ita dicã) cuiuis medico facilè est.*

B Sophistas intelligit eos,qui sapienter aliquid sibi inuenisse videntur, errantes tamen,atque idcirco non obseruantes,quod rectè omnes idiotæ cognouerunt.

6 *Quem locum cogor latius explicare,quoniam medicos uidi,qui,cum deligarent,sapiẽtes habiti sunt à brachio figurando,undè par fuit videri ignaros. Multa enim alia,quæ sunt huius artis, ita iudicantur. Nam,quod nouum est,quamuis nondum constet, utrum sit utile,anteponunt ei, quod consuetum est,quod iam sciunt utile esse,atque id,quod alienum est,ei,quod receptum.*

Ipsemet tibi ostendit in sequentibus,quæ omnia obscura sunt,cur sermonem de figurando brachio dilatauit,quam q̃ locus per se,nec difficilis est,nec ita multa verba desiderat,ex quo protinus causam inuenies,quamobrem in iis,quæ tradidit,ordinẽ omnino exquisitum non seruarit.quisq; enim prius de eo,quod magis vrget,verba facit. Ergo,quia medici eius sæculi pro comperto habebant ad omnem, tam comminuti q̃ prolapsi ossis curationem intentione opus esse, sed ignorabant,quinam habitus scd̃m naturã esset,idcirco de hoc in primis egit. Ac multo adhuc magis, quia medici quidem optimo deterrimum habitum anteponentes, prauis rationibus eam rem si-
C bi ipsis,atque aliis persuadebant.Quòd si ignari omnino fuissent,oportebat verum ipsos docere: at, cum non solum ignari essent, sed etiam cognitionem sibi uendicarent, necesse fuit Hippocratem id primò conuellere,deinde animum iam purum uera scientia instituere.

7 *Dicendum igitur est è medicorum erroribus, quos docere volo, quos q̃ dedocere, de brachij natura.*

Dedocere vult ea,quæ medici non putant vitio danda,quum tamen vitia sint: docere quæ putant vitia,quum non sint.

8 *Etenim,quod hac ratione traditur,ad alia quoque ossa corporis pertinet.*

Non iniuria dicit orationem hanc ad alia quoque ossa fananda pertinere.ea enim ad quæ spectantes,inuenire naturalem uniuscuiusq; habitum conueniat, omnium communia sunt.duo aũt sunt(vt supra indicauimus)nempè vt dolorem euitemus,& rectum statum tueamur.illud experimento comperitur: hoc partium quoque situ,quem corporibus incidendis comparamus.

9 *Ergo Brachium,de quo sermo est,quidam uinciendũ dedit pronum:hic autem coegit collocari modo*
D *sagittariorum,quum humeri caput conijciunt: atq; ita deuinxit,existimãs hunc esse naturalem eius habitum. Quã rem eo argumento comprobauit, quòd ossa omnia,quæ in cubito sunt,inter se dirigãtur, tum superiectæ partes æquentur:quod etiam tã exteriores,quàm interiores,inter se directæ collocẽtur: ita enim inquit & carnẽ,& neruos naturaliter sitos esse. Sagittarios præterea testes adduxit. His autẽ dicendis,præstandis q; sapiens habebatur:aliarũ verò artium immemor erat,quæcunque ui aut artificio quidpiã moliuntur,nescíens alium alibi esse habitum naturalem. Quin & in eodem opere,alius erit dextræ,exẽpli causa,alius sinistræ habitus naturalis:aliter enim brachium naturaliter figurant iaculantes,aliter funditores,aliter rursus qui lapides conjciũt,aliter pugiles,aliter qui in ocio sunt. Quotquot enim artes reperiri possunt,singulæ naturaliter brachia requirunt,non eodem modo figurata,sed ad instrumentum,quo in singulis utendum est,& ad opus,quod efficiendum est,accommodata.*


De his quoque semel aliquando meminisse oportet, quam rem nos minimè præteribimus Quidam ex iis medicis, qui sapientes habentur, proposita uerba [ergo brachium de quo sermo] tanquam mendosa iure suo corrigens,græcè ita scripsit[τὴν οὖν χεῖρα περὶ ἧσ ὁ λόγος ἦν] adiecto uerbo [ἦν, hoc est erat]suam nobis ostentans disciplinam,qua fuerat a grãmaticis,rhetoribusque eruditus,ita ut ignoraret modũ præcisè loquendi oĩbus antiquis uisitatum. Erit aũt plena oratio si perfi-

ſi perficiatur hoc modo [ergo brachium, de quo ſermo erat, quidam vinciendũ dedit pronum]. E
Idiotæ plerunque medicis brachium porrigunt conuenienter figuratum, ſed horum quidam nimium curioſi recedentes ab eo, quod naturaliter propoſitum eſſe debet (id autem ſunt doloris carentia) pronum habitum eligunt, vtpotè quem commodiorem exiſtiment. nullus tamen idiota medico brachium porrigit reſupinatum: multum enim abeſt hic habitus ab eo, qui minimè lædit. quem aliqui medici & ob inſcitiam, & vt ſapientes videantur, interdum non admittunt, atque ea de cauſa ſagittariorum exemplo brachium vniuerſum collocant, quidam penitus reſupinatum, quidam non multum ab huiuſmodi habitu recedens. Peccant igitur, non modo in hanc partem, ſed & extentum figurent. quos Hippocrates prodidit ea ratione moueri, & ubi totum brachium ſagittariorũ exemplo figuretur, oſſa diriguntur, & totius brachii ſuperiectæ cutis partes æquantur. ſed hæc valdè probabilia ſunt, & ſe viciſſim conſequuntur: illud re vera non ſic habet, carnem & neruos eo habitu, perinde, atque oſſa in recto ſitu omnibus partibus ſeruari: & ſi ita res haberet, non modo probabiliter, ſed firmiſſimè demonſtrarent huiuſmodi habitum naturalem eſſe. Verum hæc tolerabilia ſunt, transferre autem huc ſagittariorum exemplum, exiſtimari debet prorſus fatuum, ſatiusq; fuit eos ab Hippocrate nullo modo commemorari, quàm acerrimè refelli. nam, quæ prorſus ſtulta ſunt, deridenda magis ſunt, quàm à ſcriptoribus confu- F
tanda: non tamen prohibeo, quo minus, dum viuentes agunt, redarguantur: ac præſertim, vbi, qui hæc nugatur, audientibus perſuadet, vt ſibi ipſi hominis curationem committant. Fit etiam interdum, vt nos quoque in ſcribendo ſtultis opinionibus contradicamus, vbi multos videmus illis credere, quaſi veræ ſint: quod nunc accidit Hippocrati, qui nihil eſſe commune ſagittarijs & vincientibus, oſtendit. Quæ verò afferuntur de oſſibus, neruis, & carne, recto ſtatu collocandis, quamuis nullũ per hæc fuiſſet Hippocrates reprehenſurus, per ſe neceſſaria fuerant ad optimum habitum inueniendum, cuius caput eſt, ſi argumentum ex ſigno colligamus, doloris carentia; id enim neq; ipſos idiotas latet: verum, ſi rei cauſam, naturamque ſpectemus, rectus partium ſtatus, qui idiotis non item patet, ſed illis duntaxat, qui incidendis corporibus operam dederunt. Quæ ab Hippocrate ſubiiciuntur, maxima ex parte plana ſunt, nec quidquam habent, quod in quæſtionem vocetur. quare vniuerſa hæc mihi prætereunda, quod non accidat ijs, qui librum legunt, quibus longiori tempore ſunt conſideranda. Quod inquit [hic autem coegit ipſum collocari modo ſagittariorum, cum humeri caput conijcium] obſcurum eſt, & incertum. quocirca nonnulli verbum [coniiciunt] quod dixit ἐμβαλλωσιν, propterea ſcriptum ab Hippocrate exiſtimant, & extento brachio humeri caput in ſinum ceruicis, quæ in lato ſcapularum oſſe eſt, coniciatur, in quem antea non coniiciebatur, cum brachiũ demiſſum eſſet. tunc enim iuxta erat duntaxat, & contingebat: quam rem his verbis expreſſit [verſatur humerus in lato ſcapularum oſſe tranſuerſus, ubi brachium iuxta latus extenditur]. Cenſent alii ἐμβάλλωσιν dixiſſe Hippocratem translatione uſum a nauium impetu. ἐμβολή græce dicitur, vbi datur opera, vt naues hoſtium mergantur, quandocunque ſigno dato prora aptatur ad nauem alteram perfringendam, potiſſimum a latere, totamque diſſoluendam, ac ſubmergendam. tunc quaſi paratum eſſe ad ἐμβολήν, ideſt ad impetum faciendum aiunt. item apud comicos porrecta membra dicuntur ad ἐμβολήν, id eſt ad impetum faciendum parata: quod Ariſtophanes oſtendit, quum inquit, χωρεῖ ἐπίγραμμήν λόρδος ὡς ἐμβαλῆ. ideſt, recta accedit incuruus, quaſi ad impetum faciendum paratus. Quæ ſubdit omnia, ſi animaduertantur, manifeſta ſunt, vſque dum inquit.

10 *In ſagittarijs par eſt hunc alterius brachij habitum optimum eſſe: nam ſi ita collocetur, imum humeri caput, quod cardinis modo in ſinum cubiti conijcitur, efficit, ut brachij atque humeri oſſa dirigantur, quaſi totum unum ſit.*

Scribit nunc aduerſus eos, qui uniuerſum brachium intentum deuinciunt, ſicuti ſagittarii ſiniſtrum continent. Ait enim ad id agendum iure opus fuiſſe brachio extento, quum neruus dex- H
tra tenditur uerſus partem poſteriorem: totus verò arcus in eadẽ regione continetur à ſiniſtra, ne in alteram partem inclinetur. Nam ſi neruus dextra ualide in poſteriorem partem intentus totum arcum ſecũ adducat, ductio ſagittæ in poſteriorem partem impedietur, vt quæ debeat à valido neruo contentoq; emitti. Ergo, quantum ex vltima contentione remittitur, tantum demitur de emiſſione ſagittæ: quod, quum in confeſſo ſit, Hippocrates cauſam adiungit huiuſmodi: [nam ſi ita collocetur imum humeri caput, quod cardinis modo in ſinum cubiti coniicitur, efficit, ut humeri atque brachii oſſa dirigãtur, & brachium totum ſine inclinatione ſeruetur], uocat autem γιγγλυμοειδὲς imum caput humeri, quod cardinis modo cum cubito committitur, quandoquidem cardines (grecè γίγλυμοι) & quoſdam ſinus habent, & quoſdam proceſſus: ſinibus recipiũt eorum, cum quibus committuntur, proceſſus: proceſſibus in ipſorum ſinus inſeruntur. Similiter imum caput humeri in gibbũ ambitum deſinẽs duo à lateribus tubercula exigit, vnde ſimilitudo trochleæ fit. hæret aũt limõi ambitu trochleam referente in ſinibus cubiti. Extremus hic ambitus, & à priori et à poſteriori parte cauũ hẽt: in utroq; ſe inſinuant cubiti proceſſus roſtro ſimiles.

Siqui-



Sinus cdbiti ſigmatoides.

Si quidem cubiti caput ſuperius σ literam refert, quà cum humero committitur: accipitque humeri ambitum, qui trochleam refert, fere totum, vbi brachium ſic collocatur, vt cubitus atque humerꝰ rectum angulum oſtendant. At rurſus, vbi humero quieſcente, cubitus circa gibbum eius ambitum moueatur, ſi in priora feratur, cubiti commiſſurã flectit. ſi in poſteriora tendit, in maximo quidem flexu prior cubiti proceſſus in humeri cauum, qđ à priori parte eſt, conijcitur: in extenſione poſterior proceſſus in poſterius cauum, quod, quum maius ſit, maiorem proceſſum accipit. quare plurimũ extendere & curuare totum brachium poſſumus: quod nullo quidem modo contingeret, ſi nullum cauum in humero fuiſſet. Quum huiuſmodi ergo cubiti iunctura, vbi totum brachium ad rectũ
B angulum figuretur, ita, vt humerus & cubitus rectum angulum oſtendant (quem habitum Hippocrates ſolitus eſt appellare ἐγγάνιον) ambitus trochleam referens medius hæret cauo cubiti, qđ σ literam repræſentat. At vbi totum brachium extenditur, cubitus in poſteriorem partem fertur, & proceſſus, qui ab ea parte eſt, motui præeſt: ceſſat autem, quieſcitque, quum primum ad humeri cauum, quod ea parte eſt, peruenit. Quo fit, vt commiſſura extendatur; & imum humeri caput cardinis modo, ſinu cubiti innitatur. vocat autem Hippocrates βαθμίδα, non modo humeri ſinũ, ſed cæteros omnes, in quibus recipiuntur oſſium proceſſus.

11 *Præterea articulus ita extentùs recuruatur. Ergo veriſimile eſt ſic eum locum minime flecti, maximeq; intendi, neque à neruo, quem dextra tendit, ſuperari, neque illi cedere: ad hæc neruum ipſum plurimum adduci. Quo fit, vt ſagittæ à valida ſubitaq; vi emittantur: quæ autem ſic emittuntur, maiori impetu celerius feruntur, longiusque. Sed vincientis & ſagittarij nihil commune.*


Ex modis, quibus brachium figuratur, extenſio flexui contraria eſt, ſupinus habitus prono. hi
C ergo extremi ſunt, & quaſi quatuor habitudũ exceſſus: duo alij medii ſunt, vnus quidem inter extremum flexum, & extenſionem, quem Hippocrates (vt dixi) ἐγγῶνιον appellat: alter inter pronũ & ſupinum, ſub quo ait cubitum radio ſubiici. Igitur, ſicut hunc iuſtum & rectum dicit, ſic etiam illum, qui ἔγγάνιος dicitur, ſub quo humerus cum cubitu ad rectum angulum collocatur. Quod ſi hic habitus rectus eſt, ſequitur, vt, vbi brachium extendunt, non debeat rectus appellari. ſi rectus nõ ſit, certe erit in exteriorem partem recuruatus: quemadmodum, ſi in poſteriorem partem ita recuruetur os cubiti, vt cum humero angulum oſtendat: quod iam non nullis accidiſſe perſpectũ eſt, quibus neceſſe eſt poſterius humeri cauum abunde altum eſſe, in quod ſe inſerit poſterior cubiti proceſſus. Quod ſi huiuſmodi cauum nobis omnibus altiſſimum eſſet, flectere in poſteriorem partem brachium poſſemus, vt dixi de his, quibus aliquantulum id licet, vtpotè qui poſterius cauum non ſecundum naturam penitus habeant, ſed nimis ſinuatum.

12 *Qui brachiũ deligat, vbi ſic figuratum contineatur, multa alia affert mala grauiora, quam vulnus. Nam. ſi curuari brachium imperet, non oſſa, non nerui, nõ caro eundem habitum ſeruabunt, ſed vinculis cedentibus in aliam atq; aliam partem mouebuntur. Ecquid opus eſt ſagittariorum habitis? qua in*
D *re nullus fortaſſis error fuiſſet, ſi ſophiſta permiſiſſet, vt homo ipſe vulneratum brachium porrigeret.*

Qui intentum brachium deuincit omnino (inquit) vel ita contineri iubet, vel curuari ſinit: vtrumuis fecerit, ægrotantem lædit. nam, ſi in eodem habitu contineatur, dolor aſſidue vrget: ſin aliter figuretur, deprauatur brachium ſub vinculo, quod eo ſpectat, vt membrum, ſicuti compoſitũ ab iniectis faſcijs contẽtũ, ſine vllo preſſu tueatur. at, ſi aliter figuretur, contrariũ accidet, nẽpe, vt fractura vinculo nõ contineatur, ſed moueatur, transferaturq; vna cũ neruis habitũ murãtib. muſculisq;, quos carnẽ vocauit. eorũ nobis naturã oſtẽdẽs. Sũt. n. muſculi caro ſentiendi vim habens à ſimplici carne, ex qua maxime conſtant, caro nominati, per quos fibræ diſtribuũtur à neruis ac ligamentis diductæ. creatur. n. totus muſculus a natura eiuſmodi fibris cõtentus, quibus caro ſimplex vndiq; concreſcit: atq; hæc eſt propria muſculi natura, per quem venæ & arteriæ diſcurrunt, vt non ſecus ac cæteræ partes, alatur & viuat: proprium verò muſculorum corpus fibræ ſunt, quæ ſimplici carne cinguntur, plurimũ quidẽ medijs muſculis, tum ſubinde minus, præſertim quę in initio ac fine ipſorum. quocirca extremi muſculi neruoſi magis ſunt, medij carnoſi.

13 *Quidam alius medicus reſupinatum brachium extendi iuſſit, atque ita figuratum deuinxit, ſibi perſuaſum habens hunc ſtatum naturalem eſſe: quod ex cute conijciebat, & ex eo, quod oſſa ſic tueri natura-*
lem

lem habitum existimaret. Quia id ossis, quod in prima palmæ parte extat à parte minimi digiti, è regione collocetur eius ossis, undè cubitum metimur. Hæc adducebat ad comprobandum huiusmodi habitum esse naturalem, rationiq; consentanea loqui uidebatur. Sed brachium uchementer cruciari, si supinum extendatur, experiri quilibet in suo potest: nam si extendatur, hunc habitum dolori esse cõperiet. Quin, si imbecillis homo manus prehendat ualẽtis ita collocatas, vt cubitus resupinatus curuetur, utique quo uolet, ipsum ducet: Manus item eo modo collocata, si gladium teneat, uti eo minime poterit, usque adeo istiusmodi habitus uiolentus est. Ad hæc, ubi brachium in eo habitu vinciatur, grauiori dolore torquebitur homo, dum ingredietur: graui, dum cubabit. Quòd si brachium flectatur, necesse est musculos contrahi, & ossa in eodem habitu minimè contineri. Ignorabat autem illud, præter alia, quæ in huiusmodi habitu commoda accidũt, quod os in prima palmæ parte extans à parte minimi digiti, cubiti pars est: illud verò, quod in cubiti iunctura est, vnde cubitum metimur, est humeri caput. E



Directio interioris tuberculi brachij ad finem cubiti.

Si quis brachium resupinauerit, videbitur humeri caput ab interiori parte, quod græcè κόνδυλος id est tuberculum nominatur, esse caput superius cubiti, F cum quodammodo è regione se ostendat capitis inferioris, quod ĩ prima palmæ parte extat à parte minimi digiti. Non tamen omnes cubitum metiuntur ab humeri tuberculo: sed sunt, qui metiri incipiant, idque rectè, à cubiti eminentia, quàm græci ὠλέκρανον dicunt & ἀγκῶνα. At Hippocrates cum dixit unde cubitum metimur, significare videtur, uel omnes, uel pleroſque inde metiri. Quomodo autem sese res habeat, hic quærere superuacaneum est. illud meminisse oportet, quòd inferius cubiti caput situm in prima palmæ parte è regione superiori capiti respondet, ubi secundum naturam brachium figuretur, vt scilicet curua pars interior sit, gibba exterior: in quo habitu fit, vt minimus digitus ab inferiori parte subiiciatur, postea à superiori insidat.

14 *Hic vero putauit hoc idem os esse atque illud.*

G

Non ita dixit (hoc idem os esse atque illud) sicut aliquem eundem cum se ipso dicimus, ut Aiacem Telamonium eũdem cum Aeacide, sed quòd utrunque ossis extremum intelligat eiusdem esse, nempe cubiti.

15 *Est autem idem cum illo eminentia cubiti, cui potissimum innitimur.*

Vocabulum (idem) accipiendum nunc quoque est eodem modo, quo proximis verbis explanauimus, cum vnius & eiusdem ossis partes esse existimarent, quod in prima parte palmæ situm est, & quod ab interiori regione commissuræ cubiti extat.

16 *Ergo, vbi brachium resupinetur, partim hoc os peruersum conspicitur: partim nerui, qui ab interiori sede, & digitorum, & primæ palmę partis procedunt, supino brachio peruertuntur, tendũt enim huiusmod nerui ad humeri os, vnde cubitum metimur. Errores, atque ignorationes naturæ brachij tot ac tales sunt. Si quis autem (vt præcepimus) fractum brachium extendat, dirigetur os, quod à parte minimi digiti ad cubiti eminentiam tendit: dirigentur item nerui, qui à prima palmę parte ad extremum humerum pertinent: suspensumq; brachium in eodem habitu continebitur, in quo fuerit colligatum, atque dolori erit, aut molestię siue ingrediatur homo, siue cubet.* H



Distortio neruorum & musculorum & ossis cubiti in resupinatione manus.

Quum accidit, ut ossis cuiuspiam, uel nerui, uel musculi initium sit ab interiori parte membri: finis uel ab exteriori, uel ab inferiori: constat partem hanc peruersam esse. Rectè igitur dixit omnia hæc peruerti, vbi totum brachium resupinetur. Ac ne longius exempla petamus, nerui, qui ab interiori parte seruntur ad manum, cum cubito iunguntur circa totum humeri caput. Fiet itaque resupinato brachio, ut neruorum, qui cubito alligantur, initia ab interiori parte collocentur, fines à superiori. idem accidet musculis, & ipsius cubiti ossi: horum enim omnium initia ab interiori parte sunt, iuxta tuberculum humeri. Poterant autem per se musculi, cum peruerterentur, abunde dolorem excitare, atque ea de causa inflãmationẽ. Si quis aũt brachium figurauerit, ut Hippocrates iussit, musculi, qui ab interiori parte cubiti oriuntur, toti ab interiori parte siti erunt, qui

A qui ab exteriori,in hac ſimiliter continebuntur,quemadmodum,qui à ſuperiori,poſitum à ſuperiori tuebunt in vniuerſo mẽbro. Ab inferiori aũt cubiti parte nullus ſitus eſt oĩno muſculus. ſed, ſi cubiti muſculorum oĩum ſitum cognoſcere tibi curæ eſt,ex primo libro de incidendorum corporum rõne addiſcere poteris:tum ex opere de muſculis incidendis,vbi muſculorũ omniũ natura ad compendium confertur magis, q̃ in libro de incidendorum corporum ratione.

17 Collocari ſic hominem oportet,vt id oſsis,quod excedit,ad lumen quantum maximè poteſt, illuſtre conuertatur,ne Chirurgicum lateat,dum intendit,quando ſatis fuerit directum. Porrò,qui vſum habeat,quùm admota manu os excedens continget,rem optimè comprehendet.

Siue iacere,ſiue ſedere ſignificare voluerit verbo [collocari] quod καθικνεῖσθαι dixit, cum altero alterum quoque intelligendum eſt. Nam ſi ægri vires,& fracturæ magnitudinem,intueamur,ipſum modo iacentem,modò ſedentem,vinciemus. Verũ vtrouis modo collocetur,vt vitiata pars
B conſpectui magis pateat,ex luminibus quæ dantur,ſpectare debet ad maximè illuſtre.

De Brachio.

18 Oſsium brachij,cum non vtrunque fractum eſt,facilior curatio eſt,quibus quod ſuperius,comminuitur,quamuis plenius ſit: tum quia integrum,quod ſubiectum eſt fundamenti vicem præſtat: tum quia facilius reconditur,præter quàm in vicinia manus. Superius enim os carne plurimum contegitur: id verò,quod ſubiectum eſt,minime carnoſum eſt,ægrè conditur,ac maiori vi extenditur.

Indicauit brachiũ ex binis oſſibus cõſtare,vbi ait [ὅταν μὴ ἀμφότερα,] id eſt cũ non vtrunq; non.n. conſueuit dictio ἀμφότερα græcè vſurpari ad vnũ, vel tria,vel plura ſignificanda. Ex his ergo binis oſſibus,qđ ſubiectũ eſt πῆχυς, id eſt cubitus, ꝓpriè vocatur,idq; ſanè longius eſt:qđ ſuperinſidet κερκὶς, id eſt radius. Plana aũt eſt,non modo oratio hæc,ſed reliquæ ferè oẽs huius libri. Illa dũtaxat explanationis mihi viſa ſunt indigere,quæ à me enodatur. Quæ ſi quid præter hæc obſcurũ tibi videatur,ſpectato,nunquid in exẽplari fuerit mẽdoſum. vbi enim correxeris, ſi quid lectũ
C ſemel non cõprehenderis,iterũ ac tertio relegens,quod propoſitum eſt, optimè percipies.

19 Vbi non hoc,ſed illud fuerit comminutum,ſatisfaciet ſimplicior vis in intendendo: vbi vtrũque, extendere valentius oportet. Puerum iam uidi plus iuſto intentum: ſed plerique,minus quam res põſtulat,extenduntur.

Vim ſimpliciorem,& quæ non magno negocio adhibetur, φαυλοτέραν dixit. φαῦλον enim apud veteres græcos,non ſolum ſignificat vitiatum,ſed ſimplex.

20 Intentione adhibita,conuenit admotis prominentioribus palmarum partibus dirigere.

Prominentiores partes palmarum appellant θέναρα deducto vocabulo à percutiendo, quod θεῖναι græci dicunt,vt nonnulli volunt,qui verborum interpretationibus ſtudent. Quicquid enim percutimus,prominentioribus his partibus percutimus. Alij non omnes prominẽtiores palmæ partes ſic appellatas exiſtimant,ſed eas tantum,quæ pollici ſubijciuntur.

21 Deinde cerato inungere non ita liberaliter,ne faſciæ ſuperinnatent,atque hoc modo deuincire.

D Vinculi vſus duplex eſt,nam & cõminuti oſſis partes,quæ rectè inter ſe compoſitæ fuerint, fideliter continet,& lintea liquore aliquo reſperſa,& vel illita medicamẽto, quod ad repellendam inflãmationem præſentiſſimum eſſe putauerimus,decidere non patitur. Adhibent itaque nõnulla medicamenta,quæ linteis illinuntur, his quæ excepta imponunt,vinculum ſuperdantes. Alij humorem aliquem ingerunt ad rem idoneum,quale eſt vinum, vel per ſe,vel cum oleo, & ſæpè liquidum aliquod medicamentum, cuiuſmodi eſt ceratum hoc. cuius duplex ratio eſt:interdum ſiquidem cera ex roſa,vel oleo liquatur:interdum arida pix adijcitur, hinc̃q; πισυρακηρωτὸν græcè nominatur. Sed liquida medicamenta,ſpiſſa quoque ſunt & craſſa, cuiuſmodi eſt liquidum ceratum. Fiunt autem & ex emplaſtris inflammationem arcentibus,liquatis in oleo,de quibus loquuti ſumus & in opere de ſimplicium medicamentorum facultate,ſed latius in eo, quod ſcripſimus de ratione curandi,& in eo,quod de compoſitione medicamentorum. Hippocrates igitur liquido cerato vtitur,quod multo magis inflammationem coercet, q̃ quod durum eſt, ſeu quouis alio nomine libeat appellare. Modum verò vtendi huiuſmodi cerato indicauit inquiens [non ita liberaliter,ne faſciæ ſuperinnatent]. ſed contrariũ terminum, vt pote,qui nobis notus ſit, præteriit. is autem eſt,ne ceratum ita parum inungatur, vt iniecta lintea ſicceſcant, prius q̃ tertio quoq; die reſoluãtur. At qua de cauſa cerato nunc inungendum dixerit, conſiderandum eſt quum vbi os cute excedit,uinum nigrum auſterum ſuperinfundi iuſſerit. Mihi ſanè uidetur vinũ excogitaſſe ad hæc tanquàm præſidium efficacius: omiſiſſe verò in alijs fracturis, vbi nullum

excom-

ex comminutis ossibus nudatum est, eo quòd vini vsus summam diligentiam postulet, nam, ni E
si subinde infundatur, aridæ fasciæ maximo sunt detrimento. Plærique autem ex ijs, qui laborantibus seruiunt, recusant subinde infundere, noctu præsertim. Sed quia extremus morbus extrema curatione perfectè restituitur, idcirco quibus excedit os, ut vinum superinfunderetur, edixit. Sed plura de facultate vini dicemus, vbi eo vtitur. nunc illud indicasse satis sit, quòd, cum aliæ fracturæ sola cerati inunctione curari sine uino possint, non necesse est hoc adhibito grauiter interdum ob ministrorum negligentiam peccare. At, quum summum periculum circunstat, tunc & ipsi vltro fatigandos se præbent, & nobis imperantibus parent. Adde, quod nos etiam ob periculum ingens frequentius his adsumus, atque interdum uniuersam noctem immoramur, ubi uideremur, ut ministri rectè exequuturi sint, quæ præcepimus.

22 *Cura habita, ne manus inferior iunctura cubiti collocetur, sed paulo superior, ne sanguis ad imũ fluat, sed retineatur.*

Cubitum ita figurandum esse, vt radio subiiciatur, atque ad rectum angulum cum humero collocetur, in superioribus proditum est. Sed, quum hoc fieri possit, manu & supra & infra cubiti regionem posita, meritò hoc quoque definiuit, imperans, vt manus paulò sublimior, quàm iunctura cubiti habeatur. Constat enim, vbi membra dependeant, ad ima cõcurrere materiã: ac propterea, quemadmodum, qui totum diem inambulant, quibusque crura calidiora sunt, maximi momenti censent noctu hæc vniuerso corpore sublimiora cõtinere, ita iubet Hippocrates, vt caueamus, ne manus dependeat, sed sublimior collocetur. quòd si cubiti iunctura multo sublimiorem figurari iussisset, huiusmodi habitus in ijs etiam, qui paululum in eo perseuerant, dolorem afferret vniuerso brachio, potissimumque musculis a priori parte humeri sitis. Eum autem habitum doloF
ri esse docebit ipsa experientia: doloris verò causam ostendet natura musculorum, cubiti iuncturam mouentium. sunt enim & a priori, & ab interiori parte humeri, atque vbi cubitum flectimus, ad suum initiũ contrahuntur, & sursum versus intenduntur, cumque ipsis contrahitur ac sursum tenditur totũ brachium, cui suis imis partibus iunguntur, [Ne sanguis ad imum fluat, sed retineatur.] verba hæc referenda sunt ad illud [ne manus inferior iunctura cubiti collocetur.] interposuit autem [sed paulò superior] sic, vt tota oratio sit huiusmodi: Cura habita, ne manus inferior iũctura cubiti collocetur, ne sanguis ad imum fluat, sed paulò superior retineatur.

23 *Post hæc fascia alligare, capite, quà fractura est, iniecto.*

G

Potest iniici caput, vel non iniici, quà fractura est, dupliciter. cum id modo in longitudine mẽbri, modo in latitudine, accipiatur. Termini autem iniiciendi fasciæ caput in longitudinem membri sunt, vbi primus fasciæ circuitus in orbem attractus fracturã vniuersam complectitur. Quòd si vel superius injciatur, quàm vt fracturam contingat, vel inferius, quam vt ad ipsam perueniat, caput hoc vere quis poterit asserere minimè iniectum esse, quà fractura est. sic mihi intelligito iniectum, vel non iniectum caput, quà fractura est, sed in latitudinem, cum fasciæ caput primo superdatum, vel qua fractum est uel extra procedet. Hic igitur Hippocrates membri longitudinem intuitus, caput, quà fractura est, iniicien dum esse proposuit, hoc est, neque fractura inferius, neque sublimius. quod indicauit per ea, quæ subdit quum inquit [vbi super fracturam iterum & tertio circumierit, sursum feratur]. At in libro de officina medici, cum ait, " Principia injecienda sunt, non quà vlcus, sed hinc, vel hinc, ad membri latitudinem spectauit, vt ibi rursus demonstrat verbis ἔνθα ἢ ἔνθα, id est hinc vel hinc, his enim vocibus græcè latitudo significatur. Plęraque autem exemplaria sic leguntur [Principia iniicienda sunt, non quà vlcus, sed quà nodus.]

Sect. 2. t. 8. 72. 207. f

24 *Sic ut insidat, non tamen uehementer adstringat.*

H

Docet hoc loco vinculi moderationem. id siquidem insidere debet eatenus, dum fracti ossis extrema immobilia tueatur: non tamen ita arctari, vt dolorem afferat laboranti. Quilibet enim dolor, cum perseuerat, præsertim si ex compressione est, inflammationem concitat. Hæc igitur spectari debent in fasciis coarctandis, quæ initio ad unguem coniicere non licet: licet autem, vbi sæpius deuinxerimus. nam diligenter animaduertentes modum adstringendi, cum vinculum iniecimus, interrogantesque hominem, qualem circundatam fasciam sentiat, iterum æquè ac primo iniicientes, laxare uel adstringere oportet: si quidem premi se dixerit, proculdubio laxare, sin vinculum ita laxum affirmet, ut iniectum minimè sentiat, adstringere. Licet autem, prius quàm eum alligemus, quem fractura malè habet, exerceri, sanum puerum sæpius vinciendo, sed cum eo, vt percontemur, quæ paulò antè interroganda proposuimus. sic enim promptiores erimus ad fracturas deligandas. Illud etiam perspicere oportet, quod quæcũque corpore robustiora sunt ac duriora, vinculum sustinent arctius adstrictum: quæ verò infirmiora sunt & molliora, lenius adstringi debent.

Vbi

A 25 *Vbi ſuper fracturam iterum, aut tertio circumierit, ſurſum feratur, fluens ſanguis retineatur, atque ibi ſubſiſtat.*

Ipſe cauſam expoſuit, cur primo velit faſciam ſurſum ferri: vult enim ſanguinẽ prohiberi, quò minus à ſuperioribus membri partibus deſcendat. hac autem vinciendi ratione, non ſolum coercetur ille, qui fluit, ſed, qui circa fracturam coijt, exprimitur: qui fluit, vno duntaxat itinere fertur à ſuperiori parte deorſum: qui exprimitur vtroque, & à ſuperiori parte deorſum, & ab inferiori ſurſum. Depelli enim aliquid poteſt, & ad ſuperiorem membri partem, & ad inferiorem: monet ſanè, vt vtrique operam demus, quùm duas adhiberi faſcias iubet, quarum vtraque ordiatur ab affecta ſede habita longitudinis ratione: deinde prior ſurſum procedat, ſecunda deorſum quoniam præſtat ſanguinem à vitiata ſede exprimi ad ſummum membrum, atque ad totum corpus. imum enim minus eſt, quam vt ſine iniuria recipere ſuccorum copiam poſſit, quandoquidem, poſtquàm ſub priori faſcia ſanguis tranſmiſſus eſt ad ſummum brachium, ſi altera arctius
B adſtringatur, inflammatio iuxta primam palmæ partẽ, & digitos orietur. Hac igitur de cauſa antè ad ſuperiora depellendum eſt, potiſſimumque, ſi fieri poteſt omne id, quod dolori foret: ſed, ſi paulum quid relictum fuerit, exprimendum ad inferiora, altera faſcia iniecta. Totam hanc ſententiam perfectius intelliges in ſermone de ratione vinciendi.

26 *Prior faſcia, longa ne ſit.*

Iure hoc adſcripſit: prior enim faſcia quùm à fractura incipiat, & ad ſuperiora feratur, atque ibi deſinat, breuior ſit, neceſſe eſt, quàm ſecunda. Hanc enim uoluit à fractura orſam primò deorſum ferri, deinde ſurſum, ad eum locum, vbi prior finiebatur.

27 *Secunda primum ſuper fracturam inÿciatur,*

Non immerito: inde enim excerni plurimum ſanguinis conſtituit.

28 *At ſemel ſuper ipſam circumeat.*

C Secundæ faſciæ caput ſemel circuire iuſſit, non bis vel ter, ſicut prioris, vult enim ob propoſitã cauſam ſurſum magis, quàm deorſum, transferri id, quod ad fracturam collectum eſt.

29 *Tum deorſum demittatur, lenius adſtringatur, atque ex maiori interuallo circundetur.*

Minus adſtringi membrũ iuſſit à ſecunda faſcia ob cauſas propoſitas: quin & eius circuitus non ita ſpiſſos adhiberi, quùm id opis, ꝙ ſpiſſi afferunt circuitus, à priori faſcia ſatis afferatur.

30 *Vt poſsit relata ad eam partem, qua prior deſinit, peruenire.*

Hippocrates, anteq̃ pannos ſuperimponat, binas faſcias adhibet, alij verò ternis vtuntur, vna, quæ à fractura incipiens ſurſum tendat, quemadmodum Hippocrates præcepit: altera, quæ à fractura deorſum: ac tertia, quę ab inferiori parte ſurſum per priorem vtranque in cochleam ſerpat. Verum hi ſecundam faſciam duabus prioribus breuiorem inijciunt, illas verò inter ſe æquales, propterea, quòd prima faſcia ſuper fracturam ipſam iterum ac tertiò circumeat, membrumq; ipſum ſpiſſiori ambitu complectatur: ſecunda ſemel ſuper fracturam voluta ex maiori interuallo circundetur: tertia ſuper vtranq; obuoluatur, & quia minus ſpiſſe circumagitur, primæ longitudi
D nẽ non excedat. Sed cõſtat (etiam me tacente) tres poſitas faſcias duabus, quas Hippocrates prodidit, contineri, quùm ſecũda duplicem vſum præſtet, quẽ illi partiti ſunt, vnam inijcientes, quæ à fractura procederet ad partem inferiorem: alteram, quæ hinc ſurſum, quà prima finiebatur.

31 *Attrahere verò faſcias in hoc caſu, vel à dextra debemus vel à ſiniſtra, prout ab hac vel illa parte, ad fracturæ habitum, atque inclinationem in hanc uel illam regionem, confert.*

Oſſa, quæ ſub fracturis peruertuntur, modo in dextram membri partem, modo in ſiniſtram, declinantur. Quocirca priores duæ faſciæ attrahi à contraria debent, ab ea ſcilicet orſæ, in quam membrum conuertitur, atque in contrariam inclinatæ. ſic enim fractum os æquè in vtramq; partem inclinabit, atque hoc eſt, quod nunc ab Hippocrate proponitur, quùm præcipit, vt fracturæ habitum intuiti faſciam circumagamus, hoc eſt, vt ad contrariam partem, atque fractura inclinat, faſciam adducamus.

32 *Poſt hæc panni ſuperſedentur modico cerato inuncti, ſiquidem leniores ſunt, & ſtabiliores.*

Panni duas faſcias priores fulciunt, quas propriè ὑποδεσμίδας vocat, Inijciuntur autem contraria ratione ac faſciæ: illæ enim ſerpunt circa membrum tranſuerſæ: panni verò in longitudinem

dantur,

dantur, vniuersum vinculum ex binis prioribus fascijs excipientes. iussit autem cerato modicè E
inungi. fluerent enim, vbi cerati copia labarent, non secus ac, si parum inungerentur, quòd subie-
ctis fascijs minime coirent. exhibet enim ceratum vicem glutinantis. constat autem in aliis, quæ
glutine colligantur modum esse optimum. Pānī igitur comprimunt, vbi sicci imponantur, cui
opponitur, quod inquit [leniores]: sicut & quod dicit [stabiliores] illis contrarium est, qui ob cera-
ti copiam non hærent. Iure itaque ait [siquidem leniores sunt, & stabiliores]. namque, vbi panni
nullo pacto cerato inungantur, non amplius lenes sunt: vbi plus iusto vncti sint non amplius sta
biles, labuntur enim copia cerati.

33 *Hi fascijs alligandi sunt inter se aduersis, alijs à dextra parte, alijs à siniſtra, plurimum ab infe-
riori parte sursum ductis, aliquatenus à superiori deorsum.*

Fasciæ, quæ primò dabantur, non circuibant inter se aduersæ, sed vtraq; membrum, quod per
uersum erat, à contrario habitu naturalem restituebat: sed, quæ pannis superiniiciuntur, cum eò
pertineant, vt membrum vniuersum alligent, tueanturque vinculum vniuersum, quale excepe-
rint, aduersæ inter se procedunt, atque vna quidem à dextra parte, altera à siniſtra circumagitur: F
similiter altera à superiori, altera ab inferiori: sic enim, quum inter se aduersæ sint, vinculum, qua
le acceperint, potissimum seruabunt. Quare quatenus à dextra parte vel siniſtra procedunt,
iunctura ex toto sit æqualis: quatenus verò à superiori vel inferiori feruntur, altera non longè
alteram excedit. sæpius tamen circuit, quæ ab inferiori parte sursum tendit. hoc siquidem tutius
est, ob causam, quæ paulò supra posita est, vbi iussit sanguinem à fractura depelli ad summum
membrum.

34 *Quæ extremitate tenuantur, pannis æquandæ sunt in orbem datis, qui ubi ea dirigimus, non si-
bitò, sed paulatim plurimi obuoluendi sunt.*

Tenuantur membrorum extrema, quæ dixit ὑπόξυρα. Has igitur partes circundatis pannis
trāsuersis compleri voluit, & pluribus fascię circuitibus cingi, cum eo, vt quod tenuius est, non su
bitò (sic enim vinculum inæquale redderes) sed paulatim impleatur.

35 *Laxeq; circa primam palmæ partem varijs locis vinciendi.* G

Solent iuxta vitiatam sedem loca omnia inflammatione affici, ac præcipuè membrorum ex-
tremitates, quoniam paruæ sunt, & minimè carnosæ, & idcirco materiam à locis, qui iuxta fra-
cturam sunt, descendentem non recipiunt citra noxam. Eas igitur leuare constituit cerati inun-
ctione, quod non expedit per se membris imponi sine vllo tegmēto, sine aliis fasciis. nam cum ca
put & finem haberet sine aliquo fulcro, citò caderet. idcirco vsus est fasciis totius fracturæ, quas
iure laxas iniicit, ut nullam afferant molestiam, sed id unum duntaxat efficiant, ut inflammationē
arceant. non enim admouentur ad id, quod fractum est, continendum.

36 *Quod ad linteorum multitudinem pertinet, duas partes primò abundè est superdare.*

Ad uniuersum vinculum, quod primum omnium damus, censet paucioribus linteis opus esse
quam procedente tempore futurum sit. docuit enim paulò infra, quo tempore plurimis uti fa-
sciis conueniat. Sed, quum linteorum multitudo, fasciarum & pannorum numero longitudi-
neque augeatur, quæret quis num idoneo tempore, maiora an plura lintea iniici velit: quin & H
quanta singula esse debeant. Porrò longitudinem & latitudinem fasciarum definiuit: in libro de
officina medici, quum inquit, " Quod verò ad longitudinem & latitudinem pertinet, impleant
Sect. 2. t. 7. 72. 214. h trium, quatuor, quinq;, aut sex, longitudinem quidem cubitorum, latitudinem verò digitorum.
At neq; numerum nunc silentio præteriit, ex fasciis enim, quæ primæ iniiciuntur, duas dari iussit
per uniuersum vinculum. pannos item duplices triplicesve superiniiciendos esse, ibi quoque
explicauit: quos esse voluit tot numero, vt complecti queant vniuersum membrum. Sed fasciæ,
quæ super pannos dantur, plerunque duæ sint, quarum vna ab inferiori parte sursum tendat, al-
tera à superiori deorsum. has etiam licet & ternas, & quaternas imponere, nos autē binis vbique
utimur. igitur, qui in hæc incumbet, duas linteorum partes initio: sed quo tempore vitiatus lo-
cus inflammatione vacat, tres dandas esse coniiciet. In libro itaque (ut diximus) de officina me-
dici, fasciarum longitudinem definiuit, iubens, vt superinijciantur longæ ternos, vel quaternos
cubitos, nimirum hominis, qui deuincitur. nam ridiculum esset puerum exempli causſa bimum
vel trimum fasciis ita longis alligare, ut robusti hominis quaternos cubitos æquent: vel ad robu-
stum ita breues adhibere, vt quaternos pueri cubitos impleant. Sed in hoc opere, fasciarum

longi-

A longitudinem non ſtatuit,ſicut neque latitudinem, ea nobis conijcienda relinquens.Conſtat au tem fracturę magnitudine inſpecta inueniri a nobis longitudinem faſciarum,quum(vt ipſe impe rauit)debeat uinculum ſemper plurimum integræ partis comprehendere. Hæc non conuenit ea dem ubique,ſed pro magnitudine fracturæ,vt diximus.Quòd ſi iterum,aut tertio, ſuper fractura circumagenda prima faſcia eſt: poſtea crebris circuitibus voluta non prius finienda,quam integræ ſedis plurimum complexa fuerit:planè debet ita longa ſumi,vt propoſitis ab Hippocrate circuitibus ſufficiat.Eadem ratione, & aliarum faſciarum longitudo tanta ſit,ut ſufficiat deſcriptis ab ipſo uinculis.Porrò faſciarum latitudinem comperies, ſi ad ea, quæ ipſe docuit,reſpexeris.inquit enim[fulciantur:non tamen cogantur]. ſignificat autem fulciri quaſi hærere.quod fiet,vbi faſciæ non ita latæ parentur,hæ ſiquidem rugant, quum circumaguntur.nam alioquin latior faſcia,vt quæ plurimum amplectatur,fracti oſſis partes firmius continet. atque hac de cauſa latiſſima faſcia ex vſu maximè eſt. verum,quia, quæ talis eſt,rugas contrahens, quum ſuper affectas partes eſt obuoluta, laxior fit,& quæ ſubiecta ſunt,minus fideliter continet,idcirco expedit,non ita latam imponere,ſed eatenus eius latitudinem augere,quatenus nulla pars laxatur. Quamob rem experiens hæc omnia melius præſtabit:eiuſmodi enim obſeruationes coniecturales ſunt,
B neque ſcriptura comprehendi aut lectione poſſunt.Ob quam verò cauſam plures faſcias dari poſtea velit,tunc intelliges,cum ad eum locum peruenerimus.

37 Hinc autem cognoſces rectè hominẽ curatum eſſe, ac terminum deligandi,ubi,num prematur,rogaueris:atque is reſponderit ſe premi quidem.ſed leuiter, idq; præſertim quà fractura eſt.Hæc itaque ſic habere,neceſſe eſt fateatur,qui rectè eſt alligatus.

Quoniam ea,quæ nos ſpectamus in faſciis obuoluendis , intelligit non comprehendi ſcientia,ſed coniectura , ex certis indiciis iudicandum cenſet , quæ rectè iniectæ fuerint, quæ malè . Quòd ſi homo abundè ſub faſciis urgeatur , celerrimè ſoluentes aptius deligabimus : ſin faſciarum circuitus iuſto laxiores fuerint,non patiemur diutius ſic habere:nam, quæ arctius adſtringũtur,dolent,inflammantur,& interdum etiam extrema parte emoriuntur:quæ laxius prorſus eiuſmodi periculo vacant,ſed non prohibent membrum,quo minus,quà fractura eſt, deprauetur . Vrget igitur arctior iunctura ſic, ut neceſſe ſit eodem die ſoluere, & rurſus deligare : quæ laxior eſt,non item:poteſt enim,unum diem, & interdum alterum ſuſtineri.Hac igitur de cauſa diligen
C ter rogare eum,qui alligatus eſt,conuenit , qualem ſentiat faſciarum circuitum : ut ex ijs,quæ reſpondet,aliquid de faſciis emendandis intelligamus. Debet enim (inquit)reſpondere,qui alligatus eſt,ſentire ſe uinculum arctius iuxta fracturam , quàm aliis partibus ipſius membri. ea enim ſedes inter eas,quæ adſtringuntur,acerrimè ſentit,quòd & ægra ſit, & faſcia à nobis magis compreſſa,vtpotè,qui operam dederimus , vt ſanguis vniuerſus à fractura longè ad utramque membri extremitatem exprimeretur,ſiquidem hac via futurum ſit,quod uitiatum eſt,ab inflammatione defendatur.

38 Moderationis autem indicia ſunt,ſi eodem die ac nocte,quo deligatus fuerit,ipſe ſibi uideatur non leuius,ſed valentius,adſtringi : poſtridie verò tumor in manu oriatur mollis ac paruus:indicant hæc vinculum fuiſſe abs te moderate adſtrictum.

Quum adſtringendi modus in vinciendo omnium maxime momentum habeat: quumq; hic variari conſueuerit, tam quòd quædam partes mollitie ac duritie interſe diſtent, quàm quòd alia corpora habetioris ſenſus natura ſunt,alia acrioris: meritò contendit ex pluribus notis ſe-
D curitatem ægrotantium inueſtigare. atque hac de cauſa non contentus ſola poſuiſſe indicia , quæ ex interrogatione ſumuntur, inſpiciendas etiam nobis ipſas partes exiſtimat, potiſſimum extremas. Inquit enim,vbi moderate adſtrinxerimus, futurum poſtridie in manu paruum tumorem mollem,hoc eſt cedentem,ſi ſuperdatis digitis prematur. Quare,ſi tumor hic,vel nullus appareat, uel durus, plane ſcire licet uinculum,ubi nullus appareat, non ſatis fuiſſe adſtrictum: ubi durus, nimis arctatum . Conſtat enim extremum membrum ſuccis ſub vinculo ad ipſum tranſmiſſis,quum multi ſint,impleri,digitisque preſſum non cedere.idque tibi indicio erit vincu li ualentius adſtricti,non ſecus atque,ubi manus nullo modo tumeat,coniicere poteris nihil fuiſſe ſub vinculo expreſſum.nanque adſtringendi modo modus eorum, quæ exprimuntur,perpetuo reſpondet: & huic modus tumoris . Quare non immeritò renititur tumor in extremitate membri: atque ingens eſt, vbi comminuta pars eius fortiter fuerit adſtricta: cedit atque exiguus eſt,ubi leniter:non ſecus autem , ubi non adſtringitur,nullus tumor excitatur. ergo euidentiſſimum eſt,ubi poſtridie in manu tumor magnus ſit,& renitatur , membrum ſolui protinus debere,perfundique multa aqua calida,cui oleum copioſe fuerit adiectum,rurſusque alligari modicè adſtrictum: ubi poſtero die nullus tumor appareat, tertio reſolui, & arctius alligari , quòd ſi tu-

mor modicus fuerit, Hippocrates tertio die resoluit: nos vsque quartum, interdum quintum diē E
trahentes, hyeme potissimum, nihil uidemus deterius accidisse.

39 Labente iam die minus adstrictas fascias sentiat, sed tertio die penè resolutas. Scire autem licet, si quid horum, quæ proposuimus, absit, uinculum non satis arctatum: si quid superet, fuisse iusto plus adstrictum. Hæc itaque indicia intuitus, deinceps uel laxius alligabis, uel arctè magis.

Relaxantur fasciæ, non mehercule (vt nonnulli putant) ꝙ intentæ tempore longiores appareant, sed ꝙ membrum extenuatum contrahatur, ubi rectè fuerit alligatum: quod euidenter in omni fractura perpetuum conspicitur: quemadmodum & ipse Hippocrates ostendet.

*40 Tertio die, post quā extenderis atque direxeris, soluere membrum oportet. Quòd si primis diebus moderatè deuinxeris, paulo magis fascias adstringes. Deligare autem incipies à fractura, quemadmodum prius: nam, si hanc partem prius deuinxeris, materiam inde ad utramque membri extremitatē F
depelles: sin aliam prius adstrinxeris, inde ad fracturam deduces, quod intellexisse pertinet ad multos locos. Sic ergo ordiri semper uinculum debet, atque hunc locum primum adstringere, alios verò proportione: quo enim longius à fractura procedit, eo lenius arctari: nūquam verò ex toto laxari, sed adhærere: post hæc adijciendæ fasciæ sunt, quotiescunque deuincimus. Rogatus autem homo respondeat adstringi: si paulò magis quam antè, præsertim quò fractura est, atque alibi pro ratione. Tumeat item membrum, vrgeatur, leuetur, pro ratione prioris iunctur̄. Abhinc tertio die sentiat fascias relaxari. Tum soluere conuenit, ac rursus deligare, paulò arctius omnibus fascijs iniectis, quibus utendum erit. Post hæc laboranti omnia eueniant, quæ in superioribus alligandi circuitibus exposita sunt.*

Si primò die homine propter fracturam dolente, quantum adstringendum est, non adstrinxerimus, vbi, omnibus rectè factis, tertio die dolor remittatur, arctius alligamus, neq; tunc quoque quantum res postulat: hoc siquidem, quum omnia rectè procedunt, quinto die conuenit. quare tunc plurimis fasciis vtemur, & quantum res exigit, adstrictis, non obliti hoc ab ipso præcipi, vbi omnia conuenienti ordine sequantur. nam, si propterea quòd aliquid interim peccatum, si brachium nondum quinto die ex toto inflammatione vacet. neque nos fasciis omnibus vtemur. G
Exhibet quidem fasciarum multitudo (ut ipse ait) uinculi firmitatem: potissimū verò ea vtemur, quo tempore desedit locus, qui circa fracturam est: & ipsum os, quod perfractum est, laxius effectum est, & facilius tractatur, ut componi possit. At si quando hoc quinto die non cedat, differemus in alium circuitum, qui ad diem septimum perueniet: iubet enim donec ferulæ ad fracturam dentur, tertio quoque die solui, ac rursus deligari, ea de causa, ut aqua calida infundatur ad educendos succos in comminuta parte existentes, qui tenues sunt, & seri naturām habent, digestionem q̄ requirunt: & simul etiam ad leniendum dolorem, & pruriginem finiendam. Itaque, vbi nec dolor nec prurigo hominem exerceat, atque indicia illa omnia se ostendant, ex quibus rectè fracturam habere cognoscimus, etiam si quarto quoque die solues, nihil lædes, hyeme potissimum, atque adeo magis homines agrestes, qui lauari ferè non consuerunt; sed eos, qui quotidie lauari solent, & qui præsertim bis id faciunt, conuenit nō longo interposito spacio resoluere, ac præcipuè, ubi carne fuerint molliori. A.l.4.f.5. t.2.c.2.f. 483.c

41 Inde, ubi ad tertium diē uētum erit, qui septimus est à primo, quum iniectum uinculū fuit, si rectè alligatus fuerit, tumor in manu apparebit, is q̄ nō admodū magnus: locus item, cui vinculum injicitur, quotiescunq; deligabitur, tenuior & gracilior conspicietur, septimo autem die tenuissimus: atque ossa perrupta tractabuntur facilius, magis q̄ ducentur, ut dirigantur. Quod si hæc ita habeāt, dirigere oportet, alligare q̄ ac ferulis excipere, paulo q̄ amplius, quā antè adstringere, nisi si tumor, qui in manu est, maiorē dolorem afferat. Vbi verò fascias inieceris, imponendæ ferulę sunt, super q̄ fascię alligandę ad modū laxæ, sic, ut circundatæ ferulę contineātur, nec quidquam brachium adstringāt. Quo facto prematur offensus eodē modo & releuetur, atque in prioribus uinciendi circuitibus. At, ubi ad tertium diē peruenies laxū uinculū sentiat, necesse est ferulę magis arctentur, potissimum quà fractura est, atque alibi pro rōne: si quidē ipsum uinculū laxū potius erat, quā adstrictū. Pleniores aūt adhibendæ ferulę sunt ab ea parte, qua fractura ad extat: non multo tamē: videndum q̄ est, ne è regione pollicis collocentur, sed hinc: uel hinc: neque itē è regione minimi digiti, quà os in prima palmę parte excidit, sed hinc vel hinc. Verū, si fractura oīno ferulas requirit, his locis breuissimę superaccōmodandę, sic, ut ad ossa, quę in prima palmę parte extant, maxime pertineant: periculum. n. esset, ne vlcus fieret, & nerui nudarentur. Debemus aūt ferulas arctare tertio quoq; die paululū oīno, id spectantes, quòd eo nomine imponūtur, vt vinculū tueātur, non vt adstringāt. Quòd si optime per spexeris ossa sub prioribus vinculis abunde fuisse directa, neq; locū prurigo aliqua infestat, neq; ulla exulcerationis suspicio est, vltra vigesimū diē sinito alligatas ferulas manere: nā pleriſque summum triginta diebus brachij ossa conferuent. H

Si

A Si tertius dies fractum os nobis daret, quale ferè ſeptimus exhibet, neceſſario ad ferulas veniremus: ſed quia (ut ipſe dixit) ſeptimo die πάνυ λεπτὸν, id eſt tenuiſſimum apparet, quo vocabulo ſignificauit gracilius fieri, quàm quum erat in priſtino ſtatu ſalubri, idcirco eodem die ferulas circumponit, tunc ſcilicet membrum diligentius componens, vtpotè quum oſſa laxiora ſint. eò autem ferulæ pertinent, quò & pannos ante diximus, nempe vt fractum os contineant. at, quum oſſa ob ſiccitatem naturalem nequeant carnis modo coaleſcere, callo circa fracturæ oras increſcente, quaſi quodam vinculo circundantur: hic autem creatur de eo quod ſuperat, ex ipſo fracti oſſis alimento. ꝙ ſi laborans vel non idoneo victu vtatur, vel plenus ſit, id, quod ſuperat, copioſius eſt, effuſumque faſcias totas veluti craſſo ſanguine madefacit. Quicquid igitur ex eo, dum effunditur circa fracturæ oras concreſcit, tempore ab oſſe, cui hæret, mutatur, & ſimile ipſi redditur, callusque nominatur. Ergo, ſi fracti oſſis oræ agitentur, dimoueanturque, prohibebitur, quo minus adſtrictum maneat, atque idcirco creari callus & agglutinare non poterit. quod enim gluten lignis efficit, quæ glutinantur, id callus præſtat oſſibus fractis. Iure igitur ſumma quiete opus eſt ad fracturas, quæ callo debent ſolidari: nam, ſi agitetur coactus callus, diſſoluitur, perinde ac gluten, quo ligna cohærent, & coactum lac. ſummam verò hanc quietem præbent faſciæ adſtrictæ, & quæ ſuperdata continent: porrò continent faſciarum multitudo, ac ferulæ. Quæ deinceps ſequuntur, omnia plana ſunt, his, qui animum adiungunt. præcipit enim, ut ſicubi uinculum laxetur, ferulæ tertio quoque die arctentur, non tamen reſoluatur tota iunctura, niſi homo ingenti prurigine uexetur, vel exulcerationis alicuius ſuſpicio ſit. prurit autem fractura initio magis, deinde minus, quoniam uitiata pars exhauritur. excitatur enim prurigo à vaporibus, qui ab eo, qđ ſupereſt, profuſi leuiter mordent. At, ubi acrius mordeant, prurigini iam dolor iungitur. Igitur, quando pars inanis eſt, nihil omnino tale ſuperat, vel certè minimum.

B

42 Nihil autem perpetuum eſt: multum enim & ætas ab ætate diſtat.

Non dixit ſimpliciter differre ætatem ab ætate, ſed adiecta coniunctione, indicat alias etiamnum cauſas eſſe, cur non omnes brachii fracturæ triginta diebus conſaneſcant, ſed quædam paucioribus. ſunt enim in cauſa, anni tempus, regio, natura ægrotantis, anni temperatio, ratio victus, & vinciendi modus. nam citius conſerueſcunt, hoc eſt callo firmantur, & ob materiæ, ex qua callus oritur, quantitatem ac qualitatem moderatam, & ob robur uirium ipſam cogentium. diutius autem trahitur ex materiæ inopia. quod enim breuiori tempore ob materiæ copiam uires efficiunt, id longiori præſtant ob inopiam, & interdum etiam ob copiam imm dicam. callus enim cõcreſcens abluitur humore, qui ab interiori parte fluit, ubi multus ſit, & continuetur. Porrò materia craſſa commode ſpiſſeſcit, & in callum vertitur: humor autem, ubi aquoſus fuerit, & habitu tenuis, ſpiſſando callo maxime eſt alienus. Vires quoque quum ualent, maturè ſuo munere fungi: ſerò, quum imbecillæ ſunt: nihil attinet dicere, quibus de cauſis callus diuerſo tempore fractis oſſibus circundatur. Hæc autem ipſa, quæ nunc dicuntur, ob cauſas prius poſitas mutantur. quoniam materia, & plus & minus abundat, & craſſior eſt ac tenuior ob temperamentum, tam vniuſcuiuſque naturale, quàm aduentitium ipſius fracturæ eo tempore, quo curatur, atque item ob victus rationem, qua homo vtitur, & ob modum quo deligatur, præter hæc ætatem, tempus anni, regionem: ex quibus omnibus validiores uires ſunt, aut infirmiores.

C

43 Vbi ſolueris, aqua calida perfundito, & rurſus alligato faſcijs lenius quàm ante adſtrictis, paucioribus item quàm ante iniectis: inde tertio quoque die ſoluens, rurſus laxioribus faſcijs & paucioribus deuincito.

D

A primo die, vſque dum ad ferulas veniat, & faſciarum numerum auget, & arctius adſtringit: eas autem imponens ſeptimo die, membrum non ſoluit vſq; ad vigeſimum, ſtatuere quaſi firmã baſim volens calli producendi, quo circundato fracturam penitus immobilem non amplius tuetur. nutrire enim callum oportet, ubi latius radices egit. nutritur autem, quum materia in ipſum deriuatur: quam ſicuti ab initio auertimus ab affecta ſede ad alias corporis partes, ita nunc euocare debemus aqua calida perfuſa. quin & initio faſciis multis atque adſtrictis, quo minus ad vitiatũ locum confluueret, ex toto ipſam prohibuimus: nunc paulatim numero demimus, preſſumque laxamus, quum non expediat prohibere, ne confluat.

44 Quòd ſi alligatis ferulis ſuſpicio ſit, ne oſſa recte concurrerint, uel aliud quidpiam hominem infeſtet; vbi dimidium temporis præterierit, vel paulo ante, ſoluere oportet, & rurſus deuincire.

Superiora dicta ſunt, quum omnia recte procedant: namque, vbi ſit ſenſus aliquis doloris, uel exulcerationis ſuſpicio, aut vereamur, ne fractura male compoſita ſit, aut caſu aliquo interueniẽte membrum motum ſit, ſoluere vinculũ ante vigeſimum diem cogimur. id autem ipſum definiuit, ne quis exiſtimet perpetuum eſſe, quod ſupra imperauit, fracturam quamlibet vſque ad vi-

gesimum diem seruandam esse penitus immobilem. semper enim pugnare medicus debet ad- E
uersus id, quod magis vrget, neque obligare se præceptis tanquàm legi, quam contemnere nephas sit, quum omnia præter rationem eueniunt.

45 *Quibus initio cutis non abrumpitur, neque os cute excedit, idonea est ratio victus propè quæuis: minus tamen cibi sumant vsque ad decimum diem, præsertim, quum quiescant.*

φαῦλον vocabulum solent veteres græci ferè omnes vsurpare, quum significare volunt [simplex] aut [quoduis:] huic opponitur exquisitum, quod Iones σκεθρὸν appellant. Sicut igitur exquisitam victus rationem σκεθρὰν vocat, ita, huic contrariam φαύλην: atque hac ratione nunc eam, quę propè quæuis sit, ὑποφαύλην dicit, quæ media est inter quamuis simpliciter, & exquisitam. Exquisitam victus rationem imperat, quibus initio, præter ossis fracturam, carnis quoque vulnus accessit, ac præcipuè, quum ex facto osse aliquid cute excedit: simplicem, id est quamuis, illis, qui omnino periculo vacant propè verò quamuis, mediamque, quibus os fractum est primis diebus, quorum terminum constituit decimum: nō quòd non interdum maturius, interdum seriùs, mu- F
tare victum liceat, sed quòd plerunque ita accidat. Vtitur autem media victus ratione, propterea, quòd neque ita magnum periculum est, sicut cum ossa nudantur: neque ita res tuta, sicut cum intacto osse caro simpliciter vulneratur. meritò igitur ijs, qui medij sunt inter eos, qui periculo vacant, & eos, qui periclitantur, mediam victus rationem indicit: præsertim, quum vsque ad decimum diem, quibus brachium fractum est, ex toto quiescant, quod Iones ἐλαφρύειν dicunt. Itaque par est exquisitiori victu sustinendos esse quiescentes, quàm qui mouentur. at quum à decimo die plerique suspenso brachio inambulent, merito præcipit, vt in eum vsque diem medio victus genere vtantur, præsertim quum quiescant. Quod [præsertim] vertimus. Hippocrates habet ἤδη, quod plerunque tempus notat: sed adijcitur etiam ad aliquid comprobandū, vt, si dicamus, & ob alia, & ἤδη, hoc est, præsertim propter hæc credendum huic, faciendum hoc est: quomodo videtur nunc ab Hippocrate vsurpatum, sic, vt oratio talis sit. Mediocri victu vtendum vsque ad decimum diem, & alia de causa, & præsertim, quum homo interim ex toto conquiescat.

46 *Adhibeant q; ex obsonijs mollibus, quæcunque modicè admodum deijcient aluum.* G

Ptisanam videlicet, betam, aut maluam, atriplicem, siue blitum, vel cucurbitam, & pisces teneros.

47 *Sed à vino & carne sibi temperent.*

Docuit ipse exquisiti victus rationem, & eius, qui quiuis est, & eius, qui propè quiuis, quā nūc præcipit vsque in decimum diem seruari. nam, cum æger carnem edit, & vinū potat, victus simplex est, & quiuis: sed cum solo ptisanæ cremore, & mulsa viuit, victus tenuis est, atque exquisitus: inter vtrunque est ille, quem proximè indicauit, quum inquit [adhibeātque ex obsonijs mollibus quæcunque aluum modicè deijciunt].

48 *Tum paulatim se reficiant. Oratio hæc ut lex iusta fertur de curatione fracturæ.*

Reficiantur dixit ἀναπαύζεσθαι, quo vocabulo nihil aliud significat, quàm, vt cui comminutum os est, posteà recreetur. scribit autem ἐκ προσαγωγῆς, hoc est paulatim, cui contrarium est repentè: H
damnat enim, quod subitò plurimum implet, aut demit, vel quid aliud præstat.

49 *Quare danda opera est, ut iusta curatione adhibita res bene procedat: vbi autem non sic procedit, scire licet aliquid curationi defuisse, aut superasse.*

Iustam vocauit eam, quæ laboranti omne id præbet, quod ei conuenit, & nihil prætermittit, curationem verò, quàm χείρυξιν dixit, vel pro chirurgia, vel pro vniuersa simpliciter rerum omnium admotione accipit. græci enim μεταχειρίζεσθαι dicunt, non solum, quæ manibus prehendūt, sed quæcunque tractant.

50 *Illud prętereà animaduertere in hoc simplici modo conuenit, quod medici non admodum attendunt: quanquàm, si non rectè fiat, corrumpere curam omnem q; vinciendi rationem potest.*

Simplicem modū fracti ossis, & prolapsi vocat, vbi non accedit vlcus: non nudatur os: neque quod perfringitur, in multas partes comminuitur, quod fracturæ genus recētiores à farina, ἀλφιτῶδες appellant. ita, vt nullus ex propositis modis simplex sit, sed ille duntaxat, vbi fracturę nullus alius casus adijcit. sic autem à se vsurpari vocabulū [ἁπλοῦν, id est simplex] apertè ostendit paulò infrà

A infrà in hoc ipso libro,ubi proprie eam rem agit.quòd si ossa simplici fracturæ modo perfringan tur,peccatur, uideturque id peccatum leue:si quis tamen diligenter simul omnia æstimet,maximum momentum habet,id enim,si committatur,priorem curam vniuersam corrumpit.quid autem hoc sit,in sequentibus ostendet.Scribitur item aliter eadem oratio sic [quanquam,si non rectè fiat,corrumpi omnis cura,omnisque uinciendi ratio potest].ubi curam ipsam, quum aliquid peccatur,damnare uidetur,ut quæ corrumpere possit, quæcunque ad labotantem particulam rectè adhibita sunt. Sect.3.t.7.242.b.

51 *Quòd si utroque osse comminuto, uel eo quod subiectum est tantnm, deligatum brachium mitella suspendatur,eaq; plurima circa fracturam detur:partes vero hinc atque hinc suspensæ sint:necesse est os ad superiora peruerti.*

Diligenter uoluit animaduertendum esse, qua ratione totum brachium suspendatur, quum homo iam ingreditur,& non amplius cubat, hoc est,à decimo die. ante siquidem plerunque cubat brachio(quemadmodum supra ostensum est) ita figurato, ut manus paulò sublimior habere tur:sed,quum iam inambulat (ut fieri consuenit, brachio ex ceruicibus suspenso) mitellam adhi-
B beri præcipit sic latã,ut brachium uniuersum sustineat,totumque æqualiter amplectatur,neq; vl lã partem eius relinquat, quam nõ fulciat, quo fieret,ut brachii os à parte, cũ qua iungitur,deorsum inclinaret,ac deprauaretur. nam priusq; vitiaretur,totum perpetuum erat: corrupta autem eius unitate, ubi perruptum est, potest altera eius pars à subiecta mitella sustineri, altera verò pars,ut quæ non amplius cum illa continuetur,deorsum inclinata peruerti. Potest item ex eadem parte,vbi non recte mitella subiiciatur, altera extremitas ab hac elata sursum ferri, altera deorsum inclinata peruerti . Quatuor igitur modis mitella brachio male subiicietur,primo,ubi fracturam solummodo sustinet,partes aũt hinc atque hinc suspensæ manent:secundo,vbi extremæ brachii partes & supra à cubito, & infra à manu, diligenter mitella fulciuntur, medium non suspenditur:tertiò,& quartò,ubi interdũ prior brachii pars, interdum posterior, mitella excipitur. Ex his quatuor modis binos duntaxat scripsit, qui maxime membrum peruertunt: reliquos binos præteriit,ut qui ex enarratis intelligi possint. eorum duorum,quos scripsit,alterum propositis uerbis ostendit,vbi censet in iis,quibus vtrunque brachii os fractum sit, uel tantum id, quod subiectũ est(cubitus proprie nuncupatur) intelligendum esse primum ex propositis modis. sed commune id est duobus modis, de quibus uerba faciet. proprium verò est vtriusq;, prioris qui-
C dem,quem nunc indicat,subiecta brachio mitella angustiori:quam,ut totum membrum cõplectatur,fracturã solummodo fulcire:alterius rursus, vtrãque membri extremitatem sustinere,fractura tantum non fulta. Deprauari autem inquit priori modo brachium in superiorem partem conuersum: sed in inferiorem altero modo,quem subdet proximis uerbis. priorem,qui sursum versus peruertit,nunc proposuit. Nam, quum brachium,quà fractum est,à mitella sustineatur, partibus,quæ vtrinque sunt, deorsum inclinatis, quum non sit,cui firmiter innitantur, accidet, ut quod à mitella excipitur, altius excitatum callo glutinetur:eum verò habitum,quo membrũ callo solidetur,in posterum perpetuò seruabit . Quare sæpius necessarium est,quæ sic peruersa sunt à nobis de integro abrumpi,extento membro rursus fracturam,qualis initio fuerat,reddentibus:quam suprà diximus nullo modo coalescere, sed alligari à callo,qui circundatur. hunc igitur extendendo dissoluimus,rursusque operam damus,ut callus increscat fractura conuenienter figurata. Videre autem licet in aliis animalibus comminuta ossa non omnino coalescere,ut in sue,apro,boue,capra,oue,gallo, gallina. si quando inuenies (inuenies autem sæpe,quemadmodum & nos)fracturæ oras callo inter se glutinatas, ubi hoc tibi curæ sit,callum deradens conspicies fracturæ oras se contingere,non tamen coaluisse, solidatasque esse eo modo,quo in vulne-
D ribus glutinata caro coalescit. At cur,vbi vtrunque brachii os comminutum sit, & quod propriè cubitus vocatur,& quod radius, accidat, ut membrum adeò peruertatur, si in suspendendo aliquid peccetur:sed minus,si alterum tantum,cubitus scilicet : at si radius per se,nihil omnino deprauetur:non magno negocio comperies,si eorum,quæ ipse retulit,memineris. quia quod subiectum est (inquit) fundamenti vicem præstat ei,quod abruptũ est, atq; ipsum deprauari non patitur:sed radius,ubi intactus sit,cubitum quodammodo secum dirigit, si recte vinculum adhibeatur.tueri autem ipsum à deprauatione ex toto non valet, ubi aliquis error sit in suspendendo,quandoquidem cubitus subiectus nihil habet,quo fulciatur,præter vinculum ipsum.

52 *Sin ossibus sic fractis mitella manum duntaxat & articulum cubiti excipiat,reliquum verò brachium suspensum sit,deprauatum inclinabitur deorsum.*

Ex quatuor modis quos paulò supra declarauí,secundũ hic tradit,qui primo contrarius est:siquidem in priori mitella solam fracturam sustinebat:in hoc,quum cætera sustineantur, sola fractura sine fulcro est.Quemadmodum igitur in priori suspẽdendi ratione, ubi fractura,quum sola à mitella sustineretur,sublimior fuit, reliquæ verò partes vtrinque humiliores, iure dixit deprauari brachium totum in superiorem partem conuersum: ita nunc,quum ea tantum membri pars,

qua fractura eſt,non ſuſtineatur,deprimetur,& deorſum verſus inclinabitur:quo fiet,vt brachiũ E
in eam partem curuetur,atque ea de cauſa,vbi callus circũdatus fuerit,peruerſum deorſum ſpectet. Expoſuimus igitur vniuerſam propoſitæ orationis ſententiam. legitur autem ſcripta duobus modis,ſi vocem ſpectemus maximè inter ſe contrarijs;re tamen,ſi animaduertuntur, inter ſe minimè diſcrepantibus. Itaque brachium ſuſpenſum nonnulli intelligunt,quod à mitella non excipitur,ſed ſolum in aerem ſuſpenditur. alij contra,omne id,quod à mitella ſuſtineatur, vt potè quùm in inferiora minimè inclinetur,neque fiat ob id humilius,quod ſuſpenſo contrariũ eſt. Meritò igitur ſcripturæ,verbis inter ſe pugnant,ſententia conueniunt. namque hæc vox μετέωρον, hoc eſt,ſuſpenſum,quum apud expoſitores contraria ſignificet,à quibuſdam eorum citra negationem ſcribitur[reliquum verò brachium ſuſpenſum] ab alijs negatione adiecta[reliquum verò brachium non ſuſpenſum]verba,vt illis videtur,accommodantibus ad vtramq; ſignificationem vocabuli μετεώρου, hoc eſt,ſuſpenſi.

53 Debet ergo brachium ſuſpendi per mitellam latam,mollem q̃, multum brachij tum prima palmæ parte æqualiter ſuſtinentem.

Duas hic indicat ſuſpendendi rationes,quas præterierat:eas inquam duas, quarum cõmune F
eſt extremam brachii partem ſuſtinere:proprium autem vtriuſque,uel eam, quæ à cubiti commiſſura,vel eam,quæ à manu tantum. Exequutus enim eam ſuſpendendi rationem, vbi mitella ſolummodo fracturam excipiebat,atque alteram,vbi vtramque extremitatem.deinde ſubijciẽs verba proximè poſita,in quibus præcipit,vt plurimum ex brachio,cum prima palmæ parte mitella æqualiter ſuſtineatur:reliquas duas ſuſpendendi rationes euidenter reprehendit,quum non habeant id,quod maximè requiri voluit. ſiquidem neutra primam palmæ partem,& plurimum ex brachio æqualiter fulcit,non tamen propriè eas hic expreſſit, præcipuè(ut dixi) q̃ intelligi ex ſuperioribus poſſint:tum quòd leuem omnino noxam afferunt,vbi nihil in deligando peccetur. duæ enim ſuperiores ſuſpendendi rationes,ea de cauſa plurimum erant alienæ,q̃ fractura contineretur contrario modo atque eius partes vtrinque,quum interdum ſola à mitella attolleretur nulla eius particula fulta,interdum ſola deorſum conuerteretur.

GALENI IN HIPPOCRATEM G
DE FRACTVRIS
COMMENTARIVS SECVNDVS.

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Curatio reliquarum Fracturarum ſimplicium,Luxationum, ac Dimotionum, quæ in brachio, ſumma manu,pede,tibia,calce, & femore,contingunt, exponitur.

De Hvmero.

1 *AT vbi humerus perfringatur.*

Teſtantur nonnulli ex ijs,qui librum hunc exponunt,Hippocratem, vt ſupra πῆχυν vocauit modo eam partem totam,quæ inter manum & cubiti articulum H
eſt,modo cubitum,qui è duobus oſſibus longior eſt,ita nunc humerum appellare βραχίονα, nempè id os,quod à cubiti articulo pertinet ad humeri caput. Alij non ipſa oſſa,ſed partes,quæ inter articulos ſunt,volunt ijs vocabulis nuncupari,q̃ conſueuerimus ita loqui. Ille in capite plagam accepit,vel in malis,aut naſo, & vbi plaga cutem tantam violauit,& vbi altius aliquid læſit,puta muſculi membranam,neruum,arteriam, aut venam. quin,quum humerũ exulceratũ dicimus, oſtẽdimus humero id mali incidiſſe, quod vlcus vocaſ. At,quũ definitione vlceris caro cõtineatur,q̃uis nominatim nõ explicetur, vlceris tamẽ vocabulo notatur.carnis.n.diuiſionem appellamus vlcus,ſic,vt,cũ dicimus, Dioni, exẽpli cauſa,humerũ eſſe exulceratũ, carnem humeri ſignificemus.eadẽ ratione, quum fractũ humerũ dicimus,ſignificari volunt os huius partis eo vitio teneri,quod fractura nũcupatur. Sed controuerſia hæc de nominib.ac ſignificationibus nullo modo ad fracturæ curationẽ pertinet:neque.n. quidpiã officit,aut prodeſt. quæ verò in ſequẽtibus docet,qua rõne curare fractũ humerũ cõueniat,oſtẽdunt.cũcta aũt(vt mihi videſ)plana ſunt,nõ ſecus,atq; alia,quæ ſupra de brachio tradidit.ea enim paucis admodum verbis exceptis, clara erant.Longiùs autem lapſi ſumus, quã cauſam

A ſam adiecerimus,cur ſingula præcipit:quæ res, & ſi expoſitionis fines excedat,fieri tamen(vt retuli)ab oĩbus expoſitoribus conſueuit,at, quum hæ rationes alibi paucis ab ipſo oſtendantur,neque nos hic eas tanquam auctores adiecimus, ſed ordinem mutauimus. Totus autem nunc propoſitus ſermo,ſi per ſe examinetur,conſidereturq́;,perquam facilis eſt.adde q́ ratio ſingulorum, quæ tractantur,fuit in ſermone de brachio explicata. ad communia enim præcepta, quæ ibi tradita ſunt,hæc quoque referuntur,primum de vniuerſo brachio figurando : tum de extendendo, de cõponendo:poſtremò de continendo,ac ſuſpendendo, quæ continendi ſpecies eſt. His itaque habitis,ſi quid ſe offeret,quod breue ſit & non planum,in ſequentibus aperiemus.

2 Si brachium extendatur,eoq́ ſic figurato intẽtio adhibeatur,humeri lacertus intẽtus alligabitur: atque,vbi,qui deligatus eſt,cubitum curuet,humeri lacertus habitum mutabit.

Propoſitæ orationi illud adiicere oportet,quod anteà dictum eſt, ſcilicet,ubi humeri lacertus ab iniecto uinculo aliter figuretur,futurũ eſſe,ut alias eius partes vehementer vinculum comprimat,aliis laxius ſit atque delabatur:cõpreſſæ item partes inflãmatione tentẽtur:ſed relaxatis vinculis mẽbrum peruertatur. Quare brachii habitus nullo modo variandus eſt, ſed perpetuo(ut ſupra demonſtratum eſt)à principio ad finẽ ſeruãdus. At cõtra,ſi ille habitus ſeruetur,in quo extentum membrum deuinctum eſt,uinculum quidem nullo loco arctius erit,aut laxius, ſed ipſe habitus,quũ vitiatus ſit(ut ſupra declarauimus)dolorem,atque idcirco inflammationem afferet.

B

A.l.4.f.5. t.3 c.9.fo. 489.b

3 Iuſtiſſima itaque intẽtio ad humerum ſic adhibetur. Lignum,quod cubitũ æquet, vel paulo breuius ſit,qualia ſunt ligonũ manubriola,habena ab vtraq; parte alligatũ ſuſpẽditur:homo autem ſublimiori alicui ſedi inſidet,brachiũ ſuper manubriolũ imponit,ſic,vt id in alam indatur ea moderatione,vt ille vix conſidere poſſit,nihilq́ propius ſit, quàm vt ſuſpendatur. Tũ aliquid aliud paretur,cui brachiũ inhæreat ſcorteo puluino ſuperdato uno,vel pluribus,ita,vt ad eã altitudinẽ perueniat,vt cubitus ad rectum angulum collocetur. Commodiſſimè autem lorum molle,latumq́ ſeu lata habena circundatur,atque inde magni ponderis aliquid ſuſpenditur,quod extendere conuenienter poſſit: aut in vicem huius robuſtus aliquis in inferiorem partem cogit cubito cum humero ad rectum angulum figurato.



C

D

Oſtenſum eſt in libris de philoſophia, naturæ iuſtitiam in eo conſiſtere, ut quod unicuique conuenit, diſtribuat, non lege aliqua, ſed ſuopte nutu. quod iam ſupra quoque dictum eſt.dictum eſt inſuper,eum eſſe iuſtũ habitum, qui aptum ſitum vniuſcuiuſque particulæ membri tuetur, demonſtratum eſt etiam huiuſmodi habitum minimè omnium lædere. hic autem in brachio eſt, ubi cubitus cum humero ad rectum angulum collocetur. Toto itaque brachio ſic figurato præcipit hominem ſedere : iuxta ipſum verò à priori parte poni lignum tranſuerſum, quale ac quantum eſt ligonis manubriolum. ligones verò appellat σκαφία, quibus terram fodimus (græci σκάπτειν dicunt). his annumerantur etiam bipalia(Attici μηνύας vocant.) Vult autem huiuſmodi lignum, quod iuxtà collocatur, immobile reddi, ſic, ut dum manus admouetur, nec ſurſum feratur, nec deorſum. quod continget, ſi ab utroque extremo habenis uinciatur : quæ ad aliquid ſublime religentur,ut lignum inde ſuſpendatur. Præcipit igitur, vt æger brachium antè ſuper ipſum imponat,hoc eſt,vt lignum trãſuerſum alæ ſubijciatur: tum is, cuius humerus fractus eſt, ſedeat ita ſublimis, ut parum abſit, quin ſuſpendatur. ſedere autem ægrum iubet,ut uires,dum manus adhibetur, ſufficiant, neque propterea quòd ſtet,conuellantur. neque in humiliori ſedili hominem coliocat, ſed quàm maximè poteſt alto, quum ſedet,& ob ipſum medicum,ut rectus agere poſſit, neque plurimum cogatur deorſum inclinari : & ob ægrotantem ipſum, cui magis expediat ita ſedere. ſolent enim, quibus brachium exten-

ditur,præ dolore dūcētem ſequi,atq; attolli,nec in eadem ſede penitus,qua collocati ſunt à prin E
cipio,permanere. quo fit,vt intentio remittatur.Hoc igitur cauēs imperat,vt homo ſedeat,quā-
tum maximè poteſt ſublimis,& propè ſuſpendatur,ac,ſi paulum attollatur, ſtet. quod, vbi euē-
niat,neque ipſum ægrotantem,neque alios latebit;atque,vbi non lateat, paruo negocio rurſus,
vel ab aliis, vel per ſe ipſum in priorem ſedem reſtituetur.quin,vbi homo ita ſedens ſtabit,paulu-
lum mutabitur:plurimum verò,vbi humilior fuerit collocatus.Quare ex ſeſſionis mutatione mi
nimum læduntur,qui ſublimiori inſident ſedili,plurimum,qui humiliori . Conſtat itaque tranſ-
uerſum lignum ab Hippocrate ea de cauſa ſub alam demitti,ne brachio ab inferiori parte inten-
to,æger ſequatur,atque intentionem ſoluat,quod nos ſine ligno ſoliti ſumus ſæpius facere per
laqueos alæ circundatos,quorum extrema verſus poſteriorem partem extendenda ſunt,non ſe-
cus etiam aliis laqueis circūligatis fractum os in diuerſa diducimus,vbi intentio, quæ per manus
adhibetur,imbecillior ſit,q̄ oporteat. Verùm, ſi hanc credamus per ſe poſſe effectum præſtare,
vt in puerili corpore,non opus eſt amplius laqueis,& multo minus machinamentis habentibus
axes,ad quos extremos laqueos alligantes valentius in diuerſa contendamus: quo extendendi
modo ad luxata potiſſimum vtimur.In ea autem extendendi ratione,quam nunc probat, præci
pit,vt brachium rei cuipiam hæreat,quam ipſe vocat ἔρεδρον,hoc eſt, huiuſmodi quidpiam, cui
firmiter inſideat,ſcorteis puluinis ſubiectis: deinde ab imo humero iuxta cubiti articulum graue F
aliquod corpus ſuſpendatur,quæ pondera ῥαβδίον nuncupauit:hæc ſunt, quibus vti cōſueumus,
ex ferro ære,aut plumbo confectis. præterea lorum molle,latum,vel habena valida imo hume-
ro circundetur,vnde pondera ſuſpendantur.

4 Debet autem Medicus curare,ſtans altero pede ſuper quapiam ſublimiori collocato:componere au tem os prominentioribus palmarum partibus:facilè autem componitur:ea enim extendendi ratio opti ma eſt,ſi quis conuenienter ipſam adhibeat: poſt faſcias injcere à fractura orſus:reliqua verò omnia, ut antea iußus eſt,exequi,eadem q̄ de homine requirere:tum ex ijſdem indicijs intelligere,moderata necne ſint:ac tertio quoque die ſoluere,& rurſus deligare,arctius q̄ adſtringere.

Sect. 1. t.18. 71.203.C

Eligit hunc Chirurgici habitum tanquam firmiorem. idem in opere de officina medici præce
pit,cum inquit." Stantem verò oportet pariter ambobus pedibus bene inſidere, ſed agere altero
inſiſtentem,at non eius partis,cuius manus agit.]

5 Dein ſeptimo aut nono die ferulas alligare: quòd ſi uereatur,ne rectè oſſa concurrerint;interea ſol uere,dirigens q̄ rurſus deuincire.

Quòd in ſuperioribus,quà de brachio,ſupplendū eſſe exiſtimaui, idē nunc exiſtimo,ſcilicet,
quum oīa cōmodè reſpondeant,eo tēpore ferulas imponēdas eſſe.Verū,vbi de" brachio egit, ſe G A.l.4. f.5.
ptima die ſimpliciter iuſſit ferulas circūdari: in ſermone verò de humero,conjunctionē, quā di- t.3 c.9. fo.
ſiungentē appellamus,vſurpauit.ait.n.ſeptimo aut nono die ferula alligare eo q̄ in humero ob 489.b
muſculorum,quibus continetur magnitudinem,quæ circa fracturam ſunt,diuturniori tempore
ex toto gracilia fiant,laxaque.vbi verò talia eſſent,oſtendimus opportunè tūc ad ferulas veniri.

*6 Humeri" os ferè quadraginta diebus conferuet:quos ubi exceſſerit,ſoluere oportet & pauciores fa- A.ibidem.
ſcias dare leuius q̄ arctatas:ac diutius vti victu magis exquiſito,quàm ante:intueri autem manus tu morem,& vires.*

Cōferuere,quod κρατύνεσθαι dixit,intelligit,vbi fracti oſſis partes callo firmātur,vt in ſuperiori-
bus ēt,quà brachio.Quo aūt grandius eſt humeri os,eo longiori tpe per callum glutinatur. Re-
liqua omnia,ex ijs,quæ dicta ſunt de brachio,plana ſunt. nulla igitur opus eſt explanatione.

*7 Illud etiam ignorare non oportet,quòd humerus natura ab exteriori parte gibbus eſt,& peruerti facilè ſolet,vbi male curetur.Quin & alia oſſa omnia,quæ naturaliter aliqua parte gibba ſunt.vbi cō-
minuta curantur,facilè ab ea peruertuntur.Ergo,vbi tale quidpiam timetur,lata faſcia humerū exci piens in orbem circa pectus agatur:&,quum quieſcere humerum oporteat,pannus multiplex implici- H
tus inter cubitum & latus ſubijciatur,vel quidpiam huius generis aliud. hac enim via os gibbum diri getur.Eſt autem cauendum,ne nimis in interiorem partem conuertatur.*

Quæ in ſermone de humero vſq; ad finem ſcribuntur,omnia clara ſunt. namque ipſe cauſam
exponit,cur in exteriorem partem conuertatur,& quo pacto in contrariam coactum dirigi de-
beat,iuſſit autem,vt multiplex pannus inter latus & cubitum demitteretur,ne humerus attingat
latus,ſed in medio ſpatium ſit,quo compulſus habena ad pectus adducente minimè deprauetur,
quum natura in exteriorem partem ſpectans ad interiorem conuerſus dirigitur.

De Ossibvs Pedis, et Manvs.

8 Pes hominis ex multis minutis q̄ oßibus conſtat,quemadmodum & manus.

Similitudinem quandam habent inter ſe totius cruris & brachij partes: qualis enim eſt hu-
merus in brachio, tale eſt in crure femur: quale item in brachio eſt id, quod eſt inter cubitum
& manum

A & manum,tale in crure id,quod inter genu eſt & pedem:reliqua verò pars,ſcilicet manus, pedi reſpondet.Cæterum manus apud græcos proprium nomen nõ inuenit diſtinctũ à toto brachio, ſicut pes,qui nomen habet diſtinctum à toto crure.quare Hippocrates meritò pedem ſimpliciter,πόδα vocauit, ἄκρον vocabulo non adiecto:manum verò non vno verbo expreſſit,ſed χεῖρα dixit,quod brachium ſignificat. ἄκραν adijciens,quo extremum notatur. Sed ſatis dixi de vſu nominum,venio ad res.Iis,quæ ſuperius tractauit,proximus erat ſermo de manu. ipſe verò non tãtum agit de hac,ſed etiã de pede,ſermonemque de ipſo dilatat,q̃ maiorem diligentiam requirat. Dicit ergo vtramque partem ex multis minutisq; oſſibus conſtare. nos aũt adiũgimus [& duris] quandoquidem medulla carent,caua minimum ſunt, & à lapillis paruis non abhorrent. Simile igitur eſt totum brachium toti cruri,atque itidem vnius extremum extremo alterius. qualis.n.in manu primæ palmæ pars eſt,tale eſt in pede id,qđ inter talos eſt & plantã: tũ qualis in manu palma,talis plãta in pede eſt:ſimilitudo aũt,q̃ inter digitos eſt,vel me tacẽte,clara eſt. præter hæc in
B pede ſunt oſſa iuxta calcẽ,atq; idcirco de pede plura verba facit,q̃ de manu,q̃ quidẽ pes hẽt,communia quoq; ipſius manus primũ enarrat,deinde illa ſubdit,quæ ꝓpriè ad pedem pertinent. Primã igitur palmæ partẽ cõplent octo oſſa,palmã quatuor. at ſinguli digiti ternis oſſibus cõtinentur,vt in vniuerſum oſſa manus ſeptẽ ſint & viginti. ſed in pede quatuordecim ſunt oſſa digitorum: nã magnus digitus ex binis cõſtat,plãta ex quinis. Quocirca in vtraq; parte ſunt decem & nouem. Totidem in manu palmam & digitos explent,quum plãta vno oſſe palmã excedat:ac digiti manus,pedis digitos æquè vno oſſe exuperẽt. quocirca,ſi vtraq; pars ad vtrãq; cõferatur,idẽ erit oſſiũ numerus.Reſtãt in manu oſſa octo,quæ primam palmæ partẽ cõſtituunt:in pede aũt ea pars,quæ inter talos & plantã ſita eſt,cũ calce ac talo,quæ oĩa oſſibus octo cõtinẽtur. Calcis aũt os,oĩum,quæ in vtriuſq; extremitate ſunt, maximũ,ſuſtinet talũ & crus,ac propè corpus fert vniuerſum,vbi ſtamus:à priori aũt parte cõmittitur cũ oſſe,quod à cubi ſimilitudine κυβοειδὲς appellatur:perinde atq; tali caput,cũ eo oſſe,quod, quia ſcapham repræſentat, σκαφοειδὲς dicitur. cum vtroque horum iunguntur alia oſſa,quæ partem potiſſimum inter talos & plantam explent. Si quis aũt velit talum extremo cruri reddere,idem erit oſſium numerus in vtriuſq: mẽbri extremi
C tate,ita,vt docendi modo,non natura ipſa rerum inter ſe diſcrepent,qui viginti ſex,oſſa pedis eſſe affirmant.erunt enim viginti ſeptem, vbi talus non annumeretur cruris oſſibus,ſed ſine hoc viginti ſex.Rectè igitur ſcribit [pes hominis ex multis minutisq; oſſibus conſtat,quemadmodum & manus].agit enim cum ijs,qui prima elementa didicerunt, & incidendis corporibus operam dederunt,in memoriam reuocans,quæ perceperunt ad hunc locum facientia.quum non ſolum ſcire conueniat propoſitarum partium vtramque ex multis duris, minutiſque oſſibus conſtare,ſed meminiſſe etiam habitus & magnitudinis ſingulorum & qua ratione cũ proximis connectantur; quod θέσιν, id eſt poſitionem vocant, vt,vbi aliquod ex oſſibus,quæ his partibus ſita ſunt,ſuo loco mouetur,prompte reſtituamus.

9 *Oſſa hæc ferè non rumpuntur,niſi acuta vel graui quapiam re carnoſæ partes vulnerentur. De vulneratis autem dicemus,vbi vlcerum curationem perſequemur.*

Carnoſas partes κρῶτα nuncupauit,quo vocabulo vocant Iones, quidquid in noſtro corpore carnoſum eſt. cuius generis præcipuè ſunt,cutis,& muſculi,tum viſcera. oſſa verò cartilaginem & ligamenta κρωτὸς vocabulo non ſignificant. Ad hoc etiam exemplum videtur vſurpari ab Ho
D mero,quum cutem κρῶτα vocat his verſibus:

Αἰεὶ τῶν ἔσαν κρῶς ἔμπλοος, ἠ καὶ ἀρείων.
Ὄσσαν μὴ κλαίουσα κατὰ κρῶτα καλὸν ἰώπης. Et iterum,

Propoſitarum igitur partium oſſa ait ferè non perfringi ſine vlcere. Illud enim [niſi carnoſæ partes vulnerentur]idem ſibi vult,quod ſine vlcere]. nihil autem intereſt,quod ad hunc locũ attinet,vlcusne an vulnus nominẽt. atqui carnoſa pars extremis mẽbris minima eſt,plurima autẽ in humero & femore.Ea igitur tota facilè læditur,vbi extrinſecũ aliquid ſuper manum vel pedem incidat,qđ frangere aliq̃d poſſit ex ipſorum oſſibus. Abrumpitur aũt os quatuor de cauſis maximè generalibus. ſuper ipſum.n.vehementi impetu incidit aut aliquid cõterẽdi vim habẽs,quod planè neceſſe eſt natura durum eſſe,& mole nõ exiguũ:aut aliq̃d,quod non tm̃ cutem, & quæ inter cutem ſunt & oſſa,ſed hæc quoq; ſecare poſſit, quẽ morbum Hippocrates in libro de vulneribus capitis ἕδραν appellat: nonnulli ẽt ob ſaltum ex altiori loco fregerunt tibiæ vel femoris os, q̃ ſicciora his eſſent,& nõ ita denſa: videmus itẽ in palæſtra comminui os κατὰ περίκλασιν hoc eſt, vbi tibia vna cum ſura perfringitur,& præter fracturã,vulnus quoq; magnum accedit, atq; oſſa nudãtur,quod fracturæ genus accidit, cum luctãtis membrum cruri ipſi tranſuerſum ſubijcitur, atque vtrunque eius extremũ,tam quod à genu,q̃ quod à pede eſt,deorſum verſus cogitur. Euenit huiuſmodi tale lignis,quæ nos de induſtria rumpimus. impoſita enim ſuper vtrunque femur obliqua,& manibus ab vtroque extremo in inferiorem partem coacta effringi media uidemus.

Quemadmodum



Queadmodum igitur neq; magnum lignũ; E
neque validum,ſed parum & infirmum,hac ratione frangitur,ita,cum os infirmũ natura fuerit,medium ſub propoſitis palæſtræ generibus perrumpitur. At oſſa, quibus extrema mẽbra cõtinentur,ſub huiuſmodi palæſtræ generibus ſiue ex ſuperiori loco ſaltantes deorſum ferantur,& in terram incidant,ſive pes vehementer cõuellatur,non facile rumpuntur.his enim ictibus franguntur ligamẽta oſſium magis, q̃ ipſa oſſa.cuius cauſa eſt,eorum non tam exiguitas, q̃ durities.ſed neque externa,quum magna vi ſuper incidunt,poſſunt hæc oſſa facile perfringere,niſi duriora illis ſint,& grandia.at quod tale eſt,neque carnem inuiolatam relinquit, quemadmodum nec ictus ab acuta re:nam & hic priuſquam attingat oſſa, quæ ipſis ſuperiniecta ſunt diſcutit.quare merito dixit oſſa hæc fere non abrumpi ſine vlcere.Sed qm̃ in ſequentibus ſeorſum F
de fracturis aget,quibus carnis quoque vulnus accedit,hæc ad eum huius libri locum reſeruauit.

10 Siquis erũpat ex digitorũ articulis,vel aliud quidpiã ex ijs oſſibus,quibus continetur pars pedis, quę inter talos & plantam eſt,compellere ſingula in ſuam ſedem oportet,quemadmodum in manu.

Quod ait [quemadmodum in manu] accipiendum eſt,nõ quaſi aliquid prefatus ſit de oſſibus quæ in manu ſita ſunt,ſed quaſi ita ſcripſerit,ſingula oſſa pedis in ſuã ſedẽ cõpellenda ſunt:id, qd̃ etiã fieri dẽt in manu.Cõpellere autẽ Hippocrates dixit ἀναγκάζειν, vel, vt alia exẽpla habent, κατὰ ἀναγκάζειν, quod idẽ ſibi vult,ac ſi dicat,os ſuo loco motũ reſtituere.mouetur aũt,vbi ligamẽta,per quæ cũ proximis annectitur,abrũpuntur.non tñ abrũpuntur oĩa ligamenta, quæ prolapſum os in orbem comprehendunt,rarò.n.id ex toto accidit.in quo caſu os,quod ita læditur,ſuam ſedem relinquens ad cutem prorumpit,præſertim quibus ea laxior eſt,ita,vt oſſi,q̃ prolabitur, parũ renitatur.ea verò de cauſa fere nõ ſolet os,q̃ mouetur,in inferiorẽ partẽ pedis excidere,q̃a cutis, q̃ pedi ſubiecta eſt (ἶχνος græce dicit) craſſa eſt & dura.adde,q̃,quæ pedẽ feriũt,plerunq; a ſuperiori parte ſup ipſum cadũt.Ergo hac vna via os,q̃ ſuo loco mouetut inferiorẽ partẽ excidet,ſ.quũ ex ſuperiori loco quis ſaltauerit ſuper rẽ aliquã,q̃ eminẽtias habeat admodũ aſperas acutasve.Quæcunq; igitur vndiq; prorſus reſoluta ſunt,vbi ſua ſede mota in ſuperiorẽ vel inferiorẽ pedis regio G
nẽ veniunt,ægre reconduntur:ſiquando aũt (quod raro accidit) recõdantur,ſemper magno negocio in ſua ſede ſeruantur.nanque,vbi os rurſus vehementer moueatur,nihil erit, quod ipſum cõtineat,vtpote ſolutum ligamentis,quibus alligabatur:quæ ſi nõ fuerit ex toto abrupta,ſed aliqua ex parte integra,ſicut euenit,quibus procidere ſolet,diſtendentes totum pedem vrgebimus.

11 Tum cerato mederi pannis,faſcijs q̃, non ſecus atque vbi frangitur,excepto quod omittendæ ferulæ ſunt:eodemque modo adſtringere,ac tertio quoque die alligare.Is autem,qui deuincitur,ſimiliter atq; in fracturis,adſtringi ſe reſpondeat,vel laxari.

Qualem curationem ad fracturas tradidit,talem nunc ad oſſa,quæ extremis membris mouentur,præcipit adhiberi.Primo,ſiquidem extendere conuenit,ad hoc,vt oſſa,quæ prolapſa ſunt, in ſuam ſedem compellantur.tum,vbi repoſita fuerint,deuincire, conſilio ad idem directo:propoſitum enim eſt membrum ab inflammatione tueri,& ſub linteis adſtringere,continereque os, qd̃ reſtitutum eſt.In ſuperioribus autem oſtenſum eſt hæc nullo modo recte fieri poſſe,niſi ſanguis, qui in affecta ſede ſubſiſtit,ad ſummum atque imum membrum depellatur:prohibeaturque,quo minus alter concurrat.Hæc itaque,ſi in memoria habeamus,ſpectantes,vniuerſam vinciendi rationem fracturis idoneam inueniemus,quam hic vtendam dixit,niſi quod ferulæ non debent cir H
cundari,quandoquidem loci natura eas non patiatur.nam partes quibus ferulæ iniiciendæ ſunt, æque planæ eſſe debent,cuiuſmodi non eſt ea pars pedis,quæ inter talos & plantam ſita eſt.

12 Omnia hęc viginti diebus perfecte ad ſanitatem perducuntur,niſi,quæ cum cruris oſſibus iunguntur,vel ex eius regione ſita ſunt.Interim vero iacere conuenit,non tamen id ſuſtinẽt,qui morbum parũ faciunt,ſed ingrediuntur priuſquam conualeſcant:eoq̃ fit,vt plerique non bene ſanentur, ſed ſubinde languoris ſenſu aliquo tenentur,atque id quidem non iniuria.Ferunt enim pedes onus corporis totius.Vbi ergo non dum conualuerunt,ſi inambulant,articuli,qui moti ſunt,male confirmantur, atque hac de cauſa ſubinde oſſa dolent,quæ cruri iunguntur.Porro quæ cruris oſſibus iunguntur,cæteris maiora ſunt,& cum mouentur,longiori tempore confirmantur,ſed medendi ratio eadem eſt.

Cruris oſſa intelligit tam ſuram, q̃ tibiam.volens aũt ſignificare è regione, κατ' ἴξιν dixit,quam loquutionem ſæpius variisque in locis vſurpauit. ſed & paulo inferius eadem ter ex ordine vtitur,de crure pertractans,quũ ait," Femoris enim caput ſuperius corpus fert.id aũt ab interiori cruris parte ſitum eſt,at non ab exteriori,ſed e regione tibiæ, tum quia pars altera corporis e regione huc

' Sect. 2. t. 65. 240. a

A ne huc propius accedit, q̃ ad exterius os. adde ꝙ os interius plenius est, q̃ exterius, non secus atque in brachio, vbi os, quod è regione minimum digitum spectat, tenuius est, & longius.

13 Plurimis autem fascijs, plurimis q́ pannis vtendum est.

Vt ossa, quæ reposita sunt, suo loco maneant, solent tum fasciæ, tum panni circundari, præsertimque, cum loci inæqualitas alligari ferulas non sinit.

14 Fere autem hinc atque hinc vincire conuenit, adstringere q́, sicut cætera omnia, ea parte potissimum, qua os prolapsum est, primum q́ ibi fascias circumagere.

In prioribus imperauit, vbi fractum os in aliquam partem conuertatur, si ad dextram inclinet, vt ad sinistram adducatur: si ad hanc spectat, vrgeatur ad dextram. At vbi alligare pedē oportet, in neutram partem debet vinculum inclinari, quùm ossa, quæ sua sede excidunt, non ad latera, sed ad superiorem vel inferiorem partem conuertantur.

B *15 Quotiescunque vinculum soluitur, multa aqua calida fouendum. In omnibus autē, qui iuxta articulos sunt, affectibus liberaliter calida aqua perfundenda est. Quod ad laxandum uel adstringendū pertinet, ijsdem temporibus eadem indicia se ostendant, quæ in superioribus: resoluere item, & rursus deligare similiter expedit. Hi autem quadraginta diebus ex toto conualescunt, præsertim, si iacere sustinent: sin minus, in eadem mala incidunt, quę superius posita sunt, atque etiamnum grauiora.*

Quùm leniendus dolor est, & corpora, quæ adstricta sunt, laxanda, tunc præcipit, vt multa calida aqua perfundatur. id potissimum accidit in affectibus articulorū, quum hæ partes ossibus magis & neruis contineantur. Cōprimuntur igitur cum inflammatione, & magis dolorem sentiūt, ꝙ magis neruosæ sint. Appellauit autem affectus σίνεα, quoniam affici σινεσθαι dicit.

De Calce.

A.1.4.f.5. t.3.a. 18.f. 490.b

16 Quicunque ex superiori loco saltantes, calci vehementer insistunt, his ossa diducuntur: venæ sanguinem effundunt, carne circa os attrita: tumor magnus oritur, & dolor. Hoc enim os exiguum non est,

C *extat q́ è regione sub tibia.*

Ἐκχυμοῦσθαι dixit venas, significare volens effundere succū, quem continent, nempe sanguinē, quod fit, quùm colliditur earum tunica. corpora enim, quæ colliduntur, naturalem vnitatē amittunt, quum pluribus exiguisq; partibus diuellantur, quibus sanguis suffunditur. Hunc igitur effusum sanguinem recipiunt loca, quæ venam cingunt: quibus non seruatur, qualis recipitur, tēpore siquidem nigrescit, perinde atque vbi extra corpus effusus diu manet: concrescit insuper: quam rem græci θρόμβωσιν appellant. hinc factum est, vt sanguis propterea, ꝙ cōcrescat, θρομβὸς iam, & dicatur, & sit, prius autem nigrescit, deinde redditur admodum putris. Atqui non possunt grauissima hæc accidere sanguini, qui a venis in corpore funditur. namque, vbi natura vincit, hunc nō secus mutat, atque alium, qui inflammatione suppurante continetur, vertitque in pus. Ad hoc autem, vt partium natura sanguinem superet, duo obseruanda sunt, alterum, ne inflammatio cor pori superueniat, id qua ratione fiat, supra habuimus: alterum, vt sanguis, qui effusus est, repellatur. In hæc itaque incumbens Hippocrates, omnia, quæ subijciuntur, præcepta sigillatim tradit. Diducuntur (inquit) ossa his, qui ita saltant, abruptis nimirum ligamentis, quibus ipsa nectebantur, sicut paulo supra de ea parte, quæ inter talos & plantam est, dicebamus. iungitur autem

D cum calce à superiori parte talus: à priori id os, quod à cubi similitudine græcè κυβοειδὲς vocatur: sicuti cum talo à priori parte id ossis committitur, quod à scaphæ similitudine σκαφοειδὲς græcè nominatur: cum vtroque autem horum, scilicet cum eo quod cubum, & cum eo quod scapham refert, quatuor ossa, quæ inter talos & plantam sunt, committuntur, omnia autem hæc ossa tā manus, quàm pedis, in commentario de ossibus exposita sunt.

17 Coniungitur item venis & neruis grandioribus, posterior q́ chorda huic ossi innectitur. Hos igitur curare oportet cerato, pannis, fascijs q́: ad hæc calidam aquam largè infundere. fasciarum q́ numerum augere, tum alijs vti optimis præsidijs ac maximè lenibus.

Coniungitur, inquit, os calcis neruis quos nominat ἐπικαίρους, id est grandiores, tum venis nō paruis. Innectitur item huic ossi posterior chorda, quæ diducitur à musculis, qui siti sunt in parte cruris, quæ carnosa à posteriori parte prominet. De his autem abundè diximus, tam in eo libro, qui de corporum, quàm in eo, qui de musculorum incidēdorum ratione est. ea autem tenere ad vnguem debet, qui assequi vult, quæ nunc ab Hippocrate traduntur.

18 Quòd si cutis, quæ calcem tegit, naturaliter tenera est, relinquenda est, quomodo se habet: sin dura & crassa, qualis in quibusdam conspicitur, æqualiter succidenda est, atque extenuanda, non tamen vulneranda.

Propositis vitijs circa calcem atq; adiunctas partes periculum est, ne ingens dolor atq; inflam

matio

matio non modica ſuperueniat. huiuſmodi.n. partes oſſibus continẽtur non quibuslibet ſed val E
de minutis inter ſe commiſſis, ita, vt vel leuis inflammatio magnum dolorem poſſit comprimen
do excitare. chordæ verò quà calci a poſteriore parte innectitur, cum grandior ſit, vbi inflãmatur
periculum erit, ne neruorũ diſtentio ſuperueniat. quin & cum hac parte iunguntur multi nerui, q̃
oſſa contingunt, quod in libro de incidendis neruis oſtendimus. Reliqua igitur vniuerſa curatio
diligẽtem animaduerſionem requirit, & quod ad victum tenuem pertinet, & quod ad modũ cali
dę aquæ perfundẽdæ. ſed cutis, quæ pedi ſubiecta eſt (ἶχνος græce dicitur) incidenda eſt magna cũ
moderatione. vbi dura eſt, altitudo plagæ debet duritiei altitudinem æquare. occaleſcit. n. quibuſ-
dam, ita, vt ne paululum quidem ſanguinis fundat, niſi ſcalpellus alte admodum demittatur. Illa
igitur ſecanda eſt, quæ ſanguinẽ non fundit: quæ verò ſtatim cruentatur, relinquenda eſt, nam, ſi
ſecetur, dolet. At neque in illa, quæ dura eſt, quouis modo, ſed æqualiter, incidere conuenit id, q̃
ex ipſa cute durum eſt. ſpectare aũt tria debet qui æqualiter incidit, primò longitudinem ſectio-
nis, deinde altitudinem, tertio interuallũ. ſectiones aũt æque lõgæ atque altæ ſint, oportet, & æq;
inter ſe diſtantes, vt vniuerſa cutis, quæ pedi ſubiecta ſine tormento, inflãmationis tempore ſimi-
liter diſtendatur. Conſtat aũt omnem inflammationem diſtendere, quodq; diſtenditur dolere, at
que idcirco inflammationẽ augeri, & neruorum diſtentionẽ excitari. Quemadmodum igitur li-
beralis aquæ calidæ perfuſio, cui oleum copioſe ſit adiectum, ſaluberrima eſt, ita ẽt ſecandam cu- F
tem duxit ſcalpello eatenus alte demiſſo, vt hæc minime cruentetur. Vtiliter autem excogitauit
huiuſmodi ſectionem, quando quidem in aliis partibus, vbi vehementer inflammantur, cogimur
cutem ſcalpello exaſperare, partim educentes aliquid eius ſanguinis, qui in inflammatione ſupe-
rat: partim expirationem efficientes: partim laxantes, quæ ſub inflammatione diſtendebantur. At
in pede inflammatione nondum orta, feſtinabimus ad cutem incidendam, eo quod duriſſima ſit.
vbi vero talis eſt, nequit ſub inflammatione amplius extendi. quamobrem dolebit hæc, & vehe-
mentiſſime premet intentione quadã proximas partes, præcipueque latam chordam, quæ illi iũ-
cta eſt, cuiusq; initiũ eſt ex fine vnius ex muſculis ſitis in poſteriori parte cruris, quæ carnoſa pro
minet. Igitur, vbi hæc dolore atq; inflãmatione tentetur, periculũ eſt, ne totus muſculus eadẽ ſen
tiat. id ſi accidat, neruorũ diſtentionẽ ſequi veriſimile eſt. Ob hæc itaq; oĩa cutẽ, q̃ ſub pede eſt, ſe-
care, vt dictũ eſt, cõuenit: deinceps, vt retulit, extenuare, hoc eſt, tenuẽ reddere. id aũt fiet, ſi mol-
liat ipſius durities, & multitudo exhauriat. Ad hæc ambo valet oleũ, & aqua calida, ſi copioſe in-
fundatur, a perfuſione verò, priusq̃ vinculum detur, olei, qđ nullã adſtringẽdi vim hẽat, inũctio

19 *Hæc bene allegare non cuiuſuis eſt. Nam ſi quis vinciat eo modo, quo cætera circa talos vinciũtur* G
faſcia modo ad pedem lata, modo ad ipſam chordam, circumactæ faſciæ compreſſio, calcem, qua ictus
fuit, expellit.

Dictionẽ benè [ἀγαθῶς] dixit pro καλῶς. i. pulcre ſæpe. n. ab aliis veteribus ita vſurpatur. præci
pit autẽ vt vitia, quæ circa calcem ſunt, vinciantur ea ratione, qua fracturæ, eos reprehendens, q̃
eo modo deligant, quo deligare ſæpius conſueuimus, vt medicamenta, ſeu cataplaſmata, ſeu quæ
dam ex perfuſione, madentia, ea parte teneantur. Vinciendi modus, quem damnat, ſic ſe habet.

A Initium faſciæ.
B Decuſſatio ad literæ x figuram.
C Circumuolutio iuxta malleolum



Faſcia ab altera parte talorum orſa, obliqua fer
tur à priori parte extremi cruris, qua talus extat,
quem ἀστράγαλον vocant: inde tranſuerſa ſub pede
demittitur: eoque circundato vſque ad cõtrariam
partem obliqua rurſus infernè ſurſum procedit ad
priorem partem tali, eique iniicitur, quemadmo-
dũ ante. At ubi ita circumeat, neceſſe eſt in priori
parte pedis ſibi occurrat, & X, literã repræſentet:
inde in orbem circa talos data eo redeat, vnde in- H
cepit: ſic autẽ iterum circumagitur, ita, vt eodẽ re
uertatur: tertióque ſimiliter voluta rurſus ad ſuũ
initiũ redit, atque inde rurſus circa talos porrigi-
tur. Verum alii, vbi tranſuerſam ſub pede faſciam
dederunt, nõ protinus obliquam ſurſum attrahũt
ad talos, ſed ante per ſuperiorem partem pedis in
orbem ipſam adducũt: quemadmodum alii in or
bem circa talos, ſic, vt obliqui circuitus ab ijs, qui
in orbem ſunt, comprehendantur. Hæ quidem
vinciẽdi rationes vſitatę ſunt, vbi muſculi ſint, ſed
ad propoſita vitia minime accommodãtur, quod
ante faſcias nihil ibi imponatur, quod illis conti-
nendum ſit: neq; calx vitio vacet, ſicut in eo caſu,

A Initium faſciæ.
B Orbicularis circũuolutio circa plãtã.
C Decuſſatio ad literæ x figuram.
D Circumuolutio iuxta malleolum.



qui

A qui illas requirit, sed primò læsus sit. quare proposita vinciendi ratio, quum ad calcem sanguinẽ exprimat, ipsum expellit. at contrarium fieri debet, sanguis enim à calce ad partes, quæ iuxta sunt, per vinculum expellendus est: quam rem ea duntaxat vinciendi ratio præstat, quæ ad fracturas pertinet, quam supra demonstrauit. Eadem igitur nunc vtitur.

20 Atque hoc pacto periculum est, ne os calcis corrumpatur.

Corrumpatur dixit σφακελίσαι, nam quùm pars ex toto corrumpitur, veteres dicere id vitium solent σφάκελον, quod vbi carnosis partibus accidit, alijs nominibus appellant. Vocat item Hippocrates carnem, quæ putrescit, σαπρὰν, μυδῶσαν, σηπομένην, atque alijs etiam num vocabulis. At vbi os ex toto corrumpitur, σφάκελον vsurpat: quod uitium ossibus accidit, vbi à superiecta carne pernicioſa sanies profluit, quæ hæc ipsa irrigando corrumpit.

21 Quod vbi corrumpitur, morbus æuum durat.

B Apertius dixisset totam ætatem hominis. Habet autem ipsius oratio hanc mentem. si quando calx corrumpatur casus curationem non recipit, quodque ex eo sequitur malum, totam ætatem hominis durat.

22 Nam alioquin, vbi calx hoc modo non corrumpitur, sed quòd nigrescat, quia dum homo iacet, negligenter habitus sit: vel quia crus iam diu graue vulnus acceperit, quod calx etiam sensit: vel vitiati femoris, aut alterius affectus causa, diu iacuerit: diuturna tamen res est, & molesta. Tum subinde recrudescit, nisi summa diligentia, & longa quiete attendatur. Quare quæcunque hoc modo corrumpũtur, præter aliam noxam, corpori summum quoque periculum afferunt.

Calcis os (inquit) non modo ex propositis affectibus uitiari solet, sed ex eo, ꝙ calx diu iacuerit (quam rem ὑπτιασμὸν dixit) nigrescit sæpe, quando negligenter fuerit collocatus. id autem euenit, ubi super qu apiam re dura continetur, neque subinde attollitur: sed ijs, quæ subiecta sunt, continenter calefit, premiturque. Quocirca attollendus est, mutãdusque orbiculus ex lana molli, quem nonnulli ex græcis πῶμον dicunt, eius autem cauum respondere debet magnitudini calC cis. quo orbiculo ita calx fulcitur, ut imum eius attollatur, ne comprimatur, ne incalescat, ne expirare prohibeatur.

23 Sequuntur enim febres acutæ admodum, continentes q̃, cum tremore, singultu, mentis alienatione, quæ paucis diebus hominem præcipitant.

Hæc fieri inquit, ubi calx corrumpitur, non ea de causa, quia os alienatur: ipsum enim, si per se circunscribatur, nullam superiorum partium afficit: sed quia ad partes, quæ ipsum cingunt, ipsiq; alligantur, eius uitium pertinet, idcirco superiores quoque corporis partes læduntur. Chorda igitur, quæ calci innectitur, ubi inflammatione teneatur, musculos quidem posterioris partis cruris, quæ carnosa prominet, propter consortium afficiet, quùm ab ipsis oriatur. quibus musculis affectis, nerui, qui per eos distribuuntur, promptè lædentur, quemadmodum, & arteriæ, per quas cor noxam sentit, sicut per neruos cerebrum. Sed quoniam cor innati caloris fons est: cerebrum uerò per se rationis domicilium habet, & per musculos partes mouet motu, quem uoluntarium dicunt: consequens est, ut propter cor febris oriatur: mentis alienatio, propter cerebrum: tremor, neruorumque distentio, propter musculos: singultus, propter stomachum, qui
D plurimum neruosus est.

24 His accedunt, venarum sanguinem fundentium liuor, nausea, gangræna. Causa compressio est. Possunt hæc alioquin incidere etiam si nihil corrumpatur. Hactenus de ijs, quæ superueniẽt, vbi ictus vehemens admodum fuerit. Pleraque tamen leuiter colliduntur, neque ita magnum studium & diligentiam exigunt, sed curari nihilo minus rectè debent. Quòd si casus videatur asperior, fulcire oportet aliaq; efficere, quę proposui.

Sanguinem fundentes intellexit uenas grandiores, quando quidem his diuisis sanguis effunditur: quod exiguis uenis non accidit, parum enim ab his sanguinis profluit, celeriterque citra noxam in oris plagæ concrescit. Nauseæ nomen duxit à nauseantibus, atque ea de causa uomẽtibus, quam appellauit ναυσίωσιν, cum Ionęs ναυτίαν, ideſt nauseam, sic appellent. ac ferè, quod antè dixit χυμώσεις, uocat nunc ναυσιώσεις, ubi uenæ sanguinem expuunt, & quasi uomunt: oppressæ tum sua imbecillitate, quam inflammatio attulit: tum multo uitioſoque sanguine, quam constat sub huiusmodi affectibus uitiari. Gangræna uocauit, quum uenæ ex ingenti inflammatione emoriuntur. Quorum omnium causam esse affirmat alienam uinciendi rationem, quæ duplex caput habet, unum, quòd calcem non comprehendit, sed nudum relinquit: alterum, quòd partes, quas complectitur, arctius adstringit. Diligentiam expressit uocabulo μελέτης: sic enim ab Ionibus appellari solet, & ab ipso sæpius nominatur.

Fasciamq;

25 *Fasciamque maxima ex parte ad calcem dare, & modo circa extremum pedem, modo circa medium, modo etiam circa crus obuoluere: tum, quæ his proxima sunt, hinc atque hinc omnia comprehendere: quemadmodum supra ostensum est, neque arcte admodum alligare.* E

Vinciendi rationem probat contrariam illi, quam supra damnauit, quæque apud multos in vsu est, sub qua sanguis ex aliis partibus pedis ad calcem transmittitur. debemus enim superantes succos è calce ad alias partes depellere, hunc vincientes, quomodo supra ad fracturas docuit, fasciamque maxima ex parte ipsi obuoluentes, non tamen nimis arctantes.

26 *Sed linteorum numerum augere.*

In superioribus etiam indicauimus Hippocratem velle, vt vinculi firmitatem vel fasciarum numero moliamur, vel arctius adstringendo.

27 *Præstat veratrum eodem die epotum, vel certe posteriori. Præterea tertio die resoluere, & rursus deligare.*

Veratrum potui præstat, non eo nomine tantum, vt quæ supersunt, purget, sed & in aliam par F
tem auertat. constat autem dari ab Hippocrate album, quod vomitum excitat, & à toto corpore materiam in ventriculum auocat, priusquam ad intestinorum sinus deducatur. quod autem albū intelligi debeat, plane licet ex sequentibus colligere. Inquit enim [sed si homo vacat febre, per superiora conuenit purgare sicut dictum est.] Quod igitur ea, quæ superant, vtiliter educantur: qđque ad contrariam partem, atque affecta est, materiam depellere magnum momentum habeat, euidentissimè apparet: at num albo veratro moliri id expediat, nondum est manifestum, strangulare enim interdum solet, vbi redundat in corpore glutinosus succus, aut crassus. quocirca hic pri⁹ dissipari debet victu extenuandi vim habente, de quo totum librum composuimus. Fallacissimū ergo est veratrum dare, antequam corpus victu præparetur, quum sæpius non facile sit, vt quales corpori supersint succi, dignoscantur. Hippocratis sæculo veratrum album fortasse tuto sumebatur ob rationem victus eorum hominum, qui curabantur: qui vitæ genus non ociosum sequebā tur aut intemperans, sed laboriosum, pauciſque alimentis erant contenti, sic, vt crassos succos nulla ratione contraherent. neque enim nos latet fieri hos, cum ocio, tum abundantia. Quod si vim æstimaueris corporum eius sæculi, quam ex eiusmodi victu comparabant, magis adhuc dari veratrum permiseris, quum, quæ vomitus affert incommoda, ferre homines illi facile potuerint. G

28 *Ex eo autem intelligitur, futurum nec ne sit, vt hi affectus recrudescant. namque, vbi sanguis à venis transfusus, nigrities, & quæ his proxima sunt, subrubicunda sunt & subdura, periculum est ne recrudescant.*

Malos affectus, qui recrudescunt, vocat παλίγκοτα παθήματα, & παλιγκοταίνειν, dicit, quasi mala rursus fieri. Docet autem quibus indiciis cognoscantur propositi affectus, quando futurum est, vt rursus mali fiant: quæ indicia ad superuenientem inflammationē spectant, quam in primis cauit, ne oriretur. Quælibet igitur inflammatio rubicundiorem que cutem efficit, quorum neutrū opus est affectis partibus, mollis enim esse debet, ac subuiridis sanguis à venis transfusus: hunc enim voluit citra inflammationem suppurare. Quare, si membrum molle sit, & non rubeat, inflammationem abesse demonstrabit suppurantis sanguinis indicium erit carentia vtriusque coloris, ruboris scilicet & nigritiei. nam, vbi ruber est, inflammari: vbi ex toto niger est, neque superari neque cō coqui se à natura denunciat, sed cōcretum esse. Hoc enim ipsi accidit, vbi diutius extra venas maneat, etiam si in corpore contineatur, siquidem in eo casu nunquam in pus vertitur. Contra, si natura in corpore superet, vertitur in pus: si ea vincatur, putrescit, non secus, ac vbi extra corpus est atque adeo magis, quum in calido loco retineatur. H

29 *Sed, si homo vacat febre, uomitu purgetur, sicut dictum est: idem conuenit, si febris sit, sed non continua: vbi ea non intermittat, abstinendum à purgatione, à cibo & sorbitione: aqua potui danda, vitandum vinum, sed non ὀξυγλυκὲς.*

Purgare φαρμακεύειν dixit. consueuit enim Hippocrates vsurpare id vocabulū, nō vbi quęuis medicamenta adhibet, sed solū, vbi purgantia. Præcepit aūt, vt veratrū eodē die detur, vel posteriori, priusq̄ inflāmatio in affectis partibus oriatur, atq; homo febricitet. sed, si febris p̄uenerit, siquidē leuis est, veratro nihilominus vtitur (nos verò neq; integro homine dare veratrum audemus) si vehemens, non vtitur, sed maximam abstinentiā imperat, non cibo, non sorbitione vtens. solam potionem adhibet, neque hanc vini, quod licet nusq̄ posuisset, fugiendū esse manifestū erat. Permittit autē, vt æger ea potione vtatur, quæ dicitur ὀξυγλυκὲς, vel etiam mulsa, hæc enim potui prę stat in tenuissimo victu: & tertiū ad hæc oxymel, q̄ ex mulsa, & aceto constat: sed ὀξυγλυκὲς, fauos hēt dulcissimos maceratos, atq; incoctos, sicut etiā nunc in Hellade componitur, cuius ratio est:

Faui

A Faui expreſſo melle in ollam conijciuntur,in qua pura aqua ſit:tum inferuent,donec omnem ,pr ſus humorem in aqua poſuiſſe videantur.is autem humor reponitur,ſeruaturque,& æſtiuo tempore bibitur ad ſitim tollendam,frigida aqua dilutus. Hac ergo potione nunc vtitur Hippocrates,ſi ea non eſt,ſumere mulſam licet.ſed oxymel,vbi neruoſæ partes vitiatæ ſunt, alienum eſt, aceto enim tẽtantur:quam rem & vſus docuit,& ipſe demõſtrauit.quibus vero idoneum ſit oxymel,oſtendit in libro de ratione victus in morbis acutis, quem male nonnulli inſcribunt in Cnidias ſententias:nonnulli de ptiſana,neque etiam hi recte.

30 Sed,ſi nullum periculum eſt,ne recrudeſcant,ſanguis ſuffuſus,nigrities,proximæ partes ſubuirides ſunt,& citra duritiem.

Vis horum verborum expoſita eſt in eo ſermone,vbi inquit [nanque,vbi ſanguis à venis trãſfuſus,nigrities. & quæ his proxima ſunt,ſubrubicunda ſunt & ſubdura:periculum eſt, ne recrudeſcant].illis enim,ſ.ſubrubicundis & ſubduris,nunc opponit ſubuirides,& ſine duritie. fiunt. n. ſubuirides,vbi paulatim in pus vertũtur:duritie carent,propterea quod inflammatio non eſt admodum vehemens:id enim cauſa fuit,quamobrem effuſus ſanguis verteretur in pus.
B

31 Quod idoneum teſtimonium eſt,vbicunque ſanguis transfunditur,metuendum non eſſe,ne malum recrudeſcat.

Idoneum dixit ἀγαθὸν,quaſi certum,ſtabile,verum,perpetuum:teſtimonium poſuit pro ſigno, ſiquidem teſtis eſt,nobiſque opinionem facit eorum,quæ ab Hippocrate propoſitis verbis tradũtur.Inquit igitur poſitum indicium certum eſſe,vbi ſanguis ſuffunditur, non ſolum in calce, ſed in cæteris partibus etiam,idque iure,quum non ex partium indicatione,ſed ex ipſo ſanguine trãſfuſo intelligatur.Malus autem transfuſi ſanguinis affectus,non par affert periculum: differt enim pro natura partium,quibus ſuffunditur.Prouenit tamen periculum non ex ijs partibus, ſed ex sãguine ſuffuſo,qui in pus non vertitur.quo minus in pus vertatur,prohibet ingens inflãmatio,vel ſub aliena vinciendi ratione orta,vel ob ſuccos,qui aut copia ſui male habent, aut corrupti ſunt: quibus Hippocrates ſuccurrit purgatione per medicamenta,nos per venæ ſectionem:miramurque ipſum hac ſola contentum non fuiſſe,quum hoc præſidium nouerit,atque ad huiuſmodi caſus adhibuerit.ſiquidem in libro " de articulis inter alia,quibus opus eſſe cenſet ad coſtas colliſas, venam incidi in cubito iubet.
C

32 Sin duræ ſunt,& liuent,nigritie periclitantur.

Sanguis etiam,qui ſuper terram funditur,interdum diutius cõſeruatur,modo magis flauus fit, modo in nigriorem,modo in euidenter atrum,conuertitur.veriſſimile autem eſt ab aere, in quo cõtinetur,ſereno,nebuloſo, humido,ſicco,calido,aut frigido varie colorari.Præcipua verò cauſa varietatis colorũ cõſiſtit ĩ ipſo ſanguine, qui varius eſt,ſicut in ſingulis hominibus cõſpicitur, vel ad atram bilẽ magis,vel ad flauã ſeu pallidã,vel ad pituitam accedẽs,vel etiã aquoſus:id q illi etiã accidit in animaliũ corporibus , nanque venis transfuſus in varios colores conuertitur, & vbi à partibus,quæ ipſum continent,in pus vertatur.Meritò autẽ hoc tẽpore liuidus apparet.color. n. liuidus illis interiectus eſt,qui nigri penitus ſunt,& qui floridum colorem habent , qualis præſertim eſt rubicundus,& flauus.ſed & hic color,liuidus inquã,a colore florido recedens , ad nigrum accedit,qui apparere etiam ſolet,vbi,quæ nigra ſunt,dum ſuppurant, inalbeſcunt.Sæpe enim vi-
D dere licet,quæ nigra ſunt,quum incipiunt verti in pus,liuida ſe oſtendere: tum paulatim nigritie amiſſa ad ignis colorem accedentia,albidiora euadere,eſt enim pus cinerei coloris. Indicat ergo Hippocrates nunc diſcrimen in eo ſanguine,qui transfuſus liuidum ſe oſtendit.nam,ſi cum duritie ſic appareat,partes inflammatione tenentur:ſi ſine duritie, inflammatione vacant.quæ inflãmatione carent,naturam robuſtam demonſtrant,& ſanguinem concoquendum eſſe, & in pus vertendum : at inflammatio naturæ infirmitatem indicat, quæ ob inflammatarum partium imbecillitatem,& multitudinem mali ſucci ſubſiſtentis,transfuſum ſanguinem nec concoquere poteſt,nec in pus vertere.Sequitur itaque,vt nigreſcat & corrumpatur.

33 Pedem vero expedit ita collocare,vt reliquo corpore plerunque paulo ſublimior habeatur,ſaneſcit autem ſexaginta diebus,ſi quieſcat.

Si pes humilior ſit,ſanguis,qui ex crure ad ipſum cõfluet,inflãmationẽ excitabit:ſi ſublimior, nihil cõfluet.atq; idcirco ſublimior oĩno cõtinẽdus eſt,nõ tamẽ multo,dolet enim, ſi diutius hac rõne contineatur:quæ verò dolent,in inflammationem incidunt. Sublimiter ergo figurãdus eſt, quatenus non doleat.hoc autem cõperies,ſi tendi pedem ſentiet,vbi paulo altior contineatur.

DE

De Crvre.

E

35 *Crus binis ossibus continetur, quorum alterum altero ab vna parte multo, ab altera paulo, tenuius est.*

Verba hæc, quibus crus appellat κνήμη, eorum confirmare sententiam videntur, qui volunt πῆχυν, βραχίονα, κνήμην, μηρὸν vocari ab Hippocrate, non totum id, quod compositum ex ossibus & partibus superiectis est, sed sola ossa. At re vera ex his ipsis verbis colligitur, non hoc modo, sed illo etiam, accipi posse. quare nomina hæc, quibus vtitur, duobus modis accipere licet, sicut accipiũt, qui ea referunt, modo ad ipsa ossa tantum: modo ad ossa simul & partes, quibus ossa superconteguntur, sic κνήμη appelletur id, quod inter pedem est, & genu. Duorum autem ossium, quæ in ea parte sita sunt, alterum scilicet tibiã græce appellari κνήμην, reliquum scilicet suram, περόνην, ad hæc tibiam pleniorem esse, suram vero tenuiorem: ac mediũ, quod minime carnosum, & per vniuersam hãc partem a summo ad imum in longitudinem fertur, & in his, qui graciles sunt, conspicitur (græce ἀντικνήμιον vocatur) tibiæ partem esse, non suræ. atque alia, quæcunque ad ossa pertinentia scire licet, omnia exposuimus in libro, quem de ossibus confecimus, ad eos, qui primas institutiones addiscunt.

F

36 *Hęc ad pedem inter se iunguntnr, communemque appendicem habent.*

Communem, non debemus ita accipere, quasi continuam, atque omnino vnã, sed quasi vtriusque appendices inter se iungantur, & vnius tantum opinionem faciant. ita enim inter se conueniunt hę appendices, vt vna esse videatur. extremæ verò earũ partes rotundæ, quà carne nudãtur non recte a quibusdam talus nominatur: perpetua enim chorda talum continet ab interiori parte, qui ab hac tectus nec visu comprehenditur, nec tactu.

37 *Sed recta in crure dehiscunt.*

Dehiscunt proposita duo ossa recta in crure, hoc est, in longitudine cruris non se contingunt, neque inter se connectuntur.

38 *Adfemur autem iunguntur, & appendicem habent: appendix vero discrimen.*

In commissura genu, caput tibiæ longe crassius est, quam suræ, atque idcirco appendix tota es se tibiæ videbitur, ipsamque ab exteriori parte sura fulcit. Discrimen, quod διάφυσιν vocat, id intelligit, quod in medio extat neruosum cartilaginosumque, quod processus femoris, qui in tibia cõiiciuntur, distinguit: sed in ossibus eorum corporum, quæ iam diu mortua sunt, corrumpitur, sic, vt aliquis decipiatur, falsumque existimet, quod ab Hippocrate scribitur: iniuria quidem, quoniã in recenti cadauere id semper apparet.

G

39 *Longius autem paulo est alterum os, quod a parte minimi digiti est. Natura ossiũ cruris sic se habet.*

Quod inquit longius, ego sic scribendum censeo [longius autem paulo est alterum os à parte minimi digiti]. Quod si non hoc modo, sed illo, Hippocrates scripsisset, confirmaret prorsus tibiæ appendicem in genu communem esse vtriusque ossis, non propriam tibiæ. nam simpliciter longius esset, non ab ima parte duntaxat.

40 *Luxantur hæc modo a parte pedis: ac tunc, modo vna cum appendice ossa ambo, modo appendix tantum mouetur, modo alterum os.*

Putant medicorum aliqui verbum ἐξαρθρεῖν vsurpari ad ea ossa significãda, quę toto loco mota sunt, sed ἐλισθαίνειν (quo verbo [luxantur] expressit) ad ea, quæ paululum, non tamen ex toto, naturali sede excesserunt. Verum hi non videntur legisse librum de articulis, vbi initio protinus ait, "Articulum, qui cum lato scapularum osse committitur, vidi vno modo excidere, nempe in alam]. in quo loco verbum excidere ἐλισθάνον dixi. Atqui totum humeri caput eo sinu mouetur, in quo recipitur, quum non possit paulum excedere, sicut ipse Hippocrates docuit, vbi causam adiecit: quam habebimns, quum ad eum locum veniemus.

H

Sect. 1. t. 72. 251. e

41 *Hęc quidem minus molesta sunt, quam quę in prima palmę parte, homines modò quiescant. Curatio autem in vtroque casu similis requiritur. nempe hęc conijcienda in suum locum sunt, intẽta perinde atque illa, sed valentiorem etiam intentionem requirunt, quatenus corpus hac etiam parte validius est. Plerunque satis duo homines sunt, qui in diuersa contendant: qui, vbi nequeant abunde extẽdere, facile est validiorem intentionem adhibere.*

Non modo minus molesta sunt, quam quæ in prima palmæ parte, sed multo magis, quam quę in pede. Sed quoniam de pede & manu communiter tractauit, ideo abunde existimat alterius

partis

A partis duntaxat meminisse, quæ, quod ad molestiam pertinet, media est inter crus & pedē, quāto .n. maiorē molestiā affert, q̄ crus, ꝙāto minorē, q̄ pes, & p̄cipue q̄ calx, de quo paulò supra egit.

41 *Nam vel rotæ modiolum defigere oportet, vel aliud quid simile: tum molli aliqua re pedem obuoluere, bubulisque loris latis circumligare, & eorum capita vel ad pistillum, vel ad aliud lignum deuincire, eiusque imam partem in modiolum demittere, summam recuruare: alios verò & ab humeri capite, & à poplite, in contrariam partem extendere.*



Lignum defigi iubet, quo recipere possit imā partē vectis, per quē membrum dēt ab inferiori parte extendi. Tibi verò ignotum esse non credo, rotæ modiolum πλήμυην ab Ionibus appellari, cum apud poetā hoc quoq; vocabulum legatur. Commonet autē Hippocrates, vt vbique ex ijs, quæ ad curationem cō ducunt, illis vtamur, quæ in promptu sunt: & nunc etiam meminit modioli rotæ, qui p̄sto nobis esse potest vbiuis gentium: similiter pistillo pro vecte nunc ad extendendum vtitur. Sed quā-

42 uia adhiberi hæc debeant, ipse suis verbis, si animaduertantur, aperte declarauit.

C *Sed a superiori quoque parte adhibere vim licet.*

Vim, hoc est, valentem in vtranque partem intētionem ἀνάγκην appellauit, vt vehementē eius potentiam indicaret.

43 *Potes etiam, vbi velis, altè lignum defigere rotundum ac læue. sic, vt pars eius extet, quæ inter crura media inter anum, & naturale demittatur, vt prohibeat sequi corpus, quod a pedibus extenditur.*



Rectum statuit lignum hoc, firmiter inhærens, ne corpus (vt dictū est) a pedibus extē tum sequat, q̄ collocatum sit hoc lignū inter anū & primam naturalis partē, quem locū περίναιον appellat.

44 *Deinde, ne corpus ꝯclinetur ꝯ id crus, qđ intenditur, collocare aliquē a latere oportet, qui clunē repellat, ne corpus ducatur.*

In plerisque exemplaribus, quæ nunc proponuntur verba, proxime positis subiiciuntur, quā quam sine his vniuersa sententia maneat. vult enim medium lignum statui inter vtrunque crus, atque ita ab inferiori parte affectum crus extendi, aliquo sursum clunem repellente, ne corpus ea parte trahatur, & in alteram partem inclinatum permittat crus ducentem sequi, namque vbi hoc accidat, intentionem remitti necesse est.

45 *Idem quoque fiet, si ad vtramque alam lignum figatur, brachia vero seruentur extenta, & alius genu prehendens in contrariam partem adducat.*

A Ligna ad alas.
B Iuxta genu prehendens.



F

Modum alium docet,quo prohibere possis,ne totum corpus extẽtam membri partem sequatur.figit enim lignum ad vtranque alam,quod corpori obiectum,hominem sequi non patiatur, quum partes inferius extenduntur.Sed nunc nihilominus oportet crus, quod ab inferiori parte extenditur,proprie à genu prehensum in superiorem partem attrahi,atque ita in diuersa diduci. F

46 *Nihil etiam prohibet,si placeat,lora alia ad genu,vel ad femur alligare,aliumq; rotę modiolum post caput hominis figere,loraq; ad aliquod lignum dare,quod in modiolum demittatur.*

Vbi velis crus à superiori parte extendi,vt in diuersa diducatur, moliri eam rem poteris iniectis loris,quorum capita sursum adducta ad vectem religentur:imæ autem vectis parti, quæ hærere pauimento debet,necesse est cauum aliquod subiiciatur, cuiusmodi est rotæ modiolus, qui obex vecti fit,vt possit in contrariam partem attrahere.

Et ad contraria, atque ad pedes attrahat.


46 Ad contraria dixit τἀναντία. Sed si scriptum inueniremus πρὸς τἀναντία, quidnam obscurũ in verbis aut sententia esset? Verum quia legimus τἀναντία, sine propositione πρὸς, quæ significat ad,duorum alterum existimandum est,aut principio ab eo,qui librum descripsit,omissam fuisse particulam εἰς, vel πρὸς. aut ab ipso Hippocrate de industria, vel quòd idem significet, vel quòd vocẽ [τἀναντία] vsurpet pro aduerbio,quasi dixerit ἐναντίως.

Qui apud Fel. fuit vnus textus. Vidius secat in duos.

Pro modiolo etiam poteris lecto mediocrem trabeculam subijcere,eiusq; vtrunque caput stabilire, lignisq; recuruatis lora extendere. G

47

A Trabecula
B Ligna recuruata.
C Lora.



H


Ante,binis modiolis,binisque vectibus in contrarias partes extendebat,vno infra pedem extento,altero supra caput. Sed qm̃ (vt retuli) in eo exerceri nos voluit,vt præsidia in prõptu habeamus,alium modum docens,in similium inuentione te exercet. nam,si modioli non sint,tignum, quod lecti,super quo ægrotans iacet,longitudinem æquet,subiiciendum est. Cætera oĩa, eadem atque ante,efficienda sunt. lora enim corpori iniicienda eo modo,quo superius docuit, vincienda que ad ligna,quibus,quasi vectibus,ad extendendum vtimur. Sed pro modiolis nunc adhibentur extrema longioris tigni,quæ capita dicuntur,vt modice vtrinque lectum excedẽtia, & à capite & à pedibus,extendentibus lignis,mota sint. trabeculam vero,quod lignum in longitudinem lecto subiicitur, σάνια dixit,quasi μικρὸν σάκον, id est paruam trabem,significans.

Cõmode itẽ extẽdes p axiculos ab vtraq; parte collocatos. Sũt et aliæ extendẽdi rationes, q̃ plurimæ.

48

Axes

A



Axes ſolitus eſt appellare ἄξονας, quẽ admodum, vbi ſcribit [axis verſatio]. nũc vero axiculos nominauit ἀξίσκους, vſus nomine diminutiuo, ſicut in ſuperioribus verbis, trabeculã δοκίδα dixit, paruam trabẽ ſignificans. Exerceri autem debes, nõ ſolũ in ijs, quæ prõpta ſunt, excogitãdis, atq; admoven-

B dis, ſed etiam in machinamentis, quæ parantur à medicis ad has intendendi rationes. Axes itaq; collocandi ſunt, non recti in longitudinem corporis, ſed tranſuerſi ab ijs, quæ hinc atque hinc sũt, partibus corporis, quod curatur. id autem non aliud ſignificat, quam alterum ab inferiori parte à pedibus, alterum à ſuperiori à capite, collocãdum eſſe. Poſt hæc iniecta lora extrema ad axes dãda, qui verſati crus, quod curatur, in diuerſas partes diducant.

49 Optimum autem eſt, ſi quis medicinam in magna vrbe exerceat, paratum habere lignũ, per quod vim omnem adhibeamus ad fracta & luxata omnia reſtituenda, tum extendentes tum impellentes. Abunde autem erit lignum tale, quales ſunt quadrata columnæ quernæ, quod ad longitudinem, latitudinem, & craſſitudinem pertinet.

Organi cuiuſdam, ſeũ machinamenti, quod haberi voluit, mentionem facit: in libro autem de articulis, qui huic ſubiicitur, docet eius fabricationem. Nos ibi ſi quid obſcurum fuerit, exponemus. nunc proximum eſt ad ea tranſire, quæ ſubdit.

C *50 Vbi ſatis extenderis.*

Crus videlicet: de crure enim agens circa talum prolapſo inſeruit extendendi rationem, ſicq; rurſus ad ſermonem reuertitur, quem initio propoſuit.

51 Articulus facili reconditur. Diducitur enim ab antiqua ſede, ſic, vt è regione ſupra ipſam ſpectan-
51 *tes non hæreat. Prominentio ibus itaque palmarum partibus dirigendus eſt. partim, quod extat id vr- Vidius vnũ fa*
ſin lora prohibeant, ea ſoluenda, & dum vinculum inijcitur, in contrarias partes extendendum. *Feli. duos fecit.*

Hippocrates articulum ἄρθρον dixit: quo mouentur, qui volunt ſic apud ipſum vocari extrema oſſa, quæ in cauis recipiuntur, ſic, vt totum id appelletur διάρθρωσις, vbi committuntur extrema oſſium, quæ in flexu, atque porrectione mouentur. Ex vtroque autem oſſe, id quod inſeritur, ἄρθρον: cauum, quod recipit κοτύλη, vel γλήνη ab Hippocrate dicatur. ſed hæc nominum diſceptatio reiicienda eſt. Deinceps vero oſtendit luxati reſtituẽdi rationem vniuerſam, ſicuti nos in primo horum commentariorum ſtatim diximus, vbi intendendi vſum explicauimus, demonſtrantes non poſſe luxata commode reſtitui, niſi ita diducantur, vt alterum alteri non inhæreat. Protinus autem terminum habes, ad quem vſque extendere conueniat. namque, vbi iam videbuntur eatenus exten-

D ta eſſe, vt altero alteri non inhærente, diducantur, extendere deſines.

53 Dandum inſuper eodem modo vinculum eſt, ęque capitibus ea parte, quę extat, impoſitis: ibiq; primo & plurimum circundandum, & pannis plurimis iniectis potiſſimum adſtringendum.

Capita ſummatim commemorauit illius vinculi ad fracturas pertinentis, quod ante declarauimus. Meminiſſe autẽ oportet, ea, quæ in manu, pede, calce, talisque, ſuo loco excidunt, eo modo vincienda eſſe, quo fracturæ, atque idcirco in hoc libro omnia comprehendi. Cauſam vero, quãobrem ita vinciendum ſit, ſiue fractum os ſit, ſiue prolapſum, in ſuperioribus habuimus.

54 Tum hinc atque hinc plurimum obuoluendum.

Hoc etiam docuit in libro de officina medici, quum inquit, " Cõprehẽdatque vinculũ integræ partis quamplurimum: Cauſa in prioribus poſita eſt. latius enim eſt ſuccos, non ſolum exprimi a vitiata parte ad ea loca, quæ iuxta ſunt, ſed repelli ad ea, quæ plurimũ recedunt, & lõge cohiberi. Sect. 3. t. 5. 7. 214. f.

55 Hunc autem articulum, vbi primo deuincimus, comprimere magis debemus, quam qui in manu.

Modum comprimendi,& faſciarum numerum,conſtituit pro magnitudine articulorũ,intuitus etiam,quam neruis contineantur,& quã acris ſenſus ſint:hos ſiquidem minus cõprimi iubet. E

56 Iniecto vinculo pars deligata,reliquo corpore ſublimior habeatur.Sic tamẽ continenda eſt,vt pes minime ſuſpendatur.

Pedem continendum eſſe reliquo crure paulo ſublimiorem,ſupra quoque dictum eſt. Dictũ eſt inſuper ipſum eatenus excitandum,quatenus extenti muſculi non laborant. Nunc præceptũ adiungit,quod ad tuto continendum pertinet,vt pes ne minimũ quidem ſuſpendatur. id autem fit,vbi lana molli vndiq; cingitur.quin & pars eius extrema,qua cutis eſt,ipſi ſubiecta, molli aliquo,vt puluino,fulcienda eſt,tum ligno aliquo erecto,ad quod per mollem habenam vinciatur.

57 Extenuari autem corpus debet,prout oſſa grauiter ſuo loco excidunt.Nonnulla enim leuiter, non nulla plurimum mouentur.

In aperto ſane eſt,quæ paululum exceſſerunt,paruam curam exigere;quæ plurimum prolap- F
ſa ſunt,& maiorem abſtinentiam,& cætera,quæ corpus extenuant.

58 Magis omnino ac diutius extenuare corpus oportet,vbi crus,quam vbi brachium læditur, quum illud maius ſit & craſſius,quam hoc.Neceſſe item eſt corpus quieſcere,atque tacere.ſed ſoluere articulũ tertio quoque die,& rurſus alligare,nihil prohibet,nihil item cogit.Reliqua omnia eadem fieri debent quæ in prioribus poſita ſunt.Quod ſi homo quieſcat,& iaceat,abunde ſunt quadraginta dies,modo oſſa in ſuam ſedem reſtituta fuerint.Sin quieſcere nolit,ægrius crure vtetur,cogetur q; diutiſſime vinculũ adhibere.

Ipſe cauſam reddidit eius,quod præcepit.inquit enim [quum illud maius ſit,& craſſius, quam hoc:quibus tertium adiicit,quod homo cubans conſaneſcat,non ingrediens,ſicut vbi brachium oſtenditur.Hæc igitur in vniuerſum pertinere ad omnes articulos arbitramur.

59 Verum,vbi oſſa ex toto in ſuam ſedem non reuertãtur.ſed aliquid abeſt,tẽpore extenuatur coxa, femur,& crus:ac,ſi in interiorem partem excidant,exterio pars tenuatur:ſi in exteriorem,interior.

Si qua ex integris partibus diu quieſcat,vel leuiter moueatur,tenuior fit, quam prius eſſet:mo G
tus enim corpora calefacit,eorumque vim firmat,ob quam partes melius nutriuntur.ſed,vbi luxatum aliquid non fuerit perfecte reſtitutum,deterius perficiuntur motus,præcipueque a cõtraria parte illi,in quam venit,quandoquidem locus ea vacuus relinquitur,quum os in contrariam moueatur.Homo igitur facilius illi parti inhæret,in quam articulus excidit.ſuperiores enim partes ſedem requirunt,quam inanis locus non exhibet,ſed plenus,quum nihil poſſit inani loco hærere:atque ea de cauſa crus ab ea parte,in quam articulus erumpit,ſuſtinere corpus ſolet,& tantũ muſculis,qui ea continentur,ſuo munere fungi, hi ſiquidem bene nutriuntur: inexercitatis vero non ſatis alimenti ſubminiſtratur,hi autem in contraria parte continentur.

60 Pleraq; tamen in interiorem partem promouentur.Sed.ſi integra cute vtrunq; cruris os cõminuatur,validius intendendum eſt.Si vna pars fractura valde ſuper alteram excedat,aliquo vtẽdũ eſt ex propoſitis intendendi modis.Abundè quoq; eſt,& per homines extẽdere:fere autẽ ſatis ſunt duo homines robuſti,qui in diuerſa contendant,vnus ab vna parte,alter ab altera.Extendere autem recta ſecũdum naturam oportet,& è regione cruris ac femoris,tam ſi huius,quam ſi illius fracti oſſa extendãtur.

Quæ excidunt ab inferiori parte,qua cum talo committunt̃,in interiorem partem magis pro
rumpunt.cuius rei cauſa eſt ſurę proceſſus,qui ab exteriori parte talum magis complectitur,quã tibiæ proceſſus ab interiori. H

61 Atq; ita extenta ambo deligare,vtrumuis deuinxeris.At nõ eadem cruri a brachio accõmodãtur.Namq; vbi brachij vel humeri oſſa cõminuta deligantur,brachiũ ſuſpenditur:atq; vbi extentũ alligatur,caro alio modo figuratur,dum cubitus flectitur.Nequit.n.cubitus extentus diu haberi:nõ.n. ſolitus eſt ſæpe in hoc habitu detineri,ſed curuatus.Quin,quũ homines ingredi poſſint brachio cõminuto,neceſſe habent cubitum curuare.Crus vero,quia ambulando & ſtando in inferiorem partem, nunc ex toto,nunc prope ex toto,intendi ſecundum naturam,& ferre etiam reliquum corpus conſueuit,idcir co ſine moleſtia extenditur,quum opus eſt.Quid quod & in lecto ſæpius hoc modo cõtinetur figuratũ? Sed,vbi frangitur,neceſſitas hominis animum ſubigit:nequit enim excitari,quare de curuando crure, aut de ſurgendo nullum verbum facit,ſed ita figuratus quieſcit,& cubat.

Siue femur,ſiue crus alligetur,præcipit,vt vtraq; cõmiſſura extẽdatur,ſcilicet,quæ in coxa eſt, & quæ in genu.Cur ita figurari debeat,ipſe deinceps adiicit euidenti demonſtratione vſus, cuius mentem facile comprehendes. Horum itaque verborum capita ſunt.Conſueuit crus,& eorum qui ſtant,& eorum qui ambulant,extendi.a natura enim,corporis ferẽdi gratia factum, ab eadẽ ad hunc habitum præparatum eſt:atque ea de cauſa in cubando plerunque extentum ſeruatur,

ſed

A sed brachia & in ingressu,& alioquin fere modice curuata continentur, quandoquidem nemo extentis brachiis ambulat ac propterea brachio etiam deuincto mitella cubitum excipiēte ambulare æger potest:at crure perfracto,priusquam callo firmetur,ingredi minimè licet.

62 Ob has igitur euidentissimas causas non conuenit eodem habitu brachium,atque crus, extendere & vincire. Quod si abunde fuerit per duos homines adhibita vis. frustra laborandū non est: iactantiæ enim est vti machinamentis,vbi res non exigit. At si duo homines non satis extendant,confugiendum ad eum ex propositis intendendi modis,qui expeditissimus. Intentione satis adhibita ossa facile restituuntur,& in suam sedem compelluntur,prominentioribus palmarum partibus directa,atq; inducta. Postquam restituta fuerint,extenta fasciis alliganda sunt,quæ siue a dextra,siue a sinistra parte,magis attrahi debeāt,illis primo inuoluendæ sunt. Ordiantur autem ab ea parte,qua fractura est, primoq; ibi circumeant:deinceps ad partem cruris superiorem porrigantur,quemadmodū ostensum est in aliis fracturis. Fasciæ vero latiores & longiores,ac multo plures ad crus adhibeantur,quam ad brachium. Vbi deligatum fuerit,super aliqua re plana molliq; collocandum est,ne in hoc,vel illud latus depraue-tur,neue in anteriorem,neue in posteriorem partem peruertatur.

B Euidentissimas causas appellauit προφάσεις, quamuis causæ, quas proposuit, ueræ sint, neque id uocabuli ad falsas causas significandas(ut usurpari solet)mutuatur. paulo infra etiam eodem modo ipsum accipit,quum inquit[ob has igitur euidentissimas causas si hos, quod ab exteriori parte est, confringatur,mature homo ingreditur]. Id quod de fura dixit,ueram causam reddens cur ea fracta crus celeriter moueatur:atque, ubi tibia pertringitur, longo spacio opus sit ad hoc, ut homo uti crure possit.

63 Maxime autem pro valetudine est,ceruical subijcere ex lino aut lana, quod medium in longitudinem molle sit,vel quodpiam tale.

Crus fulciri iussit eo modo, quem posuit, ceruical magis quam canalem adhibens, proximè autem subdit,cuius rei illos accusat,qui canali utuntur.

64 De canali,qui fracto cruri subijcitur,incertus sum quidem consilij,subijci necne debeat. Prodest quidem,sed non quantum existimant,qui illum admouent:non enim quiescere cogit, vt arbitrantur. Nam neque si reliquum corpus in hanc,vel illam partem cōuertatur,prohibet canalis,quominus sequa-
C *tur crus,nisi ipse homo caueat. Neque item prohibet,quo minus sine corpore crus in hanc vel illam partem moueatur. Sed & subiectum lignum immite est,nisi molle aliquid in ipsum indatur:est tamen cōmodissimum,quando vel sterni lectum,vel desidere hominem oportet. Licet igitur,& cum canali,& sine eo curationem bene vel male admouerè. Vulgo sibi persuasum habent medicum culpa magis vacare, si canalem subijciat,quanquam res minus a tisicioſa est. Crus enim rectū prorsus taceat,oportet, & super plana ac molli aliqua re,quum necesse sit continere uinculum,ne peruertatur,dum membrum iacet, quocunque se uertat,& moueatur. Respondeat item qui deligatus est,eadem,quæ suprapositasunt. Nā uinculum tale esse conuenit,& tumorem in extremis partibus assurgere,& eodem modo laxari, ac tertio quoque die resolui,& rursus deligari: adhæc id,quod alligatur tenuius inueniri,tum arctius vinciri,& pluribus linteis uti,pedēq; non arcte cōprehendere,nisi fractura ad genu proxime accedat. Debēt etiā ossa modice extēdi ac dirigi,quotiescūq; uinculū injicitur. Nā,si curatio idonea fuerit & tumor ut cōuenit,procedat,alligata sedes tenuior est,atq; gracilior,& ossa facilius tractātur,& ducētibus magis parent. Septimo autem uel nono die ad ferulas ueniendū est,quēadmodū dictū est in aliis fracturis.*


Et nunc ēt quosdam medicos noui,qui etiam nunc cruri vel femori affecto canalem vel glos-
D socomum subijciunt,vbi femur quidem læsum est vniuerso cruri : sed,si quod inter genu & pedē est,lædatur,nonnulli vniuerso cruri lignum subiiciunt, nonnulli eam partem duntaxat glossocomo fulciunt. lædunt,qui vnà femur etiam comprehendunt, sed minus quàm alii. Noxas docuit Hippocrates sic apertè, vt mea explanatione non egeant: verum,si quid indicauero in verbis eius fore cuipiam obscurum, illud explicabo,atque ante omnia,quid inter canalem & glossocomum interſit. Glossocomum ab atticis appellatur arcula illa,in qua seruare homines solent eas res,quas in precio habent,& scripta, quæ recondi volunt: qua nonnulli ad itinera vtuntur. At nihil refert,siue glossocomium,siue glossocomum nominetur,sicut neque siue per duplex tt siue per duplex ss. Constat autem glossocomum,quod cruri subiiciendum est,longius esse debere,& angustius,quàm quæ in vsu sunt. eius enim latitudo parum excedere debet cruris latitudinem,seu crassitudinem, seu quo modocunque libeat appellare: ut lana vndique adiecta benè crus firmetur,sicut loci angustia,etiam si æger velit, crus moueri non patiatur. sed,ne in dextrā partem vel sinistrā moueatur,potest impolita laxa efficere:at, quo minus in superiorem vel inferiorem feratur aut excitetur,prohibere non potest. Quocirca Hippocrati hmōi ligni vsus non placet, qm̄ præter cætera incommoda durum est. nam immite, quod ipse dixit ἀργέσηπον, durum significat,& insuaue,quòd nihil cedat,quemadmodum ceruical, & ille pulvinus,qui cum cubitō

ſubijciatur, ὑπαγκώνιον græcè dicitur: hæc enim modicè cedentia cruri minimè infeſta ſunt. Commodum aũt eſt machinamentũ hoc, quũ deſidere homo debet, vel ad lectum alterũ transferri, vt ille in quo iacet, ſternatur, qua potiſſimũ cauſa eius vſum admittimus. quanq̃ alij ceruical adhibẽtes habena trãſuerſa initio illi protinus ſubiecta: atq; vbi crus in id coniectũ fuerit, habenæ capitibus inter ſe aduerſis vtrinq; ductis in altitudinẽ cruris, & in ſuperiori parte mẽbri inter ſe deuinctis: fideliter cõtineri crus exiſtimant, qm̃ ceruical, vbi homo ex vno lecto ad alterũ transfertur, cruri vicem gloſſocomi præſtat. Adiecerũt nõnulli ad imam eius partẽ lignũ rectum lana ſuperdata, vt pes extremus morã habeat: ne homo videlicet crus vel ad ſuperiora attrahat, vel ad inferiora demittat. ad ſuperiora. n. ferri, vinculum non patitur: ad inferiora verò, lignum, quod plãtæ adijcitur. Verum, vt hæc a medicis ſtabilia præparentur, non tamẽ ꝓhibetur motio articulorum, quum languẽs poſſit articulum tali ac genu paulatim dimouere. De coxę. n. articulo nihil attinet dicere, quum nec à vinculo, nec à gloſſocomo cõprehẽdatur. canalis verò in cęteris gloſſocomo ſimilis eſt, ſed figura ipſa differt, quum ab exteriori parte teres ſit, ab interiori cauus, ad exemplũ fictilis canalis, vnde nomen traxit. Videtur aũt hic ad ꝓpoſitum vſum maximè idoneus: namque vniuerſum crus in orbem complectitur, magis q̃ gloſſocomum, in quo nonnulla loca inania relinquuntur, poſtq̃ demiſſum crus fuerit. Quidam verò medici plures canales paratos habent, vt ad ſingula membra eo vtantur, qui idoneus ſit, id lignum cõquirentes, ex quo cauare eos poſſint firmos, albos, & molles. Apud nos autem quidam medicus eiuſmodi canales cõplures habebat ex tilia confectos, ſic, vt ad ſingula crura eos adhiberet, qui magnitudini membri reſponderent, non ſine vinculis, quæ (vt recenſui) a quibuſdam ceruicalibus ſuperdantur. Sed vincula in ceruicalibus laxantur, & compoſitum crus corrumpunt: canales verò, dum homo ex uno lecto ad alterum transfertur, ob ligni mollitudinem, ſine ulla compreſſione id continent.

Ad continendum autem firmiter, Gloſſocomum inſtrumentum a iunioribus medicis inuentum eſt, ſeu femur, ſeu crus fractum ſit, cuius ſtructuram vſumque ſubijciam. id autem non ab re mihi videtur fuiſſe excogitatum: & tam ſi femur, quàm ſi crus comminutum ſit, vbi callus circundatur, commodiſſimè adhibetur. Habeat ab ima parte axem, ad quem extremi laquei in diuerſa extendentes deligantur. inijciantur laquei extremis partibus oſſis, quod curatur, fiantq; ex duabus habenis, ſic, vt quatuor vterque capita habeat, bina a dextra parte, totidem a ſiniſtra. Ex ijs capitibus, quæ inferioris laquei ſunt, per foramina facta in inferiori parte gloſſocomi ad axem duci debent, quę ſuperioris, primò procedere ad ſuperiora: deinde ipſa quoque per latera gloſſocomi perforata traijci, quibus foraminibus trochleæ incluſæ ſint: vtrinque autem ab exteriori parte gloſſocomi ſuperioris laquei capita ferenda ſunt ad axem. His enim ita conſtitutis vna axis conuerſio pariter ambos laqueos extendit, deorſum verſus illum, qui ad inferiora fracti oſſis alligatur, ſurſum alterum, ſic, vt, vbi crus iacet, liceat in poſterum quotidie hanc laqueorum in diuerſas partes intentionem corrigere, valentius vel lenius extendendo. Laqueum igitur, qui in inferiori parte eſt, directa ductione axis extendit: eum, qui in ſuperiori parte, intercedente alio motu, græci διὰ τῆς μεταλλπτικῆς τάσεως dicunt.

GLOSSOCOMIVM.

A Axis ad quem laquei alligantur.
B Laqueus ſuperior.
C Laqueus inferior.
D Inferior pars gloſſocomij.
E Trochleæ.
F Superioris laquei capita ab exteriori parte gloſſocomij.



Cauendum eſt, ne ferulæ è regione talorum, vel eius chordæ, quæ à crure ad pedem tendit, imponãtur. Conferuent autem oſſa cruris quadraginta diebus, ſi rectè curentur: ſed, vbi ſuſpicio ſit, ne quid oſſis dirigi debeat, neue aliqua interim facta fuerit exulceratio, infra hoc tempus ſoluere oportet, tum dirigere, & rurſus alligare. At ſi alterum os abrumpatur, lenius intendendum eſt, ſed non propterea omittenda intentio eſt, aut negligenda. Potiſſimum autem, vel cum fractura primò deligatur, vel certè quàm celerrimè, extendenda ſemper oſſa ſunt, dum in ſuum locum reuertantur: Quodcunque autem membrum oſſibus non rectè compoſitis, ſub vinculo adſtringitur magis indoleſcit. Reliqua curatio eadem eſt. Ex oſſibus cruris interius, quod conſpicitur in prioi parte cruris, quam Græci ἀντικνήμιον dicunt, curationem ægrius admittit, & intentionem poſtulat valentiorem:

neque

A *neque latere potest, vbi non recte ossa concurrant, totum enim se ostendit, & sine carne est: multoq; tardius homo ingreditur, vbi hoc fractū est. Quid si exterius os abrumpatur, casus longe tolerabilior est, neque id ita facile deprehenditur, quum minus recte componitur, quoniam carnosum est: maturius itē æger pedibus consistit. Maximam enim oneris partem sustinet os, quod ab interiori parte situm est, tū quia magis laborat, & ob ipsum crus, & ob pondus, quod e regione est. femoris enim caput superius corpus fert, id autem ab interiori cruris parte situm est. at non ab exteriori, sed è regione prioris partis tibiæ: tum quia altera pars totius corporis e regione hoc propius accedit, quam ad exterius o. Adde, quod o interius pleniu est, quam exterius, non secus, atque in brachio, cuius os, quod e regione minimum digitum spectat, tenuius est, & longius.*

Extantes ossium partes, cuiusmodi sunt tibiæ, suræque extrema, ferulas non patiuntur: cautio igitur esse debet, ne his locis circundentur. imponantur dixit ἐνέδρας quasi ἕδρας, adiecta præpositione ἐν, vt clarius rem ipsam exprimeret. Hæc itaque ossa, quum extent, & carne minime tegantur, impositis ferulis premuntur. Magis autem premi dicantur, non ipsa, sed musculi illis superiecti, tum quidam musculorum fines & cutis. hęc enim collocata inter duo corpora dura, nempe
B inter ferulas ab exteriori parte, & os ab interiori, premuntur, atterunturque, & sæpius ita læduntur, vt exulcerentur. Calci vero a posteriori parte versus priorem innectitur chorda, quæ ab vno diducitur ex musculis, qui continentur in parte cruris posteriori, quæ carnosa prominet. hæc, quū carnis maxime expers sit, potissimum in homine gracili, superimpositam ferulam non sustinet: sed, quum acerrimi sensus sit, si comprimatur, inflammatione vrgetur. ea vero, quæ tibiæ, suræq; tuberculis superiecta sunt ob duritiem eorum, quibus (vt dictum est) excipiuntur, compressa eatenus lædunturvt exulcerentur. summæ autem cutis exulcerationes sub comprimentibus ortæ, ἐκθλίμματα ab Hippocrate vocantur.

66 Verum longioris ossis structura in inferiori articulo dissimilis est. Nō enim similiter flectitur cubitus, & poples. Ob has igitur euidētissimas causas, si os, quod ab exteriori parte est, perfringatur, mature homo ingreditur. si, quod ab interiori, tarde.

Quum ipse in prioribus dixerit, suræ os longius, quemadmodum & in brachio os cubiti: vtrūque aūt e regione minimum digitum spectare, & tenuius esse, q̄ id, cum quo iūgitur: deinceps addidit, qua ratione inter se distent. Explicauimus aūt in commentario de ossibus, præter alia, quomodo se habeat vtriusque commissura: atq; insuper radium in brachio cum interiori tuberculo
C humeri committi, ac circa ipsum moueri in exteriorem vel interiorem brachii partem conuersum: sed in crure, tibiam solam cum femore committi, quia sura nullum motum prēstat. Nam neque hic articulus in altera vllo modo mouetur, sicut articulus cubiti, sed curuatur duntaxat, idq; non eadem ratione, qua articulus cubiti, vbi humeri ambitus trochleam referens in cauo cubiti recipitur: at in genu duo processus femoris in sinus tibiæ se inferunt. Adde, quod ex cubiti processibus rostrum referentibus, posterior in posteriori sinu humeri recipitur, vbi maxime articulus extenditur: prior in priori, vbi maxime curuatur: quorum neutrum tibiæ accidit, quum nullum penitus processum habeat rostro similem, non enim similiter flectitur cubitus ac poples. Cubiti vero eminentiam clarum est vocasse ἀγκῶνα, quo nomine vsus est etiam in superioribus, de cubito agens, quum dixit [est autem idem cum illo eminentia cubiti, cui præcipue innitimur]. Eandem eminentiam & ὠλέκρανον dicunt, & κύβιτον. sed nunc ait [non enim similiter flectitur cubitus & poples,] idem significans, ac si dixisset, illa commissura, quæ iuxta cubiti eminentiam est, & illa, quæ iuxta poplitem, dissimiliter curuantur: cuius rei exemplum infra habet, qua de luxatis, vbi asserit, quæ in cubiti articulo sunt, molestiora esse. Illud autem multis in locis meminisse oportet, exquisitam nominum rationem, ne ab vno quidem ex vetustis græcis seruari, quum quibusdam abutan-
D tur, quædam à propriis rebus ad alias transferant. Atqui poplitis nomen tale est, quale ipsa ala, q̄ locum significat sub humeri capite: at poples id appellatur, quod a posteriori parte ipsi genu opponitur: genu autem notant, partem huius articuli vniuersam. Quare, si cui hac parte cutis exulceretur, eum hominem inquiunt teneri vlcere in genu: quod si chorda, quæ sub cute os cingit, secetur, genu accepisse vulnus dicunt: non secus, etiam si patella vitietur, quam græci & μύλην, & ἐπιγονατίδα vocant. Ad hæc, qui latera corporis exprimunt, modo ab interiori parte genu, modo à posteriori, vlcus ortum aiunt. vniuersum enim hunc locum a lateribus, genu vocabulo appellāt: eadem ratione, & poplitem, & alam, & humeri caput: sic etiam cubitum, & talos, & primam palmæ partem ad totum locum significandum vsurpant: sæpe etiam adiiciunt, articulum capitis humeri, aut cubiti, genu, coxæ, vel talorum. Constat igitur Hippocratem varie nominibus vti, aliorum maiorum exemplo (vt retuli) contempta quam iuniores excolunt, curiosa verborum ratione: quæ ab ijs, qui in ea versantur, exquisita diligentia dicitur.

De Femore.

67 At si femoris os fractum est, valenter omnino extendi debet, ne minus quam res postulat, id fiat,

ſiquidem plus iuſto intentum non læditur. Nam oſſa hęc, quę per vim diducta ſunt, ſi ſic recedentia in E
ter ſe vinciantur, non ſanè poterunt, ita diducta, vinculis contineri, quin celerrime concurrant, quum primum, qui extendunt, e x opere ſe receperint.

Quia maximi ſunt muſculi, qui femur circũdant, nõ immeritò veretur, ne (q̃ ſæpe contingit) nõ ſatis membrũ extendatur. Ergo, vt audacter extendamus, intẽtio (ſait) iuſto valentior nõ lędit: fieri enim in hac parte põt, quod ſuſpectũ eſſet in alijs. At quid hoc eſt? vt deuinciatur os fractũ, dum ipſius partes, q̃ pertractãtur, inter ſe recedũt: quas nõ ſecus, atq; vbi membrum naturaliter ſe habet, coire oportebat, nullo relicto inani ſpacio, ĩ quo ex cõtracta ſanie periculũ ſit, ne os corrumpatur. Si qñ enim fracti oſſis partes, quũ vehemẽtius intẽtæ fuerint, diductæ vinciãtur, nõ perũt poſt iniectum vinculũ, vt in cæteris locis cõtineri, in quibus circũactæ faſciæ muſculos immobiles ſeruant. quod in femore monet pertimeſcẽdum nõ eſſe ob magnitudinẽ muſculorum, quum hos v inculũ nõ ſuperet, ſed cedat. q̃ rem ꝓpterea dixit, q̃ proprietas eſt, vinculi quidẽ fequum hos v inculũ nõ ſuperet, ſed cedat. q̃ rem ꝓpterea dixit, q̃ proprietas eſt, vinculi quidẽ fequum mur tueri, quomodo deligatũ accepit: muſculi vero ad ſuum initium concurrere. Quum cõtra- F
ria igit̃ ſit proprietas vtriuſque, ſi vinculum ſuperet, naturalis muſculorum motus cedet, quũ fracti oſſis partes diductæ cõtineantur: ſed, ſi muſculorum motus vinculo validior fuerit, ipſi ad initiũ cõtrahentur, atq; vnà trahẽt, & ad ſuperiora adducent cõminuti oſſis partem inferiorem.

68 Craſſa enim ac robuſta caro vinculũ ſuperabit, at non ſuperabitur. Id ergo, quo de agitur, extendi valenter oportet, ſic q̃ vt in neutram partem conuertatur, neve minor vis, quam ipſum exigat, adhibeatur: quum turpe magnopere ſit, atque incommodum femur breuius reddere. Brachium namque, ſi breuius fiat, cęlari poterit, neq; noxa magna erit: crus ſi breuius reddatur, hominem claudum demonſtrabit: ab integro enim, quod longius erit prodetur. adeo, vt illi, qui male curandus ſit, ſatius fuerit vtrunq; crus frangi, quàm alterum, ęquè enim in utranque partem inclinaretur. V bi vero extentũ ſit abunde, prominentioribus palmarũ partibus, eodem modo, quo ſupra poſitum eſt, dirigatur, ac deligetur: faſcię q̃ caput iniiciatur, vt antè indicauimus, ipſa q̃ ſurſum uerſus porrigatur: tum itidem reſpõdeat, vt in ſuperioribus: prętera, & magis urgeatur, & laxius vinculum ſentiat ijs partibus, quę ſupra poſitę ſunt: ad hęc ſimiliter reſoluatur, ac rurſus deligetur: ferulę q̃ eodem modo ſuperaccommodentur. Conferuet autem femur quinquaginta diebus. G

Hippocrates vſitato vocabulo carnem appellauit, quos in ſuperioribus muſculos diximus. nã quæcunque caro ſentit, muſculi pars eſt, atque hæc in medijs muſculis potiſſimum ſe oſtendit, quum in extremitatibus muſculi neruoſi magis quodammodo ſint, minusq; carnis habeant.

69 Illud etiam ſcire licet, quòd femur ab exteriori parte gibbum eſt magis quàm ab interiori, & à priori magis quàm a poſteriori. In has igitur partes conuertitur, vbi non rectè curatur. Quin & his partibus minus carnoſum eſt, quàm in alijs: vt quando peruertitur, latere minimè poſſit. Ergo, ſiquid eiuſmodi ſuſpectũ ſit, tale quidpiam moliri oportet, quale traditum eſt ad humerum peruerſum.

Gibbum dixit, γαῦσος, at q̃ hæc vox gibbum ſignificet, res ipſa declarat, ſiquidem femur non omnino rectum eſt, ſed à priori atq; exteriori parte gibbum, ſicut à contrarijs ſimum. Vtrũ verò vox γαῦσος, poſtrema ſyllaba acui, an penultima circumflecti debeat, incertum eſt, non enim frequenti in vſu eſt apud græcos id verbi. quidam à ſimilitudine ducti penultimam circumflecti vo lunt, quemadmodum καῦσος, μαῦρος, γαῦρος: quibuſdam verò magis placet ultimã ſyllabam acutã eſſe, q̃m omnia nomina duarum ſyllabarum, quæ affectum ſignificant, acuto ſunt accentu in vltima, χολὸς, λορδὸς, στρεβλὸς. κυρτὸς, ϛλεατὸς. ῥαιβὸς: nec ſolum, quæ duabus ſyllabis cõſtant, ſed ferè quę- H
cunque affectum notant, ἀρθριτικὸς, πλευριτικὸς, ἡπατικὸς. Cõcedito igitur, vtro quis velit modo pronunciare. At γαυσὸς, efferenti tibi vltima acuta (eos enim, qui librum legunt ire in hanc ſententiam tantum comperi) ſi quiſpiam aduerſetur, exiſtimans debere penultimam circũflecti, tu quoque, vtcunque illi placet, pronunciato. Quòd ſi alium rurſus nactus fueris, qui malit vltimam acui, tu itidem facito, nomina, atque accentus paruipendens, vtpotè, quæ nihil ad philoſophiam conferant, & multò minus ad geometriam, arithmeticen, muſicẽ, aſtronomiam. Quare, ſi nulli arti ad ſuum finem importuna contemnendaq; nominum inquiſitione opus eſt, non modo horum hominum non probare ſtudium conuenit, ſed quàm maximè deridere.

70 Circundare autem aliquot lintea oportet, eaq̃, in orbem circa coxam & ilia: vt inguina etiam, & quod inter anum & naturale eſt (πλησχάδα greci uocant) inuoluantur. Quod & ob aliã cauſam utile eſt, & ne extremę ferulę nudam partem offendant.

Coxa, id eſt os illud, in quod ſe inſerit femoris caput, ἰσχίον græcè nuncupatur, ſicut & ipſum cauum κοτύλη. vtroque nomine utitur poeta in hoc carmine.

Ενθάτε μητρὸς
Ισχίῳ ἐνσρέφεται κρατὸς κοτύλην δὲ τε μὴν καλέουσι.

Ilia

A Ilia dixit ἰξύας, quæ nonnulli accipiunt pro ilium ossibus, nonnulli pro parte, quæ super ipsa est, quæ λαπάρα propriè vocatur: quod verbũ apud poetam reperitur in eo carmine,

Οὗσα κατὰ λαπάρην.

Equidem de vocabulo λαπάρας dicere possem, adductus experimento, & Hippocratis ac poetæ vsu, tum ipso morbo, eam significare partem, quæ inter ossa pectoris, & quæ propriè appellãtur ossa ilium, est interiecta: de quo suo loco agemus. Quæ autem partes ἰξύες nominentur, non est q̃ multis agam: ob id enim, q̃ poeta numero singulari ἰξύαν scripsit in illo carmine.

--περίζωννην
Βάλλετ' ἰξύην ἑκατὸν θυσάνις ἀραρυῖαν.

tum ob id, q̃ credibilius est zonam dari inter ilia & thoracis ossa, existimet aliquis hãc ipsam partem corporis ἰξύαν appellari. Contra verò ex eo, quòd Hippocrates multitudinis numero ἰξύας dixit, quodque ad ilium ossa voluit vinculum pertinere, iure arbitrabitur aliquis ἰξύας hæc ipsa nuncupari.

B 

Deligatio circa femur, inguina, coxam, iliorum os, & ilia.

Quod ad hunc locũ attinet, quando superior femoris pars cõminuitur, fascia non solum vsq; ad inguina ferri debet, sed vltra aliquã ex superioribus partibus cõprehẽdere. tales sunt, primũ coxa, deinde ossa ilium, postremò ea pars, quæ sine osse est (λαπάραν vocãt) quam, vbi vis, cõplecti licet, dum ilium ossa ẽt deuinxeris: quibus omissis, fasciã protinus ad hãc sedem, porrigendam esse minimè puto, quum Hippocrates maximi fecerit, nullum relinqui locum nudum, sed æquè perpetua, donec ex integra parte comprehensum aliquid esse videatur, ossa fascijs alligari. πλαγκάδα quidam per χ scribunt: quidam per γ, σταγκάδα, eo vocabulo significatur quod inter vtrunque crus spatium est. vnde Hippocrates diuaricari vocat ἐκπετπλῶσθαι καὶ διαπετπλῶσθαι. Nam & poeta τοιδ' ἐκπλήσσουτοπόδεσι, dixit significare volens [diuaricabant pedibus].

C 71 *A qua semper vtrinque satis recedere debent. Semper autem cautio sit, ne imponantur super ossa in articulis naturaliter prominentia, neque in articulorum vicinia super neruum.*

Solet Hippocrates, vbi de vna specie pertractat, complura docere ex ijs, quæ communia sunt ac generalia, monens ea non esse propria vnius speciei, sed ad omnes, vel multas, vel aliquot pertinere. Adijcit autem orationi modo particulam [semper] vt in propositis verbis: modo, quod intellexisse pertinet ad multa loca, [interdum]. Hoc ad omnia utile est: est enim re uera, quod nunc ab ipso proponitur, semper commodissimum, non in femore duntaxat, sed in vniuersum in omnibus fracturis, quæ ferulas postulant. breuiores enim sint oportet, quàm ut ad eam sedem perueniant, quæ fascia non excipitur: quod potissimum obseruandum ait, ubi ferularum extremitates proximæ sunt ossium tuberculis.

72 *Tumores verò iuxta poplitem vel pedem, aut alibi, sub constringentibus vinculis assurgentes, multa lana succida curentur, bene carpta, & vino & oleo respersa: tum cerato inuncti deligentur: atque, vbi ferulæ urgeant, citius laxentur. Extenuarentur autem tumores, si sursum versus ad ferulas*
D *tenues fascia vincirentur, quæ ab imis partibus orsa ad superiores intenderent.*

Tumores (inquit) sub constringentibus uinculis assurgentes (quos ἐξαερευμοὺς dixit) propterea, quod succi expressi magno impetu ferantur, curari debent alligando multum lanæ succidæ benè carptæ, item vino atque oleo respersæ: cutem uerò, cui hæc superimponuntur, iubet cerato inungi, atque ad eandem rationem uinculum adhiberi à tumoribus sursum procedens. Fasciandi rõnem ipse aperuit, docens a qua parte quis inceperit deuincire, ab eadẽ transmitti materiã, atq; depelli. At de facultate medicamentorũ, quibus utitur, abũdè dictum est in operibus, quæ de illis sunt: dicentur & nunc capita eorũ, quæ in illis fuerunt ostensa. Ergo oleũ dolorẽ leuat, & discutiẽdi uim habet. Vinum siccare potest, repellere, & concoquere, item mollire, & digerere. Constat autem lanam succidam (quam nonnulli ὑσυπηρὰν uocant) & ceratum præter leniendi uim, digerẽdo quoque esse & repellendo. Non sine ratione igitur ab eiusmodi medicamentis præsidium petijt. quoniam verò tumor fit iusto maior ab ijs, quæ sub uinculis eò exprimuntur, curatio primum dirigi debet ad id exhauriendũ, quod in tumida parte præter naturam subsistit. At, quum multa sint, quæ hoc efficiunt, quibusnam utemur? digerentibus, repellentibus, lenientibus. digerentibus quidem ac reprimentibus, quoniam aperte exhauriunt: at leniẽtibus eo nomine, quòd prohibent, ne materia præ dolore ad uitiatam sedem concitetur: atque ob hanc causam lenius digerentia, ac reperimẽta ad inflammatam partem admouemus: nam, quæ horum utrunq; fortiter

præstant,

præſtant,dolorem irritant. His ratiocinationibus ductus Hippocrates,lana ſuccida vſus,hoc eſt, E
œſypo redundante,curationi adijcit oleum vinum ac ceratum: lanamque ipſam bene carptam eſſe vult,quo lenior ſit,& dolorem leuet. quæ elota quidem eſt, carpta facilè mollitur: at ſuccida ob ſordem non facile tractatur,carpiturque; eoque fit,vt negligenter carpta,dura dolenti parti inhæreat. quod Hippocrates,quum aliquando neglectum animaduerteret,addidit[benè carpta]. Iam verò copiosè ipſam adhibet,vt vino atq; oleo madens cõſeruetur,quum facilè ſicceſcat,quæ exigua imponitur. Ad primum etiam conſilium pertinet ratio vinciendi tumoris, quæ ex tumidis partibus(vt dictum eſt)ad ſuperiora ſuccos expellit.

73 Hac ſiquidem via tumor celerrimè extenuaretur.

Diceret extenuari mẽbrum,non tumorem, qui propriè loqueretur. dãda ſiquidem opera eſt, vt tumor ex toto euaneſcat, maiores tñ complura ſic loquuntur,præſertim, qui eloquentiſſimi ſunt,vt contempta,quam iuniores excolunt,curioſa nominum inquiſitione,non exquiſita diligẽtia,vt ipſi nuncupãt,qui in ea verſantur. Sed digni vtique eſſent,quos laudaremus, ſi hac vel exquiſita,vel propria(vtcunq; ipſi nominent)verborum inquiſitione,rẽ clarius aperirẽt, q̃ Hippo F
crates: ſin obſcura atque humilis eſt eorum oratio,præſtat maiorum æmulari negligentiam.

74 Et ad priorem iunctu ram ſuperferretur. Ad quem deligandi modum veniendum non eſt, niſi tumor aut puſtulis,aut nigritie periclitetur. Sed nihil tale ſequitur,niſi quis fracturam uehementer adſtrinxerit,aut ſiuerit depẽdere,aut manu ſcalpſerit,aut aliquid cutẽ attigerit,quod ipſam irritauerit.

Vna quidem hæc ſcriptura eſt[& ad priorem iuncturam ſuperferretur]. putant tamen expreſſo tumore alii materiam depelli ſuper iuncturam, alij ad loca,quæ iuxtà ſunt: quorũ controuerſiam dijudicare facile eſt, ſi ante vinciendi ratio conſtituatur. Vbi enim ferulis relaxatis, tumida pars(vt ſupra oſtenſum eſt)alligetur,aliquid ſanguinis ad loca, quæ iuxta iuncturam ſunt,depelletur: ſed ſi ferulis ſummotis, atque omni vinculo penitus reſoluto, de integro vinciamus,ſimul & eam iuncturam adhibentes, quæ fracturis accommodatur, & eam, quæ a tumore incipit, ſuccus hac uia expreſſus vltra partem prius deligatam ad ſuperiora transferetur.

75 Si qui femori canalẽ ſubijciat breuiorem quàm ut ultra poplitem pertineat,noxam magis quàm opẽ afferet: quandoquidem prohibere non poterit,quin corpore aut crure moto,femur quoq; moueatur. G
Popliti item inſeſtiſſimus erit,ubi adhibeatur,coget q̃ id fieri,quod minimè eſt opus: minimè namque opus eſt curuari genu,omnia enim deuincti cruris ac femoris vincula neceſſario mouerentur, ſiquis genu curuaret: neque fieri poſſet,quin muſculi alio atque alio modo figurarentur,comminutaq; oſſa dimouerentur. In primis igitur danda opera eſt,ut extendatur poples. Videtur autem femur in eum canalẽ vtiliter conijci,qui à coxa ad pedem eſt.

A tumoribus ad canalem aggreſſus eſt, quem euidenter expoſuit. mox autem adſcribet canalem uel διαμπερῆ,hoc eſt, qui totum crus excipiat, vel nullo modo ſubijciendum eſſe. Gloſſocomum verò machinamentum diximus rectè fuiſſe a iunioribus repertum.

76 Detur item faſcia lenta iuxta poplitem cum canali, quo modo & infantes inuoluuntur in cunis: ſic enim vbi femur in ſuperiorem partem,ſiue in latus vertatur,cum canali alligatum melius continebitur. Canalis igitur,vel totum excipere crus debet,vel nullo modo adhiberi.

Quod inquit[cum canali]duobus modis exponitur. nonnulli exiſtimant canalem extrinſecus faſcia circundandum, ita, vt hæc ſit Hippocratis ſententia: Faſciam dare laxam conuenit, quæ vtrunquè complectatur,& hominis poplitem,& canalem,qui ipſum excipit,id eſt,ut ipſe poples non ſeorſum,ſed vna cum canali comprehendatur. Alii circumligandum eſſe poplitem intelli- H
gunt,ut crus immobile cum canali contineatur,hoc eſt,ſubiecto etiamnum canali: quum neque vinculum per ſe poſſit ſatis fideliter continere,neque canalis,ſed ambo ſimul.

77 Item maximè uidendum eſt,ut in fractura tam femoris,quàm cruris, quantum poteſt,imus calx optime contineatur: nam,ſi dependente pede crus reliquum fulciatur,neceſſe eſt oſſa gibba in priori parte cruris conſpici: ſin calx iuſto ſublimior collocetur,reliquo crure leniter ſuſpenſo,os in priori parte cruris iuſto magis ſimum neceſſario ſe oſtendet, idq; adeo,ſi calx hominis naturaliter eſt grandior. Ad hæc omnia oſſa tardius conferunt,vbi non figurantur naturaliter, neque in eodem habitu detinentur: præterea callus infirmior circundatur.

In ſuperioribus, ubi de cubito mitella ſuſpendendo pertractauit, diximus à quibuſdam ſcribi [brachium ſuſpenſum]dempta particula [non] : à quibuſdam ea adiecta[brachium non ſuſpenſum]: & illos quidem intelligere ſuſpenſum brachium,quod non inhæret,neq; ſubiectæ alicui rei inſidet: hos verò id,quod fideliter ſuſtinetur. De crure autem,quod fulcitur,ἤρματισμένης dixit, ductо vocabulo a fulcris,quæ dicuntur græcè ἔρματα, quorum meminit poeta in eo carmine.

ὑπὸ δείρεον ἔρματα νηῶν. Sic igitur accipitur vocabulum ἤρματισμένης. pro ἠρτημένης.

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE FRACTVRIS
COMMENTARIVS TERTIVS.

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Curationem earum Fracturarum, in quibus ossa denudata sunt, aut partes exulceratæ, noxarumq; gibbi cubiti, & genu, absoluit.

1 B *INterueniunt hęc, quibus os quidem fractum est, at non excidit, nec alioquin vulnus accessit.*

HActenus simplices fracturas proposuit, in qbus neq; os cute excidit, sic ut nudum se ostendat, neque ullo modo uulnus accessit. Constat autem ossa nec excidere, nec nudari, nisi cutis & superiecti musculi secentur: fieri tamen ulcus põt, etiam si nihil ex comminutis ossibus detegatur. Trãsit ergo iam, atque aggreditur ad fracturas; quibus carnis quoque vulnus accessit, siue id solum sit, siue præter id, os etiam nudetur.

2 *Quibus sine fragmentis ossa simplici modo comminuta, eodẽ die vel certè posteriori reposita sunt, atq; in suam sedem restituta, nec testæ alicuius expectatio est, quæ ab osse abscedat: aut quibus vulnus quidem est, sed abrupta ossa non excidunt, neque fractura talis est, vt metuendum sit, ne testa quępiã ab osse abscedat: his omnibus aptissima deligandi ratio est, quæ simplici fracturę accommodatur.*

Fracturæ, vbi vulnus quoq; adijcitur, duplicem curationem docet, alteram quatenus aliquid fracti ossis nudatur, vel testa vrget, quæ à contrito osse diducta est: alteram, quum nihil tale est, sed extra fracturam, quæ rectè composita est, uno uulnere solicitamur. Nam, si nudum os cute excedit, quod protinus benè compositum fuerit & restitutum, mutãdum esse superius genus curationis non censet. C Verum alia requiritur curatio, vbi vulneri adiecta fractura os excedens restitutum est, neque suspicio est, ne aliqua testa à perfracto osse resoluatur: alia, vbi os tegitur cute, sed expectatur testa, quæ resoluta procedẽte tempore à natura per vulnus expellatur. In priori casu vtitur iunctura, quam posuit conuenire, vbi os integra cute perrumpitur: in altero variam curationem adscribit, vt mox euidenter ostendet: satius enim est ipsum audire.

A.li.4.f.5. t.2.c.9.fo. 485.a

3 *Nonnulli (atque hi non admodum proficiunt, aut obsunt) vlceribus imponunt aliquod ex purgantibus medicamentis, vt ceratum, quod picem habet: vel quodpiam ex ijs, quæ cruentis vulneribus injiciũtur: vel quod vis aliud, quod componere soleant. Illos autem laudo, qui pannos superdantes vino madefactos, aut lanam succidam: vel eius generis aliquid deuinciũt: vbi verò vlcera pura sunt, & iam glutinantur, tunc lintea complura adhibent, & per ferulas dirigunt. Hæc ratio curandi aliquid cõfert, neque multum lædit: ossa tamen in suum locum non similiter reponuntur, sed hac via fiunt aliquanto tumidiora, quàm par sit.*

Retuli ad eas fracturas, quibus carnis quoque vulnus adijcitur, curationem duplicem ab Hippocrate admoueri. Nunc orsus ab ea, quam primo loco posui, eos primum reprehendit, qui malè vlceri illi medentur, in quo, quum fractum os benè compositum est, D nihil aliud, quàm ipsum restat, neque vlla suspicio est, ne fragmentum ab osse resoluatur. Quidam (inquit) medici eos, q̃ sic affecti sunt, inter initia curant, perinde, ac si vlcere solo detinerentur: vbi hoc moderate hẽt, tũc ea vinciendi rõne utuntur, q̃ ad fracturas pertinet. Caput igitur ꝓpositorũ uerborum huiusmodi est. multus autẽ est in eorum curatione narrãda, qua nonnulli utuntur, eo q̃ singula persequatur. Equidem scripsi eos ita curare, sicut, si citra fracturam uulneri mederẽtur: at ipse, quibus ẽt medicamentis uterentur, exposuit, facta mentione cerati, quod picem accipit, tũ medicamẽtorum, & quæ protinus cruẽtis vulneribus inijciuntur, & quæ purgãdi vim habent, itẽ panni vino madentis. Rectè autem medicamenta, quæ cruentis vulneribus inijciuntur, ἔνναιμα vocat. namque ẽt nunc apud medicos id vocabuli est vsitatũ, quo ea medicamẽta nũcupare solent, quæ vulneribus superdantur, vt prim ũ illata sunt, & q̃ nondum ex toto sicca, sed adhuc cruenta, hoc est, cum cruor (græcè αἷμα dicitur) ex cute ipsa vulnerata, seu ẽt ex carne, in roris speciẽ destillat, purgãs uerò medicamentũ est, quod modicè siccat (q̃ rem demonstratũ est caput esse in vlcerũ curatione) ac detergẽdi facultatẽ hẽt, qua vlcera pura reddit. Huius generis sunt mixturæ, q̃ ex ærugine æris & squama cõponuntur, quarũ duplex ratio est, siquidẽ ærugo ab alijs coquit, ab alijs adijcit cruda: q̃ crudam accipiunt, virides dicũtur: quæ coctam rufæ, à colore, qui in vtrisque se ostendit.

Igitur

Igitur hæc medicamenta purgare vlcera possunt, quum mediocrē habeant detergendi facultatem. huiusce modi esse, quæ sordem ab vlceribus detrahunt, sicut contrà, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, carere detergendi facultate, indicauimus. variè aūt miscentur sicuti priora. At, quemadmodum in illis exempli gratia, æris ærugmem attuli, & squamam, potui & alia similia eadē ratione proponere. nunc aūt abundè sit illud indicasse, quod ἴναιμα uocata, quibus abest detergendi facultas, sunt, quæ ex bitumine cōponuntur. Horū exēpli gratia mentionē faciā, quum omnia, quæ id præstant in opere de medicamentis fuerint explanata. Ceratum autē, quod picem habet, inter oēs ferè conuenit, lenire dolorē, & pus mouere. tunc uerò cōfert, quum vlcus iam inflammatione tenetur: alioquin ipsum nemo imponeret, quum neq; detergere sordē possit, neq; vlcus glutinare, aut ad cicatricem perducere. At panni uino madentes ob vinum ipsum repellunt. dantur enim ad continendum ab iis, qui hoc modo medentur, qui adhibere volunt vlceris causa eas fascias, quibus antè iniectis aliæ superdantur. Quæ aūt scire oporteat eum, qui recte vlcera curaturus sit, posita à nobis sunt, quo ordine singula requirebant, in tertio & quarto libro de ratione curandi, atq; etiam abunde in expositione libri de vlceribus. quod ad hunc locum pertinet, satis est hæc retulisse, nā de curatione propositorū affectuum rursus tractandum nobis erit, quum Hippocrates illam exequetur: nunc meminit aliorū medicorū, quos ait, non similiter graue noxam afferre, atq; illos, quorū mentionem facit. Quid igitur est, quod errant? siquidem quum primum id cognitum fuerit, constabit ēt iure ab Hippocrate scribi illos nō admodum proficere, aut obesse, qui vlceri non malè prouident, sed fracturā initio negligunt, idoneū vinculum postea superdantes, quod proditū est ab initio conuenire: quamobrem (inquit) ossa fiunt tumidiora. Satius igitur est per omne tēpus curationis cōprimi hæc atq; adstringi, quod præsidii ad non paucos dies initio prætermittunt; asserit enim ubi iam futurum est, ut vlcera glutinentur, tunc, qui sic medentur, incipere deligare eo modo, quo fracturæ conuenit. Constat autē vlcera suppurare, deinde purgari, priusq; glutinanda sunt, quod triduo fieri nequit, aut quatriduo.

4 *Quibus tam cruris, quam brachij vtraque ossa fuerint comminuta, breuiora etiam fiunt.*

Breuitatis Hippocratis proprium est id, quod in proposito sermone desideratur, apertè ex eo, quod subiicitur, indicare: quam rem nunc feciſſe perspicuum est: præfatus enim eorum, qui superiori ratione curantur, ossa reddi tumidiora, non definiuit, omniumne, an aliquorum: at nunc ex propositis uerbis euidenter colligitur, non omnium, sed eorum dumtaxat, quibus alterum fractum est os, quū partes, quæ iuxta fracturam sunt, minimè ipsum contineāt, vt, quæ per omne tē pus curationis, nec adstrictæ fuerint, nec coarctatæ. Membrum tamen breuius non redditur, quā doquidem alterum os integrum manet, quo naturalis longitudo seruatur. Sed, vbi vtrunq; comminuitur, musculi (vt antè exposuimus) contracti, ad superiores partes vitiata quoque ossa contrahunt, quamobrem extendi ea iubet, antequam componantur. Sed, quia sine conuenienti iunctura composita ossa nequeunt contineri, ea de causa, donec increscat callus, curiosè deligat. Quam rem qui negligunt, & vlceris curationi insistant, non solum tumidum magis quam naturaliter conueniat, membrum reddunt, sed breuius etiam efficiunt.

5 *Rursus alij reperiuntur, qui lintea in eiusmodi casibus à principio protinus circundantes vtrinq; deuinciunt. vlcus uero ipsum relinquunt, & nudū esse patiuntur: deinde super ipsum imponūt aliquod ex purgantibus medicamentis: tū pannis ex uino madentibus ac lana succida medentur. Hæc quidem curatio aliena est: qua qui & in his fracturis, & in alijs vtūtur, longè aberrare verisimile est. Maximè enim ad rē pertinet nosse, quo pacto inji primo linteū debeat, & quà valentissime coarctari: itē quid conferat, qua potissimum parte conueniat, cum fasciæ caput supe dare, tū adstringere; quidve sequatur incōmodi, si alia parte, atque opus est, orsa fascia fuerit, nec quà maxime expedit, sed hinc vel hinc fuerit acta. Vtriusque vinculi effectum in superioribus demonstrauimus, cuius testimonium est ipsa medicina. Illi enim, qui sic deligatus fuerit, necesse est vlcus in tumorem assurgere.*

H

Eorum nunc meminit, qui summopere lædunt, & quæ ab his admoueantur, planè docet: tum errores ipsorum aperte redarguit, sic, ut meæ expositionis non egeant, qui in iis, quæ ab ipso afferuntur, laborare non recusent.

6 *Nam si carnosa pars, q̄ sana est, hinc atque hinc uinciatur, media non cōprehensa, ea pars, quæ relicta sine uinculo fuerit, maximè turgebit, minusq; erit sui coloris. Quo pacto igitur vlcus hæc effugiet?*

Hippocrates quālibet carnosam partē appellat χρῶτα, ut supra quoque indicauimus. Nunc illud animaduertendum est, q̄ qui rationalem medicinam profitetur, ubi præsidium idoneum esse comperit, non expectat longum vsum. putant autem, vbi vlcus sine vinculo dimittentes, utrinque fasciā circumagunt, excitari inflammationem, & ulcus malè affici ex mala conditione affectus, at non ex ea, quam adhibent, curatione: cuius primus auctor se ipsum falsa ratione decepit: successores uerò vsitatam hanc curationem edocti seruarunt, eò quòd mutare non auderent, ex quo magnum malum sequitur. Id illis meritò euenit, qui artes vlu sine ratione pertractant:

vna

A vna enim ratio est, qua fretus aliquis, rei natura demonstrante mutare tentat, quæ malè fuerant longo vsu recepta. Qua ergò ratione motus Hippocrates ipsorum curationem mutauit? non hercle probabili assumptione, aut aliena, sed quæ scientiã faceret, ac necessaria esset. Quòd si corporibus benè valentibus, sub ea vinciendi ratione materia vtrinq; in medium spacium inter partes deuinctas expressa, inflãmationẽ excitat, qui non longè magis id faciet iam ægrotantibus?

7 Igitur necesse est, decoloretur vlcus, & materia ad ipsum exprimatur, tum lachymet, ac minimè suppuret: ossa verò, & quæ abscessura non essent, abscedant.

Quæ accidant, vbi malè vlcus deuincitur, hoc loco declarauit. Cuncta autem ab inflammationis magnitudine proficiscuntur: quandoquidem ob hanc vlceris labra in exteriora uertuntur, perinde atque ea, quæ propriè oris labra nominantur, ubi inflammatione vexentur. Totus autem locus mali coloris non iniuria conspicitur, quod & ipsum constat ex immodica inflammatione prouenire. estillat verò ab vlcere tenuis, & cruda sanies similiter ac lachrymæ ab oculis inflammatis. inde translatione vsus, dixit lachrymare vlcus, ubi sic afficitur. Præterea succi, qui inflammationem excitarunt, crudi permanent, dum ea vinculi ratio admouetur. Sed & ossa necesse est procedente tempore uitiari. his enim crudorum succorum abundantia madefactis, mirum non est, si qua particula abscedat, ubi qui sic medetur, ab alieno vinculo non desistat. Singula, quæ in vniuerso sermone restant, euidentissima fient, si quis (vt diximus) animum adiungat:
B tum in memoria habeat, quæ supra ostensa sunt, eo enim hæc omnia pertinent, & (quemadmodum ipse Hippocrates admonet) his illa confirmantur.

8 Vlcus item pulsu affligetur, atq; igneum erit, tumor item coget cataplasmata superdari: quod incommodum similiter afferunt, qui vtrinque deligant, quum præter alium pulsum, inutile quoque onus adijciant. Fascias tandem soluunt, vbi vlcus recrudescere conspiciunt, & reliquo tempore sine iunctura medentur. Nec secus curant quoque, si aliud vulnus nacti sint. siquidem hæc euenire minimè censent, eò quòd hinc atque hinc deligauerint, & nudum vulnus reliquerint, sed aliquod aliud infortunium causantur. Quòd si hanc deligandi viam, penitus alienam esse, frequentari verò à compluribus, tum maximè ad rem pertinere eam dediscere, apertè non cognouissem, non tam multa scripsissem. Adde, quod hæc testantur, quæ suprà exposita sunt, maximene an minime adstringendum sit, recte fuisse tradita. Oportet autem (vt summatim dicam) ubi nullum expectatur os, quod recessurum sit, similiter curare, atque vbi sine vlcere fractura est, extendenda enim æque ossa sunt, ac dirigenda, & eodem modo vincienda. Ad hæc vlcus cerato, q̃ picem habeat, inungendum, tenuiue panno duplici contegendum, proximæq; partes albo cerato illinendæ. fasciæ verò, cæteræq; scindenda paulo latiora, quam si vlcus non
C *esset: & qua parte primum dantur, latiora multo danda, quam vlcus, quum, quę angustiora sunt, insita zonę ipsum cingant, quod minime expedit. primus enim circuitus totum vlcus complecti debet.*

Indicauit paulo suprà sub hac vinciendi ratione, tumorem exprimi ad ipsa vlcera. tumorem verò ὄιδος nuncupat, sic, vt sermo talis sit. Sanguis, qui sub aliena vinciendi ratione vtrinque ad ipsum vlcus exprimitur, tumorem facit præter naturam, hincque & ὄιδος & οἴδημα solitus est appellare. Tumori autem, quum pulsus accedit atque ardor, inflammationem perficit, quæ propriè φλεγμονὴ superius appellata est: quod vocabulum non sic accipiebatur apud ueteres, eo siquidem notabant omnem ardorem, quemadmodum sæpenumero declarauimus: ab Erasistrati verò seculo consueuit vsurpari ad illos tumores significandos, quibus non modo ardor accedit, sed renixus etiam & pulsus, necessarioque rubent. ruborem efficit ingens ardor: renixus & pulsus à multitudine oritur. Poterat Hippocrates igneum vlcus dicere πυρετῶδες, quasi febricitans: dixit autem πυρώδες, sumpto vocabulo ab igne, quem græci πῦρ vocant, quo ardorem (vt mea fert opinio) nobis reduceret in memoriam: quoniam & febris, quæ πυρετὸς græcè nuncupatur, ab eodem vo-
D cabulo ducitur, quum nihil aliud sit febris natura, quam igneus.

9 Feratur item fascia pręter ulcus ad partes etiam, quę suprà sunt, atque infra.

Veteres quum superiorem atque inferiorem partem significare volunt, raro ἔνθεν καὶ ἔνθεν scribunt. his enim vocabulis plerunque exprimunt partes vtrinque a lateribus sitas: Hippocrates tamen hic antiquam exponendi figuram vsurpauit.

10 Ergo caput fascię inijciatur e regione ulceris, & laxius paulo attrahatur, q̃ si fractura esset citra ulcus. Circumagatur autem eo modo, quo supra positũ est: sint q̃ fascię molliores semper, quam si integra cute os esset abruptum: neque pauciores, quam prius diximus, sed aliquanto plures: homini uero, quum inuolutus fuerit, uideantur aptissime inhærentes, non tamen adstrictę, asserat q̃ super plagam maxime inhærere: tũ eodem tempore, quo supra indicauimus, ipsas & bene insidentes, & laxiores sentiat: deinde tertio quoque die soluantur, & rursus alligentur. In cęteris similiter agendum, ut in superioribus: hic tantum latius, quam ibi coarctentur. Quod si fiat, quę rationi consentanea sunt, locus in quo plaga

est, &

eſt,& reliqua etiam ſub uinculo cõprehenſa ſemper graciliora ſe oſtendunt:iam verò & pus ocyus orie E
tur.quã ſi alia curatio admoueatur.Caruncułæ præterea,quæ in ulcere nigreſcunt & emoriuntur,cele rius ſub curatione hac reſoluentur,& recedent,quàm ſub alia:atque vlcus celerius cicatricem recipiet, ſi hac uia,quam ſi alio modo curatur.Cuncta hæc propterea fient,quòd & locus exulceratus,& quæ iuxta ſunt,extenuentur.

ῥξιν ſemper intelligit Hippocrates [è regione]modò in longitudinem corporis, modò in latitudinem:ueluti nunc,quum uoluit primæ faſciæ caput dari ſuper dextram uel ſiniſtram vlceris partem,dein ſuper ipſum vlcus inuolui,ſic,vt uniuerſum complectatur, neque vllam partem nudam relinquat.

11 Reliqua curatio eſſe debet,perinde,ac ſi oſſa citra plagam perfringantur,niſi quod ferulæ non ſunt imponendæ.Quamobrem pluribus faſcijs hic opus eſt,quam alibi, quum & minus adſtringendum ſit, & ferulę tardius circundandę.

Interdicit,ne ferulæ imponantur,vbi fracto oſſi vulnus acceſſit,veritus ne comprimant:atque F
ob eam rem præcipit,ne arctius ſuper has faſciæ deligentur,ſed utraque de cauſa plures imponãtur.Memento autem ipſum imperaſſe,vt plures inijcerentur,propterea,quod & minus coarctantur,& ad ferulas tardius uenitur.

12 Tamen,ſi ferulę ſuper accõmodentur,è regione vlceris minime circumponantur:deturq; opera,ut laxiores ſint;ne uehementer adſtrictę premant,quam rem in ſuperioribus quoque propoſuimus.Tenuiori autem cibo diutius contenti ſint,quibus à principio carnis quoque vulnus acceſſit, vel oſſa cute exciderint,& (vt una complexione complectar)grauiſſimę fracturę rationem victus tenuiorem amant, & diuturniorem.

E regione nunc intelligit in longitudinem, in hanc ſiquidem ferulæ imponuntur. Supra loquutus eſt,ut,qui ferulas ſummouebat:nunc,ut is,qui nonnunquam ipſas accipit.Inquit[tamen, ſi ferulæ ſuper accommodentur].Quid ipſe in eiuſmodi caſibus facere conſueuerit, & in ipſo crure etiam,non eſt,quod contendam, quum rem minimè definierit.Exponam tamen id,quod facio.in illis fracturis,quibus in longitudinem membri,carnis quoque vulnus accedit, ferulas utrin G
que à lateribus vulneris adhibeo:ſed ſi hoc tranſuerſum fuerit,non patitur ferulas ſuperdari, præſertim ubi grandius ſit.

13 Eandem uerò curationem requirunt ulcera,quę non à principio fracturę,ſed,uel ob lintea nimiũ arctata,vel ob impoſitas ferulas aliaue de cauſa,ſub curatione poſtea oriuntur.Cognoſcitur autem,vbi vlcus ſubeſt,ex dolore,& pulſu.item ex tumore,qui tunc extremis partibus indureſcit:& ſi digito preſſeris,exprimitur,ac rurſus cito reuertitur.Igitur,ſi quid tale ſuſpectum ſit,ſoluere oportet:atque ubi, vel ea pars,cui ſuperdantur illę faſcię,quę primę inijciuntur,vel altera,quę deuincta fuerit,pruriat, in vicem alterius cerati inungenda eſt eo,quod picem habeat.

De vlceribus nunc agit,quæ pr cedente tempore fracto oſſi ob circumpoſitas ferulas ſuperueniunt. Docet ergo,quibus de cauſis fiant,quibusque indiciis cognoſcantur, ubi iam orta ſunt: poſt hæc præcipit,ne per conſuetum tempus alligatas eſſe faſcias ſinamus,ſed celerius ſubtrahentes,idoneam curationem,quam ipſe euidenter expoſuit,admoueamus.

14 At ſi nihil eiuſmodi ſit.ſed ipſum vlcus irritatum, nigrum ualdè, aut ſordidum reperiatur:tum caro purulenta:futurumq; etiam ſit,vt nerui excidant,hos non conuenit ex toto nudare,neque ſuppurata hæc timere,ſed in cęteris eadem ratione mederi,atque ubi initio vulnus adiectum eſt. H

Nudare dixit ἀναψύχειν,hoc eſt,uinculum detrahere fracturæ idoneum,vt vlcus nutriatur.non enim vult nulla re impoſita,nudum prorſus ipſum relinqui, ſed adiiciens[non conuenit ex toto nudare]mediam curationem indicat. eſſet autem media huiuſmodi quæpiam. Si in vulnere aliquod ex propoſitis ſignis apparet,imperat,vt quam primum ſoluatur iunctura fractis oſſibus accommodata:& uno atque altero die curatio, quam vlcera poſtulant,adhibeatur:membrumque rurſus deligetur,quemadmodum ſubiecta verba demonſtrant.

15 Tantum faſcię laxę admodum ordiantur a tumore,qui in extremitatibus eſt, deinde ſemper ſurſum verſus circumagantur,neque ullo modo coarctentur:inſideant item vlceri commodiſſime,alibi uero laxius uinciantur:Sint autem hæc prima lintea munda,non anguſta: & eorum,quæ circumdari ſolent,ubi ferulę imponuntur,uel numerum æquent,uel non multo pauciora ſint.

Imperat hoc loci,ut uinculũ orſum à tumore,qui in extremis membris aſſurgit,inde ita feratur,ut nihil nudum relinquat, donec ad ipſam fracturã,qua parte exulceratio eſt,porrigatur:ita ut in vnũ cõmittatur vinculũ,quod tumorem curat,& quod fracturã deuincit: unaq; ſit vtriuſq; intentio,quæ paucis circuitibus abſoluatur.Iubet aũt faſciam commodiſſimè vlceri inſidere, hoc

eſt

A est laxam esse eatenus, vt nullo modo adstringatur: super cæteras verò partes, atq; adeò iuxta fracturam magis edicit, vt minimè coarctetur: perpetuum enim esse voluit arctius eam partem vinciri, vnde sanguis exprimi debet; monet autem, vt in extremitatibus, quæ tumidæ sunt; fascia laxius alligetur, ad id consilium dirigens, vt vinculum in vnum cõmittatur. At non propterea caput totius curationis illi committit, nõ enim id est, quod in hoc casu remedio sit fractis partibus, vbi nigræ sunt, atque emoriuntur, sed tumori, de quo ad verbum scripsit [tumor extremis partibus indurescit, & si digito presseris, exprimitur, ac rursus citò reuertitur.] Hæc tumoribus superueniunt. iure igitur non æquè eos negligit, atque vbi molles sunt, nec ad eosdem dirigit præcipuum totius curationis consilium.

16 *Vlceri abundè est pannũ inducere albo cerato inunctũ, siue caro, siue neruus cadere debeat: his n. aeria superdare ão expedit, sed mitia, nõ secus, atque adustis. Insuper tertio quoq; die soluere cõuenit, ac rursus deuincire tũ ferulas uitare, & magis, q̃ antè conquiescere, atque abstinere. Scire etiam oportet, ubi futurum sit, ut vel caro, uel neruus excidat, hac ratione vitiũ minus serpere, & celerius multò excidere, ac proximas partes fieri longè graciliores, quã si vlcus linteis resolutis, quopiã ex medicamentis*
B *purgantibus nutriatur. Iã uerò, ubi excidat, quod purulentum est, citiu caro increscet, & cicatrix maturius inducetur hoc pacto, quã si alio succurramus. Hæc oĩa igitur eo pertinẽt, ut sciamus rectè & cũ moderatione deligare. Eo etiam confert idoneus habitus, reliqua uictus ratio & fascia quã aptissima.*

Declarauit ipse adustorum exemplo, cur acriũ medicamentorum vsus eiusmodi vulneribus noceat: siquidem orta sunt ex calidorum atq; acrium succorum mixtura. Cum quo simul etiam ostendit, albo cerato acrius esse, id quod picem habet: pix enim eo est acrior cera, quo calidior.

17 *At si quis deceptus recenti vulnere, nullo mõ existimans fore, ut os recedat, quod recessurum sit, eã uinciendi rationem adhibeat, quam simplices fracturæ postulant, eiusmodi medicinam non debet pertimescere: quandoquidem nullum ingens malum apportabit, dum possit modo rectè & citra nouam deuincire.*

Timere, inquit, non oportet modum alligandi fracturæ idoneum, quamuis recessuri ossis indicia se ostendant. quænam illa sint, proximis verbis addisces.

18 *Denunciant autem futurum esse, ut sub curatione hac ossa recedant, quod pus ex vlcere amplius*
C *profluit, & uidetur ad exitum festinare.*

Vbi copiosius, q̃ pro vlceris modo, pus feratur, verendum est, ne subiectũ os uitiatum sit: sed, si præter id videtur ad exitum festinare, quod ὁρμᾶν dixit, hoc est, si festinanter à vitiata parte expellatur, iam certa res est. Atundè cognoscemus membrum festinare ad expellendum? primum ex oris plagæ, quæ inter se non committuntur, sed dehiscunt, & in interiora vertuntur: deinde ex hominis sensu, qui exiguum quendam motum sentire sibi in altioribus partibus uidetur, vbi cæteras non sensu non animo aduertens, hanc vnam obseruet, cui hæc superueniunt.

19 *Resoluere igitur ac deligare frequentius oportet ob humoris abundantiam: cum alioquin febres excitentur, & vlcus cum his, quæ proxima sunt, si nimium vinculis coarctentur, emacrescant.*

Humoris abundantiam (vt solitus est) appellat πλάδον, seu tenui habitu sit, seu crasso, quale nunc est pus, quod, quando pars quæpiam ab osse recessura est, dixit copiosius euadere.


20 *Ergo vbi expectatio est tenuium partium, quæ ab osse recedant haud multum expedit variare: fascia tantum laxior circumligetur, ne pus retineatur, sed exitum facilè habeat: &, dum os recedat, sæpius soluatur, ac diligenter: ferulæ q̃, omni modo uitentur,*

In quibusdam exemplis simpliciter legitur [variare] non adiecta particula [multum], sed ve-
D risimilius fit illam adiici debere. nam, quum ratio fracturæ alligandæ tribus modis uaria fit, muteturque, non diceret simpliciter [haud expedit variare] quãdoquidem addita etiam particula [multum] dicet aliquis Hippocratem falsa prædicasse, propterea quòd importet nunc, ut fascia laxior inuoluatur, vt sæpius resoluatur, ac deligetur, vt ferulæ non imponantur, & quarto (id quod in uniuersum ab ipso præcipitur) vt fasciarum numerus augeatur, ubi uel laxius deligantur, uel ferulæ omittuntur. Sed, quod seruatur, est modus ille vinciendi, qui pertinet ad fracturas cuius habita ratione dixit in curatione [haud multum expedit uariare]. Fasciis enim vtendum, quæ primò inijciuntur, quarum una à uitiata parte orsa, ubi ter fuerit super ipsam voluta, desinat in superiori parte, eoq; modo feratur, quo antè proposuit: altera item, quæ super priorem fertur, ab eadẽ parte incipiat, tum deorsum ducta ad superiora reuertatur, minusque arctetur. Pãni quoque extrinsecus inducendi ad eundem modum, quo in prioribus declarauit, & super hos fasciæ dandæ: quæ omnia docuit, ubi vinculũ fracturæ idoneũ indicauit. At, si suspicio est, ne grandior ossis testa recedat, non amplius ad quem modum fracturæ postulant, deuincit, vt proximis verbis subiiciet. Iure igitur hic scripsit [haud multum expedit variare]. Quòd si detracta particula [multum] legamus, audiemus ipsum afferentem: non mutandam esse rationem deligandi:

quæ

quæ ad fracturas posita est. nihil enim mouet; quum similiter atque in ea fasciis illis vtatur, quæ E
primò injiciuntur, & deligare incipiat, ac primò circumagat, posteaque adducat, item pannos
æquè injiciat, & alliget: quod nihil aliud est, quam eandem rationem seruare.

21 *At quibus grandius fragmentũ expectas ab osse recessurum, siue initio præsenseris, siue postea cognoueris, non amplius eadẽ medicina opus est, sed quod ad intendendum membrum ac dirigendum pertinet, idem fieri debet. Panni uerò duplices sint, non angustiores, quã ut dodrantis dimidiũ æquent, quæ in re contemplari quoque vulnus cuiusmodi sit, oportet: tum, quod ad longitudinẽ paulo breuiores, quã ut bis fractum mẽbrum complectantur, multo autem longiores, quam ut semel: item q; numero sint: quot res postulat. Tincti autẽ in uino nigro austero primum medij superdentur, perinde ac fasciæ, quæ à medijs orsæ in utramque partem attrahuntur: post hæc ad figuram asciæ dextrum caput ad sinisteriorem partem, sinistrum ad dexteriorem, procedat.*



Ascia syncera inæqualis.

In libro de officina medici, de circuitu fasciæ inquit [simplex orbicularis fascia.] Est fascia breuis ille circuitus, qui rectus incipiens ad latus attrahit: nondum tamen est obliquus: desinitq; ad similitudinem asciæ, qua fabri vtuntur, namq; à recta linea paulũ F
recedens curuat, vnde nomen asciæ traxit. In hanc igitur figuram præcipit, vt pãni super fractum membrum imponantur: eorumq; capita ducantur, nõ secus atque vbi fasciæ à medijs orsæ vinciuntur: hoc est, vt panni super mẽbrum medii primum dentur, deinde eorum capita per vitiatum locum ferantur, non in orbem, sed paululum inclinati sic, vt à cõtraria parte, atq; inceperint, ad X literæ similitudinem inter se committantur quod non fieret, si circumageretur in orbem. Nam, quæ ita procedunt, planè inter se coeunt. Pannorum longitudinem indicauit, quum inquit [paulo breuiores, q̃ ut bis fractum membrum complectantur, multò autem longiores, quàm vt semel]. præcipit enim membrũ ab his sæpius excipi, sic, vt singuli semel ipsum amplectantur. At non continerent firmiter, si qua parte committuntur, eadem finirentur, neque vltrà procederent, aliamque membri particulam complecterentur: Ferè autem totius membri dimidium secundò pannis inuoluen- G
dum esse intelligit, quum inquit [paulo breuiores, quàm vt bis fractum membrum complectantur, multo autem longiores, quàm vt semel], quod sanè continget, ubi hi dimidium membri amplexi desinant. Quare si panni pedalis vtputa longitudinis totum membrum semel involuant, duplo longiores esse conueniat ad hoc, vt bis præstare idem possint: sed, si secundò vltra dimidium non ferantur, eo longiores sint, q̃ vt semel totum membrum excipiant, quo breuiores sunt, quam vt idem bis efficiant. erunt aũt sic sesquipedales. Diligenter igitur contemplari membri crassitudinem oportet, & de ipsa pannorum longitudinem coniectare, eosque tãtos ad mouere, vt primo circuitu totum, secundo dimidium duntaxat, complectantur. Vbi minus tuæ coniecturæ confidas, si eos super integrum membrum inducas, ad vnguem longitudinem reperies: dubium autem non est, quin panni ita cohærere inter se debeant, vt nullum inter ipsos inane spatium relinquatur. Hos docet ex vino madefieri, quod colore nigrum sit, gustu austerum, habitu verò, quale illiusmodi vinum est, plenum videlicet. nam ex cunctis vini generibus ad hæc vitia, id optimum est, quod nigrum & austerum est. communis enim illi gratia est, ob quã in vlcerum vinculis ingreditur, præterq̃, q̃ minus mordet, q̃ aliud vinum ex adstringentibus: quod pergami in eiusmodi curatione refert, ostensum enim est, sub dolore inflammationem se concipere. quare potius est, quod modicè, q̃ quod vehementer austerum est, quandoquidem hoc do- H
lorem mouet, quum carnem vltra debitũ cogat, cõprimatque. Quamobrem, nec id vtiliter adhibetur, quod tenuiũ partium, quale album est, aut flauum, aut rufum, quum ad altiores partes exulceratæ carnis penetret, doloriq; sit, eã comprimens, atque adstringens: at plenum, cuiusmodi nigrum est, ad carnem altius non descendit, sed illam refrigerando, & contrahendo, qualitatem duntaxat impertit. repellit itaq; succos, qui iam recepti sunt, & eos, qui influunt, coercet. Ratio igitur eligi vinum hortatur, quod nigrum sit & austerum. quamobrem, vbi uelis etiam experimento comprobare, periculum faciens eius facultatis in maximis grauissimisque vulneribus, verum dixisse me cognosces. Dictum autem est etiam in superioribus, oportere vlcus ex eo continẽter madere. quandoquidem, vbi superiniecta lintea paulatim siccentur, atque incalescant, vlcus inflammari necesse est, potissimum æstate. Quo tempore, quum põtifices Pergami apud nos semper gladiatores darent, eos, qui grauissimè vulnerati fuerant, curaui, multiplicẽ pannum vulneribus inducens, istiusmodi vino madentem: extrinsecus verò superimponens spongiam mollem: deinde totum ferè diem noctemq; perfundens. Vulnerato autem membro pellem subieci leniter à pedibus sinuatam, per quam procederet infusum vinum, & quasi per canalem efflueret,

atque

A atque inani pelui receptum, regestumque rursus infunderetur. Extra alios usus, quos vinum hoc præstat, ferè nullum odorem mouet, id, quod inter cætera commodissimum est: cum ex aliis quod odoratum est, maxime caput tentet: nigrum & austerum neq; etiam eo nomine officit, sed si vllum excitat odorem, ille exiguus est, cum natura frigidum sit. Ostendimus autem in libro de simplicium medicamentorum facultate, vinum austerum natura frigidum esse ac terrestre. Tale igitur, quum ex mistura constet frigida terrestriq; calidus vapores ad superiora minime trasmittit. At, quum plerisq; eorum, qua icti sunt, huius præsidii vtendi copia non sit, quo nos ad gladiatores usi sumus, diximus inter initia protinus horum commentariorum inungendum esse liquidum ceratum, quo simplices fracturæ illinuntur: quod uino longe imbecillius est, satis tamen efficere potest id, quod res exigit.

22 *Imponantur autem hi super ipsum vlcus, & hinc atque hinc, neque vllo modo adstringantur, sed eatenus insidant, vt vlcus fulciant.*

Nunc rursus, hinc atq, hinc [ἔνθεν καὶ ἔνθεν] dixit, vt longitudinem membri, non vt latitudinem
B indicet: seruat autem commune præceptum, vt vincula non parum super integram partem ferãtur: ubi ingens uitium est vt cum maxime.

23 *Ad vlcera vero admoueatur ceratum, quod picem habeat: vel aliquod ex ijs medicamentis, quæ cruentis vulneribus injiciuntur: vel aliud ex ijs, quæ idonea sunt, quæ perfundantur.*

Summa curationis in perfusione sita est primis diebus, quibus & exprimere ab vlcerata parte conuenit, quidquid humoris in ea iam contractũ fuerit, & id prohibere, quod ad à superiorĩ parte cõcurrit. A tertio die ceratum, quod picem accipit, expeditius est, quo maturantur, quæ in vlcere collecta sunt. At Hippocrates cerato initio cum vini proprietate vtitur, quòd vlceratas partes attingi nolit à vino puro, sed medium aliquid interijci, ne qua illis iniura propter adstringentem uini facultatem accedat: non enim medetur vulneribus ensis ictu simpliciter illatis, sed quibus iuxta omnis caro plus minusue quodãmodo necesse est, atteratur: siquidem sub quo ictu frangitur os, caro etiam atteritur. Merito igitur super ipsa vlcera imponi quoque voluit aliquod medicamentum ex iis, quæ statim cruentis vulneribus iniiciuntur, ut attrita curet, ac mitiora efficiat: præcipit autem, vt idonea legantur, quæ id, quod extrinsecus infunditur, admittant: idoneũ autem hoc l co σύντροφον dixit.

C 24 *Si æst as fuerit, panni subinde vino madefiant. Superdetur hyeme multa lana succida vino atq; oleo respersa.*

Quia uitia hæc, ubi vehementer frigefiunt, interdum neruorum distentione periclitantur, & vinum tum habitu tum natura frigidum infunditur, propterea veritus, ne quid hyeme grauius accidat, quum frigidæ medicinæ temporis quoque frigus accedat, occurrit immodico frigori lanã multam inducens, tinctam vino, cui olei paulum adiectum sit: imperatque, vt ea succida sit, quo per œsypum aliquid calefacit, & modice refrigeret.

25 *Subijciatur q; pellis sic figurata, vt humor per ipsam facilè descendat: & quod effunditur, recipiatur.*

Pellem ἐξάλην vocauit: quo nomine caprina ne tantum significetur, an alia quæuis, quærere in arte superuacuum est, quum non verborum expositio, sed uitiorum curatio, proposita sit: in qua nosse id sufficit, quod subijcere pellem oportet raram non densam, per quam feratur quasi per canalem, non modo, id quo perfunditur membrum, sed etiam sanies, quæ abluitur: eamque à pedibus, vt supra posuimus, figurare.

D 26 *Meminisse etiam debemus exulcerari eiusmodi partes, si diu in eodem habitu perseuerent, & ægerrime ad sanitatem perduci.*

Quę cingunt os sacrum (quod & latum appellant) calefacta atque exesa in torporem incidũt, & vltra cutem exulcerantur: eaque exulceratio difficulter curatur, quum sub cute sint cartilaginosæ ossium extremitates, quæ nudatæ cicatricem vix recipiunt.

27 *In ijs, qui aliquod ex superioribus modis, vel ex ijs, qui postea subijcientur, sub vinculis nequeũt ad sanitatem perduci, eo potissimum incumbendum est, vt pars comminuta recte contineatur, atque è regione corporis, ea obseruatione, vt ad superiora magis spectet, quam ad inferiora.*


Præcipit, ut crus omnino è regione corporis contineatur, sed extrema parte paulo sublimius. De his enim superius iam posui, ex humiliori habitu ad crus plurimum materiæ concurrere, ex sublimiori dolorem excitari. Hac igitur de causa vbique cauendus est humilior membri habitus superior verò hactenus accipiendus, quatenus cruri dolorem nondum affert.

28 *Quod si bene expediteq; rem agere quis velit, necesse est machinationibus vtatur, vt fracti ossis* E
intentio iusta sit, ac minime violenta: præcipue autem ad crura machinationibus opus est. Quidam sa
ne reperiuntur, qui quoties crus abruptum est, & alligatum, extremum pedem ad lectum deuinciunt,
aut ad aliud lignum, quod iuxta lectum defigunt. Hi ergo omnia mala efficiunt, nec quicquam boni, eo
quod nihil ad extendendum conferat vinculum pedis, quoniam nihilominus reliquum eorpus ad pedes
fertur, atque ea de causa non amplius extenditur: neque etiam ad continendū e regione aliquid condu
cat, sed potius peruertat: reliquo enim corpore in hanc, vel illam partem conuerso, vinculum non prohi
bebit, quo minus pes, atque ossa, quibus ontinetur, reliquum corpus sequantur: quod si nullo modo vin
ciatur, minus vtique peruertetur, minus enim relinquetur, vbi reliquum corpus moueatur.

Intentione, quę per organa adhibetur, quā in his latius & iam exposuit, & nunc exponit, equ^e totum membrum extendi, neque vllam sini particulam peruerti, superius ostendimus. Quæ vero scribit de iis, qui pedem vinciunt, plana sunt: pergamus ergo iam ad sermonem de orbibus.

29 *Si quis e corio Aegyptio binos orbes suat, qualibus vtuntur, qui diu in magnis compedibus deti-*
nentur. sint q; orbes hi vndiq; tunici inuoluti, altioribus quidem a fractura, ab articulo humilioribus,
tumidi præterea, & molles: accommodentur autem vnus quidem super talos, infra genu alter; a lateri- F
bus vero vtrinque habeant ex simplici vel duplici loro exiguos quasi sinus. alios vtrinque a talis, alios
a genu: sinus q; superioris orbis, e regione illis respondeant, qui in inferiori. Deinde corne abacula eius-
dem magnitudinis prehendat, scilicet digiti crassitudine, & ex longitudine, vt quum flectuntur, didu
cere ossa possint, sic vt non inhæreant.

A Orbis infra genu.
B Orbis super talos.
C Sinus vtrinque.
D Cornea bacula.



E Baculorum superiorum colligatio.

Sermo de orbib. quos Hippocrates excogitauit, mihi ita clarus videt, vt mea explanatione minime opus sit. Sed, qm nonnulli sæpius dixerunt ne G scire se, quomodo se habeant, quæ ab Hippocrate tradū-tur, incertū est qd agam: iis enim, qui negarunt intellige re se Hippocratē, orbes ipsos mon-

strauī: ac librum legens, sermonem planum feci, singula eius verba accommodans ad eam orbis partem, quam monstrabam, de qua ipse tractauerat. In libro autem non licet orbes demonstra-re, sic, vt nesciam, qua via hanc orationem aperiam: si quis enim Hippocratis verba, quæ plana sunt, comprehendere nequeat, nec mea etiam comprehendet. Ea igitur sæpius legat, ac diligen-ter consideret: certum enim scio, eum, qui hoc sæpius fecerit, si antè non intellexit, omnino intel lecturum: equidem quicquid luc is addere poter , non omittam. Orbes igitur non debemus ta les intel ligere, quales sunt pilæ. quibus pueri ludunt: illæ enim verè orbes sunt, sed quos Hippo- H crates parari iubet a compedibus (vt ipse retulit) non abhorrent, quorum afferre similitudinem licet: eos enim concipito anguibus similes vel farcimini. Ergo, quemadmodum coqui intestino-rum sinus similagine infercientes, vel carne concisa, vel alio eius generis quopiam, farcimen pa-rant: sic tu quoque corium suito, quod inane intestinum repræsentet, & molli aliqua reimpleto. Præcipit autem, vt corium sit Aegyptium, id est validum & molle: quod si in Italia, vel Thracia, aut vbiuis gentium eiusmodi corium habeas, Aegyptium ne quærito. Sit autem assutum coriū ita longum, vt cōpedum modo talos cōplecti in orbē possit. Alter præterea orbis ad regionem, quæ sub genu est, similiter detur: his enim binis opus est ad singula membra, quæ curantur: quo rum item multa paria disparis magnitudinis habeantur, vt prout vnicuique conueniūt, huic qui-dē maiores, illi vero minores iniiciantur. Hæ autem tunicæ, quas σφαίρας, id est orbes vocauit, ex toto esse in orbem non debent, neq; paris latitudinis, aut altitudinis, sed qua cuti hærēt paulatim patescentes quodāmodo: qua vero attollunt, rotundæ: neq; ēt exquisitæ tales, sed ab interiori par te magis in altitudinem attollantur, inde in orbis specie desidant, dum ad cutē perueniant a par-te exteriori ea pars, quæ desidit, in inferiori orbe ad pedem propius accedat, in superiori ad genu,

Orbibus igitur(vt dictum est)constitutis,quædam appendices innectantur,quas in vtroque vult duas esse,binas in inferiore orbe, quarum sinus sursum spectent ad genu, binas in superiori,quarum sinus contrà deorsum conuertantur. hæ autem à lateribus assuantur,ab ea nimirū parte,quæ maximè attollitur,hinc vna,atque inde altera:in quas coniici vult quatuor bacula extrema,quæ, vbi conjecta fuerint,eodem pene momento paulatim curuentur, vt, dum ad naturalem rectum habitum redeunt, orbes compellat, superiorem ad summum membrum,inferiorem ad imum: hoc enim facto fracturæ partes in diuersa extentæ rectè componuntur,seruanturq;. Imperat autem,vt ob firmitatem ligni bacula è corno accipiantur,cōstatq, ad hunc vsum ex eo vtilius adhiberi. Glossocomum verò machinamentum membris in contrarias partes diducendis aptissimū esse, in superiori commentario indicaui, vbi exequutus sum eius structuram.

30 Magna cura,ne imæ fustium partes cuti insidant,sed extremis orbibus. Parentur autem baculorū paria tria,uel plura: sint q; alia alijs aliquanto longiora, breuiora ue, vt, vbi magis extendere volumus, commodè possimus: demittantur q; hinc atque hinc à talis.

B Insidere dixit ἐγκέλσαι, quasi inhærere significans:edicit enim,ne bacula,quę ad orbes data,ipsos alterum ad superiora,alterum ad inferiora compellunt, cutem tangant, sed,sublimiora ipsis orbium sinibus inhæreant. Cornea verò accipi iussit ob firmitatem, vt,quum induntur vehementer inflexa rursus dirigantur,& ad pristinum habitum reducantur: neque dubium est, & sursum, & deorsum,orbes per hæc eatenus compelli,quatenus extenta in longitudinem procedent.

31 Hæc,si rectè parentur,iustè intendunt, tum pariter è regione,nec fractura aliquod tormentū sentiet: nam,si quid exprimatur,partim ad pedē partim ad femur transmittetur. Commodius autem bacula collocantur,à talis hinc atque hinc,ne situm cruris impediant,& ut fractura benè oculis subijcia tur,& facilè curetur.

Δικαίως id est iustè,dixi ab Hippocrate poni pro ἴσως id est æqualiter: sed idem significare videbi tur ὁμαλῶς id est æqualiter,& ἴσως id est pariter, quod proximè subijcitur. Verum ἴσως in partibus vnius rei accipitur,sed ὁμαλῶς minimum in duabus rebus. Nunc autem,quod inquit [iustè intendet]intelligendum est de intentione,quæ per duos orbes in contrarias partes adhibetur,& de cor
C neis baculis in eos demissis:quod verò subdit[pariter]de ea intentione,quam singula prę stant,puta orbis,qui à talis est,si per se æstimetur, dein is,qui iuxta genu,post hæc ea pars, quæ à dextro baculo,dein,quæ à sinistro.

32 Nihil autē prohibet,si quis uelit uel duo bacula superiora inter se iungere,uel aliquid etiam superinjcere,sic tamen,ut quod superinjcitur,à fractura attollatur. Si orbes igitur leues,firmi,molles,ac noui suantur,& bacula rectè extendantur(ut iā proposuimus)machinatio maxime idonea est: sed,si quid horum non recte habeat,oberit magis, quàm proficiet. Perpetuum autem est, alias etiā machinationes uel recte uel nullo modo, adhibendas esse: turpe enim est,& ab artificio plurimū abhorret,machinationibus utentem ipsa machinatione destitui.

Quatuor erant bacula,ab vtraq; parte cruris duo, vnum superius, alterum inferius. duo (inquit)quæ à superiori parte sunt,alligari inter se possunt,ut maneant recta,ne,dum magna vi curuantur inter se aduersa,ad proxima loca conuertantur.

33 Pleriq; tamen medicorum,fracturæ, seu integra cutis sit,seu vulnus etiā accesserit, primis diebus lana succida medentur,neq; id uidetur ab arte alienum. Quicunque sane recentioribus fracturis protinus,ubi lintea non sunt,cogūtur lanā imponere,maxime uenia digni sunt: siquidē linteis exceptis ni-
D *hil est,quod multò commodius,quam lana super uitia hæc alligetur: eo verò copiosè danda est, tum bene carpta,non aspera: pauca enim,& mala,parum quoq; proficit. Sed qui uno die,aut altero uinciendā lanā censent: tertio autē & quarto lintea injcientes, tunc maxime adstringunt, atque extendunt: medicinalis artis sunt ignari,atque admodum imprudentes. In uniuersum enim omnia vulnera tertio & quarto die mi ime uexāda sunt, omnis q; opera specilli fugienda est his diebus,& quibuscunq; alijs vulnera recrudescunt. In summa enim vulnera pleraq; tertio aut quarto die recrudescunt, tum quæ inflāmatione, tum quæ sordibus, grauiter excipiuntur: aut febrem inferunt: quo præcepto nullum aliud tradi potest vtilius. Nam quæ sunt in medendi arte grauissima, quibus id non sit commune? non enim pertinet ad vlcera tantum,sed ad alios quoque morbos complures.*

Propositū auctoris est prauam emendare consuetudinē medicorum,qui satius existimabant, non potinus à principio fractum membrum extendere, sed primum duobus aut tribus diebus lenientes,tertio aut quarto die à principio vim adhibere. Hippocrates verò curandi rationē docet huic maximè contrariam, nempè initio membrum extendendum esse, tertio & quarto die leniendum. Quod si,quæ hic scribuntur, singula consideres,plana erunt,aperte enim loquitur.

34 Nisi quis dicat, alios quoque morbos esse vlcera,quod quodammodo verisimile est.

Verisimile dixit ἐ πιθανὸς, quasi probabile: id autem propterea posuit, quia nonnulla à ratione pro- E
sus abhorrent. Quo igitur argumento mouebitur, qui alios morbos vlcera esse affirmet? Morbi
sanè qui dolorem afferũt, probabiliter admodum annumerari vlceribus possunt: indicaui enim
dolorem inde oriri, & q̃ continuum soluatur, vbi secatur, extenditur, aut contunditur: & quòd
immoderatum incidat temperamentum. Atqui solutionem continui ad vlcus spectare, cuiuis ma
nifestum est: sed immoderato temperamento, vbi subita mutatio accidat, aliquam fieri continui
solutionem, in opere de simplicium medicamentorum facultate demonstrauimus. Calorem qui
dem constat penetrare, & quasi exedere, quod continuum est: frigus item, quod vehemens est,
cum subitò cogit, quæ soluta sunt, aliquam creare solutionem, in eodem opere ostensum est. Iu-
xta hoc igitur nõ solum probabile, sed verum quoque erit, dolorem omnem ad vlcerum genus
pertinere: at non æquè verè, atque id, quod propositum est, nõ tamen absurdè, morbi omnes po-
terunt vlceris nomine appellari. quandoquidem cum plerisque morbis dolor coniungitur, a qui-
bus sermo transferetur ad omnes, quum ratione quis contendet totum corpus omnino, vel im-
moderato affici temperamento, vel contundi, extendi, aut euidenter secari: deinde conficiet à F
quolibet immoderato temperamento continuũ aliquid solui: id, quod, quãquam euidenter sensui
non subiicitur, rationali tãmen contemplatione verum esse comprobatur: hoc adeò magis acci-
dit in iis, quæ extenduntur, contunduntur, & comprimuntur: hęc siquidem proxime accedunt ad
ea, quæ diuelluntur, quæ res continui solutio est.

35 Sæpenumero alij alijs germani sunt.

Quos cõsueuimus similes dicere, coniunctos, aut cognatos, Hippocrates solet appellare ger-
manos: quo vocabulo summã rerum coniunctionem, cõsortiumq; significat: nam, cum multi in
ter se cognati sint, nulli magis propriè cognati dicuntur, q̃ germani. Eos igitur, qui maximè cõ-
iuncti sunt, quasi eandem coniunctionem habeant, quam germani, eo verbo nuncupat.

36 Quicunque verò existimant lana utendũ esse, donec ad septimum diem ventũ fuerit, dein extendendum, dirigẽdũ, & fascijs vinciendum, non ita videntur imprudentes: tunc enim inflammationis impetus conquieuit: atque ossa ab his diebus laxantur, & facilè tractari possunt. Hac tamen curatione G
longè melior est, quæ à principio vinculum adhibet, sub qua septimus dies membrum exhibet ex toto al ligandis ferulis idoneum: quod sub hac multo posterius contingit.

Illis in superiori sermone reprehensis, qui tertio, aut quarto die adhiberent vinculum fractu-
ræ accommodatum, ad eos nunc transit, qui post septimum diem ad id veniunt, quos minus erra
re indicat, vt qui partes extendant non ita inflammatas: sed, qui tertio aut quarto die id efficiunt,
quo tempore inflammatio, quum maximè vigeat, lenientibus eget, eos in non mediocri errore
versari ostendit.

37 Alia etiamnum affert incommoda, quæ omnia persequi longum esset.

Longitudinis tẽporis accusauit eam curationem, quæ non nisi post septimum diem vinculo
vtitur fracturis accommodato: nunc subdit, in alia quoq; cõpellere incommoda, quæ, ne multus
sit, omittit. Nos satius ducimus ea subijcere, moti ab ijs, q̃ in superioribus demonstrauimus. Vbi
fractura mediocris sit, partes sub hac vinciendi ratione tumidiores fiunt, vt supra ẽt ostendimus
quod si os asperius & grauius perfringatur, periculũ quoque est in eo casu, ne corrumpatur, si vin
culũ, quod ad fracturas pertinet, dum trãseat septimus dies differatur. hoc enim iubet à primo ad- H
hiberi, quoniam in vtramq; partem à fractura exprimit superantem sanguinem, qui, si diutius ibi
subsistat; nonnunquam efficit, vt ossa vitiosa sanie plurimum irrigata corrumpantur.

38 Quibus ossa fracta & cute excedentia restitui nequeunt, hoc modo in suam sedem collocantur.

Solent græci, qui Asiam incolunt, vsurpare verbum καταξῆσαι, vt significent in suam sedem col
locare: vnde mihi uidetur Hippocrates ducere nomen κατασάσεως per σ tertiam syllabam scribens,
sic, vt idem significet, quod καθίδρυσις, quod vocabulum nihil aliud sibi vult, quàm aliquid in suam
sedem collocare, quam rem κατάσασιν dixit. Malè igitur scribunt nonnulli κατατασιν abse σ, non
enim per intentionem, quam κατατάσις notat, sed & per impulsum, nudata ossa in suum locum re
conduntur.

39 Ferramẽta facere oportet ad similitudinẽ uectũ, quibus in lapidicinis utũtur, latiora ex ùna parte, angustiora ex altera: quæ terna habeantur, aut etiã plura, vt semper adijci aptissima possint. quibus de missis ossa eodem penè momento, quo intendũtur, impellenda sunt. Innitantur autem ab imo, inferiori ossi, a summo superiori: atque (vt uno uerbo dicã) nõ aliter, quàm si uectis ad lapidem uel lignũ fortiter impellendũ admoueatur: sint autẽ ferramẽta quantum fieri potest firmissima, ne flectantur. Hæc itaq; curatio maximum momentum habet, si ferramenta idonea sint, & impulsus conueniens adhibeatur.

Constat

A



Constat fabricanda esse ferramenta ad figuram vectium, quibus in lapidicinis vtuntur, non tamen æque magna, cum, quæ ad impellenda ossa adhibentur, ab ijs non abhorreant, quæ ad vrgendos dentes comparantur. Verum ad ossa impellenda parari multa debent, quorum alia aliis pleniora, vel tenuiora sint, vel minora, ab extrema parte, qua maxime suum effectum præstant: sed qua ratione vti eisdem ferramentis conueniat, Hippocrates ipse euidenter declarat. Si quis eius verba non intelligit, alia expositione, aut interpretatione non indiget, sed oculorum sensu: quædam enim res natura tales sunt, vt aliqui nec discere, nec doceri eas possint, nisi in conspectum adducantur.

40 *Ex vniuersis enim machinationibus, quæ ab hominibus excogitatæ sunt, hæ tres sunt omnium vtilissimæ, axis versatio, impulsus per vectem, & cuneus adactus: namque homines sine aliquo vno, uel sine omnibus, nullum opus, quod maximam vim postulet, perficiunt: quare non paruifaciendus est*
B *impulsus hic: siquidem ossa, vel hac via, vel nulla alia, reconduntur. Sed si os, quod super alterum excedit, uecti idoneum locum non præstet: sit q; ita acutum, vt vectis effugiat: scalpro excauandum, donec vecti locus fiat, cui firmiter hæreat. Impellere autem oportet, atque extendere eodem die, vel postridie, sed non tertio: quarto vero, uel quinto minime: nam, his diebus lacessita ossa nequeant in suam sedem reuerti, inflammatio superueniet, ac nihilo minus etiam, ubi restituantur.*

Axes nuncupantur ab Hippocrate vocabulo ἄξονος & ὀλισθήσεως. Horum itaque versationem ait validissimam esse, sicut & vectis impulsum, & cunei admotionem, quam vocat ὑποσφήνωσιν, quæ lignorum per cuneos diductionem, diuisionemq; significat.

41 *Atqui multo magis neruorum distentio excitabitur, si os restituatur, quam si restitui nequeat: quod quidem ignorare non oportet: nam si condito osse neruorum distentio superueniat, in angusto spes est: præstat autem iterum expellere, si potest citra molestiam fieri.*

Causam, quamobrem his omnibus vitijs inflammatio accedat, vbi ossa condantur, ipse deinceps omnem persequitur, semel ipsam explicasse contentus, non secus atque alia multa, quæ in
A.li.4.f.< t.2.ca.3.f. 483.g C medicina maximum pondus habent, vt, qui transferēdum nobis sermonem cēseat ad cætera eiusdem naturæ omnia. Ecce tibi adscribam eius verba, quibus vniuersum hoc, quod ad multa singularia pertinet, exponit.

42 *Neque enim ijs, quæ iusto laxiora sunt, neruorum distentio aut rigor supernascitur, sed ijs, quæ vltra debitum intenduntur. Quod ad hunc locum attinet, propositis diebus irritare non conuenit: sed operam dare, vt vlcus quam minime inflammatione tētetur, & quam maxime suppuret: atque vbi septē dies, vel paulo plures transierint, si febris non sit, atque vlcus inflammatione vacet, tunc minus prohibemur eniti ad reponendum, ubi voti compotes fieri posse non desperemus, quoniam sine effectu spe non conuenit & sibi & alteri molestiam afferre. Ergo, si ossa in suam sedem collocentur, quę curatio admouenda sit, iam declaratum est, siue absessura credamus, siue non. Quod si absessura esse uideantur (ut dixi) fasciæ in omnibus his ordiri a medijs debent, plerunque, quemadmodum illę, quę primę circundā tur, in utranque partem attractę.*

Ostensum est in libro de motu Musculorum, singulos musculos suo munere fungi, ubi versus
D suum initium contrahuntur: quæ res, quando inuitis nobis accidit ob inflammationis magnitudinem, nerui distenduntur. Cur igitur, si reponantur ossa, quæ fracta aut luxata inter se cesserunt, musculorum distentio sequitur? Quæstio ex eo præsertim diluitur, quod membrum redditur breuius, quum fractum vel luxatum os cute excedit: sed postquam in suum locum reposita sunt, quæ nudata erant, suam longitudinem recipiunt: in quo casu coguntur musculi, quos inflammatio exercet, vnà cum toto membro distendi. Duobus igitur modis distenduntur, & sub inflammatione, & nunc quum ad pristinam longitudinem reuertuntur.

43 *Attendenda insuper est figura ulceris, ne sub vinculo hiet, ac diuaricetur.*

Translatione vsus duo hæc verba vsurpat, hiare scilicet, quod κήρεσθαι dixit, ducto quidem verbo a labiis oris: & diuaricari, quod διαπλήκτεσθαι, à cruribus plurimum inter se diductis: diducta enim crura diuaricata dicimus: labia vero, quum sine motu maxillæ inter se distant, hiantia: namque ubi os sic aperitur, ut labia non coeant, dentes uero inter se committantur, hiare dicitur. Cauet autem, ne oræ vulneris diductæ vinciantur: vult enim eas contrahi cutis partibus suum situm recipientibus: quandoquidem subiectum musculorum vlcus hac via minimē comprimetur, & maxime tegetur. scire enim licet, quæcunque cute conteguntur, hac eadē delectari, nihilq; nu

dari innocenter. At quid mirum eſt, ſi ea, quibus cutis proprium, atq; innatum velamentum eſt, E
ſemper velamento gaudent innato, cæterisq; omnibus læduntur? Equidem quum nihil ex cute
præciderem, ſed eam ab vlterioribus partibus ſuper locum inducerem, a quo detracta erat, ag-
glutinatam vidi, & (quod magis admiratione dignũ eſt) quum locus iam nigritie occuparetur. Il-
lud item longe admirabilius, quòd non modo adoleſcentibus, ſed ſenibus non paucis, cutem ita
detractam protinus, vbi iã plaga nigreſceret, ſæpe agglutinaui. At nuda caro, ſi ſine cute relin-
quatur, ægre ad cicatricẽ perducitur, præterquam q̃ morſum omnino ſentit, & ſordida redditur:
medicamenta enim, quæ inflãmationem coercẽt ac leniũt, cuiuſmodi eſt, quod πάρυγρον, & quod
τετραφάρμακον nuncupatur, affectam partẽ ab inflãmatione tuentur, ſed vlcus ſordidum efficiunt;
quæ vero vlcus purgant, ob detergendi facultatẽ mordent. Sed, vbi pars, a qua detracta cutis eſt,
eadem contegatur, nulli eiuſmodi noxæ patet: quod ſimile eſt, atq; vbi puſtulæ ſub variis cauſis
ortæ in tumorem aſſurgunt, & interdum gsauem afferũt dolorem; acuta enim acu (vt noſti) eas
aperio, vt exitum habeant, collectoque ibi humore leuiter expreſſo, ſuperiectam cutem relin-
quo. Hæ deinde iterũ implentur præcluſo foramine, impletæq; eodẽ modo aperiuntur; humore
expreſſo cutis ad carnẽ compellitur, ſeruaturq; dũm quod ſub ea exulceratum eſt, ad cicatricem
perueniat. Hæc dixiſſe volui, vt aperte oſtenderem vlcus quodlibet innata cute contegendum ef
ſe, hic autem non quodcunque tractatur, ſed quod alte penitus inſedit, quum caro tota ab oſſibus
diſcuſſa ſit: non enim cute excederent, niſi prius vniuerſam carnem incidiſſent. Hanc igitur me-
lius eſt proxima cute uelari: namque ubi nuda ſit, contactu medicamentorum, quibus nutritur, ſi F
oleum accipiant, & vlcus mitius reddant, ſordida euadit: ſin purgent ſordem, & detergendi vim
habeant, morſum ſentit. At, ubi iniecta medicamenta, per cutem, ſuam facultatem carni exulce-
ratę impartiãt, nulla ipſorum particula penetrante, proderunt quidẽ, ſed nullum afferent ex ſupe
rioribus incommodis. Iure igitur Hippocrates magni momẽti exiſtimat oras huiuſmodi vlcerũ
contrahi, id, quod bene utique cedet, ſi diligenter figura vlceris animaduertatur: ſi una enim ora
in alterum latus inclinetur, faſcia inde orſa ad contrarium conuertenda eſt: ſi pariter in vtrunque
media primo inijci debet, atque oræ vulneris inter ſe committi.

44 *Faſcia commode quibuſdam a dextra parte attrahitur, quibuſdam a ſiniſtra, alijs in utrãque par-*
tem ducitur. Quæcunque autem oſſa reuerti in ſuam ſedem nõ potuerunt, hæc ſcire licet abſceſſura eſſe
non ſecus etiam ea, quæ ex toto carne ſunt nudata, nudatur autem quibuſdam pars ſuperior, pleriſque
vero emoritur caro, quæ circa fracturam eſt.

Συντρόφως dixit, vt commode ſignificaret, inutili translatione vſus: quod mihi libuit notaſſe,
quandoquidẽ eloquentiſſimus quiſq; translationem vſurpat, vt rem apertius declarans exponat.
45 *Oſſa quædam ſubſ actura diuturna alijs putreſcũt, alijs minime: & quibuſdam grauius, quibuſ-* G
dã leuius: tum modo grãdia, modo exigua oſſa infeſtantur. Ob hæc igitur, quæ poſita ſunt, non licet uno
verbo explicare, quo tempore abſceſſura ſint: nonnulla enim, & quod exigua ſunt, & quod in ſummo
continentur, celerius excidunt: nonnulla non excidunt, ſed arefacta & putria ſquamam remittunt: p-
ter hæc multum curatio alia ab alia differt. Fere tamen oſſa illis celerrimè abſcedunt, in quibus celerri-
me pus apparet, & celerrime etiam atque optime caro increſcit: caro enim, quæ in vitiata parte ſuccre-
ſcit, plerunque os attollit. Ambitus ergo totius oſſis, ſi quadraginta diebus abſcedit, optime abſcedet,
quum nonnulla uſque ad ſexageſimum perueniant. Rariora quidem oſſa maturius abſcedunt, firmiora
ſerius, alia, quæ minora ſunt intra tempus multo breuius, atque alia aliter.

Oſſa, q̃ putreſcunt σεσάπρεσθαι dixit, verbo ducto a nomine σάπρου: nominant aũt quæcunq; cor-
rupta ſint σαπρὰ, idq; non recte: q̃cũque. n. & vetuſta, & diuturna ſunt, ab ipſo dicuntur σαπρὰ.
46 *His autem de cauſis os præcidendum eſt. Si reſtitui nequit, & parum quid excedere uideatur, ab*
ſcindere hoc licet: ſi noxium ſit, & carnem aliqua ex parte vulneret, ac moleſtiam afferat, nudatum q̃z H
ſit, hoc quoque abſcindendum eſt. Reliqua vero non multum refert, præcidantur necne: ſcire enim cer-
tum licet oſſa, quæ carne nudata ſunt ex toto, & arida, omnia penitus abſceſſura: ea uero præcidi non
oportet, a quibus ſquama reſoluenda eſt, ex propoſiti autem indicijs, conijciendum eſt, quæ penitus
abſceßura ſint. Ad horum curationem pannis utendum eſt, ac uini perfuſione, ſicut ante indicauimus
in oſſibus, quæ abſceſſura ſunt: cauendum q̃z ne frigida aliqua re a principio perfundantur: nam pericu-
lum eſt ne cum febre grauis horror ſequatur, neve neruorum diſtentio ſuperueniat; nam frigida ſem-
per neruorum diſtentionem afferunt, preſertim ulceribus. Illud item ignorare non oportet, quod mem
bra, in quibus utraque oſſa comminuta ſunt, dum inter ſe cedentia curantur: & ea quibus fragmentũ
a toto oſſis ambitu recedit: neceſſe eſt breuiora fiant.

Cauſas appellauit προφάσεις, patet aũt ab eo hic quoq; ſic vocari, nõ falſas, ſed veras cauſas, vni-
uerſus autem ſermo de oſſibus putribus planus eſt, quum imperat, vt id ex ipſis præcidatur, quod
in cauſa eſt, cur non condantur, ut quod proximam carnem pungit, atque (ut ipſe ait) moleſtiam
affert, hoc eſt, cum pertrubatione, atque tormento reponitur. Addit inſuper futurum pror-
ſus, ut ea oſſa abſcedant, quæ nudata protinus reſtituta non fuerunt: ad hæc, quæ inaruerunt.

Quibus

A 47 *Quibus femoris, uel humeri o exceſsit, ferè non euadũt, ſunt.n. oſſa hæc grandia, & medulloſa: ad de, quòd multa ac magna ſimul lacerentur, nerui ſcilicet, muſculi, ac venæ. Quòd ſi reponantur, ſolet neruorum diſtentio ſuperuenire: ſi non reponantur, acutæ, bilioſæq; febres cum ſingultu, ac nigritie. Non minus euadunt, quibus nec reponimus, nec reponere tentamus: magis adhuc euadunt, quibus inferior pars oſsis, quàm quibus ſuperior exceſsit. Euadere etiam poſſunt, quibus reponuntur, rarò tamen: multum enim curatio, multumq; natura corporis, alia ab alia diſtat, quod ad facilè ferendum attinet. multum quoque refert, an ab exteriori humeri femorisve parte oſſa exceſſerint: multæ enim & grãdes uenę per interiorem partem feruntur, quarum nonnullæ uulneratę hominem iugulant: per exteriorẽm uerò pauciores intendũt. In eiuſmodi igitur caſibus, periculi meminiſſe oportet, quod propriè circũſtat, idq; in tempore prędicere. Quod ſi reſtituere cogaris, ſpereſq; te id aſſequuturum, neq; oſſa nimium inter ſe ceſſerint, neque muſculi contracti ſint (conſueuerunt enim ad ſuum initium recurrere) hæc quoque per uectem impellendo, extendendoq; in ſuam ſedem reponito.*

Conſtat, quibus oſſa hæc nudantur, non tam oſſium, quam muſculorum, neruorum, arteriarum, ac venarum magnitudine periclitari: ad hæc, quoniam propiora ſunt neruorum muſculo-
B rumque initiis. diximus autem in opere de muſculis, ubi oſſa inter ſe ceſſerint, eos facilè in ſeipſos contrahi, id quod ſæpius adduximus. Cætera, ſi animum adiungas, in aperto ſunt.

A.l.4.f.5. t.2.c.2.f. 483. *48 Vbi reſtituantur, veratrum molle potui dandum eſt eodem die, ſi eodem die reſtituuntur, alioquin ne tentare quidem oportet: ulcus verò curãdum eſt, non aliter, quàm caluarię oſſa, ubi comminuantur. nihil frigidum imponendum, à cibo penitus abſtinendum.*

Incertum eſt, quid ſibi velit [molle]. patet autem, vel qualitatem potionis, vel modum, ſignificare: nemo autem de modo exiguo, molle, propriè dictum exiſtimaret: nec qua ratione Hippocrates præparari ipſum velit, facilè intelligitur. Nos ſanè radiculam ex oxymelle interdum dedimus, in quam veratri radicum ſurculi duntaxat per totum diem ac noctem fuiſſent infixi. Huiuſmodi autem purgatio per veratrum leuior eſt. Ipſa autem res comprehendi ſanè non poteſt, quum non adiecerit, quo pacto dari debeat: ſcimus enim & ueteres medicos, & iuniores, & qui inter hos ſunt, ſumendi veratri varias rationes prodidiſſe.

C 49 *Si homo naturaliter amara bile redundat, ſuſtineri debet potione aquæ, cui oxyglycis odorati paulum aſperſum fuerit: ſed ſi amara bile non redundet, contentus ſit aquę potu. Siquidem continenti febre laboret, non minus quatuordecim diebus hoc victu utatur, ſin febre uacet, ſeptem.*

Contrariam huic ſcripturam habet Artemidorus, qui Capito cognominatus eſt, volens, ubi amara bilis non ſuperet, dandum oxyglyces: ubi ſuperet, aquam. Scripſit autem hoc modo: Si homo naturaliter amara bile non redundet, ſuſtineri debet potione aquæ, cui oxyglycis odorati paulum aſperſum fuerit: ſed, ſi amara bile redundet, contentus ſit aquæ potu. Quidam alii cum Artemidoro ſcripturam hanc ſuperiori præpoſitam habent: quãquam in libro de ratione victus in morbis acutis Artemidorus ipſe eum locum, ubi Hippocrates agit de potione aquæ, ita ſcribit: Alioquin, nec ſitim tollit, ſed amara efficitur: bilioſis enim naturaliter bilem facit, & præcordiis aliena eſt: infeſtiſſima verò eſt, potiſſimumque bilem facit, & uires conuellit, cum inani corpore aſſumitur. Qui locus, quum à quibuſdam ita ſcribatur [bilem enim naturaliter facit, & præcordiis aliena eſt] Artemidorus ipſe priori ſcripturæ potius ſubcripſit, in qua adiicitur [bilioſis], atque ita legit [bilioſis enim naturaliter bilem facit] uolens aquam non ſimpliciter cuilibet, ſed bilioſis duntaxat, bilem facere. Quo pacto igitur nunc dat aquam bibere, quibus amara bilis ab-
D undat, niſi fortè ſi exiſtimat amara bile redundantes, quos Hippocrates vocat πικροχόλους, alios eſſe, atq; bilioſos: ſed nemo eſt, qui neſciat illos uocari πικροχόλους, in quibus amara bilis redundat: namque altera bilis, quæ nigra conſpicitur, acida eſt: quæ verò pallida, & flaua, amara. Patet autẽ ob uitia, quibus languens detinetur, uinum remoueri: ſi quis autem amara bile naturaliter redundet, quum ab aquæ potione plurimũ lædatur, quẽdmodum dictũ eſt in opere de ratione uictus in morbis acutis, huic tantum permittit dari paululum omnino oxyglycis, quam miſturam nominãt etiam ἀπόμελι. Eligit autem id, quod dulce eſt, ne tentet partes neruoſas. nam, quod magis acidum eſt, magis nocet, ac præſertim, ubi ex melle conſtat, & aceto, non ex fauis, ut ſupra indicauimus: quo modo in Hellade quidem, atque Eli potiſſimum componitur. Nos in aliis regionibus ex fauis conficimus, acetum melli adiicientes, poſt hæc incoquentes, donec eorum qualitates in vnitatem coierint, atque aceti uis frangatur.

Sect. 2. t. 40. 72. 135. a.

50 Deinde paulatim pro ratione ad quemlibet uictum reuertatur. Quibus item recondita oſſa nõ fuerint, eadem purgatio conuenit: eodem modo uulnus nutriendum, & eadem abſtinentia ſeruanda: pars item corpori, quę tumida eſt, extendi non debet, ſed contrahi potius, ut ſpatium in ulcere laxius ſit. Oſſa autem longiori tepmore abſcedunt, quemadmodum ſupra dictum eſt. Cauere autem hic oportet,

præsertim, si bella cautio est: siquidem spes in angusto est, & pericula multa circunstant: atque ubi ossa non reponantur, medicus videtur arte destitui: ubi reponantur, homo ad interitum magis præcipitatur, quàm liberetur. E

Antea quoque diximus quamlibet victus rationem, quæ exquisitæ contraria est, ab Hippocrate φαύλην nuncupari.

51 Vbi ossa genu uel toto loco mota sunt, vel paulum excesserunt, casus multo mitior est, quàm vbi ea, quæ in cubito sunt, uel toto loco mouentur, uel paulum excedunt.

Quum ossa toto loco mouentur ὀλισθήματα dicit, quum paulum excidunt διακινήματα. mitiorem verò casum εὐηθέστερον appellauit, iuxta propriam significationem verbi εὐήθους, quo significatur bonos habens mores. nam, si stolidus græcè vocatur εὐήθης, similiter dicitur, atque γλυκεία & καλλεία. γλυκείαν quidem vocant suem, vbi diis immolatur, † vt blandè rem appellent: καλλείαν verò similiam: nam ab hoc quoque vocabulo cauent, quod testatur Callimachus quum ait, A vocabulo feræ per horam caueto. F

† ut pulchrenomini (secundum figurã, quę Græc. εὐφημία dicitur) rem appellent.

52 Nam pro magnitudine tenuior est articulus femoris, quàm humeri.

Commissura genu duobus ossibus continetur inter se commissis, femoris scilicet, ac tibiæ. sed sicut in cæteris commissuris necesse est quoddam cauum esse, in quod se inserat caput ossis, quod recipitur, atque ipsum caput rotundum esse, vt promptè facileq; in cauum conijciatur: ita etiam in commissura genu, extremum quidem femur insinuatur, tibiæ verò caput recipit. nam, quum hæc femori subiecta sit, duo eius tubercula, duobus cauis admittit respondentibus, quæ media aptè distinguuntur cartilagine quadam neruosa. Meritò igitur Hippocrates ex ossibus, quæ inter se committuntur, articulum vocat, non id, quod proximum processum accipit, sed, quod in cauo recipitur. nunc autem inquit [tenuior est articulus femoris, quàm humeri], quoniã, vbi articulus hic, id est imum femoris caput, cum tibia committitur, tenuior est, hoc est, minus tumet: non tamen simpliciter est minor humero, quà cum cubito coniungitur, sed si pro portione æstimetur. nam, si imum femoris caput magnitudini femoris responderet, longè maius esset: sed res aliter habet, multò enim maius est femoris os, quum humeri: imum verò femur paulò maius est, quàm imus humerus. G

53 Atque hic vnus iustam naturam habet, eamq; rotundam.

Femoris articulus, qui in genu est, solus, inquit, iustam naturam habet. Constat autem (ut sæpenumero indicauimus) iustum ab ipso intelligi, quod æquale est. Si scrutemur itaque diligenter, qua ratione dicat hunc unam naturam æqualem habere, inueniemus nullas in eo partes excedere, quum omnes inter se similes sint, quumque vnam tantum commissuram habeant. Igitur, quia femur ea parte in duos rotundos processus finitur æqualis magnitudinis ac figuræ, qui in duos tibiæ sinus æquales coniiciuntur: & quia vtrunque extremum, femoris scilicet ac tibiæ, situm est è regione totius ossis: ea de causa iure quis dicet articulum hunc iustam naturam habere. superius enim femoris caput, quod cum coxa committitur, neque è regione femoris est, siquidem videtur in interiorem partem proiectum: neque magnitudini eius respondet, cum multo plenius sit femur, quàm humerus, ac nihilo minus summum caput humeri longè minus sit, quàm femoris: at neque ipsum humeri caput è regione humeri situm est. Quòd si cæteras spectes commissuras, nullam inuenies habere omnem æqualitatem, quam in genu proposuimus. Ac, non longè abieris, extrema tibia, quæ suræ iuncta, cum talo committitur, neque appendices, neque sinus habet ossibus respondentes: necesse enim fuit, si ita se habere debuit, quemadmodum tibia longè crassior est, quàm sura, sic eius appendicem & ab interiori parte commissuræ, quà caua est, & ab exteriori, qua gibba, maiorem esse. sed res aliter habet. quin & ipse talus non simplicem figuram repræsentat, quà committitur, sed variam, partesque habet plurimum inter se differentes. Inuenies autem ab his non abhorrere commissuram cubiti, & radij cum manu. Quòd si omnia persequi uelim, cogar longius labi, & multo magis, si cæterorum articulorum omnium naturam exponam, ut maxillæ vertebrarum, & ossis quod latum appellatur. satius igitur duxi rem summatim, breuique sermone complectens ad alia transire. is sermo sic habet. De natura omnium ossium scriptus est à nobis liber vnus, vbi vniuscuiusque magnitudinem, figuram, commissuramque explicauimus: quem, si quis præmanibus habeat, inueniet verè hoc loco propositum esse, inter commissuras omnes, solam, quæ in genu est, ad vnguem iustam esse. H

54 Humeri autem articulus magnus est, & plures recessus habet.

Quum propositum ipsi fuerit genu & cubiti commissuram inter se conferre: quumque ostenderit casus genu mitiores esse, quàm cubiti: hanc rem conficere volens, dixit [nam pro magnitu-

A gnitudine tenuior est articulus femoris,quam humeri].& insuper adiecit [atque hic iustam natu ram habet.]Quod abunde fuisset,si genu cum cubiti commissura duntaxat comparassetsed quoniam orationi adiicit [vnus,] quum inquit [atque hic vnus iustam naturam habet,] cogitur,arti culorum omnium naturam referre: quam nullus simplicem habet,sed tum figuræ ac magnitudi nis inæqualis,tum partium dissimilium.Nunc igitur,quum ad cubiti commissuram veniat,osten datque partes eius dissimiles esse & inæquales,nos quoque verba eius sequuti, quæ proponuntur singula explicabimus.Magnum ergo esse inquit humeri caput in cubiti commissura, idque non immerito.latescit enim hac parte,pluraque habet capita inæqualia,quæ κονδύλους græce dicunt.at nullum eorum cauo recipitur,quemadmodum euenit in genu,nisi gibbum quoddam, quod inter ea medium est,& trochleæ imaginem repręsentat:quum ex magnis tuberculis humeri,quod interius est,cum nullo osse coniungatur:quod ab exteriori parte est,committatur cum radio, in summum eius sinum coniectum.Hactenus humerũ videmus excipi cubito ac radio.sed alio rursus modo humerus cubiti processus excipit,cum ab vtraque parte quantum satis est,sinuetur,minus quidem a priori,magis a posteriori,quum & cubiti processus,quos a rostri similitudine græci,& fœminino genere κορώνας,& neutro κορώνα vocant,non sint æque magni,quique a posteriori
B parte est,maior sit.Quocirca cubiti commissura varia & inæqualis est,ac dissimilium partium:atque ob hanc causam recte ait Hippocrates,iustum esse articulum in genu,in cubito nõ item. Sed cur dixit [& plures recessus habet] :an eò quia voluit cubitum cum genu conferre? sunt enim in genu duo recessus tibiæ duntaxat,sicut & duo femoris tubercula : sed in cubiti commissura vnus est magnus cubiti recessus,qui duobus processibus terminatur,vno quidem breuiori a parte,a posteriori altero magis oblongo.ipse autem humerus duobus recessibus excauatur quasi foueis quibusdam,in quos conijci diximus cubiti processus:exculptus item est alio recessu,qui medius trochleam repræsentat.

55 Ad hæc ossium cruris longitudo similis est,sed quod ab exteriori parte est,paululum excedit,idque non est animaduersione dignum,nihilque magni momenti prohibet:ab hoc oritur exterior chorda quæ iuxta poplitem sita est.

Paulo maius esse ait exterius os,quod περόνην id est sutam dicunt:quod & in superioribus iã posuit,cum simplicis fracturæ cruris curationem tradidit.nos autem,quod eo loco diximus,nunc ẽt
C repetimus,ima parte suram tibia longiorem esse,à genu autem magis dicendum est tibiam esse lõgiorem.non enim coniũgitur femur cum sura,verum (vt paulo ante diximus) caput suræ,quod ab exteriori parte est in cauo tibiæ,ab eadem parte recipitur.Sed qua de causa dixerit a sura nihil, quòd magni momenti sit,prohiberi,manifestum est ijs,qui librum de vsu partium legerint: vbi ostendimus in omnium articulorum fabricatione duplex fuisse consilium, nempe, vt permittat membrum sine impedimento suos vsus præstare, prohibeatque (quod Hippocrates dixit κώλυμα) ne suo loco ossa moueantur:vt permittat quidem membrum suos vsus præstare, efficiunt & caua in summo existentia,& ligamenta laxa:stabilem cõmissuram reddunt caua admodum sinuata,altioresque oras habentia,tum firmioris naturæ ligamenta breuioraque,ad hæc robustæ chordæ valentesque,cingentes commissuram a parte exteriori.Sura igitur ad firmitatem commissuræ genu nihil confert,nisi paululum quid:id quod expressit his verbis [ab hoc oritur chorda,quæ iuxta poplitem sita est.] Ad eius autem exquisitam cogitationẽ non debes expectare,dum corpus incidatur,cum in omnibus gracilibus euidenter quoque se ostendat ante corporis sectionem. At quamobrem chordas,id est,extremos musculos,cum in neruos degenerant,τένοντας vocet,sæpenumero declarauimus.Chorda hæc ab exteriori parte poplitis sita,ab eadem commissuram quo
D que adstringendo ad huius partis firmitatem conducit,prohibetque,ne femur in eam prorũpat.

56 Sed brachij ossa inæqualia sunt,quodque breuius est,multo plenius est:quod tenuius, plurimum vltra articulum fertur,atque excedit.

Inæqualia dixit brachii ossa,non quod cum crure hæc conferat,quasi crus inæqualia ossa non habeat,quippe quum in eo posuerit longius esse, quod ab exteriori situm est: sed,quod exterius os tibiam excedat,minimum tamen,cubitus vero plurimum.nam,si diligenter summa pars cruris inspiciatur,sura videtur paulo minor quam tibia,eademque in imo crure aperte longior conspicitur.Ergo,quia sura in summa parte paulo minor est,præ vt in ima excedit,cubitus autem tota sua eminentia radium excedit,idcirco dixit,vltra articulum ferri,articulum nominans vel cõmissuram vniuersam,vel extremum humeri,quod cauo cubiti Cliteram referenti inseritur.

57 Neruis item illigatur,qua parte ossa inter se coniunguntur.

Ligamenta nunc neruos appellat,vbique autem eos ita vocat:lata verò ligamenta , & quasi membranas circa commissuram,nominari neruos patebit ex iis , quæ proximè subijcit : sed &

absque

absque illis euidētissimum est,nullum ex ijs,qui proprie nerui nominantur,ad os pertinere: hoc E
siquidem proprium est ligamentorum,ac propterea chordarum,quum hæ naturā habeant mix
tam ex neruis ac ligamētis . Hæc autem omnia absolute tradita sunt a nobis in libro de motu
musculorum . Sed nunc ad id veniendum est,quod in propositis verbis exequitur.Illigatur (in
quit) id cubiti,quod excedit,id est,eminentia cubiti,ligamentis commissuram comprehendenti-
bus,qua parte ossa inter se iunguntur,cubitus scilicet & radius . quod idcirco pro tulit, quia vltra
hunc locum,rotum id,quod in posteriorem proiectum est,carnis est expers,neque ligamētis cō
missuræ aliquo modo comprehenditur:ipsi enim innectitur latescens chorda musculi illius, qui
cubiti commissuram extendit.

*58 Pluribus autem neruis ad humerum alligatur id os,quod tenuius est,quam apud crassius.Natu
ra igitur horum articulorum,atque ossium talis est.*

Ex his verbis colligi diximus totius commissuræ ligamenta νεῦρα,id est neruos,ab Hippocrate
nominari,quæ quidem ab imo humero orta,summo cubito ac radio ea parte innectantur . eue- F
nit enim in omni commissura,vt lata ligamenta,quæ ipsam comprehendunt,ita communia sint
ossium,quæ inter se committuntur,vt crassæ membranæ videantur.hęc autem capiti radii etiam
iunguntur,sed magna ex parte cubito.atque ea de causa dixit [pluribus autem neruis ad hume-
rum alligatur id os,quod renue est,quam quod crassi us,] hoc est cubitus,quam radius:siquidē am
bo ad humerum alligantur per ligamenta innexa,quæ nunc retuli νεῦρα,id est neruos,ab Hippo-
crate appellari,sed pluribus alligatur cubitus.

59 Ob cuius naturæ modum ossa,quæ in genu articulo sunt,sæpius excidunt,& facilius reconduntur:

Ossium enim,quibus vtraque commissura continetur,structura arctior est in cubito,laxior in
genu.Huc accedit,quod multi processus,multique sinus inter se commissi , vndequaque cubiti
commissuram adstringunt:at in genu femoris tubercula in exiguos ac resupinatos tibiæ sinus cō
iiciuntur.Iure igitur articulus hic magis prolabitur,& celerrimè reuertitur.

60 Inflammatio vero non magna supernascitur,neque articuli vinculum. G

Oritur inflammatio vi,qua ossa expelluntur,quaque in suam sedem collocantur.Sed in genu,
quum vtrunque facile & sine magna vi incidat,inflammatio non oritur:quæ quum absit, articu-
li vinculum non sequitur.sub quo cum neque facile extendatur,neque facile curuetur,ægre post
curationem mouetur. Fit autem huiusmodi vinculum ea de causa,quia articulus inflectitur ob-
neruos ac ligamenta,quibus continetur,quæ sub immodica inflammatione extenduntur . Quo-
circa articulus ob quasdam inflammationis reliquias ita ægre mobilis redditur,vt alligatus esse vi
deatur.Nam,quum chordæ ac ligamenta,quæ ipsum illigant,comprehenduntque,& extendi,&
in omnibus prompte sequi musculos articulum mouentes nō possint,sed propter duritiem in cō
trariam partem attrahāt,affectus vinculo similis proficiscitur.Verum in cubiti commissura, quū
tenues extremitates processuum cubiti interdum confringantur,& vbi excidunt, & vbi condu-
cuntur:quumque multorum concursus sit,vinculum articuli grauius oritur,& curatu difficilius.

*61 Plerunque autem in interiorem partem mouetur,interdum in exteriorem,nonnunquam in poplī-
tem:quæ mutationes vniuersę difficiles non sunt.Sed,si in exteriorem vel interiorem partem erūpat,* H
super sedile aliquod humile collocare hominem oportet,crure sublimiori quidem,sed non multo .

Qua parte articulus magis adstringitur,ea minus elabitur.perfecte igitur a priori parte adstrin
gitur,qua patella est,quam nonnulli medici, cum toti genu opposita sit,ἐπιγουνατίδα græce merito
appellant.hanc ab exteriori parte continet lata quædam chorda,cuius initium est à ligamentis,q̄
a priori parte femoris sunt.ea vero per totam patellā fertur,ac tibiæ capiti innectitur. Priorē igi-
tur partē commissuræ genu,& patella,& chorda,quæ (vt dictū est)ad tibiæ caput pertinet, opti-
me tuentur:sed posteriorē exquisitè rotundā adstringit caput eius musculi,quo curuatur crus.est
quidē hic musculus exiguus,atq; ob eā causam ipsa cōmissura absconditus latet eos,qui corpora
incidunt.maxime aūt crassum caput habet,quod validissimis ligamentis annumeratur.Supersūt
duæ partes in cōmissura genu,exterior & interior,quæ nulla tali re sepiuntur,quali prior & poste
rior:atque idcirco femur in eas prolabitur:magis autem in interiorem,vt quæ minus septa sit.

62 Fere satis est modice extendere,crus scilicet ab inferiori parte,femur a contraria.

Quum extendendi aperte mentionem feciſſet,de reponendo nihil meminit,vt de re quæ pla-
na sit, quod optime nouerimus perpetuum esse in articulis omnibus reponendis ad contrariam
partem

A partē eius,in quam venit,prolapsum articulum repellere. At,vbi reponimus,si quædam eminē-
tia ossis non longa extat,os quod reponendum est,dirigere conuenit. quod etiam docet non se-
cus,ac fecerit in cubiti commissura. Nihil autem de genu articulo meminit, quum in poplitem
prolabitur,quoniam eadē ratione cōditur,atq; vbi in exteriorem vel interiorem partem moue-
tur,membro enim in diuersa diducto,articulus,qui excidit,in priorem partem adurgendus est.

63 Molestiora sunt:quæ in cubiti,quam,quæ in genu articulo incidunt,& maiori negocio restituūtur,
idq; ob inflammationem,& ob naturam ipsam,nisi protinus restituantur. Excidūt quidem hæc minus
quam illa.sed ægrius in suum locum collocantur,diriguntur q; magis q; inflāmatione prehenduntur,&
callo circundantur:hæc item fere paululum excedunt:id q; modo ad pectus,modo in exteriorem partē:
articulus autem non toto loco mouetur,sed aliquid ex cubiti processu,quà excedit,in humeri cauo ma-
net.Hæc igitur,vbi in hanc vel illam partem procidunt,facile reuertuntur.Satis autem est e regione hu-
meri recta extendere,sic vt vnus brachium à prima palmæ parte extendat:alter prehendat hominē sub
ala:alius item vna manu ad os,quod extat,admota,prominentiori eius palmæ parte ipsum propellat al-
tera verò prope articulum data cogat in contrariam partem. Atq; hæc quidem luxata non ægrè in suam
sedem reponuntur,si priusquam inflammatio superueniat,recondantur.Plerunque igitur in exteriorē
B *partem veniunt,veniunt & in interiorem:figura autem ipsa exprimuntur,sepius q; hæc licet absq; va-*
lida intentione restituere.Necesse est,vbi in interiorē partem erumpant,articulum ad naturalem sedē
repellere:brachium vero magis in pronum habitum conuersum circunducere.Cubitus ergo plerunque
in has partes excidit:,sed,si humeri articulus in hāc vel illam partem moueatur vltra cubiti processum
qui in cauo eius recipitur,quod raro accidit:sed,si accidat, ad hæc luxata non amplius accommodatur
directa extendendi ratio,namque vbi sic extēdimus,id cubiti,quod excedit,prohibet,quominus sequi
humerus possit.Quæ igitur sic luxantur,eo modo extendenda sunt,qui ante traditus est ad extenden-
dum humerum fractum,quum alligandus est:ab ala enim conuenit sursum versus extendere, a cubito
deorsum cogere.Humerus enim hac ratione diductus è regione sui recessus collocabitur,sic, vt non hæ-
reat:hoc,vbi accidet,facile restituemus prominentioribus palmarum partibus partim id humeri, quod
extat,impulsum reponentes:partim id cubiti,quod iuxta humeri articulum est,a contraria parte coac-
tum in suam sedem collocantes,eodem modo in vtroque casu:hæc autem intentio ad huiusmodi luxata
iustissima est:restitui etiam possent,si recta intentio adhiberetur,minus tamen,quam si hoc modo in-
tendantur.At humero vt in priorem partem erumpat rarò admodum accidit.Sed,quid subita vis nō
expellit?multa enim suo loco excidunt,licet magnum sit,quo prohibentur.In hoc autem casu grāde est,
C *quod super os crassius excedit,plurimum q; nerui tenduntur:quibusdam tamen excidit:cuius rei id si-*
gnum est,quod neque minimum quid curuare cubitum possunt,quod etiam articulum contingenti pa-
tet.Nisi ergo subito reponantur,graues vehementes q; inflammatione cum febre oriūtur.sed,si statim
occurratur,non magno negocio conditur.Expedit autem linteum durum,implicitum,non magnū, qua
parte cubitus curuatur,transuersum inijcere,tum repente cubitum flectere,& quantum maxime po-
test,manum ad humeri caput porrigere:hæc enim reponendi ratio,ijs,quæ sic luxata sunt, abunde est.

A Linteum conuolutum in flexuram cubiti coniectum.
B Cubitus repente conflexus.



Potest item directus intendendi modus ad hāc reponendi rationem aptari.Debet autem,qui resti-
tuit.prominentioribus palmarum partibus id humeri,quod,quà cubitus curuatur, præter naturā
extat,retro cogere: alter ab interiori parte cubiti eminentiam adurgere, sic, vt ad cubitum ip-
sum e regione spectet . Valet autem ad huiusmodi luxata ille extendendi modus,quem supra nar-
rauimus pertinere ad extendendum humeri ossa comminuta quum vincienda sunt . Intentione ad-
hibita prominentiores palmarum partes admouē-
dæ sunt,quemadmodum in prioribus demonstra-
uimus.Verum,vbi humerus in posteriorē partem
erumpat(id quod raro accidit)maxime omniū do-
lorem mouet,& febrem.eaq; sub pura bile cōtinua-
tur,mortifera est,& paucis diebus hominem præ-
cipitat:homo autem extendere brachium nequit.
Quod si a principio protinus adhibearis,coge cubi-
tum extēdi,ac per se restituetur:si iam febris ante
vertcrit,nō amplius reponēdus est.adhibita enim
vi dolor hominem interimeret.Atque(vt vno uer-
bo dicam)nullum articulū,dum febris est, compel-
lere in suam sedem conuenit,sed minime omnium

cubitum

cubitum. Obnoxia itē est cubiti iunctura aliȳs grauibus noxȳs: hoc enim os crassius est. quumq; ab altero E
diducitur, ea neque curuari, neque extendi similiter potest: id patebit. si quis priorē iunctur æ partē tā
gat, quà diuiditur vena, quæ à superiori parte lacerti procedit: quæ res vbi accidit, nō facile restituitur.
Neque enim alia ossa, quæ bina inter se iunguntur, vbi dehiscunt, facile in pristinum locum reuertun-
tur: sed necesse est ossibus sic diductis partem reddi tumidam: rationem vero, quæ deligare conuenit, po-
suimus vbi vinculum eius commissuræ, quæ ad talos est, ostendimus. Est etiam, quum perrumpitur in-
terdum os cubiti, quod humero subiectū est: interdum eius cartilago, à qua nascitur chorda, quæ sita est
in humeri parte posteriori. id, quum accidit, febrem concitat, & malis vitȳs annumeratur: articulus
tamen suo loco remanet, basis enim tota hac parte excedit. At, quum ea pars cōminuitur, quæ subiecta
est humeri capiti, articulus huc atque illuc mouetur, si transuersa penitus frangitur. Sed (vt summa-
tim rem exponam) leuiora vitia sunt, sub quibus os frangitur, quam sub quibus hoc inuiolato uenæ, ac
nerui grandiores ibi conteruntur. hæc enim hominem magis ad interitum præcipitant, quam illa, si con
tinua febris accedat: sed huiusmodi fractura rarò accidit. Est etiam interdū, quum imū humeri caput
frangitur, quà prominet: id autem multo grauius videtur vitȳs, quæ cubito incidunt, sed aliquanto le-
uius est. Qua ergo via restitui potissimum curariq; luxata singula debeant diximus, atq; id etiam arti
culum protinus reponendū esse, quod nerui celerrime in flāmatione prehendantur: nam si vbi excidant,
statim recondantur, nerui tamen contrahi solent, & aliquandiu consuetā porrectionē contractionemq;
non præstare. Curare autē hæc omnia similiter conuenit, & quæ comminuuntur, & quæ dehiscunt, & q̄
procidunt: omnia enim pluribus fascȳs panniq; & cerato nutrienda sunt, non secus ac cętera, quæ frā
guntur. Figuranda autem est in his omnibus cubiti commissura, sicut quando humerus & cubitus fra F
ctus deligabatur: huiusmodi.n. habitus maximè communis est omnium, quę excidūt, dehiscūt, aut frā
guntur: maxime item communis mutationis, quę postea sequitur, siue curuari illa, siue extendi debeat,
ab eo enim habitu mota, ęque & curua i & extendi potest. Prętera membrum ita figuratum citra mo
lestiam ęgrotantis continetur atque sustenditur. Ad hęc, si extento brachio callus obduceretur, conti-
neret q; satius esset nullo modo increuisse, multum enim esset impedimento, & parum proficeret. expedi
tius autē esset callo curuatum brachium firmari: multo autem melius est callum circundari, brachio me
dio inter hos habitu collocato. Hactenus de figurando. Deligare autem cōuenit fascię capite super vitia
tā partē iniecto, si fracta sit, seu prolapsa, seu diducta: eaq; primos circuitus dare, ac maxime adstringe
re, sed hinc atque hinc leuius: vinculoq; & humerū & brachiū comprehendi, & vtrunq; magis, quam
pleriq; soleant, vt à vitiata sede tumor quam longissimè ad partes quæ hinc sunt atq; hinc, depellatur.
Inȳciatur autem vinculum eminentię cubiti, si ea parte vitium sit, ne tumor ibi excitetur. Cauendum
insuper est, quantū potest, ne in vinciendo plurimum vinculū colligatur, quà cubitus flectitur: adstrin
genda vero est quam maxime pars vitiata: reliqua eadem sequantur, quod ad vinculū spectat,
arctius ac laxius; atq; eodem tēpore singula, quo superius scripsimus in curatione fracturę; G
tum tertio quoq; die fascię soluantur, ac rursus alligentur, sentianturq; tertio die la
xæ, sicut in fracturis. Ferulę quoq; debito tempore circūdentur, nihil enim alie
næ sunt, tam si fractura sit, quā si non sit, nisi homo febricitet: laxissima
autem imponātur, ac tum ad humerum, tum ad brachium dētur,
neque crassę sint: adhiberi itē debēt inęquales inter se sic, vt
vna alteram excedat, quantū cōferre ad flexū conȳ-
ciemus. Quin & pāni superinȳciendi sunt eadē
ratione, qua ferulas diximus, sed qua vitiū
est, paulo pleniores. Tēporis vero cō
iecturam facere oportet et ex
inflammatione, et ex ȳs,
quę supra scri-
psimus. H

GALENI

A



GALENI IN HIPPOCRATEM DE ARTICVLIS COMMENTARIORVM LIBRI QVATVOR.

B

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Vt in libro de Fracturis multa dicta sunt, quæ ad Luxationes attinent, ita hoc quoque de Articulis multa de Fracturis tractantur. In cuius prima parte de Humeri articulo restituendo, de Summo humero, ac de Iugulo, pertractat.

C

LIbrum hunc illi proxime subiectum esse, qui de fracturis est, in commentariis in eum iam diximus, quod nunc paucis etiam dicemus. Eam rem ante omnia planè demonstrat principium vtriusque libri. in illo enim ita orditur: Medicũ oportet, quæ suo loco mota sunt & fracta, & recto admodum habitu intendere. vbi aperte de fractis ac luxatis tractaturum se indicat. Sed in hoc rursus, ab initio ꝓtinus [δὲ] coniunctionem, quam [autem] vertimus, adiungit: quæ ibi adjici solet, vbi aliquid agitur, cuius ante mentio facta fuerit, nunquam tamen in principio sermonis adscribitur: quanquam nonnulli ad id sapientiæ deuenerunt, vt Xenophontis librum, qui œconomicus dicitur, adducant, inde putantes fidem facere, veteres solitos esse [δὲ] coniunctionẽ in principio sermonis vsurpare: ac propterea Xenophontis libri tale esse initium asserunt, ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ, καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδε μοι διαλεγομένου, non intelligentes eum librum postremũ esse inter eos, quos de Socratis dictis ac factis memorabilibus. Ad hæc ipsa rerum doctrina testatur librum hũc ei, qui de fracturis est, proximè subiici, ibi enim pollicitus est de fracturis luxatisque tractare, quęcunque ibi explicanda reliquit, hic exequitur, sic, vt nihil in opere desideretur. atque ea de causa dixi, Hippocratem iuxta quorundam sententiam vniuersum hoc opus in duos libros non secasse sed vno colligasse, eumque inscripsisse de officina medici, qui præ magnitudine postea ab altero distinctus fuit in duos. Nullum autem fracturæ aut luxati genus fuisse ab Hippocrate prætermissum, exceptis, quæ ad caput pertinent, cum alio libro ab ipso tradantur, euidentissimum est, si in memoriam reuocentur, & quæ in libro de fracturis prodidit, & quæ in hoc ipso ostensurus est. In libro itaque de fracturis scripsit de brachio, cubito, crure, ac femore comminuto: tum de ijs, quæ pedi incidunt & manui: postea de illis fracturis, quibus vlcus accedit, & ossa nudantur: postremo de omnibus vitiis genu & cubiti. hęstabant adhuc ex luxatis humeri caput, quod cum lato scapularum osse committitur: & femoris caput, quod coxa recipitur, maxilla, & spina: ex fractis, costę: maxilla, nasus, auriculæ, quæ in hoc libro persequitur. Sed & de ossibus, quæ dehiscunt, ac de iis, q̃ circa articulos conferuntur, in vtroque libro tractat: & siquid in eo, qui de fracturis est, prætermisit, in hoc adiecit, ita, vt nullum supersit genus fracti, prolapsi, aut diducti ossis. Scripsit etiam de musculis, venis, ac neruis collisis, & de aliis, quæ (vt retuli) satis testantur hunc librum illi, qui de fracturis est, subiiciendũ esse. Huc accedit, quod in hoc ipso exponit vniuersã structurã machinamẽti illius, quod in eo voluit paratum haberi medicis, qui in magna ciuitate medicinã faciunt: simulque in memoriam reducit, illius se ante mẽtionem fecisse. Id machinamẽtum a medicis, qui post ipsũ fuerunt, scamnum Hippocratis appellatur, sed satis hactenus ostendimus librum hũc proximè sequi eum, qui de fracturis est. Ad expositionem igitur eius veniamus, adhuc illud præfati, qđ

D

in

in enodatione libri de fracturis proposuimus, nempe sermonem Hippocratis planum esse, mini- E
maque expositione indigere apud eum, qui primis disciplinis institutus sit, quiq; fuerit in Hippocratis sermone versatus. si quis enim ita paratus ossium hominis, vel certe simiæ, commissuras inspexerit, facilius adhuc comprehendet, quæ in hoc opere traduntur. si quis autem incidendis musculis operam dederit, & prudens alioquin natura fuerit, huic (certum scio) superuacua videbuntur complura eorum, quæ in ijs commentariis posuimus, quando quidem verba Hippocratis prius tenebit, quam à me exponantur, sed quoniam non his commentaria scribimus, satius arbitror & aliorum habita ratione, si quid vel parum videatur obscurum, id nullo modo præterire.

2 *Articulum autem lati scapularum ossis noui vno modo excidere, nempe in alam.*

Ostensum iam est in superiori libro Hippocratem solitum esse mutuari nomen ἄρθρου (quem articulum interpretamur) ad significandum ossium, quæ inter se committuntur, non cauũ, quo proximi ossis caput recipitur, sed ipsum caput. nunc verò meminisse etiam oportet humeri caput, quod grande est, inseri in extremitatem ceruicis lati scapularum ossis, quæ leniter caua est: tũ consuesse Hippocratem interdum eiusmodi res ita exprimere, vt nunc, quum inquit [articulum F
autem lati scapularum ossis]: interdum non ita, sed ac si diceret, Articulum, qui cum lato scapularum osse committitur: quemadmodum in libro de fracturis, vbi sępenumero scribit articulus, qui ad genu. Vno modo inquit, hoc est, in vnam partem scire se hunc articulum excidere, quod an verè sic habeat, in ijs, quæ sequuntur, considerabimus.

2 *In superiorem verò locum, aut in exteriorem, nunquam.*

Cauum id, quod (vt retuli) in extrema ceruice lati scapularum ossis situm est, in priorem partem spectat. quare vbi humerus in superiorem partem porrigitur, illius caput, eo cauo prorsus toto recipitur. At, quum commissuræ vniuersæ sex sint partes circunstantes, superior & inferior, prior & posterior, exterior & interior, pars huius commissuræ exquisitę superior tegitur carnosa parte illius musculi, qui, quum literam Δ repræsentet, δελτοειδὴς à quibusdam nominatur: qua vero ad collum inclinat, superiectum habet dorsum lati scapularum ossis, quà id summum cum iugulo coniungitur. ab interiori parte obiicitur processus lati scapularum ossis, quem nõnulli ab anchoræ similitudine vocant ἀγκυροειδῆ, alij à rostri figura κορακοειδῆ. Hic itaque prohibet, quo minus in eã partem articulus elabatur: in posteriorem quis nostrum poterit concipere, quum ibi latum scapularum os sit? Restant quatuor loca non septa, in quæ putare licet articulum erumpere, quorũ om- G
nium meminit: inferioris quidem initio libri, quum inquit [articulum autem lati scapularum ossis noui vno modo excidere, nẽpe in alam:] reliquorum vero trium nominatim, primo superioris, deinde exterioris, tertiò prioris. Consideremus igitur, quid de duobus modis dicat, quos aggressus est proximis verbis.

3 *Non est tamen, quod contendere cupiam, excidatne an non, & si de eo non desit, quod dicam: sed in priorem partem elapsum, nec vidi vnquam, nec elabi posse existimo: censent tamen quidam medici in priorem partem plurimum excidere: decipiuntur autem maxime ijs, quorum caro circa articulum & humerum tabe consumpta est: siquidem in his humeri caput in priori parte prominens se ostendit. Ego quum in eam partem procidisse articulum negarẽ, propterea & à medicis, & à vulgo, male audiui: vnus enim habitus sum ignarus, cæterique omnes periti, vixque persuadere illis potui rem ita habere.*

Exequutus duas partes, in quas excidit, superiorem scilicet, & exteriorem, testatusq; ex vtriusque in neutram se vidisse articulum luxatum, quasi de vtraque pertractans adscripta nunc verba proposuit. Quod autem postea ponit, cum inquit [& si de eo non desit, quod dicam] aperte videtur ad alteram propositarum partium referri: nam, si referri ad vtranque voluisset, non loquutus esset singulari numero [de eo.] An de solo exteriori loco intelligit, siquidem verba hæc ab eo lo- H
co proximè subiiciuntur [& si de eo non desit, quod dicam]? Potest etiam (vt nonnulli accipiũt) de vtroque loco id scripsisse, vsus antiqua loquendi figura, quasi ita scripserit [& si non desit de ea re, quod dicam]. Aiunt nonnulli, dari posse, scripturam hanc corruptam esse, cum à primo librario non rectè fuerit descripta: &, quum nemo deinde ausus fuerit ipsam corrigere, hactenus corruptam perseuerare. Nos autem in quodam exemplo ita scriptum inuenimus [& si non desit de iis, quod dicam] quum aliquis non dubitarit aliter scribere quam alibi reperiretur. sed, siue de vtroque loco, siue de altero tantum dicat (non est, quod contendere cupiam), operæ præcium nobis est vtrunque contemplari, quod attinet ad eius verba, illo duntaxat adiecto, quod verbo ἰσχυριέω significauit contendere cupio: id enim nihil aliud notat, quemadmodum & verbum ὀφείω videre cupio: vnde Homerus deduxit vocabulum ὀφείοντες, significans cupientes videre, quum inquit, τῶ ῥ' ὀΐγ' ὀφείοντες ἀυτῆς καὶ πολέμοιο. Consideremus igitur causam, quamobrem ait nolle se aliquid dicere, & si non desit, quod dicat, primo intelligentes, quænam sint, quæ dicere posset. Constat autem, si quid dicendum omnino sibi statuisset, ex partium natura inueniendum fuisse. partium autem naturam demonstrauimus ad vnguem in libro de ossibus,

in eo,

A in eo,qui eſt de muſculis incidendis,& in eo,qui de rõne incidendi corporis. natura. n. arteriarũ venarũ,neruorũ nihil ad hunc locum facit,quia caſus oẽs,vbi articuli excidunt,fiunt ac ꝓhibentur & ob oſſium commiſſurã,& ob muſculos quibus illa cõprehendit:ad quã rem nihil conferũt, aut ꝓhibent venæ,nerui,& arteriæ. Ac ne longius a ꝓpoſito diſcedamus,lati ſcapularum oſſis articulus inter cæteros oẽs facillime ꝓlabitur,qm̃ vnius formæ eſt,& ſimplex,nõ duplex,quemadmodum qui in genu eſt:neque varius,& nullo modo ſimplex,quemadmodũ qui in cubito:& qm̃ humeri caput grande eſt & ſine oblonga ceruice in ſinũ parũ deſidentẽ coniicitur:femur verò caput paruum habet,& ceruicem oblongã,id verò cauum,quo recipitur,valde ſinuatũ eſt, & altis labris cingitur adde quod in ſummo capite per validiſſimũ ligamentũ ad ſuum cauum,quà maximè altum eſt,diſtinetur. Iure itaque femur rarò procedit,ſæpe humerus,vt,qui neq; ligamentum habeat,neque in altiori cauo ſe inſinuet. Neceſſe aũt eſt,cum ꝓlabitur, principio in eam partem moueri,in qua compellitur vi illius habitus,quo figurat̃:vbi manere neceſſariò non poteſt, & ꝙ ſuopte nutu deorſum feratur,& ꝙ interdũ ꝓhibeatur anguſtia loci,ſiue ob oſſium ꝓceſſus, ſiue ob muſculorum vires. Igitur lati ſcapularum oſſis cõmiſſura ſuperiectum habet a ſuperiori parte ſummũ lati ſcapularũ oſſis, quà cũ iugulo coniungit̃. & ideo,quamuis in eam aliqñ articulus mo
B ueatur,quum ab oſſibus,quæ ibi ſunt,nõ admittatur,ſtatim põdere inclinatũ deorſum feretur:ab exteriori verò magis muſculis continetur,præterquam quod articulus deorsũ naturaliter inclinatur. Interdum tñ violentus habitus,qui muſculos poſſit inter ſe diducere,poteſt in ſpaciũ, qd̃ inter eos eſt articulũ compellere, quo deinde adſtrictus muſculis cõtineat̃. atque hac de cauſa dixit Hippocrates,nolle ſe contendere,excidat ne articulus humeri,an non. quatenus. n. deorſum fertur,manere in priori parte non poteſt,diductis,aut muſculis (vt dictum eſt) nihil alienũ videtur ad dictum ibi continueri. Hæc adducere potuĩt de humeri capite luxato in alium locũ,q̃ in alam ſed,cum id nunquã viderit,cõmentitias canſas ſcribendas eſſe minime credidit, vbiq; magis fide dignum exiſtimans,qd̃ euidẽter apparet,q̃ quod a rõne ducitur. Sic & qnæcunq; ipſe ad curationẽ excogitauit,priuſquã nos doceat, experimento cõprobat:non ſicut non nulli ex iunioribus medicis,qui in ſcriptis de rõne medẽdi,nobis ea imperauntquæ ipſi nunquã antè ſunt experti. Sed & ipſe Hippocrates" in hoc libro,quum tractaſſet de ijs,q̃ ſpinæ incidũt,ſubdidiſſetque poſſe Sect. 1. t. 50.
experimẽto redargui,quæ ipſe excogitaſſet,inquit,Pulchra. n. huiuſmodi monumẽta ſunt eorũ, 274. g. I
quæ,cum experti ſumus,ſine effectu inuenimus,& cauſarũ,propter quas paruum proceſſerint.

C *4 Siquis carnẽ detraxerit ab ea parte,quæ ſuperiecta cõmiſſuræ humeri cũ lato ſcapularũ oſſe ad cer uicẽ intẽdit,& ab ea,qua ſitus eſt muſculus" qui verſus ſuperiorẽ partẽ extẽdit,& a chorda iuxta alã, & a iugulo ad pectus,humeri caput,quãuis prolapſum nõ ſit,in priori parte admodũ ſe oſtẽdet. Naturaliter. n. humeri caput in prioreu partẽ prominet:reliquum vel oſſis humeri in exteriorem conuertitur.*

Βραχίων,quem humerum vertimus,dicitur ea totius brachii pars, quæ inter duos articulos ſita eſt (duos aũt articulos intelligi volo,& eum,qui ad latũ ſcapularũ os,& eum,qui ad cubitũ eſt) ἔπωμις vero illa,quæ ſuperiecta commiſſuræ humeri cum lato ſcapularum oſſe ad ceruices intendit,ὦμος enim græce noĩatur ex tota cõmiſſura id,qd̃ oculis ſubijcitur. nã quod lati ſcapularũ oſſis minimè ſe oſtẽdit,a poſteriori parte ſitũ eſt;ab inferiori omne id,qd̃ apparet,quum totum brachiũ ſurſũ porrigit̃. ala μασχάλη græce nuncupatur. Præfatus igitur Hippocrates,vbi in carne,quæ humeri commiſſurã contegit,macies ſumma orit̃,caput humeri ita extãs cõſpici, vt ꝙbuſdã excidiſſe videatur,docet vniuerſã eius naturã ex arte corporis incidendi,præcipiẽs,vt ſi ꝙs aperte intueri ipſam velit,ab ea parte,quæ ſuperiecta commiſſuræ humeri cũ lato ſcapularũ oſſe ad ceruicẽ intẽdit,carnẽ detrahat,hoc eſt,ſcalpello circũcidat,donec,q̃ in cõmiſſurã ſũt,oſſa nudent̃: detrahat ſimiliter ab ea chorda,q̃ iuxta alã eſt;terni. n. hĩc muſculi ſunt,primus a lato ſcapularũ oſſe ac iugulo oritur,quẽ a ſimilitudine literæ Δ vocant δελτοειδῆ. Huius muſculi,qd̃ carno ſum eſt
D tegit vniuerſam cõmiſſurã:chorda in longitudinẽ tendit per os humeri, cui illigat̃ altera chordã grãdioris muſculi,q̃ a pectore incipiens cũ ſuperiori connectitur,quà ſita vena eſt,q̃ ſub ala ad cubito ꝓcedit. Meminit ẽt huius ipſius,quũ inquit & a chorda iuxta alam:ſed,quum ait [& ab ea qua ſitus eſt muſculus,qui verſus ſuperiorem partem extẽdit] potuit loqui de muſculo,q̃ Δ literã repſentat,cuius,qd̃ carnoſũ eſt,operit vniuerſam cõmiſſurã. potuit ẽt muſculũ illũ intelligere, q̃ fertur ad priorẽ partẽ humeri,& a duob. capitib. linamẽta valida habet,quorũ alterũ alati ſcapularum oſſis proceſſu anchoræ ſimili,alterũ a ſublimiori labro ceruicis eiuſdem oſſis,depender.

5 Verſatur humerus in cauo lati ſcapularum oſſis a latere,vbi brachium iuxta latus extenditur; at ubi totum in priorem partem porrigitur,humeri caput è regione caui lati ſcapularum oſſis collatur,neque amplius videtur in priorem partem excedere. Ergo,quod propoſitum eſt,nunquam vidi humeri caput in priorem partem promoueri;non tamen contendere velim,eo nec ne promoueatur. Quũ humerus igitur in alam excidat,complures reſtituendi peritiam habent. quippe quum multis excidat:callere autem omnes modos,quibus medici luxatum reponant,& qua ratione ipſis vtendum ſit,eruditi eſt. Tunc autem adhibere modum validiſſimum debes,cum maxima vi opus eſſe intelligis:validiſſimus autem eſt,qui omnium poſtremus adſcribitur.

Verſari

Versari dixit ἑλικᾶσθαι, quod vocabulum græce fere mutuantur antiqui, non ad significandum, E
colloqui, quemadmodum nunc pleriq;, sed hac voce intelligunt inter se conuenire, & quasi vna
versari, quod ὁμοῦ εἱλεῖσθαι dicebant. quin & Homerus eodem modo id vsurpat in ijs, quæ scribit
in clypeo appicta fuisse a vulcano, cum inquit, ὠμίλεον δ' ὡς τε χοροὶ βροτοί. Humerum itaq; a latere ait
versari in cauo lati scapularum ossis, vbi brachium iuxta latus extenditur, ὁμιλεῖν dicens versari,
vt eo verbo significaret, simul esse, & ipsum contingere. At vbi (inquit) brachium totum in prio
rem partem porrigitur, humeri caput e regione sinus lati scapularum ossis collocatur, neque cũ
erectum maneat, videtur amplius in priorem partem excedere.

6 Quibus humeri caput sæpenumero excidit, ipsi per se restituere possunt.

In commentarijs quoque de fracturis ostendi articulos duabus de causis" frequenter, vel leui oc- A.l.4.f.5.
casione erumpere, aut enim os ipsos sinus parum desidentes, atque ipsis labris resupinatos: aut t.1.ca.3.
ob humorem earum partium, quę commissuram comprehendunt, ob quem laxantur, & facile 477.g.
extenduntur. Adieci etiam articulos ijsdem de causis prompte restitui, quamobrem ab ægrotan
tibus per se citra operam medici reponuntur. F

7 In alam enim conijciente, tubercula digitorum alterius manus, articulorum ad superiorem partẽ adurgent: cubitum vero ad pectus adducunt.

Primus restituendi modus hic est, quum seu æger ipse seu medicus aliquis, humeri capiti digi-
torum tubercula subiicit, non quouis modo, sed a parte interiori, vt primo ad priorem partem
caput humeri compellat, dein ad superiorem, ipsumque e regione collocet sui caui. vbi (vt arbi-
tror) musculi, qui commissuram complectuntur, ipsi subseruient, & efficiendi socii erunt. ipse.n.
ait in opere de fracturis, quod & nos in libro de motu musculorum, id proprium esse atque inna
tum musculis, vt in se ipsos contrahantur. non enim a se ipsis, sed quiescentes atque ocioſi, ab ijs,
qui in contraria parte siti sunt, tenduntur. Hic musculorum motus humeri caput in alam luxa-
tum non patitur in eodem loco manere, sed ipsum attrahit ad latus, dum expellatur, subiiciatur
que ceruici lati scapularum ossis. Quocirca tria in restituẽdo sunt agenda, primo quidem in prio- G
rem partem impellendum est, deinde in superiorem, postremo in posteriorem; hoc siquidem ne
cesse est quocunque modo quis reponere id tentauerit. Igitur, vbi partes, quæ commissuram cõ-
prehendunt, naturaliter madent, & laxæ sunt, humeri caput, vel leuiter intento brachio in prio-
rem partem adducitur: at, vbi validæ sint, valentius intendi debet. Quamobrem plures inuenti
sunt restituendi modi, quorum omnium caput vnum est, quod ego retuli. spectat autem ad ea
tria, quæ proposita agenda: inueniuntur hæc ex eo, quod maxime commune est & generale, po
situm quidem ab Hippocrate, demonstratum vero a nobis in libris de ratione curandi: quod &
nunc etiam docebimus, quantum poterit breuissime, nempe ex ijs, quæ naturaliter habent, nihil
esse corrigendum, siquidem ea nobis consilium est non tollere, sed tueri: quæ vero præter natu-
ram sunt, propositum est in naturalem statum restituere. necesse autem est id quod in antiquam
sedem, vnde excessit, reuersurum est, rursus idem iter facere, quod perinde est, ac si dicas, contra-
rium iter facere: nam ijs, qui Athenis Eleusinem proficiscuntur, iter contrariũ non aliud appella-
ri potest, quam Eleusine Athenas, quanquam primum iter, quod fecerunt Athenis abeuntes, po-
stremum est, vbi redeunt. Consideratio igitur in singulis luxatis, vnde cæperit articulus expelli,
quà processerit, & vbi constiterit. oportebit enim excidendi finem, principium esse reuertendi, at
que inde rursum ad excidendi principium procedere. Ac ne longius discedamus in proposito ca-
su, cũ humeri caput suo loco motum in priorem partem venit, ob põdus deorsum fertur, deinde
in posteriorem partẽ ad latus vi musculorum ad se recurrentium contrahitur. cum ergo reuerti
ad suam sedem debet, inchoari a posteriori regione necesse est, tuncq; primo in priorem partem H
impelli, postea sursum adduci: deinde, cum situm est è regione sui caui, duorum alterum facien-
dum est, vel res tota musculis committenda, vel vna cum ipsis attrahentibus adurgendum est. at,
vbi rem musculis commiseris, inferiorem locum sine sultura ne relinquito: sustineri enim hic re
aliqua humerum oportet, ne, cum musculi non dum sic confirmati sint, vt ipsum attrahant, deor
sum feratur, priusquam ab illis in suam sedem adducatur. Ergo, cum tria hæc itinera sint, optimũ
est, vnumquodque ad rectam lineam fieri, primo quidem in priorem partem, deinde in superiorẽ
tertiò in posteriorem, sæpe autem non sic, sed circa ceruicem lati scapularum ossis circunducen-
tes humeri caput restituimus: cuius sanè generis est primus reponendi modus per digitos, vel ip-
Infra tex. 10. sius hominis, vel medici. Eum modum appellat" Hippocrates κατὰ περίσφαλσιν, qui citra noxã pro
253.g ficit in commissura humeri cum lato capularum osse, quippe quæ nullum oblongum proces-
sum habeat, neque in capite humeri ex toto enim rotundum est, neque in labris illius caui, quo
recipitur. Quibus itaque sæpe promouetur, necesse est commissuram esse laxam, & cauum
exiguis labris contineri: atque ea de causa ipsi per se ipsos articulum restituunt, quibus ita ha-
bet, integræ manus digitorum tubercula in alam coniiciente, sic, vt inter latus & humeri caput
demittantur:

A demittantur:in quo casu digiti vicem vectis præstant,cum tubercula in acutum desinant ad effigiem summi cunei.hac igitur summitate facile inter humeri caput,& latus inferuntur. quod si ibi semel admittantur,cum facile restitui possit ob humorem partium,quæ commissuram comprehendunt, digiti quidem ea parte protinus admissi articulum à latere in priorem partem reducunt.at cubitus, quum ad pectus adducitur, humerum attollit: cumq; digiti simul interim impellant, & circunducant iuxta inferiorem & priorem partem commissuræ,humeri caput ad sui caui oram ascendit.quod si semel eò fuerit compulsum, leui momẽto in ipsum cauum reuertitur:hic autem restituendi finis fuit.

A Digiti sub alam coniecti.
B Caput ad summum humerum obiectum.
C Genua ad gibbum cubiti appulsa.



8 B

Eundem restituendi modum adhibere medicus poterit,si sub ala ab interiori parte articuli prolapsi digitos demittens, à latere ipsum reducat: suum vero caput ad renitendum obijciat, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur: genibus iuxta cubiti iunctu ram ad humerum datis ad latus repellat. Expedit autem, eum, qui restituet,manu strenua esse:vel ipse manibus & capite,quod dictum est,præstet,alter cubitum ad pectus adducat.

A Digiti demissi sub ala ab interiori parte articuli prolapsi.
B Caput obiectum,qua iugulum cum lato scapularum osse committitur.
C Alter cubitum ad pectus adducens.

C



D


Medici in restituendis luxatis quædam agũt idiotis quoque communia,id quod nunc faciũt in proposito restituendi modo: quædam proprie adijciunt ijs,quæ communia sunt.commune est medicorum pariter & idiotarum per digitos impellere, & humerum attollere: sed proprium medicorum caput obiicere homini, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, & humerum adurgere genibus ad imum eius datis. Obijcitur autem caput, ne homo sequatur, quum humerus digitorum impulsu in priorem partem adducitur: quæ primo fieri debent:tum tertio genibus adurgẽdum, quod in eo tempore totius curationis, quæ per manum admouetur, opportunissime fit, quum humeri caput à latere penitus reductum, non protinus occurrit ceruici lati scapularum ossis,tunc enim neque oportet articulum in priorem partem adducere, sed in superiorem compellere: quod optime continget, si quis imum humerum ad latus trudat: quatenus enim in interiorem atque inferiorem partem fertur,eatenus,quod ipsi opponitur, in cõtrarias partes ducitur. At, vbi humeri caput in priorem simul & superiorem venit,facile reconditur. Sed, si nolit medicus genibus imum humerum adurgere,imperet alteri, vt ipsum ad pectus adducat: hoc supra ostensum est fieri ab idiota, quod sæpe articulus excidat, edocto qua ratione agendum sit: sed cui tunc primum excidat,non licet id efficere, nisi si generosus est,atque aduersis rebus non perturbatur:hic siquidem iussus à medico per se humerum excitabit.

9 *Reponitur item humeri caput,quum brachium retrodatur ad dorsum:tum altera manu eminentia cubiti sursum compellitur,altera a posteriori parte vrgetur articulus.*

A Cubitus ad ſpinam dorſi reductus.
B Manus gibbum cubiti ſurſum retorquens.
C Manus à poſteriore parte ad articulum innixa.



Hoc reſtituendi modo magis circunducimus, quam ſuperiori, ſed ſub ipſo etiã neceſſe eſt in tres partes articulum agi, quæ tamen ſingulæ propriis finibus non circumſcribuntur: neque angulum efficit, quum ex vna parte ad aliam transfertur, ſed in orbem flectitur, perinde ac ſi anguli a quadrato retundantur. Quid autem accidat, quum articulus in orbem agitur, circumduciturque, planè intelliges ex deſcriptione huius figuræ.



Concipito caput humeri, quem articulum lati ſcapularum oſſis vocat, quum primo agitur, ferri à latere ad partem priorem per lineam C D, inde ſurſum per lineam D B, poſtea in ſuum cauum coniici, vbi A: quod ſi ita feratur, non circunducitur: ſed, ſi anguli D B quaſi infringantur, non amplius per tres lineas rectas feretur, ſed per vnam curuam. Sic itaque circumactus humerus ad oram adducitur ſui caui. ad quam vbi venit, modico impulſu in ſuam ſedem reuertitur. Atque hoc commune eſt omnium, quæ circunducendo reponũtur. id quod etiam euenit ei reſtituendi modo, quem nunc exprimit, ſiquidem brachio in poſtẽriorem partem ducto ad ſpinam, quum neceſſario humerus ſequatur, caput huius in priorem ac ſuperiorem partem tranſlatum circunducetur, primò circa inferiorem partem commiſſuræ, deinde circa priorem, donec aſcendat ad oram ſui caui: in quod, vbi coniectum fuerit, continebitur, tuncque reſtituendi finis eſt. Quemadmodum autem in ſuperiori modo reſtituendi, ne homo ſequens in priorem partem conuerteretur, præcepit medico, vt capite obiecto ſummum lati ſcapularum oſſis, qua cum iugulo cõmittitur, retrò repelleret: ita nunc, ne in poſteriorẽ partem conuertatur, vt contrariũ imperat, vt ſcilicet manu obiecta à poſteriori parte totius commiſſuræ, hominẽ in priorẽ repellat.

10 *Hic reponendi modus, atque is qui ſuperius poſitus eſt, ſecundum naturam non ſunt: circumagentes tamen in ſuam ſedem articulum cogunt.*

Dixit non ſecundum naturam eſſe, eo quod articulus ad rectam lineam non feratus, ſed in orbem magis, vt oſtenſum eſt. qua in re periculum eſt, ne abſcindantur proceſſus aliqui. Propterea autem adiecit [cogunt] vt vim eorum indicaret.

11 *Sed, qui per calcem reponere nituntur, prope ſecundum naturam cogunt.*

Qua de cauſa hunc reponendi modum aſſerat propè ſecundum naturam eſſe, apertè intelliges quum ipſum vniuerſum cognoueris: quod fiet, vbi, quæ ſubiiciuntur, animaduertas.

12 *Hominem oportet humi reſupinare, medicum verò ab ea parte, à qua articulus eraperit, humi ſedere: deinde ſuis manibus hominis brachium affectum prehendere, ac deorſum verſus extẽdere, & calce in alam demiſſo, dextro quidem in dextram, ſiniſtro in ſiniſtram, in contrariam partem vrgere. Neceſſe autem eſt ſinum alæ rotundum aliquid demittere, quod ibi aptetur, maxime idoneæ ſunt pilæ paruæ admodum ac duræ, quæ è corio ferè ſuuntur: nam, niſi tale aliquid indatur, non poteſt calx ad humeri caput peruenire: brachio enim ab inferiori parte extento, ſinuatur ala, quoniam chordæ ab vtraque parte alam conſtringunt inter ſe aduerſæ. Oportet autem aliquem ab altera parte eius, qui extenditur, ſedentem, continere hominem ab integri humeri cum lato ſcapularum oſſe commiſſura, ne corpus ducatur affecto brachio ab altera parte extento. poſt, loro molli abundè lato pilam in alam coniectam excipere, cuius lori vtrunque caput alter extendat, qui à capite hominis ſedeat, pedeque eam partem repellat, vbi iugulum cum ſummitate lati ſcapularum oſſis coniungitur. Pila verò, quantum maximè poteſt, in ius conÿciatur, atque ad latus, & à capite humeri recedat.*

Si

A C Medicus ſuis manibus brachium affectum prehendens, ac deorſum verſus extendens.
B E iuſdem calx in alam demiſſus in contrariam partem vrgens.
C Aliquis ab altera parte ſedens, continens hominem ab integri humeri commiſſura cum lato ſcapularum oſſe.
D Lorum molle, quod pilam excipit in alam coniectam
E Alter extendens vtrumq; loris caput, & pede repellens eam partem, qui iugulum cum ſummitate lati ſcapularũ oſſis cõmittitur.



B

Si quis, quæ ſic traduntur, nõ intelligat, huic opus eſt non verbo exponere, ſed agendo rem monſtrare. atq; idcirco mihi placet, quemadmodum ſupra retuli, librũ ipſum Hippocratis ſępius legi, verbis diligenter conſideratis atque adhibito omni ſtudio, vt quod propoſitum, intelligatur. Equidẽ tibi, vt quę ab Hippocrate ſcripta ſunt tenẽti cauſam adiiciam, quamobrem hũc reponendi modum prope ſecundum naturam eſſe affirmet, quoſq; ſuperius poſuit, tanq; nõ ſecũm naturã reprehendat. Primo quidem hic reponendi modus humerum extendit, quod neuter ex ſuperioribus præſtitit, quamobrem à quouis merito laudetur. nos enim ad quem vſum intentio adhiberetur, extendendumque perpetuo eſſe, anteq; reſtituere aut componere tentemus, in opere quoq; de fracturis oſtendimus. Deinde in hac curatione calce homo retro repellitur, ne ſequatur, quum brachium attrahitur. Hæc itaque duo agentes in diuerſa contendimus: loro quidẽ circa alam iniecto hominem in poſteriorem partẽ ducimus, pede in priorem repellimus: patet aũt eũdem eſſe, qui vtranque efficiens in diuerſa contendit. Hæc in propoſito reponendi modo ſecũm naturam adhibentur. ſed, quum impulſus abſit, à conueniẽti modo recedit, eo ꝙ nequeat exigua
C pila inter latus & humeri caput penetrare, ac multo minus etiam calx. At, vbi eò nihil indatur, quomodo impellemus? vbi non impellamus, neque reponere ſecundum naturam poterimus.

13
A.li.4.f.5.
.1.C.2.f.
479.a

Eſt & alius reponendi modus, quo ſuper ſummum humerum alterius hominem collocant: Maior autem eße neceßario is debet, ſuper quem collocatur: hic autem apprehenſo brachio laborantis ſummũ humerum ſuum excitatum alæ hominis ſubiiciat.

A Homo collocatus ſuper ſummum humerum alterius.
B Maior, ſuper quem collocatur.
C Leuis puer à poſteriori parte appenſus.



D

14

Primus reponendi modus, quẽ poſuit, per digitos fuit, ſiue ægrotãtis, ſiue medici: alter per calcẽ: tertius, quẽ vocãt διὰ τοῦ κατωμισμοῦ, eo ꝙ Hippocrates dixit, ὡς κατωμίζουσιν ἐς ἄνθρωπον, quum ſignificare voluit eum modũ, quo ſuper ſummũ humerum alterius hominem collocãt. Quomodo autẽ hoc fiat, ipſe aperte docuit, quũ præcepit, vt q ſu p sũmũ humerũ collocaturus hominẽ eſſet, ſuis manibus prolapſũ ipſius brachium prehẽderet, atq; ita ſummũ humerum ſuũ attollẽs in hominis alã coniiceret, vt cauum, quod in ea eſt, eiuſmodi eminentiæ locum præſtaret.

Poſteà conuertatur, quaſi ſedili velit inſidere, eò ſpectans, vt ſummo ſuo humero æger ala ſuſpendatur: ipſe verò ſeipſum, ab eo humero magis excitet, q̃ ab altero, ſuſpenſiq; humerũ ad ſuum pectus, q̃ celerrimè adducat. Ita verò figuratus cõcutiatur, quũ hominem ſuſpenderit, vt reliquum corpus in cõtrariam partem inclinetur, atque humerus contentus. Quod ſi homo leuis admodum fuerit, appendatur ei à poſteriori parte leuis aliqui puer. Hi reſtituendi modi omnes ad palæſtram ſunt aptiſsimi, quoniam luxata ibi, vt reſtituantur, nullum aliud machinamentum deſiderant, quibus alibi vti ẽt conueniet.

Ὑποστρέψαι dixit verbum conuertatur / ſignificare volens, ſummum humerum, ſuper quem

homo collocatur, conuerti, ſicut qñ ad ſedile accedimus, vt illi inſidamus. Aegrotantem verò, quùm ab humero pendebit, conſtat à tergo eius, ſuper quẽ collocatur, ſuſpendendũ eſſe. hac ſiquidem via in contrariã partẽ ducetur, atq; brachium, quod à fronte trahitur. Quòd ſi leuis fuerit, qui ſuſpenditur, appendi leuem puerum præcipit, vt grauius reddat pondus, quod tendit in partem contrariam. vult etiam concuti articulum humeri ipſius ægrotantis ab eo, ſuper quem collocatur, vt è regione ſuæ ſedis conſtituatur. ſæpius enim diximus vbi articulus ita collocetur, facilè recondi: quùm nobis ẽt nihil impellentibus, muſculi, quod expedit, efficiant. E

A. Piſtillum molli faſcia inuolutum ſub alam intruſum.
B Brachium ac piſtillum porrectum ac detractum.
C Alter manibus ceruici circumiectis deorſum compellens.

15



16

Sed & qui ſuper piſtillũ cogunt, propè ſecundum naturã reſtituunt. Inuoluatur autẽ piſtillũ molli aliqua faſcia, minus .n. elabitur: atque inter latus & humeri caput demittatur: Quod ſi piſtillũ breuius fuerit, homo alicubi ſedeat, ſic vt vix iniẽcere humerum ſuper piſtillum poſſit. Fere autem piſtillum adhiberi longius cõuenit, ſic, vt homo ſtans penè ex eo pẽdeat. Deinceps humerus & brachiũ iuxta piſtillum extẽdatur, corpus verò alter in alterã partem adurgeat, manibus ad collum datis iuxta iugulum. F

Atq; hi ẽt, quatenus in diuerſa cõtẽdunt, ſcd'm naturã reponũt: quatenus verò humeri caput (vt in ſequẽtibus oſtẽdit) piſtillo circũducitur, a reponẽdo ſcd'm naturã abſunt. Quæ aũt hic ſcribit, ſingula in aperto ſunt.

Hic reponẽdi modus moderatè, ſcd'm naturã eſt: ac reſtituere articulũ põt, ſi rectè adhibeat.

Hũc modũ ſcd'm naturã eſſe affirmat moderatè, qd' ſignificauit verbo ἐπιεικέως, quẽadmodũ & hõ moderatus ἐπιεικὴς græcè dicit. putarunt nonnulli verbum ἐπιεικῶς vſurpari G p maximè, atq; idcirco (vt opinor) in principio huius orationis remouerunt dictionem propè ita ſcribentes' ſed & qui ſuper piſtillũ cogũt, ſcd'm naturam reſtituũt. Debuerunt aũt, ẽt ſi Hippocrates id nõ monuiſſet, per ſe intelligere, cuius rei hunc reponendi modũ in ſequẽtibus accuſet. accuſat enim, quum inquit licet. n. piſtillo humeri articulus inhæreat. periculũ eſt, ne corpus in hãc vel illam partem labatur:' ac propterea ait eũ modũ, qui p ſcalã adhibetur, meliorẽ eſſe. Modus igitur, qui piſtillo vt it, ad ſummũ perfectionis non accedit. quare neque verbo ἐπιεικῶς' maximè ſignificat: magis. n. eũ p bat, q per ſcalã, eſt magis itẽ eũ, qui per ſpathã habentẽ in sũmo capitulũ rotũdũ ac leniter cauũ. H

A Rotundũ quoddã ſcalæ gradui alligatum.



17

Quin et alius quidã modus eſt p ſcalã adhuc melior: quãdoquidẽ totius ſuſpẽſum corpus nõ magis in hãc, q in illam partẽ, inclinabitur. Licet. n. piſtillo humeri articulus inhæreat, periculũ eſt, ne corpus in hãc uel illã partẽ labatur. A.li. 4. f. 5. ti 1. c. 2. fo. 479. c.

Quintus hic eſt reponẽdi modus, ob quã verò cauſam vtilior ſit, quàm qui poſitus eſt quarto loco, apertè ipſe expoſuit.

18

Alligandum autem eſt ſuper gradum rotundum aliquid, quod alæ ſinui conueniat, vt humeri caput in ſuam ſedem compellatur.

Ex eo ipſo ligno, ex quo gradus cõficit, tale quidpiã extat initio protinus, quùm ſcalæ machinamẽtũ paraũ, quo nos ẽt frequẽter vtimur.

ſimile

A ſimile autem eſt ligno, quod proxime ſubdet, quod ſummum habet capitulum rotundum ac leniter cauum, vnde apud recentiores medicos fere omnes græcè ἄμβης nomen inuenit, conſueuit autem illis organis adijci, quæ è recta collocantur: cuiuſmodi eſt organum tum Andreæ, tum Fabri. Neutrius autem ſtructuram adſcribere nunc oportet, poſita enim eſt a ſexcentis architectis iunioribus, quà de organis ſcribunt. uobis autem inſtitutum eſt Hippocratem explanare, qui ad omnia validiſſimè in contrarias partes, ſeu extendenda, ſeu impellenda, eo machinamento vtitur, quod ſcamnum appellatur.

19 *Inter omnes reponendi modos hic præſtantiſsimus eſt. Lignum accipitur ad ſummũ quinos vel certe quaternos digitos latum: craſſum verò binos, aut etiam minus: longũ cubitos duos, vel paulo breuius quod ab altero extremo rotundum ſit, anguſtiſsimum ac maxime tenue: in ſummo capitulum rotũdũ, ac leniter cauum habeat, parumq; extet ab vna parte, non quidem verſus latus, ſed verſus humeri caput, vt huic ſubiectum, alæ iuxta latus accommodetur. Summo item ligno, vel linteum, vel mollis habena agglutinatur, vt mitius ſit: deinde caput ligni in alam demittitur intrò quantum poteſt inter latus & humeri caput; brachium totum ſuper lignum extenditur, alligaturq; paulum infra humeri caput ſupra cubitum, & ſupra manum, vt quam maxime immobile ſit. Eſt autem maximi momenti extremũ*
B *lignum vltra humeri caput in alam intime indere.*

Sextum reponendi modum, quem potiſſimum laudauit, hic docere ingreditur, apertè exponens ſtructuram ligni, cuius extremo ſuperimpoſitum eſt capitulum rotundum ac leniter cauũ. Hoc quia ſimile eſt labro, quod græci vocant ἄμβωνα, medici totum lignum ἄμβην appellant, tale ſiquidem labrum eſt, quale videmus in ollis conuerſum in interiorem partem, verſus cauum. vnde quidam comicus, vt per iocum morderet, dixit quendam ollarum ἄμβωνας delingere. Attici igitur maſculino genere ἄμβωνας, Iones fœminino ἄμβας, huiuſmodi labrorum figuras appellant. Cõmodiſſime autem capitulum hoc demittitur inter latus atque humeri caput, vtiliſſimumq; eſt ad impellendum, quum firmiter, quod gibbum eſt ex humeri capite, excipiat. In vniuerſum autem ſingula ipſius verba plana ſunt.

20



Poſt hæc tignum tranſuerſum inter duas colũnas bene alligandũ eſt, ſuperq; id brachiũ cum ligno imponendum, ita, vt ab vna parte brachiũ ſit, corpus ab altera, ſed tignum iuxta alam, dein ab altera parte circa tignum attrahẽdum brachium cũ ligno, ab altera reliquum corpus. Vinciatur autem tranſuerſum lignum ſublime, vt reliquum corpus ſuſpenſum imis pedibus ſit. Modus hic reponendi capitis humeri præſtãtiſſimus eſt: iuſtiſſime enim impellit, modo lignum retro magis, quã humeri caput, demittatur: iuſtiſſime item in contrarias partes inclinat, osque humeri tutum ſeruat. Vbi caſus quidem recens ſit, articũlus citius opinione reconditur, prius item, quam extentus videatur.

Columnas conſtat ab ipſo στύλους appellari. tignum vero tranſuerſum, quod ab vna columna ad alteram peruenit πρωτῆρα.

Sed & quæ iam diu exciderunt, hoc tantum modo reponi poſſunt: niſi tempore caro in cauum venerit, atque humeri caput locum ſibi tritum fecerit, ĩquem veniat. Vbi autem luxato humero malũ ita inueterauerit, hac via arbitror poſſe reſtitui. nam quid non moueat iuſtus impulſus. manere tamen ſuo loco non puto, ſed prolabi, vt conſueuit. Idem efficies. ſi ſuper gradum vim adhibeas, hac reponendi ratione vſus.

Locum tritum & calloſum nominauit τρίβον, quem efficit humeri caput, quod aſtrictum diu continetur in ea parte carnis, quæ iuxta commiſſuram eſt, in quam forte a principio erũpẽs, cõſtitit. κοτυλὴν dixit cauum commiſſuræ; quod (vt dictũ eſt) ſuper inſidet extremæ ceruici lati ſcapularum oſſis. Plerũq; aũt tam ipſe, quam alii medici κοτύλας appellant alta cauа ac magnis oris ſẽpta: ſed nunc iure ſuo mutuatus eſt hoc vocabulũ ad ſignificandum cauum, in quod proxima caro conicitur: quum articulus luxatur: & locũ occupat, in quo humeri caput ante recipiebatur.

Igitur & propterea, quòd ipse sinus capitis humeri obstru[illegible]s est: & propterea, quòd locus, in quē venit, occallescens, sinus vicem præstat; fit vt, si quando reponatur, contineri non possit: cum caro, quæ iuxta erat, sinum præter naturam occupet, & ea, quæ ossi locum facit, occallescens commissuræ sinum referat. E

A Sedile thessalicum.
B AEgrotus inlatus collocatus in sedili.



Satisq; omnino fuerit, si recēs adhuc vitiū sit super magnum sedile Thessalum vim adhibere. Sed parari lignū cōuenit, quemadmodum dictū est, atque hominem in latus cōuersum sedili insidere, brachio cū ligno super eam partem sedilis iniecto, cui sedentes dorso inhærēt: atque ab una parte corpus attrahere, ab altera humerum cū ligno. Idem quoque facere licet super fores bipartitas. His autem vtendum est, prout præsto sunt. F

Sedilis quondam hæc figura fuit potissimū in Thessalia, vt ad rectam lineam attolleretur ea parte, cui sedentes dorso inhærent, super quam adhiberi voluit vim in diuersa extēdēdi, quemadmodum ante super tignū docuit. Verum, quomodo collocare languentem super sedile oporteat, ipse apertè explicauit. † Idem efficient fores bipartitæ, si super eas vis adhibeatur. Inueniuntur autem huiusmodi fores, in quarum medio interiectū est lignū firmum, quale paulo ante dixit tignum inter duas columnas. ex his foribus altera ab inferiori parte aperitur, à superiori altera, atque hac de causa bipartitas fores vocauit, quasi duplicem quandam duas in se continentem paruas. Docet igitur prolapsum humerum super lignum inter duas fores situm imponi, vt intē tio in diuersa admoueatur. G

† [illegible]ytus in edit. impress.

A Ianua biformis.



De Hvmeris modis Prolapso qvos Hippocrates non vidit.

Testatur quidem Hippocrates humeri caput prolapsum in alam duntaxat se vidisse: q dam verò ex recentioribus medicis scribunt, in alias quoque partes excidere, vt in quas ēt prolabi possit: nos autem quinquies hactenus eiusmodi casum nacti sumus, semel in Asia, Romæ quater, nec sæpius arbitror Romæ accidisse, quoniam medici omnes, vt me consulerent, quæ præter opinionem euenirent, mihi ostendebant. Quater igitur procidit, ac semper in priorem partem. erat autem discrimē, eo, quod nunc magis commissuram accedebat, nunc ab ipsa magis diducebatur in longitudinem, vel latitudinem membri. Mirabar autem quodammodo, qui fieret, vt Hippocrates hoc nunquam viderit: ex recētioribus verò vnus dicat semel se vidisse, alter bis: nemo autem ita sæpe, sicut nos hactenus conspeximus, & forte rursus etiam conspiciemus. Existimamus autem non casu, sed ratione, id nobis accidisse, vt deinceps ostendemus. In Asia nostra primum inspeximus humerum ita prolapsum, quum Smyrnæ adhuc à præceptoribus erudiremur (est autem hæc vrbis multo maior illa, cuius vbiq; meminit Hippocrates) vt qui ibi plurimum essemus. Post trigesimum & secundum H

annum

A annum Romæ degimus: quam vrbem tot homines habitant, vt Polemo rhetor eam celebrãs dixerit, terræ habitatæ compendium. Quod autem quater hactenus eiusmodi casus euenerit, patere plane potest, eo quod omnes medici (vt posui) mecum communicarent, quæcunque præter opinionem nacti essent. ac non modo Romæ nihil me latere huiusmodi potuit, sed neque in portu, atque in proxima vrbe, quam Hostiam nominant, quum omnibus amicis vterer, quicunque illis locis medicinam exercerent, quæ & ipsa frequentissima sunt. At vrbes, quarum meminit Hippocrates, vbi diutius egit, non plures incolunt, quam Romæ vicum vnum. nihil ergo mirum, si in frequentissima vrbe plures incidunt in idem malum. Illud præterea experientia discens, ductus sum ad causam inueniendam. nonnullis enim palæstra, nonnullis medicorum opera, visus est articulus eo modo excidere. nam duo quidem ex iis, quos vidi, articulum in alam venisse mihi retulerunt: medicis autem imperite vrgentibus, musculorum complexu arcte contentum fuisse secus ac principio apparuisset. Quo circa si Romæ has duas causas præter hominũ frequẽtiam adiicias, requires, non quidem cur tot nactus sim, quibus humeri articulus ita prociderit, sed cur non plures. Hippocratis enim seculo medici optime artis præcepta discebant, atque ea præsertim, quæ ad huiusmodi manus operam pertinent: ea nunc à medicis, vel nullo modo addiscuntur, vel certe
B exiguo temporis spatio: deinde palæstræ vsus mirum in modum increuit, vbi eius magistri membra variis modis contorquent, atque peruertunt. Requires igitur (vt dixi) non cur tot, sed cur in tot hominum millibus non plures viderim, quos magistrorum numerus in palæstra, & inscitia medicorum, in huiusmodi noxam compulerit. Restituuntur autem luxata hæc ijsdem cõsilijs scilicet extendendo, impellendo, & collocando. Non cõuenit autem ita impellere in hoc casu, sicut quando in alam articulus eruperat. ibi enim opus erat articulum primo in priorem partem, deinde sursum adducere, dum collocaretur e regione sui caui: nunc aũt, quum penitus in priori parte commissuræ sit, siue in interiorem, siue in exteriorem partem adstrictus a musculis inclinetur, impeliere ipsum oportet ad contrariam regionem. in quo faciendo periculum est, ne ipse deorsum lapsus a musculis in alam trahatur. quam rem in diuersa extendentes præcipue vitamus. Non est autem ab re, dum in diuersa contenditur, locum sepire, qui sub ala est, quod nos Smyrnæ fecimus, ad articulum priorem partem elapsum. Accidit autem in palæstra, quum brachium cuidam a luctante duplicaretur, sub quo modo potissimum articulus in priorem partem prorumpit. nos verò homines resupinato, intentionem in contrarias partes ad hibuimus similem illi, quæ per calcẽ fit, quodam a posteriori parte sedente, ac loro lato sub ala iniecto, sinu aliqua re prius completo.
C Nos (vt diximus) articulum e musculis, quibus adstringebatur, expellentes, dein remissa intẽtione, siuimus attractum à musculis in se ipsos recurrentibus in suum locum reponi. Hic igitur prõpte restitutus est, in palæstra enim protinus curationem aggressi sumus, satisq; fuit affectum brachium à nobis ipsis extendi, non secus, atque in eo reponendi modo, vbi calce vtimur, interdum etiam extendendi causa laqueum iniicimus. fit autem laqueus ex iis, qui facultatem habent extẽdendi æqualiter, qualis est duplex Carchesius, q̃ ex duabus habenis cõficitur. Sed, vbi iã diu processit, opus fuit scãno Hippocratis, qd̃ ipse in sequẽtibus tradet. Hæc de articulo prolapso. pgamus iam ad ea, quæ tractat de corporum varietate, quibus magis aut minus humeri caput elabitur.

A.1.4.f.5.t 2.cap.1.f. 477.g

24 Illud" autem ignorare non oportet, quod in luxatis facile restituendis, naturæ a naturis plurimũ differunt, & multum cauum a cauo distat: nam hoc quidem facilius, illud verò minus facile superatur multum etiam discriminis est inter eos, quibus neruorum coniunctio laxa est, & quibus tenta.

Cùm sermonem de restituendo absoluerit, causam docere incipit, quamobrem nonnullis facile quiuis articulus excidit, ac sine magno negocio reponitur, nonnullis contra raro excidit, sed
D magno negocio restituitur. qua in re nos supra & ossium commissuras causati sumus, & superiectos musculos valentes, aut laxos.

25 Quibusdam enim hominibus humor in articulis est propter adiũctos neruos, si natura laxi fuerint, & extenti facile patiantur. Complures autem videre licet ita humidos, vt vbi velint, sine dolore articulos sua sede moueant, atque item sine dolore restituant.

Commutasse mihi sermonem videtur, quum neruosa corpora laxiora fiant ob humorem hominis naturalem: at non propterea quod laxiora sint, idcirco humor sit in articulis: cuius oppositum indicant Hippocratis verba. Videtur autem mihi voluisse neruosa corpora propter humorem hominis facile plurimum extendi, non tamen hoc sua oratione assequitur, sed particula [propter] abusus, lectorem adducit ad intelligendam causam.

26 Differunt etiam inter se corporis habitus. Quibus enim membrum boni habitus est & carnosum articulus minus excidit, & ægrius reponitur: quibus quam soleat tenuius est, & minus carnosum, magis elabitur, & facilius restituitur: cuius rei indicio sunt boues, quibus femur suo cauo magis erumpit tunc, quum ipsi emacrescunt: emacrescunt autem boues maxime vltima hyeme, Tũc igitur maxime his articuli luxantur, modo quid tale in medicina scribere conueniat, sed certe conuenit.

Naturæ atq; articulorum differentiæ, ſub quibus ipſi, ſeu promptè ſeu vix procidunt & reuertuntur, duæ ſunt: quas ſæpius recenſui, cum in ſuperioribus habeantur. Illis nonnunquã tertia accedit, quã nunc exequitur, à craſſitudine vel macie corporis orta, quam σχέσιν, id eſt habitum, dicunt: hoĩbus. n. quo habitiores efficiuntur, eo articuli ægri ius excidunt, ac reponuntur, qm̃ carnis cõpia vndiq; conſtringuntur: cõtra ijs, qui emacreſcunt, relaxatur cutis eius carnis, quę, cõmiſſurã cõplectitur, parumq; prohibet, quo minus articulus excidat, & reuertatur. nec quidq̃ deterius agitur cum his qui natura graciliores ſunt, q̃ cum his qui pleniores: oſtendimus. n. in libro de temperamentis, graciliorem eſſe naturæ ſiccioris, pleniorem magis madere. Quocirca muſculi, quũ gracilibus robuſtiores ſint, commiſſuram coarctant: plenioribus caro, quatenus magis abundat adſtringit id, quod articulum ambit, quatenus aũt mollis eſt, facilè peruertitur, quùm rotundorũ oſſium, q̃ ſua ſede mouentur, capita admittat, ſic, vt vtrique, quod ad articulos excidentes attinet, æquales ſint. Si quis tñ habitior aliqñ emacreſcit, facilius huic articuli elabuntur, ac rurſus reconduntur, tunc, quàm antea: non ſecus ẽt, ſi quis natura gracilis, carne impleatur, ei vix procidit, atque ægrè reuertitur. Quam rem comprobat per ea, quæ in bobus apparent. ita aperte loquutus, vt nulla explanatione opus ſit, niſi alicubi in vno, vel altero vocabulo, quæ à me notabuntur.

27 *Rectè enim ſcripſit Homerus, ex omni pecore boues tempore hoc maximè pati, atque inter boues, qui arant quùm hyeme laborent: his igitur maximè articulus excidit, quoniam maximè extenuantur. Namq; aliud pecus paſcere exiguas herbas poteſt: bos non item, priuſquam grandiores fiant. Aliud. n. pecus tenuem habet labrorum prominentiam, tenues item malas: bobus contra labrorum prominentia craſſa eſt, malæ item hebetes & craſſę. atque idcirco exiguis herbis non poſſunt eas ſubijcere.*

Pecus πρόβατα nunc dixit, ſignificare volens vniuerſum pecus, quemadmodum & in libro de morbo comitiali, vbi ad verbum legitur Οὐκ ἔστιν ἄλλο πρόβατον οὐδὲ νῦ βόες καὶ αἶγες. Simile quid apud poetam legitur, vbi ait,

- Πολλά τε οἱ προβάτα ἔστι. Vult enim ſignificare gregem pecudum armentumq̃, quam vocẽ è maioribus multi ſimiliter vſurparunt.

28 *Verum animalia, quæ ſolidi pedis ſunt, vt potè quę vtrinque ſint dentata, vellere poſſunt, & exiguis herbis dentes ſubijcere, gaudent q̃ eiuſmodi herba magis, quam grandiori. Omnino enim melior eſt ac firmior exigua herba, quàm quę grandis eſt, antequã ad maturitatẽ ueniat: ac propterea ſcripſit,*

Sicut quando redit gratum vel bobus, in orbem

Crura quibus vertuntur --- quoniam grandior herba iucundiſsima illis videtur. Sed & bo natura hinc articulum laxiorem reliquis habet, atque ea de cauſa pedem circũuoluit magis quàm cętera animalia; præſertim vbi macie ſenioq̃ confectus ſit, quas ob res omnes boui maximè prolabitur. Plurima de ipſo ſcripta ſunt, quoniam hęc fidem faciunt eorum omnium, quę propoſita ſunt. Sed, ut eò reuertatur oratio, unde digreſſa eſt, gracilibus magis prolabitur articulus, ac citius reponitur. quàm ijs, qui bono habitu ſunt: minus q̃ in flammatione tentantur madentes ac graciles, quàm ſicci & carnoſi.

Vellere Hippocrates σαρκάζειν dixit, quo vocabulo nonnulli ſignificari uolunt, labra vehementer inter ſe coniungere, ſic, vt herbæ partem auellant: alij inferioribus dentibus cum ſuperiori labro idem efficere, nam qui derident (σαρκάζοντες græcè dicuntur) dentibus labrum mordent. Verũ illi quidem ſuperioribus dentibus mordent labrum inferius: animalia uerò, quæ ruminant, cũ inferiorem tantum dentium ordinem habeant, eo ad mordendum vtuntur. ac propterea accipiũt alii vocabulum σαρκάζειν in illis, quæ dentes inter ſe committunt, quoniam, quæ carnem uorant σαρκοφαγοῦντα uocantur) tam ſuperioribus quam inferioribus dentibus utuntur atque his uidentur fauere verba Hippocratis, quum σαρκώζειν dixerit, non de ijs, quæ ruminãt, ſed de ijs, quę utrinque dentes habent, quæ ἀμφόδοντα græcè nuncupantur. Hæc quidem paſcere exiguas herbas poſſunt, cuiuſmodi ſunt equi, aſini, muli: at ex ijs, quæ ab una parte tantum ſunt dentata, illa duntaxat, quibus labri prominentia tenuis eſt, atque idcirco inter animalia, quæ herbis veſcuntur, ſoli boues hyeme paſtu indigent, quoniam nequeunt exiguam herbam, aut σαρκάζειν, id eſt dentibus abſcindere, aut labris prehendere: boues enim non habent labra ita tenuia, ut exiguam herbam circumplicare atque comprehendere poſſint, quemadmodum & capræ & oues. Hæc tria animalium genera multifidos pedes habent: ſed ſolidi pedis ſunt, quæ utrinque ſunt dentata. appellantur autem græcè μῶνυχα contracto uocabulo, ut aſſerunt, qui nominum interpretationem excolunt, a dictione μονώνυχα, eo quòd unum unguem habeant, græci μόνον ὄνυχα dicunt: ſolidi pedum enim pedes extremi unguibus hominis reſpondent. [Minusque inflammatione tentantur.] quùm facilius articulus excidat, ſequitur, ut ſimiliter recondatur: quo fit, ut nulla uel certè quam minima inflammatio ſuperueniat. namque ubi magna ui procidat, ac reuertatur, muſculi dolore uexantur, quem ſubſequitur inflammatio.

29 *Minusque in poſterum articulus alligatur. Atqui ſi citra inflammationem mucci iuſto plures fuerint, idcirco etiam facilè procidet. Ferè autem circa articulos mucci redundant magis in gracili, quàm in pleno.*

Quod inquit [in poſterũ] referri poteſt ad duo tempora, & ad id, quod repoſito articulo proximum

A ximum eſt,cum inflammatæ partes curantur,& ad id,quod deinceps citra moleſtiam inſequitur eo quidem tẽpore,quod repoſito articulo ꝓximum eſt,vbi inflãmatio ſit, articulus ab ipſa conſtringitur,quod ipſe ẽt narrauit:poſt curationẽ à validis eiuſmodi hominũ muſculis,& à quadam duritie,quam muſculis ingens inflammatio relinquit,articulus quaſi vinculo coarctatur.

30 Sed & caro quoque gracilium,qui arte non fuerint rectè extenuati,muccoſa magis eſt quàm eorum,qui pleni ſunt.Vbicunque aũt mucci cum inflammatione ſunt,inflammatio articulum illigat: ac propterea non admodum elabitur,ubi mucci redundant:qui lapſurus vtique fuiſſet,niſi locum vel amplius,uel mìnus,inflammatio occupaſſet. Qui repoſito articulo,partibus,quę iuxta ſunt,nulla inflãmatione affectis,protinus humero uti ſine dolore poſſunt,hi nulla cura ſibi opus eſſe arbitrantur:ſed medici officium eſt præſagire contra eorum opinionem,ſiquidem his rurſus prolabitur, magis quàm quibus nerui inflammatione tentantur.Hoc in omnibus articulis ita habet,& præcipuè in commiſſura humeri cum lato ſcapularum oſſe,ac in genu,nanque hi præcipuè luxantur. At quibus nerui inflammatione vexantur,humero uti non poſſunt,dolore.n.prohibentur,atque inflammatione extendente. His itaque mederi oportet cerato pannis q̃, & multas faſcias circundare:tum lanam mollem ac mundam inalam ſubijcere,donec id cauum compleatur,ut uinculum fulciat,& articulum ſuſtineat.Continere autem humerum oportet,plerunque in ſuperiorem partem cõuerſum: ſic enim fiet,ut humeri caput longe collocetur à loco,in quem proruperat.Conuenit autem humeri articulo deligato,humerum ipſum ad latus deuincire,faſcia in orbem circa corpus porrecta.

B

Quicunque ſeu fame,ſeu† obſidione,ſeu luctu, ſeu mœrore,ſiue etiam cibi faſtidio,alimenti non ſatis ſumentes extenuati ſunt,caro non ſtatim ſicceſcit,ſicut illis,qui arte rectè ſunt extenuati: ſed ferè in omnibus propoſitis caſibus madentior efficitur,quibuſdam tunc ob inopiam liquatis. Magis adhuc tabeſcunt,qui in mœrore ſunt,quem græci poetæ μελεδῶνα idcirco dicũt, quaſi membra edat,deuoretque,ſub hoc itaque adeps omnis tabeſcit,& quæcunque caro mollis ac recens concreuit. Sed,vbi medicus de induſtria corpus aliquod extenuat:per †ea,quæ excogitauit, moliri id contendit:deinceps frictione vtitur. quo tempore opus eſt,ſi quid liquatur, exhaurire vel per ſudorem,qui ſenſui ſubijcitur,vel per expirationem,quæ nõ ſenſu ſed ratione percipitur.

†Interpres uidetur legiſſe διάπολυορχίαν, ſed Baſilienſis codex habet, & melius πολυοργίαν.ideſt uehementi & continenti ira.

† Melius ſic. hoc quidem dilatat.aperitiue deinceps.

C Ad hæc par eſt ipſum eſculenta & poculenta non temere dare,ſed conari per hæc,vt quæcunque educenda ſunt, benè exitum habeant, non modo quæ per deiectiones, ſed & quæ per vrinam. eo enim pacto,ſi quis in corpore humor liquaretur, vndique extra corpus effluereꝛ,nam,vbi in corpore maneat,tempore muccoſas carnes efficit. Quodcunque igitur tenue omnino ac ſeri naturam habens liquatur,effertur:& per expirationem,quæ ſenſu non comprehenditur, magis q̃ alio modo,diſcutitur:tantum autem ſubſiſtit id,quod aliquatenus craſſum eſt,quod tempore glutinoſum efficitur,& à muccis non abhorret.

31 Neceſſe eſt inſuper humeri commiſſurã ſenſim molliterq̃ perfricare.Opus autem medico eſt multarum rerum & frictioni etiam experiente:ſiquidem ab eo,quod eodem nomine appellatur,non idem effectus oritur:poteſt enim frictio laxiorem articulum illigare,& iuſto duriorem ſoluere.Verum de frictione alibi pertractabimus.Ergo hanc humeri commiſſuram conuenit mollibus manibus perfricare, tum leuiter,quod alioquin utile eſt.

Efficit frictio ſenſim molliterq; adhibita,ne quæ remaneant inflammationis reliquiæ.variè aũt procedat,oportet,modo manus à ſuperiori parte deorſum,modo ab inferiori ſurſum, ferantur: deinde obliquæ non ſolum ab inferiori parte ſurſum,ſed à ſuperiori deorſum:poſt hæc in orbem, & quaſi tranſuerſæ à dextra in ſiniſtram, & rurſus à ſiniſtra in dextram,vt muſculorum fibræ oẽs

D molliantur. Maiores.n.græci ad ſtrictionem ſignificandam mutuati ſunt vocabulum ἀναπλήρωσις pro πλήρωσις, at nolim tibi perſuadeas(quemadmodum nonnulli exiſtimarunt) Hippocratem vel le manus in perfricanda humeri cõmiſſura ferri ab inferiori parte ſurſum,q̃ πλῆσις frictionem, ἀνὰ ſurſum ſignificet:nam verbum ἀναπλῆσαι vniuerſum frictionis genus exprimit,non eam dũtaxat, quæ ab inferiori parte ſurſum procedit,quod & ipſe indicauit,quum inquit[ſed de frictione alibi pertractabimus]vbi frictionem ἀνάπλησιν vocauit,non.n. pollicetur ſe de vna ſpecie tractaturum cæteris omnibus omiſſis. Sed in libro etiam de officina medici omnes expoſuit, genus vniuerſum ἀνάπλησιν appellans,quum inquit,Frictio ad reſoluendum valet,& adſtringendum,præterea ad implendum ac minuendum,& quæ ſequuntur,quæ tum in commentariis in eum librum perſequuti ſumus,tum in opere de tuenda ſanitate latiſſimè narrauimus. Sect.3. t.25.7 218.d

32 Articulus non uiolenter dimouendus eſt,ſed quatenus citra dolorem moueatur. Confirmantur autem omnes,alij quidem longiori tempore,alij breuiori.

Inflammatione remiſſa nihil expeditius eſt,q̃ eiuſmodi motus, ſoluit.n.illius reliquias omnes: quibus neglectis articuli contracti,atq; illigati redduntur, vtriſque.n.vocabulis appellantur.

33 His autem indicijs excideritne humerus intelligendum eſt.

In libro de fracturis antè ad eos,qui errant,aggreditur, quod nunc quoq; facit.nam poſtquã Sect.1. t.5. 71 225.a

errantes

errantes redarguit,reponendi rationem subijcit,quæ nõ solum sequitur,quod propositum erat; E
sed eius etiam fidem facit. Eam ergo primum exequutus, nunc deinceps indicia subiicit humeri capitis luxati,quæ in exercenda arte necessario præcedunt, in tradenda non item necessario, eorum vero quæ præcedunt,aut sequuntur, illud tibi indicio sit,ꝙ non rectè effici potest opus, quod sequitur; aut percipi quod præceptum est,anteqnã intelligatur quod præcedit. Ratio quidem luxati restituendi,antequam intelligatur in quam partem articulus eruperit,apertè demonstrari nequit:sed nihil eam addisci prohibet,priusquam notæ enarrentur. Principio itaque orationis,si id unum edocti simus,humerum in alam prolabi,& ipsi inuenire modũ reponendi possumus,& ab altero ẽt doceri:non tñ comprehendere modũ reponendi,nisi antè sciuerimus humerum in alam procidere: sicut neque quo pacto in alam procidit, nisi prius nouerimus naturã uniuersæ cõmissuræ. Si quis igitur restituendi modũ præfatus,deinceps adiiciat,in quam partem articulum luxatum restitui docuerit,necessarium ordinem perturbat.id quod accidit ẽt ei, qui primò incipit ostendere,in quas partes articulus erumpat, dein transit ad commissuræ naturã exponendã.nam,si quis penitus nosset,qũo articulus in alã excideret, superuacuum esset commissuræ naturã hunc docere: sed, si quis primò audiat,percipiatq́uc,quonã modo hæc habent;deinde in quam partem articulus venerit,huic nihil opus est ad hoc,ut restituendi modum doceatur . Eodem ẽt modo nunc nihil nos prohibuit signorum inscitia,quo minus reponendi rationem intelli F
geremus.quæ res communiter euenit in omni curatione tradenda:potest enim doceri quis,qua ratione curetur inflammatio iocinoris,seu ventriculi,seu renum,siue intestini crassioris, antequã ipsorum affectus teneat:non tamen curare potest, priusquam eos intelligat; sicut neque ratione curationem inuenire,aut doceri ab altero, priusquam naturam calleat partis,quæ curatur.

34 Partim quidẽ,quum homines iustum habeant corpus,& brachia, & crura,ad exemplum integri æstimare vitiatum oportet,& ad exemplum vitiati integrũ,neq; spectare alterius hominis articulos, A.li.4.f.5. t.1 c.10.f. 478.h

Quod ab vtraq; parte tam dextra q̃ sinistra æquale est ad unguem, iustum appellauit.Sed qm̃ membrorum forma in hominibus uaria est,imperat,vt affectum membrum cum pari ipsius affecti hominis membro conferatur:atq; inde quatenus à naturali statu recesserit,coniectura fiat.

35 Alijs enim magis extant,alijs minus,sed ipsius laborantis,an integer vitiato dissimilis sit.

Eos,quibus articuli naturaliter extant prominentq́ue ἐξάρθρους appellauit. G

36 Quæ res rectè quidem ostenditur,omnino autem magna eius inscitia est. Hac de causa nõ satis est ratione artem hanc scire,sed vsu experiri ipsam oportet.

Inscitiam dixit παρασύνεσιν,, non omnem simpliciter intelligens, sed eam,quæ coniuncta est ac proxima scientiæ.indicabit autem ipse in sequentibus,qui fiat, ut interdum decipiantur,qui protinus cum uitiato integrum conferunt.

37 Multis enim articuli præ dolore uel alia de causa,vt nõ exciderint,nequeũt tamen eo modo,quo in sanis corporibus figurari. Intelligere igitur,ac scire huiusmodi habitum oportet:nã multo magis in ala sentitur caput humeri prolapsi; quam eius,qui naturaliter habet:ad hæc locus, qui à superiori parte juper cõmissuram est,cauus apparet:item latum os scapularum summum,quà cum iugulo committitur, extare videtur cum articulus inferiori loco recipiatur. A.li.4.f.5. t.1.c.10.f. 478.h

Inscitiam,quam ipse παρασύνεσιν dixit nunc unam ponit,quæ in figurando accidit. Interdum enim nequeunt affecta membra aliquo modo figurari,quamuis hoc ægris non accidat, propterea ꝙ articulus eruperit,sed vel dolore,vel musculorũ intentione.Deinceps ĩscitiã alterã subijcit. H

38 In quo etiam accidit inscitia,de qua in sequentibus agemus:est enim memoratu digna.

In eo ꝙ locus,qui humeri commissuræ superiectus est,cauus conspicitur:quendam incidere errorem ait,quem in sequentibus dicturum se pollicetur, id autem interdum euenit,ubi iugulum à lato scapularum osse diducitur.

39 Partim etiam à latere cubiti eminẽtia recedere magis videtur ab eo humero,qui prolapsus est; quã ab altero:si quis tamen cogat,adducitur quidem,sed cum dolore.

Indicium quoque hoc fallax est, nisi sub ala humeri caput contingas, quod in eam uenit.quo fit,ut brachium adduci ad latus sine dolore non possit.

40 Addẽ quòd cubito extento,brachium iuxta eiusdem partis aurem non ita porrigi potest, quemadmodum & integrum,neque in latere similiter. Hæc itaque indicia sunt humeri capitis luxati; restituẽdi vero modi hi,qui scripti sunt,& curationes eædem. A.ibidem. 479.a

Hoc quoq; signum ex illis est,in quibus esse inscitiam proposuit. quod euidentissimum est ex iis,quæ prodidit,cum inquit multis enim articuli præ dolore,uel alia de causa,ut non exciderint,

nequeunt

A nequeunt eo modo, qui in sanis corporibus figurari. Si quis (ut ipse ait) promptè brachiũ pŏssit ad latera porigere, id certum indicium est articulum naturaliter habere: quòd si aliqua ex parte prohibeatur, potest huius rei causa esse dolor, vel musculorum intentio.

41 *Maxima autem animaduersione dignum præceptum est, qua ratione curare eos cõueniat, quibus sæpè humeri caput elabitur, cũ multi ob calamitatẽ hanc, quanquam alioquin idonei certare prohibeantur: multi etiam ea de causa redditi inutiles ad bellum, ac perierint. Ob id etiã animaduersione dignũ est, quod neminem nouerim, qui rectè curaret. sed alios quidem manus homini non inycere, alios cõtra rium ei, quod expediret, excogitare, moliriq;. Aduscrunt iam complures medici, ubi humeri articulus excideret, eum locum, qui à superiori parte commissuræ est: & eum, qui à priori, qua prominet humeri caput: & a posteriori parte paulo infra superiorem sedem commissuræ. Profecto huiusmodi ustione cõmodæ fuissent. si humeri caput in superiorẽ, priorem, aut posteriorem partem veniisset. nunc cũ in inferiorẽ erumpat, expellunt magis quam cohibeant: excludunt enim humeri caput à spatio superiori. Sic autẽ adurere hos conuenit: cutis sub ala prehendenda digitis est, atque attrahenda è regione potissimum eius partis, in quam humeri caput elabitur.*

B In hac etiam oratione pleraque plana sunt. quare à me prætermittentur, nisi si qua videantur obscura.

42 *Tum, cute sic attracta, ita ad mouendum candens ferramentum est, vt traijciatur.*

Imperat, vt ex cute extenta nihil relinquatur, quod non vratur, sed cãdens ferramentum traijciatur à dextra parte alæ in sinistram, atque ab hac ad dextram.

43 *Ferramenti autem adurere oportet, non crassis, neque nimium rotundis, sed oblõgis. celerius enim manu impulsa traijciuntur.*

Ferramenta extremitate rotunda appellauit φαλαικρὰς, cuiusmodi sunt capitulata illa, quibus ad alas utuntur (πυρίνες uel διαπύρινα nuncupantur) atque item spathæ capitulatæ: quæ verò, his contraria, oblonga sunt, προμικὴν dixit, quorum extremitas non est rotunda, sed acuta, illis aliquo modo similis, quæ ad perforandum accommodantur.

C 44 *Sintq; candentia, ut traijci quam celerrime possint. quæcũque enim plena sunt, tardius traijciũtur & crustæ inde latiores resoluuntur, periculumq; est, ne vlcera abrumpantur: quod & si nihilo deterius esset, turpius tamen atque expers partis penitus haberetur. Vbi ergo candens ferramentum traieceris fere abunde erit in inferiori parte duntaxat adussisse.*

Candentia esse voluit ferramenta, quæ ad alam admouentur, quod expressit uocabulo διαφανῆς

45 *At si nullum instare periculum uideatur, ne vlcera abrumpantur, sed magnum spatium in medio integrum relinquatur, instrumentum, quo ad illinendum utimur, tenue traijciendum est, ab una ustionis parte ad alteram, cute adhuc extenta, non enim posset aliter traijci: quo facto remittenda cutis est: postea inter utranq; plagam alia media faciẽda est, admoto tenui ferramento candenti, donec ad prius demissum instrumentum pertineat. Quatenus verò prehendere cutem sub ala conueniat, hinc conijcere poteris, quod glandulæ sub ala sitæ sunt, atque in multis alijs corporis partibus.*

Vlcera uocauit ὠτειλὰς. quemadmodum & poeta, qui de recenti vulnere inquit,

ὥρα δ' ἐπὶ μὲν ἔπι θερμὸν ἀνήνοθεν ἐξ ὠτειλῆς. Vbi extentam cutem (vt ait) transuersam ferramento

D traieceris à dextra in sinistram, præcipit, ut iterum aduras, demisso candenti ferramento, non amplius transuerso ab una parte ad alteram, sed prorsus in altitudinem. Oportet autem inter utramque plagam, quam candens ferramentum fecit, non exiguum spatium interijcere, nanque, vbi exiguum sit, periculum est, ne vlcera abrumpantur, atque vna magna exulceratio fiat. quamobrem & si nihil deterius accidat, siquidem adurimus, ut partem exiccemus, atq; adstringamus, non tamen necesse est magna inducta cicatrice locum deformem reddere, quum per exigua foramina liceat æque succurrere.

46 *Sed alibi glandularum uniuersam naturam persequemur, quid sint, quidq; & in quibus indicent, aut possint. Glandulas itaque prehendere non conuenit, nec quæcunq; glandulis interiora sunt, id siquidem valde periculosum est.*

Glandularum uniuersam naturam appellauit σὺν ὅλοις μέλεσιν, quam pollicitus est alibi docere non tamẽ extat hic liber Hippocratis de vniuersa glandularum natura. Sed quidam ex medicis iunioribus, qui Hippocratem sequuntur, paruum libellum confecit, quem inscripsit, Hippocratis de vniuersa glandularum natura. qui tam loquutionibus, quam sententiis, longe superatur à germanis libris Hippocratis. adde quòd neque vllus ueterum medicorum eius libri meminit, neq; ab ijs, qui indicem scripserunt, commemoratur.

47 *Proximè enim sunt neruis, qui magnam uim habent. Extra glandulas plurimum prehendendum est, nam id sit innocenter.* E

Subiectos esse ait glandulis in ala neruos magnam vim habentes, quos nuncupauit τόνους. Ridiculè igitur quidam ex recentioribus medicis existimant neruos illos duntaxat ab ipso appellari τόνους, qui coniugati à cerebro oriuntur, quoniam in secundo de morbis vulgaribus cum dixit duo enim nerui à cerebro iuxta os magnæ vertebræ & quæ sequuntur, neruos appellauit τόνους. nerui enim, qui ad brachia intendunt (vt in confesso est apud omnes, qui incidendi corporis peritiã habent) à spinę medulla in ceruicibus dependent, qua parte ad thoracem accedit: quos constat ab ipso nominari τόνους, tum in propositis uerbis; ac deinceps bis in iis, quæ subiiciuntur: tum infra rursus, ubi de spina agens, neruos appellat τόνους.

Sect. 4. circa medium.

48 *Illud etiam ignorare non oportet, q ubi humerum ualde in superiorem partem porrexeris, nihil prehendere ex cute sub ala poteris, quod extendere operæpretium sit: nam, ubi in superiorem partem porrigatur, cuti, quæ sub ala est, absumitur. Ad hæc nerui etiam nulla ratione uiolandi sunt: hi siquidem in eiusmodi habitu prominent, atq; extenduntur. Sed, si humerus paulum excitetur, multum cutis apprehendi poterit: & nerui, quos cauere oportet, intrò magis recedent, longiusq; aberunt ab eo, quod apprehenditur.* F

Absumi in ala cutem ait, ubi totum brachium sursum porrigatur, ante siquidem laxa erat, ita, vt superesse uideretur. brachio autem sic figurato extenditur circa partes, quas contegit, ita, ut quod prius superesse uidebatur, pereat, & quasi absumatur, quum brachium sursum porrigitur.

49 *At nonne in uniuersa arte in primis danda opera est, vt quo pacto singula iustè figurentur, inueniamus?*

Iustè intellexit quasi æqualiter. hoc autem fit, ubi seruatur, quod vnicuique rei conuenit, & proprium est. Id nunc, quò de agitur, ustio cutis in ala est, quam admouere oportet, humero conuenienter figurato. nam, si ita demittatur, ut latus attingat, nimis parum excitabitur, neque poterit altitudo alæ se ostendere, neque cutis sanè digitis extendi atque aduri: sed, si humerus plurimum attollatur, digitis extendi nihil ferè cutis poterit, sub hoc enim habitu circa subiectas partes extenditur: adde, quòd nerui prominent. Eatenus igitur attollere humerum conuenit, atque ab ala reducere, ut locus in conspectum ueniat: sitque, qua subiicere digitos facilè possimus, & cutem extendere, atque adurere. Quæ, quum primum excitato brachio fieri possunt, admouendà manus est membro ita figurato, neque ulterius attolendum. non enim alia de causa humerus attollitur, nisi ut possit cutis sub ala digitis extẽdi hactenus, ut candens ferramentum admoueatur, prout ipse indicauit, ita, ut si hæc præstare potuissemus humero demisso, eusmodi habitu nihil antiquius fuisset, quum laxiorem cutem efficiat. sic enim plurimum attrahitur, ac manus sine vllo periculo penitus admouetur. G

50 *Hæc circa alam: satisq; est sic prehendere, modo quà conuenit, candentia ferramenta demittantur.*

Prehendere dixit de cute.

51 *Extra alam duæ tantum sedes sunt, quum aduruntur morbo auxiliantes.*

Dictionem (extra) dixit ἐκτοσθεν, quam posuit non vt loci differentiam notaret, sed quemadmodum apud Demosthenem, atque alios rhetores usurpatur, qui cum ἐξωθὲν τὶ τοῦ πράγματος dicũt, præter rem significare uolunt. Id igitur, quod Hippocrates asserit, tale est. Præter ustionem alæ, duæ aliæ sedes sunt morbo auxiliantes, quum aduruntur. usus autem est uocabulo τιμωρέουσαι, quo constat ipsum non aliud significasse, quam auxiliantes. quod fecit etiam Euripides, cum Orestem induxit hæc loquentem, ἀνόσια μὲν δρᾶν, ἀλλὰ τιμωρῶν τῷ πατρὶ. Differunt autem interse τιμωρῶν, & τιμωρούμενος, quod uocabulum cum accusandi casu iungitur, hoc siquidem significat crucians. eadem ratione & Menandri fabula inscribitur ἑαυτὸν τιμωρούμενος. H

52 *Vna quidem est à priori parte inter caput humeri, & chordam, quæ ad alam est.*

Nos quoque uidimus articulum contineri in hoc loco, qui pars totius prioris regionis est. nã, quum ea lata sit, una quidem eius in medio ad unguem est, duæ autem utrinque: una ab interiori parte, cuius nunc meminit, altera ab exteriori, de qua paulo infra loquitur. Est autem admiratione dignus, qui, quum nunquam uiderit humeri caput in aliam partem excidere, quàm in alã, non contentus fuerit ipsam tantum adurere, sed adiungens duas alias regiones, illas coniecerit, in quibus nos uidimus caput humeri fixum: ex his in eam, qua uena sita est, per summum humerum procedens, ubi duo musculi concurrunt, & magnus ille, qui a pectore oritur, & qui à literæ similitudine Δελτοειδὴς nuncupatur, quater uidimus humeri caput prorupisse in exteriorem uero partem mediæ regionis semel, de qua tractabit in sequentibus.

Quæ

53 A *Quà demittere candens ferramentum conuenit, vt cutem traïciat, non tamen nimis altè: proxima enim est crassa vena, ac neruus, quorum neutrum calefaciendum est.*

Crassam venam intelligit nunc eam, quæ per summum humerum fertur ad cubitum (ὠμιαία græcè vocatur) quasi latam vel grandem, cui innectitur coniunctio duorum musculorũ proposi torum. cuique adiungitur neruus, qui distribuitur in partes cutis, quæ iuxta venam est. Cauendũ aũt esse, ne in adurendo neruus aut vena attingatur, apertè declarauit, non tamẽ ostendit, à prio rine, an ab interiori parte venæ, vel prorsus super ipsam, adurendum sit. Fieri enim hoc potest, in primis cutem attrahendo, quo modo in ala diximus, dein transuersam adurendo, post hæc instru mentum, quo ad illinendum vtimur, traijciendo, atque in orbem iterum adurendo. Quemadmo dum autem in ala, quamuis subsint nerui maximi, si cum ipsis arteria ac vena latissima, tamẽ adu ri cutem voluit, securitatem subiectarum partium comparans eo instrumento, quo illinimus, de misso: sic in proposita nunc vstione nihil mirum si cutem venæ superiectam aduri iubeat. illos au tem neruos dixit ἐπικαιροτάτους, quod vocabulum mutuari solet ad ea, quæ magnam vim habent quemadmodum illi, quòd non longè distent à spinæ medulla, & maximè pleni sint. Sed circa ve
B nam, quæ ab interiori parte tendit ad cubitum, neruum simpliciter dixit, non adijciens ἐπικαίριον: multum enim distat à medulla spinæ, atque exiguus est.

54 *Rursus alio loco licet adurere ab exteriori parte multo supra chordam, quæ ad alã est, paulo infra humeri caput. Traïciatur autem cutis cãdenti ferramẽto, sed nõ nimis altè, ignis.n. neruis est inimicus.*

Venit ad tractandum reliquum ex ijs locis, in quibus recipitur humeri caput prolapsum. hic autem est in exteriori parte ptioris regionis, inquam semel etiam conspexi humeri caput venis se. non rectè autem in plerisque exemplaribus legitur 'rursus alius locus, quem licet adurere à posteriori parte est,' hic enim locus non a posteriori, sed ab exteriori parte commissuræ est. Si quis igitur exquisitè definire loca velit, quæ iuxta humeri commissuram sunt latitudinem habẽ tia, hic profectò omnia intuitus in priori regione mediam dicet esse quandam lineam, sine lati tudine conceptam in medio ad vnguem, quæ supernè in humeri longitudinem tendat: & vtrin que in latitudinem terminari priorem regionem, ab interiori quidem parte ea vena, quæ ad interiorem cubiti sedem pertinet, ab exteriori verò alia quadam linea, quæ distet à linea me
C dia, sine latitudine concepta, quantum ipsa vena recedit. Hi sunt ergo termini prioris regio nis. duo autem alij vtrinque sunt, quà feruntur chordæ ad alam: vnus interiorem regionem, alter exteriorem finit. eam verò intelligito interiorum commissuræ regionem, quæ est inter venam, & chordam, quæ ab interiori parte alam terminat: sed exteriorem, eam, quæ inci piens à linea, quæ tantum distabat à media linea sine latitudine concepta, quantum ipsa vena tendit ad chordam, quæ ab exteriori parte alam finit. Quare iuxta diuisionem hanc, quidquid erit superius chorda, quæ ab exteriori parte alæ sita est, non dicetur vtique à posteriori regione commissuræ, sed ab exteriori. siquidem regio po sterior in commissura est, quà latum scapularum os simum est: inferior in ala continetur: superior verò inter lati scapularum ossis summitatem at que humeri caput.



A Linea latitudine caren,
B Humeralis vena
C Alterum tãtum interuallum.
D Posterior pars.
E Interior.
F Exterior.
G Inferior.
H Superior.

55 D *Porrò mederi in tota curatione vlceribus debemus, uidẽtes, ne multũ attolla tur humerus, sed modicè, quatenus ulcerũ curatio postulat, quoniã frigus eo minus adspirabit. Adusta .n. oĩa tegenda sunt, nõ secus ẽt moderatè curanda: nã sic minus hiant, minus sanguis erumpit, minùs neruorũ distentio sequitur.*

Causas ipse exposuit, cur edicat, ne multũ humerus vnquam attollatur, primũ, quòd vlta omnia tegere expedit, sic tamen, vt curari possint, & non frigeant, quùm alioquin (vt ipse testatur) frigus vlcera mordeat, cutẽ induret, pus fieri in dolo re nõ patiatur, ac multo magis in iis, quæ calor ex citauit, sicuti nunc ignis 'minus (innuit) hiant' hoc est diducũtur vlceris oræ: ob id enim frigore magis

magis excipiuntur, & tardius saneſcunt, grandioremq; cicatricem recipiunt. Quod autem ſub- E
dit ' minus ſanguis erumpit ' communiter ad omnia vlcera refertur, non propriè ad ea, quæ pro-
poſita nunc ſunt, nam ſi quis ſic cutem vrat, quemadmodum præcepit, periculum nullum ſan-
guinis eruptionis ſequetur. fortaſſe autem nerui tantum diſtentione periclitabuntur ob frigus,
quod cute nudati contraxerunt: cuius rei in fine orationis meminit.

56 *Vbi vlcera pura ſint, & ad cicatricem intendant, tunc ſanè oportet humerum diu noctuq; ſemper ad latus deligatum continere.*

ὁ τραχὺς nunc propriè de cicatricibus dixit, non de vlceribus, quemadmodum antè. monet aũt maximè dandam operam eſſe, ne humerus, niſi paululum duntaxat, à latere diducatur, idque quum vlcera curantur, quoniam pura vlcera opportuniſſima ſunt illis omnibus caſibus, quos, in oratione proximè præcedente narrauit, atque ijs præſertim, qui ab exterioribus cauſis oriuntur. anteà ſiquidem ſordida erant, atque inflammata, ſordemq; & humorem præter naturam ſuperã-
tem pro velamento ac tegmento quodam habebãt, quin & inflãmationis calor extrinſeco frigo
ri obſiſtebat: at, ubi inflammatio conquieuit, & pura reeddita ſunt, ac ſine ſuperante humore, ma F
gis quàm ante ſentiunt ea, quibus lædũtur. Ob hæc igitur omnia facile ſub exterioribus cauſis
ac præcipuè frigidis dolent, & refrigerantur, propter ſenſum verò acriorem vehementiori dolo-
re cruciantur, cui accedunt ea mala, quæ ſequi dolorem ſolent.

57 *At ubi vlcera conualuerunt, humerus diu debet ad latus ſimiliter deligari: nanque hac uia cicatrix maximè confirmabitur, atque id ſpatium, in quod maximè humerus procidit, contrahetur.*

Hic etiam indicauit, quo consilio hæc præceperit, quum inquit: namq; hac via cicatrix maxi-
mè confirmabitur, atque id ſpatium, in quod maximè humerus procidit, contrahetur ' quaſi ita
dixerit, quo minor cicatrix inducetur, eo magis alæ cutis contrahetur: quod maximum momen-
tum habet in prohibendo, ne in hanc partem humerus elabatur.

58 *Quibus recondi humeri caput non poterit, ſi adhuc creſcunt, humerus non æquè augetur atque is, qui integer eſt: ſed quamuis aliquid augeatur, altero tamen breuior redditur.* G

Ea nunc perſequitur, quæ neceſſario iis accidunt, quibus humeri caput ſuo loco non eſt. Pri-
mum ac maximè commune, cui reliqua omnia ſuperueniunt, eſt, ꝙ minus alitur: quam rem, ſi
membrum iam perfectè increuit, gracilitas ſequitur: ſi adhuc augeatur, exiguitas. Non alitur au-
tem membrum ob muſculorum & uenarum, quas continet, deprauationem. eius quoque rei cau
ſa eſt totus articulus immobilis: nam & integra mẽbra, ubi diutius omnino immobilia maneant,
apertè graciliora conſpiciuntur.

59 *Iam verò, qui à primo natali die humeros breuiores habent (γαλάγκωνες græcè appellantur) ob dupli cem noxam id mali experiuntur, uel quòd dum in utero ſunt, humeri luxentur: uel aliam ob noxam, de qua poſtea aliquando ſcribemus.* A. lib. 4 f. 5. t. 1. c. 6. f 478. h

Dictiue ſint γαλάγκωνες a ſimilitudine felis (γάλη græce dicitur), an ab alio quopiam, relinquen
da quæſtio eſt iis, qui in huiuſmodi ſtudia incumbunt. medicum verò ſcire cõuenit, naſci quoſdã H
vtriuſque humeri articulo luxato, dextro & ſiniſtro, ſicq; humeros breuiores eſſe: neque ignora
re alteram huius uitii cauſam, de qua tractaturum ſe pollicetur. Difficile autem eſt alteram inue-
nire, præter illam, quam ipſe deinceps ait illis accidere, qui teneri ſunt. Inquit ergo.

60 *Sed quibus tenera adhuc ætate iuxta humeri caput in intimis partibus alteq; ſuppurationes oriun tur, omnibus ſanè humeri breuiores fiunt: ac ſiue ſecentur, ſiue urantur, ſiue per ſe pus aperiatur, ſcire licet hæc ita ſe habere: Maximè verò brachio uti queunt, quibus a primo natali die humeri breuiores ſunt: neque ipſi tamen ſurſum ad aurem porrigere brachium poſſunt, cubito extento, niſi multo minus, quam ab integra parte.* A. ibidem

Poteſt hoc etiam, dum in vtero ſunt, accidere: aliam verò noxam, quæ ijs, qui in vtero gerun-
tur, cauſa ſit, ut articulus elabatur, difficile eſt inuenire. ſed has ambas accidere nihil prohibet: po
teſt enim, dum infans in vtero eſt, à natura ſuppuratio fieri, aperiri, & ad cicatricẽ vlcus perduci:
quod magis adhuc euenit, ubi humeri caput elabitur ob humorem infantis naturalem, & quia ca
uum commiſſuræ ipſius humeri tale eſt, vt facilè articulum expelli patiatur.

61 *Quib⁹ verò ætate iã robuſta humeri caput erupit, neq; reſtitutũ eſt, pars, q̃ ſup cõmiſſurã eſt, tenuatur, & gracilioris habit⁹ fit. ubi dolore liberãtur, nõ æquè p̃ſtare poſſũt opa oĩa, q̃cũq; req̃rũt, ut cubit⁹ à pe*

ctore

A *ctore diductus in latera attollatur. Ad ea aũt ualent, quæcunque efficienda ſunt, humero uel in priorẽ partem, uel in poſteriorẽ ad pectus adducto: nã terebra, ſerra, ſecure, ac raſtris utuntur, dummodo cubitum nõ admodum attollere neceſſe ſit, atq; ad alia omnia idonei ſunt, q̃ brachia poſtulant ita figurata.*

His, qui hoc uitio tenentur, pars, quæ ſuper humeri commiſſuram eſt, protinus etiam inter initia tenuior apparet, & gracilior, quum humeri caput lati ſcapularum oſſis cauum reliquerit: ſed & iſtiuſmodi in poſterum adhuc amplius conſpicitur, eo quòd procedente tempore emacreſcant partes muſculi, ▵ literam referentis, quòd redditus ſit imbecillis, quum ſequens humeri caput, vi deorſum feratur ad alam: & quòd immobilis maneat, neque ſuo munere fungatur, quod erat humerum attollere: quare frigidior & imbecillior redditur, atque emacreſcit: quando quidem labor firmat, ignauia tabidum reddit.

De Svmmitate lati Scapvlarvm Ossis, qva cvm Ivgvlo conivngitvr

Quibus lati ſcapularũ oſsis ſummitas diducitur, extare uidetur os, quod recedit: eſt autem hæc liga
B *mentũ iuguli cũ lato ſcapularũ oſſe. Diuerſa autem eſt hac parte natura hominis à cæteris animalibus. Medici itaque in hoc caſu maximè decipiuntur: excitato enim oſſe, quod recedit, humeri commiſſuræ pars ſuperior apparet depreſſa, & caua, ita, ut quaſi prociderit humeri caput. prouideant. Noui ergo cõplures medicos alioquin non ignobiles, qui ſummopere læderent, dum niterẽtur huiuſmodi humeros reſtituere, ut qui luxatos eſſe exiſtimarũt: nec prius deſiſterent, q̃ uel rẽ deſperarent, uel indicarẽt per ſe*
A. ibid. c. 14. f. 479. d *non poſſe humeri articulũ reſtituere. His eadem curatio conuenit, quæ cæteris eius generis, nempè ceratũ, panni, faſciæ, atque eadem uinciendi ratio: ueruntamen deorſum cogendum eſt id, quod excedit, tũ ea parte plurimi panni inÿciendi, maximeq; adſtringendũ, humerusq; ad latus continendus eſt, ſuſpẽſus à parte ſuperiori. Hac. n. ratione id, quod receſsit, proximè adducetur: quam rem ſcire optimè licet, atq; prædicere, omni periculo uacare, ſi alioquin tibi uideatur: ex hoc. n. caſu, nec paruum nec magnum in humeri cõmiſſura oritur detrimentum: ſed aliquid decoris eo loco amittitur: nunquã. n. huiuſmodi os in naturalẽ & antiq̃ ſedẽ reuertitur, ſed neceſſario ſiue amplius, ſiue minus, à ſuperiori parte prominet: neq;. n. aliud os ullũ in priſtinã ſedẽ reuertitur, quod receſserit ab aliquo oſſe, cũ quo naturaliter iũgeretur. Paucis autem diebus à dolore liberatur latum ſcapularum os ſummum, ſi commode uinciatur.*

Indicat lati ſcapularum oſſis ſummitatem eſſe coniunctionem. dicit etiam ipſam eſſe os, quo
C alligantur propoſita oſſa ambo. conſtat autem ſummitatem lati ſcapularum oſſis eſſe cartilaginoſum os, quod ſitum eſt, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, à quo dependent membranæ, quibus extrema oſſium colligantur. Hoc, ubi recedat, iugulum etiam ſequi conſueuit, & idcirco reſtituitur iugulo deorſum compulſo, ſic, vt ea parte in orbem quodammodo inclinetur: quo fit, ut in iuuenibus facilius cogatur, nam, quo magis ætas procedit, eo magis corpora noſtra ſiccantur. Ergo, quemadmodum ſicca ligna minimè idonea ſunt, quæ curuentur, madentia autem & viridia facilè id patiuntur. eodem modo & oſſa eorũm, qui adhuc increſcunt, coacta curuari poſſunt, ac multò magis, vbi rara ſint, & cauis plena, quale eſt iugulum. Equidem experimento ſenſi iugulum in meipſo curuari: nam, quum vinculi vi vehementer compelleretur, altè vrgebat. quod ego pertuli quadraginta dies, quibus iugulum ad humeri caput ita adductum eſt, vt iis, qui nunc aſpiciunt, nunquam receſſiſſe uideatur: quiq; nunc quum receſſit, diductum interuallo trium digitorum viderũt, rem admirẽtur. Inde tamen factum eſt, vt humerus id temporis minimè nutriretur, ita, vt penitus emacreſceret, cumque eo brachium etiam nutriri deſineret. Sed his omnibus, vno vinculi præſidio ſuccurrens, non multo tempore à ſoluto vincu lo totum membrum refeci. In adoleſcente aũt, ac multo magis in puero, os facilius vinculo cogi
D tur: ego verò, quum id mihi accidit in palæſtra, annum agebam trigeſimum quintum. nullum tñ alium ex iis, qui firmiſſima ætate eſſent, æquè licuit ad ſanitatem perducere, eo q̃ uinculi vim minimè ferrẽt. Ipſe igitur locũ ſenſi frigidũ prorſus, ſic, vt totum diẽ ac noctem perfundere calidum oleũ cogerer, pelle toti corpori ſubiecta, ſuper qua nudus iacebã, quum caniculæ æſtus vigeret. A pedibus igitur inani pelue ſubiecta pellis ita figurata erat, ut oleũ per eam commodè funderetur. quidquid aũt in pelui coactũ erat, in ollã conijciebatur iuxta ignem, vt calefieret, eoq̃ue inde accepto totus affectus locus perfundebatur. at quum, vel modicum quid aliqñ intermittebatur, ſenticbam continuò muſculos iuxta ceruices diſtendi, ſic, ut apertè conſtaret ſequuturam eſſe neruorum diſtentionem, ſi ignaui fuiſſent, qui perfundebant. Mihi ẽt aliud euenit, quod non parum in cauſa fuit, ut muſculi male afficerentur, atq; id quoque enarraſſe operę preciũ erit, ne quis exiſtimet male affici muſculos, propterea q̃ iugulũ duntaxat deorſum fuerit coactũ. In palæſtra enim lati ſcapularũ oſſis ſummitate diducta magiſter intuitus partẽ ſuperpoſitam humeri commiſſuræ, depreſſam, exiſtimans humeri caput in alam excidiſſe, intentionem tentat, atque impulſum: quæ quidẽ artificioſè agit. at quum ſine ullo profectu operam perderet, arbitror peccati aliquid in impellẽdo: quamobrẽ alios adhiberi iubeo, qui cum ipſo humerum, & ab inferiori parte,

& à

& à contraria extendant: atque ipſe integræ manus digitos, quantum poſſum, intro demitto ad E
humerum, qui excidiſſe videbatur, vt inditi inter latus & humeri caput, ipſum impellerent: nihil autem inueniens in ala præter naturam, iubeo, vt extẽdere ceſſent, qui cum magiſtro ſimul vim adhibebant, eo q̃ humeri caput non procidiſſet. hi verò exiſtimantes me fracti animi ob dolorem eſſe, hortantur, vt ſibi me ipſum committam, nec ab extendendo deſiſtunt, ita, ut muſculum auulſiſſent (quæ res aliis iam accidit) niſi fortè alter aduenisſet, qui optimè nouerat me nullo modo ob mollitiem extendentes prohibere. hic eos remouet, ac me rogat, quid mali ſit, quidq; faciendum cenſeam, reſpondeo ſummitatem humeri diductam eſſe, opus autem mihi eſſe oleo, linteis, lana, eo igitur ad balneum, multoq; oleo perfuſus, maneo in labro, quoad poſſum, dum, quæ ad curationem facerent, afferrentur. Quare muſculis aſſidua perfuſio neceſſaria fuit, quum malè affecti ea ratione fuiſſent. multi autem vinculum non ſuſtinent, etiam ſi id nõ accidat, ſed malunt in poſterum, quæ ex eo malo moleſtia ſequitur, ferre, quàm id quadraginta diebus ſuſtinere: neque enim breuiori ſpatio conſequi eos poſſe exiſtimo, vt iugulum ita exquiſitè curuetur. Reliqua Hippocratis uerba plana ſunt.

De Ivgvlo fracto. F

Iugulum comminutum, ſi ex toto fractum ſit, facilius curatur: ſi in longitudinem, ægrius: hæc autẽ contraria ſunt, atque aliquis exiſtimet. Id igitur, quod ex toto fractum eſt, magis utique in ſuam ſedem compelli poteſt: ac ſi ſumma cura prouideatur, quod ſublimius eſt, magis deorſum cogetur idoneo habitu, ac debito uinculo: quamuis autem ex toto in ſuam ſedem non coliocetur, tamen ea pars, quæ excedit, non ualdè acuta apparebit. At quibus in longitudinem frangitur, ſimile uitium eſt, atque ubi oſſa diducuntur, de quibus ſupra tractauimus: non ita enim in ſuam ſedem reſtituitur, extans q̃, oſſis extremitas aſpicitur admodum acuta. In uniuerſum autem ſcire conuenit, nihil humeri commiſſurã aliamve partem lædi, quum iugulum frangitur, niſi (quod raro accidit) corrumpatur.

Ex toto frangi dicit, quod nulla parte hæret: cuius contrarium eſt, quod non ex toto abrumpitur. Id uno modo fieri expreſſit, quum inquit ſi in longitudinem, ægrius: ſimulq; demonſtrauit, quod ex toto abrumpitur, tranſuerſum abrumpi: quod non ex toto, in longitudinem ergo, ubi ex toto comminuitur, partes cedere inter ſe plerunq; ſolent, atque una ſurſum ferri, altera deorſum, tum altera in interiora, in exteriora altera. qua de cauſa uidetur fractura grauis, & ægrè ſanabilis. Verum altero modo, quum fractura in longitudinem eſt, leuior quidem apparet, ęgrius G
tamen curationẽ admittit: nequit enim iugulum fascia excipi in orbem, ſicut membra: quà via duntaxat propelli, atque adduci poſſet, quod in longitudinem fiſſum eſt. Quòd ſi hæc, quæ nunc oſtendimus, in memoria habeantur, nihil obſcurum uidebitur ex iis, quæ ab Hippocrate in ſequẽtibus ponuntur.

Iuguli fractura deformitatem affert: deformitas autem principio maxima eſt, deinde minor.

Satius fuiſſet dicere [minus apparet]. principio enim rei nouitate deforme uitium videtur: procedente tempore, ſicut alia omnia, quibus aſſueſcimus, ita deformitatem paruifacimus.

Sanеſcit autẽ citò iugulum, atque alia oſſa, quæcunque rara ſunt, quoniam callo hęc maturius obduntur. Igitur, ubi caſus recens eſt, ęgri ſolliciti ſunt, putantes malum grauius eſſe, quàm ſit, medici autem ſedulos in probè curando ſe exhibent: procedente tẽpore laborantes, ut qui nõ doleant, neq; ingreſſu, neque cibo prohibeantur, rem contemnũt: at medici, ut qui locum reddere decorũ non poſſunt, ſe ſubducunt, neque offenſorũ negligentiã iniquo animo ferunt: interim callus feſtinat increſcere. Deligandi autem ratio ea conuenit, quę pleriſque, cerato, pãnis, faſciis mollibus, adhibitis. Hęc autem prouidiſſe oportet, atq; item nouiſſe in hac præſertim curatione, plurimos pannos, quà os extat, obijciendos eſſe, ac H
faſcias plurimas, itaq; maximè premendũ. Nonnulli exiſtimarunt plumbi aliquid alligandum, quod oneri eſſet, ut deorſum cogeret, quod extaret. Fortaſſe autem nec illi ſapiunt, qui ſimpliciter uinciũt, q̃ doquidẽ neq; propoſitus modus fracto iugulo conuenit. nihil enim ferè cogere poteſt, quod excedit. Sũt & alij, qui cognoſcẽtes uincula ipſa aliena eſſe, neque in naturalẽ locum adducere, quod extat, deligant quidẽ eiuſmodi ægrotantes pãnis faſciis q̃, ſuperdatis, perinde atq; alij: ſed hominem faſcia aliqua cingunt, qua parte commodiſsimè cingitur: ubi pannos obiecerint, quà fractura extat, ſic, ut ea parte in tumorẽ aſſurgãt, caput faſciæ ad cingulũ a priori parte deuinciunt, faſciam q̃, è regione iuguli porrigunt ad partẽ poſteriorem, & in cingulum demiſſam ad priorẽ adducunt, atque inde rurſus ad poſteriorem. Alij faſciã in cingulum nõ demittunt, ſed inter anum & naturale: tum iuxta anum ipſum, dein circa ſpinã ducentes, ſic fracturam comprimunt. Hęc, quum ab eo audiuntur, qui uſum non habet, propè videntur ſecundũ naturam eſſe: at, ubi quis ea experiatur, inutilia comperiet, neq; enim aliquod tempus immobiles manẽt, etiã ſi homo cubet, quanquam hoc modo proxima eſſent: tamẽ ſi cubans crus flectat, aut ipſe curuetur, omnes faſciæ mouebuntur: præterquam q̃ hęc uinciendi ratio alioquin fœda eſt.

Cauſam ipſe adiungit, quamobrem hæc celeriter ſanescant: ſed cur callus maturè increſcat,

cauſam

A causam non expressit, vt quæ ex natura ossium, de quibus tractatur, percipi possit, qm̃ in ijs, quæ rara sunt, multum humoris contrahitur. In prioribus autem demonstrauimus, recepto humore ob affecti ossis vim spissato, in oris fracturæ callum increscere, qui, vbi satis increuit, fracturę oras illigat, atq; adstringit. neque. n. os altioribus partibus solidat, quẽadmodũ caro, sed (vt dictũ est) in summo, quasi vinculo adstringitur. Quæ sequuntur, si diligenter considerentur, oĩa plana sunt.

66 Siquidem anus cõprehenditur, fasciæq; in hac loci angustia colliguntur. Quod verò ad eas fascias pertinet, quæ in zonam induntur, non ita arcte hęc cingitur, quin sursum ferri cogatur: quod ubi accidit, necesse est totum uinculum relaxari. Proximè autem moliri quis sibi uidebitur, quamuis nihil magnũ efficiat, si fascias nonnullas in cingulum demittat, sed plærasque ad primũ uinculũ adhibeat: hæc enim ratione maxime stabiles erũt, & alteri circuitui aliter auxiliabitur. Plurima quidẽ dicta sũt ex ijs, quę ad iuguli fracturã attinent. Scire autem licet, iugulum plærunque ita frangi, ut ea pars, quæ à pectore est, sursum feratur: quæ à summitate lati scapularũ ossis, deorsum: cuius causa est pectus, quod
B *neque admodum sursum, neque admodum deorsum mouetur.*

Loci angustiam dixit στενυγροχωρίην. quod nomen (vt quibusdam placet) non componitur ex vocabulis ὑγροῦ, στενοῦ, & χώρας, quæ significarent humidum, angustum, locũ, sed deducitur a voce στενυγρὸν, quæ nihil amplius sibi vult, quã στενὸν, quod significat angustũ. vnde quadã additione (quã figuram παραγωγὴν dicunt) deducitur στενυγροχωρίη, quæ nihil aliud sibi vult, quam angustiam. quod ex iis euidenter colligitur, quæ Simonides sic scribit οὕτω τὶς οὕτω δασκίοις ἐν οὔρεσιν ἀνὴρ λέγεται λῖν· οὐ δὲ πάρδαλιν μοῦνος στενυγρῷ συντυχὼν ἐν ἀτραπῷ. effertur autem secunda syllaba tenui spiritu.

67 Exiguus enim est motus articuli, à parte ossis pectoris.

Exiguum motum vocauit κιγκλισμὸν. At siue vocabulum sumatur a motacilla aue, quæ græce κίγκλος dicitur, eo quod assidue caudam moueat, siue a quouis alio, non pertinet proprie ad hunc locum: sed magis persequi causam oportet, cur commissura iuguli cum pectore, quãuis sicut aliæ nonnullæ referri inter minimas non debeat, tamen nihil fere moueatur. sed quam huius rei causã Hippocrates tradat, audiamus de verbis ipsius. Os pectoris στῆθος appellat, quo nomine significasse nunc videtur, non omne id, quod est a priori parte thoracis, sed medium os, in quod se inserũt co
C stæ, quod græce a iunioribus medicis στέρνον vocatur, de quo recte dixit.

68 Ipsum enim os pectoris sibi continuatur, & spinę.

Os pectoris sibi ipsi continuari manifestissimumũ est. sed & spinæ etiam, liquido cõstabit, si qm̃ incadauere detracta carne costas videris a posteriori parte, spinæ: a priori, ossi pectoris, inhærere.

69 Sed & iugulũ prope humeri articulũ supernatat. Cogitur aũt moueri sæpissime, eo q̃ cũ summitate lati scapularũ ossis iungatur. Maxime aũt, ubi perrũpitur, pars, quæ ab osse pectoris est, sursum fertur, neq; facile solet deorsum repelli, quoniã natura leuis est, spacium q̃ ipsi latius patet a superiori parte, q̃ ab inferiori: latũ verò scapularũ os, humerus, & quę his inhęrescunt a costas & osse pectoris, optime soluuntur: quamobrẽ possunt plurimum attolli, atque demitti. Itaque ubi iugulum frãgitur, ea pars quę est a lato scapularũ osse, deorsum cõuertitur: faciliu enim deorsum fertur unà cum humero ac lato scapularũ osse, quã sursum. Quãdo igitur sic se res habet, decipiũtur, qui censent posse, quod super exedit os, deorsum cõpelli: nãque in apte to est inferiorem partem ad superiorem adducẽdam esse, ea siquidem mouetur, ea a naturali sede recedit: cõstat aũt hãc aliter nullo modo propelli posse, vincula. n. nihil magis adducunt, quã repellant. Si quis aũt humerum, ad latus, quãtũ potest, adductũ sursum attollat vt humeri commissurã maxime acutam se ostendat, hoc pacto concurret cũ osse pectoris, a quo recessit.

Solet Hippocrates quasdam figuras ac linguarum proprietates vsurpare, quamuis consuetam
D locutionem sequatur. Simile quid apud Xenophõtem legitur. ipse enim, si quisquam est, qui vsitata locutione vtatur, in his nomen profitetur suum. sæpius tamen inserit vocabula linguæ propria, ac translata: quod rarius apud hunc, frequentius apud Hippocratem reperitur: quemadmodum in præcedentibus verbis, vbi κιγκλισμὸν dixit paruum motum, nunc vero, πλοῶδής ἐστι, quod supernatat. id autem quasi sine fulcro significat: cuius rei testimonium facit, quod subiicit, quum inquit [cogitur autem moueri sæpissime, eo quod cum summitate lati scapularum ossi coniungatur]. at summitas lati scapularum ossis rursus ob humeri articulum sæpissime mouetur, quum ipse imbecillis sit, & maximi motus. Initio vero sermonis prope dixit, dubium autem est ad locum ne, an ad rem debeat referri: vel enim accipiemus, prope articulum, frequenter iugulum moueri, quam sententiam magis probo, vel (vt quibusdam placet) [prope] referemus ad frequentẽ motum, ita, vt mens eius sit, Iugulum maxime prope accedit ad ea, quæ frequenter mouentur, quũ humeri articulo iungatur.

70 Si quis igitur legitimũ vinculũ adhibeat, vt celeriter glutinetur, cętera uerò omnia extra hmõdi habitum superuacua existimet, rectè vtiq; sentiet, celerite q̃ hominem ad optimam valetudinem perducet: quem iacere maxime ad rẽ pertinet, satis q̃ sunt quatuor decim dies, si quiescat, summũ uiginti.

Legitimũ vinculum appellat,quod omnibus in consuetudine est,ac iam est veluti lex quædã E
non scripta.sic enim & in uita fit,ut quos mores omnes studeant,legibus similes sint. Vinculum igitur quod ad fracturas pertinet,huc non admodum accõmodatur, atque idcirco fusius de ipso scripsit in primo de fracturis:hic autem nullum vitium exponitur, ad quod eiusmodi vinculum adhibeatur. Ostendimus enim in commentariis in eos libros,& nunc etiam in memoriam redigemus,morbos omnes,quibus accommodatur id vinculum,quod ad fracturas pertinet,traditos fuisse ab Hippocrate in eo volumine, in hoc autem omnes, qui alteram vinciendi rationem postulant.Porrò autem in eo vinculo,quod ad fracturas pertinet, fascia super affectum membrum in orbem circundatur,sed in altera vinciendi ratione fertur ad alias partes, ac plurimum ad eas, quæ vitiatæ sedi contrariæ sunt:quod in libro de officina medici testatur, cum inquit, Consentit autem cum capite humeri fascia ad alteram alam demissa.

71 Si in iugulifractura (quod rarò accidit)contrarium eueniat, vt scilicet id ossis, quod à pectore est,subijciatur,id, quod a summitate lati scapularum os sublimius feratur, ac super alterum excedat,nullo magno præsidio opus est:demisso enim lato scapularum osse, cum humero,recte ossa inter se cõcurrent:ac quæuis ratio uinciendi satis erit,& callus pauciꝰ diebus increscet. F

In superioribus quidem demonstrauit,ubi totum iugulum transuersum abrũpatur, ferè quod à pectore est,sursum conuerti: quod à summitate lati scapularum ossis, deorsum:nunc eum modum persequitur,qui rarius accidit, sub quo ea pars iuguli, quæ est à summitate lati scapularum ossis,sursum fertur,quæ à pectore demittitur:atq; hic(vt ait)facilius sanescit.nam demissa summitate lati scapularum ossis, simul etiam demittitur ea iuguli pars, quæ ipsi cõtinuatur, sicq; alteri æquata illigatur,curaturque.

72 Quòd si non comminuatur hoc pacto, sed ab hac vel illa parte in latere erumpat, in suum locum collocãdum erit,lato scapularum osse vna cum humero excitato, quemadmodum & in superioribus explicauimus:vbi restitutum fuerit in pristinum statum,reliqua curatio celerrime perficietur.Plerunq; igitur,cum partes inter se cesserunt,ipso humero sursum coacto,restituitur.

Quod ab ipso nunc proponitur, accipere debemus in osse,quod in interiorem, vel exteriorem partem prolabitur. intellige nunc,quam dico interiorem partem,eam, quæ alte sita est in corpore:exteriorem,quæ in superficie ad cutem.

73 Vbicunq; autem,quod a superiori parte est,in latus uel inferiorẽ partẽ ueniat,cõmode restituitur si homo resupinetur subiecta aliqua re inter scapulas,quæ attollat sic,ut pectus q̃ maxime recuruetur, aliquis itẽ humerum iuxta latus extentũ sursum adducat: medicus uerò altera manu humeri caput: data prominentiori palmæ parte repeliat,altera quod diductũ est,componat:sic enim maxime in naturalem sedem restituet.Sed(sicut iã diximus) superius os deorsum ferri maxime solet.Pleriq; vbi alligati sunt,conuenit ita figurari,vt cubitus iuxta latus contineatur,sicq; humeri caput excitetur. G

A AEger supinus collocatur.
B Puluinus inter scapulas subiectus.
C Alter brachium a costis diductum attollens.
D Medicus fracta ossa componens.



Vbi ea pars iuguli,quæ cũ pectoris osse cõmittit, vel in latus,vel in inferiorẽ partẽ prorũpat, tũc ait cõmode restitui, si homo resupinet, subiecto inter scapulas iuxta spinã puluino, seu ceruicali,siue tali quopiã, vt hac via thorax totus recuruetur. hoc aũt exp̃ssit uocabulo περιῤῥηδὲς, qd̃ poeta ẽt vsurpauit, quũ inquit, Περιῤῥηδὲς δὲ τραπέζη κατέπεσε. Homine igitur ita figurato, p̃cipit,ut medicus altera manu humeri ad latus adducti caput in exteriorem partem repellat,sic enim diductæ iuguli partes plurimum inter se recedent,recuruato pectoris habitu multum ad eam rem conferente: altera manu componat,atque in unum adducat diductas iuguli partes.humerum verò iuxta latus sursum compelli interdum satius esse in sequentibus adscribit. H

Sed

A 74 *Sed quibusdã (ut narrauimus) debet humeri caput sursum vrgeri: cubitus autẽ ad pectus adduci, manus uero ad summitatẽ lati scapularum ossi. ab integra parte porigenda est. Quod si homo cubare non recusset, aliquid imponere conuenit, quo fulciatur, sic, ut humeri caput maxime sublime sit: at si ambulet, fundã a ceruicibus suspendere ex fascia oportet, quæ cubiti eminentiam complectatur.*

Hæc figurandi ratio efficit, vt humeri caput in exteriorem partem compellatur. cum quo adducitur & iuguli pars, quæ summitati lati scapularum ossis adiuncta est. Sed eiusmodi habitu inquit fere opus non esse, ꝙ superiori satis restituatur, sub quo humerus iuxta latus extentus addu cebatur, cubito ibidem collocato, non quemadmodum nunc pectori superimposito. Abstinere igitur debemus ab imponendo cubito super pectus, non quò hic habitus priori sit deterior, sed quò per illum duntaxat plæraq; præstari possint, quæ ad reponendũ idonea posita sunt. Quomodo si res non succedat, ad habitum transibimus secundo loco ostensum.

GALENI IN HIPPOCRATEM DE ARTICVLIS COMMENTARIVS SECVNDVS.

B

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de reliquis Manus articulis: de Faciei malis, ac maxillis: de Naribus, & Auribus curandis: cum luxata vel fracta fuerint.

De Cvbito

Vbiti articulus vbi paululum dimotus suo loco exceßerit, uel ad pectus, uel in partem exteriorẽ, maneat ꝙ pars eius acuta in cauo humeri, recta extendere oportet, & quod extat repellere, atque ad latus vrgere. At ubi toto loco motus fuerit in hanc vel illam partem, idem extendendi modus aptatur, qui fracto humero, cum deligandus est: sic enim curua pars cubiti nõ impediet, maxime verò versus costas erũpit. Restituitur autem plurimũ reductus, ne humeri caput attingat cubiti processum, ita aũt collocatus vt non hæreat, circumagitur at circumflectitur, non recta cogitur: eodemq; tempore utrinque in cõ

C *traria compulsus in suam sedem restituitur. Expedit & cubitum nunc pronum, nunc supinum conuertere. In curatione ita figurare brachium oportet, vt manus paulo sublimior cubito habeatur, humerus vero ad latus: sic aũt & suspẽsũ & collocatum natura & vsui cõmodũ erit, modo callus nõ male increscat: increscit autẽ celeriter. Linteа vero adhibenda eo modo sunt, quo articulorum rõ postulat, vt pars quoq; acuta colligitur. Malũ aũt luxato cubito maxime recrudescit febre, dolore, uomitu puræbili: ꝑcipue cũ ĩ posteriorẽ partẽ exciderit, ꝙ cartilaginosa sit: deinde cũ in priorẽ: sed curatio eadem est. Vbi in posteriorẽ partẽ plapsus reponitur, recta extẽdere oportet: signũ aũt sic prolapsi est, ꝙ homo extendere brachiũ nequit, nã ubi in priorẽ uenit, flectere nõ põt: tunc aũt durũ aliqd implicitũ conuenit iniicere, & cubitum porrectũ plurimum repẽte circa ipsum flectere. Diducta aũt ossa intelliges, ubi eã partẽ tãgas, qua uena ĩ humero diuiditur: sed hæc celeriter callo circũdãtur. Ossa aũt a primo natali die breuiora fiũt, ꝑsertim q̃ proxima sunt cubito, deinde q̃ manui, tum quæ digitis. Humerus aũt & scapula ꝓp motũ ualidiora euadunt: sed & alterũ brachium ꝓp opera ualidius est. Minuitur caro ubi in exteriorẽ partẽ uenit ab ĩteriori, alioqn a contraria illi, in q̃ uenit. At ubi cubitus in interiorẽ vel exteriorẽ partẽ prolabitur, distentio ita adhibenda est, vt cubitus ad rectũ angulum cum humero collocetur. Attollere autem alam oportet*



A Alæ subiecta habena.
B Manibus depellens.
C Medicus atticulum palmis coaptans.

D

fascia subiecta, & cubitum super rem aliquam collocare, ac iuxta articulum graue aliquid appendere,

aũt manibus deorsum urgere. Suspẽso aũt articulo necesse est prominentioribus palmarũ partibus adur E
gere, quẽadmodũ in manibus. Hæc figura cõuenit dũ deligatur, dũ suspẽditur, dũ collocatur: ubi ĩ poste-
riorẽ partẽ subito extendere oportet, & prominẽtioribus palmarũ partibus in suã sedem cõpellere, qđ
similiter seruãdũ est in alijs reponendis: ubi in priorẽ impositio linteo in pilæ speciẽ inuoluto flectere si-
mul, & reponere necesse est: q̃ si in alterã partẽ uergat, cum reponitur, utrumque fieri debet. Figura au
tem, qua cõmuniter aptatur, cum reponitur, & cum deligatur, idonea esse et potest, cũ distenditur, ita,
ut in omnibus cõmuniter requiratur. Quòd spectat ad modos reponendi, reponuntur alij suspendẽdo,
alij distendendo, alij circumducẽdo: quæ celeriter fiunt, ubi figuræ in hanc uel illam partem excedant.

De Manv

2 Manus autem articulus in interiorem, uel exteriorem partem ꝓmouetur: sed maxima ex parte in
interiorem. Manifestũ indiciũ, ubi in interiorem, q̃ curuari: ubi in exteriorem, q̃ porrigi digiti nõ pos-
sunt. In constituendo collocentur digiti super scamnũ, & in diuersas partes distendantur: quod extat ex
osse uel prominentiori palmæ parte, uel calcæ simul repellatur, & in anteriorem & inferiorẽ partẽ urgea
tur: sed ab inferiori iuxta alterũ os, pila aliqua mollis subijciatur, manui pronæ, ubi à superiori est: supi
næ, ubi ab inferiori. Curatur aũt linteis. Prolabitur tota manus uel in interiorem, uel in exteriorem par
tem, uel in hoc aut illud latus, maxime aũt in interiorem. Promouetur aliquando & appendix: aliquan
do & alterũ os diducitur, tunc autem uehementer extendere conuenit, & quod extat repellere: reliquũ
uero a cõtraria parte adurgere, duob⁹ modis retrò, & ad latus, uel manib⁹ sup scãnũ, uel calce. Maxime
aũt recrudescũt & deformitatem afferũt, tpe tamen cõfirmãtur, ita ut usui sint. Curõ aũt linteapostu- F
lat, q̃ ad manũ & cubitũ ptineãt: tum ferulas, q̃ usq; ad digitos accõmodentur. Alligata aũt ferulis sa-
pius resoluere oportet q̃ fracturas, & uberius inungere. Verum à primo natali die breuior fit manus, &
minuitur maxime caro a parte contraria illi, in quam os uenit: ei uero qui iã adultus est, ossa manent.

A Extendentes in diuersa.
B Medicus palmis os eminens retrudens.
C Inuolucrum molle alteri ossi subiectum.



De Digitis

3 Digiti articulus, ubi excidit, in aperto est. Re-
stituitur recta distendendo, tum, qđ extat repel-
lendo. & in cõtrariã partem adurgendo. Curõ fa-
scias & linteapostulat. Nisi restitutur, callo ex-
trinsecus circundatur. Luxata aũt ossa uel a pri-
mo natali die, uel ei q̃ adolescit, ab inferiori parte
breuiora euadunt, & caro minuitur, a contrario
illi in quã prolapsa sunt, sed iam adulto manent.
4 Maxillã paucis hactenus toto loco mota est. G A. lib. 4. f. 5. l. 1. c. 2. f. 478. d

Qui operam dant corporibus incidendis γνά-
θον dicunt eam partem, quæ genis subiecta est:
genas uero, quæ μῆλα uocãt, eas, quæ leniter ro
tundẽ in facie prominent. Quemadmodum igi
tur Hippocrates dixit, articulum autem lati sca
pularum ossis, pro articulo, qui cum lato scapu
larum osse committitur, sic nunc maxillæ ar-
ticulum intellexit, quum maxillam ait, quam
γνάθον appellat. Sic etiam poeta dixit.

Κόπτων ἀμφοτέρωσι γναμπτὰς δ' ἄπαντας ὀδόντας,
Γνάθων ἐξελάσαι μυσὸς ὣς λιβοτήρην.

ubi uidetur appellasse γνάθους, malas & maxil- H
lã, quas ipse ẽt Hippocrates in sequentibus γνάθους nominat. Atque hæc de uocabulo. cur autem
scripserit paucis maxillam toto loco moueri, ipse deinceps docebit. animum igitur adiungito.

5 Os enim, quod a malis procedit, cum eo coniugatur, quod ab aure: hoc autem maxillæ capita exclu
dit: quorum unum a superiori parte situm est, alterum subiectum. Item ex maxillæ capitibus unum
quidem ob longitudinem non facile expellitur, quod rostro simile, iugale os excedit.

Antea quoq; diximus in expositione libri de fracturis, & in primo commentario, si quis non
intelligit, q̃ ita clare ab Hippocrate exponũtur, huic opus esse mõstratione ossiũ, p̃cipue homi-
nis, uel certe simiæ. satius aũt est nõ tũc, cum liber legitur, sed prius per ociũ ossa inspicere. Dixi-
mus itẽ scriptũ fuisse a nobis librũ de ossibus ad eos, qui primas institutiones addiscunt, in quo-
ante exerceri melius est eũ, qui percepturus est, q̃ ab Hippocrate scribũtur. Atqui, ut in superio-
ribus scripsi etiam nunc faciã mediam quandã doctrinã, inter eam, quæ conuenit iis, qui inspe-
xerint, & eã, quæ ijs, qui non inspexerint. Hoc. n. pacto, qui inspexerint molestę sermonis longi
tudinẽ non ferent: qui non inspexerint quasi descriptionẽ quandã habebunt exquisitæ cognitio
nis, q̃ haberi non potest, nisi ossa ipsa inspiciantur. Intelligito igitur ex partibus oris, quæ dentes

continent,

A continent,eam,quæ mouetur,esse maxillã:quæ immobilis est,malas:in vtroq; item osse dentes contineri,tam magnitudine,quam numero,inter se æquales. Procedit aũt à malis os tenue cõtinuatum illi ossi,quo continetur angulus oculi temporibus propior. cum hoc alterum os nectitur,in quo situm est foramen auris.quà verò cocunt hæc inter se,commissura fit suturæ similis. Hocigitur os,quod malas capiti annectit,ab iis,qui incidendis corporibus operam dederunt, iugale os appellatur:quandoquidem & ipse Hippocrates [coniugatur]inquiens,ostendit,duo ossa inter se coniungi,quasi iugo subiecta.huic autem iugo cauum subiectum est non mediocre, in quod se inserit alterum maxillæ caput, quod rostrum refert. hoc & fœminino genere κορώνην, & neutro κόρωνον græci appellant. Iuxta hunc processum maxilla quoque alterum exigit,per quem cum capite prope aurem committitur.Sed hic breuior est,alter multo longior. vterq; distingui tur iugali osse,quod medium inter vtrunq; situm est longiori humilius,breuiori sublimius: vtrosque maxillæ processus Hippocrates nominauit capita, quum inquit[hoc autem maxillæ capita excludit]hoc est diducit,separatq; inter se,alterum ab inferiori parte,à superiori alterum. Constat igitur procidere maxillam non posse,nisi processus rostro similis iugali osse humilior demittatur.at non propterea simpliciter luxabitur,ubi illud accidat, aperto enim ore in suum locum
B reuertetur. Ad hoc igitur,vt luxetur necesse est reditum prohiberi, eo ϕ ipsa in latus conuertatur.Rectè igitur in sequentibus inquit [luxari autem non potest,nisi ore vehementer aperto in latera conuertatur] neque enim ferri potest ipse processus infra os iugale, priusquam maxilla à malis plurimum diducatur, quod accidit, vbi homo maximè hiat: neque reditu in suam sedem prohibetur, nisi in latus conuertatur. Aegrè igitur prolabitur & ob hæc,& ob musculorum robur,quibus ad superiores partes alligatur, de quibus agit proximis verbis.

6 *Iamverò ab vtraque harũ summitatum neruosæ oriuntur chordæ,quibus musculi illigantur,quæ* κροταφῖται *& μασσητῆρες dicuntur.*

Quæ antè κέφαλας id est capita maxillæ vocauit,nunc ἄκρεα, id est summitates appellat, ab vtrisque inquiens neruosas chordas oriri, quas τένοντας vocat. solet autem sic appellare eas musculorum extremitates,quæ græcè ab iis,qui versantur in corporibus incidendis ἀπονευρώσεις,nuncupantur.Semper autem magis neruosæ sunt, quam medius musculus: verum inter se differunt, eo ϕ aliæ naturam magis neruosam habeant, aliæ minus. ubi carnosa natura plurimum abun-
C dat,musculi extremitatem carnosam vocant,contra vbi neruosa superat, neruosam. nunc quia neruosæ magis sunt,quam carnosæ,iure dixit ab vtroque horum capitum neruosas chordas oriri: innecti enim inquit summitatibus maxillæ musculos, qui κροταφῖτας & μασσητῆρες nuncupantur. Sed incertum est, num eosdem musculos his vocabulis appellet, an alios esse velit κροταφῖτας, alios μασσητῆρας, quoniam, qui post Hippocratem versati sunt in corporibus incidendis: κροταφῖτας vocant eos,qui a temporum ossibus oriuntur, quos, vbi intenduntur, claudere & contrahere os apertè videmus: eos verò, qui maxillæ,qua latescit,illigantur, vtrinque scilicet vnus, μασσητῆρας nominant, eo, quòd in mandendo maxillam circumagant: quod efficere non amplius possunt,qui a superiori parte oriuntur: hi enim sursum solum modò ipsam adducunt, non tamen in latera mouent. Quocirca ipsis opus est in contrahendo ore,non secus etiam,vbi prioribus dentibus aliquid mordentes abscindimus,vel vbi comminuere aliquid caninis volumus. Sed,vbi cibum,vt contendamus,conteramusque super maxilla res imponimus(quæ actio μάσσησις græcè dicitur,musculi tunc suo munere funguntur,qui maxillam, cui illigantur, qua latescit, in latera mouent. Probabile igitur est hos musculos appellari μασσητῆρας: eos verò κροταφῖτας, qui a musculis iuxta ossa temporum (quæ græci κροτάφους dicunt) oriuntur,qui & neruosas chor-
D das continent,maxillæ summitatem rostro similem circumagentes. Atqui conditum est in ore par aliud musculorum, qui superne ab osse, quod ab alarum similitudine πτερυγοειδὲς vocatur, & a toto sinu iuxta posito oriuntur. iunguntur autem maxillæ, ea potissimum parte,unde processus ad commissuram fertur.perueniunt autem hi musculi ad eos, qui μασσητῆρες dicuntur, quique (vt dixi) maxillæ inhærent ab exteriori parte, qua latescit, quum ab interiori parte duo,qui propositi sunt,vtrinque vnus,maxillam,quà latescit, comprehendant. Ergo,quum Hippocrates ait[iam verò ab utraque harum summitatum neruosæ oriuntur chordæ, quibus musculi illigantur, qui κροταφῖται, qu μασσητῆρες dicuntur]constat nullo modo loqui de musculis,qui ab exteriori parte maxillæ superinijciuntur,sed duo musculorũ paria indicasse,eos scilicet, qui euidenter ab extrema fronte oriuntur,& eos,qui iuxta sinũ ossis πτερυγοειδοῦς:hi enim alterum processum attrahunt,quem inseri in commissuræ cauum diximus:sed alterum musculorum par,quod(vt retuli)maxillæ extremitatem rostro similem in orbem amplectitur,rursus ipsos maxillæ processus sursum ad caput adducit.

7 *Et propterea vocantur,ac propterea mouentur,quod inde illigantur.*

Quum propositos musculos dixerit nominari μασσητῆρας, causam reddidit, cur ita appellen-

tur.inde enim illigãtur,hoc eſt,maxillæ ſummitatibus: propterea mouentur, quum mandimus, E
φ μασητῆρες vocantur.

8 Nam,quum edimus,loquimur,aut aliter ore utimur.

Maxilla ſolum modò mouetur,quum à malis ipſam reducant priores duo ceruicum muſculi, cumque μασητῆρες illam adducant.Iure igitur euidenter mouentur, quum ei oſſi, quod maximè mouetur,illigentur. Dicti autem ſunt ob huiuſmodi motum μασητῆρες,à mandendo,quæ maxillæ actio ualentiſſima eſt,leuiter enim mouetur,dum loquimur.

9 Malæ quidem quieſcunt:innectuntur enim capiti , ſed non inſinuantur vt articuli:at maxillæ mouetur,vt quæ articulorum modo cum malis & capite committatur.

Verbum [innectuntur] συνήρτηται dixit, nonnulli ſcribunt συνήρθρωται,id eſt iunguntur, propterea φ Hippocrates ait συνάρθρωσιν eſſe iuncturam oſſium, interdum eorum, quæ vix, interdum corum,quæ nullo modo moueri videntur: ſicut διάρθρωσιν naturalem commiſſuram oſſium, quæ F
apertè mouentur.In propoſitis autem verbis commiſſuram articulorum ἀπάρθρωσιν vocat, quod idem notat ac διάρθρωσις,ſiquidem & ἀπηρθρῶσθαι διηρθρῶσθαι ſignificat.

10 At quamobrem neruorum diſtentionis,rigori q̃ hic articulus primus indicio ſit,vbi contrahitur: & quamobrem plagæ in temporum muſculis graue ſint,& ſtuporem inferant , alibi explicabimus.

Paucis perſequi rem potuit,quoniam hic articulus ad neruorum initium propius accedit, primus neruorum diſtentionem concitat,plagasque habet ſtuporem inducentes.neſcio autem quo pacto reſeruauerit. fortaſſe uoluit in ſcribendo demonſtratione uti,mentionem faciens neruorum,qui à cerebro ad hos muſculos perueniunt,quod neceſſarium non fuit,in propoſita doctrina,atque idcirco in alium locum perfectum ſermonem diſtulit.

11 Atque hæ cauſæ ſunt,cur non admodum prolabitur.

Sed quænam ſunt?nempe non aliæ,quàm quæ dictæ ſunt,quarum duplex eſt caput,natura oſſium(ut narraui)& robur muſculorum.

12 Illud etiam in cauſa eſt,quod nulla fere in edendo neceſsitas eſt, quæ cogat hominem aperire os,vltra quàm poſſit:luxari autem aliter maxilla non poteſt,quomodocunque figuretur,quam cum ore vehementer aperto in alteram partem conuertitur. G

Præter duas ſuperiores cauſas,quæ efficiunt, vt maxilla raro luxetur, tertiam adſcribit,ſcilicet niſi plurimum os aperiatur,laxari minimè poſſe.Verum,non ſæpe fit,vt nobis opus ſit ore plurimum aperto:quandoquidem eiuſmodi actio duplici vſui accommodatur,vel vbi volumus ore magnæ molis quidpiam apprehendere, vel ubi quàm maximè hiamus:quorum illud rarò accidit,hoc delirantibus duntaxat. Quod & aliquando accidiſſe vidimus Pluſio Placino,cum quandit,hoc delirantibus duntaxat. Quod & aliquando accidiſſe vidimus Pluſio Placino,cum quantum poterat,os aperiret,deinde maxillam in latus deduceret.conſueuerat autem ſic ſubinde figurari,ac tanquam egregium factum,vltro ſemper hiare amplius conabatur.

13 Veruntamen illud etiam efficit,vt maxilla excidat.quod ex omnibus neruis ac muſculis,qui iuxta articulos ſunt,vel non longè ab articulis,quibus illigantur,quicunque in vſu frequenter dimouẽtur,dum extenduntur,maxime idonei ſunt,qui extenti ſequantur , perinde atque coria, quæ,quum optime mollita ſunt,plurimum extendi poſſunt.

Quod ad propoſitas cauſas attinet,neceſſe eſt maxillam uel nullo modo, vel rarò admodum, luxari.Videtur tamen res aliter habere.excidit enim rarò,at non adeò,vt permulti noſtrum eiuſmodi caſum non viderint,quod in ijs euenit quæ ſunt rariſſima.eo enim φ eiuſmodi commiſſura multum mouetur, muſculi neruique ipſius tenduntur,& opportuniores ſunt,qui extendantur, H
quam quibus raro motis opus eſt:quemadmodum(ait)& coria συδεψητότατα.hoc eſt,optimè mollita.plurimum extendi poſſunt:quoniam poeta uerbum δεψεῖν mutuatur ad ſignificandum mollire,quum inquit κηρὸν δεψήσας μελιηδέα.

14 Ergo(quod propoſitum erat) maxilla rarò excidit.mutatur tamen ſubitò ſæpe, quum homo hiat, vt compluribus alijs muſculorum,neruorum q̃ motionibus accidit.

Mutatur ſubitò dixit σχᾶται,quod verbũ quid ſignificet, intelligemus,ſi ea,cum quibus in oratione coniungitur,animaduertamus.inquit enim[vt compluribus aliis muſculorum, neruorũque motionibus accidit].quare σχᾶσθαι uitium eſt neruorum ac muſculorũ articulo non erumpẽte:Quidnã hoc vitij ſit,aperit,quum inquit[motionibus]. voluit enim ex naturali ſitu in alterum mutari,idq; ſubito.idẽ & paulo poteſt indicat ſignificari verbo σχάσαι, quum ait[dein ſubito mutare ad tres habitus ſimul conſilio directo,ubi mutare dixit σχάσαι, hoc eſt, ſubitò mouere priorem habitum.adde,quòd nunc etiam in Co, ac ferè in omnibus Græciæ ciuitatibus, σχασμὸν dicunt id,ſuper quod pedẽ imponẽtes,protinus efficiunt,ut id in carceribus cadat,cui adſtant, qui

curſuri

A curſuri ſunt. In palæſtra item verbum σχάσαι ſignificat brachium à priori ſitu celeriter retrahere. Vbi ergo dixeris maxillam σχάσαι ad muſculorum vitium referēdum eſt, repentè mutātium alias partes, ſic, vt muſculi antiquam ſedem minimè retineant, ſed aliqua ex parte deprauentur, aliqua etiam extendantur.

A.li.4.f.5. t.1.c.7. fo. 478.c

15 Hinc autem euidentiſſimum eſt, cum excidit maxilla enim in priorem partem proÿcitur, conuertiturque in contrariam, atque unde luxata eſt, ſummita ģ oſſis roſtrum referens magis extat iuxta malas, maxillaģ cum malis ægrè committitur.

Diximus ēt in ſuperioribus, os, quod iugale appellatur, ita ſitū eſſe, vt ſuperinijciatur maxillæ ſummitati roſtrum referenti; ac niſi in alteram partem prolabatur, maxillā ad ſuum locum reuerſuram. Neceſſe igitur eſt, ſi quando maxilla excidat, propoſitam ſummitatem extra iugale os ferri, nullus.n. alius locus eſt, in quem impellatur. Quare meritò extat iuxta malas, quā ſitum eſt iugale os: ſed quà potiſſimum ſitum ſit, facilè percipies in homine gracili, muſculum temporis, genamq; intuitus, inter vtranq; enim ſitum eſt iugale os. In memoriā itaq; habēs eius ſitum, vbi
B aliquem uideris, qui os claudere nequeat, maxilla in priorem partem proiecta, atque in alteram inclinata, conari debes, exquiſitè oculis, digitisq; ſuminitatē comprehendere, quæ iuxta genam & iugale os extat. At ubi ſic habere comperies, optimum indicium erit maxillam excidiſſe.

A.ibidem.

16 His quā ratione aperte reponi debeat, in aperto eſt. Oportet enim aliquo laborantis caput continente, alterum digitis maxillam ad mentum comprehendere, tam ab exteriori parte, quàm ab interiori homine hiante quantum modice poteſt: ac primo quidem aliquandiu maxillam manu in hanc, atque illam partem adductam dimouere: imperareģ, ut ipſe homo maxillam relaxet, ſimulģ cum medico ipſam adducat, & adducenti quam maximè pareat.


Ratio reponendi euidentiſſima eſt ijs, qui in corporibus incidendis, partium, quas narrat, compoſitionem diligenter inſpexerint: ad quos reſpectum habens, hæc ſcripſit. Quæ deinceps adiungit de reſtituendo, omnia plana ſunt, niſi ſicubi unum vel alterum verbum occurrat, quod à nobis notabitur.

A.ibidem. c.f.

17 Dein ſubitō mutare ad tres habitus ſimul cōſilio directo: ſiquidē ab ea ſede, in quā peruerſa eſt, ad naturalē adducenda, præterea in poſteriorem partem adurgenda eſt: tum æger obſequens eam debet cū
C *mali cōmittere, ac minime hiare. Ratio quidem reponendi huiuſmodi eſt, neq; reponi maxilla poteſt, ſi aliter figuretur: lenisģ medicina abūde eſt, nēpe panni cū cerato: laxiori faſcia alligati. Tutius aūt eſt admouere manū homine reſupinato capiti ſubiecto ſcorteo puluino, maximè farcto, ut ą minimè cedat.*

Vbi, prius neruis & muſculis agitatis atq; emollitis maxillā deorſum traxerimus, & quantum põt à malis reduxerimus, debemus agere, quod ab Hippocrate iubemur, quum inquit [dein ſubito mutare], quod σχάσαι dixit, id eſt repente ac ſimul articulum collocare è regione ſuę ſedis: tum ita collocatum, rurſus in poſteriorem partem momento impellere, homini imperātes, vt os claudat. Anteà quidem præcipiebat, ut homo hiaret, laxam maxillam præbens, id eſt nullum muſculum intendens: id enim maximè confert ad neruos muſculosque agitādos, repenteq; ad naturalē ſedē adducendum maxillam deprauatā, atq; ad compellendū in poſteriorem partē. Nunc iā, vbi vtraq; maxillæ ſummitas ſita eſt è regione ſuæ ſedis, permittit muſculos, qui προταφῖται dicuntur, agentes, eam totam ad ſe ipſos attrahere: agunt enim, vbi æger comprimere, claudereq; os velit.

D



18 Aliquis aūt cā put offenſi cōtineat.

Dū maxilla agitaſ, ac modicè deorſum demittitur, præcipit, vt caput contineatur, ne ſequatur maxillam, quod perpetuum eſt in omnibus, q̄ in diuerſa duci debent. Offenſum appellauit τετρωμένον, lones enim quamlibet offenſam τρῶμα dicunt.

19 *Quòd si maxilla vtraque parte elabatur, curatio eadem est: sed homo minus comprimere os põt, tunc enim mentum magis prominet, sed in neutram partem inclinatur: intelliges autem in neutrã partem inclinari, præcipuè ex dentium sinibus, vbi inferiores è regione superioribus respondeant.* E

Maxilla ab vtraque parte, dixit, γνάθοι ἀμφότεραι.] videbitur autem γνάθους appellasse non maxillam totam, sed vtranque eius partem, quà latescit: mentum quoq; cum γένυας dixerit, videri potest intellexisse maxillæ imum, quà nudum os est sine carne, quum inquit [tunc enim mentũ magis prominet,] sed paulo post maxillam totam nuncupauit γνάθον, quum ait [sed si maxilla, quà ad mentum iungitur, diducatur: sola aũt hæc iũctura est in maxilla, in malis multæ.] Quare apud Hippocratem significationes verbi γνάθου & γένυος confunduntur. quod tamẽ ait in propositis verbis hmõi est: Quòd si maxilla luxetur ab vtraq; cõmissura magis quidem in priorem partem propellitur, q̃ vbi excidit altera parte duntaxat, magisq; à malis recedit: non tamen deprauatur, aut puertitur, sed naturalẽ sedẽ sine inclinatione tuetur. id aũt indicãt dentes, qui è regione respondẽt, hoc est inferiores superioribus, q̃ secãt secãtibus, canini caninis, maxillaribus maxillares. A.li.4. f. 5 t.1.c.7. fo 478.e

20 *His quam celerrimè restituenda est: qua autem ratione, supra existimauimus.*

Celerrimè quidem reponenda est, priusquàm musculi distenti ob consortium cerebrum afficiant, modus autem reponendi, quem docuit, vbi altera parte prolabitur, mihi non videtur ex toto idem nunc accommodari: tunc enim paulatim maxilla in alteram partẽ conuertitur, nũc pariter in vtramque. quare satis est concurrere, mentumque adducere deorsum, vt processus extremitas rostro similis, iugali osse inferius collocetur, sicq; in interiorem partem vtrinque totã maxillam compellere, simulq; præcipere homini, vt os claudat. F A.ibidem.

21 *Si reuerti nequeat, mortis peciculum instat propter febres continentes, atque marcorem, & inexpugnabilem dormiendi necessitatem.*

Periculo quidem non vacat maxilla, ẽt si altera parte luxetur: sed, si vtraque ægrius restituitur, quum musculos omnes, quibus maxilla continetur, intendat. sunt autem quatuor (vt dictum est) duo scilicet, qui à temporibus incipiunt: duo, qui à finibus iuxta os, quod περυγωνὶδες nominatur. Habent autem hi musculi neruos ab ipso cerebro, ac prope ipsum contingunt: quo fit, vt celerrimè afficiatur. Hi ergo quatuor musculi, vbi maxilla prorumpit, maximè affliguntur, quum inter omnes præcipui sint, vt qui neruos ex cerebro habeant à tertia coniugatione, quæ non longè ab ipso principio sita est. Atqui fit etiam, vt musculi, qui maxillam extrinsecus comprehendunt, orti ab vtraque parte eius præter naturam extendantur, vbi maxilla luxetur: quanq̃, non ita præcipui sint, sicut quatuor prædicti, magis enim à cerebro recedunt, neruusque qui in hos distribuitur, longius oritur, & non ab ea coniugatione, vnde nerui ad quatuor musculos feruntur, qui & ipsi non parum vsui sunt, perinde atq; alij vniuersi corporis musculi, & si nõ æquè præcipui sint, atque hi. Ob hæc igitur omnia, periculum mortis impendet, quum præter naturam musculi intendantur, ac propterea doleant, & idcirco inflammatione premantur, ac simili uitio cerebrũ afficiant, quo affecto acutæ febres sequuntur, simulque læduntur oẽs animi actiones. non enim solet, vbi cerebrum inexpugnabili dormiendi necessitate prematur, eius vitio sensus duntaxat lædi & motus, sed ratiocinatio, memoria, sensus & motus voluntarius corrumpi. G A.ibidem.

22 *Huiusmodi enim musculi inexpugnabilem dormiendi necessitatem inducunt, quum alienantur, & præter naturam extenduntur.*

Potest vtrunque ex propositis inexpugnabilem dormiendi necessitatem inferre, & alienatio musculorum, & distentio, quum uterque affectus ob consensum ad cerebrum pertineat. Distentio inde proficiscitur, quòd fibræ, quæ prius laxæ erant, nunc omnes ad rectam lineam extendantur: alienatio, vbi vltra modum calefiant, frigescant, madescant, siccentur, inflammentur, erysipelate prehendantur, vel putrescant, in quibus omnibus eorũ natura alienatur: sed in distentione fibræ duntaxat extenduntur citra naturæ ipsius alienationem. H A.ibidem.

23 *His solet aluus bilem puram, atque exiguam reddere, ac si euomant, vomitus purus est.*

In febribus admodum acutis nihil mirum, si pura bilis in corpore producitur, siquidẽ & adeps & caro tenera ac paulò antè concreta, sub huiusmodi febribus tabescit, & sanguis aduritur. concurrere autem hæc ad aluum, atque intestina, quum tabent, proprium est, vbi tantum neruosæ partes laborant: cum ipsis enim vitiatur læditurque os ventriculi, quod maximè neruosum est. Rectè autem ab ipso docemur proximas, communesque partes primũ potissimumq; affici: præterea, vbi ventriculi os lædatur, dolorem ne leuem quidem posse sustinere: sequitur enim animæ defectio, vbi ipsum malè affligatur, & quum animus deficit, omnia, quæ superstant, tenuia ad ventrem concurrunt, quin etiam, si hoc non accidat, sub vehementi dolore, atque mœrore, quæ supe rant in corpore huius generis, videntur ad ventriculum atque intestina decurrere: quæ in ventriculo coeunt, vomitu excernuntur: quæ in intestinis, deiectione.

24 *Decedunt autem hi maximè decimo die.*

Verbum [maximè] μάλιστα dixit. inuenitur autẽ, & apud alios veteres ita acceptum, sicut nunc A.ibidem.

ab

A ab Hippocrate accipitur, vt coniecturam numeri eius rei, quæ proponitur, proximè ostendat, quasi ita dixerit: Hi ergo decedunt plerunq; circiter decimum diem, ita vt, quamuis nono vel vndecimo intereant, vera oratio sit. Testantur autem exemplа vocabulum [μαλιστα] ita vsurpari. Thucidides quidem in primo libro inquit, Hæ omnes græcorum, & inter se, & contra barbarum res gestæ fuerunt maximè quinquaginta annis, atq; ibidem. Distant sexaginta stadia maximè. Andocides item de mysteriis inquit, Homines maximè trecentos, vbi maximè μάλιστα dicunt, in quã significationem huiusmodi vox a græcis sæpenumero accipitur.

25 Sed si maxilla cõminuatur, vbi non frangitur omnino transuersa, sed aliqua parte icta ossa inter se cohærent, in suam sedem compellenda sunt, digiti vtrinque prementibus, tum ab ore linguã in latus adducta, tum à cute, vt conueniet. repellendo. Quod si peruertantur dentes ad fracturam moti, vbi ossa in suam sedem collocata sunt, non solum bini, sed etiam plures, inter se ligandi sunt auro potissimum, vel certe lino, donec ossa confirmentur. Quo facto uincire oportet paucis pannis, cerato q; iniectis, pacis-
B *que fascijs, non valde astrictis, sed laxioribus.*

Vbi comminuto osse nihil integrum relinquitur, partibus inter se recedentibus, ita, vt nullo pacto cohæreant, huiusmodi fracturæ speciem recentiores medici græcè καυλιδον à fracti caulis similitudine appellant, eo q; Hippocrates illud [vbi non frangitur omnino transuersa] dixerit [Ἐαν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασι] Reliqua omnia tam in hac oratione, quàm in sequentibus plana sunt. sed, si parum quid offendemus, id quoque explicabimus.

26 Scire autem conuenit maxillam fractam fascijs parum iuuari, si rectè inijciantur: vbi minus rectè, multum lædi.

Commune est omnibus fracturis summopere lædi à vinculo, quod non rectè superdetur: at non admodum iuuari maxillæ fracturam vinculo rectè iniecto non pertinet communiter ad omnia ossa, sed ad ea duntaxat, quæ fascia comprehendi in orbem nequeũt, quà vitiatum os quo modo à medico compositum exceptum fuerit, sequetur. Adde q; in maxilla vinculum præcipuè infestum est, quum semper solita sit nuda esse, ac sine velamento.

C *27 Subinde aũt circa linguã altè inquirere oportet, ac diutius digitis vtrinque reprimere, dirigere q; id ossis, quod inclinatum est: optimum aũt esset, si semper id fieri posset, sed non potest. Quod si o trãsuersum omnino abrumpatur, quod quidem rarò incidit, collocare eo modo, qno dictum est, o in suã sedẽ oportet. Quo facto deligare dentes inter se conuenit, veluti supra ostendimus: hoc siquidem maxillam valde immobilem præstat, si quis capita rectè, ut oportet, sutura insuper coniunxerit. Vniuersam verò minus curationem ad vnguem scribere non facilè est, sed exijs, quæ scripta sunt, exprimẽda est.*

Μάθεσθαι significat inquirere, sed [e] σμάττεσθαι altè inquirere, sicut nunc, vbi altè inquirere ἐσμάττεσθαι vixit, præcipit enim Hippocrates digito in os demisso considerari, num fracti ossis partium altera super alteram excedat: atque ita digito adurgeri, quò expedire videatur, id quod in interiorem partem conuersum est, in exteriorem repellendo. In aperto autem esse existimo Hippocratem imperare, non vt medicus assidue, sed vt æger hoc efficiat.



A Habena inferiori parti maxime agglutinata.
B Habena superior.

D *Dein, si is, quẽ fractura malè habet, puer sit, satis erit corij Carthaginẽsis exterioris partis id, quod durius est & magis dẽsum, admouere: sed si robustior fuerit, ipsum coriũ. Incidenda aũt habena est, quæ trium digitorum latitudinẽ æquet, vel quanta conuenit, tum maxillæ gummi inũgẽda, màxillæ enim, quà trãsuersa fracta est, firmius hæret extrema habena agglutinata interposito digiti spatio, vel paulo lõgiori, id q; ab iferiori parte: incidatur q; habena hæc media in longitudinem, vt vtrinq; mentum complectatur, altera itẽ habena æqualis, uel paulo latior superiori parti maxillæ agglutinetur, distet q; à fractura quantum prior. scindatur autem, quatenus possit aurem comprehendere.*

Molle accipi voluit corium, cuiusmodi tunc fortasse fuit Carthagini. huius enim exempli causa nominatim meminit, quemadmodum Aegyptij corij anteà in opere " de fracturis. constat autem in eo corio partis, quæ maximè summa est, id quod durius est ac magis densum, nunc λοιπὸν ab ipso nuncupari. At quomodo illud adhibeat, vt maxillæ fractæ partes in diuersa extendat, ipse nobis euidentissimè aperiet, si quorsum de his agat intelligamus: vult siquidem fracti ossis alteram partem deorsum à mento extendi, alteram à capite sursum. Sect. 3. t. 29. 7. 245. e

Acuantur

29 *Acuantur autem habenæ, quæ coniungi alligariq; inter se debent.* E

Præcipit hic, vt habenæ quodammodo angustiores sint, paulatim latitudine imminuta, quo iũctura firmior reddatur. capita enim, quæ lata sunt, quamuis summa cura vinciantur, non tamẽ fideliter continentur.

30 *In glutinando corii caro autem contingat, sic enim magis inhæresci t.*

Corium fit ex pelle animalis duplicem naturam habẽte. id enim ex ipsa, quod exterius est, cũ ambienti aeri obiectum sit, magis dẽsum euadit, & neruosum est: quod interius, mollius & rarius, atq; ex hoc ipso minus id quod ad exteriorem partẽ magis accedit: quod ad interiorẽ, qua id tangit quod cuti subijcitur, rarius est & carnosum, quod sane corii carnem nominauit, a qua parte glutinari voluit: nam, quum rarius & mollius sit, ad eiusmodi vsum magis accommodatur.

31 *Deinceps extendenda est huiusmodi habena, magis autem, quæ a mento sita est, vt potissimum cautio sit, ne maxilla in acutam figuram ducatur: in vertice autem iungendæ sunt vtræq; habenæ, de in circa frontem fasciæ alligandæ.* F

Vtræque habenarum extremitates dari debent ad caput laborantis, atque in vertice deligari. magis autem extendi voluit inferiorem, ne maxilla (vt ipse dixit) ἀτσιμλαίνει, id est in acutam figuram ducatur.

32 *Aliquid etiam super omnia extrinsecus iniici debet, vt fieri solet, quo vincula immobilia reddãtur. Cubet autem homo in maxillam integram, non tamen huic, sed capiti innixus: Corpus vero exenuandum est, vsque ad decimum diem: postea reficiendum est non tarde: nam, vbi primis diebus inflãmatio non oritur, maxilla viginti diebus conferuet: celeriter enim callus increscit, sicut in alijs ossibus, quæ rara sunt nisi corrumpantur: sed restat alius sermo longus de cunctis ossibus, quæ corrumpuntur. Intentio autem, quæ per gluten adhibetur, firmiter manet, intendi & minui potest, & ad multa dirigẽda sæpenumero proficit. Medicorum verò, quicũque incogitantes sunt, & in alijs casibus, & in maxillæ fractura prompte manus admouent; comminutam enim maxillam varie, & bene, & male deuinciũt.*

Quod super omnia extrinsecus iniicitur κατάκλιμα appellauit, siue pãniculus sit, siue aliud eius generis. vocat autem panniculum πάραμμα, sicut etiam nunc dici solent παράμματα, quæ ex vestimẽtis præciduntur ab iis, qui ea sumunt. hæc siquidem ad propositum vsum propter mollitiem commodissima sunt, quæ vbi non sint, licebit aliquid simile admouere. G

33 *Omne enim vinculum maxillæ ita abruptæ ad fracturã ossa inclinat, magis quã secũdum naturã.*

Maxillæ inquit ita abruptæ, hoc est, quæ transuersa fracta sit, vinculum ad fracturam magis ossa conuertit, quam dirigat, propterea, quod fasciæ in orbem circundari nequeant circa sedem affectam, sed ab exteriori parte duntaxat imponi.

34 *Sed, si maxilla, qua ad mentum iungitur, diducatur (sola autem iunctura est hæc in maxillis, in malis multæ, sed a proposito sermone discedere consilium non est, in alijs enim morborum generibus de ijs dicendum est) siiunctura inquam, quæ in mento est, diducatur, componi a quouis potest: nam quod extat, intus repellendum est digitis super datis: quod interius, in exterius adducendum digitis adurgendo: hæc autem facienda sunt ossibus in diuersa diductis.* D

Maxilla quidem ex duobus ossibus constat, quæ in imo mẽto ad vnguẽ inter se iungũtur: malæ vero, ex multis, quæ iunctura habent omni motu carentem, κατὰ συνάρθρωσιν dicunt. sed curiosum hoc huiusmodi vocabulorũ studium apud veteres non fuit, atque idcirco Hippocrates iunctura ossium malarum sub ξυμφύσεως genere posuit, id tantum in ipsis indicium spectans, quod in eiusmodi ossium iuncturis nullus fit motus, qui sensui subiiciatur. H

35 *Ossa enim sic facilius in suum locum reuertentur, quã si quis tẽtet alterum sub altero condito cõpellere*

In omni eiusmodi commentario scire licet consueuisse Hippocratem in ijs præceptis, quæ singulis communia sunt, cũ semel vnius mentionẽ facit, exponere vim rei cõmunem esse omnium similium: quemadmodũ & nunc volens maxillam prius extẽtam ita cõponi, subiicit [ossa. n. sic facilius in suũ locũ reuertentur, quam siquis tentet altero sub altero condito cõpellere]. Hoc aũt, quod nunc proponitur, attinere ad ossa omnia, quæ cõponuntur, propositis verbis indicauit.

Composita

A *36 Composita maxillã alligare inter se dentes conuenit, qui sunt hinc atque hinc, sicut antea quoque dictum est, mederiq; cerato, ac pannis paucis fasciysq; Vinculum autem exiguum variumq; maxime huic loco accommodatur: prope enim sine inclinatione est, quanquam non ex toto sine inclinatione sit.*

Pars exquisite sine inclinatione est, vbi simillimam cylindro figuram repræsentat. voco autẽ cylindrũ, non quo pueri ludunt, sed qui columnæ imaginem refert, hæc autem ex toto in nullo osse reperitur, magis tamen in femore atque humero, quam in alijs ossibus, conspicitur. In maxilla autem constat non esse huiusmodi figuram: quocirca eam inclinatione vacare non protulit, prope tamen sine inclinatione esse, eo quod sinistra eius pars dextræ ex toto similis sit & æqualis, atque idcirco, quod ex vtraque componitur sine inclinatione est, & in neutram partem inclinatur. admittit autem maxilla varia vincula, sicut in fasciendo, quæ exercitatio omnium prima est, vt didicistis.

37 Attrahi autem fascia debet, si maxilla a dextro latere extat, à parte dextra: tunc autem à dextra parte esse indicatur, cum dextra manus fasciam ducit: sed si ab altero latere maxilla excedat, alio sanè
B *modo attrahenda fascia est. Vbi autem rectè componatur, atque, vt oportet, immobilis seruetur, cito sanescit, dentesque integri remanent: sin secus, longiori tempore confirmatur, tum peruertitur, dentes autem vitiantur, atque inutiles redduntur.*

Antea quoque dictum est in vlceribus, quibus oræ excedunt, caput fasciæ secundum oram excedentem iniiciendum esse: atque ita fasciam voluendã, vt ad alteram oram vlceris, ipsam adducat. est autem hoc perpetuum in omnibus, quæ restitui ad pristinam naturam debent, quod commune etiam nunc seruandum est, quo excedens pars repellatur, cogaturque. id autem continget si ea fasciis ad alteram adducatur. adducetur autem, si dextra parte, vt puta, excedente, fascia inde orsa porrigatur ad sinistram: si sinistra læsa sit, ab hac incipiens ad dextram feratur. Hippocrates igitur, vbi a dextra parte incipiens ad alteram fascias adducit, huiusmodi vinculum a dextra parte nuncupat, attendens non quo ferantur fasciæ, sed vtra præcipue manu attrahantur. namq; vbi intuearis medicum e regione eius, qui deligatur, collocatum, fascia, quæ a dextro latere maxillæ ad sinistrum procedet, a dextra manu attrahetur: contraria, a sinistra.

C De Naso.

38 Quid si nasus perfringatur, fracturæ modus non est vnus.

Ipse deinceps modo adscribet. aut enim pars eius abrumpitur, ipse tamen seruatur perpetuus, sic, vt neque deorsum inclinetur, nec in alteram partem conuertatur: aut horum alterum fit, idq; aut in parte eius, quæ cartilaginosa prominet, aut in reliqua, quæ ossibus continetur.

39 Sed, qui præstantia vincula amant sine mente, complura alia lædunt, atque adeo nasum.

Præstantia καλὰ dixit irridens, non quo vere significauerit præstantia, quorum consilium est affectam partem ad suam naturam restituere, sed pulchra & aspectu iocunda. qualia hæc sint, in sequentibus ostendet.

A.li.4. f. 5 .3.c.5. fo. 488.c
40 Inter omnia enim vincula hoc maxime variũ est ac plurimis locis asciæ imaginẽ refert, & aliquod spacium cutis nudum, ac sine fascia intermittit, quo rhombi varie admodum repræsentãtur. Igitur (vt
O *dictum est) qui sine mente huiusmodi vinculis student, comminutũ nasum libenter deligant: sed vinculo iniecto, vno, vel altero die medicus lætus est, lætus item & qui deligatur, deinceps ægrum cito satietas capit, inuentio enim noxia est: abundeq; medico est, ostendisse peritiam, quam habet, nasum varie deligandi. Efficit autem hæc vinciendi ratio omnia contra atque oporteat, tum quod, qui ob fracturam simi fiunt, si à superiori parte adstringantur, magis adhuc simi euadent: tum, quod quibus in hanc, vel illam partem, seu qua cartilago est, seu supra nasus conuertitur, nihil superposito vinculo iuuandos, sed magis lædendos esse manifestum sit.*

Asciam appellat, vbi fascia a transuerso circuitu recedens paululum inclinatur, vt supra ostensum est. spatium vero, quod fascia intermittit, dixit διαῤῥωγὰς: rhombi vero figuram, eã, quæ æqua latera habet, sed angulos non rectos, nam & Euclides ita rhombum finit, nosti autem ex falciis primam fere nominari rhombum, quum eam figuram potissimum repræsentet.

41 Sic autem panni a latere nasi haud bene aptantur: quanquam neque hoc faciunt, qui alligant.

Nihil conferre ait vinculum ad nasum sub fractura in latus conuersum, cum id præstare non possit, quod vtile esse videtur. videtur autẽ vtile esse per pannos nasum fulcire ab ea parte, in qua iacet, sed neque ad hanc rem inquit id prorsus accommodari.

42 Proxime autem vinculum mihi videtur occurrere, si in medio naso, quà acutus est, caro iuxta os E
conteratur, vel paululum etiam os ipsum lædatur, non tamen multum: his siquidem nasus callo obducitur, & aliquanto asperior sit: neque tamen vinculo egent magni negotij, si sane aligandi sunt.

Commune vinculum nasi proxime ad salubre accedere videtur, vbi in medio cutis contusa fuerit, vel os parumper vitiatum. sequitur autem, vt promineat, quà callo circundatur. Vinculū itaque in huiusmodi casibus coercens, repellensque affectum locum, prodesse aliquid videbitur. sed neque his vllo modo necessarium est, conari enim debemus, quæ contusa sunt, maximè ab inflammatione defendere: atque vbi inflammentur, celerrime inflammationem tollere, quin & callus, quum paruus increscit, nihil profecto huiusmodi vinculis eget.

43 Satis est ad contusum, pannum admouere cerato inunctum, dein semel fasciam circundare, quæ in vtranque partem ducatur.

Media fascia medio naso iniicienda est: cuius vtraque capita ad posteriorem capitis partem F
non magna vi adducenda sunt, atque inde fronti circundata inter se vincienda.

44 Optimum tamen præsidiū est illinere hæc farina tritici huius anni, lota, glutinosa, respersa, pauca.

Qui optime videntur verba Hippocratis enodare, asserunt σπτάνιον triticum ab ipso appellari, id quod fatum est σῖτες, quod attici vtraque syllaba per τ prolata τῖτες dicunt: quo verbo significari volunt [hoc anno] id est quod vere fatum est, quod & duorum mensium, & quadraginta dierū appellatur. Equidem in Co, & in tota Græcia Asiæ, vidi tritici genus σπτάνιον appellatum, sed parū furfurum habet, & eius farina ex aqua subacta plurimum glutinosa est. quam rem nunc Hippocrates maxime exigit, quemadmodum ipse deinceps narrabit: qui, vbi farina hæc non sit, imperat vt puluis, qui ex concusso thure habetur, vel gummi admisceatur. seritur autem eiusmodi triticū vere ineunte, vt duorum mensium sit: recteque sic dicitur, quoniam summum ad id temporis producitur, cuius farina ex aqua subacta maxime glutinosa redditur, vbi molito tritico furfures ex toto detrahantur, id quod fit & cribris tenuibus, & tritico ante eloto. Nam idem tritico euenit, atq; hordeo: ex hoc enim, vbi ptisana præparanda est, cortex magis remittitur, si antea madefactū fuerit. Quo pacto igitur dixit [lota] quum non idem sit madefieri, & lauari? in quolibet enim pistrino madefit triticum, priusquam molatur: non tamē lauatur in quolibet, sed in compluribus Asiæ ciuitatibus: vbi calathos habent magnos intextos extenuibus iuncis exigua spacia intermittentibus, per quæ excerni puluis possit & arena, sed triticum retineatur. Id ergo triticum, quod molendum est, primo in calathos conniciunt, atque excutiunt: deinde calathos in aquam demittunt, sic, vt triticum lauetur, ac modice madefiat. calatho ex aqua recepto humoris plurimum effluit: tantum autem in tritico remanet, quantum idoneum est, vt moli possit. nam nisi madefiat, cortex circumpositus, qui tanquam innata cutis est, sub mola in tenues partes dissipatur, atque ita, cum farina per cribrum excernitur, educitur aliquid etiam ex furfuribus in tenues partes diuisis: sed tritico prius madefacto, furfures, grandiorum partium quum sint, manent, & cum farina non excernūtur. atque idcirco tritico prius madefacto farina magis purgatur, & quod ab interiori parte est tritici huius anni, lotum (vt ait) & glutinosum, quod scilicet post cutem est, veluti caro ipsius, in farinam, vt proposui, redactum, valde glutinosum redditur. Puto itaque ab ipso lotam farinam appellari, vbi ex tritico fit, sic purgato, & prius madefacto. nam, nisi ita accipiatur, restat, vt intelligamus farinam, vbi ex aqua madefacta varie agitatur, deinde sinitur consistere, tum super innatans H
aqua excipitur, ac decoquitur, quod in farre etiam fit: sed huic repugnat, quod respergi farinam iubet, decoqui enim dixisset, non enim respergitur huiusmodi humor, sed coquitur duntaxat. Ex verbo igitur [respersa] quid sibi voluerit, magis demonstratur.

45 Vti autem conuenit ad omnia hæc huiusmodi farina, si ex optimo tritico fuerit. facileque duci possit: sed, si non omnino bene ducatur, modicum puluer is illius, qui ex thure concusso habetur, in tenuissimum pollinem redacti, & aqua diluti, farinæ adijcere, vel paulum omnino gummi similiter admiscere. Quibus igitur fractus nasus in inferiorem partem demittitur, simusque efficitur, si ab inferiori parte, qua cartilago est, desidat, potest in nares indi aliquid, quod dirigat: quod vbi non fiat, omnia excitanda sunt digitis, si fieri potest, in nares conjectis:

Optimum triticum dixit ἀγαθοῦς πύρους: maiores enim soliti sunt ἀγαθοῦ vocabulo vti, ad notandum id omne, quod in suo genere primum est: nunc autem omnes, qui in panificiis versantur, asserunt optimum triticum esse, quod densum est: nam quod rarum, multis furfuribus continetur, farinaque eius ex aqua subacta non æque efficitur glutinosa, atque illius, quod densum est. glutinosum autem expressit, cum ait [facile ducitur] ea loquutione sumpta ab eo, quod ipsi accidit, quando quidem à nobis in diuersa attractum, seruatur perpetuum, neque dissipatur: contra

quod

quod mini me glutinoſum eſt, quum ita tractatur, diuellitur: ſed ſi diuellatur, quo pacto ſequi dicetur, cum manu trahitur? ac ſi non ſequitur, quinam dicetur facile duci? id vero quod non diſſipatur, ſed perpetuum eſt, iure quis dicet facile ſequi, quemadmodum & viſcum, hoc ſiquidē manibus noſtris prehenſum in contrarias partes plurimum attrahitur. Quare ex his conſtat velle Hippocratem farinam ex aqua ſubactam glutinoſam eſſe, atque vbi huiuſmodi non ſit, gummi vel puluerem ex concuſſo thure collectum (quem μάννα appellat) adiici iubet, vbi eius puluꝛis copia nō ſit, contundere thus ipſum ea de cauſa oportet, atque ex eodē id, quod maxime pingue eſt. Ego interdum, quū nec thuris, nec gummi copia eſſet, reſina liquida vſus ſum, hanc forte nactus: at vbi, neque hæc ſit, melle vti poteris, ſed vtilius puluis ex cōcuſſo thure vel gummi adijcitur. nam mel & reſina quodammodo calefaciunt, ſed talia ab initio aliena ſunt: procedente vero tempore remanentibus inflammationis reliquijs, vt ſi quid aliud commodiſſima. Quemadmodum igitur in ſuperioribus gratia exempli meminit prius corii Aegiptii, ac rurſus Carthaginenſis, ſic etiam nunc tritici huius anni: quaſi ita dixerit. Farina vti debemus, quæ ex aqua ſubacta glutinoſa ſit, qualis efficitur ex tritico huius anni, quod πυρόιον appellauit, fortaſſe eiuſmodi vocabulo ſignificare volens triticum omne, quod denſum eſt, & farinam reddit glutinoſam, ita, vt nomen ab eo, quod ipſi accidit magis, non ab aliqua ſingulari ſpecie, ſumptum fuerit.

A.li.4.f.5. B t.3. cap. 3. 488.a.b.c

46 Vel certe eo inſtrumento, quo ad illinendum vtimur, pleniori digitis compulſo, nō in priorē partē, ſed quà deſidet: extrinſecus autem digitis vtrinque cōpreſſis impellere ſimul cōuenit, & excitare. Sed, ſi fractura omnino in inferiori parte fuerit, licet aliquid in nare inſerere, ſicut iam diximus, vel linamentum, vel aliud linteolo cinctum, vel magis Carthaginenſi pellicula, circumſutum q, & ita figuratū vt idoneū ſit, quod in hūc locū demittatur. At, vbi fractura fuerit ſuperior, nihil demitti intus poteſt: nā, ſi in inferiori parte id præſidium alienum eſt, qui nō in ſuperiori? Primo itaque, & ab interiori parte dirigere naſum oportet, & ab exteriori vtrinque compellere, atq; in priſtinam ſedem reſtituere: commodiſſime enim reſtituitur naſus fractus, præcipue eodem die, vel certe paulo poſt. Sed torpent medici, & primo mollius rē pertractant. q̄ opus ſit: vtrinq; enim digitos, qui naſo accōmodētur, demittere oportet, quantū fieri poteſt in imū, & ipſū ab inferiori parte ſurſum cōpellere, atq; excitare. ſimulq, ab interiori parte dirigere: ad quā rē nullus alius medicus magis idoneus eſt, ſi hō id dare operā velit, audeat q, q̄ ipſius digiti indices, hi enim maxime ſecundū naturam ſunt. Admouere autem vtrunq; digitum cōuenit, vt toti vaſi inhæreat, atq, ita quieſcere, potiſſimum, ſi fieri poſſet aſſidue, donec glutinaretur, vel certe plurimum tempus, vt dictū eſt; aut ſi non ipſe ægrotans, ſaltem puer, vel mulier aliqua digitos de

C *mittat: mollibus ſiquidem manibus opus eſt, vt optime naſus curetur. Verum, vbi non reddatur ſimus, ſed deorſum ſpectans, in neutram partem inclinetur. Equidem nullum vnquā naſum vidi ita fractum qui non poſſet protinus componi, ſi priusquam callus increſceret, compelleretur, modo quis rectē mederi vellet. Atqui deformitatem homines maxime oderunt: curationem vero partim ignorant, partim non ſuſtinent, niſi dolore premantur, aut mortē pertimeſcant: quāquam in naribus callus cito increſcit, nā decem diebus ſaneſcit, niſi corrumpatur. Quibus o. a latere abrumpitur, curatio eadem eſt: dirigere nimirum oportet, non æque ab vtraq; parte, ſed eam, quæ inclinat, ad naturalem ſitum adurgere ab exteriori parte compellendo: in naribus item alte conquirere, quod in interiorem partem conuerſum eſt, dirigendo aſſidue, dum reſtituatur, cum eo, vt ſciamus naſum, niſi protinus dirigatur, dirigi poſtea non poſſe, ſed peruerti. Quo ad naturalem ſedem compulſo, ad eum locum admouendi ſunt digiti, vel vnus, vel plures, ſeu ipſius hominis, ſeu alterius, vt qua excedit, repellatur, dum fractura ſaneſcat: ſed & minimus digitus in naſum ſubinde conijciendus eſt, quo componantur, quæ declinant. Vbi his inflammatio ſuperueniat, farina vti conuenit ex aqua ſubiecta: digitos q, ſimiliter dare, eiuſmodi etiam farina inducta. Verū, ſi qua cartilago eſt, naſus à latere perfringatur, neceſſe eſt extremum peruerti: itaque oportet ad extremum naſum aliquid ex ijs, quæ dicta ſunt, adhibere, quod ipſum componat, vel aliquid tale de*

D *mittere: multa enim inueniri poſſunt accommodata, quæ odorem non mouent, & alioquin mollia ſunt. Ego interdum fruſtum pulmonis ouilli conieci, id enim forte nactus ſum: nam (ſpongiæ indantur, humorem combibunt.*

Si nequeant (inquit) digiti in nares demitti, adhibendum eſt id inſtrumentum, quod nūc ſicut in ſuperioribus etiā ὑπεράλειπτρον appellat, quo verbo intelligitur omne id, quo ad illinendū vtimur, qualia ſunt ſpecillum, ſpathæ, idq; inſtrm, quod διαπύρινον dicitur, q̄ omnia in ſummo capitulū habent rotundum. ſed quemadmodū in ſuperioribus ad alæ vſtionē opus fuit tenuiſſimis, ita nunc plenioribus, quandoquidem & digitos, vbi licet, admouemus, & in nares conijcimus, eos nempe qui aptantur, & qui fractam naſi partē cōponant. Qua ratione aūt vti conueniat hoc inſtrō, ipſe aperte expoſuit, imperans, vt indantur in cauum, non in inferiorem partem naſi, ſed quà potiſſimum fracta pars in eius cauum decidit: ea ſiquidem eſt, quæ impulſu eget, vt excitata poſſit in ſuā ſedem reuerti. nihil enim aliud eſt componere quamlibet partem, quā vnamquamq; eius particulam in ſuum locum compellere. Quæ ſubijciuntur, per magnā partē huius orationis plana ſunt.

Ad hęc ex parte exteriori corij Carthaginenſis incidenda habena eſt, quæ vel pollicē lata ſit, vel quā ſatis cōuenit: & extrinſecus naſo, qui declinatur, agglutinānda: poſt hæc intendēda eſt, quantum expedit,

paulo

paulo autem magis quam vt naſus dirigatur, intendi debet: tum ſub aure (longa.n. eſſe habena debet) ſurſum circa caput adducenda. Licet autem fronti extremam agglutinare: licet & vlterius ferre, & circa caput volutam vincire: hæc ſiquidem iuſte naſum dirigit, & intendit & remitti poteſt, atq; vbi velis, naſum in contrariam partem, ac iacet, magis aut minus repellere. Nã & quibus à latere naſus abrũpitur, in cæteris eadem curatio conuenit, quæ propoſita eſt: pleriſq; autẽ eſt opus naſo extremam habenã agglutinare, vt in contrariam partẽ repellatur, atq; inclinet. Quod ſi fractur æ vlcus accedit, nihil ſolli citare nos debet, ſed nutriendũ eſt cerato, quod picem habeat, vel aliquo exijs medicamentis, quæ protinus cruentis vulneribus inijciuntur, hæc ſiquidem facile curationem admittunt. Aeque etiam, vbi oſſa receſſura ſint, primo dirigere aſſidue conuenit, nulla re prætermiſſa, & in poſterum digitis compellere laxius ſuperdatis, ſuperdatis tamen; naſus enim ex omnibus corporis partibus facillime componitur. Atqui habena agglutinata, & impulſu in contrariam partem, atque naſus, declinatur, nihil vti omnino prohibet, neque ſi vlcus ſit, neque ſi inflammatio, innocenter enim eiuſmodi præſidia adhibentur. E



A Habena nari inclinatæ, & fronti agglutinata.

Appendatur, dixit ἀπαρτῆ: quo verbo ſignificauit vniuerſam rationem extendendi & quaſi dirigendi naſum peruerſum, per ea, quæ agglutinantur: quod autem nunc præcipit, experimento imbecillum comperi: nam, ſi habena vehemẽtius intendantur, gluten diſcutitur, reſoluiturque: ſi modice, nihil fere proficitur. F

De Avre.

48 *In fractura auris quodlibet vinculum inimicum eſt, neque enim ita laxum circundabitur: quod ſi magis adſtringatur, plurimum officiet, quandoquidem integra auris ſub vinculo adſtricta dolet, pulſu vexatur atque inflammatione.*

Vbi continuum ſoluitur græce in carne ἔαγος appellatur, in oſſe κάπαγμα: in cartilagine non habet proprium vocabulum, ſed eam fracturam Hippocrates abuſus καταγματος nomine nuncupauit. G

49 *Sed & cataplaſmata, quæ maximi oneris ſunt, penitus aliena ſunt: pleraque etiam noxia ſunt, atque abſceſſum concitant, & muccos plurimos, ſuppurationẽq; infeſtam reddunt: quibus minime opus eſt auri comminutæ.*

Omnia ſigillatim ijs conſentanea ſunt, quæ oſtendimus in libro de ratione curandi. namque Hippocrates etiam nunc lædi aurem aſſerit cataplaſmate, quod experimento cõſpicitur. abunde enim ſiccari eam voluit, quum natura ſicciſſima ſit, eo quod ex cute conſtet & cartilagine. Oſtenſum autem eſt vnamquamque partem, quatenus ſiccior eſt, eatenus ſicciorem curationem requirere.

50 *Proxima quidem eſt (modo quid ſuperimponi cõueniat) farina glutinoſa. Hæc autẽ neceſſario grauis ne ſit, ac minimum contingat: interdum enim optima medicina eſt, medicinam non facere, & ad aurem, & ad alia multa. Cauere inſuper homo debet, ne in eam partem dormiat. Extenuare autem corpus expedit, illi potiſſimum, qui auris ſuppuratione periclitatur, & aluum mollire.*

Proximum inquit eſſe ei, quod non obeſt, cataplaſmata ex farina glutinoſa: conſtat enim hoc magis ſiccare, quam alia. diximus autem paulo ante, vbi de illinendo naſo tractauit, qualem appellet farinam glutinoſam. huic ſimillimum cataplaſma conficiunt experimento edocti, qui in palæſtra verſantur, ex farre in aceto madefacto, dum maceretur, atque ita temperato. H

51 *Sed, ſi homo facile vomat, vomere debet, vt modice exhauriatur.*

Veteres appellabant συρμαισμούς, quum modice homo exhauriebatur, ſeu vomitu, ſeu deiectione. tale quid nũc fieri iubet eodem vocabulo vſus. Multa autem ſunt medicamenta, quæ hoc pſtant. nam & mel copioſe aſſumptum, & mulſa minus diluta, vel cremor ptiſanæ ex aqua decoctus, ſeu per ſe, ſeu cum melle: magis adhuc vomitum citat radicula, & bulbus narciſſi. His efficacior eſt, nondum tamen valens, radicula, in qua ſurculos radicum veratri albi defixis, data poſtridie ſiue per ſe, ſiue ex oxymelle.

52 *Sed, ſi ad ſuppurationem veniat, non eſt celeriter aperienda: multo enim ex ijs, quæ videntur ſuppurare, interdum abſorbentur, etiam ſi nullum cataplaſma inducatur.*

Cauendum eſt, ne auris incidatur ob cartilaginem cuti ſubiectã. nã, niſi, vbi inciſa eſt, cõſolidet & glu-

A & glutinetur,periculũ eſt,ne cartilago obeſa reddatur.[Abſorberi](quod ἀναπίνεσθαι dixit)hoc eſt,diſcuti ac digeri pus ibi collectum, nonnunquam per ea quæ ſuperimponuntur ſimplicia medicamenta, ac leuia, ſine morſu ſiccandi vim habentia,cuiuſmodi eſt muccus cochleæ adiecto thure ac,ſi valentius ſiccare opus ſit,vel aloe,vel myrrha,vel vtriſque.Eodem modo ſiccare poteſt mel atticum inunctum iniperſo quouis ex propoſitis medicamentis, bene contrito. voco autem ſine morſu thus,aloen,& myrrham.

53 At,vbi incidere coactus ſis,celerrime ſaneſcit,ſi candens ferramẽtum ab vna parte ad alteram demittatur.Scire autem certum licet,aurem curtam reddi & mancam magis,quam altera,ſi cãdens ferramentum traijciatur.

Cura neceſſario fit,& manca,cum non exigua pars & cartilaginis,& cutis ipſam comprehendentis,vſtione abſumatur.Ad quod præſidium, monet,vt confugiamus,non nunquam veritus, ne cartilago ægre ſaneſcat.namque vbi nudatur,cicatricem non recipit.præſertim ſi res aliquot dies protrahatur,neque cutis a ſectione protinus coeat,& glutinetur.

B *54 Sed ſi candenti ferramento non traijciatur, incidere conuenit,quod magis excedit ſectione non admodum exigua.*

Nequid ſuperſit puris,quo cartilago lædatur,incidi non parum iubet.

55 Quandoquidem pus altius inuenitur,quam quis exiſtimet.

Decipiuntur,qui ſecant,in cognoſcendo pure,quod ſubiectum eſt,ita,vt exiſtiment id in ſummo contineri,& cutem extenuatam eſſe.Quo pacto autem in hunc errorem incidant, ipſe Hippocrates proxime demonſtrabit.

56 Verum (vt ſummatim dicam) cætera quoque omnia,quæ muccoſa ſunt,& muccos producunt,vtpote glutinoſa,vbi tãgantur, cito in hanc vel illam partem digitus elabuntur: quamobrẽ altiora hæc medici reperiunt,quam exiſtiment.

In dignoſcẽdo loco ſuppurante,vbi in affecta parte,quum tangenti moderate cedit, ſectione adhibita contentũ pus inuenitur,medici poſtquam eundem cedendi modum in quauis alia parte C comprehenderint,putantes eam ſimiliter ſuppurare,vt illæ,quas prius intuiti fuerint, venientes ad ſectionem errãt:iſque error interdum duplex eſt,& quod nullo modo ibi pus inueniatur,quũ hæc multo craſſiora ſint quam opinentur:& quod medicis ea ſuppurare videantur, quæ muccoſum humorem in ſe continent.id,quod euenit,qm̃ huiuſmodi humor (vt ipſe ait)vbi tãgatur,cito elabitur.contrahi autem ſolet in cartilagine,chordis,neruis,ac ligamẽtis,vt deinceps oſtẽdet.

57 Quandoquidem & ea tubercula,quæ ganglia dicuntur,cum humida ſunt,et muccoſa carne continentur,à multis aperiuntur,inde fluxurum humorem putantibus.Medicum itaq; in ſectione animus fallit:ſed ei,qui ſectus eſt,nullum affertur detrimentum.Quæ autem loca aquoſa ſint, uel muccorum plena,quibusve partibus ſingula,quæ aperiuntur,hominem interimant,vel alterius noxæ cauſa ſint, alibi exponentur.

Hæc enim ganglia circa cartilaginoſas partes,& circa neruos,ex horum alimento increſcunt, oriunturque ex humore glutinoſo ac muccoſo: hoc enim eſt proprium neruorum alimentum.

58 Vbi quis igitur aurem ſecuerit,abſtinere ab omni cataplaſmate,atque omni linamento debet,medeq; vel medicamentis,quæ protinus cruentis vulneribus injciuntur:vel alio,quod neque onere lædat, neque moleſtiam afferat.

D Auris quia ſicca eſt,idcirco ſiccantia medicamenta requirit. non tamen plus iuſto ſiccãda eſt, vbi a ſeſſione protinus medicamenta inducuntur,diſtendunt enim,cum nihil habeant, quod leniãt.Sed neq; onerari auris debet mole eorum,quæ ſuperimponuntur, dolet enim & infeſtatur. Optimum eſt igitur a ſectione medicamentis vti,quæ modice ſiccent,cuiuſmodi ſunt,quæ cruẽtis vulneribus protinus iniiciuntur.Cataplaſmata leniunt quidem,ſed reſoluunt, atque effœminãt:ſuperantem vero humorem non diſcutiunt,præſertim cum glutinoſus ſit & craſſus.

59 Namque vbi cartilago nudari incipiat,coitumq; habeat purulentum ac muccoſum, res infeſtiſſima eſt.

Adiicere orationi oportet [humorum]ſicut nonnulli adſcribunt,vt vniuerſa ſit huiuſmodi [nãque vbi cartilago nudari incipiat,coitumque humorum habeat.] Vocat autem ὑποστάσεις cõitum humorum,qui intus continentur,& excerni debent, puris videlicet & mucci. res (inquit) infeſtiſſima eſt,hoc eſt,dolorem affert:quod patet,quum cartilago vitiatur.

60 Fiunt autem & hæc obilias curationes.In omnibus autem,quę recrudeſcunt, maxime abunde eſt candens ferramentum traijcere.

Quam curationem damnat?eamne,quam paulo ſupra indicauit,præcipiens vt cataplaſma, linamentum,quod onerat,quod dolorem excitat,vitemus?

GALENI

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE ARTICVLIS
COMMENTARIVS TERTIVS.

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Luxationes ac reliquas noxas, quæ manu curantur, absoluit, cum Spina, Costæ, aut Femur patitur.

DE SPINAE VERTEBRIS

1 *Pinæ autem vertebræ.*

Adiecit [spinæ] non quod in aliis corporis partibus vertebræ reperiantur, omnium.n. vertebrarũ compositio vocatur spina: sed quasi ita dixerit, vertebrę, quarum situs est in spina. Quibusdam tamen ex iunioribus placet spinam nominari, non vniuersam vertebrarum compositionem, sed earum tantum, quæ ad thoracem sunt, & lumbos. iuxta quos Hippocrates nunc de vertebris agere videtur, quæ in lumbis tantum & dorso sitæ sunt, non de ijs, quæ in ceruicibus. vertebrarum vero cõpositionem vniuersam in libro de ossibus ad eos, qui primas institutiones addiscunt, ad vnguem narrauimus, in quo exerceri illum volumus, qui percepturus est hæc commentaria, intuitum exquisite qualia sint singula ossa in cadauere arefacto hominis, vel certe simiæ. F

2 *Quibus ob morbos trahuntur, vt gibbum efficiant.*

Gibbum" dixit κύφον. vocatur aũt spina gibba, quum in posteriorem partem cõuertitur, quod vitiũ ὁ πισθοκύφωσις græce nominatur: sicut curua, qñ in priorẽ partem, dicitur autẽ hoc græce λόρδωσις: sed σκολίωσις, cum deprauatur a latere. Nonnulli aũt existimãt spinã in posteriorẽ partẽ peruerti (quod vitium κύρτωσιν quoque græci nominãt) vbi in ea fuerint cruda tubercula magna, dura, ac diuturna, quorum onere vertebræ in posteriorem partem compellantur. neq; intelligunt, si supinus homo † iaceat, non posse subiectas vertebras tuberculis onerari, neq; etiã sistet, aut sedeat, ac neque si in latus conuersus cubet. Adhæc absurdum est, existimare tubercula ad tantũ põdus ac duritiẽ peruenire, vt ossibus grauiora fiant, & duriora: sed, & a crudis tuberculis spinã in priorẽ partem conuerti Hippocrates ipse paulo post docebit. Illud itẽ animaduertendũ est, non solum eos, qui librũ hunc exponunt, sed Hippocratẽ in propositis nunc verbis dixisse [trahũtur, vt gibbum efficiant] quum dicere potuisset [impelluntur], quemadmodum his placet. Absurdũ vero videbitur asserere vertebras, q̃ in posteriorẽ partem erumpunt, trahi a morbo in priorẽ: hoc siquidem magis propriũ est illius vitii, sub quo spina in interiorẽ partẽ conuertitur. Quonã igitur pacto res vera sit, quidq; Hippocrates sentiat, conabor exponere. Vertebrarũ quidẽ ossa per se, neq; peruertuntur a tuberculis, neq; trahuntur, sed primũ vitiũ est in iis corporibus, quibus vertebræ alligantur. Igitur, vbi ad vertebras tuberculum oriatur, cum in tumorem assurgit atq; augetur, ab interiori siue priori parte (vtroque.n. vocabulo appellatur) necesse est, vt tuberculũ sequant ligamẽta, atq; hæc rursus vertebræ. Itaq; si in vna parte dũtaxat tuberculũ oriatur, vbi hæc in interiorẽ trahatur, spina in priorẽ partẽ conuertetur: sed si in duabus, vbi aliqua interiecta sit inuiolata, gibba euadet. vtroq;.n. tuberculo adiunctã vertebrã trahẽte, q̃ in medio sunt, a posteriori parte gibbæ fiũt. q̃ euidenter intueri licet oĩbus euenire, quæ curuari modice possunt. cuiusmodi sũt virides rami, & ex scriptorijs calamis pleriq;, quos si q̃s dextræ digitis ab vna parte, siniſtræ ab altera, prehẽdens ad se traxerit, mediũ in cõtrariã partẽ attractũ gibbũq; conspiciet. Atqui neq; alia de causa spina ad latus cõuertitur, q̃ ob crudũ tuberculũ, q̃ a latere eius sit. Hæc aũt tria vitia in spina incidũt, cũ vertebræ loco mouẽtur. nã vel κύφωσις fit, vel λόρδωσις, vel σκολίωσις: cũ in posteriorẽ q̃dẽ partẽ cõuertitur, κύφωσις: quũ in priorẽ, λόρδωσις: quũ in latus inclinat, σκωλίωσις. Extra hæc quartũ vitiũ in spina incidit, quod σῆσις vocatur, vbi vertebrę loco manent, sed earũ cõpago dimouetur. A.l.3.f.22 t.1.c.12.f..399.g

† Addẽdũ nõ. G

3 *Plerunque solui nequeunt, præcipue, vbi spina supra septi transuersi coniunctionem gibba fiat.*

Nonnulla (inquit) quæ in spina incidũt, ægre soluũtur, præcipuæq; vbi supra eã regionẽ, qua cũ septo transuerso coniungitur, gibba fiat, hoc est, in vertebris thoracis. dixit aũt ποτὶ, significare volens [præcipue] quemadmodũ etiã in principio huius libri, quum inquit [omnino enim melior est, ac firmior exigua herba, quam grandior, præcipue antequam ad maturitatem veniat], vbi verbum præcipue dixit ποτὶ. Sed qua ratione ægre tubercula soluantur, proximis verbis intelliges. H

Infra

A 4 *Infra verò quædam ſoluuntur, cum varices in cruribus fiunt: illic autem magis gibbam ſpinã ſoluunt, qui in vena poplitis oriuntur: fiunt etiam & in venis inguinum.*

Quædam (ait) vitia infra thoracem, nempe ad lumbos, a varicibus, vel torminibus ſoluuntur, cum ſucci, qui ea faciunt, primo ferantur in venam maximam ipſius ſpinæ, deinde in eas, quæ ab eodem diductæ ad crura intendunt. huiuſmodi autem in thorace nulla vena eſt, quæ poſſit vitiatos ſuccos recipere, quandoquidem vtrinque octo coſtis vna alimentum ſubminiſtrat: ſed ſuperioribus, duæ aliæ tenues, ſcilicet ab vtroque latere vna; quæ omnes per thoracem diſtribuuntur, diſſipanturque. Idcirco, ſi ſuccus aliquis ad ipſas ex tuberculis transferatur, excerni non poteſt, ꝑterquam quod ægre etiam admittitur. ſucci enim, qui cruda & dura tubercula faciunt, glutinoſi ſunt, & craſſi, quare non facile per tenues venas ferũtur: ſed vena, quæ ad lumbos eſt, latiſſima eſt, & ſanguinem ad venas omnes tranſmittit. Ergo, cum hos craſſos ac glutinoſos ſuccos receperit, ſi affectæ partes viribus adeo valeant, vt quod ſuperat, expellant, ad venas hic ſitas trãſmittit. quo fit, vt lateſcant, & in varices aſſurgant. vbi quidem ſucci craſſiores fuerint, id accidit in inguine protinus: ſin mediocriter craſſi, in poplite. namque, vbi primum, eo quod craſſi ſint & glutinoſi, con-
B fertim ſubſiſtunt, ibi venam diſtendunt, dilatantque. Etenim, quibus citra cauſam hanc varices in cruribus oriuntur, videre licet venas proportione ſuccorum craſſitudinis lateſcentes, vbi craſſiſſimi ſint, latiſſimas, cuiuſmodi venæ ſunt in inguine: vbi minus craſſi, minus latas, quales in poplite. Interdum enim, quum maiores venas obſtruunt, hunc affectum excitãt: interdũ ad inferiores concurrunt, quæ anguſtiores ſunt. in vniuerſum aũt in varicibus craſſus ſanguis continetur, nam id vitium plerunque a ſucco melancholico, interdum etiam ab aliis crudis craſſisque concitatur.

A. l. 3. f 22 t. 1. c. 12. f. 499. g

5 *Solutum" quoque iam id vitium eſt a torminibus diuturnis.*

Vbi ſucci, qui præter naturam in corpore ſunt, ad inteſtina transferuntur, tormina fiunt, quum abradantur inteſtina ob ſuccos acres, qui ad ipſa confluunt, nempe, vbi tubercula ſuppurant, neq; enim aliter ob ſuam craſſitudinem confluere ad inteſtina potuiſſent. ſed in ſuppurationibus craſſi ſucci extenuantur, & naturam affectæ partis ad expellendum excitant id, quod in ea contentum iam moleſtum eſt.

6 *Quibus vero adhuc pueris ſpina gibba fit, antequam corpus perfecte increſcat, his corpus ad ſpinã*
C *non augetur; ſed crura, & brachia duntaxat perficiuntur, quæ ſunt ad ſpinam, non complentur.*

Nihil mirum eſt, ſi in his morbis ſpina nõ increſcat, quẽadmodũ ſupra in luxatis tradidit, cũ inquit [quibus recondi nõ potuit.] Nã & ꝑ ꝑ venas peruerſas, & ꝑ pea, ꝙ ægrius mẽbrũ moueatur, naturaq; in eiuſmodi affectibus langueat, læſæ partes neceſſario deterius, quã ante nutriũtur. Quo fit, vt quæ iã perfecte increuerunt, emacreſcãt: quæ adhuc increſcũt, incremento, iuxta ſpinã ꝓhibeãtur. Sed, q̃ a vitiatis partibus lõgius abſunt, vt brachia & crura, ſine noxa omnino ſeruantur: ea enim, quæ ſic vitiata ſunt, non totum corpus, ſed ſolummodo proximas partes afficiunt.

7 *Quibus item ſupra ſeptum tranſuerſum gibba ſpina fit, coſtæ in latitudinem augeri non ſolẽt, ſed in partem priorem, pectus verò latum non fit, ſed acutum: ſpiritus difficulter mouetur, & cũ ſono, quũ cauum, quo ſpiritus recipitur atque emittitur, anguſtius reddatur.*

A. l. 3. f. 22. t. 1. c. 12. 499. h

De ijs agens, quæ adhuc" increſcunt, dixit, quæ iuxta ſpinam ſunt, his augeri nõ conſueſſe. Ergo, vbi ſpina gibba fiat in vertebris thoracis, hæ maxime increſcere in longitudinem prohibẽtur. Hac igitur de cauſa, & illa etiam, ꝙ vertebræ, cum ſpina gibba ſit, in poſteriorem partem cõuertã
D tur, neceſſe eſt thoracem anguſtum reddi, atq; acutum: & idcirco interiora caua, quæ ſpiritui accommodantur, minora effici, ſic, vt, vbi ſpiritum attrahunt, corpus minori modo ipſius fruatur: Diximus autem & in libro de difficultate ſpiritus, vbi is minus attrahatur, q̃ opus ſit, neceſſe eſſe breuiori temporis interuallo proxime rurſus attrahi, quam ſi prius ſecundum naturam attrahi cẽpiſſet. ſpiritus autem, qui breuiori interuallo attrahitur, creber redditur, in quo conſiſtit id genus ſpiritus difficultatis, ſub quo & exiguus, & creber cooritur. ſonus autem adiicitur, ob anguſtiã iuxta fauces, & aſperam arteriam. auget anguſtiam hanc id, quod proxime ſubijcit.

8 *Atqui coguntur etiam ceruices iuxta magnam vertebram in priorem partem conuertere, ne caput in eandem proijciatur, hoc autem fauces reddit admodum anguſtas: nam iis etiam, qui natura recti ſunt, id oſſis, ſi in interiorem partẽ inclinetur, ſpiritus difficultatem affert, dum repellatur. Ob id igitur quod ita figurentur, guttur his hominibus magis extare videtur, quam bene valentibus.*

Cum vertebræ, quæ ad pectus ſunt, vbi gibba ſpina fit, in poſteriorem partem ſpectent, neceſſe eſt collum in priorem conuerti, quare & ipſum caput, illi enim e regione ſuperimpoſitum eſt.

Accidet igitur ijs, qui gibbi ſunt, ambulare ita figuratis, ſicut cæteris omnibus, cum totum collũ E ſpinamque inclinant, & vtrunque curuantes a poſteriori parte gibbi terram ſpectant, quod vt eui tent, qui gibbi ſunt, coguntur collum in poſteriorem partem recuruare, eius vertebris, vt quæ mi nimum mouentur, ad hoc parum conferentibus: ſed, qua potiſſimum moueri aliquid poſſunt, val de recuruatur: poſſunt autem qua duæ primæ vertebræ inter ſe & cum capite committũtur. Quẽ admodum igitur figurantur iuxta capitis commiſſuram illi, qui bene valentes caput in poſterio rem partem compellunt, ita gibbi, cum erecti ſunt. præterea, vt ijs, qui naturaliter habent, guttur extat, vbi caput in poſteriorem partem recuruatur, ſic gibbis, cum rectum cõtinetur. Vocauit au tem ἐξεχι βρόγχους eos, quibus in priorem partẽ extat βρόγχος, quo vocabulo veriſimile eſt vel aſpe ram arteriam totam, vel guttur duntaxat appellaſſe. hinc autem maxime fit, vt ſpiritus cum ſono reddatur, quandoquidem maxime etiam ſtertunt, qui ſic figurati dormiunt: quamobrem ſcribit [nam & ijs, qui natura recta ſunt, id oſſis, ſi in interiorem partem inclinetur, ſpiritus difficultatem affert]. dicit autem id oſſis, ad illud referens, quod principio orationis propoſuerat, cum inquit [atqui coguntur etiam ceruices iuxta magnam vertebram in priorem partem conuertere.] vn de poſſet quis coniicere magnam vertebram appellari ſecundam, quæ magis poteſt in priorem partem vigeri, atque inde rurſus repelli. Conſtat autem eandem regionem, & priorem, & interio F rem, ab ipſo vocari: priorem quidem, quum vertebræ a poſteriori parte in eam erumpãt: interio rem, quum ſit in profunditate corporis, ſi ſpectetur ſumma pars ſiue prior, ſiue poſterior.

9 *His tubercula plerunque circa pulmonem ſunt, eaq; dura & cruda: pleriſque enim eiuſmodi tumo res ſunt cauſa gibbi, & diſtentionis, quibus nerui afficiuntur.*

Quibus ſpina ſupra ſeptum tranſuerſum gibba eſt, his plerũque ait tubercula fieri circa pulmo nem: conſtat autem, & quibus ad lumbos gibba fit, his ea parte tubercula verſari. Dixit [plerun que] propterea quod & caſu & ictu ſpina gibba redditur, & tum in priorẽ partẽ, tũ in latus cõuer titur: At cum inquit [plerunque enim eiuſmodi tumores cauſa gibbi ſunt, & diſtentionis] eandẽ ſententiam tradit, quam a principio, cum ait [ſpinæ vertebræ, quibus ob morbos trahuntur, vt gibbum efficiant]. Quod autem nunc ſcribit [quibus proximi nerui afficiuntur] ad neruos dor ſi refertur, ac vertebrarum: nos vero antea cauſſati ſumus vertebrarum ligamẽta attrahentia, qui bus cum & ipſæ vertebræ trahuntur. non enim arbitramur neruos, qui a ſpinæ medulla oriuntur attrahere ſecũ vertebras poſſe, cum & propter exiguitatem, & propter mollitiem longe imbecil G liores ſint, quam vt præſtare id poſſint: quippe, qui ab oſſibus non dependent, quemadmodum li gamenta, quæ firmiora ſunt & neruis coniuncta: ac, ſi tuberculis afficiantur, ſecum trahere verte bras poſſunt.

10 *Verum ex his quibus ſub ſepto tranſuerſo gibba ſpina eſt, nonnullis renum & veſicæ vitia ſuperue niunt: ſed & abſceſſus ad ilia & inguina, qui diu manent, & ægre ſanantur: quorũ neutrũ gibbũ ſoluit.*

Ob conſenſum ſane propoſiti affectus ſuperueniunt. cõſenſu aũt afficiũtur, & quæ ſunt eiuſdẽ generis, & q̃ vicina, q̃ ſupra ſignificauit, quũ ꝓximos dixit: ſed quæ cõmunia primo ſunt, maximè lædũtur. Tormina igitur, & varices, quorũ cauſa erat ſuccorũ tubercula excitãtiũ trãsfuſio, gibbũ curant: ſed ex iis malis, quæ cõſenſus cauſa oriuntur, nullũ eſt, quod priorem morbum depellat.

11 *His autem coxæ extenuantur magis, quam quibus ſpina ſupra gibba eſt.*

Quibus ſpina ad lumbos gibba eſt, his coxæ graciliores ſunt, quam quibus ad pectus. hinc au tem manifeſtum eſt coxas, quibus ſpina ad pectus gibba eſt, graciles modice reddi propter con ſenſum, quem habent cum ſpina. H

12 *Tota autem ſpina longior his eſt, quam quibus a ſuperiori parte gibba eſt.*

His qui ætate nondum robuſta ſunt, præterquam quod communis eſt macies, accedit quod af fectæ partes non augentur. quemadmodum & antea dictum eſt: Nunc diſcrimen aliud adiũgit, non ab ætate, ſed a locis affectis: nam ſpina, quo magis verſus ſuum initium vitiatur, eo minus au getur, cum habeat & originem & incrementum ſuperne.

13 *Pubes autem & barba ſerius increſcit, & minus completur, minus item fœcundi fiunt, quam qui bus gibba eſt pars ſuperior.*

Ad communem rationem conſenſus accedit differentia ex natura locorum. Communis igi tur ratio eſt, vt quæ vitiatis locis proxima ſunt, conſenſu afficiãtur: propria autem, vt vbi hæ par tes læduntur, quæ ſpiritui accommodantur, ſequatur, vt ſpiritus ægre, cum ſono moueatur: vbi, quæ infra ſeptum tranſuerſum, pubes ſerius increſcat, lædaturque etiam barba.

Sed

A *14 Sed quibus corpore iam robusto gibba spina fit, his euidenter soluit morbum tunc existentem: tempore tamen eius aliquid se ostendit, sicut & ys, qui iuniores sunt, aut plus aut minus: plerunque autem hi affectus minus maligni sunt.*

Euidenter ἀπαντικρὺ nunc dixit, quod nonnulli alii ex veteribus dixerunt ἄντικρυς. Aperte igitur & (vt dixerit quis) quasi res manu teneatur, gibba spina admittit ea, quæ quum morbus iudicatur id est soluitur, expelluntur, videturque ex toto morbus summotus: supersunt tamen reliquiæ paruæ, quæ irritantur, si quid vel in ratione victus peccetur, vel noxium extrinsecus occurrat.

15 Multi quidem gibbi, facile, & non secus, quam bene valentes, iam vsque ad senectutem id mali sustinuerunt, præsertim quibus corpus carnis plenum & pingue effectum est: pauci tamen ex ys ad sexagesimum annum peruenerunt. plerique enim citius moriuntur.

Ob validas vires, ob morbum leuem, iamque ob vniuersam victus rationem, qua viuunt, non nulli gibbi quasi sani ad senectutem vsque vitam degunt.

B *16 Nonnullis etiam vertebræ ab hac vel ilia parte in latus mouentur. Hæc tamen vel omnia, vel complura incidunt, eo quod spina interiori parte deprauetur.*

Antea iam diximus spinam ad latus conuerti, orto ab eius latere tuberculo, quod ad se traheret ligamenta. hoc Hippocrates fieri dixit διὰ τοὺς τόνους, id est, per neruos.

17 Quosdam etiam in id vitium compellit, vna cum morbo habitus ille, quo iacere consueuerunt.

Concurrit ad spinam gibbam efficiendam, & quod materia magis confluat ad id, quod humilius est: & quod pars, in quam quis cubat, magis comprimatur. Prima autem & præcipua causa, & tuberculi, & cuiuslibet vitii, est partium natura morbo opportunior. demonstrauimus enim ad eiusmodi partes concurrere ea, quæ superant.

18 Verum de his agemus, quà de diutinis affectibus pulmonis: ibi enim de his futurorum pulcherrimę prognostications traduntur.

Multa quoque alia in hoc libro scripturũ se pollicetur, quæ nunc non extãt. Ea fortasse vel nõ scripsit, vel interierunt, quemadmodum & multa alia antiquorũ volumina, quæ nunc non extãt, de quorũ interitu cõplures scripserunt. De diutinis igitur affectibus pulmonis multa habentur & in maiori libro de morbis, cuius initiũ est, "Si pulmonis arteria exulceretur. atque etiam in primo libro de morbis, qui nõ recte ita inscribitur, cuius initium est, Qui vtique interrogare de curatione recte velit, rogatusq; respondere. Sed in neutro horum plene exequitur, quæ hic pollicetur.

In initio libri de internis affectibus.

19 Quibuscunque cadentibus gibba spina fit, paucis ita conualescit, vt dirigatur.

Adhuc scripsit de spina citra exteriorem causam deprauata. quæ deinceps adscribit, omnia sũt de vertebris, quæ ob casum vel ictum aliquem læduntur. Pleraque autem plana sunt, nisi ficubi opus sit omissam causam adiicere, quemadmodum & nunc, cum asserit raro luxatam spinam restitui. cuius rei causam, & si nunc efferre potuisset, in sequẽtibus demõstrat, cum scribit vertebras cardinis modo instructas, ita, vt, vbi vna aliqua quouis modo exciderit, in suam sedem magno negocio reuertatur, cum in singulis multi processus sint, multi sinus. hoc autem & aspectu ipso in ossibus didicistis.

D *20 Iam vero intentio, quæ super scalam adhibetur, nullum, quod sciam, restituit. Eapotissimum vtũtur medici, qui apud vulgus videri volunt magnum aliquid moliri. Apud hoc enim admirandum est suspensum hominem intueri, vel proiectum, vel tale quidpiam: semperq; hæc ab ipso laudantur, cui nec vltra curæ est quinã effectus sequatur ex huiusmodi præsidio, bonus ne an malus: medici vero, qui hęc student, rudes sunt, quos quidem noui. Inuentio quidem vetusta est: atque ego sane primum auctorem laudo, non solum huius, sed cuiusque machinamenti secundum naturam excogitati, minime enim diffido nonnulla restitui posse, si quis recte præparans concutiat: sed turpe existimaui eiusmodi morbis ita mederi, quum eiusmodi machinationes magis sint impostorum.*

Quoniam (vt ostendimus) in omnibus articulis restituendis, præcedere debet in diuersas partes extentio, eandem quoque ad spinæ ossa necesse est adhibere, qua vero ratione intendere in diuersa conueniat, in sequentibus docebit. nunc de ea intentione loquitur, quæ minus recte adhibetur, quod facere consueunt, sicut in prioribus iam monstratum est. Primo enim reiicienda sunt, quæcunque male a quibusdam medicis fiunt, deinceps tradenda sunt salubriora. Igitur, quũ medici complures luxatam spinam per scalam extendant, asserit in primis eiusmodi inuentionem nihil proficere: si quis tamen ea vti velit, docet, quomodo facere id optime possit. Ergo in intendenda spina propositum est superiorem partem intendere per vincula prope affectum lo-

cum iniecta: inferiorem per corporis pondus. Ad hoc itaque ſpectans, quæ ab ipſo ſubijciũtur, E percipies, maxima enim ex parte clara ſunt.

21 *Quibus prope ceruices ſpina gibba ſit, par eſt minus ſuccurri intentione adhibita per caput deorſum demiſſum: parum enim ponderis habent caput, & vtrinque lati ſcapularum oſſis ſummitas, cum deorſum ſpectant: ſed hos veriſimile eſt in pedes deorſum concuſſos magis reſtitui, in eam enim partẽ demiſſi maius pondus habent. At quibus infra gibba ſit, hos concutere magis conuenit capite deorſum ſpectantes. Si quis igitur concutere velit, rem ſic rectè molietur. Scalam ſternere ſcorteis puluinis tranſuerſis debet, vel ex lana benè alligatis, ac paulo plus & longitudinis & latitudinis ſcalæ tenentibus, quam occupet hominis corpus.*

Quum ſpina vel prope initium lædatur, vel prope finem, vel in medio ſpatio, primo agit de noxa ipſius prope ceruices. Ergo in hoc caſu, ſi quis ſuper ſcalam à pedibus hominem ſuſpendat, ſicut nonnulli medici Hippocratis ſeculo conſueuerunt, nulla ferè intentio fiet ab inferiori parte, quum parum ponderis ſit in capite, & in ceruicibus: ſed, ſi in ima vitium ſit prope os ſacrũ, maximè ſperare quis poterit huiuſmodi vim ab inferiori parte abundè futuram. ſubdit deinceps, F qua ratione id optimè fiat.

22 *Poſt hæc homo ſuper ſcalam reſupinetur, dein pedibus non deuaricatis iuxta talos ad ſcalam alligetur uinculo, quod quidem firmiter ac ſine compreſſu teneat, ſed molle ſit: vinciatur item, & ab inferiori, & a ſuperiori parte circa vtrunque genu, & tum circa coxas, circa ilia inſuper & pectus, habena ita lata, vt concuti non prohibeatur: ſed brachia iuxta latera extenta ad ipſum corpus, non ad ſcalam, religentur.*

Exprimit omnia euidenter. vinculum, quod firmiter ac ſine compreſſu teneat, ἔυοχον dixit.

23 *Scala ita præparata attrahenda eſt ad turrim altam, vel ad culmen domus.*

Turrim dixit τύρσιν: culmen verò domus, id eſt altiſſimam partem ipſius, ἀέτωμα· ita enim appellant eam tecti partem, quæ attollitur in ſpeciem trianguli. Si quis enim ſolarium faciat, pro tegulis tectum ſtruet planum, quod calorem non prohibeat: ſed, ſi tegulæ imponantur, propoſitum eſt, vt pluuialis aqua p oſſit effluere. Hac igitur de cauſa medium tectum in longitudinem à priori & poſteriori parte attollitur, vtrinque autem à parietibus humile eſt Maiores igitur ad exemplum alarum demiſſarum hanc partem domus ab aquila videntur ἀετὸν appellaſſe, quo G vocabulo tectum appellat & Pindarus in pleiadibus, vbi ait,

Χρύσεαι δ' ὀξύπεδα ἄετοῦ ἄνδον κλιδόνες. & Euripides in Hypſipyle, cum inquit,

Ἰδοὺ φρὸς αἰθέρα ἐξαμιλλῶσαι κόραι γράπους ὅσι προσβλεπτον τυπους. Quod τύρσις turrim ſignificet, idoneus teſtis eſt Diocles Chariſtius, qui iuxta verba (παράφρασιν græci dicunt) locum hunc exponit in libro de faſcijs. Inquit igitur [attrahenda ſcala eſt ad turrim altam, vel ad culmen domus], vbi turrim, quam Hippocrates τύρσιν, πύργον dixit.

24 *Locus autem ſuper quem concuti homo debet, renitatur: qui verò ſurſum attrahunt, non ignari ſint, vt æqualiter, rectè, & in neutram partem inclinantes, repentéq; demittant, ne ſcala in alterã partem inclinata ad terram perueniat, neve ipſi in priorem partem conuertantur.*

Summam ſcalam à ſublimiori loco ſuſpenſam, quæ (vt dictum eſt) alligatum hominẽ habeat, in pauimentum ſubito demittit, vt cadente hac, atque concuſſa recondantur ſpinæ vertebræ ſuo loco motæ. Meritò autem ad hunc vſum duro & renitenti pauimento opus eſt: nam, ſi ita molle ſit, vt cedat, ſpinæ concuſſus remittitur, ac ſine vllo effectu res erit.

25 *Vbi verò a turri demittas, vel a malo, qui carcheſium habeat annexum, commodius adhuc rem parabis, ſi a trochlea vel ab axe funes demittas, ſed moleſtum eſt in his longius immorari. Per has tamen machinationes concuti quis maxime poterit. Quòd ſi ſpina in parte admodum ſuperiori gibba fuerit, atque omnino concuti hominem oporteat, expedit in pedes concuti, vt iam dictum eſt: hoc ſiquidem pacto magis in inferiorem partem compelletur.* H

Quum ſcala ex ſublimiori aliquo loco ſuſpenſa in terram demittenda ſit, repentè, æqualiter, & in neutram partem inclinata, ſatius eſt, inquit, vincula ipſa circa trochleas volui, ſic enim facilè, æqualiter, & ſine inclinatione ducentur. Antea turris tantum & cacuminis domus, mentionẽ fecit, nũc malum adiungit, quem ἱστὸν appellat, ſignificans maximum atque erectum tignum, cui ſummo ſuperpoſitum eſt aliud lignum tranſuerſum, à quo ſuſpenditur velum, quod ἱστίον græcè nuncupatur. Differunt enim inter ſe ἱστὸν trium ſyllabarum, & ἱστὸς duarum: hoc ſiquidem vocabulo malus ſignificatur, qui (vt retuli) tignum eſt, quod in naui erectum affigitur: ſed illo linteũ, quod à ventis inflatur. funes verò in ſummo malo, carcheſij nominantur. Ergo vbicunque ad ſuſpendendam ſcalam malo vtendum eſt, id efficiendum eſt per trochleas, & carcheſios. nihil ẽt deterius eſſe affirmat ad hæc vti axiculis, quos appellat ὀνίσκους.

Fulcire

A 26 *Fulcire autem pectus debes ad scalam fortiter alligans. atque item cervice habena valde laxa, quatenus, quod excessit in suum locum reuertatur: at manus insuper caput a fronte ad scalam deuincire, ac brachia extenta ad corpus non ad scalam: reliquum tamen corpus solutum sit, nisi quod pluribus locis habena laxa circundetur, quatenus, quod excessit, in suum locum reuertatur.*

In superioribus quoque ostendimus ἔρματα dici ab Hippocrate fulcimenta, & ἐρμάσαι fulcire: atque hoc esse, quod a poeta scribitur, Υ ποδείρεον ἔρματα νηῶν.



27 *Sed videndum est, ne huiusmodi vincula cõcutti hominem non sinant. Crura verò non adscalã, sed inter se vincienda, vt è regione spinæ dependeant: hæc siquidem ita admouere conuenit, si homo super scalam omnino concutiendus sit. Turpe autem est in omni arte, nec minus etiam in medicina, sine vllo profectu magnam adhibere turbam, magnum spectaculum polliceri, & multa verba facere.*

Quod si homo, qui concutitur, nullis corporis partibus, exceptis superioribus, ad scalam vinciatur, facile in latere deuoluitur: at rursus si fortiter alligetur, vt immobilis sit, concussu nihil leuatur. Ambo hæc igitur spectãtes ita hominem vinciemus, vt neque immobilis sit, quum concutitur sub vinculis firmiter adstrictus: neque ita laxè super scalam contineatur, vt in latera deuoluatur. Hippocrates autem huiusmodi extendendi rationẽ contemnens, quo tamen modo optime adhiberi posset, adscripsit: quandoquidem vidit, qui ea vtuntur nescire ipsam optimè adhibere. his accedit quod superius dixit [minimè enim diffido nonnulla restitui posse, si quis rectè præparans extendat.]

28 *Inprimis quidẽ cognoscendũ est, quæ sit natura spinæ: ad multos enim morbos ea opus est.*

Notare semel alicubi volumus atque in memoriam reducere, quæ à nobis dicta sunt a principio in primo libro de ratione corporum incidendorum Hippocratis, in quo empiricorum imprudentiam cognosces, qui audent Hippocratem appellare empiricum. Fuit enim omnium, qui medicinam exercuerunt, maxime experiens, maximeque experimentorum spectator. ijsque omnia comprobauit, quæ multis fretus rationalibus argumẽtis inuenit. potissimumque rationi corporum incidendorum operam dedit, vt quæ mirum in modũ ad artem conferat: quod nunc aperte docet, cum spinæ naturam intelligi velit, quam empirici non secus quam cæterarum partium omnium, esse inutilem dicunt.

D 29 *Vertebræ igitur ab interiori parte, quà ad ventrem spectant, inter se sunt æquales.*

Vertebrę à posteriori parte processum exigunt acutum, extrema parte cartilaginosum, quĩ spina nuncupatur: à contraria verò, priori scilicet, siue interiori (vtroque enim vocabulo nuncupatur) æquè cartilaginem superiectam habent, quà rotundæ sunt & leues, nullumque acutum processum exigunt, neque prorsus eminentiam aliquam vel breuissimam, quẽadmodum & à posteriori parte, & a latere. Quales igitur singularum vertebrarũ processus sint, ex cadauere aridi intelliges: ex quo planum etiam fiet id, quod ait, vertebras ab interiori parte esse æquales, hoc est, æquari singulas, qua inter se iunguntur. Quoniam igitur ea parte nullum processum habent, aptissimeque inter se conueniunt, æquales esse inter se dixit, hoc est æquari ea parte, qua cohærent.

30 *Alligantur autem inter se mucoso ac neruoso ligamento, quod a cartilagine orsum vsque ad spinæ medullam progreditur.*

Naturam commissuræ vertebrarũ ad vnguẽ indicat. non. n. altè admodum in vnitatem coeũt a parte interiori, sicut nonnulli existimarunt: nam sic vbi in posteriorẽ partem plurimũ curuanda spina esset, vel ex toto reniterentur, vel diuellerentur. nunc autem res aliter habet, quum non

coeant in vnitatem,sed veluti vinculo alligentur mucoso neruosoque,atq; idcirco leniter aliqd E
hac parte mouētur,qua nullo modo motæ fuissent,si continuarentur. At neq; vinculū earum ad
spinæ medullam vsq; pertinet,sed interiecta aspera mēbrana in orbem medullam ipsam cōple-
ctitur,quæ non secus,ac cerebrū,tenui membrana primo velatur,postea crassiori. sed præter ea,
quæ in cerebro sunt spinæ medulla septa est,hoc tegmento, quod vim habet prohibendi ne do-
leat,quum vertebrarū ossibus offenditur,vbi spina mouetur. Circa ipsas aūt vertebras innatū est
vinculum mucosum,hoc est glutinosum,& quasi pituitæ plenum,vt vertebræ prōptius moueā-
tur,ipsumq; vinculū minus lædatur. In vehementi enim motu abrumpuntur,quæ sicca sunt,& si
ne humore,atq; idcirco qui loris ad vehicula & iumenta vtuntur,ipsa inungunt: quanq; etiamsi
di mucosus humor in omnibus articulis ob eandem causam inuenitur.

31 Quædā alia ēt ligamēta neruosa,perpetua adnascūtur,& hinc atq; hinc à laterib. ipsarū intēdūt.

Perpetua ligamenta intellexit,quæ a superiori parte deorsum feruntur plurimum longa. ni-
hil tamen habeo,quod scribam,quamobrem ligamenta,quæ iuxta intendunt, neruosa dixerit:
dicendum enim fuit,non neruosa,sed nerui,nisi si valida appellauit neruosa. nerui autem euiden-
ter per vniuersum thoracem iuxta vnamquanque vertebram intendunt,quorum superiorē ori- F
ginem in corporibus incidendis demonstrauimus. ad ceruices autem & lumbos super vertebras
musculi sunt,per quos feruntur nerui.

*32 De venis autem & arterijs huc pertinentibus alibi tractabimus, quot & quales sint,vnde in-
choentur,quidq; in quibus possint.*

Has quoq; didicistis in corporibus incidēdis: sed & in libris,quos de venis & arte rijs, de neruis
itē incidēdis habetis: quæ oīa diligentius tradidimus in libro de ratione incidēdi corporis. quare
pluribus hic de illis agere operæpretium nō est,quum neq; ipse Hippocrates ꝑsequi in hoc ope-
re vniuersam earū naturā velit,sed eam sicut alia multa in alium locum differat,licet, quæ de ve-
nis & arterijs scripta nunc pollicetur,non extent. de neruis aūt iuxta vertebras tendentibus in se
cundo libro de morbis vulgaribus,non plenè quidē,sed in cōmentarij modū tractauit, tanq; de
alijs,quæ nos ostendimus in eo libro commentarij modo & nō plenè ab Hippocrate scripta: so-
lummodo enim primum & tertium librum de morbis vulgaribus absoluit,ita,vt edi posset.

*33 Tum de medulla spinæ,quibus tegmentis tegatur, vnde originem ducentibus, qua parte finitis
quibus cum coniunctis, quid ꝑualentibus.* G

Tegmenta ac velamenta alicuius rei veteres appellant ἕλυτρα, atque idcirco Hippocrates nūc
medullæ spinæ tegmenta ἕλυτρα nuncupauit,quæ nos paulo ante narrauimus. duo quidem in-
trinsecus omnino sunt: extrinsecus verò communia omnium vertebrarum ligamēta. Oriuntur
autem membranæ a membranis,quæ cerebrum tegunt: sed tertium velamentum, quod extrin-
secus eas complectitur,originem habet à caluaria,quà cum prima vertebra committitur. Huiūs-
modi autem ligamenta non secus,atque ipsa medulla,ad imam spinam finiuntur. [Finis] Hippo
crates dixit κραὶ νουσι, sicut poeta quum inquit,

Εἴπερ δ' ἠκρανέω γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται. quid verò possint,exquisitè iā ostendimus in opere de ra-
tione corporum incidendorum,atque etiā in proprijs libris inter quos præcipuus est, qui de vsu
partium inscribitur. nunc autem scripsisse abundè est membranas,quæ cingunt spinæ medullā,
eundem præstare vsum,atque in cerebro,quod crassa membrana defenditur, ne à circumpositis
ossibus lædatur. Est & aliud cerebri velamentum,& quasi cutis innata,quo hæc nectuntur, nem
pè tenuis membrana. de tribus autem his tunicis in medulla spinæ paulo supra pertractauimus.

34 In vlteriore autem parte,vertebræ cardinis modo commissuras habent. H

Quum explicare spinæ naturam instituerit,orsus ab interioribus partibus ipsius,quà vertebrę
aptè inter se cohærentes ad ventrem spectant,& inter se sunt æquales,iure nunc subdit [in vlterio
re aūt parte vertebræ cardinis modo cōmissuram habent]. vlterior enim pars ijs, quæ propositæ
sunt,erit posterior,qua inqt vertebras cardinis modo inter se cōmitti. Non debes aūt intelligere
posteriorē partē eā,quæ sita est cōtra ligamentū ꝑpositū,quod scilicet à iunctura vertebrarū ꝑ-
cedit,is.n. locus medius exquisite posterior est,vbi spina tm̄ est: sed eam,quæ vtrinq; est à cōmis-
suris ipsarū vertebrarū: quæ,si ad spinā referatur,erit à lateribus spinæ: si ad priorē partē,in qua di
uaxit vertebras inter se colligari,posterior. Scripsit aūt eas cōmissuras cardinis modo esse,qm̄ qua-
tuor exigūt ꝑcessus,quibus cōmittuntur: duobus quidē admittunt eminentias ꝑximè vertebrę,
duobus se in alteram insinuant. efficitur autem quodammodo structura cardinum similis.

35 Nerui omnium communes,& ad exteriorem partem,& ad interiorem procedunt.

Pars vertebrarum,quæ ei opponitur,qua illigantur, posterior & exterior appellari potest

sicuti

A ſicuti ea ipſa, qua illigantur, interior, & prior. verum à poſteriori parte non reperiuntur neruí, quos nunc τόνους dixit, ſi nerui intelligantur, qui motum voluntarium præſtant. quà enim vertebræ inter ſe committuntur, foramen eſt, per quod vnuſquiſque neruus à ſpinæ medulla traiectus protinus diſtribuitur, cuius aliæ partes ad priorem regionem intendunt, aliæ ad poſteriorem, atque in muſculos diſſipantur, qui, quum ſpinæ ſuperiecti ſint. ῥαχῖται græce nominantur.

36 Singulæ aũt uertebræ, tã maiores, q̃ minores, in exteriorem partem ſingulos ꝓceſſus exigũt: his aũt ꝓceſſib. adiecta eſt cartilago, atq; ab ea germẽ oriẽ ligamentorum, q̃ neruis exteriorib. germana ſunt.

Singularum vertebrarum proceſſus per medium dorſum intendunt, atque vniuerſam ſpinam componunt: extremo autem proceſſui cartilago intexta eſt, a qua oritur germen ligamentorũ, quæ (vt ipſe ait) neruis germana ſunt: quo ſignificat, vel ſimillima, vel inter ſe coeuntia, immixtaque, vtrunque enim verum eſt.

37 Adiunctę autem coſtę ſunt capitibus in interiorem partem ſpectantibus magis, quam in exterio-

B *rem, quę ſigillatim cum unaquaque uertebra committuntur.*

Coſtæ, id eſt thoracis oſſa, quæ à ſpina intendunt tranſuerſa ac modicè obliqua ad pectus, græce non modo ab Hippocrate, ſed ab omnibus iunioribus medicis, nominatæ ſunt πλευραὶ. Has inquit cum vertebris committi, quod προσηρθρῶσθαι dixit, quaſi dicat ἐνηρθρῶσθαι: quod vocabuli apud iuniores medicos magis in vſu eſt: eo enim ſignificant oſſium commiſſuras, quibus talis ineſt motus, vt ſenſu aliquatenus percipi poſſit. Coſtarum capita vocauit extrema, per quæ cum vertebris coniunguntur, in radices proceſſuum a lateribus ſe inſinuantes. Exquiſite autem dixit ipſas magis in interiorem partem ſpectare, noſtis enim rem ita ſe habere: ipſarum vero commiſſurã quodammodo duplicem conſpeximus, quam rem Hippocrates prætermiſit, vel quod non ex toto vniuerſam naturam commiſſuræ fuerit intuitus, vel quod tam diligentem eius inquiſitionem ad propoſitum pertinere non exiſtimauerit.

38 Maxime autem flexę ſunt hominis coſtę, & modo eorum, quę curua ſunt.

Inter omnia animalia homo coſtas habet maxime curuas, quoniam & pectus omnium latiſſimum: ex cæteris vero animalibus, alia magis, alia minus, acuto pectore ſunt: latiſſimi autem pectoris eſt homo, dein ſimia, quæ pectus habet anguſtius homine, latius quã cætera animalia. Cõ-

C mune eſt autem omnium animalium, quæ thoracem habent, coſtis eſſe ab exteriori parte, quà tã gimus, gibbis: à contraria, intrinſecus ſcilicet, ſimis. Id enim neceſſarium hominibus fuit, vt thoracis ſpacium latum redderetur, quoniam iuxta os pectoris dirigi coſtas oportuit: reliquas earum partes quum deberent ad ſpinæ vertebras peruenire, opus fuit plurimum curuari. Res igitur, quã proponit, ex eo aperte intelligitur, quod ipſe ait, coſtas maxime curuas eſſe, quodq; earũ figura talem euidenter ſe oſtendit. Reſtat quæſtio, quæ ad rem non pertinet, ſicut prior, ſed ad vocẽ, quũ Hippocrates explanationis vel exempli cauſa vſus fuerit verbo ῥοικοειδέα, quod maiorem affert obſcuritatem, q̃ res ipſa, cuius gratia id exemplum affertur. tunc fortaſſe vox erat vſitata, alioquin verba hæc [modo eorum, q̃ curua ſunt] nõ dixiſſet ῥοικοειδέα τρόπον: deinde vſu exploſa, obſcura effecta eſt. Vox quidem ῥοικοειδέα per κ apud Theocritum curuum ſignificat in eo carmine, vbi inquit,

Ροικὸν δ' ἐκεν ἀγρεῖ λαίας δεξιτερᾶ κόρυναν.

Idem quoque ſignificat apud Archilochum, quum ſcribit,

Αλλὰ μικρὸς τις εἴη, καὶ περικνήμας ἰδεῖν,
Ροικὸς ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσὶ καρδίης πλέως.

Aliud ſè ῥοικοῖσιν ἰσήρεες ἄν τὰ παγούροις, γυῖα καρύνονται.

Apud Nicandrum ſimiliter,

Per β autem ſcriptum ῥαβὸν neſcio quid ſibi velit. Quanquam in nonnullis exemplaribus per ϐ ſcri-

D batur, ſed in magis probatis, per κ

39 Quod autem inter coſtas eſt, quodque inter proceſſus oſſium vertebrarum, utrinque complent muſculi qui a ceruicibus orſi uſque ad nexum intendunt.

Quod in corporibus incidendis apparet, non admodum conſentit cum verborum ſnĩa, nã ꝑ apparet hmõi eſt. A coſtarum capitibus, qua cum vertebris cõmittuntur, muſculi ſunt a poſteriori parte, qui ῥαχῖται nuncupãtur, alii in longitudinem ſpinę tendunt vſque ad initiũ crurum: à priori parte in longitudinem muſculi non procedunt, ſed tranſuerſi inter coſtas, quos μεσοπλευρίους appellant. Deinde ad aliquot coſtas pertinent muſculi, qui ſtomacho ſubiecti ſunt, a quibus totum collum in priorem partem attrahitur, & paululum etiam annuit, vbi capitis commiſſura nõ moueatur: ipſa enim per ſe maximum habet motũ in annuendo, & abnuendo, ſi quis eam cũ vertebris conferat, quæ poſt primas ſunt: aliarum enim inter ſe commiſſuræ paululum mouentur. Sed & à regione iuxta lumbos procedunt ad extremas thoracis coſtas eorum muſculorum ſummitates, qui φρένες dicuntur: in medio autem thoracis ad coſtas muſculi nõ pertinẽt, qui ſiti ſunt ad vertebrarũ ꝓceſſus a lateribus poſitos, quà cõmitti coſtas poſui. Sũt & alij duo muſculi anguſti, atq; exigui, qui ab exteriori parte ꝓ vniuerſum thoracẽ iuxta muſculos, qui ῥαχῖται dicuntur, intendunt a priori parte, non a poſteriori verſus ſpinam. Hęc igitur eſt poſitio, ac natura muſculorum

sculorum circa vertebras, quæ ex corporibus incidēdis inuenitur. Videamus deinceps de quibus E
nam Hippocrates meminerit, ac de ijs quidē qui inter costas sunt, patet ipsum minimè egisse, quū
ait [musculi, qui a ceruicibus orsi]. supereſt igitur, vt eos intellexerit, vel qui ῥαχῖται dicuntur, vel
qui iuxta hos siti sunt. sed neutri recte dicentur, quod inter costas est, quodque inter processus os-
sium vertebrarum, complere. Ῥαχῖται quidem musculi vniuersis propositorum ossium commis-
suris in toto thorace superiniecti sunt a posteriori parte, nihil relinquentes, quod non contegant,
sed omnes costarum radices, & vertebrarum processus, qui à lateribus sunt, ad hæc quod in-
ter ipsas radices est, complectuntur: Anguſti autem musculi, qui iuxta hos versus priorem par-
tem siti sunt, protinus post commissuram sunt, ad extremitates eorum processuum, quos ver-
tebræ a lateribus exigunt, quin etiam, quod in fine propositorum verborum adiungit [vsque ad
nexum] si de anguſtis musculis intelligatur, necesse est ad septi transuersi nexum referamus: sin de
ijs, qui ῥαχῖται vocantur, ad crurum nexum, quem πρόσφυσιν dixit, crurum fortasse iuncturam intel
ligens. Equidem verba hæc nequeo accommodare ad id, quod sensui apparet, arbitrorque initio
protinus errasse primū librarium, sicut in aliis multis veterum scripturis. Sed, quum ita habeant, F
quæ in corporibus apparent, quæstio idoneæ expositionis communiter omnibus proponatur. q
autē distinctum, & aliquatenus probabile videt, huiusmodi est. Costas accipiemus: pro ipsarum
costarum capitibus: processus ossium vertebrarum, pro ossibus, quæ spinam constituunt: sed mu
sculos complentes vtrinque eam regionem, quæ interiecta est, ῥαχίτας intelligemus: nexum, septi
transuersi. Pelops autem præceptor noster costas, nunc ab Hippocrate voluit nominari omnes
vertebrarum processus, qui à lateribus sunt: sed nexum retulit ad septum transuersum.

40 Ipsa autem spina in longitudinem rectè obliqua est.

Obliquam dixit σκολίαν, eam sic appellare solitus, quæ in latus inclinata est: nunc autem non in
latus, sed in posteriorem & priorem partem significare vult, spina enim in longitudinem recta
paululum in posteriorem & priorem partem inclinatur, vt ipse deinceps docebit.

*41 Ab osse sacro vsque ad magnam vertebram, quà inhæret crurum nexus, spina caua est, quoniam ve-
sica, partes naturales, & id intestinum, quod laxum est supra anum, hac parte continetur.* G

Crurum nexus multis modis intelligi potest, maxime quidem proprie fortasse is, qui a coxarū
commissura est, quum. s. femoris caput coxarum ossi per lata ligamenta illigatur, & per id, quod
rotundum est, quo altissimis partibus caui ipsius coxæ innectitur: tum per musculos, qui cōmissu
rā femoris mouēt, merito vtique dici pōt crus necti superioribus partibus: deinde per neruos, po
stea per arterias, & venas. Videtur aūt hic Hippocrates nexum per neruos exponere, quum ab
extrema lumborum vertebra, quæ cōmittitur cū osse, quod & latū & sacrū nuncupatur, oriantur
nerui, qui tendunt ad crura. cōprobatur autem, vel ex eo, quod in corporibus incidēdis apparet,
vesicam, & partes naturales, & id intestinum quod laxū supra anum est, hac parte contineri, quā
obrem ab exteriori parte gibba structa est. Naturales partes quas γονὰς dixit, intellexit eas, q̄ gene
rationi accommodantur, vterum in fœminis: quæ semini aptantur in maribus, γευνητικὰ nuncupā
tur. id autem, quod laxum est supra anum, dixit χαλαρὸν ἀρχοῦ, id siquidem sacro ossi superimpositū
est, & re vera laxum est, quum non habeat musculos, qui extremum intestinū rectū adstringūt.

42 Ab hac ad septi transuersi nexum, recta in interiorem partem recuruatur.

Hac parte nihil tale spinæ insidet, quales in inferiori vterus & vesica. Quare non necesse fuit
ab interiori parte simam esse, atque idcirco, neque ab exteriori parte gibbam, sed hac parte spinā H
paululum intus spectare, fulciri enim ab ipsa magnam arteriam, ac venam oportebat.

43 Atque hic locus solus ab interior parte adiunctos habet musculos, quos ψοὰς appellant.

Ex his potissimum verbis coniicere quis posset, Hippocratē spinæ nō annumerasse vertebras
ceruicū. quasi. n. spina vniuersa lato osse & vertebris, quæ ad lūbos, & q̄ ad thoracē sunt, continē
tur, dixit [atq; hic locus solus ab interiori parte adiunctos habet musculos]. Nā, si spinæ ceruicū
quoque vertebras annumeret, falsum vtiq; erit hunc locū dūtaxat habere adiūctos musculos, cū
& in ceruicibus ab interiori parte grādes musculi contineantur: quos, quū grandes sint, nō latuis
se Hippocratem nemo ignorat, quādo ēt, si exigui fuissent, nullo modo ipsum latuissent. horū tñ
musculorū, qui ψοὰς noīantur, particulā vsq; ad eā regionē pertinere, quà septum transuersum in
nectitur, propositis verbis nō notauit, vt qui operæ pretiū esse tā exquisitè docere nō existimarit.

*44 Ab hoc item ad magnam vertebram, quæ sita est sublimior commissura humeri cum lato scapula-
rum osse, recta in gibbum vertitur, sed magis adhuc videtur, quam sit. habet enim spina in medio ossiū
processus altissimos, ab vtraque autem parte humiliores.*

Vertebræ, quæ ad costas sunt, ab interiori parte simæ paululum videntur, à posteriori gibbæ
multum propter spinæ processus. vertebram autem, quam magnam dicit sitā esse super cōmis-

suram

A ſuram humeri cum lato ſcapularum oſſe, nouiſtis, & reminiſcendi cauſa habetis in commentario, quem de oſſibus ſcripſi. His autem, quæ proponuntur, accommodanda illa ſunt: neque opus eſt me vlterius explanante, niſi ſi quod verbum alicubi occurrat, quod expoſitionem requirat, cuius cauſa huiuſmodi commentaria ſcribuntur: quemadmodum euenit in hoc ipſo loco.

45 Ipſa verò ceruicũ commiſſura in interiorem partem ſpectat. Quibus igitur vertebræ gibbæ ſiunt, magna ui coniunctione abrupta expellitur vel vna vertebra, vel plures: quæ res non accidit multis, ſed paucis, non enim facile incidunt huiuſmodi caſus, nam nec facile in exteriorem partem veniunt vertebræ, niſi a priori per ventrem vehementi ictu trudantur, ſic autem homo interiret: aut niſi quis ex ſuperiori locõ decidens, in coxas vel ſcapulas cadat, ſed & ſic quoque expiraret. A poſteriori autem parte non facile expellitur vertebra in interiorẽ, niſi aliquid graue admodũ ſuper ipſam incidat: oſſa enim, quæ ab exteriori parte procedunt, ſingula talia ſunt, ut potius frangi poſsint, quàm coactis ligamentis ualde in interiorem partem erumpere.

Spectat in priorem partem, dixit λορδὸν, ita enim conſpicitur. Duæ autem ſunt primæ vertebræ, quibus ceruicum commiſſura efficitur: poſt quas relinquuntur tres, quarum non meminit, quomodo collocatæ ſint inter ſecundam & ſextam, nempe tertia quarta & quinta, quæ maxi-
B me videntur rectum poſitum habere. hæ autem vertebræ longe minores ſunt duabus, & præcipue tertia, quarta enim hac maior eſt; ſicut his rurſus quinta, ſexta verò non his duntaxat maior eſt, ſed ſeptima etiam. Ab hac autem vſque ad extremam ſpinam pro ratione altera maior altera eſt, ſi hæc in homine perpendantur, vel in ea ſimia, quæ hominis faciem magis repræſentat, & magis quam cæteræ, recta inambulat, namque hæc, & in alijs, & in oſſibus homini ſimillima eſt. vnum autem in ſpina habet aliarum quoque quadrupedum commune, quod in homine non reperitur, nempe lumbos pro magnitudine reliquarum partium corporis longiores, quam homo, cui ad lumbos quinque duntaxat vertebræ ſunt, in ſimijs autem ſicut in alijs quadrupedibus ſex. Illud autem animaduertere in propoſitis verbis oportet, quod Hippocrates, quum de ſpinæ figura tractare conſtituiſſet, orſus hoc modo [ipſa autem ſpina in longitudinem recta obliqua eſt] in extrema oratione adiecit [ipſa vero ceruicum cõmiſſura in interiorem partem ſpectat], videbitur enim hic rurſus ceruices ſpinæ partem poſuiſſe.

46 Et articulis, qui alios recipiunt, & in alios conijciuntur. Medulla item ſpinæ laboraret, ſi parũper loco mota inclinaretur, uertebra hoc modo expulſa. Luxata inſuper uertebra medullam comprimeret, ſi
C *nõ laceraret: hæc autem compreſſa detentaq́, multis locis grandibus & præcipuis torporem afferret, ita, ut medico non amplius curæ eſſet, qua ratione dirigere uertebram deberet, circunſtantibus multis alijs malis uiolentis: ſed manifeſtum quoque eſt reſtitui non poſſe neque concutiendo, neque alia via.*

Vertebrarum articulos dicit in proceſſibus à lateribus ſitis, quorum alter alterum excipit. eos autem ait recipere, & in alios conijci, eo quod vtraque vertebra duobus proceſſibus ſublimioribus cum ſuperiori vertebra committatur: duobus humilioribus cum inferiori, ſic, vt alijs proximæ vertebræ proceſſus admittat, aliis in alterius proceſſus coniiciatur. quæ omnia perfectè exequuti ſumus in libro de oſſibus.

47 Niſi hominem ſeces, deinde manu altè in uentrem indita ab interiori parte in exteriorẽ cõpellas: quod quidem mortuo fieri licet, uiuente, nullo pacto. Quorſum igitur hęc ſcribimus? quoniam nõnulli ſibi perſuadent ſe ſanaſſe eos, quibus vertebræ articulis ex toto excedentes in interiorem partem venerunt. Quanquàm nonnulli facillimum existiment vertebris eo modo luxatis euadere, nihilq́ opus eſſe reſtituere, ſed eas per ſe reſtitui. Multi ſane ignari ſunt, & imperitiã lucrũ faciũt: vulgo enim ſuadẽt.
D *Hoc itaque pacto decipiuntur. Spinam, quæ in dorſo extat, putant eſſe ipſas vertebras, nã ſingula tactu ibi rotũda ſentiuntur: neque intelligunt hæc oſſa a uertebris procedere (de quibus paulo ſupra tractauimus) ipſas vero vertebras multo magis in priorẽ partem ſitas eſſe: ſiquidem ex omnibus animalibus homo pro magnitudine ventrẽ habet angustiſsimum a poſteriori parte in priorem præcipue ad thoracem. Ergo, ubi aliquod ex ijs oſsibus, quæ valde excedunt, cõminuatur, ſiue vnum, ſiue plura, is locus humilior fit, quã qui hinc eſt, atque hinc: ac propterea errant, putantes vertebras in interiorem partem procidiſſe. Quos item fallit habitus eorũ, qui icti ſunt: nam, ſi curuari velint, dolent, cum qua parte periori parte caua ſit, leuãtur, cutis enim, qua fractura eſt, laxior efficitur, & oſſa minus vulnerant, quin ſi ea parte tangantur, cedunt, ſpinã in priorem partem compellentes, isq́ locus inanis & mollis tangenti apparet. Hæc omnia, quæ dicta ſunt, medicos fallunt: cito autem, ac ſine aliquo detrimento, hmõdi homines per ſe ſaneſcunt, hæc enim oſſa omnia, quæ rara ſunt, callo celeriter glutinantur.*

Manum alte indere in ventrem, cauſa conquirendi, quæ ibi ſunt, dixit ἐσμάσσασθαι.

48 Iã vero ijs, qui ſani ſunt, obliqua ſpina fit pluribus modis: nãq; & natura, & vſu ſic hẽt, ſed & ob ſeniũ, & ſub dolore, hæc ſiquidẽ colligandi vim habent. Gibba autem plerunq; fit, quum homo vel in coxas, vel in ſcapulas cadit: neceſſe enim eſt in ſpina gibba vnam aliquam uertebram reliquarũ omnium

conſpici

conſpici maxime ſublimẽ: eas autem, quæ hinc atque hinc ſunt, minus. Nec plurimum huiuſmodi uerte E
bra alijs recedit: ſed parũ, quando ſingulæ ſubito plurimum cedunt. Hac igitur de cauſa, & ſpinæ me-
dulla facile fẽ t, quum ita peruertitur, quum fiat gibba in orbem, non ad angulum.

Vbi ſpina gibba fit, hoc eſt, in poſteriorẽ partem conuertitur, κύφωσιν appellat· λόρδωσιν, vbi cur-
ua, ſpectatque in priorem: ubi obliqua & in latera, σκολίωσιν, quo verbo utitur alio modo & ad om
nem ſpinæ deprauationem ſignificandam, indicans uerbum generale magis eſſe quam alia. in
qua ſignificatione nunc quoque ait ſpinam σκολιαίνεσθαι, quaſi dicat quouis modo peruerti: atque
in ſuperioribus etiam dixit [ipſa autem ſpina in longitudinem recte obliqua eſt], obliquam uo-
cans σκολίην, ubi eam inclinare in priorem & poſteriorem partem indicauit.

49 Oportet autem reſtituẽdi rationem huiuſmodi præparare. Cõmode quidem lignum firmũ ac latũ,
quod in longitudinẽ inciſum ſit, ſoditur: cõmode etiam pro ligno paries in longitudinem excauatur, qđ
cauum a pauimẽto, uel cubitũ, uel quantũ res exigit, attollatur. Dein ueluti quadrata columna quer-
na trãſuerſa adhibetur, q̃ a pariete eatenus recedat, vt aliquis inter vtrũq; vbi opus ſit, tranſire queat,
ſternitur columna hæc uel tunicis, uel quapiã re, quæ mollis ſit, & non admodum cedat. Homo fouetur:
& ſi ſuſtinet, multa aqua calida lauatur: deinde in ventrẽ iacet extentus, brachijs ſecundum naturã
porrectis, atq; ad corpus alligatis. Lorũ item molle, latum q̃z abunde, & longum, quod conſtet duabus ha F
benis, mediũ medio pectori iniectum bis circundatur, quantum poteſt iuxta alas: poſtea, quod ex loris
ſupereſt, circa alas humeri capiti obuoluitur, capitaq̃z ad aliquod lignum cuiuſmodi piſtillũ eſt, alligã-
tur, eorũ enim longitudo aptatur longitudini eius ligni, quod ſubiectũ eſt, vt hoc piſtillo extẽdenti mo
ra ſit. Hmõdi etiam aliud vinculum ſuper genua, & ſuper calces datur, capitaq̃z eius ad aliquod tale li
gnũ vinciuntur. Aliud inſuper lorum latum, molle, ac valens habenæ modo conuenienter lõgum ac latũ
coxis in orbem firmiter deuincitur, quã maxime poteſt ppe coxas: deinde lori, quod ſupereſt, vtrũq; ca-
put ſimul ad lignũ, qđ ad pedes ſit, alligatur. Homine ita figurato intẽtio in diuerſa adhibetur, ſi-
neulla inclinatione ſimul, & recta: nullũ. n. magnũ ẽ trimẽtũ inferre eiuſmodi G
intẽtio põt, ſi rectẽ pparetur, niſi qs de ĩduſtria id agat. Medicus uero uel alius qs mõ pualẽs ſit, &
nõ imperitus, ſublimiori unius palmæ pte, qua ſpina gibba ẽ, data, atq; alterius palmæ, ſublimiori
parte ſupiniẽcta, cõprimit, ĩtuitus nũ recta deorſũ uerſus, caput, uel uerſus coxas debeat comprimere. G
Adhibẽt aũt hoc mõ uis maxime innocenter: ĩnocẽter ẽt, ſi qs ſup eã partẽ, qua ſpina gibba eſt, ſedeat:
ſimulq̃z ubi hõ extẽditur, ſe attollẽs concutiat. Sed & pedib⁹ conſiſtere ſup ſpinã, qua gibba ẽ, ſuſtineriq̃z et leuiter cõcutere, nihil phibet, ad q̃
rẽ ſatis idoneus ẽ qlibet palæſtræ aſſuet⁹.


Aptiſſime



A Columna querna quadrata pannis ſtrata.
B Laquei pectus circundantes qui feruntur ad ſuperius piſtillum.
C Laqueus ſupra genu & talos.
D Lorum ilibus alligatum.
E Piſtilla ad caput & pedes.
F Manibus comprimens.



A Columna querna quadrata pannis ſtrata.
B Laquei pectus circundantes qui feruntur ad ſuperius piſtillum.
B Laqueus ſupra genu & talos.
D Lorum ilibus alligatum.
E Piſtilla ad caput & pedes.
F Inſidens & ſe attollendo concutiens.



Aptissimè autem cogitur, si paries, qui excauatur, uel lignū, quod foditur, quatenus conuenire videbitur, ītra hoīs spinā incidatur: asser verò è tilia, vel ex altero ligno non tenuis secetur: tū super spinam, quà gibba est, uel multiplex pāniculus, vel paruus aliquis puluinus scorteus, imponatur: sed quātum minime pōt, conuenit hæc subūcere. videndum est sōlūmodo, ne asser præduritie frustra dolori sit: ea autē pars spinæ, quæ gibba est, sic maxime è regione eius partis, quà paries excisus est, vt asser, qui maxime spinæ extat, superimpositus, maxime premat. adhibitus vere asser, à ministro uno uel altero si opus fuerit, cogatur, alij (ut supra ostensum est) bina atq; hinc in longitudinem corpus intēdūt. Licet & per axes extendere vel iuxta lignū defossos, vel cōtēctos in quibusdā lignis in ipsū defixis, quæ erigātur, siue vtrinque à lateribus paululū extantia, siue in vtraque eius extremitate. Acommodatur aūt uis, quæ per hæc adhibetur, & ubi vehementiore, & ubi leuiore opus est: tantum n. roboris habet, vt si quis non in medicina, sed ad torquendos homines eā adhibeat, præstanter ad id valeat, ita, vt, siue tantum extendamus in longitudinem, hinc atque hinc nihil ultrà cogēte, siue citra intētionem asserē duntaxat admoueamus, abunde sit. Optimum aūt est uti eiusmodi via, quā in ipso vsu, & intendendo, & remittendo moderari potes, quæve secūdum naturam est. Quæcunque igitur extant compressa, in suum locum redeunt: quæ præter naturam coierunt, intenta, secundum naturam compelluntur. Equidem cogendi alium modum meliorem aut iustiorem habeo nullum.

Quæ subijcit, plane omnia explicat. quare si quis non percipit, quæ proponuntur, huic nō explanatione opus est, sed monstratione: quin & commentaria ad eos scribuntur, qui eiusmodi curationes iam inspexerint. Monui eti am in superioribus, vt, si quis prima lectione non intelligat, quæ ita clarè ab Hippocrate scribuntur, iterum, & tertio, & sæpius diligenti animaduersione relegat, quòd, si hoc faciat, quæ planè ab ipso traduntur, omnino intelliget.

50 *Nam quum è regione ipsius spinæ intentio adhibetur, ab inferiori parte, & iuxta os, quod sacrum appellatur, non est locus, qui prehendi possit: à superiori iuxta ceruices & caput, est quidem, sed aspectu inde corus, præterquàm, quod, si corpus ab hac parte ualentius extendatur, alia quoque noxa afferetur. Expertus aliquando sum vtrem non inflatum, quem resupinato homine spinæ. qua gibba erat, subieci, dein fistula ænea demissa inflaui. sed parum processit: cedebat enim uter, quum homo bene extendebatur, neque spiritus impellere quidquam poterat, sed alioquin uter promptè labebatur, quum se cōpellerent & gibbus spinæ locus, & repleti vtris tumor: at contra, quum non valde homo extendebatur, uter ob spiritum in tumorem assurgebat, sed homo magis quàm expediret, in priorem partem conuertebatur. De industria autem hæc scripsi. pulchra enim huiusmodi monumenta sunt eorum, quæ, quum experti simus, siue effectu inuenimus: & causarum, cur parum processerint.*

Locum, qui prehendi possit ἐπιλαβὴν, quasi ἀντιλαβὴν, & ἀντίληψιν dixit, eo quòd obex & mora

sit

sit iniectis laqueis, sic, vt hæreant, quà eminet, & minimè decidant. Ab osse sacro nullus talis locus est: à superiori parte, quamuis ceruices sint, & caput, homo tamen strangulari videbitur, si hac parte prehendatur: atque idcirco ea intendendi ratio indecora habebitur, sed & noxam inferet, si laqueus ad guttur delabatur. E

51 *Quibuscunq; aũt vertebrę in interiorẽ partem conuertuntur, vel q̃ homo ecciderit: vel q̃ graue aliquid super ipsum inciderit, plerũq; nulla vertebra valdè ab alijs recedit: vbi nõ valdè recedat, siue vna, siue plures, hoĩem non præcipitat, sicut antè dictum est, cum spina in obem, nõ ad angulũ peruertatur. His quidem urina, & aluus magis supprimitur, q̃ quibus uertebrę in exteriorem partem conuertuntur, pedes q̃, & crura tota magis frigescunt: atque hęc magis mortifera sunt, q̃ quę posita sunt: equibus, si euadunt, urina sine voluntate magis prorumpit, cruraq̃ magis resoluuntur & torpent. Quòd si superior spina in priorẽ partẽ conuertatur, uniuersum corpus resoluitur, ac torpet. Machinationem autem nullã habet, qua spina restitui possit, ubi sic luxatur. Quod si nihil proficiat concutiendi modus, q̃ per scalam admouetur: uel alia similis curatio, seu extendendi via, qualis paulo ante dicta est: nullum noui impellendi simul & extendendi modum, qui id præstare possit, quod asser, vbi spina gibba erat: nam, qui fieri poterit, vt à priori parte per ventrem impellatur? Ergo, neq; hoc licet, neque tussis, aut sternutamentũ vim aliquam habet, qua ad extentionem conferat. Nihil etiam proficies, si spiritum in ventrem indas. Quin, & qui magnas cucurbitulas defiguni, ut sursum attrahant vertebras, quæ in interiorem partem exciderunt, summopere aberrant: expellunt enim magis, quam attrahant, quam rẽ igno ant, qui eas defigunt: nam quo maio cucurbitula est, eo magis spina caua sit, quum a superiori cute urgeatur. Alios item concutiendi modos præteriam positos adducere posem, quos existimet quis ad vitium magis pertinere, sed eos (vtpote quibus parum confidam) omitto. Illud autem in vniuersum, vt summatim dicamus, intelligere oportet, quod, ubi spina in interiorem partem conuertitur, ad interiorem ægrotantem præcipitat, & infestissima est: ubi in exteriorem, uacat mortis periculo, vrinam non supprimit, & plerunque torporem non infert.* F

De uertebris agens in interiorẽ partẽ luxatis, inquit casum asperiorem esse, q̃, si in exteriorem ferantur. causam esse in aperto dicit. nerui. n. oẽs, qui à spinæ medulla oriuntur, in interiorem partem procedunt. Premuntur ergo magis, ubi spina in hanc partem conuertitur, q̃, ubi in exteriorẽ, cumq; ijs vrgentur, quæcunq; partes spinæ superinsident. quo fit, ut interdum superi r quoq; pars ueſicæ cõprimatur: & quæ cum his consortium habent, omnia inflammatione occupantur. Quamobrem neq; uesica vrinã, neq, aluus deiectionem reddit: expellentis enim facultatis, quæ una ex naturalibus est, uitium est vrinã atq; aluum supprimi: torporis autem mẽbrorum causa G est, neruorum affectus: sed uesica & intestinis affectis, periculum est, ne homo interim decedat, dum tollitur inflãmatio, quæ efficit, ut nec aluus, nec urina respondeat. Quemadmodum aũt musculus, qui uesicam adstringit, cum nimium suo munere fungitur, non patitur urinam euadere, ita uerisimile fit affici musculũ ani, quem græci ab adstringendo σφιγκτῆρα nominarunt.

52 *Quum nec alui itinera distendat, nec prohibeat, quo minus facile exitum habeant, spina, quũ in exteriorem partem conuertitur: sed quum in interiorem, utrumque hoc efficiat, accedant q̃, alia complura.*

Quum proximè proposuerit his urinam & aluum magis supprimi, quam quibus vertebræ in exteriorem partem conuertuntur, nunc causam adiecit his verbis [quum nec alui itinera distendat] id est exitum eorum, quæ per uesicam & per anum expelluntur. Distendi autem partes, per quas hæc feruntur, & à compressione uertebrarum, & à consortio, quod cum neruis habent, à ratione minime abhorret.

53 *Multo autem pluribus crura, & brachia resoluũtur, corpus torpet, urina supprimitur, quibus uertebræ nec in exteriorem partem, nec in interiorem exciderint, sed concussæ vehementer fuerint, manentes è regione spinæ: quibus spina deprauatur, minus hęc patiuntur.*

Vt deprauationem exprimat, mutuatur ὑ βωμα uocabulum tanquam generale, agens de vertebris, quomodocunq; suo loco motis. Vniuersa aũt oratio clara est, uenit. n. ad quartum genus uitiorum spinæ, quod græci a concutiendo σεῖσιν appellant. Id autem est, quum uertebrarum spinæ cõpago uniuersa dimouetur, periculumq; est, ne conuellatur atteraturq; spina vehementer concussa: quod malum ipse testatur multo deterius esse, quam, si spina non concussa uertebræ peruertantur. In sequentibus ad costas pergit, quibus abruptis huiusmodi quidpiam accidit. H

De Fractura Costarum

54 *Multa quoque alia in medicinali arte quis inspiciet, quorum, quę vehementia sunt, quum morbi momentum omne in se contineant, non nocent: quæ leuiorem offensam afferunt, mala concitant diuturna, & reliquum corpus plurimum afficiunt.*

Locutus de uitio, sub quo spina concutitur, uertebris nullo modo sua sede excedẽtibus, subijcit multa in medicina leuiora esse re uera, quanquã grauiora uidentur: multa enim, quæ minus afficiunt partes cum uitiato loco consortium habentes, vt, quæ nullam ex præcipuis partibus lædant, sed in se morbi momentum habeant, minus molesta sunt, quamuis grauiora uideantur,

In

A In ſequentibus gratia exempli de coſtarum affectibus meminit, indicans eorum alios graues apparere, alios eſſe.

55 Quin & coſtis abruptis tale quidpiã accidit. Quibus enim coſta vna, vel plures abrũpũtur, ſicut permultis abrumpi videmus, ſi comminuta oſſa, neq; in interiorẽ partem compellãtur, neque in ſuperiorem, pauci adhuc febricitarũt: ſed neq; multi etiam ſanguinem ſpuerunt, nec multi item contractũ eſt pus in thorace, aut linamentis opus fuit, aut vitiatum os eſt: victus autem quiuis idoneus eſt.

Ex propoſita oratione, quæ longa eſt, non parum intelligi poteſt orationis modum ad facilitatem conducere. Nos priorem partem ſupra attigimus, quam Hippocrates longius habens obſcuram fecit, paucis autem ita loqui potuit: Vbi coſta abrumpitur, ſi fractura ſimplex, & ſola ſit, caſus quidem aſperior videtur, licet leuior ſit, q̃ vbi atteritur, celerrimè enim curatur & ſine periculo: ſed abſque fractura, vbi caro circa coſtas atteratur, in maximo interdum periculo reuoluun-
B tur, qui ſic affecti ſunt. Caput quidem orationis huiuſmodi eſt, ſingula autem deinceps videamus. Si primam partem huius orationis paucis Hippocrates explicaſſet, quemadmodum ego, quum dixi, vbi ſola & ſimplex coſtarum fractura ſit, apertius ſcripſiſſet, verum ipſe, quaſi exponens ait [ſi oſſa abrupta, neque in interiorem partem compellantur]. vocauit autem interiorem partem interius ſpacium thoracis, in quod erumpere os abruptum, per ſe non poteſt, niſi nudetur à tota carne ſuperiecta: niſi item ſcindatur membrana, quæ coſtas cingit. per hæc igitur ſimplicem fracturam indicauit. Deinceps notauit caſus leuitatem, quum ait, paucos febricitaſſe, raros item ſanguinem expuiſſe, aut pus in interiori thoracis regione contraxiſſe, raroq; opus fuiſſe linamentis, vel coſtarum os vitiatum fuiſſe, & idcirco abundè eſſe victus rationem quamuis. hãc ipſe (vt didiciſti) vbique φαῦλον nominat, eam, quæ exquiſitæ contraria eſt, ſignificans. Propoſitæ igitur partis orationis vniuerſus ſenſus huiuſmodi eſt: ad reliqua igitur pergamus.

56 Quin, & vbi continens febris non inuadat, deterior eſt inedia, quàm cibus: & dolorem, febrem ac tuſſim magis concitat, venter enim modicè repletus coſtas dirigit, quas inedia ſuſpendit: at vbi ſuſ-
C *pendantur, dolorem inferunt.*

Tumor ventris coſtas fulcit: quare, vbi hæ rumpuntur, qui magis ventricoſi ſunt, minus dolent: quibus gracilis venter eſt & contractus, dolore magis vexantur, quum coſtas ſentiant ſine fulcro ſuſpenſas. Quòd ſi continens febris hominem occupet, inedia vti debet (quod ipſe ſignificauit verbo κενεαγγεῖν) quoniam magis lædítur à cibo, quum à coſtis non fulctis. At ſi nulla febris ſit, expedit eatenus cibum ſumere, vt venter in eum tumorem aſſurgat, vt coſtis ſedes ſit, ac fulcimentum citra offenſæ partis compreſſionem.

57 Ab exteriori parte uincire rurſus quouis modo ſatius eſt: tantum cerato, pannis, faſcijs q̃, lenit er adſtrictis debemus æquale vinculum reddere, aut etiam lanæ aliquid ſuperinjcere. Conſeruet autem coſta viginti diebus. in huiuſmodi enim oſſibus citò callus increſcit.

Vinciendi modum quemuis, φαῦλον vocat, quemadmodum & victum: qui cõtrarius eſt ei, qui ſumma diligentia adhibetur.

58 At carne circa coſtas detrita, quòd homo percutiatur, cadat, re aliqua vrgeatur, aut alio tali mo-
D *do, multi iam ſanguinem expuerunt.*

In memoria habendus eſt hic ſermo propter eos, qui exiſtimant in lateris dolore neceſſarium eſſe, vt aliqua ex fibris pulmonis afficiatur. nam, quum proximus ſit lateri inflammato, aſſerunt aliquid ad eum tranſmitti ex tenui ſanguine, qui in inflammatione ſubſiſtit, Pulmone ergo nihil violato, ſed coſta affecta, quoſdam ait ſanguinem expuere, quo pacto autem hoc fiat, licet per ocium requirere. Nos ſanè quæſtionem hanc perpendimus in ijs, quæ ſcripſimus in librum Eraſiſtrati de ſanguinis ſputo: nunc illud duntaxat intellexiſſe abundè eſt, quoſdam ſine vitio pulmonis ſanguinem ſpuere, propterea, q̃ morbus circa coſtas verſetur. Vidiſtis ſæpè, & in alijs inuiolata cute, quæ fracturam tegit, effundi cruorem, ſic, vt faſcias impleat, quamuis cutis membrorum denſior multo ſit, q̃ membrana, quæ coſtas amplectitur. Quare nihil mirum eſt, ſi ſanguis per hãc ab affecta coſta in interiorem regionem ducatur: dein protinus in ipſa expiratione in aſperam arteriam, quæ in pulmonẽ diſtributa eſt, transferatur: quemadmodum in ijs videmus, quibus membrana hæc vulneratur: quicquid enim per vulnus in thoracem inſtillaueris, per os continuo reddetur, quam rem, quũ Eraſiſtratus ignoraſſet, abſurda ſcripſit in libro de ſanguinis ſputo, ſed qua in re decipiatur, eius ſcripta de me audientes ſæpe numero didiciſtis.

59 Venæ.n. & arteriæ, quæ per id, quod eſt inter coſtas, intendũt, & nerui, ex ijs, quæ in corpore præſtantiſſima ſunt, oriũtur. Multi igitur ſæpè tuſſi, tuberculis, pure in thorace collecto oppreſſi ſunt, et ad id venerũt, ut linamẽtis egerẽt, coſta q̃, uitiaretur: ſed & quibus nihil tale ſuperuenit, carne circa co-

ſtas

ſtas attrita, tardius dolore liberantur, quã quibus perfracta coſta eſt, atque in eiuſmodi caſu dolor ſæpius locum repetit. Verum nonnulli longe magis hęc mala contemnunt, quam ſi abrupta coſta eſſet. E

Arterias & venas ὀχετοὺς vocauit: quod aũt eſt inter oſſa ſingularũ coſtarum λαπαρὸν dixit, qua parte muſculi ſunt, qui, quum mediis coſtis interiecti, ſint ἐσοπλεύριοι græce nominantur: neruos vero appellauit τόνους. Oriri aũt ait hæc oĩa ab iis, q̃ pſtãtiſſima ſunt, qm̃ initiũ harũ venarum, perinde atq; arteriarũ, eſt in vicinia cordis: neruorum aũt ad ſpinæ medullam, quæ ad thoracem eſt, quibus aliquid cognationis eſt cũ alio pari neruorũ, qui à cerebro proficiſcuntur. Quæ deinde adſcribit, euidentiſſima ſunt ijs, qui meminerint, quæ prodita ſunt in prioribus commentariis.

60 Sed & curatione egent magis exquiſita, ſi ſapiant: conuenit enim inedia extenuari, corpore quam maxime conquieſcere, abſtinere à uenere.

Exquiſitiorem vbique appellat σκεθροτέραν, cui contraria eſt ſimplex & quæuis, quam φαύλην nominat.

61 Item ab eſculentis pinguibus, & fauces exaſperantibus, ac tuſſim mouentibus, & ab ijs, quæ ualentiſſimæ ſunt materiæ. F

Eſculenta, quæ fauces exaſperando tuſſim mouent, κερχνώδη nuncupat: huiuſmodi autem ſunt pinguia, acuta, atque acria. valentiſſimæ materiæ intelligit, quæ ægre concoquuntur. In exemplaribus autem magis idoneis, verbi κερχνωδέων ſecunda ſyllaba ſcribitur per ν, ducto vocabulo à milio, quod Iones κέρχνον appellant. id accidit, ubi in faucibus aſpera quædam milii modo exigua ſentiuntur. Quod autem in ſuperioribus dixit, de iis, quibus circa pulmonem tubercula ſunt diuturna, quæ ægre ad maturitatem perueniunt, & ſpiritus redditur cum ſono, κερχυδεὶς abſque ν ſcribitur. ducitur autem a verbo κέρχειν, quod ſonum notat, qui vel anguſtia loci, quo ſpiritus redditur, vel humoris multitudine accidit, plerunque tamen vtroque concurrente, quem ſpiritum nonnulli δασέα, id eſt aſperum vocant. Sed qua de cauſa abſtinere hominem uelit ab eſculentis tuſſim mouentibus manifeſtum eſt, quum affectæ partes omnes quietem poſtulent, atque idcirco ſilentium rurſus imperat: manifeſtum item eſt, cur caueri voluerit ea, quæ vehementer dimouent vniuerſum corpus, quandoquidem cum toto pars etiam dimouetur.

G

62 Ad hæc uenam ſecare in cubito conuenit: & quam maxime ſilentium habere: inducere q̃, ſuper ſedẽ attritam pannos non multiplices, ſed complures, & multo latiores quã ſi attritus locus, cerati inunctione adhibita: linteis q̃, latis, ac faſciis item latis, & mollibus alligare, modice q̃, adſtringere, ita, ut quĩ deligatus eſt, dicat ſentire ſe vinculum non valde adſtrictum, neque item laxum: inde autem ordiri debet, vbi locus eſt attritus, ibi q̃, maxime inſidere.

Meminiſſe huius loci oportet aduerſus eos, qui exiſtimant uenam ſolummodo ſecandã eſſe, vbi ea concurrunt, quæ multitudinem denunciant. E quorum numero eſt Menodotus Empiricus. Oſtendimus autem in opere de uenæ ſectione, & in eo, quod de multitudine ſcripſimus, falſam eſſe eiuſmodi opinionem, quæ præter alia multa, vel ex eo reiicitur, ꝙ, vbi quædam partes eiuſmodi plagas acceperint, medici ad venæ ſectionem cõfugiunt, quamquam, qui icti ſunt, multitudine non tentantur, eo ꝙ, niſi ijs ſanguis detrahatur, maximæ inflammationes oriuntur: quòd cum euenit, alia inſequuntur, quæ morbo accidere ſolent.

63 Iniiciendum verò uinculum medium eſt, & in vtramque partem attrahendum, ne cutis circa coſtas in alterutram partem inclinet, ſed ſine inclinatione ſeruetur. Deligandum autem, vel ſingulis diebus, vel tertio quoque die. Satius item eſt aluum mollire leui aliquo medicamento, quod deiectionem ciet, ac decem diebus inedia vti, dein corpus reficere & implere. H

Cutis ſuperiecta coſtis pleriſq; laxa eſt, præſertim, ſi quo tempore homo plagam acceperit, plenior non fuerit. his ergo ait magis q̃ aliis opus eſſe faſciis, quæ mediæ primum iniiciantur, nam cutis peruertitur, ſi ab uno capite faſcia ordiatur. ꝙ ſi, ut cautior ſis, craſtos quoq; ita alliges, nihil lædes, præcipue ubi regio prope alam atteratur, ibi enim cutis ſemper laxa eſt.

64 Ad hæc dum offenſus inedia utitur, arctius alligandus eſt: vbi pleniore victu, laxius. Quòd ſi ab initio ſanguinem expuat, quadraginta diebus habenda cura, alligãdum q̃, eſt: ſi ſanguinem nõ expuat, fere viginti abunde ſunt. Conijcere autem tempus ex vi caſus oportet.

Commune hoc eſt omnibus fracturis: quod vnà cum multis aliis, quæ hic ab ipſo traduntur, ante etiam expoſui, quum librum de fracturis explanarem. Ea igitur magis ſunt uobis in memoriam reuocanda, quam ſæpius a me repetenda.

65 Quicũq; aũt rẽ paruificerint ob hmõdi ictũ, ſub quo atterũtur q̃ circa coſtas ſunt, quãuis in aliud malũ deterius nõ incidãt, carnẽ tamẽ magis mucoſam habent in loco attrito, q̃ prius. At, ubi talis relinquitur,

A *quitur, nec curatione ad bonum habitum restituitur, re: peior est, si mucosa circa os ipsum relinquatur, quum caro non amplius similiter os attingat, & ipsum os morbis opportunius reddatur. Ob eiusmodi autem causas ossa multis vitiantur, quod malum diutius extrahitur.*

Mucosum humorem appellare cõsueuit glutinosum & album, qui colligitur in partibus exã guibus, vt in osse, ꝙ cartilagine, vbi ipsorum natura rectè concoquere alimentum non possit. relinquit enim quasi quoddam semicoctum, quemadmodum relinquunt infirmæ oculorum membranæ pituitam crassiorem, quæ λήμη græcè nominatur. Vis autem imbecillior redditur, vel ob suam temperationem immoderatam, vel ob multitudinem concurrentis humoris, quod etiam euenit in tumoribus præter naturam. Cætera omnia orationis huius clara sunt.

66 Quòd si nõ, quæ iuxta os sunt, sed ipsa caro mucosa fiat nihilominus subinde morbus & dolor reuertit, si quis corpore laborauerit: quo circa dare vinculũ expedit, & bonũ, & ualde accõmodatũ, donec siccetur, discutiatur ꝙ sanguis ĩ attrito loco suffusus, & caro ĩtegra ibi augeatur, augetur aũt ossis caro.

B Caro, & quælibet pars sanguinẽ habens, non per se mucosa fit: id enim, quod propriè in ipsis superat, tale est, quale in fluxu, atq; in deiectionibus ob iocinoris imbecillitatẽ cõspicitur. Quocirca, vbi ossa, cartilago, membranę leduntur, mucosus humor sæpe contrahitur: carne affecta ratiò, idq; vel propter consortium, quod hæc habet cum eiusmodi partibus: vel propter humorem copiosè defluentem, vbi mucosus succus, aut pituita in ea contrahitur. constat aũt eiusmodi succum maximo negocio excerni, eo ꝙ nec perfusione, cataplasmate, aut medicamentis, euocari digeriq́ue possit, neque vllo alio præsidio educi, nisi ex toto anteà tenuetur, atq; in vapores resoluatur. Ergo, quia succus glutinosus in vapores soluendus est, idcirco ægrè mouetur. vbi verò tale aliquid superans relinquitur, leui de causa pars affligitur, cum ob infirmitatem quidquid in reliquo corpore qualitate vel modo superans collectum fuerit, promptè recipiat.

67 Quibus autem neglectus morbus inueterauerit, & locũ dolor exerceat, caroq́ mucosa sit, his ferramentũ candens medicina optima est: ꝙ si caro ipsa mucosa sit, adurere conuenit vsque ad os, ea obseruatione, ne hoc ipsum calefiat: vbi inter cõstas hæc fuerit, neq; sic, in summo conuenit adurere: cauendum
C *tamen est, ne candens ferramentũ penetret vsque ad partem interiorem. Vbi sedes iuxta os attrita esse uideatur, sed recens casus sit, neque os adhuc uitiatũ fuerit, si exiguum vitium sit, ita vrere conuenit, sicut dictum est: sin oblõgum sit, quod in osse attollitur, pluribus in locis aduertere expedit. De cõstis aũt vitiatis dicemus, simulatq́ de ijs tractabimus ad quorum curationem linamentis est opus.*

Mucus glutinosus cum dissipari per medicamenta non potest, reliqua curatio est adurere, quæ quo pacto admouenda sit, apertè declarauit.

De Femore ex Coxa prolapso

68 Quòd si femoris articulus è coxa prorumpat: prorumpit autem in quatuor partes, sæpissimè in interiorem, deinde in exteriorem: in priorem & posteriorem excidit quidem, sed rarò.

Qui coxæ cauum inspexerit, nõ est, ꝙ desideret causam à me doceri, quamobrem in interiorem partem sæpissimè moueatur, deinde in exteriorem, quum imum caui, non sit omnibus partibus æquale: & articulus, qua parte ora humilior est, facilius elabatur.

D *69 Vbi ergo in interiorem partem venit, crus longius est, si cum altero conferatur, idq; iure duplici de causa. Ossi enim quod à coxa sursum procedit ad pectinem, femoris caput inhærer, ceruixq́ articuli cauo sustinetur: rursus ab exteriori parte clunis cauus apparet, vtpote, quum femoris caput in interiorem partem exciderit.*

Orationem hanc ferè uniuersam initio orsus ipse ita euidenter adscripsit, ut nemo loqui possit euidentius: sed & eorum, quæ tradit, causas etiam adiecit. Quare quod sæpius dicere consueuimus, nunc etiam adducemus, Si quis consideret, quæ proponuntur, ea, si non ubi primò, saltem ubi secundò, vel certè tertiò legerit, percipiet.

70 Extremum rursus femur iuxta genu spectare cogitur in partem exteriorem. similiter crus & pes. Ergo, quum pes in exteriorem partem conuertitur, imperitus medicus cum hoc alterum cõfert, non hũc cum sano, atque idcirco crus læsum multo longius uidetur, quam integrum.

Hoc etiam communiter pertinere ad omnia ossa luxata antea quoque demonstrauimus, quũ altera extremitas spectet semper in contrariam partem, atque ea, quæ prolapsa est. Nunc igitur femoris capite in interiorem partem prolapso, altera extremitas, quæ ad genu est, merito in exteriorem conuertitur.

71 Multis ꝙ aliis modis error in his accidit.

Errorem

Errorem παράσυγεσιν dixit: quo vocabulo consueſſe Hippocratem appellare non quemlibet er- B
rorem, ſed eum, qui vero proximus eſt, & ea de cauſa probabilis, ſupra quoq; indicauimus. Er-
rant ergo nunc, quatenus in conferendo affectam partem cum integra in naturali habitu decei-
piuntur: debuerunt enim integrum cruri recto ſtatu extento, quod vitiatum eſt comparare, ſed
contrarium faciunt, integrum enim æſtimant ad exemplum vitiati.

72 Quin, nec ad inguen flectere crus poſſunt ſimiliter, atque ab integra parte. Adde, quod femoris caput, ſi contingatur, inter anum & naturale prominens ſentitur. Ex his itaq; indicijs colligitur in interiorem partem femur veniſſe.

Flectunt quidem, ſed cum dolore, ac minus perfectè: cuius rei cauſa ſunt poſterioris partis mu
ſculi, illis, qui femur inflectunt, oppoſiti, quòd donec ex toto femur curuetur, ſine dolore non ſe-
quantur: quoniam, vbi ſic femur exciderit in maximo flexu maiorem diſtentionem ferunt, quàm
ſecundum naturam conueniat.

73 Quibus ergo articulus prolapſus fuerit, neque repoſitus ſit, ſed reponi non potuerit, neglectus q; ſit, F
dum ingrediuntur, crus circumagunt. perinde ac boues, plurimum q; integro pede nituntur.

Quum vitiatum crus longius reddatur femore ita prolapſo, neceſſe eſt hominem bouis mo-
do ingredi. ille ſiquidem coxæ articulum laxiorem habet, ſicut ipſe ſupra in principio huius ope
ris teſtatur. Fortaſſe autem non oportuit laxiorem duntaxat articulum cauſari, ſed mouentium
quoque muſculorum imbecillitatem. nam, ſi validi fuiſſent, facilè vtique commiſſuram curuaſ-
ſent, quo facto non neceſſe eſſet crus in exteriorem partem circumagere. ambulamus enim vtrũ
que crus inuicem ſiſtentes, mouentesque: vbi enim ſiniſtrum ſiſtimus, tunc dextrum ex poſterio
ri parte in priorem agimus: quod vbi in priori parte ſtabiliuimus, alterum rurſus à poſteriori par
te in priorem transferimus: ſicque rurſus hoc in priori parte ſiſtentes ad dextrum mouendum re
uertimur, altero crure recto humi innixo, altero, quod mouetur, excitato. Quòd ſi crura nec ad
inguen nec ad genu curuarentur, cogeremur prorſus vtrunque transferre ligni modo, aliquantiſ
per altius excitantes, & circumagentes: at quum poſſint ad vtramque commiſſuram curuari mo G
dis inter ſe contrariis, qui tamen cruri toti aptiſſimi ſunt, ambulamus, hæc neque circumagentes,
neque tanquam ligna excitantes: quoniam commiſſura, quæ ad inguen eſt, attollit femur in par
tem priorem: quæ ad genu, id, quod inter ipſos & talum eſt, in poſteriorem. Quare crus, quod trã
fertur, ſi longius eſſet, quàm quod humi inſiſtit, nihil oporteret in exteriorem partem circumage
re, modo haberet idoneos muſculos, qui celeriter flectere vtramque commiſſuram poſſent: ſed,
quum ob imbecillitatem flectere prompte nequeant, & ob dolorem recuſent, ſupereſt, vt in orbẽ
circumagant, quum infirmi ac dolentes muſculi nihil excitare ſublime poſſint, quod ligni exem-
plo nequeat curuari. Hac igitur de cauſa, magis quam q̃ crus longius redditum ſit, circumagi in
orbem, dum homo ingreditur, euidenter intelliges de exemplo, quod ipſe Hippocrates adijcit.
in ſequentibus enim ait [quandoquidem quicunque vlcus habent in pede, aut crure, non ita poſ-
ſunt crure vti ad ambulãdũ, & pueri quoque ita inambulant]: his enim licet crus longius non
reddatur, accidit, vt ita ambulent ob ſuperueuientem dolorem, ubi commiſſuras flectant, præci-
puè circa inguen & circa genu, ac tertiò eam, quæ ad talos eſt, cum neceſſe ſit iuxta commiſſu-
ram hanc, extremum crus ſimum in ingreſſu euadere, & ſublimem ferre pedem vniuerſum: nam, H
niſi hoc fiat, offendet, ac potiſſimum in ſolo inæquali.

74 Coguntur q̃ regionem iuxta eius partis ilia, & iuxta articulum prolapſum, cauam oſtendere & obliquam.

Neceſſe habent ita figurari, non ubi crus integrum ſiſtentes moueant quod luxatum eſt, & in
orbem transferunt: ſed, vbi vitiato innixi, quod integrum eſt, transferunt: nam, quod vitiatum
eſt, ſuperpoſiti corporis fulcrum eſſe non poteſt, erectum ſicut quando naturaliter ſe habeat,
ad rectam lineam ſolo hærens, ſed obliquum, ita, ut ab inguine in exteriorem partem conuerta-
tur, in quam etiam inclinant id corporis, quòd è regione eſt affecti cruris, quum periculum ſit,
ne in contrariam cadant, quo fit, ut corpus circa ilia prehendant. ilia autem vocat ἐυσεσῶνα, eam re-
gionem intelligens, quæ eſt inter oſſa coxarum, & coſtas nothas, quæ omnino ſine oſſe eſt. Sed,
quum neque ſic uitiatum crus ferre corpus poſſit, & propter imbecillitatem, & propter habitũ,
ope indiget: quam afferunt nonnulli ægrotantes, qui re ipſa docti affectum crus manu fulciunt,
quà maximè opus eſt, ab exteriori parte femoris inſidente, quæ res, quum eos cogat ſpectare in
regionem cruris affecti, eius partis ilia obliqua magis reddit, quæ ſi crure etiam in exteriorem par
tem non conuerſo, ita figurantur, caua uidebuntur.

75 Clunẽ uerò integri lateris neceſſe eſt ab exteriori parte rotundũ eſſe: ſi qs. n. ambularet pede integri
cruris

A *cruris in exteriorem partem conuerſo, reliquum corpus à vitiato crure ferri vtique cogeret, à quo ſuſtineri minimè poſſet: nã quo pacto? neceſſe igitur eſt hominem ambulare integri cruri pede in interiorẽ partem conuerſo, non in exteriorem: ſic enim integrum crus, & partem ſuam, & eam, quæ ad uitiatum pertinet, maxime feret.*

Explicandi ordine permutato paulo obſcurior fit: conuenientem verò ordinem ſeruaſſet, ſi ita ſcripſiſſet, ſicut ego nunc: Clunem verò integri lateris neceſſe eſt ab exteriori parte rotundum eſſe, eo quòd homo inambulet crure hoc in interiorem partem ſpectante. nam, ſi in exteriorem ſpectaret, reliquum corpus vitiato crure ferri utique cogeret: quod fieri minimè poteſt, ſiquidem hoc modo integrum crus (vt dictum eſt) maximè corpus fert. ſcilicet quando homo ambulat integro pede in interiorem partem conuerſo: ſic enim corpus totum ita ſuſtineri ab ipſo poterit, vt nequeat facilè peruerti.

76 At quum regio iuxta ilia eius partis & iuxta articulum ſinuetur, parui apparent, & à latere cogũtur ligno inniti ab integro crure: ea enim parte indigent aliquare, quæ obiecta reſiſtat. in hãc enim clunes conuertuntur, & ab eadem onus corporis ſuſtinetur.

B Quia vitiatum crus corporis partem ſibi ſuperiectam ferre nequit, propterea integro toto maximè in interiorem partem compulſo nituntur, & in id ſpectãt corpore vniuerſo. Euenit igitur, vt in alteram partem inclinati in periculo ſint, ne cadant in eam partem, quæ vitiatæ contraria eſt. Quemadmodum igitur, cum vitiato cruri innixi ſanum transferunt ad priorem partem, vitiatum manu fulciunt: ita, quum periculum ſit, ne conuerſi in integrum grauiter in terram cadant, ad baculi præſidium confugiunt.

77 Coguntur item inclinari, neceſſe enim habent manu, quæ è regione affecti cruris eſt, à latere femur fulcire, quoniam, vbi transferenda crura ſunt, non poteſt, quod vitiatum eſt ferre corpus, niſi continea tur, deorſum q; vrgeatur.

Rurſus hic etiam obſcurus fuit, quum non præfatus ſit pergere ſe ad alteram partem ambulationis. hactenus enim de ea parte tractauit, in qua crus, quod naturaliter habet, humi conſiſtit, affectum in priorem partem fertur: nunc agit de altera, in qua affecto cruri innixus, ſanum trans-
C fert, de qua parte ambulationis paulo ſupra tractatum eſt.

78 His itaq; modis figurari neceſſe eſt eos, quibus articulus in interiorem partem elapſus, reconditus non fuerit, homine nullum cõſilium capiente quomodo aptiſſimè figuretur, ſed calamitate ipſa edocto, ex his figurandi modis, qui dantur, eum eligere, qui ſit commodiſſimus: quandoquidem quicunque vlcus habent in pede, aut cruce, non ita vti cruce poſſunt ad ambulandum: & pueri quoque ita ambulant, ing ediuntu enim affecto crure in exteriorem partem conuerſo.

Quum non uno tantum, ſed duplici ſtatu, in ingreſſu vtantur, qui ſic affecti ſunt, meritò dixit [his itaque modis figurari], vnus quidem ſtatus eſt, cum femur manu fulciũt: alter, quum integro cruri innixi in id toti inclinantur, atque idcirco baculo egent, quo fit, vt in contrarias partes corpus inclinent, modo in dextram, ubi dextro pede inſiſtunt, modo in alteram, vbi altero. hi quoque magis indecorè ambulant, quàm quibus femur coxa excidens in exteriorem partem prorupit, quos in ſequentibus perſequetur.

79 Duo autem lucrantur, duobus enim indigent: nam corpus in ingreſſu non æquè fertur in crure, qđ in exteriorem partem conuertitur, atque eo, quod in interiorem, quum onus non ſit è regione illius, ſed multo magis huius, e cuius regione in ambulandõ & cruribus transferendis onus collocatur. Præterea,
D *ſi ita figurentur, vt affectum crus ſpectet in partem exteriorem: quod integrum eſt, in interiorem: integrum vicem alterius quam citiſſime ſubibit. Quod ad propoſitum attinet, magni momenti eſt inuenire ſtatum corpori commodiſſimum.*

Vbi læſum crus in exteriorem partem circumagunt, & integro ſpectante in interiorem nitun tur, duplex ſibi lucrum comparant: ſiquidem quod læſum eſt, nec toto corpore ſuperiori onerat-ur, nec diu ſubſeruit, cum quod integrum eſt paulum interualli moueatur. Nam, ſi diligenter in tueri tempus uolueris, quo crus utrunque ſubſeruit, non modo duplum, ſed & triplum reperies: per breuiſſimum enim ſpatium celeriterque recta duntaxat integrum crus fertur: per multũ tardeque, quod affectum eſt: ſiquidem conſpicuum eſt, quanto longior ſit ambulatio in orbem, quã quæ recta eſt, quamuis utraque iiſdem finibus terminetur.

80 His autẽ, qui nondũ perfectè increuerũt, ſi excidens non recondatur, breuius redditur femur, crus, & pes: neque enim oſſa ſimiliter in longitudinem augentur, ſed breuiora fiunt, femur præſertim.

Minus ait reddi crus totum, quibus non dum auctis femur luxatum relinquitur. quod (vt in ſuperioribus oſtendimus) omnium quoque articulorum commune eſt. Communis autem rei

nunc cauſam aſſignat,quemadmodum ſolitus eſt.ſemel enim, vbi aliquod ſingularium tractat, E
eius meminit, quod commune eſt.hac igitur de cauſa inquit, crus his non augeri,neque ali,partim & articulus loco motus ſit:partim, & nequeat ſuo munere fungi. Ego autem in ſuperioribus retuli ocium cauſam eſſe,cur partes neque augeantur, neque alantur,quæ ambo eueniunt articulo luxato.quare non video quo pacto Hippocrates luxatum articulum cauſatus,ocium ſubijciat:luxata enim non poſſunt primò prohibere, quo minus partes alantur, ſed intercedente venarum & arteriarum deprauatione,atque ocio.

81 Crûs itẽ uniuerſum ſine carne & ſine mûſculis efficitur,ad hæc effœminatũ tenuius q̃, partim quòd articulus loco motus ſit:partim quod nequeat ſuo munere fungi,quum naturalem ſtatum nõ retineat.

Partes,quibus muſculorum natura continetur, caro ſunt, vt in muſculis incidendis ſæpè vidiſtis,quum duo eſſe eorum principia demonſtrarem,quæ ſenſu comprehenduntur, nempè fibras neruoſas,& carnem ſuper ipſas ſpiſſatam.Ergo,vbi quis exercitatione & frictione robuſtior eua dat,fibræ melius aluntur,caro gracilior fit,ſed firmior. ignauis contrarium ferè accidit, graciles enim fibræ ſunt:at caro admodum quidem abundat,ſed ob humorem mollis eſt.eiuſmodi enim F
carne caſeus,qui adhuc concreſcit,repræſentatur: ſed carne eorum,qui exercentur;ille,qui iam ſpiſſatus eſt.quocirca his muſculi duri,neruoſi,& propriis finibus circumſcripti,conſpiciuntur:in exercitatis verò molles & carnoſi apparent,ac vel nullo modo vel vix circumſcripti.quibus propterea ſine carne crus reddi Hippocrates aſſerit.Sed quum hoc quoque fieri ex multa exercitatione intelligeret,vbi dixit[ſine carne]proximè ſubiecit[ſine muſculis] quaſi muſculis non circunſcriptis à finibus,qui ſenſu comprehendantur.nullus ſiquidem ex ipſis muſculis ex toto corrumpitur,ſed,ſicut corpus ſine venis dicimus,vbi venæ non apparent,ita ſine muſculis,cum muſculorum fines penitus deliteſcunt.Ad hæc,quum clarius oſtendere vellet,in his cuiuſmodi forma cruris ſequatur,adiecit effœminatum,hoc eſt madens,molle,non adſtrictum,ſed laxum,quales ſunt fœminæ,de quarum carne conuenienter hæc omnia dici poſſent: à quibus translatione vſus mutuatur verbum[effœminatum].Adiungit autem in extrema oratione[tenuius indicãs partes eius omnes extenuari,quam rem in principio dixerat his verbis[breuius redditur].nam quòd ait[ſine carne]ad ſolam carnis carentiam refertur: quòd verò dicit breuius reddi crus, ad partes omnes, quæ breuiores redduntur.

G

82 Namque vſus aliquis id,quod ualdè effœminatum eſt,confirmat:ſoluit etiam aliquid ex eo, quod augeri membrum in longitudinem prohibebat.Potiſsimum autem lædũtur, quibuſcũque,dum in utero ſunt,hic articulus elabitur:deinde quibus id accidit, dum in ætate ſunt admodum tenera:minime, quum iam robuſti ſunt.Qua ratione autem ingrediantur, qui robuſti ſunt,iam oſtendimus.

Verbum [aliquis] μετεξέτερος dixit, quod apud Ionas nihil amplius ſibi velle, quàm quod nobis dicitur ἕτερος, id eſt alter,licet ex Herodoto colligere.utitur enim eo frequenter,ſicut & verbo μετεξέτεροι,quo ſignificat id,quod nos vocabulo τινὲς,id eſt aliqui: ſed & nunc quoque μετεξέτερος tale quidpiam ſonat.præfatus enim ob ignauiam crus ipſis minui,ne quis fortaſſe rem minus benè accipiens exiſtimet, quemlibet partium motum efficere,vt alantur; aſſerit non omnem, ſed quendam hoc præſtare,nempè moderatum,ſicut cætera omnia in vniuerſo victu ſalubri:quod ipſe & alibi,& in vno capite in ſexto de morbis vulgaribus teſtatur,cũ inquit"Labor,cibus, potus,ſomnus,venus,omnia moderata.]

Sect.6.à Principio.

83 Quos tenera ætate calamitas hæc inuaſit,plæriq; in dirigẽdo corpore negligentes ſunt,maleq̃ ſup integrũ crus circumuoluuntur,manu,quæ è regione eius eſt,deorſum vrgentes.Negligẽtes item nonnulli ſunt in rectè ambulando, quibus,poſt quã ætas induruit,hoc uitium accidit.Sed,qui tenera ætate huiuſmodi calamitatem experiuntur,ſi rectè educentur,integro crure rectè inambulant,baculum tamen alæ,quæ integro cruri reſpondet,ſubijciunt: nonnulli baculum ad vtrumque brachium admouent,vitiatum uerò crus ſuſpenſum habent. H

Quum homo ætate iam robuſta eiuſmodi calamitatem experitur,crure vti poteſt,quanquam claudicante:paruulis pueris(qui,quamuis crura naturaliter haberent,quonam ijs pacto vti poſſent?)ſuperuenit ignauia quædam circa membri actiones:atque ea de cauſa καταβλακεύουσιν οὐρθοῦσθαι,id eſt,in dirigendo cotpore negligentes ſunt,atque ignaui:At quid mirum,ſi ambulantes pueri rectè claudicare non ſtudent,quando ij,qui iam robuſti ſunt, non ſuſtinent interdum claudicare,ſed(vt ipſe dixit)ſuper integrum crus circumuoluuntur?manifeſtè autem aperuit modum motionis ipſorum uerbo[circumuoluuntur].

83 Eo autem facilius agunt,quo affectum crus breuius.

Facilius agentes appellat eos,qui promptius ingrediuntur, quod contingit,ubi vitiatum crus breuius

A breuius habent. non enim coguntur id circumagere, quemadmodum, qui ætate firma sunt, quũ luxatus articulus non reponitur, quibus crus ob prolapsum articulum longius efficitur, cogũtur que (ut ipse antea indicauit) ipsum, dum ambulant, in orbem circumferre.

85 Atque integro crure nihilominus valent, quàm si vtrunque integrum esset.

Meritò hoc adiungit, iure siquidẽ integro crure vtuntur æquè, ac si utrumq; integrum esset, ut quod eundẽ usum præstet: atq; ubi utrunque integrum erat, similiter nutriatur, & robustum sit.
86 Iam verò his omnibus ca o cruris effœminatur, plerunque autem magis ab exteriori parte, q̃ ab interiori. Nonnulli autem ferunt, Amazonas suis maribus protinus infantibus articulos sua sede expellere alias ad coxas, ad genu alias, ut claudi fiant, ne scilicet mares fœminis insidientur, sed operarum loco sint, & sutorum, fabrilem, aliasve sedentarias artes exerceãt: Quæ vera necne sint, ignoro: sed hæc sequi certo scio, si dum infantes sunt, articuli expelluntur.

Omnibus ait effœminari carnem ab exteriori parte magis, q̃ ab interiori, ubi in interiorem partem prorumpat, quandoquidem ea pars magis in ocio est: nam femoris caput ab interiori parte, licet præter naturam moueatur, mouetur tamẽ aliquantum, ubi femoris caput interiori parte continetur.

87 In coxis quidem multum refert, in interiorem partem articulus excidat, an in exteriorem: in genu refert quidem, sed minus. Suus verò claudicandi modus vtriusque est: nam quibus in exteriorem
B *procidit, uari magis fiunt: minus autem recti stant, quibus in interiorem partem luxatur. Similiter, ubi circa talos articulus prorumpat. si quidem in exteriorem partem, vari fiunt, sed stare queunt: si in interiorem, valgi, & stare minus possunt.*

Varos dixit κυλλοὺς, quo nomine quidã significari volunt deprauationem quamlibet, generale ipsum existimantes: alii, eam solum modo, sub qua membrum in exteriorem partem conuertitur, in quo casu necesse est extremum eius, pedem scilicet, in interiorem partẽ spectare: quæ res non mediocriter ad id confert, ut pes firmiter insistat. ita, vt ij, qui naturaliter curuis sunt cruribus (βαιβοὶ aut ῥοικοὶ græcè nominantur) firmius pedibus insidant, & maiori negocio subuertantur, q̃ ij, qui recta penitus habent crura. id vel ex Archiloco patet, quum inquit [imperatorem magnum non probo cruribus diuaricantibus, sed paruum, crur bus curuis, pedibus firmiter insisten tem, & animi audacis]. Verum curiosa inquisitio significationis κυλλοῦ nihil ad præsentem locum confert: ex ipsa enim oratione ita planum fit, ut Hippocrates nullo modo obscurus esse uideatur. Ergo quibus in exteriorem partem articulus procidit, stare magis posse affirmat, quam quibus in interiorem uenit. nam quibus coxæ articulus in exteriorem partem excidit, pes è regione
C totius corporis collocatur: recedit autem à situ, qui è regione est, vbi articulus in interiorem partem conuertitur. constat autem omnes homines, qui naturaliter valgi sunt, deterius stare, neque posse celeriter currere, tum paruo momento ac leui de causa cadere. Hoc igitur rerum discrimẽ in coxa maximum est, deinde in genu, tertiò ad talos, commissuræ enim magnitudinem noxæ quoque magnitudo consequitur. hinc ergo manifestum est, eos melius stare, atque ingredi, quibus femoris caput in exteriorem partem prolapsum est, de quo paulo inferius tractabit.
88 Ratio aũt incrementi ossiũ hæc est. Quibus ad talos crus exciderit, his pedis ossa minimum increscunt, hęc enim uitio finitima sunt. In crure augẽtur, neq; multo minus. caro tamen minuitur. Sed quibus articulus, qui ad talos est, suo loco manet, ille qui ad genu, elabitur, his cruris ossa nõ ęquè increscũt sed breuissima fiunt, ut q̃ uitio proxima sint. At in pede minuuntur quidem sed non similiter, quemadmodũ paulo ante dictum est, quoniam articulus, qui ad pedem est, inuiolatus seruatur: quod si vti pede liceret, sicut cũ uarus est, minus adhuc his minuerentur pedis ossa. Quibus uerò coxæ articulus promouetur, his femoris os nõ pariter increscit, proximè siquidẽ uitiũ attingit, sed integro breuius euadit:
D *his tamen ossa cruris & pedis etiã, non ęquè increscere prohibentur. id autem euenit propterea, q̃ & femoris articulus, qui cum crure committitur, & cruris, qui cũ pede, suo loco manet: crus tamen uniuersum his gracilius redditur. Quòd si crure uti possent, ossa magis adhuc augerentur. sicut anteà quoque dictũ est, femore excepto. & minus caro minueretur, multo tamẽ magis quam in sano crure. Huius aũt rei indicio sunt illi, quibus humeri luxati, vel à primo natali die, uel dũ increscũt, priusquam robusti sunt, breuiores redduntur, hi humeri os breuius, brachiũ verò & manum sanis paulo minora habẽt ob causas superius dictas, quia humerus læso articulo propior est, idcirco breuior redditur: brachium uerò eiusmodi noxæ nõ similiter cedit, quoniã humeri articulus, qui cum brachio cõmittitur, in p istina sede manet. manus item longius distat à uitio, q̃ brachiũ. Ob propositas igitur causas, q̃cunque ossa uitiũ attingunt, incremento prohibentur: quæ non attingunt, non prohibentur. Multum autem facit ad bonum habitum totius brachij labor manus, nam qui humerum iam luxatum breuiorem habent, pleraq; ex manuũ operibus non minus præstare possunt manu eius partis, quam integra: neque enim, quemadmodũ cruribus, ita manibus ferendũ corpus est, sed earũ opera leuia sunt: propter vsum uerò ijs, qui luxatum iam humerũ breuiorem habent, caro manus ac brachij non minuitur, sed & humerus inde ali-*

quā parte impletur. Vbi vero in interiorem partem coxæ articulus excedit, vel in vtero matris, vel adhuc infantibus, caro magis minuitur, quàm in brachio, ea de causa, quia crure uti non possunt. E

Sermo hic, qui sequitur, vniuersus perspicuus est, doctrinæ autem capita duo habet. Quæ ad prolapsos articulos propius accedunt, magis incremẽto prohibentur, emacrescuntque; minus: quæ longius ab sunt. femore aũt luxato multo magis membrum incremento prohibetur, atque emacrescit, si in interiorẽ partem, q̃ si in exteriorem prorumpat, siquidem deterius mouẽtur, & claudicant magis. Meminit aũt eorum, quos γαλιάγκωνας vocat, quo vocabulo retuli apud ipsum significari eos, qui ob humeri caput in alam prolapsum, dum adhuc increscunt, humerum breuiorem habent. his ait minus lædi brachium totum, quàm crus totum illis, quibus luxatur articulus qui in coxam inseritur, quoniam in multis vitæ operibus satis laborant: at non similiter vti crure possunt, quibus femoris articulus in interiorem partem promouetur.

89 Hæc ita habere id testabitur, quod paulo infra subijciemus. F

Quænam sunt, quorum testimonium adducturum se pollicetur? hæc sanè, q̃ ex iis, quæ præter naturam habent, quæ minus mouentur, magis alimento, incrementoq̃; prohibentur: quæ verò magis vicina sunt partibus habentibus actionem secundum naturam, minus effœminantur, minusque priuantur alimento atque augmento. Pollicetur ergo ipse Hippocrates ostensurum se in iis, quæ paulo infra subdet, eorum testimonium. ego, quum ad locum veniam, vbi eam rem agit, hanc ipsam orationem in memoriam reuocabo. I

De Capite femoris in exteriorem partem luxato

90 Quibus in exteriorem partem femoris caput elabitur, crus, si cũ altero extendatur, breuius est, idq̃ non immeritò, quũ femoris caput non feratur supra os, sicut quãdo in interiorem partẽ procidebat: sed iuxta os, quod non prominet, sed natura residet, in carnẽ humidam cedentem q̃ infigatur: hac itaq; de causa breuius apparet. Interior aũt regio, qua crura diducuntur, caua magis cõspicitur, & gracilior fit: exterior verò gibba, vt in q̃ venerit femoris caput. Sed & clunis apparet superior, quũ, quæ ibi caro est, G *cedat capiti femoris: femoris item extremitas, quę ad genu est, intro spectat, nõn secus etiã crus & pes.*

Agit nunc de coxæ articulo in alteram partem luxato, narratq̃; mala, quæ ibi apparent, & cau sas adiicit. quemadmodum in omnibus fecit: nihilq̃; præterit ex ea doctrina, quæ in experimento, aut ratione consistit. quæ oratio vniuersa similiter in aperto est.

91 Sed neque curuare crus possunt, perinde ac sanum. Hæ sunt ergo notæ femoris in exteriorem partem excidentis.

Hoc verò accidit ob musculos posteriores, qui flexui pugnant, quoniam ita figurati plurimũ extendi non sustinent.

92 Quibus ergo ætate iam robusta prolapsus articulus non reuertitur, totum crus breuius fit: calx ingressu terram non contingit, sed planta ima, extremi q̃ digiti parum in interiorem partem spectant: melius q̃ id crus superius corpus fert, quàm quibus in interiorem partem excessit, partim quia femoris caput, & articuli ceruix, quum natura à latere contineatur, magna ex parte coxæ subijcitur: partim quia extremus pes non cogitur in exteriorem partem inclinari, sed propè è regione corporis est, & aliquantum magis in interiorem partem conuertitur.

Imam plantam dixit πῦθος, quam πεδίον appellant, qui in corporibus incidendis versantur. ea est ad radices digitorum: nam pedis medium naturaliter cauum est, quod calce extremo à posteriori parte terminatur, à priori plantæ principio, sic, vt pes humi insidat calce, ima planta, & ea carne, q̃ extremis digitis subiecta est: reliquis partibus omnibus, quæ propositis interiectæ sunt, attollatur, excepta pedis parte exteriori, qua humi totus insidet. Habent autem nonnulli pedum structurã prauam, ut quibus medius pes ab interiori parte non sit cauus, quos a pedibus planis græci nominant λεπόποδας. sed hos, ut qui similẽ valgis pedum structuram habeant, in hoc sermone præteriit. Quæ sequuntur igitur animaduertens in iis, qui naturaliter figurati sunt, perpende. namque hi, quum moderatè progrediuntur, toto calce, ima planta, ac digitorum parte carnosa humi hærent. q̃ si enitantur maxime progredi, principio calci insidunt: deinde, quum iam transferunt in priorẽ partẽ alterum crus, tunc imæ quoq; plantæ innituntur: postremò, ubi plurimum similiter altero pede progressi sunt, calce terrã contingere incipiunt, tuncq̃; pedis ante consistentis calcẽ quidem attollunt, extremos verò digitos in solo collocant. Eorum igitur, qui naturaliter habent, ambulatio huiusmodi est. sed, ut quibusdam ex uitio aliquo crus longius sit, aut breuius, utrumque duplici de causa accidit. longitudinis causa est humor multus neruorum, uel articulus luxatus, quo modo suprà diximus: breuitatis siccitas, & articulus luxatus in eam partem, quam H

nunc

A nunc propoſuit. priores quidem ingrediuntur ad eum modum, quem paulo ſupra indicauit: reliqui, ſicut nunc docet, primo oſtendens femoris caput carnoſo loco excipi, & non oſſe, vt in primo caſu femoris erumpentis, quem propoſuit. Cedit igitur in hac parte caro, ſingulisque muſculis ad ſuum initium attractis fit, vt totum quoque femur ſurſum trahatur. Meritò itaque crus breuius altero ſe oſtendit, neq; terram contingere ſimiliter poteſt, atque vbi naturaliter habuit. Hi ergo, quum ingredi neceſſe habent, contrario modo pedem figurant, atque ij, qui antè propoſiti ſunt, quibus affectum crus integro longius reddebatur: illi enim iuxta talum pedem ſimum figurabant digitos excitantes: conti à hi pedem inclinant, inflectuntque, & terrã contingere extremis digitis cupiunt: atque hac de cauſa ab affecta coxa ſe demittunt, vt humi innitantur non ſolum extremis digitis, ſed magna ex parte ima planta, quam retuli ab iis, qui in corporibus incidendis verſantur, vocari μέσιον: Hippocrates autem eam dixit σῦθος. quòd ſi velint calce terram cõtingere, demitti multum ab affecta coxa cogentur, periculumque erit, ne inclinati in alteram partem cadant, qua de cauſa neque vti calce eiuſmodi homines tentant.

93 Vbi caro, in quam articulus exceſſit, iam trita eſt, & glutinoſa euaſit, dolor tẽpore cõquieſcit: quo ceſſante, ingredi abſq; baculo poſſunt, ſi alioquin uelint, poteſt q̃ affecto crure ferri corpus. His ergo, cũ
B *crure vtantur, caro minus effœminatur, quã paulo antè propoſitis, effœminatur autem vel magis, uel minus: fere autem magis ab interiori parte, quam ab exteriori. Alij verò ex ijs nequeunt calciamẽta ſe induere, propterea q̃ crus non curuetur, alius id licet. Quibus aũt ſeu in vtero matris, ſeu ui, dum adhuc increſcũt, huiuſmodi articulus iã exciderit, neq; repoſitus fuerit: quibus itẽ morbo elapſu fuerit, expulſus q̃, complura enim talia eueniũt: ubi aliqbus horum femur corrumpatur, ſuppurationes habẽt diuturnas, & linamenti indigent: atque oſſa nonnullis nudantur, & femoris os, tam vbi corrumpitur, quam vbi non corrumpitur, multo breuius redditur, neq; ad ſani exemplum augetur: præterea oſſa huius cruris breuiora fiunt, quam alterius, parum tamen ob eaſdem cauſas, quæ ante expoſitæ ſunt.*

Locum tritum dixit, translatione vſus à locis ambulatione tritis. eſt autẽ eius oratio talis: Femoris caput ſuo loco motũ in exteriorẽ partẽ figitur in carnẽ: iis verò, qui ſic affecti ſunt, à principio dolet caro, quã premit femoris caput: procedente tẽpore occalleſcit, perinde quaſi foſſorũ manus. vbi id accidit, ſedes fit cõmiſſuræ ſimilis, quum femur trito loco vtaĩ, non ſecus atque anteà cauo coxæ: nã pter cætera quidã ea parte humor colligitur, qui principio quidẽ copioſè ob
C inflãmationem coit, dein tenuiori ſui parte & aquoſa magis à ſuperiectis medicamentis diſſipata, reliqua remanet, q̃ glutinoſa eſt & mucoſa: hæc ad motionem capitis femoris maximè confert. ob quẽ humorem trito hoc loco, tanquã articuli ſinu vtuntur: magis aũt inclinantur in exteriorem partẽ, q̃ in interiorem. Dictũ autem eſt in ſuperioribus quoque, partes contrarias ijs, quæ luxatum articulum recipiunt, graciliores fieri, & molliores, quatenus magis in ocio ſunt: eas verò in quas prolapſus articulus figitur, quamuis præter naturam, aliquantũ tamen mouentur: illæ, vn de receſſit, per ſe quidẽ non mouentur, ſed paululum per alias, quæ primò motæ ſunt, quum partes in quibus articulus erat, effœminentur. atque hoc eſt id teſtimonium, quod allaturum ſe pollicitus eſt. In ſequentibus de partibus, quæ plus minusve emacreſcunt, extenuanturque.

94 Ingrediq̃ huiuſmodi homines poſſunt, nonnulli quidẽ eo modo, quo illi, quibus ætate iam firma articulus excidit, neq; repoſitus eſt: nonnulli uerò toto pede inſiſtẽtes, cogũtur q̃ ob cruris breuitatẽ in ingreſſu à recto habitu, & qui ſine inclinatione eſt, in affectã partem inclinari: & ab inclinatione, quæ in affectam partem eſt, rurſus attolli, atque erigi. Hæc itaque ſic eueniunt, ubi, & quod ad figurãdi rationem attinet, & quod ad cætera, quæ conueniunt, fuerint diligenter a pueris inſtituti, priuſquã ita confirmentur, vt inambulare poſſint: diligenter item ac recte, poſtquam confirmati fuerint. Summam ve
D *ro curam poſtulant, quibus ætate maxime tenera hoc infortunium accidit: nã ſi negligantur, quũ teneri ſint, crus vniuerſum inutile efficitur, & minime increſcit: caro item totius cruris magis minuitur, quam in ſano, multo tamen minus ijs, quam quibus in interiorem partem exceſſit, id q̃ vſus ac labor is cauſa, quũ ſtatim vti crure poſſint, quemadmodũ ſupra de ijs diximus, quibus ob humeri caput tam in alam prolapſum humerus breuior redditur. Inueniuntur autem nonnulli, quibus in vtero penitus, alij quibus ſub morbo, vtriuſque cruris articulus in exteriorem partem protabitur. His ergo oſſa eiuſmodi vitio uexantur, ſed caro minime effœminatur, crura autem habitiora fiunt, niſi ſi ab interiori parte parum emaceſcant: ea vero de cauſa habitiora ſunt, quia hi vtroque pariter utuntur.*

A recto habitu, & qui ſine inclinatione eſt, in affectam partem inclinari, & rurſus ab inclinatione attolli atque erigi, διαῤῥέπειν dixit: quod quid ſibi velit, & in ſuperioribus oſtendimus & hic quoque oſtendemus. Namque vbi femur in exteriorem partem promouetur, a muſculis, qui ibi ſunt, ſurſum attractum (quemadmodum antè dictum eſt) innexum crus totum ſublimius reddit, atque ea de cauſa vix terram contingit. Quamobrem coguntur ima tantum planta humi inſidere, dum ambulant, vniuerſo corpore in affectum crus conuerſo, quum huic innituntur, neceſſariò itaque, vbi ſano inniti debent, cum, quod læſum eſt, in priorem partem transferunt, in ſanum rurſus conuertuntur femore erecto, ita, vt ſemper in ingreſſu duos habitus inuicem

mutent,varientq;.nam,quo tempore integro crure insistunt, erecto corpore attolluntur simul E & ambulant: quo rursus læso humiliore nituntur,demittunt se,atque in id inclinantur. Mutare igitur corpus modo à recto habitu & sine inclinatione,in affectam partem inclinando, & ab inclinatione,quæ in affectam partem est,rursus attollendo atque erigendo διαῤῥέπειν dixit, vno verbo propositam habitus mutationem exprimens.

95 Similiter enim ab vtraque parte in ingressu agitantur,clunibus q̃, apparent admodum in exteriorem partem prominentibus,propterea quod articuli excesserunt.

Quibus vtriq; crurum articuli in exteriorem partem exciderunt,mutatio totius corporis,dũ ingrediuntur,in vtroque crure similis est habitui,qui accidit,quum altero duntaxat luxato ęgre ipso innititur,atq; ad ilia curuatur,deprimiturque. altero enim tantũ luxato,quum homo affecto cruri insistit,eo modo,quem nunc diximus,figuratur:sed contrario,cum alteri nititur, corpus enim attollit erigitque,& ilia recta continet. Constat ergo eũ tunc dissimiliter figurari,sed F in hoc casu ægri eodem statu ab vtraq; parte tam dextra,q̃ sinistra continentur. Agitantur autẽ hic nihilo minus,dum inuicem vtriq; cruri innituntur, quod ipse dixit [σαλεύουσιν ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ, id est,in ingressu agitantur].agitari expressit vocabulo σαλεύειν, quod idem significat, ac διαῤῥέπειν. Accidit igitur hic,vt similiter vtræque corporis partes figurentur,quum vtrunque crus inuicem terræ innitatur:quod(vt ostensum est)ipsis antè non eueniebat.

96 Sed,nisi his ossa uitientur,neq; gibbi supra coxas fiant(nonnulli enim huiusmodi vitijs prehenduntur) nisi inquam tale quid eueniat,in cæteris satis sani degunt.

Nonnulli ex ijs,quibus crura sic luxantur,propter communitatem gibbi fiunt:nempè, quum inflammatio in vertebrarum ligamentis primo oriatur,tum duræ quædam reliquiæ remaneant. id si quidẽ & extrinsecus accidere videmus popliti,cubito,& digitis non rarò,quum articulus cõtrahitur,ἀγκύλην græci dicunt:patetq; in eiusmodi iuncturis articulum præ tumoris duritie contrahi,cum chorda musculos,qui eam partem tendunt,minimè sequatur:si cuti, cum ob durũ tumorem flectentes non sequitur,commissura,quæ sic affecta est,tenditur,quod malum græci nominant ὀρθάκωλον. Potest igitur ob talem quendam durum tumorem spina deprauari: potest & G propter consortium sub crudo duroq; tuberculo idem vitium experiri.Sed quo pacto eiusmodi affectibus spinæ peruersio superueniat,supra posuimus,vbi de ipsa propriè tractauimus.

97 Minus tamen toto corpore increscunt capite excepto.

Quibus coxæ articulus in exteriorem partẽ prolabitur,melius ingrediuntur, q̃ quibus in interiorem, vbi inflammationis periculum effugerint,& præcipuarum partium, cui opportuniores sunt,q̃ illi. Articulus enim,cũ in interiorem partem luxatur,super os fertur,quod non premitur, cum durum sit,neq; huic malo patet: at exterior femoris regio,cũ maximis musculis cõprehendatur,ingenti dolore torquetur:premuntur enim articulo in eam prolapso,teruntur que & extẽduntur tumore præter naturam nempè femoris capite:& sentiunt omne id,quo vexantur,ac propterea dolent.Ergo propter musculos,qui articulum admittentes teruntur:premunturq;, atque idcirco inflammantur, & cæteræ partes adiunctæ, & quæ circa spinam sunt, afficiuntur: quæ siquando afficiantur,& æger adhuc increscat,non secus ac femur incremento prohibentur, & minores fiunt,atq; omnino deteriores.Illius aũt meminisse oportet,quod iam sæpius dictum est,& eorum testimonium est,quæ paulo antè proposita sunt: Vbi, qui adhuc augentur,sic læduntur, H partes minus increscunt:quibus verò ætate firma id accidit,minus aluntur, & molliores euadũt. spina minus aucta,sequitur,vt reliquum corpus huiusmodi hominibus minus reddatur. infrà.n. crura afficiuntur: super crura vsque ad caput spina sita est: Itaque,vbi hæc minor fit, minus item crus totum,meritò dicit his hominibus vniuersum corpus minus increscere,excepto capite.

De Femoris Capite in Posteriorem partem lvxato.

98 At vbi in posteriorẽ partẽ femoris caput prolabitur(prolabitur autem rarò)extendi non potest crus,neq; ad articulũ luxatũ,neq; admodũ ad poplitẽ:sed ex oĩbus partibus,in quas hic articulus cõcidit,vbi in posteriorem excidat,commissura,quæ ad inguen,& quę ad poplitem,minimè extendatur.

Femoris caput ob causam,quam supra declarauimus,in propositam nunc partem paucis excidit,qm̃ scilicet caui latitudo inæqualis est.quo circa quà minor est,magis procidit, atque ea de causa magis in interiorẽ partem:quà maior, paucis,& ob id in posteriorẽ rarò procidit, in quam vbi mouetur,crus ad inguen nullo modo extẽditur,ad genu nõ ex toto.vtriusq; causa est musculorũ situs,quorum naturam perfectè indicauimus in opere de musculis incidendis, & in secundo libro de ratione corporum incidendorum. Vt autẽ in memoria habeatis,quæ sæpius intuitiin esti

cila

A incisa simia(hoc enim animal structuram habet maxima ex parte homini similem)primum mé-
minisse debetis musculi,qui à lumbis ortus ad paruum femoris tuberculum pertinet: deinde alte-
rius,q̃ ab osse,quod pubi subest,ad idem tuberculū intendens,cū superiori coniungitur. hi ergo
vehemẽter extenduntur,quum femoris caput in posteriorem partem elabitur,ibi implicati, &
circa coxæ cauum in orbem voluti. atque,vbi is,quem hoc vitium exercet,extendere articulum
tentet,oportebit vniuersum femur in posteriorem partem circumuolui:in quo casu ꝓpositi duo
musculi potissimum lædentur,vt qui plurimum trahantur,extendanturque:nam,quum longio-
res,q̃ antè,facti sint,vlterius extendi citra dolorem nequeunt:cumque longiores fieri non pos-
sint,commissuram extendi nō patiuntur.Hac igitur de causa,q̃ sic affecti sunt, extendere crus ad
inguen nō possunt,neq; ẽt ad genu,ꝓpterea,q̃ femoris caput suo cauo prolapsum continetur in
posteriori parte illius ossis,à quo recipi solet,q̃ si futurum esset,vt femoris caput extentum ad ge-
nu,inguine penitus curuato multum attolleretur,necesse esset,ut femoris caput à coxa plurimū
B in posteriorẽ partẽ excederet:quod fieri non pōt,nisi cōuellatur musculus,quo exceptus est,quū
ex naturali sede procidit.In cōmissura ergo,quæ ad inguen est,neutrum fieri pōt ex ijs,q̃ fiebāt,
priusquam articulus ꝓcidisset,nam neq; perfectè extendi,neq; perfectè curuari pōt. Quid ergo
Hippocrates alterum dūtaxat adscripsit? An quia,post q̃ luxatus articulus est,crus curuatum ꝓ-
tinus apparet? ut potè quum imum femur ad genu eatenus in priorem partẽ excedat, quatenus
summum in posteriorem,& quatenus ad inguen crus curuatur:quo fit,vt posteriores musculi,q̃
ad poplitem sunt,superioribus capitibus extendātur,quum femur sic retro ꝓlapsus est: his aūt su
pernè extentis,extẽditur vnà reliquum eorum corpus vsq; ad chordas,q̃ perueniunt ad crus: q̃-
bus extẽtis poples curuatur.quo circa quibus sic articuli luxātur,curuatæ merito vtræque com-
missuræ cōspiciuntur.Igitur quia extendere ipsas nequeunt,præcipuè eam,quæ ad inguen est, id
circo non dixit solummodo has cōmissūras non posse extẽdi: sed in ea,quæ ad coxam est,id sim
pliciter ꝓtulit in ea,quæ ad genu, adiecit κάρτα, hoc est admodū, vtpotè quæ extendi possit, non
admodum tamen:nam si id posset,nihil à naturali statu recederet. superuenit autẽ hæc noxa ob
eandem causam,ob quam ab articulo luxato protinus poples curuatur. Illud enim scire licet cō-
mune omnium deprauationum,&,vbi partes aliquæ extendantur,quæ cum his continuātur, se-
C quentes ad ipsas cōuertuntur.nulla.n.ex ijs,quæ sic suo vitio cōuersæ sunt,naturalem sedem re-
linquit,sed ab ea,cum qua cōtinuatur,attrahitur:hæc autem attrahit communi vna rōne q̃ tẽda-
tur.sed tenditur,non vna de causa,siquidem intendi solet,vbi vltra debitum humore impleatur,
siccescat inflammatione,vel duro tumore teneatur,vel locum mutet. quare cuncta hæc Hippo-
crates in sequentibus latius adscripsit,cuius nos sermonem sequuti verba omnia enodabimus.

*99 Illud etiam ignorare non opo tet,vtilissimū enim & maximi momenti est,ac plerisque licet, q̃
nec qui benè valent,extendero poplitis commissuram possunt,nisi simul extendāt eam, quæ ad inguen,
præter quam,ubi pedem admodum attollunt,sic enim possent.Hi e go poplitis articulum curuare non
similiter possunt,sed multo ægrius,nisi inguinis quoque articulum curuent.*

Coniunctionem,q̃ posuit in partibus,quæ moueri aliquo modo ꝓhibentur,nō suo vitio, sed
earum,cum quibus cōsortiū habent,nunc docere incipit in musculis,q̃ naturaliter habẽt, quorū
nullus initium sumit à femore,quanq̃ multi sunt, nonnulli enim ab osse, quod ad ilia pertinet,
oriuntur:nonnulli à coxa: vnus tm̃ ab osse,quod pubi subest.Hac igitur de causa cōmissuras mo-
ueri simul necesse est,sicut nunc in pede & poplite ostensum est, in quibus apparet ẽt consortiū,
D quod cum inguine habent.nam(sicut demonstratum est)quemadmodum musculi,qui posterio-
rem ipsorum partem mouent(vt dixi)in imo femore ad radices tuberculorum incipiunt, ita, qui
per priorem cruris partem feruntur,ex eodem imo femore dependent. quare necesse est intendi
posteriorem quidẽ,quum poples extenditur: priores,quum curuatur. vbi ergo tendātur magis,
q̃ eorum naturæ conueniat,oppositi renituntur,& minimè sequuntur. voco autem oppositos
eos,qui extendunt,ijs,qui curuant,id est priores posterioribus.Duobus aūt musculis gratia exẽ-
pli contentus ero ad huius loci explanationẽ,quum qui in corporibus incidendis oēs cruris mu-
sculos intuiti sunt,ex his possint de reliqs facere coniecturam:alijs verò, qui nullo modo intuiti
sunt,neq; sermo de duobus clarus erit. Hi ergo orsi ab eo osse,quo ad ilia pertinet,ꝓcedunt, pri-
mo quidem per femoris cōmissuram,quæ ad inguen est:dein,vbi per femur totum ad alterā eius
commissura m,q̃ ad genu est,intenderunt,alter,qui angustior est,fertur iuxta interius femoris tu
berculum,quod humilius est,tum spectans in priorem tibiæ partẽ,cruri ex interiori parte inne-
ctitur:alter,qui magnus est,latescit degenerans in valentissimā chordam.quæ miscetur cum alte
ra chorda depẽdente à maximo ex musculis prioris partis,qui à clune inchoatur.patellæ autẽ pri
mum superinijcitur,dein fertur ad crus.Itaq; si crus ad inguen flectatur,ea parte musculi bre uio-
res reddentur:si extendatur,longiores.commissura verò genu ac poplitis,vbi extẽdatur,q̃ super
patellam fertur, breuior fit: qui ab interiori parte,longior. quare cogetur maximè extendi,qu

à priori parte eſt,ſi extendentes commiſſuram,quæ ad inguen eſt, conemur poplitem curuare : E
qui à poſteriori, ſi poplite extento inguen curuetur,ex ſublimiori enim loco per priorem partem femoris deſcendens flectitur,inde conuertitur obliquus, & ad priorem tibiæ partem porrigitur.Meritò ipſe longior euadens primas partes cruris ac femoris longiores reddidit,ubi excitãtur.oſtendimus enim in libris de motu muſculorum ſummam cõtractionem, ſummamque extẽtionem,dolori eſſe:& muſculos quidem contrahi, dum agunt,extendi verò,dum ab oppoſitis attrahuntur. ſi quando autem, quum muſculi in ſe ipſos contracti agunt, oppoſiti non dolent, ſimul extenduntur naturaliter quidem in commiſſuris, quæ propoſitum conſortium habeãt,præter naturam uerò in illis quæ deinceps adſcribentur. complures autem medici decipiuntur,putantque eos muſculos affectos eſſe, quorum prohiberi actionem viderint, quod magis adhuc perſpicuum eſt in ſequentibus.

100 Multa quoq; alia in corpore inueniuntur,quæ ſimiliter germana ſunt:de neruorum item extenſione & muſculorum habitu multa etiam ſunt,& magis ſcitu digna,quam quis exiſtimet : præterea de inteſtinis ac ventre vniuerſo,de vtero,qui huc atque illuc fertur,contrahiturque. Sed alibi de his verba faciemus germana his,quæ nunc traduntur:quod ad hunc locum attinet, & extendi crus non poteſt(ſicut iam dictum eſt)& breuius apparet duplici de cauſa,tum q̃ non extendatur,tum q̃ articulus in carnem clunis eruperit. F

Antea quoque diximus conſueuiſſe Hippocratem eas partes nominare germanas, quæ inter ſe conſortium & cognationẽ habent,quarum id caput eſt,quod vna parte vitiata, alterius actio, ſitus,habitus,vel magnitudo læditur.cõmunis horum omnium cauſa eſt in contrariam regionẽ extenſio.In ſitu exempli cauſa(vt ab euidentiſſimis ordiamur)multos vidimus,qui mederi aggrediuntur,quod non ritè didicerunt:& protinus,vbi aliqua pars contraheretur, & breuior fieret, priſtinumque ſitum penitus non ſeruaret,ad eam ipſam remedia adhiberent,quamuis nullo vexaretur affectu,qui curatione indigeret.Itaque,vbi muſculi ab altera maxillæ parte reſoluantur, fit,vt altera breuior appareat,& quaſi contracta,ſed,quæ læſa eſt,eam ſequuta,extendi videatur. nam,cum muſculi omnes vnam propriam habeant actionem, qua ſcilicet ad ſua initia contrahuntur,quando illi,qui à ſiniſtra parte maxillæ ſiti ſunt,agendi poteſtate priuantur, qui a dextra ſunt robuſti,ac naturaliter habentes agunt,dextram maxillam vniuerſam,& labra ad ſe contrahentes:atq; ita conſpicitur ſiniſtrum labrum extentum, & longius redditum : dextrum breuius, & contractum.ergo in hoc caſu breuius fit,quod integrum eſt,attrahẽs ad ſe ipſum maxillæ partem,quæ reſoluta eſt.Alibi verò ab eo,quod affectũ eſt.attrahitur,conuellitur que id, quod ſanũ, G
ſicut vbi muſculus vel chorda,cum induruit,nequit ſimul cũ oppoſitis dũ agunt,extẽdi. Multa quoque ſimilia euenire conſtat,in digitis manus,cubito,poplite,cum contrahũtur propter vitia muſculorum & chordarum interiorum:ſed,vbi extenduntur,græci ὀρθοκύλλους dicunt,ita enim appellare medici ſolent articulos,qui extenti ſunt,& curuari non poſſunt. Huiuſmodi quid accidit cicatricibus magnis ac duris,quæ,quum ab interiori parte ſunt, articulum contrahunt, cum ab exteriori(vt dixi)ſic extendunt,vt curuari non poſſit, quod ob ſiccitatem,& ob ingentem humorum vel ſpiritus inflantis concurſum euenire etiam ſolet.nam,quum partes,quæ ſic affectæ ſunt, in ſe ipſas contrahuntur,ſequitur,ut oppoſiti muſculi agere nequeãt,quum,qui cõtrahuntur,partes in contrarium auellant.Sic neruorũ diſtentiones fiunt,quum ipſi muſculi primò ac præcipuè ſe ipſos,deinde partes,ad quas perueniunt,ad ſuum initium contrahunt. Sic & uterus interdum ſurſum fertur,nonnunquam in latus conuertitur:non quòd ipſe ſua actione naturalem ſedem relinquat,ſed quòd ab alio trahatur:multa verò ſunt,quæ attrahunt,nam & ea, quibus appenditur, & nerui,& arteriæ,& venæ,quæ cum eo iunguntur,efficere id poſſunt,ubi in tumorem aſſurgẽtes eatenus breuiores fiunt,quatenus in latitudinem augentur:namque hoc commune eſt corporum omnium,quæ extenduntur,contrahunturque,non modo animalium, ſed eorum,quæ inanima ſunt,cuiuſmodi ſunt vtres,ſacculi,calathi.Vterus igitur hac de cauſa ſurſum,ac deorſum fertur:& quædam inteſtina,muſculiq; complures,ac propterea membra, & maxilla.Simile quid ſu H
prà oſtenſum eſt in ſpina,ubi gibba,caua,vel obliqua redditur.

101 Eſt enim hæc natura oſsis coxæ,vbi & caput,& ceruix femoris recipitur, quòd quum hoc luxatum in exteriorem partem natium decliue fertur,curuare quidem homo crus poteſt,ſi dolore non prohibeatur.

Tenuis eſt natura oſſis coxæ, in quo cauum continetur. patet autem, quum femoris caput in poſteriorem partem prorumpit, ab ea parte,quæ poſt cauum eſt,ſuſtineri,vt inter cauum & femoris caput id os ſit,q̃ à poſteriori parte cauum complectitur: hoc quidem eſt pars coxæ,cuius nunc meminit,quum ait[in exteriorem partem natium decliue fertur]. Manifeſtum eſt autem iis,qui viderint eiuſmodi locorum ſectionem, femoris caput vi cum tota ceruice expelli in magnum muſculum natium,qui commiſſuram hanc extendit: à quo muſculo chorda oritur, quæ à membrana non abhorret,coniungiturque cum ea chorda, quam paulo ſuprà diximus, quæ ex duobus muſculis orſa à priori parte femoris vltra patellam tendens cum tibiæ capite connectitur.

A ctitur. Ergo hic musculus prolapsum femoris caput admittens omnium maxime torquetur, quũ sub ipso prematur, distendaturque: quare necesse est inflammatione ipsum prehendi, sursumque adtrahere chordam, quam paulo ante commemorauimus à membrana non abhorrentem. quod quum accidit, consequens est, vt homo doleat, vbi poplitem flectit. quatenus enim hic flectitur, hactenus chorda extenditur, atteriturque a patella: hæc autem extenta musculum extẽdit, a quo dependet, nempe magnum illum, quo (vt retuli) recipitur femoris caput. Procedente tempore, quum musculus hic ab inflammatione soluitur, contrahitque humorem quendam glutinosum, pars eius, quæ articulum contingit, occalescit, & poples citra dolorem extenditur: ad quam rem faciunt & alia, quæ prius posita sunt de cruris musculis.

102 Tum crus & pes modice recta se ostendunt, neque multum in hanc vel illam partem inclinata.

Hippocrates modice ἐπιεικέως dixit, quo verbo significari, neque perfecte, aut omnino vehemẽter, neque ex toto, sed mediocriter, ex ipsius verbis colligitur: ipse enim subiungens [neque multum in hanc vel illam partem inclinata] aperte demonstrat, quum adscripserit [multum] id cruri accidere, vt non multum, sed vt parum peruertatur, depraueturque: atque ob eam rem dixit [tũ crus & pes modice recta se ostendunt], quasi dixerit has partes apparere mediocriter rectas.

B

103 Præterea in inguine caro molïor sentitur, præsertim si tangatur, vt potè quum articulus in alterã partem exciderit: sed in natibus, si tangatur femoris caput, videtur magis prominere. His ergo notis indicatur femoris caput in posteriorem partem procidisse. Cui autem ætate iam robusta prolapsum restitutum non fuerit, ambulare quidẽ potest, quũ tempus prodesset, & dolor cessauit, atq; articulus volui in carne consueuit: cogitur tamen, dum ambulat, vehemẽter ad inguina curuari, idq; duplici de causa, qa ob ea, quæ proposita sunt, crus multo breuius redditur, & multum calx abest, vt terram contingat: nã si vel paulum tentet eo pede sustineri, nulli alteri rei innixus, cadet vtique in partem posteriorem: coxæ enim, quum magis in posteriorem partem, quam pedum basis, excedant, in eam plurimum inclinabunt & spina item in coxas, vixq; ima planta consistet: neque hoc accidet, nisi ad inguina se curuet, & alterius cruris poplitẽ flectat, quandoquidẽ necesse est, vt manu, quæ à parte affecti cruris est, in quolibet passu super femore hæreat: quę res cogit ipsum flecti aliquid ad inguina, nam quum in ingressu crura permutentur, nequit corpus affecto crure sustineri, nisi id crus manu deorsum ad terram compellatur, quoniam articulus corpori non subïcitur, sed in posteriorem partem ad coxam prominet: ambulare tamen

C *offensus sine baculo potest, si alioquin assueuerit, propterea, quod basi pedis è regione pristina spectat, neque in exteriorem partem conuertitur. Idcirco igitur nihil egent baculo, quod renitatur, quicunque velint femur non amplius comprehendere, sed in vicem baculo inniti, quod alæ ab affecto latere subïciatur: quod si longius baculum admoueant, magis erecti ambulant, pes tamen terræ non innititur: si inniti velint, breuius admoueant, cogentur autem ad inguina curuari. Emacrescit etiam ïs caro pro ratione, quemadmodum antea diximus: nã quib. suspenditur crus, minimèq; laborat, maxime extenuatur: sed, quũ in ingressu vsui admodũ est, minimè gracile fit, integrum tamen terræ non iuuatur, sed potius deformius redditur, si vitiato vtantur terræ innixi: nam, dum sanũ vitiato subseruit, coxam & poplitem curuari necesse est: q si vitiatũ crus terram non contingat, sed suspensum sit, & homo baculo innitatur, hoc pacto integrũ robustius reddetur, quũ naturaliter habeat, & exercitatione magis firmetur. At dicet quis, hæc præter medicinã esse, nã quid vltra scire nobis conuenit de ïs, quæ curationẽ non admittunt? conuenit tamen summopere, intelligenda. n. hæc sunt ab eodẽ professore. quũ tanquã aliena seiungi nequeant; siquidem tractare debemus, quæ curationem recipiunt, ne insanabilia euadant, intelligentes qua potissimũ ratione occurramus, quo minus insanabilia efficiantur: illa vero in quibus medicinæ locus non est, dignoscenda sunt, ne maximè noxia reddantur. Præclara autem & ardua prædictio*

D *in eo consistit, vt intelligamus, quo, qualiter, & quando singula terminentur: ac siue in ea mala vertantur, in quibus remedio futurus locus sit, siue euadere in insanabilia debeant. Cæterum quibus vel a primo natali die, vel alioquin, dum increscunt, articulus similiter in posteriorem partem excidit, neque reconditus fuit, seu vi, seu morbo exciderit (multis propter morbos sic articuli luxantur, cuiusmodi vero sint hi morbi post hac indicabimus) si prolapsus (inquam) reuersus non est, femoris os breue efficitur: vitiatur item crus vniuersum, minusq; increscit, & gracilius redditur, quum nulli vsui sit.*

Præsertim πού dixit, quam vocem in superioribus etiam retuli ab Hippocrate vsurpari, vbi intẽdere velit, quod proponitur. est autẽ eius oratio talis; In inguine caro mollior sentitur, si aspicia tur, & multo magis si locus tangatur. Quæ sequuntur omnia patent iis, qui in memoria habeant quæ ante posita sunt.

104 Vitiatur enim his & articulus, qui ad poplitem est, quoniã nerui ob proposit.as causas intẽdũtur. Quare, quibus sic coxa exciderit, extendere poplitem non possunt: nam (vt summatim dicã) quæcũq; in corpore ad aliquẽ vsum fabricata sunt, si quis moderate vtatur, exercetur q; in eo laboris genere, cui singula assueuerint, eo pacto bene valent, augentur, & ad longam senectutem perducuntur: si in vsu non

non ſint, ſed ocioſa degant, morbis patent, non augentur, & maturè ſeneſcunt: id præcipue accidit ner- E
uis, atque articulis, niſi quis illis vtatur. His igitur de cauſis vitiantur magis, quum hoc modo articu
lus luxatur, quàm cum alijs: totum enim crus incremento prohibetur, & quod ad carnem, & quod ad
oſſa pertinet. Huiuſmodi ergo homines, quum ætate iam robuſta ſunt, ſuſpenſum curuatumq; crus te-
nent, ſed altero feruntur baculo innixi vno, vel etiam altero.

Euidentiſſimum eſt Hippocratem dixiſſe coxã excidere, ꝑ coxæ articulo. ſæpe enim narrauimus maiores noſtros nondum tenuiſſe exquiſitam, tenuemq; nominum rõnem, in qua poſteriores exercentur, ſed ſat exiſtimaſſe in ijs, quæ explicabant, eo tm̃ incumbere, vt quæ dicerent, ab auditore intelligerentur, ꝙ inquit igitur, huiuſmodi eſt: Quibus femur in poſteriorẽ partem prorupit vitiatur non ſolum articulus luxatus, ſed & qui ad poplitẽ eſt, propterea [&] coniunctionẽ adiunxit, neq; ſimpliciter dixit [vitiatur articulus, qui ad poplitem eſt]. quo aũt vitio occupetur, ipſe apertè expoſuit, cum ait [nerui intenduntur]. ſed neruosne intellexerit eos, qui propriè nerui ſunt, quiq; à ſpinæ medulla oriuntur, vel in quas muſculi degenerant chordas, quæ ad crus pertinẽt, in hoc loco nihil intereſt, cũ vtraque fidem facere poſſint rectè à nobis expoſita fuiſſe, quę ab Hippocrate dicta ſunt, vbi aſſerit non poſſe poplitem extendi, quibus hoc modo femur ꝓmouetur. Quandã præterea cõem rationem adiecit, nempè partes aliquas variè lædi, quod ad habitum pertinet, magnitudinem, poſitionem, ac motum, quamuis ipſæ nullo ꝓprio morbo lædantur, ſed a quibuſdã alijs afficiantur, quibuscum conſortiũ habent. Intentionem verò in huiuſmodi affectibus præcipuè cauſatur, q̃ perſequutus tribus modis indicat, vno, quum muſculus aliquis reſoluitur: tunc enim, qui integer eſt, contrahi videtur: altero, quum oppoſitus tenditur: tertio, vbi quod integrum eſt, trahitur ab aliquo eorum, cũ quibus coniungitur, ſicut accidit, quum vterus mouetur. Nunc ergo, quum poſteriores nerui, muſculi, & chordæ tendantur, curuatus poples extendẽtibus muſculis non paret. Cæterum de chordarum, muſculorumq; extenſione antea dictum eſt: nunc de neruis, qui a medulla ſpinæ orti ad crura intendunt, quorum initia tria ſunt, vnum à priori parte iuxta magnum foramen oſſis, quod pubi ſubiectũ eſt: alterũ ad inguina, vbi neruus fertur, & cũ magna vena, & abſq; ipſa à priori parte femoris, atq; hæc parua ſunt: maximũ aũt neruorum initium a poſteriori parte fertur ad vniuerſum crus, primũq; procedit ab ea regione, quæ eſt inter os latum, & id, quod ad anum terminatur, κόκκυξ græcè dicitur. hoc igitur initium, vbi articulus in poſteriorem partem elabatur, premitur tenditurque: atque idcirco diximus, Hippocratem hoc loco poſſe intelligere eos tendi, qui proprie nerni vocantur.

De Femoris Capite in Priorem Partem lvxato. G

105 *At quum femoris caput in priorem partem erumpit (quod quidem rarò accidit perfectè) extendi crus poteſt, ſed ad inguem minimè curuari, laborat enim homo, etiam ſi flectere poplitem cogatur, ad calcem verò, & in vniuerſum crus, æque longum conſpicitur.*

Propter cauum, quod non æquè vndique altum eſt, articulum in aliam partem rarò, in aliam frequenter luxari, antea ſæpenumero demonſtrauit: nunc autem de femore diſſerens in priorem elapſo, contrario modo affici ait eos, quibus in hanc luxatur, atque eos, qubus in poſteriorem. illi enim extendere crus non poterant: hi, cum in ipſo flexu nunc ſit femoris caput ac ceruix, curuare ad inguen non poſſunt, nec ad poplitem propter muſculum priorem, qui oritur ab oſſe, quod ad ilia pertinet: ille enim comprimitur, tenſusq; attollitur à femoris capite, cumque extendi amplius non poſſit, renititur, ſi quis flectere poplitem conetur, apparet autem cruris longitudo conſimilis. In ſuperioribus autem de femore luxato in partem interiorem ſic ad verbum ſcripſit [os enim, quod à coxa ſurſum procedit ad pectinem, femoris capiti inhæret, ceruixque articuli cauo ſuſtinetur], à quo prius non ſuſtinebatur ex toto, ſed magna ex parte in eius caui altioribus partibus inſidebat: in caſu autem, quem nunc ponit, in inguine prominet, atque is locus intentus apparet, cum femur nunc à ſuo cauo recedens in priorem partem & paulo inferius venerit. quo fit, ut uitiatum crus ſani longitudinem æquet: id, quod præſertim ipſis accidit ad calcem, extremum enim crus minus demitti in terram poteſt: cuius rei cauſa in ſuperioribus explicata, nunc rurſus ſummatim etiam enarrabitur. H

106 *Sed pes extremus ſpectare minus poteſt in partem anteriorem: crus verò totum rectam poſitionem naturaliter ſeruat, nec in hanc aut illam partem inclinatur.*

Poteſt, dixit ἐθέλει vbi verbum ἐθέλειν, id eſt velle, pro poſſe vſurpauit, quemadmodum etiam Homerus, cum ait, Οὐδ' ἔθελε προφέρειν. vbi ponit, οὐδ' ἔθελε, id eſt nolit, pro non potuit. Extremum pedem appellauit eam partem pedis, quæ a planta ad digitos eſt, & vngues. accidit enim (quemadmodum ſupra oſtenſum eſt) vt extento poplite non bene articulus tali in priorem partem

A tem inclinetur. Hæc itaque nunc exponere volens ait [ſed pes extremus minus ſpectare vult in partem anteriorem [indicans digitos, quibus continetur extremus pes, non facilè extendi poſſe, aut deorſum conuerti, & terram contingere.

107 Ferè autem his dolor protinus accedit, & vrina ſupprimitur, magis q̃ quàm ſi articulus in aliã partem luxetur.

Quamobrem hæc ſequantur, ipſe cauſam adiungit.

108 Venit enim femoris caput maximè prope neruos magnam vim habẽtes, & in inguine prominet. atque is locus extentus apparet, in clunibus rugæ conſpiciuntur & ſumma gracilitas. Quas quidẽ diximus notæ ſunt femoris in priorem partem prolapſi.

Neruos appellauit τόνους, eos intelligens, qui cum vena & arteria per inguen feruntur. [ma-
B gnam vim, habentes] vocauit ἐπικαμπροτάτους, ſicut in ſuperioribus etiam didicimus. habent autem hi magnam vim, quum medullæ ſpinæ proximi ſint, atque inde oriantur, vnde initium ſumunt nerui, qui ad veſicam feruntur. quo fit, vt femoris capite in hanc partem luxato, veſica quoque afficiatur, inflammeturque, & reddere vrinam nequeat. Fortaſſe etiam aliquando ob inflammationis magnitudinem, qua veſicæ ceruix affligitur, vbi muſculus eſt, qui eam adſtringit, vrina ſupprimitur, eo q̃ inflammatis partibus excæcatum iter claudatur.

109 Quibus verò ætate iam robuſta articulus in hanc partẽ elapſus, minimè reſtituitur, hi quum dolor finitur, & articulus aſſueſcit in eo loco conuerti, in quem procidit, recti protinus ingredi poſſunt ſine baculo, ac recti extoto, quum vitiatum crus neque ad inguen, neque ad poplitem, facile complicetur. Ergo, quum ad inguen non flectatur, crure in ingreſſu magis recto vtuntur, quàm quum integrum erat.

Quo tempore articulus excidit, dolorem dixit protinus accedere, & vrinam ſupprimi; procedente verò tempore, vbi hæc ceſſant, ingredi hominem poſſe: at qua de cauſa hæc finiantur, quã-
C quam femoris caput maneat, comprimatque, & ſimiliter neruos extendat, docuit, quum orationi adiecit [& articulus aſſueſcit in eo loco conuerti, in quem procidit], Videtur enim in ea re conſuetudinem cauſari, quoniam, quæ ab aliquo premuntur, quum tempore occalleſcant, id facilius ferunt: & ea, quæ tunc tendebantur, quum huic moleſtiæ aſſueuerint, dolere ceſſant. Cur verò ſine baculo recti ingrediantur, ipſe ſubiecit. caput autem orationis id eſt, quod crus erectum ſeruatur, & neutra commiſſura, nec quæ ad inguen, nec quæ ad poplitem eſt, flectitur.

110 Nonnunquam etiam pedem per terram trahunt, vt qui ſuperiores commiſſuras non facilè flectant, quanquàm pede toto inambulant: namque hi minus calci, quam priori parti pedis, in ingreſſu nituntur.

Superiores commiſſuras nominat, eam, quæ ad inguen eſt, & eam, quæ ad poplitem. quatuor autem commiſſuræ ingreſſui accommodantur, quæ ad inguen eſt, quæ ad poplitem, quæ ad talum, & quæ ad digitos. poſtremam, quamuis multiplex ſit, vt vnam tantũ annumero, quũ vſum atque actionem communem præſtet. hæc non admodum confert, dum per æquale ſolum ingredimur: ea verò, quæ ad talum, ad progrediendum, atque ad crura transferenda nihil proficit, ma-
D ximè tamen efficit, vt pes humi hæreat, ad quam rem parum faciunt digitorum commiſſuræ. Vniuerſa autem cruris actio, dum ingredimur, & multo magis dum currimus, à commiſſura, quæ ad inguen eſt, & ab ea, quæ ad poplitem, proficiſcitur, his enim curuatis crus à terra attollitur, ac facilè transfertur: at nunc, quum neutra flectatur, iure per terram trahi pedem ait. Adiecit [nõnunquam] propter ſoli differentiam, & vim noxę. illi enim, qui per æqualia & decliuia loca ingrediuntur, ſi vel parum quid crus ad ſuperiores commiſſuras inflectant, pedem haud trahunt: ſed, qui per inæqualia ambulant, & accliuia, minimeque eas curuant, tantum ab eo abſunt, vt pedem non trahant, vt etiam offendant in ea, quæ in ſolo eminent. [Quique pede toto inambulent] inambulant pede toto, qui calce, planta, & extremis digitis terram contingunt. illi enim, quibus in poſteriorem partem femoris caput elabitur, de quibus ante hos tractauit, cũ breuius crus redderetur, non vtebantur calce in ingreſſu, ſed terram contingebant ima planta duntaxat, quæ (vt diximus) ab ijs, qui in corporibus incidẽdis verſantur, πέδον dicitur: verum, quibus in priorem partem coxæ articulus promouetur, calce primum in terra conſidente, quum ea parte pedis, quæ ad digitos eſt, ingredi nequeant: quà poſtea vtuntur, quum iam affecto cruri inſiſtentes transferre alterum incipiunt.

111 Vtrum, ſi valde progredi poſſent, calce admodum ingrederentur: nã & qui benè valent, quanto maximè procedunt, tanto maximè calce ingrediuntur, quum vni pedi inſiſtunt, & alterum attollunt.

Eos,

Eos,qui valde procedunt,calce terram contingere,ſupra oſtendimus,quod euidentiſſime ap- E
paret.non minus etiam in aperto eſt,non poſſe omnino valde procedere, qui ſuperiores cõmiſ-
ſuras curuare ob quamuis cauſam nequeunt.id autem ipſis accidit, propterea quod moleſtiam
non ferant,qua,dum transferunt extremum crus,vexantur,nihil enim aliud prohibet,ne maxi-
me procedant:quod ſi ſano cruri inſiſtentes id facere vellent,poſſent quidem, ſed non ſine labo-
re.quamobrem ſatius fortaſſe fuit hanc orationem ita explicare:Quibus coxæ articulus in prio-
rem partem erupit,his nihilo minus,quam ima planta & digitis, ad ambulandum vti calce licet:
ac ſi ſuſtineant longius affecto crure procedere,& calce omnino ingredientur:verum non ſuſti-
nent,quoniam,vbi extentum crus cum difficultate transferunt,dolore torquentur.

112 Præterea,quibus ſic procidit,magis adhuc calci inhęrent,quam priori parti pedis.

Inhærere dixit ἐγχρίπτειν,quod vocabulum mutuari ſolet ad ea ſignificanda, quorum alteri al-
terum inhæret,iuxta quam ſignificationem eo vtitur,quum in fracturis componendis imperat,
vt fracta oſſa prius intenta inter ſe diducantur:ſic enim ait facilius componi,q̃ ſi ἐγχρίπτοντα:id eſt,
quum alterum alteri inhæret,propellantur.Quod igitur paulo ante propoſuerat, clare in hac o- F
ratione demonſtrauit.namque hi nihilo minus calce ingrediũtur,quam priori parte pedis. quod
clarius adhuc & melius dixiſſet hoc modo,non enim minus hi calce ingrediuntur, quam priori
parte pedis,ſed magis etiam,non tamen adiecit in ſuperiori oratione [ſed magis etiam].

*113 Pedis enim anterior pars,quum reliquum crus extentum eſt,non æque poteſt in priorem partem
curuari,atque vbi flexum eſt:neque item ſimus pes redditur,vbi crus inflexum eſt, ſicut vbi extentũ.
Crus igitur natura,quum bene valet,ſic ſe habet,vt diximus.Vbi vero articulus luxatus reſtitutus nõ
fuerit,homo ob propoſitas cauſas inambulat,ſicut oſtenſum eſt,crus tamen altero gracilius redditur,
& à clune,& à carnoſa parte,quæ in poſteriori crure prominet,& e regione poſteriori partis. Quibus
itaque tenera ætate articulus elapſus minime reſtituitur,vel a primo natali die id mali incidit,femo-
ris os magis minuitur,quam tibiæ,aut pedis.*

Pars pedis,quæ ad plantam & digitos eſt (quam priorem appellat) extento poplite continge
re terram non poteſt,vocauit autem huiuſmodi pedis habitum καμπύλον,id eſt curuum: nam cõ-
miſſura,quæ ad talum eſt,neque extenta dici ſolet,neque flexa: ſicut ea,quæ ad poplitem, & ea, q̃
ad inguen.Ergo,vbi priores muſculi eam partem pedis,quæ inter talos & plantam eſt,attollunt,
dici ſolet aliquo modo pes σιμοῦσθαι,ideſt,ſimus fieri:vbi vero poſteriores calcẽ ad ſe trahunt vna G
cum ea parte,quæ inter talos & digitorum radices eſt,nullum eſt nomen vſitatum,quo iſtiuſmo-
di habitus nominetur.quare Hippocrates (vt oſtendimus) eum appellauit καμπύλον.vocem inue
niens rei,quam exprimit,accommodatam.neque enim poteſt pes ſimus fieri,attollique a priori-
bus muſculis,quod non aliud eſt,quam ſimum fieri,quum crus inflexum eſt,ſicut quãdo erat ex
tẽtum:quemadmodum nec curuus fieri,niſi crus flectatur:poteſt autẽ vtroq; modo figurari,ſub
vtroq; cruris propoſito habitu,ſed paulũ & violenter,multum & ſine vi non poteſt. Ergo,cum
muſculi (vt diximus) orti a poſteriori parte cruris,quæ carnoſa prominet,non ab interiori, cal-
cem & vniuerſum pedem trahunt ad partem poſteriorem,eiuſmodi habitum pedis, græce non-
nulli κάμπην,nonnulli ἔκτασιν nuncupant:quemadmodum,vbi pes in contrariam partem a priori
bus muſculis mouetur.alii ἔκτασιν,alii κάμπην nominant,in quo caſu (vt retuli) dici ſolet pes σιμοῦσ
θαι,id eſt ſimus fieri:in contrario nullum eſt nomẽ,de quo inter omnes conueniat, ſed nihilo dete
rius habet rerum peritia propter vocabulorũ diſſenſionem. Equidẽ abſque vocabulis,de quibus
non conueniat inter omnes,oratione vtrunque mihi clare videor explanaſſe.

*114 Minimum autem femur minuitur,quum in hanc partem promouetur,minuitur tamen caro vbi
que a poſteriori parte præſertim,ſicut in ſuperioribus quoque dictum eſt.Ergo quicunque recte educa-
ti fuerint,vti crure poſſunt,cum increſcunt,quanquam aliquanto breuius altero eſt,baculo tamen ful- H
ciuntur a parte cruris vitiati:nequeunt enim abſque calce ima planta conſiſtere,quod quibuſdam alia
de cauſa claudicantibus licet:quamobrem nequeant,paulo ſupra declarauimus: idcirco igitur baculo
egent.Iis vero,qui negligenter habiti fuerint,neque crure terram cõtingant,ſed id ſuſpenſum habeãt,
oßa magis minuuntur,quam aliis,qui crure vtuntur:circa articulos autem crus,quod ad rectum habi
tum pertinet,magis deprauatur,quam quibus articulus alio modo luxatur.*

Quidam ex ijs,qui huiuſmodi dictiones exponunt,tantam videntur earum habere peritiam?
vt [minimum] arbitrentur [nullo modo] ſignificare:[non minimum][maxime].hi ergo Hip
pocratẽ dixiſſe exiſtimarent his,qui ſic affecti ſunt,femur nullo modo minui. At minui ipſum cõ
ſtat,non æque tñ,atque vbi in alias partes prolabitur:cauſæ enim,ob quas minuitur, leuiores ſũt
in hoc caſu,q̃ in illis. Duas autem cauſas reddidimus,inſtrumentorum deprauationem, & actio-
nũ noxam,ob quam parũ crure vtuntur.ſed,quum in hanc partem femoris caput erumpit, præ-
terquam quod inſtrumenta non admodum deprauantur,actio ipſa cruris non multum læditur.

GALENI

GALENI IN HIPPOCRATEM DE ARTICVLIS COMMENTARIVS QVARTVS.

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

De differentiis, ac de Curatione Luxationum tractat, quæ in Cruribus, & Manibus, horumque partibus contingunt, Ratio item interponitur Excidendorum ossium, & Structuræ illius machinamenti, quod Scamnum Hippocratis appellatur.

1 B VT *summatim igitur dicamus, articuli, qui excidunt, & elabuntur, non eodem modo sẽ per excidunt & elabuntur, modo enim multo plus, modo multo minus. Vbi quidem multo plus & elabuntur & excidunt, in vniuersum maiori negocio restituuntur: ac nisi reuertantur, ossa, caro, atque habitus, & magis & apertius deprauantur, vitiantur q̃. At, quum minus excidunt & elabuntur, ossa hæc facilius conduntur: & vbi vel negligantur, vel reponi nequeant, minus debilitantur, & cum leuiore detrimento in hoc casu, quam in eo, quem proxime posuimus. In reliquis ergo articulis multum interest, magisne an minus sua sede excedant: sed vtrunque caput tam femoris quam humeri semper omnino æque prolabitur: quoniam absque vllo excessu simpliciter rotundum est, & cauo recipitur, quod in orbem est, & optime sibi aptatur: quocirca euenire non potest, vt in his articuli dimidium procidat: nam, cum rotundus fit, vel totus erumpet, vel intro reuertetur. Id ergo, quo de agitur, ex toto sua sede mouetur, alioquin nõ excideret: interdum tamen magis, interdum minus, a naturali sede recedit, quod magis femori euenit, quam humero.*

Non modo huius orationis, sed & omnium, quæ sequuntur, caput vnum est, luxata non mediocriter inter se differre, quatenus magis aut minus a naturali sede recedunt. nonnulla enim multum, nonnulla parum absunt, vtrunque autem magis aut minus patiuntur. In alijs quidem articulis res clara est, vt in cubito, manu, crure, pede, digitis: sed humeri & femoris caput indicat nõ posse paulum suo loco excedere (quod initium græci παράρθρημα dicunt) quum rotundum sit, & in cauum inseratur, quod oras in orbem habet, in quibus cõsistere caput nequeat, necessario enim, vel protinus reconderetur, vel ex toto excideret, v trunque tamen caput ait interdum longe, interdum paululum, a naturali sede recedere. vbi vero & plurimum & minimum datur, non paucas, quod ad plus & minus attinet, differentias intercedere manifestum est.

C

2 *Quando quidem nonnulla ex ijs, quæ a primo natali die sua sede mouentur, si parum exceßerint restitui poßunt, præsertim q̃, ad pedis articulos.*

Quod ait [primo natali die] nonnulli ad eos referunt, qui in vtero sunt: alij ad eos, qui nõ multo ante nati sunt. horum sententiam comprobant, quæ sequuntur, sed illi proculdubio errant, q̃ accipiunt in ijs tantum, qui in vtero sunt. satius enim est ad vtrosque orationem referre. Præterea quæ sequuntur cum aliis facere paulo post demonstrabimus, vbi eum locum aperiemus.

3 *Quibus à primo natali die crus varum est.*

Crus varum, id est in exteriorem partem conuersum: supra etiam nuncupauit κυλλόν, vbi spectare intro pedem ait, dixit autem pedis articulos, quoniam plures numero sunt, omnes iuxta tali commissuram siti, cum quo non vnum os tantum committitur. sura enim ab exteriori parte, ab interiori tibia, vtraque magno processu complectitur talum, cuius pars prior, quæ rotunda est, & quasi caput habet rotundum cruici superimpositum, a cauo excipitur illius ossis, quod scaphæ similitudinem refert, qua parte commissuræ pes potissimum & sursum extenditur, quum simus efficitur, & in posteriorem partem ducitur: sed & ab inferiori parte talus cum calce committitur, quomodo in libro de ossibus explanauimus, in quo exerceri iussimus eum, qui debeat in his expositionibus versari. Verum pes tunc potissimum varus redditur, cum tibia in exteriorem partẽ cedit, sic, vt inferior suræ processus, quo talum ab exteriori parte complectitur, sine vlla fulctura suspendatur.

D

4 *Plerique sanabiles sunt, nisi ita magnus exceßus sit, aut pueris iam adultioribus res incidat. Commodissimum itaque his est celerrime subuenire, antequam & pedis ossium, & carnis in crure magna admodum defectio sequatur.*

Adultiores

Adultiores vocat eos, qui plurimum increuerunt, quorum ossa non æque tractari & compo- E
ni possunt, atque infantium, propter mollitiem. Hinc itaque colligitur Hippocratem de ijs age-
re, qui nati iam sunt: at loquatur ne de illis, qui in vtero sunt, non similiter manifestum est, sed in
superioribus sæpius retulit in vtero matris articulos luxari.

5 *Modus ergo eius vitij, sub quo pes varus fit, non simplex est, sed multiplex. Plerunque autem varus redditur, non ꝙ articulus ex toto luxatus fuerit, sed quod pes consueuerit re aliqua exceptus figurari.*

Modum τρόπον dixit, quod verbum plerunque mutuari solet, quum de vnoquoque eorum lo
quimur, quæ inter se differunt singula: sed nunc agere potest, qua ratione pes varus fiat, quod mul
tis modis accidit. namque id, quod subijcitur, vtramque sententiam comprobat, quum ait [plerũ
que autem varus efficitur, non quod articulus ex toto luxatus fuerit, sed quod pes consueue-
rit re aliqua exceptus figurari]. Nam, quum inquit [non ꝙ articulus ex toto luxatus fuerit] vnũ
quẽdã vitij modum expressit: quum vero dixit [sed ꝙ pes cõsueuerit re aliqua exceptus figurari]
vndè is fiat, ostendit. Neq; alienum est deprauari tenera & veluti cerea infantium ossa, prauè a nu
tricibus figurata, cum in cunis collocantur quodammodo contorta, vel pluribus velamentis in- F
uoluta, vel sic, vt a quibusdam etiam vrgeantur, a quibus omnibus deprauationes fiunt.

6 *Hęc autem in curatione animaduertenda sunt. Os cruris, quod ad talos extat, ab exteriori parte in interiorem propellendum, dirigendum ꝙ. est: calx contra è regione eius in exteriorem repellendus, vt ossa, quæ excesserunt, inter se concurrant, & in medio, & a latere pedis: digiti ꝙ. omnes vna cum pollice repellente in interiorem partem inclinandi, atque ita cogendi sunt.*

Scribit ipse in libro de fracturis, "Crus binis ossibus continetur, quorum alterum altero tenuius
Sect. 3. t. 347. 336. est, ab vna parte multo, paulo ab altera. solent autem recentiores hoc os quod ab exteriori par-
te situm est, græce nominare περόνην. Iubet igitur, vt illud in interiorem partem cogatur, simulque
calx repellatur in exteriorem, idque præsertim ex calce, quod e regione est, cruris videlicet, quod
super ipsum naturaliter situm est. De hac autem restituendi ratione antea sæpius mentionem fe
cit, quæ omnium communis est: siquidem necesse est, quod naturali sede excessit, in pristinum lo
cum propellere: & quod subiectum est, in contrariam partem adducere, vt ossa inter se concur-
rant. Quæ subiicit de ipsis dirigendis, euidentissima sunt ijs, qui in memoria habeant, quæ superius
diximus in expositione huius libri, & ante, eius, qui de fracturis est. siquid autem occurrat, quod G
obscurius videatur, illud duntaxat enodabimus.

7 *Deligare item conuenit adhibito cerato, quod resinam copiose acceperit, & fascijs mollibus, non paruis, neque admodum arctatis.*

Partibus compositis aptatur ceratum, quod resinam acceperit, quoniam fasciæ cuti melius in-
hærent, & partes corporis magis siccantur. ex eo quod fasciæ inhærent, sequitur, vt partes, quę cu
rantur, immobiles, vt compositæ sunt, seruẽtur: ex eo quod partes siccantur, vt spissentur, & con
firmentur, quæ res etiam composita fideliter tuetur. Porrò autem fascias molles adhibet ob cor
porum mollitiem, quę infantium corporibus propter ætatem inest, quas leniter adstringit, cauẽs,
ne vehementer arctatæ comprimant, præcipue cum corpora mollia sint. sed quia minus adstrin
git, idcirco imperat, vt plures fasciæ injciantur: scripsit enim vinculi firmitatem vel pressu com-
parari, vel numero fasciarum.

8 *Non secus autem circumagenda fascia est, quam si pes manibus dirigendus sit, vt paulo magis valgus appareat.*

Hoc item præceptum communiter ad luxata fractaque omnia pertinet, quod sæpius ab ipso
memoriæ proditur. non enim vult in dirigendo, quæ composita sunt, in naturalẽ sedẽ exquisitè H
restituta, ita relinqui, sed paulo vltra compelli vt ad contrariam eius loci, in quẽ diu peruersa spe-
ctarunt, a nobis impulsa, consistant in medio, quod prorsus secundũ naturam fuit: nam si colloca
ta in hoc dimitterentur, ad diuturnam deprauationem redirent. Constat autem prȩceptum hoc
dimitterentur, ad diuturnam deprauationem redirent. Constat autem præceptum hoc ad id con
silium pertinere, quod in curando maxime commune est, in quo contraria contrariorum esse p̃-
sidia docuit: quum nec refrigerata, moderate calefaciamus: nec calefacta, moderate refrigeremus
sed eatenus a medio in contrariam partem recedamus: quatenus in alteram morbus receſſit. Nũc
quia pes varus est, cui vitio contrarium id est, sub quo valgus efficitur, idcirco Hippocrates iubet,
dum componitur, vt in valgum conuertatur, scilicet vltra sedem prorsus naturalem.

9 *Solea item conficienda est, aut ex pelle non multum dura, aut ex plumbo.*

Hoc etiam ad habiliendam iuncturam molitur: quamobrem iubet ipsum postremum omniũ
super iuncturam deuinciri, vt eam totam contineat, & carnem ipsam non comprimat, id quod
sequentibus expressit, inquit enim.

Alligandaꝙ.

A 10 *Alligandaquè non vt cuti insidat, sed cum postrema lintea circundantur. vbiiã alligaueris, caput vnius ex fasciys, quibus vincitur, è regione minimi digiti assuendum est illis fasciys, quæ sub pede sunt, vt dum moderate se habere videatur, fascia sursum ducta circa posteriorem cruris partem, quæ carnosa prominet, voluatur, atque ita firmiter maneat. Sed (vt vno verbo dicam) quasi ceram fingamus. debemus & manibus in naturalem sedem compellere, & vinculo similitr non magnavi, sed leniter, adducere.*

E regione minimi digiti, hoc est, ab exteriori parte pedis fasciam appẽdit, quam attrahit ad posteriorem partem cruris, quæ carnosa prominet, quando quidem pedi varo medetur. quod si valgum curaret, ab altera parte fasciæ caput assueret, quoniam inclinare pedem oportet in contrariam partem atque conuertitur, sic, vt, quæ extra spectant, compellãtur intro: quæ intro, similiter in contrariam regionem cogantur.

11 Assuendæ autem fasciæ sunt, vt quomodo opus est, suspẽdantur: alia enim deprauatio aliam suspẽdendi viam postulat.

Quod ego nuper posui, ipse nunc declarat, alijs deprauationibus alias suspẽdendi rõnes accõmodari. constat aũt vbi pes in interiorem partem spectet, ita suspendendum esse, vt extremum crus in interiorem partem compellatur, pes in exteriorem: vbi pes in exteriorem inclinatur, ita,
B vt crus in exreriorem, pes in interiorem vrgeatur: vbi in vtramuis partem paulũ excesserit, appẽpensa fascia moderate in contrariam partẽ cogi debet; qui lõge a naturali situ recessit, validius repellendus est. Ideo deprauationẽ (quam χάλωμα dixit) cõe nomen omnium prauitatũ accipito.

12 Calcei verò e plumbo instruantur, qui super iunctura obligentur, ad eam formam, quam Chię crepidæ habebant. quib. opus non est, si quis manibus recte componat, recte item fasciys alliget, recte suspendat. Curatio igitur hæc, neque sectionem, neque vstionem, neque aliam varietatem requirit: celerius enim opinione huiusmodi vitio curationi ceduni, tempore tamen superanda sunt, dum corpus iusto habitu increscat.

Quænam fuerit chiæ crepidæ forma, non satis patet, qm̃ neq; Hippocratis seculo in vsu erat: atq; idcirco inquit [ad eam formã quam Chiæ crepidæ habebant] quum potuisset dicere [hẽnt]. Constat aũt infantibus, cum diriguntur, id calciamenti genus maxime idoneum esse, quod ad vnguem pedem excipit, & carnem non comprimit: ad quam rem spectantes, parare nunc idoneum calciamentum poterimus, quamuis, cuiusmodi chiæ crepidæ fuerunt, non requiramus.

C *13 Vbi autem ad calceos veniatur, aptissimi sunt, qui per loca luto plena gestari solent, πηλοπαρίδες nũcupantur.*

Veniunt ad calceos pueri, qui curantur, quum pars, quæ dirigitur, confirmata fuerit, & aliquid increuerit, atque ossa ipsa non amplius mollia sint. nam nec permittendum est, vt prius inambulent, ne pars ad priorem deprauationem iterum reuertatur, at vbi tuto ingredi possunt, calceis vtantur licet, quos Hippocrates ἀρβύλας appellat. est autem calciamenti genus cauum, quod arcte pedem vniuersum exquisite vsq; ad talos complectitur. Manifestum est autem eiusmodi esse, ex eo, quod Hippocrates subijcit, quum inquit [πηλοπατίδες nuncupantur], hoc enim nomen inuentum est: quod si per π scribatur, πηλοπατίδες, ductum erit a luto, quod πηλός græce dicitur, quum ab ipsis lutum calcetur, calcari enim πατεῖσθαι dicũt: si per β, πηλοβατίδες, à luto similiter, & a verbo ambulare, quod βαίνειν dicunt, quum, qui ijs vtantur, tuto in luto ambulent.

14 Namque hoc calciamenti genus à pede minime cœrcetur, sed magis ipsum coercet.

Et natura, & vsu, alius homo alio modo inambulat, alius enim pede prorsus recto, alius in interiorem partem inclinato, alius in exteriorem: atque insuper alius planta, iam alius calce magis ingreditur, alius æque toti pedi insidit; quin & calcei videntur semper, in ambulandi modo similes reddi, vbi neque alti sint, neque exquisite pedem comprehẽdant: quorum calceorum si quem
D intuearis, coniicere licet, quomodo ingrediatur, qui illis vtitur, calceus enim rectus & in neutram partem inclinans, sed talis permanens, qualis structus est a sutore, hominem recto pede ingredi denunciat: sed, si vel intro, vel extra spectet, inambulantis pedem conuerti in eam partem demõstrat. Idem euenit, vbi calceus vel in posteriorem, vel in priorem partem vergit. Non secus etiam claui, vbi attriti magis sint vel ad calcem, vel ad plãtam, vel ad exteriorem partem, vel ad interiorem, indicio sunt ambulantis pedem in eas partes conuerti. Hunc igitur calceum Hippocrates coerceri ait a pede, hoc est superari. sicut a contrario, qui rectus seruatur, & in neutram partem declinat, coerceri pedem, cogique rectum, ac sine inclinatione terræ insidere. caput autẽ huius structuræ id est, vt calceus vniuersum pedem arcte contineat, & abunde altus sit: arcte autem complecti pedem non potest, nisi multis locis findantur. Quamobrem venatores huiusmodi calceis induuntur, cum per inæqualia loca, & saltare, & currere necesse habeant, in quibus obtorquentur, conuelluntúrque iuxta talos, nisi calcei ex toto cuti hæreant.

15 *Idonea item est ratio calciamenti Cretensis.*

In Asia

In Asia nostra,& non minus in Creta nunc calciamenta in vsu sunt, quæ ad medium vsque E
crus pertinent,in quibus fissa pellis est multis locis, & ab vtraque parte dextra scilicet & sinistra æqualiter extenta:extremis partibus foramina habet,per quæ tiaiectum lorum partes pellis inci sas inter se contrahat. In aperto autem est huiusmodi calceis pedem cum vniuersa commissura, quæ ad talos est contineri,atque adstringi. hic autem vtuntur apud nos venatores potissimum, quum feras sectantur:quandoquidem in asperis,atque inæqualibus locis non solum currere, sed saltare etiam coguntur.Eadem causa Cretenses ad talium calceorum vsum impulit ob vastos in sulæ montes,atque asperitatem.

De Ossibvs, Qvae Excidvnt Simvl Et Nvdantvr.

16 Vbicunque cruris ossibus luxatis accedẽte vulnere articuli,qui ad pedem sunt siue in interiorẽ,si ue in exteriorem partem,penitus excedant,reponendi non sunt.sed sinendum est, vt cui placet medico F
eos reponat:scire enim conuenit,vbi repositi seruentur,hominem decedere,paucis q; diebus uitam trahe re:nam pauci septimum diem excedunt,cum neruorum distentione absumantur.

Ossa κνήμης,id est cruris,suram intelligit ac tibiam,quę κνήμη græce dicitur,& cognominis est cũ eo toto,quod inter genu & pedem est.nudantur autem hæc & cute excedunt,ad vtranque cruris commissuram,cum pede scilicet & cum femore. Ante igitur tractat de commissura cruris cum pede,imperans,vt,vbi tibiæ os luxatum nudetur,à reponendo caueamus,propterea, quod neruorum distẽtio superueniat:quod vbi incidat,dictum est in opere de fracturis,musculos alios cõuelli,alios contineri,& continuatos seruari.Vbi ergo ad suum initium contrahantur, vniuersum membrum breuius redditur,sequitur enim,quum a musculis attrahitur. quare si quis extendens os extans reponat,musculi & ipsa intentione non mediocriter lædentur,& longitudine membri simul distenti dolorem sentient intolerabilem.atque idcirco,quum musculi grandes sint, neruorum distentionem sequi necesse erit:nam & vbi exigui essent,quemadmodum in digitis, neq; sic res periculo vacaret.Multi tamen ex his ob summam in curatione diligentiam seruantur. Hactenus,quod curationi vtile erat.supereſt quæstio quædam ad locutionem spectans, quæ curationi non prodest,aut officit:vt si requirant aliqui,cur Hippocrates de cruris ossibus ἐξαρθρεῖν id est luxari dixerit,quum id vitium esse eorum ossium affirmet,quæ in cauis se insinuant, non eorum, quæ processus accipiunt, hos enim vocat ἄρθρα id est articulos,vt ante sæpius ostendimus.nõ debuit igitur (inquiunt) dicere ἐξαρθρεῖν de crure,sed de talo.Ijs,qui hæc requirunt,respondendum est id,qd in prioribus sępenumero diximus,Hippocratem eo tantum intendere,vt propositam rem exprimat,quod ipse Plato & præcipit,& primus exequitur.Alibi autem demonstrauimus veteres non alio quam huc spectasse:solus enim Prodicus studuisse videtur tenui huic nominum inquisitioni, quam, qui Prodicum sequuntur, solent exquisitam diligentiam nuncupare.Hippocratem vero nihil obscurius rem expressisse,ex verbis eius aperte conspicitur,quum inquit [vbicunque cruris ossibus luxatis articuli,qui ad pedem sunt,penitus excedunt.] nam,si omnino dempseris verbum luxatis,apertum est quod proponitur.sed Hippocrates hoc adiecit,nihil respiciens ad tenuẽ huiusmodi nominum inquisitionem,cui qui student,plerunque non sunt eloquentes:nam, qui dicendi facultatem habent,ad vim enunciationis respicientes, verba singula non attendunt,sed H
græcorum more illis vtuntur,quorum copiam habent,quomodo videtur nunc Hippocrates loqui,volens ossa cruris a commissura recedẽtia cute excedere.si quis enim id,quod extat,& extra commissuram valde prominet,luxatum dicat,clarius rem exponet, auditoremque imagine rei docebit.

17 Pedem in super & crus gangræna prehendit:quæ sic futura esse certum scire conuenit.

Gangrænam quoque his superuenire ait,ob inflammationis scilicet magnitudinem, vbi excedentia ossa recondita fuerint. Inflammaræ ergo partes,cum rubor inflammationis recedit, liuidæ euadunt,minuique dolor videtur,eo quod sensus torpeat:sed,vbi,quæ sic affectæ sunt, ex toto sentiendi facultate carent, græce id vitium non amplius gangræna,sed sphacelus vocatur. Inter hunc autem & maguam inflammationem media gangræna est,quæ tanto grauior eiusmodi inflammatione est,quanto leuior sphacelo:sub hoc enim natura membri vniuersa corrumpitur:idemque, vbi iam hæret, curationem non admittit,sed solum à principio. cum nondum sphacelus est,sed magna gangræna sphacelo vicina. Verum abutimur interdum vicinorum affectuum nominibus ad eos significandos,qui ad hos accedunt, quanquam nondum ex toto ipsorum speciem & naturam habent.sic igitur & ingentem inflammationem, cum non amplius A.l.4.f.3. t.1.c.15.f. 454.b

suum

A ſuum colorem tuetur,doloriq́ue eſt,interdum nominare gangrænam conſueuimus,quæ quamuis gangræna nondum penitus ſit,futura tamen eſt paulo poſt,ſi negligatur.

18 Nec mihi etiam videtur idoneum eſſe veratrum eodem die datum & rurſus epotum, ſed vt quouis tale ad idoneum proxime accedere,cui tamen confido. Quod neque ab initio reponantur,neque tentet aliquis ea reponere,pleroſque ſe explicare manifeſtum.

Tractauimus de vſu veratri ad eiuſmodi vitia in commentarijs in librum de fracturis.

19 Fulci e autem crus & pedem oportet eo modo,quo ipſe velit.

Fulcire crus & pedem ἐρμόσθαι dixit,hoc eſt,ſtabiliter collocare:quo ſpectans imperat,vt membrum figuremus,quemadmodum maxime cubantem iuuat.nam,quod ait, [eo modo quo ipſe æger velit] huc euadit.

20 Tantum ne dependeant,neve moueantur.

Eius quod nunc ait [neve moueantur] vim ante propoſuit,cum fulcire præcepit, quod ſignificauit verbo ἐρμοσθαι. Neque enim aliud eſt fulcire membrum,quam ab omni parte ſtabiliter col-
B locare,ſic,vt nullo pacto moueri poſſit.Recte autem adiecit[ne dependeant.]præfatus enim cõtinendum a nobis membrum,quemadmodum cubantem iuuat,non ignorans contineri membrum poſſe etiam dependens,edicit,vt eiuſmodi habitum vitemus,cum ad affectum locum materiam concitet,quæ cauſa inflammationis eſt.Meminiſtis quidem eius,quod narrauit in ſuperiori opere de crure figurando,vbi extentum pedem collocari voluit,paulo ſublimiorẽ, quam vt exquiſite rectus ſeruaretur:nunc vero permittere ægris videtur,vt ipſum rectum habeant. nam cũ tribus modis figurari poſſit,dependens,rectus,ac tertio in ſuperiorem partem ſpectans,permittit ægrotanti,vt quo pacto velit,crus figuret,modo non dependeat:ſed antea præceperat, vt ſublimiorem duntaxat contineret. Perſpicuum itaque eſt,Hippocratem in huiuſmodi affectibus, eo potiſſimum incumbere,vt dolor vitetur, veritus ne ſequatur neruorum diſtentio,quam in neruoſis partibus" dolor maxime infert.quamobrem,ſi quæ hoc modo vitiata ſunt,neque refrigerentur,neque dolore tententur,neruorum diſtentione prehendi minime poſſunt.

A.li.3.f.2. 5.f.215.e.

21 Mederiq́, cerato,quod picem habeat,paucis pannis ex vino madentibus non valde frigidis, quandoquidem frigus in his neruorum diſtentionem concitat.

C

De his quoque iam loquuti ſumus.nam ceratum,quod picem habeat,vlceribus accommodatur:vinum, præſertimque (vt ipſe docuit) nigrum & auſterum affectas partes inflammari non patitur.Quod autem inquit fugiendum eſſe frigus cum neruorum diſtentionem efficiat, in carnoſis partibus forte aliqua expoſitione indiget,in neruis euidentiſſimum eſt,quibus vtrunque ineſt:nam & facile refrigerantur,vt qui natura frigidi ſint,atque exangues:&,cum læduntur, in diſtentionem incidunt,cum neque in alia parte diſtentio incidere poſſit,niſi nerui afficiantur. commiſſuras vero inter alias partes maxime neruoſas eſſe manifeſtũ eſt,in quibus muſculi poſita carne,quam alius ſuis partibus habebant,in chordas degenerant.Quare magis inquirendum eſt,cur vtatur modice frigido,quum non mediocriter frigidum,ſed calidum adhibendum videatur: cuius ratio ſic habet.In curandis partibus exulceratis propoſitum eſt, vt ab inflammatione defendantur:defendentur autem,ſi nullus humor ad eas concurret,quam rem eas refrigerando conſequemur.nam,ſi admoueantur,quæ calidum & humidum corpus efficiunt ſtatim rubicundius, paulo poſt tumidius ipſum exhibebunt,& in alium affectum inflammationi ſimile.n compellẽt. contra omnia præſtant,quæ refrigerant,cum non modo nihil humoris a ſuperioribus partibus
D ad refrigeratum locum concitent,ſed quod in eo ſubſiſtit,exprimant,& ad proximas partes depellant . Eſt autem refrigerantium duplex genus, quædam aduentitia qualitate tactu frigida ſentiuntur:quædam innatam refrigerandi facultatem habent.adſtringentia quidem frigida ſunt, ſicut in opere de ſimplicium medicamentorom facultate demonſtrauimus,vbi reliquũ genus refrigerantiũ ab his diducitur:ad hoc ſpectat papaueris lachryma,mandragoræ ſuccus,cicuta,& cętera,quæ madefaciunt ſimul & refrigerant.nanq; auſtera oĩa terrenã naturã habent cũ facultate refrigerandi. De vſu autẽ horũ medicamentorũ non pauca ſcripſimus in eo volumine, quod eſt de ratione curandi,nec non in cõmentariis in librũ Hippocratis de vlceribus. Sed quod ad hunc locũ pertinet id nouiſſe abunde eſt,quod madefacientiũ & refrigerantiũ medicamentorũ vis penetrat omnino ad altiores partes eorũ corporum,quibus admouetur,citoq́ue ipſas vltra debitũ refrigerat,torporemq́ue affert potentiæ corpora adminiſtranti. Quæ vero cum refrigerandi vi terrenam naturam habent (vt oſtenſum eſt in libris,quos commemoraui) ad confluentes ſuccos depellendos maxime aptantur,atq; hac de cauſa illis vtimur.ſed quia calor ad ſe humores concitat,ideo aduentitia qualitate frigida admouemus,neque illa calefacimus.Nũc vero quod ſpectat ad exulceratarum partium affectum , Hippocrates frigidis vteretur,quemadmodum & in alijs

vulneribus:ſed quatenus neruorum diſtentionem timet, quàm afferre frigus ſolet, veretur ex to E
to frigida imponere,atque idcirco adijcit,cum de his loquitur[non valde frigidis].

22 Recte etiam folia betæ,vel tuſſilaginis, vel cuiuſpiam alterius talis,in vino nigro auſtero ſemicocta,vlceri atque adiectis partibus imponuntur.

Tuſſilago herba quædã eſt propoſito affectui ſalutaris,quum modicè ſiccet, id quod in omnibus vlceribus requiri demonſtrauimus. De vino aũt nigro atq; auſtero loquuti ſumus in commentarijs in librum de fracturis hoc repellendi facultatem habet, ſimiliter vt alia vina, & cum craſſiorum partium ſit,q̃ ipſa,exulceratas partes non mordet:ea de cauſa præſtantius eſt.

23 Tepido idem cerato vlcus inungitur.

Admouet nunc ceratum, non vt vlceri medeatur. oſtendimus enim in expoſitionelibri de vlceribus,vitari ab Hippocrate huiuſmodi medicamenta, quæ vlcerũ glutinationem prohibẽt: F
ſed qm̃ nunc vlceri quatenus vlcus eſt,non ſuccurrit,quum neque id glutinare propoſitum ſit, ſi cut alia recentia vulnera.Primum autem curationis conſilium eo ſpectat, ne homo neruorum diſtentione prehendatur,quocirca neque reponendum articulum cenſet, ſed magis permittendum,vt crus ex vlcere turpiter claudicet. Non tamen ſimpliciter adhibet lenia medicamenta, quæ vocat in libro de vlceribus μαλθακώδη, quamuis poſſint inflãmatas partes lenire. primo enim eo incumbit,vt inflammatio minimè oriatur,atque idcirco repellentibus vtitur:neque his rurſus per ſe,quemadmodum in alijs caſibus,timet enim neruorum diſtentionem:ſed compoſitam curationis rationem indicat,per medicamenta contrariæ facultatis iuſto modo inter ſe mixta, quò maxime tendere in ſequentibus videtur. ad quæ iam animum adiungito.

24 Quod ſi hybernum tempus fuerit,lana quoque ſuccida madens ex vino atque oleo tepido imponenda eſt.Et per fuſione inſuper vtendum.

Neque medicamẽta tepida adhiberet,neque oleum prorſus adijceret,ſi loco ſubueniret,quaſi ſimpliciter vlcerato,ſed(quod ſupra retuli)veretur neruorum diſtentionem: atque ob eam rem oleum admiſcet,& tepida cuncta ſuperimponit,nec,vt qui tantum pugnet contra neruorum diſtentionem,vlceris curationem relinquit:ſed neque ad vlcus ſpectat duntaxat,mixti enim morbi G
mixta quoque præſidia exigunt. quo circa præcipit,vt lana ſuccida inducatur, quam οἰσυπηρὰν dicunt,propterea q̃ œſypum habeat.quandoquidem(vt in libro de ſimplicium medicamentorum facultate oſtendimus)huius medicinæ ꝓprietas ſimplex non eſt,ſed mixta ex contrarijs qualitatibus ac viribus,adſtringendi ſcilicet & modice calefaciendi.Perfundi autem voluit hos affectus, non hyeme tantum,ſed æſtate etiam:hoc ſiquidem,quod in fine ſubdit,commune eſt totius propoſitæ curationis,qm̃ huiuſmodi affectus non hyeme duntaxat aſſiduam perfuſionem requirũt, quũ æſtate quoque eò magis eam poſtulent q̃ hyeme, quò tunc his lana impoſita magis ſicceſcat.imperat igitur,vt hæc omnia aſſiduè perfundantur: id vero quo perfundimus tale eſſe debet, quale in principio protinus curationis admoueri iuſſit, nempe vinum æſtate per ſe,hyeme cum oleo. Caloris autem modum conijcies ex temperamento aeris,in quo viuimus: vbi enim valde frigidum fuerit,humoris,qui perfunditur,calorem augebis:vbi calidũ,remittes.ad calidi enim vſum nunquam venit,quo circa caloris modum augens atque remittens,pro ambientis cœli tẽperamento variabis.in quibus omnibus meminiſſe debes eorũ,quæ in vniuerſum dixit,nec omnia vbique velle percipere.At quænam hæc ſunt?nimirum ea,quæ in commentariis in eas ſentẽtias Hippocratis,quæ aphoriſmi inſcribuntur,& in aliis compluribus,recenſenda duximus:quorum,vbi vnum aliquid poſitum fuerit,omnium,quę eandem vim habẽt,meminiſſe oportet,exiſtimare ſermonem in omnibus accipiendum eſſe,quaſi omnium communis ſit.Sic igitur & nũc H
Hippocrates hyberni temporis meminit:tu vero regionem,ætatem,vſum,corporis naturam reuocare in memoriam debes,nempe regionem frigidam,ætatem ſenilem,vſum eorum, quæ corpus refrigerant,corporis naturam frigidiorem.ſiquidem hæc omnia idem hortantur,ac tempus, cuius Hippocrates meminit.Sed quemadmodum hyeme curationem calidiorẽ adhibet, ſic æſtate contra tu frigidiorem admouebis:& ſicut in æſtiuo tempore,ita in ætate in regione,conſuetudine,& natura corporis calida.quod ſi omnia calefaciendum eſſe denuncient,calidioribus præſidiis vteris:ſi refrigerandum,frigidioribus:ſin alia ad calefaciendum,alia ad refrigerandum hortẽtur,ipſorum numerum ac vim ſpectabis.ſic enim maxime conuenientem calefaciendi & refrigerandi modum coniicies.

25 Neque vlla re quidpiam deuincies,neque aliquid impones.Scire enim licet huiuſmodi vitijs, omnibus modis alienum eſſe preſſum & onus.

Subtrahit in hoc caſu nõ modo eas faſcias,quæ primæ iniiciũtur,quas vbiq; ad cõminuta & ad luxata

A luxata ossa adhibuit,sed & eas,quæ super lanam voluuntur.cuius rei causam ipse reddit,cum in quit [hmõi vitijs omnibus modis alienum esse pressum & onus].sufficit autẽ ipsis solummodo lanam imponere,quæ cum mollis sit,& leuis,oneri esse non potest.hoc autem timet, non vt qui vlceri medeatur,sed vt qui nudatis attritisque chordis ac neruis caueat,ne distendantur.

26 Ad hæc autem pertinent nonnulla ex ijs medicamentis,quæ cruentis vulneribus injiciuntur, ea scilicet,quæ idonea sunt,quibus imposita,lana vino perfusa,longiorem moram trahat.

Medicamenta,quæ vulneribus statim inijciuntur,& in his libris,& in eo,qui de vlceribus est, ἔνραμα appellat,inter hæc,quæ longiori tempore resoluuntur,& interim,dum soluantur,perfundi possunt,admoueri potissimum debent: siquidem constituit, quemadmodum in tota reliqua curatione,eò spectandum esse,vt leniendi vim habeat.hac enim de causa neque vinculum impo nit,neque frequenter soluit.Ex medicamentis autem,quæ cruentis vulneribus protinus inijciun tur,ea longiori temporis interuallo soluere licet,quæ validiorem siccandi facultatem habent, ea tamen cautione,ne ob vehementem vim contrahendo lædant. Duo autem medicamenta, quæ
B nota nobis sunt,gratia exempli commemorabo,leguntur enim in omnibus libris de medicamẽ torum compositione,quales sunt duo Andromachi,& vnus Heræ,& aliorum permulti.compo nuntur medicamenta hæc ex bitumine:alterum Barbarum,Cyzicenum alterũ nominatur. hoc cum magis siccet,quam opus sit medicamentis,quæ cruentis vulneribus inijciuntur, obest magis quam prosit,cum membra contrahat,& dolorem afferat:alterum vero medicamentorũ ido neum est,si moderata mixtura fuerit,ex ijs siquidem nonnulla plus iusto exiccant, & dura sunt. verum de huiusmodi medicamẽtorum discrimine in opere de compositione ipsorum fusius tra ctauimus.Quæ post hæc ab Hippocrate scribuntur,magna ex parte plana sunt,si quę supra,& in commentarijs in librum hunc de articulis,& ante in eum,qui de fracturis est,prodidimus,in memoria habeantur.

27 Quæcunque autem ex ijs medicamentis,quæ cruentis vulneribus protinus injiciuntur,paucorum dierum sunt,vel picem accipiunt,nõ æque atq; illa proficiunt,quandoquidẽ vlcerũ purgatio porrigitur in longius tempus,diutius.n.madent:horum tamen nonnulla vtiliter deligantur.Scire autẽ aperte cõ-
C *uenit necesse esse hominem turpiter claudicare,quũ versus partem superiorem pes trahatur,& ossa lu-xata ab exteriori parte promineant.Fere.n.nullum ex ijs ossibus nudatur,nisi paululũ quid,neq; recedit,sed cicatrix inducitur tenuis:atq; infirma,eaq; non nisi multum tẽporis conquiescant:alioquin periculum est,ne remaneat vlcusculum,quod curationem non admittit.Sed,quod ad propositum malũ attinet,si hac ratione curentur,seruantur:si articulus reponatur,maneat q;,in exitium præcipitantur.*

Quænam ex iis medicamentis,quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, paucorum dierum vocet,non magno negocio inuenies,si in memoria habeas,quæ in explanatione proxime positæ orationis tradidimus.patet enim eum sic appellare, quæ ex paucorum dierum interuallo soluuntur.ex interuallo autem paucorum dierum soluere conuenit, quæcunque ex propositis infirmiora sunt:patiuntur enim in vlceribus multum colligi saniei, eo quod non satis exiccent. Hæc a nonnullis ex veteribus resina extrinsecus excipiebantur,quorsum nescio.multa enim dici possent:sed,quum Hippocrates ab omnibus his medicamentis abstineat.longius labi operæpretium non est:in opere enim de medicamentis, quæ de his scire conuenit,omnia exequuti sumus nunc autem,quod attinet ad proposita,satis hæc sint.Quæ sequuntur omnia præteribimus, quũ manifesta sint ijs,qui eorum meminerint,quæ ante explanauimus.

D

28 Eadem ratio est,si brachij ossa ad manum adiecto vlcere,sive in interiorem partem,sive in exterio rem excedant:certum enim scire conuenit,hominem paucis diebus interiturum tali genere mortis,qua le supra posuimus.si reposita ossa fuerint,continentur q;:sed,si nemo hæc vel reposuerit, vel reponere tentarit,longe sæpius liberatur.Cui malo mederi eadem ratione expedit,qua supra diximus: deprauationem vero deformem reddit,ac digitos manus infirmos atque inutiles fieri,necesse est.

Quemadmodum in crure totum id,quod inter talum & genu est,& duobus ossibus contentũ κνήμην appellant:sic brachium,quod inter manum & cubitum est,πῆχυν,quod similiter nõ ex vno osse,sed ex binis constat,quorum alterum κερκὶς,id est radius,alterum græce πῆχυς proprie nominatur,id est cubitus:quod similiter venit κατὰ τὴν κνήμην,hoc est,in crure.commissura igitur, quæ ad manum est, commissuræ tali respondet:quæ ad cubitum,illi,quæ ad genu. Maiorum tamen partium mala,seu fractæ,seu prolapsæ sint,semper grauiora sunt.quam rem si animaduertas,exigua expositione ad sequentia indigebis.

29 Nam digiti,vbi ossa in interiorem partem luxentur,curuari non possunt:vbi in exteriorem,extẽdi.

Cur luxari dicat in superioribus ostendimus,vbi cruris ossa adiecto vlcere dixit ad pedem luxari:nunc reddere causam volo,quamobrem,cum brachium accedente vlcere in interiorẽ par-

tem prorumpit,digiti cuuari nequeant.in hoc casu sane accidit,vt brachii ossa ab interiori regio E
ne ossibus,quæ in prima palmę parte sunt,superinsidãt,ab exteriori subijciãtur,quum prima pal
mę pars tendatur a chordis,quæ ab exteriori parte ad ipsam perueniũt,tursumque ad humerum
tendunt,quod,quum euenit,necesse est digitos versus exteriorem regionem trahi,quo fit,vt ex-
tendantur.idcirco neque flecti ex toto possunt,cum exteriores musculi, & chordæ flectentibus
renitantur,sæpius enim diximus perfici actionem non posse,nisi oppositi musculi ijs pareant, q
agere nituntur.Hinc etiam fit,vt digiti minime extendantur,cum brachii ossa in exteriorem par
tem mouentur.interiores enim musculi,& chordæ vehementer intenduntur,atque idcirco cum
cedere exterioribus nequeant,necesse est exteriorum actio intereat.Sed & ipsorum ossium posi-
tus,cum brachium in interiorem partem elapsum primæ palmæ parti insidet, prohibere flexum
potest:cum in exteriorem promouetur,porrectionem.

30 Vbicunque autem cruris os ad genu cute siue in interiorem siue in exteriorem partem excedit,qui-
bus reconditur,maturius intereunt,quã alij,quamuis illi quoque vitæ periculum instet:sed,si curatio
nem adhibeas,reponere minimũ tentans,hac via tantũ spe salutis supersit:hæc aũt ossa eo magis peri-
culosa sunt quã cætera,quo superiora sunt & robustiora,& a robustioribus prolabuntur.Quod si femo- F
ris os ad genu luxetur,vbi ponatur,maneat q̃, maiori vi,& citius adhuc homo absumitur,quam supe-
rioribus casibus:si non reponatur,res longe periculosior est,quam in superioribus:hæc vna tamen salu-
tis spes superest.

Hoc etiam,& id quod proxime subdit,non parum comprobat,quæ paulo supra indicauimus de ossibus,& ad talum,& ad manum cute excedentibus.neque enim talus in commissura cruris, quæ ad pedem est,nudatur,neque prima palmæ pars in commissura cubiti cum manu,sed in cru re ossa cruris,& in brachio similiter ossa brachii.iure igitur excedere hæc,& luxari dixit, vt,quæ extra commissuram excedant.Nunc itaque crus interdum excidere inquit ad tali commissurã, ac modo ab exteriori parte,modo ab interiori:quanquam subdit,non crus,sed femur luxari,idq; non immerito,nam in commissura genu modo crus modo femur excidit , ad pedem vero crus duntaxat,sicut ad manum brachium.Cætera,quæ in hac oratione sunt,ijs patent,qui in memo-ria teneant,quæ supetius dicta sunt.

31 Eadem ratio est articulorum,qui ad cubiti cõmissurã sunt,nempe cubiti & humeri.Quæcunq;.n. G
ex his cum luxantur,cute excedunt,si restituantur,omnes mortiferi sunt:sin minus,res nõ omnino de-
sperationem habet,sed ijs,qui liberantur mẽbrum remanet deprauatum:magis autem mortiferi sunt,
si recondantur,articuli superiores,sed & ijdem,si non recondantur,alijs similiter sunt periculosiores .
Si cui ergo superiores articuli luxati,cũ vlcere cute excedant,vbi restituantur,celerrime in exitiũ præ
cipitant:vbi non restituantur,cæteris periculosiores sunt:curatio autem,quæ mihi commodissima vide
tur,iam exposita est.At quibus digitorum pedis,vel manus articuli luxati adiecto vlcere cute excesse-
runt,osse quidem non fracto,sed ab ipsa commissura recedente si reposíti maneant,neruorum distentio
nis periculum impendet,nisi recte attendantur:expedit tamen,vbi prædixeris summa cura & diligen
tia opus esse,eos reponere.Facillime autem & maxime prompte:magno q̃; cum artificio reponuntur ,si
adigatur paxillus,quemadmodũ supra diximus in ossibus fractis,luxatis q̃:quo facto quiescere homo
debet,cubareq;,& modico cibo vti:satius q̃ est leui aliquo medicamẽto,quo vomitũ citet,ip sũ purgare.

Meritò hic articulos dixit multitudinis numero,quemadmodum in genu:vbi vero de commis sura,q̃ ad talum,& de ea,quæ ad manum loquitur,nõ posuit articulos multitudinis numero.pro positã vero nunc partem non vno tantum articulo contineri in tertio commentario in librum de fracturis ostendimus.eãdẽ inquit rationẽ esse huius commissuræ,& eius,quæ ad genu, de qua prius tractauit:nam quemadmodũ ibi modo tibiã,modo femur,excidere dictum est,ita nũc mo H
do cubitus,modo humerus,in idem malum compellitur.Quæ sequuntur,omnia plana sunt.

32 Auxilium autem aduersus vlcera in medicamentis est,quæ cruentis vulneribus protinus inÿciun
tur;in illis scilicet,quæ perfusioni accõmodantur,aut in buphthalmo herba,aut in ijs,quæ fractis calua
riæ ossib. succurrunt;nihil aũt induci debet valde frigidum.Ac primi quidem articuli minime peri-
culosi sunt:superiores magis periculosi læduntur.Eodem autem die restituendi sunt,vel certe poste rio-
ri,tertio aut quarto minime;si quidem quarto die malum recrudescere maxime videmus:vbi ergo non
protinus recondantur,his diebus supersedendum est,contineri enim solet,quod intra decem dies condi
tur.Quod si reposito articulo neruorum distẽtio supernascatur,cito expelli debet,& subinde calido hu-
more perfundi.

Quænam ex medicamentis,quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, idonea sint,quæ p fundantur,antea declarauimus,præcipit autem,vt herbæ buphthalmi (quam πολυόφθαλμον appel-
lat)n on secus atque ante tussilaginis, quæ eandem vim habet,folia imponantur. huius quoque herbæ meminit Diocles in libro de oleribus.Totius autem curationis caput ait id esse debere, p in libro de vulneribus capitis demonstrauit,in quo ostẽsum a nobis est curationem requiri siccio rem,quam quæ in vulneribus,circa articulos præsertim.

Conuenit

A *33 Conuenit item uniuersum corpus magis curuatum esse, quam extentum: expectandum tamen est fore, vt repositi digitorum articuli abscedant, plerunq; n. ita accidit. si quæuis inflamatio superueniat. Quare, nisi vereretur medicus, ne vulgo imperitus haberetur, nihil reponere prorsus deberet. Ossa igitur, quæ ad commissuras sunt, si cute excedant, vbi recondantur (sicut ostensum est) periculosa sunt.*

Extentum esse non idē significat, atq; extendi, sicut neq; curuari, & curuatū esse. si quis. n. mē brum extentū dicat, vnum tantum exprimit eius habitū, rectum videlicet, qui neq; plus, neq; minus admittit: si curuatum, oēs eius habitus, qui post extensionem sunt, notat vsque ad vltimū flexum, qui quatenus maiores minoresq; sunt, inter se differunt. si quis extēdi & curuari dicat, motum, qui accidit, vbi mutatur habitus membrorū, significabit: nempe, quum extendi ait, eum, qui euenit in mutatione, quæ fit a summo flexu ad summam extensionē: quum curuari, eum, qui a sūma extensione rursus ad summum flexum. Nunc ergo Hippocrates curuatum, inquit, corpus esse magis conuenit, q̄ extentum, verbo [extentum] rectum habitum notans, quem solum vitandū censet: sed, cum ait curuatum, habitus medios inter hunc & extremum flexum significat, inter quos ille eligendus est, qui maxime accommodatur, modo qui parum, modo qui longius ab ex-
B tremo flexu abest. quo tempore vterque accipiendus sit, licebit & ex superioribus coniicere.

De Ossibvs Praecidendis

34 Quæcunque circa digitorum articulos ex toto abscinduntur, plerunque detrimentum non afferūt, nisi, dum secantur. homo animi defectione lædatur.

Nunc tractare incipit de ossibus præcidendis. aperte autem sic omnia narrat, vt mea explanatione opus non sit. illud duntaxat me præfari abunde est, quod fere quæcunque ab ipso traduntur, intelliges, si id spectes, quod ostensum est in articulis cute excedentibus (iuniores medici ἐκβυρώματα dicunt) dimetiendum, scilicet esse periculi magnitudinem pro magnitudine articulorum quod sicut in illis euenit, sic & nunc in ossibus, quæ præciduntur, euenire solet. adiiciemus tamen eorum, quæ obscura videbuntur, expositionem.

35 His autem vlceribus, quæuis curatio idonea est. Sed & quæcunq; ossa, non ad articulos, verum ad aliquam aliam regionem præciduntur, similiter sine noxa sunt, & alijs promptius adhuc curationē recipiunt: similiter quæcunque ossa fracta in digitis cute excedunt, non ad articulos, hæc quoque innocen-
C *ter reponuntur. Ex toto autem ossa, ad articulos, in manu, in pede, & in crure, nonnullis ad talum, atq; in brachio, nonnullis ad primam palmæ partem, plerunque citra noxam præciduntur, nisi protinus anima deficiat, vel quarto die continens febris superueniat. Caro tamen corrupta, & in vulneribus sanguinem fundentibus, & in ijs, quę valentius adstringuntur, tum in ossium fracturis plus iusto compressis in ijs item quęcunque vinculis violenter comprehensa fuerint, compluribus decidit, quorum plerique liberantur. Liberantur & illi, quibus in femore pars aliqua carnis & ossis decidat, & quibus in humero: sed citius adhuc & facilius ad sanitatem perducuntur, quibus aliquid in brachio & crure decidat. Quibus vero fractis ossibus aliquid protinus alienatur, & nigrescit, his cito abrumpitur. & quibus casurum est, cito cadit, quum ossa iam cesserint: at quibus osse inuiolato nigrities accidit, his celeriter caro emoritur, os vero tarde abscedit, & qua nigrities terminatur, & qua nudatum os est.*

Curationem quamuis, φαύλην dicit: quo vocabulo iam sæpius ostendimus Hippocratem nuncupare eam, quæ exquisitæ contraria est.

36 Cęterum partes, quę citra sinē nigritiei fuerint, vbi iam prorsus emoriantur, & dolorem non sentiant, iuxta articulos excidēdæ sunt ea animaduersione, ne quid violetur: nā, vbi qui secatur, dolet, quū
D *nondum qua secatur, emortuum corpus fuerit, maximum periculum est, ne sub dolore anima deficiat: eiusmodi autem animæ defectio plurimos repente iam sustulit. At femoris os hoc modo nudatum vidi octogesimo die abscedere: crus tamen huic homini ad genu vigesimo excisum est: mihi vero propius etiā videbatur, cum non eodem tempore, sed ante prouidendum existimarem. Cruris vero ossa, quæcunque nudata fuerunt, circa medium omnino ex huiusmodi nigritie sexagesimo die deciderunt: curatio enim a curatione distat, quantum ad id pertinet, vt nudata ossa maturius vel serius decidant: pressus item a pressu distat, quatenus vnus altero validior est, aut imbecillior, ad efficiendum, vt nerui, caro, venę citius aut tardius emoriantur: nam, quę emoriuntur, quamuis non fuerint adstricta, non omnia ex altis ossium partibus decidunt, sed quędam ex summis. Quocirca tempus, intra quod singula hęc soluūtur, certum definire non licet.*

Quum dixerit necessarium esse, vbi nigrescat & corrumpatur caro, quæ sita est circa ossa, vt ossibus tempore idem eueniat: atque ea de causa imperauerit, vt præciderentur: nūc præcipit, vt excidantur, ea cautione, ne integræ partes violentur, ne præ dolore anima admodum deficiente homo ægerrime reficiatur. Ad articulum autem, si fieri potest, præcidi membrum voluit ad celeritatem spectans: namque, vbi medium præcidatur, multum temporis absumitur, quum ossa secantur, sed iuxta articulum affecta membri pars intacto osse abscinditur.

37 Accipiendæ prorsus eiusmodi sanationes sunt, magis enim terrent, dum accipiuntur, quàm dũ E
adhibentur: atque hæc omnia leuem medicinam requirunt, ipsa enim per seipsa soluuntur, Est aũt victus expeditissimus ille, qui febri aduersatur.

Hippocrates consilium dirigit, non solum ad ægrotantes, sed etiam ad medicos, vt apud ægrotantes, à culpa semper vacui sint: & laudem plerunque inueniant. quamobrem mala, quæ grauia videntur, monstrat, discernitque ab ijs, quæ verè talia sunt. in ijs enim, quæ verè grauia sunt, non tamen talia se ostendunt, monet, vt medicus se subducat: illis manum inijciat, quæ grauia videntur, quemadmodum & hæc, quæ nunc proponuntur. Vbi enim pars aliqua ex toto emortua sit, non amplius grauiter afficit, quæ vicinia sunt. hanc si præcidas, cauẽs ne, dum manus curatio adhibetur: animæ defectio sequatur, malum aliud non afferes vllum.

38 Ad hæc iusto habitu figurare corpus oportet. Iustus habitus est, vbi nihil suspensum est, nihil deor F
sum spectat. sed sursum magis, præcipuè donec ex toto resolutum fuerit, periculũ. n. est, ne interim sanguis erumpat. Quamobrem vulnera inclinari in inferiorem partem non debent. sed superiora haberi.

Ostendimus iam sæpe iustum apud Hippocratem vocari id, quod potentia æquale est: hoc autem illud est, quod vnicuique conuenit, quandoquidem & iustitiam huiusmodi quid esse manifestum est. Quod quidem ad musculos attinet, ille iustus habitus est, sub quo tam qui membrum flectunt, quam qui extendunt, in neutram partem trahuntur: quod verò ad collocandum membrum flectunt, quàm qui extendunt in neutram partem trahuntur: quod verò ad collocandum membrum in inferiorem, vel superiorem partẽ spectat, iustus habitus videri poterit, qui medius erit inter eum, qui sursum, & eum, qui deorsum spectat, hoc est qui ad rectam lineam prorsus extentus est, hic autem, vbi nullum periculum sit, ne sanguis erumpat, & facillimè ab ægrotante feratur, eligendus est. dè quo etiam paulo supra tractauimus, vbi ossa cute excedentia persequuti sumus. At nunc in ossibus abscindendis, sicut dum manus adhibetur, vnum periculum est, ne præ dolore intolerabili anima deficiat: ita postquàm adhibita est, vnum aliud circunstat, ne videlicet sanguis erumpat, id quod euenire solet, vbi putrescentes corporis partes resoluuntur. Constat autem habitum, sub quo membrum dependet, eruptioni sanguinis esse opportunissimum. Quantũ G
ergo spectat ad sanguinis eruptionis periculum, penitus tutoque euitandum, præcisum membrũ superius omnino habendum esset, sed quia status hic dolori est, idcirco moderatè in superiorem partem conuertitur. Manifestum item est, quum in ijsdem verbis augere vellet, quod proponitur, adiecisse uocabulum præcipuè [quod ποτὲ dixit, quasi it a scripserit, Vbi nihil suspensum est, nihil deorsum spectat, sed sursum magis, potissimum, vbi putria ex tota resoluta fuerint, periculum est, ne interim sanguis erumpat.

39 Namque, vbi tempus processerit, & vlcera iam pura sint, non amplius accommodatur huiusmodi
status: sed ille, qui rectus est, & interdum ille, qui versus inferiorem partem inclinatur: tempore enim
nonnullus ossa abscedunt, & illæ fasciæ necessariæ sunt, quæ primæ inÿciuntur.

Non secus, atque vbi sanguis eruptionem cauebat, rectum membri statum, quamuis medicis & iustus esset, eatenus in eum, qui sursum spectaret, conuertebat, quatenus membrum sine dolore excitabatur, nunc quoque præcipit, vt membrum moderatè in inferiorem partem inclinetur, vt sanies effluat. quandoquidem, vbi nullum periculum est, ne vel sanguis erumpat, vel propter consortium aliqua pars afficiatur, vel inflammatio superueniat, atq; vlcera iam pura tantum mo H
do ad cicatricem perducenda sunt, danda in primis opera est, vt nec pus, nec sanies aliqua tenuis tunc subsidat, sed omnia exitum habeant. At si qua ibi pars sinuetur, hoc enim accidit sub sanie, quæ illas partes erodit, dum nos cauẽtes ne sanguis erumperet, mẽbrũ sublime habuimus, ad fascias veniendũ erit, q̃ primæ inijciunt, quibus sinus coerceatur. Vinciendi aũt ratio in eo casu cõtraria est illis omnibus, quæ supra dictæ sunt, in quibus fascia ab inferiori parte orsæ in superiori terminantur: sed in propositis affectibus, vbi eò consilium tendit, vt pus excernatur, à superiori parte incipiunt, & deorsum versus intendentes paulo supra os ipsius sinus finiuntur, vt quicquid in imo sinu residet, sub hac vinciendi ratione exprimatur, & ore aperto protinus euadat.

40 In his autem procedente tempore expectandæ sunt deiectiones cruentæ, cum plerisque & ex ni-
gritia, & ex sanguine ab vlceribus fuso, cruentæ deiectiones superueniãt. Fiunt autem plerunque, vbi
nigrities, & sanguinis eruptiones solutæ sunt.

Cruentam deiectionem Hippocrates δυσεντερίην vocauit: quo nomine vsus videtur, nõ vt exulcerationem intestinorum, quemadmodum pleriq; medici, sed ut cruẽtas intestinorum deiectiones significaret, sic, vt, vbi propter iocinoris imbecillitatem cruentum descẽdat, id quoq; vitium δυσεντερίη appelletur. quod à medicis vsurpari ac dici nouimos. fæpiusq; homines ita affectos mendentium inscitia perijsse nos non latet; interdum enim, quum propter deiectiones acres, principio quidem pinguedo, processu temporis quædam strigmenta, quæ ab intestinis deradũtur, vnà

excer-

A excernantur,plerique medici neglecto iocinore,vlceri duntaxat inteſtinorum medentur,atq; id circo ægrotantes præcipitant. Eſt ergo morbus & iecinoris imbecillitas, & vlcus inteſtinorum: cruenta vero aluus communiter ſuperuenit non proprie cauſis propoſitis, quum inteſtinorum venis præ ſanguinis copia adapertis,cruentum deiiciatur,ſic,vt ſimilis affectus ſit, atque vbi ora venarum non in ano,ſed in inteſtinorum anfractibus,aut ad initium recti inteſtini longe ab ano aperiuntur. Permultos autem videmus experiri hoc malum,quibus membrum exciſum fuerit: quive repente vehementes exercitationes omiſerint, quibus ante aſſueuerant, quum non nulli certarent,alii foderent,vel quid huiuſmodi laborioſum vitæ genus ſequerentur: nam,niſi, quem admodum exercitationi,ita aliquid dempſerint cibi aut potionis abundantiæ,qua vtebantur,dū exercerentur,nonnullos celeriter inuadunt ea mala,quæ a multitudine fiunt: alijs,qui minus aduerſa fortuna vtuntur,aluus cruenta deijcit,quam rem Hippocrates propoſuit,δυσεντερίαν vocabulum vſurpans,quo (vt retuli) cruentam deiectionem ſignificat. Quoſdam ego iam vidi, quos sāguinis per nares eruptio liberauit: alios,quos tentauit cholera: his autem omnibus æquali fere tēporis circuitu ſanguis effunditur. Languentes enim repente exhauſti,refrigeratique,in poſterum victus ratione curioſa non vtuntur,ſed rurſus inordinate viuunt,rurſus multitudinem colligunt
B priori æqualem,& æquali tempore. Horum ergo affectuum communem cauſam in multitudinē referemus,quæ adapertis venis,vel in naribus,vel in ano,aut inteſtinis eijcitur. colligitur autem multitudo in illis,qui liberaliter,vt ſoliti erant,cibum ſumunt,ſed ſanguinem,quem ex aſſumpto alimento contraxerunt,minime abſumunt. Ad communem horum affectuum rationē ſpectat, quod ab Hippocrate proponitur: quibus enim aliquod membrum abſciſſum fuerit, alimentum, q; ante transferri ad ipſum ſolebat,in venis coit,& ſanguinis multitudinem producit. Hos itaque omnes monere oportet,vt minus cibi capiant,quam ante,isque infirmior ſit: ſubinde aluum ducant,& quantum poſſunt,exerceantur: multam frictionem adhibeant: a cibo non lauētur,ſed ante ſæpius: recte autem conſulent,ſi digerente aqua vtantur,vbi eius copia fuerit. Hæc præter propoſitam rem adieci,quum tamen ab re non ſint. Cur autem nonnullis,quibus copioſe ſanguis effunditur,aliquo interpoſito tēpore cruenta deiectio ſuperueniat,adiicere ſermoni oportet. Fit ergo in his, vt ob vehementem ſanguinis profuſionem corpus refrigeretur,atque idcirco minus quam ante per cutem exhauriatur, quod verò non exinanitur in corpore ſubſiſtens, ſanguinis multitutidinem auget: quæ (vt ſupra oſtenſum eſt) efficit,vt,vel cholera ſuperueniat,vel ſanguis per nares erūpat,vel αἱματώδης δυσεντερία ſequatur (ita enim appello clarioris doctrinæ gratia) hoc
C eſt,cruentum deiiciatur. Proficiſcitur autem huiuſmodi deiectio ex multitudine ſanguinis,quem natura tentat magis ob virium robur,quam ob infirmitatem,expellere: quæ res cōtrario modo ſe habet,quam in iocinoris affectibus,in quibus ſanguis per inteſtina ob viſceris imbecillitatem deſcendit. Quod ſi per ora venarum,quæ ad anum,inteſtina,aut nares pertinent,natura,quod ſuperat exinaniret,bene ageretur cum eo,cui hac via multitudo detraheretur: vbi multitudo nō recipitur his locis,ſed ad thoracē vel pulmonem confluit,malum iam graue eſt: alterutrum enim, vel pulmonis inflammationem,& lateris dolorem,vel ſanguinis ſpūtum,ſuperuenire neceſſe eſt.

41 Magno autem impetu concitantur, ſed nec diuturnæ ſunt, nec mortiferæ: nam neque homo valde propter cibi faſtidium abſtinet, neque alioquin exhauriendus eſt.

Adiungit hæc Hippocrates, non vt hiſtoriam conſcribat eorum, quæ ſic affectis euenerunt, quemadmodum Thucidides, vbi peſtilentiam illam recenſet, ſed vt cruentas has deiectiones diſtinguat a torminibus, quæ aliis de cauſis accidunt. Quare hæc, quamuis ad propoſitum opus proprie non pertineant, exponere tamen alienum non fuerit, quum medici complures morbos, ſub
D quibus ſanguis deijcitur, diſcernere non poſſint: nonnulli enim exiſtimant, vbique cruentā deiectionem ex inteſtinorum vlcere prouenire, quos magnopere animus fallit. Sanguis itaque, quum ab ore venarum, quæ in ano ſunt, funditur, neque laborantes ipſos latet: ſed vbi cruenta deiectio a ſuperiori parte ad anum feratur, quædam protinus a principio deſcendit, quædam præcedente aliquo tali. Quod ſi repente cruor multus deiiciatur, ſcire conuenit, adapertum eſſe os venæ, natura id, quod pondere moleſtum eſt, depellente, cuius generis eſt, quam nunc Hippocrates proponit, cruenta deiectio, quæ magno impetu concitatur, & cito quieſcit, præter quam quod homo ob cibi faſtidium non admodum abſtinet, ſicut quando ob iocinoris imbecillitatē aluus cruēta eſt: quanquam raro initio, quum iecur afficitur, huiuſmodi aluus ſe oſtendit: plerunque enim a principio tenuis ſanies cruenta deiicitur aquæ ſimilis, in qua lota caro ſit: interdum tamen incipit iocinoris affectus cum ſubita ſanguinis deiectione, vbi videlicet viſceris imbecillitati ſanguinis multitudo acceſſerit: poſt principium vero vtrouis modo res acceſſerit, & æger maxime cibum faſtidit, & ſanguis modo purus & non multus, modo flauæ bili immiſtus ſimul, cum deraſa inteſtinorum pinguedine deiicitur, poſtea quaſi fæx ſanguinis deſcendit, vbi iecur iam peſſime habet. Sub huiuſmodi ergo deiectionibus, præſertim vbi aliquid bilis admiſtum fuerit, quędam

ipsius intestini partes excernuntur,quæ,quum deradantur,ξύσματα vocant.nam,quæ per intesti- E
na descendunt,eo quod acria sint,summam ipsorum partem abradunt.in quo casu quanta maxi
me potest,abstinentia imperanda:sed iis,qui superantem sanguinem deiiciunt,conuenienti mo-
do cibus dari debet,quum iecur valeat,& possit ipsum conficere.

Qva Ratione Femvr In Coxae Cavvm Reponatvr.

42 *Vbi femur a coxa elabatur,si in interiorem partem venerit,hac via restituendum est.*

Reprehendunt Hippocratem,quod ponere tẽtet femur à coxa prolapsum,quum iterum pro-
tinus elabatur,primo quidem Ctesias Gnidius eius cognatus , nam ipse quoque ex familia fuit
Asclepiadarum:post Ctesiam verò alii nonnulli.Sed,quum hæc omnia duplici via iudicentur,
altera,cum ipsis oculis comprehenditur,quod requiritur:altera , cum non expectato longo vsu
aliquid demonstramus,iudicio ex ipsius natura sumpto:nos quoque vtraq; via iudicabimus. Na
tura igitur rei sic habet . In hac ipsa commissura ligamentum rotundum validissimum inclusum F
est,quo summum femoris caput altissimis,atque intimis caui partibus innectitur,ita,vt quis,licet
ligamentum ipsum non viderit,possit ex hac narratione intelligere id breue esse.nam,cum femur
semper conuertatur,quod Poeta retulit,cum ait,in coxa conuertitur:nec vnquam caui oris ex-
cedat:necesse est ligamentum breuissimum esse.Hoc ipsum igitur,dum naturaliter habet,excide
re femur non patitur:Potest autem non abrumpi solum,sed & ob humoris copiam in cauo colle
ctam præter naturam adeò extẽdi,vt sinat femur sua sede moueri:quod vbi accidat,quamuis sta-
tim positum fuerit,non poterit suo loco manere:nam,quum cauum deuexum sit,onus vero to-
tius cruris,quod appenditur graue,leui momento rursus suo loco excedet,si quis æquali solo pau
lum moueatur,hoc modo fortasse tueri naturalem positum assidue poterit.sed videtur id fieri mi
nime posse,nam si non ad alium vsum,certe quum lauatur,cogetur homo pedem magis attolle-
re,vt ingredi in labrum possit.Hoc igitur pacto rei natura monemur,vbi ligamentum abrumpa
tur,femur repositum in sua sede contineri non posse.Sed & illud vere adiiceretur,quod commis-
sura genu ab exteriori parte neruosis quibusdam ligamentis continetur:femur vero hoc vno,ne
que vllum aliud habet tale,quo commissura ab exteriori parte illigetur,sed nec musculos etiam ,
qui non parum quoque conferunt ad continendos articulos,ne procidant , præsertim vbi boni G
habitus fuerint ac validi.Quamobrem athletis,quamuis in palæstra vehementiores ictus patian-
tur,cadant,distendantur,contorqueanturque ad articulos nihilominus membra non luxantur ,
eo quod validis & grandioribus musculis vndique circundentur.Scripsit autem Hippocrates in-
Sect. 1. t. 27. 256. f ter initia huius libri,bobus potissimum coxæ articulum luxari,vbi senes sunt,& graciles . Femur
igitur abrupto ligamento,quo continebatur,etiam,si in suam sedem collocetur,manere non po
test,iis præsertim,qui graciliores fuerunt.Spectemus deinceps,si ligamentum humoris copia re-
laxatum excidere femur sinat,idq; reponatur,quid futurum esse credibile sit.mihi quidem , & in
hoc casu res manifestissima videtur.nãque,vbi idem humor maneat,similiter erũpet:sed si inare
scat,ad naturalẽ firmitatẽ reducetur.femur vero ob humorem excidere, & ipse Hippocrates do-
5. Aph. 59. Ex. ord. 53. f cet,qui in sententiis illis,quæ Aphorismi inscribuntur,sic inquit," Quoscunque coxæ dolor exer-
cet,his si coxæ articulus excidat,& rursus recondatur,muci superueniunt.mucis autem in com-
missura collectis,hoc est,glutinoso humore,madefit ligamentum,ac relaxatur . Nihil autem in-
terest,seu ligamentum,seu neruus illigans vocetur:quæcunque enim ligamenta neruorum exẽ
plo rotunda sunt,ab iis,qui in incidendis corporibus versantur,vocari solent nerui illigãtes. Sed
& nos quoque femur hac de causa luxatum bis iam restituimus, neque amplius postea procidit. H
diu autem oportet siccantibus medicamentis commissuram circundare,dum neruus illigans abũ
de siccetur,ne amplius ita extendatur,vt femur oris caui possit excidere,sed intus in naturali situ
ipsum contineat.Manere autem interdum femur,vbi repositum fuerit,idoneus testis est Heracli
des Tarentinus,homo,qui nec,vt sectam comprobet,mentitur,sicut soliti sunt rationalium ple-
riq;,nec medicinæ vsus est expers,sed optimè,vt quiuis alius in medendo exercitatus.Audiamus
ergo,quæ ab ipso traduntur in quarto libro de ratione curandi ea,quæ sunt extrinsecus . sic au-
tem ad verbum habent : Errant, qui censent femur repositum non manere, quod abruptus sit
neruus,qui ad coxam ipsum alligabat,cum in vniuersum rem negent. neque enim Hippocra-
tes, Diocles,Philotimus,Euenor,Nileus, Molpis, Nimphodorus , & alij nonnulli de restituendi
ratione tractassent , Sed & nos quoque id consequuti sumus,vt duos pueros sanaremus , qui-
bus sæpius,& magis quam ijs,qui ætate iam robusta sunt,excidere articulus solet . Rem igitur
ratione iudicare non oportet:sed,quum interdum maneat , existimare non semper neruum ab
rumpi,sed relaxari,& iterum contrahi : quoniam expedit hoc requirere , quanquam non om-
nino commune est] .Adiecit hoc Tarentinus in fine orationis,vt quam profitebatur Empirico-

rum

A rum ſectam tueretur, quorum ea ſententia eſt, ut in iis, quæ ita manifeſtè apparent, ut inde proferre utilitatem ad artem iam poſſimus, inutile ſit cauſam quærere. Sed & poſt Heraclidem multi alij ex iunioribus reſtitutum à ſe femur perpetuo ſeruatum eſſe in ſua ſede teſtantur.

43 Hęc quidem reſtituendi ratio bona, iuſta, & ſecundum naturam eſt, per quam ſubito ferè ad finẽ peruenitur. ſi quis oſtentationi ſtudeat. Homo per pedes ab eo ligno grandiori, quod tranſuerſum ab vno pariete domus ad alterum peruenit, vinculo ſuſpendatur, firmo, molli, latoq; : pedes autẽ habeat quatuor digitos, aut minus etiam inter ſe diſtantes, vinciatur item ſuper genua loro lato ac molli, quod ad propoſitum lignum adducatur.



A Lignum grandius.
B Homo a ligno, vinculo ſuſpẽſus.
C Homo tectus aſſiſtens corpori ſuſpenſo ſe appendens.

Qui cum oſtentatione aliquid efficiunt, ab atticis κομψεύεσθαι, dicuntur, quemadmodum nunc ab Hippocrate, qui oſtẽtationem exprimere uolens vſus eſt verbo κομψευόμενος. nam & anteà, " ubi hominem ſuper ſcalã reſupinauit, ad id præſidiũ eos venire dixit, qui vulgo videri volunt magnũ aliquid moliri. id tamen ſcripſit, quia uiderat multos ſui ſeculi medicos, qui eo minus rectè vterentur. ita etiã nũc oſtendere voluit, qua via crure per ſcalam optimè extento femur reponatur, qua vti fortaſſe nõ erit ab re, ubi non ſit ſcamnũ, de quo poſtea tractabit. Præcipit igitur, vt ſcala, ſup qua homo loris alligatus fuerit, ſuſpẽdatur à ligno grandiori, quod tranſuerſum ab vno pariete domus ad alterum pertinet, μεσόδμην vocat. videre licet in magnis diuerſoriis: ubi iumenta habentur, & ruri ſimiliter in ædibus ruſticorum. Vult ergo pedes ad tignum ſurſum ſpectare, caput verò deorſum uerſus non multũ recedere à terra, ita, vt ille, qui articulum repõnit, ſtans ad reponẽdum, ſuis uti manibus poſſit, quomodo in ſequentibus docebit.

44 Sed affectum crus duobus digitis magis quã alterum extendatur, caput vero recedat duos cubitos à terra, vel paulo plus, aut minus: brachia deligata ſint ad latera molli aliqua re: quæ omnia paranda ſunt homine reſupinato, vt quam minimo tempore ſuſpenſus maneat.

Partibus, quas commemorauit, quomodo inijcienda vincula ſint, apertè expoſuit. Illa igitur, quibus affectum crus appenditur, robuſtiora eſſe voluit & mollia, idq; non iniuria, cum tota intẽtio ad ipſius curationem adhibeatur, ea ratione, quæ communiter requiritur in luxatis omnibus reponendis. Igitur femoris caput, quum cauo excidens in interiorem partem eruperit, à muſculis, qui ibi ſunt, attractum primò in inferiorem partem attrahendum eſt, una ſcilicet cum femore: deinde in exteriorem impellendum: cumq; è regione ſui caui collocatum fuerit, tunc uel ſolis muſculis committendum eſt, vel ſimul etiam adurgendum. Sæpius autem diximus, muſculos naturalẽ uim habere, qua ad ſua principia contrahuntur. Attrahunt igitur ſimul & femur, quod attractum ſuo capite in cauum coxæ coniici etur.

D

45 Homine iam ſuſpenſo peritus aliquis, & non imbecillus traijcere manum debet inter femora eius, qui curatur, collocare q; brachium inter caput femoris luxati, & eam regionem, quæ inter anum & naturale media eſt: tum traiectam manum altera prehendere, & rectus aſsiſtens repente corpori ſuſpenſo appendi, ita, vt ſublimis maximè æqualiter ſuſpendatur. In hac reponendi ratione omnia ſecundum naturam ſunt: nam corpus ipſum ſuſpenſum ſuo pondere deorſum uerſus extenditur: os, qui appenditur in inferiorem partem extendit, & femoris caput excitari cogit è regione ſui caui, ſimulq; oſſe brachij ipſum vrget, trudit q;, ſic, ut in priſtinam ſedem reuertatur. Neceſſe autem eſt aptiſſimè vincula inijcere, ea animaduerſione, vt is, qui appenditur, validiſſimus ſit.

Solet Hippocrates eam regionem, quæ eſt inter inguen vtriuſque cruris nuncupare παγάδα,

cuius

cuius medium περίνεον vocat, quæ ab initio naturalis ad anum pertinet, quà ceruix vesicæ sita, est. E
Inter hãc itaque regionẽ, quam πλαγκόδα nominant, in medio eius in longitudinem, & caput femoris, iubet, ut, qui trahit femoris caput, manum demittat, cum qua alteram coniungat, sicut ipse apertè declarauit, atque ita suspendatur. quo fiet, vt femoris caput, non solum trahatur, sed in exteriorem commissuræ partem impellatur, vt è regione caui, quod in coxa est, collocetur.

46 At (quemadmodum suprà narrauimus) homines plurimum natura inter se differunt, quantum ad articulos attinet facile vel vix restituendos. Quamobrem plurimum differant, diximus, qua de humeri capite: nam femur quibusdam absque vlla præparatione reuertitur, siquidem leui adhibita intentione, & exiguo motu, manibus in suam sedem compellitur.

Antè κιγκλισμὸν masculino genere dixit, nunc fœminino κίγκλισιν, quod vocabulum διακίνησιν, id est exiguum motum significat: quoniam verbum διακινῆσαι mutuatur ad id significandum, quod leuiter dimouetur, cuius meminit, cum t radidit qua ratione luxata maxilla reponeretur.

F

47 Cõpluribus etiã, quum crus ad commissuram hãc flecterent, circumactus iam articulus reuersus est; sed plerunque non paret cuiuis præparationi: quamobem, quæ ad singula efficacissima sunt, in vna quaque arte scire conuenit, & ea vbique adhibere, quæ accommodata videbuntur. Supra extendendi modos diximus, vt quilibet eo vtatur, cuius copia sit: oportet enim præstanter ab una parte crus extendere, ab altera corpus: nã, si bene extẽdamus, femoris caput è regione sui caui excitabitur. qđ, vbi sit excitatũ fuerit, non facile prohiberi poterit, quominus in suã sedem reuertatur, ita, ut iã quouis modo impellere ac dirigere abunde sit. Sed minus extendunt, quàm par sit, idcirco maiori negocio reponunt.

Vbi crus ad inguen curuatur, femur uniuersum suspenditur: in qua actione prolapsum femoris caput dimoueatur, circumactumq; restitui nonnunquam solet. Quid sit circumagere, quod accidit, vbi prolapsus articulus, uel qui in latum scapularum os inseritur, uel qui in coxam restituitur, ipse in superioribus declarauit, ubi docuit, non posse articulum in his commissuris suo loco paululum excedere, ut ad cubitum, ad manum, ad genu, ad talos. nam, cum & femoris caput rotundum sit, & oræ caui in quo recipitur in orbem, nullo pacto fieri potest, vt caput partim in G
cauo sit, partim extrà, vel oræ caui hæreat, quoniam ubi primum voluetur, vel intrò reuertetur, vel excidet: Igitur quia paruo momento in vtramuis partem caput compellitur, hoc quod fit, circumagendo fieri asserit.

48 Non solũ autẽ pedibus inijcienda uincula sunt, sed etiam supra genu, ne hoc magis quam coxæ articulus uinculo intendatur: sic itaque extendere a pedibus conuenit. Verum, ubi altera parte uis adhibetur, non solum circa pectus & alam iniecto laqueo in contrariam partẽ attrahere debemus, sed lorũ longum, duplex, ualidum, molle, inter anum & naturale demittere, a posteriori parte ad spinam, a priori iuxta iugulum adducere, & religare, atque ita in diuersa contendere, alijs ab una parte, alijs ab altera ducentibus. Animaduertendum autem, ne lorum, quod inter anum & naturale demittitur, super femoris caput extendatur, sed inter femoris caput, & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est. Dum intentio adhibetur, femoris caput in exteriorem partem propellendum, pugno ipsi inhærẽte: ubi, qui extendit, suspenditur, una manu traiecta, & alteri iuncta, simul & extendere debet, & in exteriorem partem vrgere, sed alius ad genu femur in interiorem partem leuiter dirigat.

Vbi homo per pedes appendatur, capite deorsum spectante, omnes articuli extenduntur. At H
propositum est eum solum extendere, qui ad inguen est. Iure igitur super genu uinculum inijcit, quod femur sursum extendat. nam, si permittamus attrahi crus solum à vinculis, quæ infra genu sunt, fiet ut genu, non minus, imò magis quam coxæ articulus extendatur, quum propius sit vinculis sub se extendentibus.

49 Suprà etiam diximus expeditissimum esse ijs, qui in frequenti ciuitate morantur, lignum habere quadratum, sex cubitorum aut paulo longius, latum cubitos duos: cuius crassitudo, si dodrantem impleat, abunde est.

Sec. 2. t. 49. 7a. 238. b. In opere de fracturis huius machinamenti meminit, ita, vt huic quoque testimonio innitantur, qui aiunt compositum fuisse principio ab Hippocrate librum unum, inscriptumque [de officina medici], deinde in duos diuisum ob magnitudinem, eiusque priorem partem inscriptam [de fracturis], alteram [verò de articulis]. Quale autem strui velit machinamentum hoc, manifestum iis, qui id viderint, quod scamnum Hippocratis nuncupatur, sic enim ex multo iam tempore a medicis appellari consueuit. Plerique autem formulas paruas habent. ad eius exemplum fabricatas. Sæpissime verò adhibetur, articulisque restituendis per se abunde est. si quis autem velit aliis quoque vti, est πολύσπαστον, ita appellatum, quòd multis orbiculorum circuitibus, facilitatem præstet, quod iterum facientibus maxime idoneum est. refertur autem ad Archimedem auctorem. In vrbibus verò non alienum est fabri vel Andreæ organum, vbi erecto

opus

A opus eſt: vbi plano, ſcamnũ hoc Hippocratis præcipuè aptatur, quod à nonnullis ex recentioribus medicis variè iam ſtruitur, ſicut machinatio ſpathæ, quæ in ſummo capitulum hẽt rotũdum ac leniter cauum. Deinceps igitur ad organi ſtructurã, quæ ab ipſo traditur, animum aduertite, ea, q̃ Hippocrates ſcribit, ijs, quæ in ſcamno inſpexiſtis accõmodãtes: hæc.n. ſicut antea quoq; dictũ eſt, ſola monſtratione aperiuntur. Equidẽ ijs, qui apud me librũ legunt, rem facilè demonſtro, organo iuxta collocato, ſæpe ipſo magno, ſæpè paruo aliquo, ad magni exẽplũ fabricato, cuiuſmodi ad hunc tm̃ vſum paramus, vt oſtendere legentibus poſſimus, quum per tales formulas nequeant articuli in ſuã ſedẽ vrgeri. nunc aũt monſtrari hæc minimè poſſunt: ſed exponere licet, ſi quid ex verbis Hippocratis obſcurum ſit: quod & in ſuperioribus feci, & nũc etiam faciam.

50 Excauetur prẽterea hinc atque hinc in longitudinem, ne machinamentum iuſto ſublimius ſit.

Hinc atque hinc [dixit ἔνθεν καὶ ἔνθεν, quod accipit pro à dextra parte, & ſiniſtra. id vel eo patet,
B quod adijcit [in longitudinem] quod idem ſignificat, atque longum. nam, ſi excauari voluiſſet ſupra à capite, vel infra à pedibus, tranſuerſum potius dixiſſet, non in longitudinem. Mens autẽ totius orationis huiuſmodi eſt, quam non ab re eſt, perſpicuitatis cauſa, non longè à verbis recedẽtem exponere. Excauetur præterea hinc atque hinc in longitudinem ligni: idq; cauum eam altitudinem habeat, quæ ad impellendum accommodatur, ne machinatio iuſto ſublimior ſit. Verbum [iuſto] ipſe ſcribit τοῦ καιροῦ, græci enim ita dicunt, & interdum etiam τοῦ προσήκοντος, quod [debito] ſignificat. Ergo altitudo caui tanta eſſe debet, vt vectis, qui ad impellendum aptatur, illis inhærere, atque obijci poſſit.

51 Poſtes item ab vtraq; adijciantur, breues, robuſti, qui axes contineant.


Nominat axes ὀνίσκους: poſtes verò, quæ ſunt ligna, quibus axis ſuſtinetur, φλιὰς. hæc magno ligno adijci voluit, ab vtraque parte à ſuperiori ſcilicet & inferiori. Religãtur autem ad axes extrema laqueorum, qui quo tempore conuenit in diuerſa diducere, laboranti inijciuntur.

52 Satis autem eſt in dimidio ligno, nihil ẽt prohibet in toto, paruas quaſi foſſas quinque aut ſex ex
C *cauare, quæ palmum inter ſe diſtent, & trium digitorum latitudinem atque altitudinem æquent.*

Foſſas dixit κατέτους, quod verbũ nõ pauci ex veteribus græcis in eandẽ ſignificationẽ acceperunt. id mutuatur nunc Hippocrates translatione vſus, ad ea caua ſignificãda, quæ in ſcamno ea de cauſa fiunt, vt illis obijci vectes poſſint: q̃ caua prẽcipit, vt in altera ligni parte magis, hoc eſt in inferiori, exculpant̃: nihil ẽt (inquit) prohibet, quin in ſuperiori quoq; parte ſint. q̃ q̃ non neceſſe eſt, hoc ſiquidẽ machinamentum, quod nunc exponimus, non ſolũ ad coxæ articulum pertinet, ſed & ad vertebras quocunq; modo luxatas, & ad humeri caput reponendum. Complura aũt ſint caua hæc oportet, quando quidẽ, qui curantur, ætate, magnitudine, & vniuerſo corporis habitu, inter ſe differunt, q̃ magna eſſe debeant, & quantum inter ſe diſtare, ipſe euidẽter expoſuit.

53 Medium inſuper lignum altè in quadratam figuram trium digitorum excauetur, in quod cauũ, vbi opus eſſe videatur, defigatur lignum quod cauo cõueniat, & ſuperiùs teres ſit. Figatur autẽ, quùm ad rem pertinere videbitur, medium inter femoris caput & eam regionem, quę inter anum & naturale media eſt: quod lignum extãs corpus ſequi nõ permittit, quùm a pedibus trahitur: interdum.n. hoc ſufficit abſque intẽtione, quæ, vt membrum in diuerſa diducatur, à ſuperiori quoq; parte adhibetur.

A Lignum ſex cubitos longum, latum duos, craſſitudinis nouem dẽgitorum.
D B Quatuor ligna, pedem longa, extremis partibus rotunda.
C Axes habentes in medio clauos, & in extantibus capitibus manubrii ola ductaria.
D Foſſæ, quarum altitudo æquat.
E Priapiſcus ſuperius teres, demiſſus in medium lignum latè in quadratam figuram excauatum.
F Duo poſtes.
G Tranſuerſum lignum in ſpeciem gradus.



Scamnum Hippocratis.

Interdum autẽ, vbi crus ab vtraq; parte extendatur, lignũ hoc uerſus hanc vel illam partẽ laxum demittitur, vt femoris caput in exteriorẽ partem impellat: hac.n. de cauſa & caua exculpta ſunt, vt cuneus, vel vectis ligneus, in quod expeditius ſit demiſſus, aut iuxta articulorum capita aut ipſis prorſus inhærens, eodem momento impellat, quo intentio adhibetur, ſeu in exteriorem partem, ſeu in interiorem impellere opus ſit.

Excidi

Excidi voluit in ſcamno quoddam cauum, quo recipi id lignum poſſit, quod erectum collo- E
candum eſt, inter prolapſi femoris caput, & eam regionem, quæ eſt inter anum & naturale. Cur autem lignum hoc, dum extendimus, adhibendum ſit, ſicut cætera omnia, quæ deinceps ſubdit, ipſe apertè indicauit: ob eos tamen, qui hebetioris ſunt ingenii, verba hæc aperire aliquantulum non grauabor. Hoc igitur lignum, quod erectum collocatur inter caput femoris prolapſi, & eam regionem, quæ media eſt inter, anum & naturale, renixus cauſa obiicitur, quum ab inferiori parte crus extenditur. ſæpius enim oſtendimus, vbi membrum extenditur, niſi à contraria parte tendatur, ſequente ægro intentionem reſolui. Tenditur autem & per laqueos ſuperioribus partibus iniectos, ſed firmitatis cauſa lignum hoc adhibet, quo nonnunquam minus firmiter hærente ad impellendum utitur.

54 *Ac ſeu teres vectis eſſe debeat, ſeu latus, alius enim alij articulo cõuenit, hmõdi impulſus, ſi intẽtio quoque accedat, ad omnes crurum articulos reponendos efficaciſſimus eſt: propoſito autem articulo uectis teres accommodatur. Quid ſi per hoc machinamentum vi adhibeatur, fieri non poſſe exiſtimo, vt aliquis ſit articulus, qui non reponatur. Reperiet quis & alios reponendi huius articuli modos.* F

Ipſe deinceps oſtendet tereti vecte tunc vtendum eſſe, quum femur in interiorem partem impellitur, quod nunc inſtituit, quum femoris caput in interiorem partem prolapſum reponat: nam, ſi in exteriorem luxatum ſit, latum vectem admoueri iubet. Nunc quidem præcipit, vt medium inter caput femoris prolapſi, & eam regionem, quæ eſt inter anum & naturale, inſeramus, conemurq; ſublimius paulo, quam femoris caput demittere: ſed, quum in exteriorem regionem articulus veniet, vbi ſatis ſpatii eſt, latus vectis firmius obiicietur, quod ipſe paulo infra oſtendet, vbi aget de ipſo ſeparatim.

55 *Nam, ſi magnum hoc lignum medium duos poſtes habeat pedales, eius altitudinis, quæ idonea videatur, ab vtroque latere vnum: tum ſuper hos duos poſtes tranſuerſum lignum in ſpeciem gradus ſtatuatur: deinde integrum crus inter poſtes traÿciatur: quod læſum eſt, ſuper gradum commode collocatur, ſuperq; aptatur, qua articulus exceſſit. Gradum verò iuſto ſublimiorem ſtabilire oportet: & multiplicem uectem, prout conuenire uidebitur, corpori ſubÿcere.*

Poſtes nominari ab Hippocrate, nõ ea ligna tãtum, quibus axis ſuſtinetur, apertè ex hac ora- G
tione colligitur. in media. n. regione longitudinis totius ſcamni ſitum eſt lignum tranſuerſum, quaſi gradus, quod à dextra parte ad ſiniſtrã pertinet, ſuper quod crus, quod luxatum eſt, extenditur, nõ ſimpliciter, ſed cum altero ligno alligato, quod in longitudine à ſuperiori parte cruris ad inferiorem porrigitur, ita, vt ſuper gradum crus cum eo ligno cogatur. Conſtat aũt integrum hominis crus ſuper gradum habendum eſſe inter φλιάς, ſic enim vocauit poſtes, ligna intelligens, quæ gradũ ſuſtinent, quorum vtrinque unum ſtruit in ipſo ſcamno. Hippocratem vero vſum translatione à portarum poſtibus ita nominare ligna, quæ in ſcamno ſunt, perſpicuum eſt,

56 *Poſt hæc lignum, quod conuenientem latitudinem habeat, & longitudine uſque ad talum perueniat, cruri ſubÿciendum, ſic, vt vltra caput femoris, quantum poteſt, feratur: cruriq; alligandum, quot locis opus eſſe videbitur.*

Lignum alligandum eſſe ad totum crus, ſupra etiam oſtendimus, ſed nunc ſuperiorem ligni extremitatem, ſuperiorem capite femoris collocandam exiſtimat, adiiciens orationi [quantum poteſt] ſiquidem, quod nunc fieri iubet, difficillimum eſt, niſi ea pars longi huius ligni, quæ inguini hæret, humilior ſtruatur; quæ ſpectat in exteriorem partem, ſublimior: nam, ſi æquale ſit, H
paremq; altitudinem habeat, difficile admodum fuerit ipſius ſummitatem ſimul in inguine ſtabire, & ſuperiorem femoris capite demittere.

57 *Quo facto, dum crus intẽditur, uel per lignum, quale piſtillum eſt, uel per aliud ex ÿs, quæ idonea ad extendendum ſunt, ſimul oportet crus cum alligato ligno ſuper gradum deorſum compellere, & ad coxam ab aliquo homine contineri: hac enim uia femoris caput intentionis ui è regione ſui cauÿ ſuperius collocabitur, & ſimul ob impulſum in ſuam ſedem trudetur. Quæ cogendi rationes ualidæ ſunt: & ſi recte ad moueantur, uitium ſuperant: ſed (quemadmodum ante dictum eſt) articulus hic, imbecilliori ui, & plerunque quauis præparatione in ſuum locum reuertitur.*

Femore ſuper gradũ extento prolapſus articulus humilior redditur: quæ res ad reſtituendum aptiſſima eſt, nã ſic ora cauÿ humilior femoris capite continetur. Sed, quum elapſus articulus, niſi cauÿ ora ſuperior ſit, reponi nequeat, vbi ſublimior fuerit optimũ erit humiliorẽ collocare, atque ita extendere. Cæterum laquei, quibus crus extenditur, religandi ſunt, uel ad lignũ, quale piſtillũ eſt, cuius ima pars firmiter in pauimẽto oppoſitæ moræ obiiciatur: uel ſi huiuſmodi ligno uti ad intendendum nolis, lori capita ad axẽ, qui in ſcamno à pedibus eſt, uinciendа: id enim ſibi uoluit, quum ait [uel per aliud ex iis, quæ idonea ad extendendum ſunt], [ex iis, intelligens, q̃ propoſita ſunt diuerſa a ligno, quale piſtillum eſt. Quæ ſubiicit in hac oratione manifeſta ſunt.

At vbi

A *58 At ubi in exteriorem partem femoris caput exciderit, ab utraq; parte, quomodo ante diximus, extendendum est: sed impellendum per latum vectem, simulq; dum intentio adhibetur, ab exteriori parte in interiorem vrgendum, vecte ad clunem ac paulo supra accommodato, &, ne corpus cedat, aliquo integræ partis clunem repellente, uel manibus, uel alio huiusmodi recte superimposito, qui cauo illi, qđ magis in rem erit, obijciatur: femoris item luxati, quod ad genu est, ab interiori parte leuiter in exteriorem cogendum. Suspendere tamen, ubi articulus in hanc partem erumpat, alienum est. quandoquidem cubitus illius, qui appenditur, articulum a suo cauo reduceret: impulsus autem per subiectum lignum videbitur alicui ad hoc genus luxati pertinere: in quo casu ab exteriori parte accommodandum est. Quid plura? si commode recteq; extendamus, recte item impellamus, quis articulus ita luxatus nõ reuertetur?*

Si crus valenter extendatur, non necesse erit per lignum impellere: manibus enim prehendentes femoris caput totum iuxta clunem cogere ab exteriori parte in interiorem poterimus, donec è regione sui caui collocetur. Paret autem teretem vectem ad huiusmodi impulsum inutilem esse, quum & latus etiam non sufficiat, nisi, quà clunem attingit, talis struatur, quale strui uoluit capitulum rotundum ac leniter cauum super eam spatham, quæ ad reponendum humeri ca-
B put aptatur, ἀμβὼν dicitur. Ipse autem ad verbum scripsit [vrgendum vecte ad clunem ac paulo supra accommodato]. resimum autem hunc esse necesse est, qua clunem complectitur, non ex toto rectum. Quæ sequuntur in hac oratione omnia clara sunt.

59 At si in posteriorem partem femur exciderit, extendere oportet, & in diuersa diducere, eo mõ, quo diximus: imponereq; super lignum, vestẽ multiplicem, vt molle admodum sit, & homine prono extendere. Eodem aũt momento, quo extenditur, per asserẽ cogendũ non secus atque, ubi spina gibba est, ita, vt asser e regione clunis seu supra seu infra coxã magis collocetur. Cauũ in pariete e regione asseris non sit sed magis deorsum spectet ad pedes. Hæc reponẽdi ratio articulo in posteriorem partem luxato maxime secundum naturam est, ac simul etiã valentissima. Satis fortasse fuerit aliquem pro asse re insidere, vel manibus vrgere, uel pedibus repente consistere attolliq;, quo tempore intentio adhibetur. Nulla autem alia restituendi ratio femori ita luxato secundum naturam est.

Hæc etiam, quæ de femore sic luxato tradit, ijs, qui eorum, quæ proposita sunt, meminerint, in aperto omnia sunt. edicit enim, ne hoc vt priores resupinemus, sed in ventrem conuertamus, hic siquidem est habitus pronus. Valenti ergo intentione adhibita à posteriori parte in priorem compellere articulum oportet. nam, cum homo ita iacet, vt præcepit, posterior pars sublimior
C collocatur, prior subijcitur. quocirca necesse est, ut qui restituit, femoris caput deorsum compellat, quod cõmodissime præstat impulsus, qui per asserem adhibetur. idem efficeret, qui quà prominet femoris caput insidens, magna vi cogeret: sed, uisi clunis eminentia luxato capiti hæreat, nihil hominem iuuabit: Hæc igitur curatio virum summæ diligentiæ ac prudentiæ postulat.

60 Si in priorem partem venerit, idem conuenit extẽdendi modus: sed aliquis manu admodũ strenua, & maxime peritus, sublimiori vnius palmæ parte inguen adurgeat, eandemq; manũ altera comprehendat, simulq; quod excessit, in inferiorẽ partem trudat, & versus priorem genu subigat. Hic extendẽdi modus, ubi femur sic luxatur, maxime naturæ conuenit: sed & ille, qui hominem suspendit, prope etiã naturæ aptatur, in quo necesse est, ut is, qui appenditur, non ignarus sit, ne brachio articulum impellat: sed inter partes naturales & anum, iuxta os, quod sacrum dicitur, appendatur.

Ad quartũ genus luxati femoris aggressus est: de quo euidentissime omnia prodidit, ijs præsertim, qui in memoria habeant, quæ antea dicta sunt: quare nihil est q̃ nugas hic agamus.

61 Inueneas etiã laudẽ, si sine vtre articulũ hunc restituas: sed quosdam noui, qui eũ præ insscitia, & ubi in exteriorẽ & ubi in posteriorẽ partem erũperet, reponere per vtrem tentarent, neq; intelligerent
D *hac via expelli magis, q̃ in suam sedem restitui. primũ vero auctorem constat vtrem adhibuisse, ubi articulus in interiorẽ partẽ elaberetur, scire tamen licet alia multa ex vsu magis esse, q̃ vtrem. Datur ergo inter femora uter nõ inflatus, sic, vt quantum maxime potest, sublimis inter anum & naturale collocetur: tum femora inter se vinciuntur habena, q̃ a patella ordiatur, & vsq; ad dimidiã femorum partẽ intendant: post hæc inflatur uter, distenditur q̃ demissa ænea fistula in vnum ex pedibus, q̃ solutus sit, & æger in latus cubat vitiato crure sursum spectante. Præparatio igitur hmõdi est, sed pleriq; hãc adhibent deteriorem, q̃ ego dixerim, cum non alligent bonã femoris partem (vt proposui) sed genua dunta xat: adde q̃ intentionem, q̃ maxime necessaria est, omittunt. Nonulli tamen luxatum iã restituerunt, vt qui rem facilem nacti fuerint, sed hmõdi impulsus nõ magnopere tolerabilis est: siquidem inflatus uter, qua maxime tumet, eam regionem non attingit, in qua prolapsum femoris caput iacet, qua potissimum impellendum est, sed infra illud, vt qui in medio femorum uel interius etiã contineatur: ad hæc femora naturaliter sunt curua, a superiori. n. parte carnosa sunt, & prope inter se iunguntur, ab inferiori tenuãtur: quare & femorum natura utrem expellit ab ea parte, qua præcipue admouendus esset, ita, ut si paruus uter inferatur, cum vim exiguã habeat, nullo modo vrgere articulum possit. Oportet ergo, si vtendum utre sit, femora ad magnã partem inter se deuincire, & utrem inflare, eodem momento, quo corpus extenditur, cruraq; extrema parte inter se colligare, ubi hac ratione articulus reponitur.*

Docet

A Homo in latus cubans.
Vter inter femora iniectus.
Alter ænea fistula vtrem inflans.



Docet, qua ratione quis vtatur modo restituēdi per vtrē, quamuis eū nō probet. cuncta aūt plane explicat. E

62 *In tota arte medicinali id in primis dare operā oportet, vt quod male habet, ad sanitatem perducatur; quod, ubi contingere possit pluribus modis, ille eligendus est, qui oīum minimo negocio cōparatur: hoc siqdem magis officium est probi viri, & plus habet artificij, nisi quis in popularem auram incumbat. Sed, quod ad hunc locum attinet, quidam modi extendendi corporis per ea, quæ domi habentur, parari possunt, sic, vt ex ijs, quæ præsentia sunt, inuenire liceat, per quæ prompte curatio adhibeatur.* F

Oratio hæc postrema est, in qua iubet, vt in iis exerceamur, quæ prompte ad curationem accommodantur, ita, vt quamuis nec scamni copia sit, neque alterius ex iis, quæ proposita sunt, excogitare per te aliquid simile possis. sed de his euidentissimè in sequentibus tractauit, vt neque breuissima expositione opus sit. omnia enim perspicua sunt iis, qui meminerint quæ proposita sunt: explicabo tamen, si quid mihi obscurius esse videatur.

63 *Quòd si vincula ex loris non sint mollibus, & quæ facile vrahentur, sed tantum vel catenæ, vel rudentes, vel funes, necesse est ante fascijs vel panniculis è lana eam partem inuoluere, qua potissimum iniici vinculum debet, & ulteriorem quoque, postea deuincire.*

A Homo scalæ defossæ insidens.
B Calathus lapidibus plenus vitiato cruri appensus.



Nauium rudentes græci uocanti σπλα, quod Poeta indicat in eo carmine. G

Κεῖτο δ' ὑπ' ἀρθώσιν ὁ πλοιηίοις ἀμφιελίσσης.

Constat etiam Hippocratem, quum rudentes σπλα dixit, eos funes intellexisse, qui in nauibus habentur: nā eos, qui in vrbibus, & qui in agro, communi funium vocabulo appellauit σχοινία.

64 *Ad hæc super lectum, qui ex ijs, quorum copia est, firmissimus sit, & maximus, rectè homo extendatur: lecti autem pedes vel, qui à capite, vel qui a pedibus sunt, vel ab exteriori vel ab interiori parte fulciantur, ita, ut fulcra limini firmiter hæreant: sed ad alios pedes collocetur lignum quadratum transuersum, quod perueniat ab uno pede ad alterum: ac si tenue sit, ad pedes lecti deligetur: si crassum, sine uinculo relinquatur: post hæc uinculorum capita tam eorum, quæ uersus caput procedunt, quam eorum, quæ uersus pedes, utraque ad pistillum, vel ad aliud tale lignum uinciantur: uincula autem uel recta iuxta corpus porrigantur, uel paulo etiam superiora, conuenienter ꝙ, a pistillis intendantur, quæ erecta sint, sic, ut unum limini obijciatur, alterum ligno, quod adiectum est. Sic igitur per pistilla ad se attracta adhibere uim oportet: satis autem esset loco liminis & ligni appositi scala, quæ g adus si mos haberet, lecto subiecta, vt pistillis hinc & inde admotis, uincula extēderentur.* H

A *Reponitur item hoc modo femoris articulus, siue in interiorẽ, siue in priorem partem eruperit: Scala defoditur, cui homo insidet integro crure, leniter extẽto, & quà cõmode poterit alligato: uitiato cruri uas fictile appenditur aquæ plenum, uel calathus, in quem coniecti lapides fuerint. Est & alter reponendi modus ad eos, quibus femoris caput in interiorẽ partem luxatur. Transuersum lignum inter duas columnas deuincitur, quantum res postulat sublime, & ab una parte extra columnã cubitũ porrigitur: deinde homo uestimentis pectore obuoluto super eã partẽ transuersi ligni, quæ extat, collocatur, ac pectus per latam habenam ad columnã deuincitur: integrũ crus ab aliquo tenetur, ne subuertatur. sed affecto appẽditur res aliqua, quæ grauitatẽ habeat cõueniẽtem, ut supra quoque dictum est. Ante omnia igitur scire licet omnium ossiũ cõmissuras plerunque sinu & capite cõtineri: & in alijs sinũ cauum esse & oblongum, in alijs parũ desidentẽ. Semper autem restituere conuenit omnes articulo, q exciderunt. protinus, quum adhuc calidi sunt, uel certe quam celerrime: nã, qui reponit, facilius & citius reponit, & æger minorẽ molestiam sentit, ubi, prius quam locus intumuerit, articulus restituatur. Perpetuo itẽ, ubi reponẽdus articulus est, emolliri ante debet, & dimoueri sic enim promptius reuerti consueuit. Vbicunque autem reponitur, imperanda abstinentia est maxima, ubi maximus fuerit, & difficillimus ad reponendum: minima, ubi exiguus, & facile recondatur.*

A Canterius inter duas columnas deligatus.
B Homo canterio insidens pectore ad columnam alligato.
C Alter crus sanum detinens.
D Vas testaceum aqua plenum cruri læso appensum.



De Digitis Luxatis

Quod si digiti articulus excidat, seu primus, q ad manũ pertinet, seu secundus, seu tertius, eadẽ est & æqualis reponendi ratio. maximi quidẽ articuli semper ægrius restituuntur. Excidunt autem in quatuor partes, uel sursum, uel deorsum, uel utrinque ad latera, sed maxime in superiorẽ partẽ, minime in latera, quod accidit, ubi uehemẽter mouentur. Quod si a latere prorumpant, ab ea parte, in quã ueniunt, quasi capitulum rotundum conspicitur, & leniter cauum: si in superiorem uel inferiorem partem prolabantur, quũ hic locus leuior sit, quam qui a latcribus. simulq; procidentium articulorũ excessus paruus, facilius reconduntur. Reponendi ratio sic habet. Summus digitus fascia uel aliqua tali re inuoluitur, sic, ne dum intenditur, extrema parte prehensus elabatur: quo inuoluto unus eam regionem, quæ super primam palmæ partem est, alius inuolutam partem, ad se uterque ualenter attrahat. simulq; exceden articulus in suam sedem compellatur. Si a latere excedat, ratio extendendi eadem est: namque, ubi uidebitur loco excessisse, simul dum intentio adhibetur, protinus in suam sedem cogendus est: sed interim alius ab altera parte debet digitum repellere, cauens, ne in eam rursus prolabatur. Commode quoque restituuntur per digitorum tegmenta ex palmis intexta, quæ a lacertis σαῦραι græce nuncupantur. ubi in diuersa digitum extenderit, prehendens altera manu primam palmæ partem, altera tegmentum, posito articulo, debes quã citissime deuincire fascia tenuissima, inuncta cerato, quod nec nimis molle sit, nec nimis durum, sed moderate. cũ quod durum est, a digito recedat, quod liquidũ & molle, digiti calore tabescat & resoluatur. Soluendus autem est digiti articulus tertio aut quarto quoque die. atque in uniuersum. si inflammatio locũ occupauerit, frequentius soluendus est, sin minus, rarius: quod cõmuniter de omnibus articulis intelligi uolo. Confirmatur autem digiti articulus decimoquarto die. Eadem uero curatio est digitorum manus ac pedis. Quicunque articulus recondatur, debet homo inedia ac tenui victu usque ad septimum diem uti: ac, si inflammatio sit, frequentius resolui, alioquin rarius. Semper autem quiescere uitiatum articulum conuenit, & quam optime figurari.

D

De Genv Luxato

Facilius restituitur articulus genu, quã cubiti, propter iustam & facilem naturam, quamobrem facilius quoque excidit. Excidit autem plerunque in interiorem partem, quanquã & in exteriorẽ, & in posteriorem. Reponitur uero uel flectendo, uel calcitrando uehementer, uel ubi fascia in globũ conuoluta, & ad poplitem admota repente crus curuetur. Sed si in posteriorem partem prolabatur, potest per di-

stentionem

ſtentionem ſuam ſedem collocari, quemadmodum articulus cubiti. Si in latera excidat, flectendo & calcitrando reſtituitur, quanquam mediocris diſtentio communiter pertinet ad quod uis reponẽdum. Quod ſi genu in ſuam ſedem non reuertatur, curuari non poteſt ijs, quibus in poſteriorem partem venit, neque omnino alijs, unde femoris & cruris prior pars extenuatur. Quibus excidit in interiorem, ualgi magis fiunt, ſed extenuatur pars exterior. Si moueatur in exteriorem, magis uari fiunt, ſed non ita claudicant, & craſsiori oſſe nituntur, ſed extenuatur pars interna. Quod ſi a primo natali die, uel in incremento, id accidat, ſuccedit res quomodo ante oſtenſum eſt. E

De Talo Luxato

Quæ ad talum pertinent ualenter diſtendere oportet, uel manibus, uel aliis quibuſdam, & ſimul dirigere quod commune eſt omnium.

De Pede

F

Quæ in pede, perinde atque ea quæ in manu, reſtituuntur. Tum eorũ quæ in crure, ſiue à primo natali die, ſiue in incremento luxentur, eadem eſt ratio, atq; eorum quæ in brachio. Quicũque ex ſuperiori loco ſaltantes calci uehementer inſiſtunt, ita ut oſſa diducantur, uenæ ſanguinem effundant, nerui qui iuxta ſunt, contundantur, atq; hæc grauiſsima accidant, periculum eſt, ne calx corrumpatur, & æuum negocia faceſſat: oſſa enim moleſta ſunt, nerui inter ſe cõmunicant. quandoquidem & quibus ob fractu ram in crure aut tibia, aut ob neruos qui cũ calce communicant attritos, aut q̃ homo, dum iacet negligẽter habitus ſit, nigreſcit calx, & malũ recrudeſcit, & corruptioni oſsis febres acutę accedunt, cum ſingultu, cũ mentis alienatione, quæ celerrime hominem interimunt: accedit & uenarum ſanguinem fundentiũ liuor. Ex eo autem intelliges, futurumne ſit, ut malum recrudeſcat, ſi ſanguis è uenis fuſus, ſi nigrities, & quæ iuxta ſunt, ſubdura ſint, & ſubrubicunda. Tũ, ſi cũ duritie liuida ſint, periculum eſt ni greſcãt. q̃ ſi ſanguis ſuffuſus, et ex eo nigrities, et ꝓximæ partes ſubuirides ſint & molles, talia ĩ his oĩbus bona. Remediũ eſt ueratrum ſi febris abſit: ſed ſi adſit, & res poſtulet, bibatur ὀξυγλυκὲς. Ratio uinciendi eadem conuenit: quæ articulis. maxime autem ubique ad colliſa pluribus lintei molliori-
bus, & minus adſtrictis utendum eſt: faſciam uerò oportet maxima ex parte circa calcem obuoluere, & ita circundare, ut ipſum non exprimat, & à ferulis abſtinere. Quibus G
autem pes, aut per ſe, aut cum appendice, elabitur, elabitur autem magis in interiorem partem, ſi non reſtituatur, extenuatur tempore coxa, femur, crus è regione partis luxatæ. Reponendi ratio eadem eſt, atque in prima palmæ parte. diſtentio ualidior conuenit, & curatio eadem quæ articulis. Minus autem recrudeſcit malum quam in prima palmæ parte, ſi homo quieſcat: in quo caſu tenuiori victu opus eſt.
Eorum autem, quæ à primo natali die, uel in incremento, eadem ratio eſt, quam ſuprà oſtendimus.

A



GALENVS DE FASCIIS

Vido Vidio Florentino interprete.

B

VIDIVS LECTORI

Postremi libri de Fascijs de Laqueis, de Machinamentis nõ reperiuntur (quod sciam) nisi in eo codice, cuius mẽtionẽ fecimus in epistola ad Regẽ, in quo sunt tres auctores de fascijs, Galenus, Soranus, & Heliodorus: è quibus ego latinum feci Galenum duntaxat, nam qui hunc norit, reliquos plane norit Sed an eiusmodi liber germanus sit Galeni, dubitare nemo debet, nam vel ipso proœmio conuincitur: atque hic est ille liber, quem ipse pollicitus est in secundo commentario de officina medici. Verum desiderantur in Galeno quædam, quæ placuit accepta à Sorano & Heliodoro in hunc librum inserere, ne qua superfit humani corporis pars, cuius vinculum in hoc opere non reperias. Quæ suppleuimus, putamus vel ab auctore omissa, vel (quod magis probabile est) intercidisse: neq; enim verisimile est Galenũ tam Sorano quã Heliodoro posteriorem, qui ab vtroq; multa alia de Fascijs mutuatur, quę nunc desiderantur, omisisse, nec singulis partibus (vt pollicetur) suam vinciendi rationem assignasse. Huc accedit, quòd descriptio Asciæ vinculi, quam posuit Heliodorus ad vinciendum femur, in libro Galeni nõ legitur, licet eius meminerit sępenumero: qũia tamen necessaria fuit, prætereunda fuisse non uidetur. Vbicunque autem aliunde quidquam petemus, auctoris nomen maiusculis literis notabimus hoc pacto, Ex SORANO, Ex HELIODORO. cumque ad Galenum reuertemur, Nunc GALENVS.

C Hippocrates ille auctor vetustissimus mundiciem spectans, quam exigunt aliæ artes in agendo, mihi videtur non inconsiderate protulisse, Nobis sanè placet in arte vniuersa animi intentionem adhiberi: in quocunque enim opere decore agere rectèque possumus, decore ac recte agere conuenit: quæcunque mundiciem celeritatemque admittunt, celeriter mundèque conficienda sunt: atque vbi euitari dolor possit, quam maxime iucunde: tum reliqua huius generis omnia præclarius agere debemus, quam alii eiusdem artis professores. Siquidem (vt in nonnullis, quæ efficiuntur, videre licet) artifices vsum habentes non alia re præstant ignaris & expertibus, quam celeritate atque elegantia. Medicum ergo eo magis quam alium artificem fungi decet suo munere quo sibi nobilior est subiecta materia: & idcirco, siue secet, siue quid aliud manu moliatur, non modo vtilitati studere debet, sed mundiciei & elegantiæ, quemadmodum ipse alibi "rursus testatur, quum inquit, Vinculi ratio duplex, altera illius, quod inijcitur, altera illius, quod iniectum est, qđ inijcitur, vt celeriter, iucunde, prõpte, eleganter: celeriter quidem, vt opus expediatur: iucunde, vt facile præstetur: prompte, ut vbique sit in promptu: eleganter, vt oculos delectet. Mala enim in nonnullas corporis partes incumbentia idoneam uinciendi rationem postulant, eamque per se homo sępissime decoram expetit. Quare tam solius ægrotantis gratia, q̃ omnium, quibus sui uidendi copiam facit, scire oportet, quæ uincula, & simplicia, & uaria, singulis partibus accommo
D dentur: nec ignorandum est nonnullis utraque conuenire, nonnullis alterutra, nempe uaria, licet alii secus existiment, de qua controuersia primo diiudicare operæpretium est: Expellunt non nulli varia vincula, non modo tanquam nihil proficientia, sed veluti vsum præstantia maxime alienum. id quod nulla stabili ratione firmant: sed testimonio maiorum nituntur, primum Hippocratis, cum inquit, Sed qui præstantia vincula amant sine mente, complura alia lædunt. præstantia, id est varia: deinde Mantiæ, referentis cuidã oculos procidisse, cui pharmacopola caput & faciem vario vinculo deligauerat: idque iure putant euenisse, quòd fasciæ ob varietatem inæquales vrgeant, & idcirco mouere inflammationes possint, atque abscessus. Sed satius fuit eos dignoscere, non uinculorum uarietate accidere, quod adducunt, sed inscitia alligantium, qui valenter adstringunt. oportuit enim ita deligare, ut Hippocrates docuit, "cum ait, In his autem maxime ad vinculum pertinet, vt arctetur quidem sic, ut quæ iniecta sunt, neque recedant, neque comprimant, sed fulciantur, non tamen cogantur. æquum autem fuit, vbi Hippocratem citarunt, illud adiungere, quod in Hippocratis oratione restabat: non enim simpliciter scripsit 'sed, qui præstantia vincula amant, complura alia lædunt', verum subiecit 'sine mente'. Intelligent autem ex ijs quæ mox persequar, uinculum uarium nullo modo ab Hippocrate submoueri. ipse igitur in libro de officina medici" fasciandi rationem agens, vbi narrauit quid vincula requi-

In lib. de ijs quæ in med. f. sect. 2. t. 1. 7ª 205. a

In lib. de ijs quæ in med. f. sect. 2. t. 6. 7a. 207. a

Sect. 2. t. 1. 7 205. d

requirant dum inijciuntur, quid postquam iniecta sunt, subdit quod iniectum est, vt recte, vt de core: recte intelligit iniectum, quod confert: decore, quod elegans est. vt autem exponat quid sibi velit decore, addit: decore quidem, vt simpliciter, vt distincte. adiungit autem verbum simpliciter, non quo ex toto declaret decore, sed ex parte, quasi dicat, vinculum simplex sit & distinctum, quod euidentius colligitur ex ijs, quæ subiecit: Aut similibus & æqualibus, æqualiter & similiter, aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, ascia, sima, oculus, rhōbus, dimidiatus. aptetur verò species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur. Ergo vinculi speciem, quæ simplex est, orbicularem esse necesse est, sed ascia omnino sima est, atque ita quod prorsus æquale est, erit sibi simile, quod inæquale dissimile. Num igitur deterrentur iam de sententia, qui uaria uincula repudiari ab Hippocrate uoluerunt, fatentes asciā, oculum, rhombum, dimidiatum, uarijs assignari? an prę̄ter hæc, illis commemorem eundem Hippocratem in libro de articulis, ad fractum iugulum, uinculum admouere, quod à gruis similitudine γερανίδα nominauit, idq; varium esse? Sciant autem quibusdam partibus, cuiusmodi femur est, vbi repositum est, atque humerus & cubitus, aliaq; plura, nullum aptari uinculū posse nisi uariū. Hactenus de his. pergamus iam ad fasciarum, vincendique rationem: scrutemurq; in primis, vt fasciæ inter se differant, materia, habitu, longitudine, latitudine, structura. Materia igitur inter se differunt, qm̄ nonnullæ lineæ sunt, nonnullæ ex lana, aliæ ex membranulis: quarū vsus, cum neque unus sit, neq; similis, sed dispar, ubi opus erit, ea accipere conabimur, quæ morbo maximè congruant, quæcunq; ergo adstringenda erunt, linteis alligabimus. at ubi adstringere non oporteat, propterea q; hoc inflammationi sit inimicū, sed abunde sit continere uel tegere, ex lana: ex membrana verò, sicuti Hippocrates, "vbi nasus uel maxilla cōminuitur, extremitatem mēbranulæ parti, quæ vinculū postulat, agglutinantes: Habitu, cum aliæ glomeratæ, aliæ scissæ sint, assutæ aliæ: glomeratæ sunt, quæ ex habena in longitudinem fiunt, quibus nihil assuitur, tales sunt quibus per fracta membra uinciuntur: scissæ, quæ ex uno linteo extremis partibus uel alibi scisso conficiuntur, quales sunt, quæ ad capitis vulnera dantur (cancri dicuntur) siue in quatuor partes scindantur, siue in sex, siue in octo: assutæ ex pluribus habenis varia figura inter se iunctis componūtur, quales sunt, quæ suspendunt, quæ mām as deuinciunt, q̄ māmis & loco præterea, qui iuxta anum est, accommodantur: Longitudine, cū quædā breuiores, quædā longiores sint: Latitudinis eadem rō est, siquidem tā hæc, q̄ illa, debet uinciendis partibus respondere. Structura, nam aliæ texuntur, aliæ constant ex materia per se coacta, uel certo ordine implicata, quæ simplici textura fiunt: nō nullæ hac de causa texuntur, nonnullæ conficiuntur ex tela, quæ ad alium usum texta scinditur in fascias: his plerunque vulnera obligamus, illis vtuntur venatores ad crura defendenda. eædem primæ palmæ parti circundantur, quæ ex implicata materia fiunt, ab aurigis ad latera continenda adhibentur. Est autem perpetuum, vt qui uinciunt fascijs abundent; & quas habent, sciant q̄ optimè adhibere: atque ubi deligandi locus est, tales accipiant, quales docuit Hippocrates "quum inquit, Iam verò fasciæ parentur, leues, tenues, molles, mundæ, latæ, sine futuris, sine eminentijs, ita ualentes, ne extentæ rumpantur. & paulo amplius, Mundas quidem esse conuenit, quoniam sordidæ, præterquàm q̄ indecoræ sunt, liquore aliquo respersæ, non madescunt, deteriusque id reddunt, quo perfunduntur. esse item sui coloris debent, ne si purpura inficiantur, uel alia huiusmodi re, eandem noxam afferant, aut coloris similitudine currentem sanguinem repræsentent: tenues insuper, ne ambitus in tumorem nimium assurgant: molles, ne ob duritiem urgeant: leues, ne onere infestent: sint præterea sine futuris inæqualibus, ob quas futurum esset, vt comprimerent: tum sine eminentijs, hoc est non sint oræ à lateribus ipsa textura confectæ, uel alioquin versæ atq; consutæ, nec quædam extantia, quasi fibræ: cum quæ eminent, vinculū reddant inæquale, quæ extant, non patiantur fasciā facile circuire. Quòd si fasciæ ex inciso linteo fiant, incidatur non per transuersum, sed in longitudinē, sicut intextum est, sectione ad stamen directa, sic. n. lintea facile scinduntur, quod secus habet, si, quà subtegmen procedit, hoc tentetur. adde, quòd quæ in longitudinem scinduntur fasciæ, quod vinctum est, firmius continent. At vinciendi ratio quædam (vt superius dixi) simplex est, & quædam varia: atque hæc modo nomen inuenit à sede, cui adhibetur, modo ab euentis, nonnunquā translato vocabulo à similitudine animalium. à sede, quæ vincitur, nomen trahit, oculus, nasus, inguen, cæteraque huius generis: ab animalibus, cācer, accipiter, aries, lepus, testudo: sed ab euentis, vallum seu coniūctum, seu disiunctum, opercūlū, habena, & quæ his similia sunt. Præterea ex huiusmodi vinculis quædā sunt vincula tantum, vt tholus, regiū, scapha, discrimen: quædam vincula simul & laquei, cuiusmodi est lepus auritus, pastoralis, cæteriq; consimiles. Vinculum insuper aliud ab altero fasciarum capite incipit: aliud à medijs fascijs: aliud utroque modo. Quoddam item certis sedibus idoneum est, reliquis alienum cum sit: quoddam alijs quoq; aptatur. Super hęc aliud à priori parte conspicitur, q̄ priorem hominis partem duntaxat alligatam ostendat: aliud à posteriori: aliud ab utraque, similiter & priorem & posteriotē partem ęque uinctam demonstrans. atq; hęc nunc consimili, nunc dispari ratione ueniunt in conspectū, quæ omnia plana fient, cū ad singula uentum erit. Sed considerandum

In li. de Artic. sect. 2. t. 27. & 46. 72. 265. d & 267. d

In lib. de Offi. med. sect. 2. t. 26. 72. 211. f

A dum eſt, inquirendumq; an quomodolibet ordiri faſcias oporteat: maiores enim omnes ſtatuerunt certas corporis ſedes, à quibus faſciæ ordiri deberent. Exempli cauſa in capite, ob quancunque cauſam uinciatur, faſciæ caput in occipitio collocant, inde ipſam circumagentes, iuncturam conficiunt: nec quidquam intuentur, quod agunt, morbo ne, cuius cauſa uinculum adhibent, ſecundum ſit, an aduerſum: in aliis item partibus inſcitia uel ignoratione (vt credibile eſt) decepti, locos præſcripſerunt. neceſſe enim eſt recte vincientem auctore Hippocrate eò incumbere, ut nõ ſolum deligandæ parti, ſed affectui quoque vinculum conueniat. Nos igitur non vndecunque, ſed quà maxime expedit, ordimur, extremamque faſciam imponimus, quà docuit Hippocrates, "cum inquit, Quæ mouentur, ut articuli, quà curuantur, minimis, & maxime collectis, ueluti poples: qua extenduntur, ſimplicibus & latis, veluti patella, obuolui debent. quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc ſunt: ad ſuſpendendum verò faſciam omnem, quà corpus quieſcit, & quà magis cauum eſt, ſuperimponenda, ut ſupra uel infra genu. Conſentit autem cum capite humeri faſcia ad alteram alam demiſſa: cum inguine, ad alterum ilium; cum crure, ſuper partem huius poſteriorem, quæ carnoſa prominet. quibus autem ſurſum labitur, ab inferio

In lib. de ijs q̃ in med. f. ſect. 2. c. 14. 7a. 208. h

B ri parte ſuſpendenda eſt: quibus deorſum, à ſuperiori. ubi nihil tale eſt, quemadmodum in capite, quà maxime æquale eſt, contineri aſcia debet, & duci quàm minime obliqua, ut poſtremo obuoluta, qua ualentiſſime hæreat, vagos circuitus contineat. Oportet præterea deligantem ad ea reſpicere, quæ in uinculo requirũtur, cuius Hippocrates" duas eſſe ſpecies teſtatur, unam eius, quod inijcitur, alteram eius, quod iniectum eſt. utrobique autem ſumma cura enitendum eſt, dum uinculum inijcitur, ut celeriter, iucunde, prompte, eleganter. celeriter quidem, ut opus expediatur: iucunde, ut facile præſtetur: prompte, ut ubique ſit in promptu: eleganter, ut oculos delectet, cũ iniectum eſt, ut recte, ut decore habeat, nihilque abſit ex ijs, quæ ſupra opus eſſe retulimus. De vſu autem uinculorum ſcire licet quædam ea de cauſa adhiberi, ut continendo curantibus præſidiis ſubſeruiant: alia non propter hoc, ſed ut ipſa per ſe agant, quibus curatio committitur. in his maxime attendendum à qua parte faſcia ordiatur, qua circũdat, qua deſinat: quæ ſingula exquiſitius conſcribi non poſſunt, docere tamen uiam licet, per quam medicus facile iudicare de ſingulaꝛibus poterit, naturam ſingularium partium perſpiciẽs, quã facile alligentur, ſuſpendantur, collocentur: atque inſuper quid vinculum ualeat, efficit enim, ut quæ abſceſſerunt propellantur, hiantia coniungantur, peruerſa dirigantur, atque omnium contraria præſtentur. Oportet autem, ſi


In lib. de iis q̃ in med. f. ſect. 1. t. 1. 7a. 205. a

C quid abſceſſit, ita deuincire, ut quæ ſublimia ſunt, ſedem contingant, hoc eſt locum, unde receſſerunt, at non premant: incipiendum uerò à parte ſana, & qua vlcus eſt, finiendum, ut quod ſubeſt effundatur, & aliud ultra non coeat. Sed quæ abſcedere volumus, contrario modo penitus alliganda ſunt, atque ubi in unum adducere conuenit. verum vbi, quæ hiant, hoc eſt, quæ in exteriorem partem conuerſa ſunt, longe initio accepto coniungenda ſunt: in cæteris eodem modo uinciendum, tantum ab ulterioribus aliquid adducendum erit, paulatimq; comprimendum, primo minimum, deinde magis, maximæ compreſſionis terminus ſit, ubi ſe contingunt, aptanturque, ſed non urgent. uerum in diducendis, quæ cõtracta ſunt, ſi inflammatio eſt, ſuperſedendum eſt: ſi ea non eſt, præparatione eadem utendum, ſed uinculo contrario. dirigere item ubi peruerſa oporteat cætera fieri eadem debent: tum quæ receſſerunt adducenda ſunt, contraria autem contra. Hæc omnia medicum quaſi leges tenentem, obſeruantemque expedit id eligere, quod ſingulis uitiis idoneum eſt, minimeque ad certos locos conſilium dirigere. Nos, quanquam in unoquoque caſu, quà primum ordiri uinculum oporteat, perfecte explicare difficile eſt: dum tamen faſciarum rationem indicabimus, ut res euidentior ſit, locos ſtatuemus, à quibus ordiri potiſſimum conueniat: medicus uerò in agendo vbique illum eliget, qui maxime in rem erit.

D

Linteum ſciſſum ad ſummum caput, & ei proximam regionem. *I.*

Linteum iuſtæ magnitudinis ſcinditur in partes ſex, & medium, qua uerticem complectitur, integrum relinquitur: ex partibus verò pendentibus mediæ findantur è regione aurium, ac ſub mentum demiſſę nodo inter ſe vinciantur, quo facto altera faſciola anguſta media occipitio inijcitur, extremaque ad frontem adducuntur, & à latere capitis nodum accipiunt: quatuor uerò partium, quas pendere ſinebamus, hæc ratio eſt, poſteriores prope nodum anguſtioris faſciolæ, priores ſupra occipitium inter ſe colligantur. licet item abſque nodo, alijs ſubiectis, aliis ſuper datis, poſtremæ fibulam imponere.




Linteum ſciſſum ad frontem, & partes quæ iuxta ſunt. II.

In quatuor partes ſcindere linteum oportet medio intacto qua fronti circundetur: priores-que partes ſuper poſteriores, quæ dependeãt, ad occipitium dare, ibique inter ſe deuincire: poſt hæc reliquas duas conuerſas, in ſummo capite colligare, quæ ſub mentum etiamnum demitti poſſunt, & ibi nodum accipere. Hoc vinculo ad occipitium quoq; vtimur partibus à latere capitis nodo inter ſe deligatis.



Linteum ſciſſum ad totum caput. III.

Linteum ſciſſum in partes octo, ita, vt medium integrum ſit, donec tegere caput poſſit, toti capiti obuoluatur: tum ex pendẽtibus partibus, duæ iuxta aures fiſſæ ſub mento inter ſe deligentur: è reliquis verò binis à priori parte, quaternis à poſteriori, duæ à poſteriori extremæ ſuper alias ducantur ad frontem, altera alteri ſubiecta, vt à ſuperiori contineantur: deinde priores duæ ferantur ad occipitium, ſic, vt æque alteri altera inſidat, his cõprehenduntur quæ prius fuerant circundatæ: reliquæ duæ poſteriores ad frontem attrahãtur, altera ſimiliter alteri ſubiecta, extremæq; à latere fibula injicitur. Hæc vinciendi ratio efficit, vt caput ſine nodis inuolutum defendatur à tædio, quod hi comprimendo afferre plurimum ſolent.



Cancer, ſiue Vinculum capitis ſiue Operculum ſciſſum in partes octo, ad caput. III.

Medium amplecti debet vniuerſum caput, ſic, vt quatuor partes à fronte recte dependeãt, ab occipitio totidem: ex illis exteriores, ad occipitium porrectæ inter ſe alligentur: ex his exteriores ſimiliter fronti circundatæ, à latere deligentur. tum ex reliquis, quæ in fronte ſciſſæ partes ſunt, ad occipitium, quæ in occipitio, ad frontem attrahantur.



Operculum ex faſcia lata trium capitum (σκεπάστρα dicitur) & ex altera, quæ hanc continet (κάτοχος vocatur) & tertia, quæ probibet, ne totum vinculum diducatur, καθολκεὺς nominatur. V.

Pertinet ad obuoluendum vniuerſum caput, dicitur autem παρασκεπάστρα. eſt quidem κάτοχος faſcia longior, quæ in orbem faciei & capiti circundatur, vt operculum comprehendat: ſed καθολκεὺς, ex faſcia fit oblonga, adhibeturque eo nomine, vt diduci vinculum non ſinat: quarum hæc ratio eſt. Linteum adhibetur ſic latum, vt caput vniuerſum complectatur, longius quàm vt duplicatum, hoc efficiat, cuius alterum caput occipitio datur, alterum à fronte dependet: tum anguſtior faſcia ſub mentũ media injicitur, & in vtranque partem




per

A per malas attrahitur inter frontē & verticem, inde ſub mentum turſus demittitur: poſt hæc alterius anguſtioris faſciæ mediū fronti injcitur, capitaq; in orbem ad occipitium porrecta, ibi & inter ſe, & cū alterius anguſtioris faſciæ capitibus alligantur: at quod à facie pendebat in longitudinem, vſq; dum ad ſupercilia ventū fuerit, diuiditur in duas partes, quæ in fronte alteram ſuper alteram inſidente ad ſimilitudinē literæ X in orbem ad occipitiū ducuntur, atq; ibi deligantur. Poteſt autem vna faſcia duntaxat longior, & operculū continere, & prohibere, ne tota iunctura diduca tur. ad hunc modū, ſi media inter frontē & verticē ordiat capita verò recta per malas ſub mentū demiſſa, ibiq; altero ſuper alterū excedente in ſimilitudinē literę X, ſub imas aures ad occipitium dent, vbi rurſus in ſpeciē literæ X inter ſe aduerſa ad frontē ducātur, & nodo à latere deligentur.

Hactenus de ſimplicibus vinculis. Sequitur, vt de varijs dicamus, ſi id antea oſtenderimus, q̄ faſciæ circuituum alius dicitur rectus, alius tranſuerſus, obliquus alius: quid aūt hi ſibi velint, nomina declarant tum alius σεφανιαῖος, μετωπιαῖος alius: παρειὰς alius, alius γενειὰς: præter hæc aliud vinculum orbiculare, aliud in orbem ſerpens nuncupatur, aliud poſtremo aſcia. Eſt autem σεφανιαῖος, qui coronarū modo inter frontem & verticem tendit: μετωπιαῖος, qui frontē ambit: γενειὰς, qui ſub
B mento circumagitur: παρειὰς ſimiliter à malis per quas ducitur, nomen habet: illa demum vocatur aſcia, q̄ lunata figura ab vna parte ſima eſt, ab altera gibba. Circuituum igitur iſtæc nomina ſunt.

Rhombus alter ſimplex, alter Hippocratis, de quo nunc. *VI.*

Aptiſſimum eſt vinculum hoc (vt quidam ſeuſerūt) ad futuras, vbi dehiſcunt: uel (vt alijs placet) ad partium, quas vulnus diduxit, glutinationē, atq; ad emittendum humorem, eo, q̄ comprimendi vulneris vim habeat. ſic autem circuire debet. Faſcia à latere capitis orſa obliqua ducenda eſt ad verticē, atq; alterū tempus: deinde malis vtrinq; circundanda, & obliquæ parti prius obuolutæ aduerſa in modum literæ X ad occipitium demittenda: inde obliqua, ſic, vt à priori circuitu diſtet, per malas porrigenda eſt ad alteras malas: ac rurſus
C obliqua ſurſum danda, vt bis X literā repræſentet, quodq; in medio eſt rhombi figuram accipiat. quo facto ad occipitium ferenda eſt, & fronti in orbem injcienda, eatenus autem circumagenda, ut quæ nuda ſunt, includantur.



Semirhombus vel Lepus ſine auribus. *VII.*

Huic, & illi, cui nomē eſt Tholus, in oībus eadē vis eſt. ratio adhibendi huiuſmodi eſt. Faſciæ caput occipitio injcimus, eamq; ſub infimam auricula n obliquè inter frontē & vertcē ad occipitiū ducimus: tum inter frontē & uerticē priori parti aduerſam, ac ſub infimam auriculam ad occipitiū attrahimus. poſt hæc fronti circumagimus ſic, vt quod mediū eſt, ſemirhōbi effigiē referat, extrema vero faſcia, non modo in hoc, ſed in alijs q̄ loc; capitis vinculis, fibula à latere vinciē da eſt. Poſſumus etiam, ſi ex vſu ſit, faſciā circumducere, non ab inferiori parte ſurſum, ſed contra.

Vinculum ad caluariam, vel Scapha, vel Tholus, ſeu Dioclis, ſeu Glaucy. *VIII.*

Maxime idoneum eſt, vbi ſummum caput, & quod inter ipſum & frontem eſt, vincire conuenit. hoc autem modo ipſum injcies. Orſus
D ab occipitio faſciam recte per verticem duces ad frontem: ibiq; ſiniſtræ manus digito indice continebis, & iuxta priorem partem rurſus ad occipitium demittes: ab eoq; tertio ad frōtem porriges iuxta partem priorem, ubi ipſam obuolues per eum ſinum, qui à digito tenebatur: poſtremo fronti circumages.



Thais Perigenis, quam alij ad Molpi eam auctorem referunt. *XI.*

Adhibeatur eadem cauſa, qua Tholus, ſed quandam præter vſum elegantiam habet. Vbi Tholus vinculum ſuperdatum fuerit anguſtioris faſciolę caput. ſub eius ambitū indatur, eaq; porrigatur obliqua ad ſummū caput, & inter ipſum & frontē, tū in fronte ſub prioris faſciæ ſinū agatur, inde obliqua ad verticē, per id, quod inter ipſum & frontē eſt, ducatur, poſt hæc ad occipitū: dein ſub infima auricula dextra inter frontē & verticem. ſub infima auricula ſiniſtra rurſus ad occipitiū reuertatur. Nos verò, vt fidelius contineatur, alium quoq; ambitum per frontē adijcimus.

E

Thais alia sine auctore. X.

Tholo obuoluto, fasciola, quæ digiti latitudinem æquet, uel etiamnum angustior sit orsa ab occipitio recta ad summũ caput, & ad frontem, per id, quod inter ipsam & uerticem est, adduci debet: ibiq; duplicata rursus ad occipitium porrecta conuerti: atque inde per dexteram capitis partem ad verticẽ, & inter ipsum, & frontẽ procedere: deinde ad sinistrum tempus demitti, quà duplicanda est, & per partem prius obuolutam, ad dextram capitis attrahẽda: inde similiter duplicata ad tempus: quod tertio fiat, vt tres sinus duplicatæ fasciæ cincinnorum imaginem referant: sed postquam tertio ad dextram occipitij partem uentum fuerit, fasciola ad sinistram partem conuertenda, ut eque in altero tempore conspiciatur: postremo, F ut bene priores ambitus teneat, fronti circumagenda.



X



XI

Discrimen. XI.

Ad eosdem pertinet ad quos Glaucij Tholus, inijciturq; hoc modo. Fasciæ quod satis est, à facie dependeat, & reliquas eius partes ad summum caput, per id quod inter ipsum & frontem est, feratur: inde ad occipitium, ibiq; tradatur ministro continenda: post hæc conuersa circa frontem detur: quo facto caput à facie pendẽs, per partem primo iniectum, recte ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, procedat: inde ad occipitium, ibiq; finiatur.

Scapha, seu Tholus Diocleus. XII.

Recte datur, ubicunq; coniungere diducta necesse est, uel quòd ob diutinum materiæ cursum ad oculos incisa cutis fuerit, uel q̃ frons alioquin vulnus acceperit. obuoluitur autem, hoc modo. Fasciam ab occipitio orsam trahimus sub infima auricula dextra, vel sinistra, pro ut ab hac uel illa prius ducendam æstimabimus: inde ad tempus adiunctum, ab eoq; transuersam inter frontem & verticem, porrigimus ad alterum tempus: inde sub infima auricula ad occipitium, qua caput prius superiniectum adstringimus: dein super aurem fronti circundamus, sic, ut ambitus hic illi subijciatur, qui inter frontem & uerticem procedit, ac vterque è regione alterius, ab interiori parte sit resimus, tum quoties opus est, eodẽ modo circumagimus. Inijcitur & aliter per duos fasciæ ambitus, circa eam futuram, quæ ad aures per verticẽ tendit, sic, vt alter ambitus super futuram sit, alter infra, & uterque ab interiori parte sit resimus: inferior autem sursum procedere debet, superior verò deorsum.



XII



XII

G

Thais sub incerto auctore. XIII

Illis idonea est, quibus quod inter frontem & verticem est, ac proximas partes, conuenit deuincire. eam sic admoueto. Vbi semirhombum inieceris, sic tamen, vt fascia frontem non complectatur, ipsam ab occipitio obliquam, ad verticem & frontem porrigito: ibiq; conuertito, facitoque, vt circa frontem Lunæ figuram imitetur, & cornua sursum spectent, ima parte sita inter supercilia: post hęc ab altera parte veticis ad occipitium ducito, sicque circa frõtem attrahito. huiusmodi vinculum præter eam, q̃ semirhombus affert vtilitatem, est etiã aliquo modo speciosius.



XIII



XIIII

H

Glaucÿ vinculum superimpositum, vel additum. XIIII.

Ad eosdẽ confert, ad quos vinculũ ad caluariã, sed huic magis fidendum. Igitur, vbi vinculum ad caluariã adhibitũ est, aliud superinijcito, cui nomen est Lepus sine auribus, ne longũ faciam:

Regium

A *Regium.* XV.

Idem efficit, quod Thais sub incerto auctore, nimirum, quòd inter frontem & verticem est, ac proximas partes deuincit, cuius hæc ratio est. Fasciæ quantum satis est depẽdere à facie sinimus, quodq; ex ea restat, inter frontem & verticem recta ad occipitiũ trahimus: inde conuersam sub ima aure inter frontem & verticem oblique ad occipitium: ab hoc oblique item ad id contrariæ partis, quod inter uerticẽ & frontem est: tum per tempus, ac sub ima aure ad occipitium ducimus: deinde caput, quod à facie pendebat, ad frõtem attrahimus, terque ibi replicamus, sic, ut sinus ad similitudinẽ gra-
B duum se excedant: quos postremo cõprehendimus fascia circa frontem obuoluta.



Capistrum, quod dimidiatum, uel ad alteram partem, dicunt. XVI.

Expeditissimum est, ubi maxillã seu vulneratam, seu prolapsam, seu ob distentionem oris, aliumve morbum oportet ab altera parte vinciri. Fascia ab occipitio orsa, obliqua per uerticem, & inter ipsum & frõtem per tempus ferri debet ad malas: inde sub mẽto & ima aure alterius partis ad occipitiũ: deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem reuerti, atq; ad eandem rationem, quoties opus est, circumire. Tunc uerò commodum ita circundatur, cum à superiori parte deorsum deligandũ est,
C Sin ab inferiori parte sursum, fascia ab occipitio incipiat, & sub infimam auriculam, mentumq; procedat: tum per malas ducatur, & obliqua inter frontem & uerticem ad occipitum, deinde sub mentum circumagatur: postremo frontem ambiat.



Capistrum ad utramque partem. XVII.

Ad eos pertinet, quibus maxilla uel utrinque suo loco mota est, uel alio quopiam tenetur, ex iis, quæ dicta sunt in capistro ad alteram partem. Fascia occipitio primum iniecta, oblique per uerticem, & inter ipsum & frontem ad malas porrigitur, demissaq; sub mentum maxillã & malas ab altera parte amplectitur: inde inter frontem & summum caput per partem prius iniectam in speciem literæ X ad occipitium reuertitur: & sublimis auribus ac mento rursus ad occipitium data, nouissime frontem complectitur.

Idem ab inferiori parte sursum. XVIII.

Ab occipitio ordiatur, & sub infimam auri-
D culam ac sub mẽtum detur ad malas: inde oblique per summum caput ad occipitium tendat, ab eoque sub infima auricula alterius partis, & sub mento demittatur: tum ad malas: post hæc oblique inter frontem & uerticem ad occipitium ducatur, & fronti postea circundetur.



Idem in utranque partem ductum a superiori parte deorsum. XIX.

Media fascia complecti occipitium oportet, capitaq; eius per uerticem obliqua inter ipsum & frontem porrigere, sic, vt X literam repręsentẽt: deinde per malas sub mentum, & sub imas aures ad occipitium reuerti: post hæc circa frontem obuolui, & ad occipitium adducta sub mentum demitti: postremo ad occipitium per frontem circuire.

Idem aliter. XX.

Media fascia super frontem detur, capitaq; eius ducãtur ad occipitium, ibiq; figuram accipiant literæ X: post hæc sub imas aures ac mentum ad malas, inde inter frontem & verticem obliqua ad occipitium demittãtur, tum sub mentum, nouissime per frontem circundentur.

Aliter. XXI.

Fascia media ab occipitio orsa, capita sub imas aures, mentumque attrahenda sunt: tum per malas, quod superest eodem modo obuoluendum, quemadmodum in ea, quæ proxime posita est.



XX



XXI

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo uinciuntur quæ iuxta aurem sunt, & maxillæ processum. XXII.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimam auriculam ad tempus atque inter frõtem & verticem oblique ad occipitium, & circa frontem procedat, sæpiusque ad eandem rationem circumeat: quo modo procedere debet, cum ab inferiori parte sursum attrahitur. Sin expeditius sit à superiori parte deorsum, ita porrigatur: Incipiat ab occipitio, & oblique per verticem, & inter ipsum & frontem ad tempus procedat, ab eoq; sub imam aurem ad occipitium reuertatur, deinde frontem ambiat.



XXII



XXIII

Quod alij Leporem sine auribus, alij Semirhombũ uel Nauiculam dicũt, ad utranque partem commodissime ad frõtem, et ex parte etiam ad id quod inter ipsam et uerticem est, adhibetur. XXIII.

Occipitio primum fasciam inijcimus, ab eoq; sub infimam auriculã ad tempus, & inter frontẽ & verticem adducimus, & obliquam ad occipitium demittimus: inde circa frontem iuxta angulum oculi tempori propiorem, & inter frontem & verticem oblique ad occipitium: inde oblique inter verticem & frontem, parti prius iniectæ aduersam sic, vt ibi X literam repræsentet: & post hæc sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem in utramque partem ductum à superiori parte deorsum. XXIIII.

Media fascia occipitium amplectitor, capitaq; eius per verticem inter ipsum & frontem adducito, sic, vt ibi X literam repræsentent: inde sub imas aures ad occipitium, post hæc circa frontem attrahito.



XXIIII



XXV

Idem ab inferiori parte sursum. XXV.

Fascia media ab occipitio orsa sub infimis auriculis in vtramque partem ducitur ad angulos oculorum temporibus propiores, ab his inter frontem & verticem ad occipitium reuertitur, deinde frontem comprehendit. Quibusdã placet hanc sub mentum quoque circumagi.

Vinculum

A *Vinculum à ſuperiori parte iunctum. XXVI.*

Capiſtrum rectum ad vtranque partem adhibemus, faſciamq; non amplius ſub mentũ, ſicut in illo, ſed per medium naſum agimus ad occipitium, & ſuper eam futuram attrahimus, quæ ad aures per verticem tendit.

Vinculum Glaucij valde iunctum. XXVII.

Eadem ratione obuoluitur, atq; id, quod à ſuperiori parte iunctum inſcribitur, niſi ꝙ fertur etiam ſub mentum.

Perigenis Galea gladiatoria. XXVIII.

Aptiſſima eſt, vbi caput ac malæ pluribus lo
B cis vulnus acceperunt. Capiſtrum obliquum ad vtranque partem inijcitur: dein Glaucij ſcapha, poſt hæc rurſum capiſtrum ad vtranq; partem, nonnulli vt vinculum hoc elegantius reddant, id capitis ornamentum, quod κεφαλὸν appellant, parantes aſſuunt. Adhibetur item & alio modo ſine obliquo capiſtro, & faſcia per malas minime porrecta.

Galea aliter ad eoſdem. XXIX.

Faſcia quod ſatis eſt à fronte dependeat, reliqua ad occipitium recta ducatur, & eatenus obuoluatur, vt rectum capiſtrum efficiens totas genas & caput complectatur, quo facto ca-
C put quod à fronte pendet, ſurſum conuertendum eſt, & recta per verticem ad occipitium attrahendum: ac, ſi placeat, ſub imas quoque aures adducendum.



Lepus auritus. XXX.

Sic appellant ſemirhombum, vbi laqueus ille accedit, quem auriculas nuncupant, qui vel gladiatoribus decoris cauſa datur, vel vt caput contineat, vbi propter aliquem faciei affectum pertractare id oporteat. ſi decoris cauſa, auriculæ breues ſint, & in medio frontis, nam ſic animalis imaginem referunt: ſin vt contineant, in medio ſimiliter, & magnæ, vt digiti in earum ſinus coniecti, continere caput queant.

Alius ad tempora. XXXI.

D Hac ratione obuoluitur. ex altera parte faſciæ laqueus fit paſtoralis, vel qui duos habens ſinus nominatur (quos ſæpius in libro de laqueis breuiter declarauimus) & fronti inijcitur: ſuper quem deinde ſemirhombus, vel nauicula circumligatur.




Simplex Oculus, vel Tenue uinculum ocularium XXXII.

Faſciam ab occipitio oriam ducimus per verticem inter ipſum & frontem, inter ſupercilia ad oculum, ſic, vt ipſum contegat: inde ſub infimam auriculam ad occipitium, poſtremo circa frontem.

Idem ab inferiori parte ſurſum. XXXIII.

Ab occipitio initium ſumit: & per ſummum caput inter ipſum & frontem, inter ſupercilia ad oculum: nam ſub infimam auriculam ad oculum, inter frontem & verticem agitur: poſt hæc ad occipitium, & circa frontem.



Duplex

Duplex Oculus à ſuperiori parte ductus.
XXXIIII.

Orditur ab occipitio,& per ſummum caput, atque id,quod inter ipſum & frontem eſt, inter ſupercilia fertur ad oculum: tum ſub infimam auriculam alterius partis, ad alterum oculum, inter ſupercilia inter frõtem & verticem ad occipitium:poſtea circa frontem.

Poteſt etiam, ſi ad rem magis pertineat,initio conuerti,& ab inferiori parte ſurſum circundari.


XXXIIII


XXXIIII

Duplex in vtranque partem ductus a ſuperiori parte deorſum. *XXXV.*

Media faſcia ab occipitio orſa, ducere capita oportet inter frontem & verticem, atque inter ſupercilia,ſic,vt ibi X literæ figuram accipiant: tum ad oculos,atque inde ſub imas aures ad occipitium & circa frontem.


XXXV

Aliter. *XXXVI.*

Media faſcia ordiatur a fronte,capita ad occipitium denturinde ad modum literæ X ſimiliter,atque in ſuperiori vinculo,procedant.


XXXVI

Oculus rectus ad alteram partem.
XXXVII.

Orſi ab occipitio, faſciam per ſummum caput,& inter ipſum & frontem directam ad oculum ducimus:inde per eam partem,qua maxilla cum malis committitur,ſub mentum, & ſub infimam auriculam ad occipitium,& circa frõtem.


XXXVII

Duplex ex eodem ductus. *XXXVIII.*

Priuſquam frontem comprehendat, ab occipitio ad alterum oculum trahi debet:tum recta qua maxilla cum malis committitur, ſub mentum,ab eoque ſub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.


XXXVIII

Idem ab inferiori parte. *XXXIX.*

Faſciam ab occipitio orſam ducito ſub infimam auriculam,ab eaque ſub mentum, & qua maxilla cum malis committitur,ad oculum:inde inter frontem & verticem ad occipitium: poſt hæc ſub infimam auriculam,ſub mentum, qua maxilla cum malis ex altera parte committitur, ad oculum attrahito; tum inter ſupercilia ſuper partem prius iniectam, ad modum literæ X inter frontem & verticem ad occipitiũ porrigito: & circa frontem nouiſſime circundato.


XXXIX

Idem in Vtranque partem ductus. *XL.*

Faſcia media non ſecus ac in ea,quæ obliqua oculum vinciebat,occipitio iniiciatur,capitaq; a ſuperiori


XL

A a ſuperiori parte, vel inferiori attrahantur. poteſt etiamnum media fascia ſub mento incipere.

Linteum ſciſſum ad naſum. XLI.



XLI

Faſcia eatenus lata eſſe debet, vt naſum cõplectatur: longa verò, vt duplicata à naribus ad occipitium perueniat. Orſam igitur ab occipitio recta, per verticẽ & inter ipſum & frontem ad medium naſum adducimus, & quod ex ipſa ſupereſt a facie ſinimus dependere: qđ rectum in duas partes ſcindimus, vſque cum ventum ſit ad ſuperius labrum. quo facto alteram faſciolam mediam, ab imo naſo orſam ſuper eam, quæ ſciſſa pendet à facie, in vtranq; partem, ſub imas aures ad occipitium ducim° ſuper partem primo iniectam, ſic, vt ibi X litera repræſentet, miniſtroque tradimus. deinde partes ſciſſas à facie conuertimus ab vtraq; parte naſi inter ſupercilia, vt ibi literæ X ſimilitudinem accipiant, ac per ſummum caput obliquas ad occipitium porrigimus, & cum priori capite iungimus: ſuper quas deinde capita a miniſtro contenta circa frontem attrahimus, ſic, vt à latere nodo vel fibula inter ſe vinciantur.

Funda ad naſum ex quatuor capitibus. XLII.



XLII

Scindendum linteũ eſt in partes quatuor, mediumque integrum relinquẽdum, quà vincire debet imum naſum. ex capitibus verò, q̃ ſuperiora ſunt, pendere deorſum oportet: inferiora per genas primum ad angulos oculorum tẽporibus propiores procedere, inde inter frontem & verticem ad ſimilitudinem X literæ inter ſe commiſſa à miniſtro contineri: reliqua duo ſub imas aures ad occipitiũ demitti, ibiq; literæ X ſimilitudine accepta, circa frõtem agi, & à latere inter ſe deligari, tum quæ à miniſtro tenebantur, in occipitio deſinere.

Eadem ex tribus faſciolis. XLIII.



XLIII

Vna media iniicitur ſub imo naſo, capitaq; eius per oculorum angulos temporibus propiores inter frontem & verticẽ ducuntur, ibique aduerſa ad imaginem literæ X à miniſtro continentur: altera media datur ſuper imum naſum, & in vtranque partem ducitur ad occipitium, ibique accipit nodum cum capitib. à miniſtro contentis: tertio orditur à fronte, & capiti circundata à latere deligatur.

Eadem ex duabus. XLIIII.




XLIIII

Vna ſub imo naſo dari media debet, capitaque eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem porrigi, atque inter ſe aduerſa in ſpeciem literæ X miniſtro ſimiliter tradi; altera media iniici ſuper imum naſum, & capita eius ferri ſub imas aures ad occipitium, & ibi X literæ ſimilitudine accepta per frontem circumagi, & à latere deuinciri.

Naſus

Naſus ex binis faſciolis. XLV.

Vna ſuper naſum in longitudinem detur, dimidiaque pars à fronte dependeat, reliqua per verticem recta ad occipitium porrigatur: ſed alterius medium dandum eſt ſub imum naſum capita verò ſub infimas auriculas ad occipitiũ ferenda, vbi debent literæ X ſimilitudinem accipere, poſt hæc prioris faſcię quod a fronte pẽdet, ſurſum cõuertendum, & ſuper partem primo volutam rectà per verticem ad occipitiũ demittendum, quo facto, capita quæ ibi literæ X figuram aceeperant, id complexa, poſtquã fronti circundata fuerint, finienda ſunt.



Accipiter ad naſum ex tribus faſciolis. XLVI.

Vna ſub imo naſo media incipit, cuius capita vtrinq; iuxta nares inter ſupercilia ducuntur ad imaginem literæ X, inde ad ſummum caput, atque occipitium dantur, ibique continentur: altera media ſuper imum naſum obuoluitur, capitaque eius ſub infimas auriculas ad occipitium demittuntur, & ibi inter ſe, & cum capitibus, quæ continebantur, vinciuntur: tertia media a fronte ordi tur, & in vtranque partem circumacta a latere capitis finitur.


Idem ex binis faſciolis. XLVII.

Prior faſcia perinde atque altera circumagenda eſt, ſed capita huius in occipitio ad literę X ſimilitudinem inter ſe aduerſa vbi frontem complexa ſunt, finiuntur: illius vero ſub his comprehenduntur, vel ipſa quoque in occipitio in ſpeciem literæ X inter ſe aduerſa ſub mentum adducuntur, ibique inter ſe alligantur.

Faſcia glomerata ad idem. XLVIII.

Faſciæ pendere tantum à facie ſinito, quãtum à naribus poſſit ad occipitium peruenire, reliquam eius partem recta per naſum, inter ſupercilia ad frontem & verticem trahito: inde per medium caput ad occipitium demittito: ibique conuerſam ſub infima auricula ad imum naſum attrahito ſuper partem pendentem: inde ſub infima auricula alterius partis ad occipitium ducito, ibique contineto, poſt hæc caput quod à facie pendebat, recta ſuper partem priorem volutam, ac occipitium dato, ſic, vt à reliqua faſcia comprehendatur: quam poſtremo circa frontem adducito, & ad occipitium reuerſam à latere capitis deuincito.





Funda. XLIX.

Orſa ab occipitio obliqua per verticem & inter ipſum & frontem tendit ad angulum oculi tẽpori propiorem, inde per genam ad imum naſum, ab eoque ad genam ſimiliter alterius partis, oculi angulum tempori propiorem, inter frontem & verticem, ad ſummum caput fertur priori parti aduerſa, poſt hæc ad occipitium demittitur, & ſub infimis auriculis porrecta ad occipitium reuertitur, nouiſſimeque fronti obuoluitur.

Eadem aliter. L.


Faſciam occipitio primum iniicimus, deinde obliquam per verticem ad tempus atq; angulũ

oculi

A oculi tempori propiorem adducimus,ab eoq; ſub imum naſum, atque infimam auriculã rurſus ad occipitium demittimus,ibique conuertimus,& priori parti aduerſam obliquam ducimus ad tempus,ac ſub imum naſum ad infimam auriculam contrariæ partis,poſt hæc ad occipitium, deinde ſub infimam auriculam,ſub imum naſum,ac ſub imam auriculam alterius partis ad occipitium,poſtremo circa frontem obuoluimus.

Aminta Vallum. *LI.*

Orſi ab occipitio, faſciam oblique per verticem ducimus, atque inter ipſum & frontẽ ac inter ſupercilia: inde à latere iuxta angulum oculi naribus propiorem,recta ad ꝓximam narẽ: inde quà maxilla cum malis cõmittitur,attrahi-
B mus: tum ſub mentum demittimus, & ſub infimam auriculam ad occipitium damus:ab eoq; per verticem oblique inter ipſum & frontem, atque inter ſupercilia porrigimus, prioi parte aduerſam in ſpeciem literæ X: poſt hæc à latere naſi,ex contraria parte, & qua maxilla cum malis committitur, ſub mentum atque infimam auriculam alterius partis ad occipitium: inde fronti circundamus: poſt hæc ſub infimam auriculam,per medium naſum, ad alteram infimam auriculam atque occipitium,præter hæc nonnulli quoque mentum complectuntur. Adhibetur autem commodiſſime, vbi vel inter ſupercilia,vel medium naſum deligare opus eſt.



LI LII

Phaleræ,ſeu Vallum. *LII.*

C

Ab occipitio inchoatur,& oblique per ſummum caput atque inter ipſum & frontem procedit inter ſupercilia: inde iuxta angulum oculi naſo propiorem per genam ſub imam aurem ad occipitium: ab eoque per contrariam partem,ſic, vt inter ſupercilia literæ X figuram accipiat: tũ oblique inter frontem & verticem,per verticem ipſum ad occipitium demittitur: deinde ſub infimam auriculam, per medium naſum atque alteram infimam auriculam,item ad occipitium reuertitur: poſt hæc circa frontem agitur. Quſdam,vt ſpecioſius vinculum efficerent,per eam quoque ſuturam,quæ ad aures per verticem tendit circuire voluerunt. Poteſt etiam,ſi res poſtulat,faſcia duci in vtramque partem.Huic & ſuperiori eadem vis eſt.

Menecratis Accipiter. *LIII.*

Faſcia primum occipitio detur, & recta per verticem inter ſupercilia tendat iuxta angulum oculi naſo propiorem: & ab altera nare ſuper
D imum naſum feratur iuxta alterum angulum naſo propiorem,& inter ſupercilia, vt ibi ſimilitudo literæ X fiat, poſt hæc recta iuxta partem prius volutam ad occipitium reuertatur: ibique conuerſa ſub infimam auriculã, & ſuper imum naſum, ac ſub infimam auriculam alterius partis,itidem ad occipitium adducatur, & fronti no uiſſime circundetur: quam agere etiam licet ſuper eam ſuturam, quæ ad aures per verticem tendit. Nonnulli, vt elegantius vinculum reddant, adijciunt ſemirhombum,cuius rationem ſupra indicauimus.



LIII LIIII

Aminta Vallum ad naſum in alteram partem declinatum. *LIIII.*

Faſciam ab occipitio orſam recta ad ſummum caput adducito: deinde inter ipſum & frontem,atque inter ſupercilia ab altera nare ſub imum naſum attrahito: inde ſub imam auriculam alterius partis,& ſuper imum naſum, ab eoque ſub imam aurem ad occipitium obuoluito: inde circa frontem.


Hippocratis

Hippocratis vinculum adducens. *LV.*

Idem prẹſtat,quod proxime poſitum. ſic autem obuoluitur.membranula palma longior accipitur,cuius vnum caput glutine vel gummi illitum naſo agglutinatur ab ea parte, in qua iacet:alterum ſub imam aurem ad occipitium adducitur,ab eoque ad frontem,quà ſimiliter agglutinatur.

Ad aures linteum ſciſſum in quatuor partes. *LVI.*

Medium auriculam complectatur: ex partibus verò ſciſſis,quæ ſuper auriculã ſunt, vbi X literæ figuram acceperint,vna per frontem altera per ſummum caput,ad occipitium porrigantur: tum quæ per frontem procedebat, quà X literæ ſimilitudo eſt,attrahatur, quæ ꝑ verticem ad frontem ducatur,& à latere capitis ambæ inter ſe vinciantur: ſed partes ſubiectæ aduerſæ inter ſe procedant, & altera per poſteriorem partem, altera ſub mentum detur ad occipitium,ibique nodum accipiant.



Auris ex faſcia glomerata. *LVII.*


Faſcia poſt lẹſam aurem prope occipitium orſa,per ipſam ferri debet, vt ex parte eandem includat:inde inter frontem & verticem attrahi nõ longe à fronte:tum per priorem partem prope alteram aurem ac ſub mentũ ad aurem affectam, deinde inter verticem & frontem ad poſteriorem partem integræ auris,& ſub mentum,atque in ſimam auriculam ad occipitium,inde circa frontem,ac rurſus ad occipitium.

Aliter. *LVIII.*

Occipitio primum iniicitur, & ſub infimã aurem ſanam inter frontem & verticem ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atque inde ſub mentum & ſub infimam aurem ad occipitium, deinde oblique ſuper aurem, poſt hæc circa frontem.

Linteum ſciſſum in partes ſex ad regionem iuxta aurem. *LIX.*

Medium ſuper locum vinciendum iniicimus:ex partibus verò aliis à ceruice dependẽtibus,alijs ſuper caput collocatis, eas, quæ à priori parte ſunt, inter frontem & verticem nodo inter ſe deuincimus:medias verò in sũmo capite & inter ſe,& cum prioribus alligamus:poſteriores ad occipitium adductas,vt X literam referant,circa frontem agimus ſic, vt à latere capitis finiantur.



Iunctura ad malas ex tribus faſcijs. *LX.*

Vna media inter frontem & verticem iniiciatur, capitaque eius per malas ſub mentum demittantur,ab eoque per malas iuxta priores partes inter frontem & verticem procedant,ibique inter ſe colligentur: quod ſi oculos

A los quoque deuincere volueris, ducantur non iuxta priorem partem, ſed per oculos, tum inter frontem & verticem data in ſpeciem literæ X ad occipitium adducantur: altera faſcia media inter frontem & verticem orſa in vtranque partem attrahatur iuxta oculorum angulos temporib. ꝓpiores, ad mentum, atque ibi nodum accipiat: tertia media medium naſum amplectatur, capitaque eius ſub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibique X literæ ſimilitudine accepta per frontem circumeant, & nodo a latere capitis vinciantur.

Longa ad frontem & regionem, quæ inter ſupercilia eſt ex faſcia glomerata. LXI.

Dari primo ſuper occipitium debet, poſt hæc recta duci ad frontem & inter ſupercilia, deinde ad occipitium reuerti, & poſtremo per frontem circumagi.

Funda ad labrum inferius ſciſſa in partes quatuor. LXII.

Medium, quod integrum eſt, iniicito ſuper labrum inferius: ſuperiores vero partes ad
B mentum adducito, atque inde ad occipitium, ibique in ſpeciem literæ X altera ſuper alterã excedente, ad ſummum caput, & inter ipſum & frontem attrahito, miniſtroque tradito. reliquas vero binas partes ſub infimis auriculis ad occipitium porrigito, atque ad formam literę X ad frontem attrahito, & has, & quæ a miniſtro continebantur, inter ſe deuincito.

Eadem ad labrum ſuperius. LXIII.

Media ſuperius labrum complectitur: inferiores partes iuxta angulos oculorum tem-
C poribus propiores adducito inter frontem & verticem, vt ibi X literæ figuram accipiant, inde ad occipitium demittito: reliquas duas partes ſub infimas auriculas ad occipitium attrahito, ibique inter ſe aduerſas circa frontem agito, & inter ſe deuincito.



Faſcia glomerata ad labrum inferius. LXIIII.

Orditur ab occipitio, & ſub infima auricula fertur: ad labrum inferius, ac ſub infima auricula reuertitur ab occipitium.



D

Eadem in vtramque partem ducta. LXV.

Media labrum complectitur, capitaque eius ſub imas aures ad occipitium attrahuntur, & fronti circundantur.

Alia. LXVI.

Incipimus ab occipitio, & ſub infimam auriculam ad labrum faſciam ducimus, ab eoq; ſub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium, inde per verticem obliqnã, & inter ipſum & frõtem ad tempus porrigimus, ab eoque per malas ſub mentum ad malas ex altera parte, deinde inter frontem & verticem in ſpeciem literæ X, inde ad occipitium, poſtremo circa frontem.

Ad labrum ſuperius. LXVII.

Ab occipitio ordiatur, & obliqua detur inter verticem & frontem iuxta oculi angulum temporibus propiorem ad labrum ſuperius, ab eoque ad alterum tempus, atque oculi angulum ipſi propiorem, tum inter frontem & verticem ſuper partem prius iniectam ad imaginem literæ X, inde ad occipitium & circa frontem.

Eadem

Eadem à medio orsa. LXXIII.

Media superius labrum complectere, capitaque iuxta tempora oculorumque angulos temporibus propiores porrige, inde interfrõtem & verticem, vt ibi X literam referãt, tum ad occipitium, post hæc per frontem, rursus ad occipitium.

Funda sciſſa in partes quatuor ad occipitium. LXIX.


Media occipitium comprehendit: ex partibus vero, quæ subiectæ sunt, per malas atque angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem feruntur, ibique inter se deligantur: reliquæ sub infimas auriculas ad occipitium ducuntur, vbi ad modum literæ X altera super alteram excedit. quod si breuiores fuerint, in occipitio cum prioribus aptantur, si longiores, ad frontem adducuntur. *

Cum de vinculis tam simplicibus, quam compositis, quæ facici & capiti conueniunt, abunde dixerimus, proximum est, vt ad reliqua pergamus.



LXVIII LXX

Iunctura ad mentum EX SORANO LXX.




LXX

Fasciam ab vtroque capite scindentes, sic, vt medium, quo mentum comprehẽditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, recta per malas inter frontem & verticem porrigimus: superiores per mentum transuersas ad occipitium attrahimus, nodoque inter se alligamus: prodest autem quibus deuincire mentum conuenit.

Spica Glaucÿ. Nunc GALENVS LXXI.

Nomen inuenit à spica, quam suo ambitu imitatur. maxime autem proficit, vbi iugulũ fractũ est, aut humerus excidit. eius ratio est: Hapsus lanæ mollis ab ea parte, quæ vincienda est, alæ subijcitur, donec id cauum compleat: post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem & latitudinẽ habeat pro portione eius, quod alligatur, ab altera ala incipiens obliqua per dorsum tendit, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur: inde sub ala affecti humeri ad eam partem reuertitur, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, ita, vt ibi X literam repræsentet: deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis: inde per dorsum obliqua ad iugulum, ita, vt parti prius obuolutæ aliquantulũ insidat: ab eoq; sub ala iterũ datur ad iugulũ, sic, vt secũdõ similitudo X literæ fiat: postremo ad alam integræ partis, atq; ad eandem rationem, circumagitur.



LXXI LXXII


Eadem media primum iniecta. LXXII.

Adhibita spica brachium figurandum est ad angulum rectum, atque altera fascia media inuoluendum, cuius capita recta ducenda sunt, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, atque ibi in speciem literæ X aduersa inter se ad alã integræ partis attrahenda: post hæc per latera atque affectum humerum circundanda eatenus, vt omnia includantur, & sub ala sanæ partis finienda.

Eadem

A *Eadem in vtramque partem ducta.*
LXXIII.

Media alam affecti humeri complectitur, & in vtramque partem ducta, qua iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, X literæ figuram accipit: inde oblique pars vna per dorſum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atque ad hunc modum, quoties opus fuerit voluta, finitur.



LXXIII LXXIIII

Geranis (ita enim appellatur a gruis ſimilitudine) Hippocratis, ſiue (vt alijs placet) Perigenis. LXXIV.

B Ijſdem conuenit, quibus ſpica. in hunc autem modum obuoluitur. Vbi ſpicam inieceri mus, ſemel circa humerum dari faſcia debet: inde ad iugulum procedere: tum oblique ad alteram alam, atque ibi deſinere.

Funda humerum complectens, quæ idem præſtat, atque Geranis. LXXV.

Spicam adhiberi prius cõuenit: tum ab ea parte qua iugulum cum lato ſcapularũ oſſe committitur, faſciam ſemel recta ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figuratum ſit: atq; inde rurſus ad eam partem, qua iugu-
C lum cum lato ſcapularum oſſe committitur, deinde ad alam integrę partis: poſt hæc humero & lateribus circumdari, & ſub ala nodum accipere.



LXXV LXXVI

Eadem aliter. LXXVI.

Media vitiati humeri caput amplectaſ, capitaque eius recta ducantur: ad brachium in vicinia cubiti; & rurſus iuxta partes prius inſectas, quà iugulũ cũ ſcapularũ oſſe coniungitur: inde ad alam integræ partis, poſthæc in orbem.

Aliter. LXXVII.

D Media circundanda eſt alę integræ partis, capitaq; eius in orbẽ ad latera atq; humerũ attrahenda: tum ſub ala integræ partis iterum demittẽda: inde obliqua ducẽda ſunt ad eum vitiatæ partis locum, vbi iugulũ cum lato ſcapularum oſſe cõmittitur: deinde recta per humerum ad cubitum: ab eoque rurſus ad eam partem, qua iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur: inde ad alam integræ partis, poſtremo in orbem circa humerum.



LXXVII LXXVIII

Spica duplex, quam alij Quadrigam dicunt
LXXVIII.

Commodiſſime inijcitur, cum vtrunque humeri caput male habet. eius ratio hæc eſt. Vt ſpica ſimplex data fuerit, faſciam ſub alam vincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atque ad eam partem, qua iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, ſic, vt ibi X literam referat: deinde ad alteram alam, atque ad eaadem rationem circumagimus.

Cataphracta. LXXIX.

Nomen habuit à ſimilitudine thoracis Romani, quẽ cataphractam dicũt. Prodeſt autem quibus deligare iuxta iugulum cõuenit latũ os ſcapularũ, pectus, dorſum, aut latera, quod vinculi aliqua ex parte dnplicẽ ſpicã repræſentat, ſic aũt obuoluitur. Alæ primo circundatur; tum obliquè per pectus ducitur ,ppe illam regionẽ, vbi iugulum cum oſſe pectoris cõmittitur: inde per ceruices ad latum ſcapularum os humeri contrarij, atq; ad alam ſubiectã, ab eaq; ad ceruices ſuper partẽ prius iniectam, ita, vt ,ppe ceruices ſimilitudo X literæ fiat: poſt hæc ,obliqua datur ad alam: ab ala ad ceruices, vt in vertebra colli X literæ figuram accipiat: deinceps ſub ala & oblique prope eam regionem, vbi iugulum cum oſſe pectoris committitur, ſic, vt hic quoque ſimilitudo X literæ fiat, & iuxta ceruices, & ſuper latum ſcapularum os, & ſub ala, vt quater X literam repræſentet, nimirum ſemel à priore parte, ſemel a poſteriori, bis prope iugulum. Ad eandem autem rationem quoties opus eſt, circuit: deinde in orbem attrahitur circa pectus & latera ſic, vt tota iunctura thoracem referat.



LXXIX LXXX

Eadem in vtramque partem ducta. LXXX.

Sub ala dari mediam faſciam oportet, & in vtramque partem ferri ad proximum iugulum, ſic vt prope ceruices X literam referat: deinde oblique porrigi ad cõtrariam alam, ab eaque ad proximum iugulum, vt ibi prope ceruices fiat ſimilitudo literæ X: inde ad alteram alam oblique: poſtremo in orbem circa pectus.

Soſtrati Vinculum rectum ad alam & pectus. LXXXI.

Maxime conuenit, vbi medium pectus, vel dorſum, aut latera, ſeu thoracem volumus deuincire. Duas igitur faſciolas iuſtæ longitudinis humerorum capitibus inijcimus, earumq; capita recta ſinimus dependere: deinceps faſcia glomerata thoracem totum obuoluimus & latera, vt contegãtur, extremamque faſciã nodo alligamus: capita verò, quæ & à priori & à poſteriori parte pendebant, faſciæ circuitibus aſſuimus, ac, ſi longiora fuerint, ſurſum cõuerſa, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, inter ſe colligamus.



LXXXI LXXXII

Vinculum in ſpeciem literæ X ad alam & pectus. LXXXII.

Quas proxime poſui, faſciolæ non rectæ, ſed obliquæ depẽdeant, ita, vt tam à pectore, quàm à dorſo ſimilitudo X literæ fiat. cætera eadem fieri debent, quæ, vbi recta adhibentur.

Aminthæ thorax. LXXXIII.

Huic & vinculo, quod ad alam poſui, eadẽ uis eſt, ſic autem faſciatur. Impoſita cataphracta ad vtrãq; partem ducta, vbi faſcia eatenus circũierit, vt vſq; ad vmbilicum complexa omnia fuerit, capita inter ſe vinciri debent, ſic, vt lupus laqueus fiat: quodq; ex his vltra laqueũ relinquitur, ad ilia vtrinq; adductum prioribus circuitibus inſeritur, ſic, vt extremum pẽdeat, quod quatuor digitorum longitudinẽ æquet: quo fit, vt thoracis fimbrias repræſentet.


LXXXIII LXXXIIII

Thorax ad idem X literam repræſentans. LXXXIV.

Faſciam ilibus primum à dextra parte inijcito, & oblique per latus & mediũ pectus trahito ad humeri caput: ab eoque ad alam atque iterum ad humeri caput ſuper partem ,priorem ad effigiem X literæ: poſt oblique per dorſum ad ilia ſuper caput primo iniectum, deinceps per ventrem ad ilia ſiniſtræ partis in orbem circun-


A circunducito:deinde per dorſum priori parti aduerſam,ſic, vt ibi eiuſdem literæ ſimilitudinẽ habeat,ad caput humeri dextrum.poſt hæc ſub alam demittito,& rurſus ad caput humeri circumagito,ſic,vt ibi ſimilitudo X literę fiat: poſt hæc per medium pectus ac latus oblique ad ilia ſiniſtræ partis,nouiſſime in orbem circundato,atque ad eandem rationem voluito,dum quæ liganda ſunt,omnia includantur.

Stella. LXXXV.

Adhibito vinculo,cui nomen eſt thorax X literam repræſentans,debet anguſtior faſciola dari in orbem ſemel aut iterum circa pectus & dorſum,& extremo capite fibula deuinciri.

Geranis in ſpeciem fiſcellæ. LXXXVI.

Idem poteſt,quod cataphracta.eius autem ratio eſt.A dorſo incipit,& oblique per ſcapulas ad eam partem procedit, vbi iugulum cũ lato ſcapularum oſſe cõmittitur: inde ſub ala demiſſa eodem reuertitur,vt ſimilitudinem X
B literæ ſuper eandem commiſſuram accipiat: poſt hæc obliqua per mammam ad vmbilicũ, ibiq; cõuerſa oblique trahitur ad alteram mãmam,atque ad eam partem,vbi iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur,vt ibi literę X figuram accipiat:deinde per dorſum demittitur,& in orbem datur circa latera, atque ad eandem rationem circuit.



LXXXVI LXXXVII


Stella a poſteriori parte ſe oſtendens. LXXXVII.

Vtiliter adhibetur,quibus deuincire dorſum oportet.ſic autem circundatur. Ab ilibus orſa puta ſiniſtræ partis,per dorſum tẽdat ad caput humeri dextri:inde ad alam,ab eaque per latum ſcapularum os ſiniſtræ partis ad alam atque humeri caput:dehinc oblique per dorſum feratur priori parti aduerſa:poſt hæc ſemel aut iterum in orbem circa ilia detur,eoque ambitu extrema pars
C contineatur.Eandem quoque ſic circumagere licet, vt à priori parte oculis exponatur: id quod fit,vbi non a priori parte,ſed a poſteriori æque circumeat.

Vinculum,quod a fulmine Κεραύνιος *appellatur.*

LXXXVIII.

Idem efficit,atque illud,qđ proxime poſitũ eſt. Faſciam iuſtæ longitudinis atq; latitudinis mediam in longitudinem ſcindimus,dum reciperе caput poſſit:ex capitibus vero vnũ a ventre,alterũ a dorſo,patimur depẽdere:poſt hęc imponimus id vinculi,cui nomen eſt Thorax X literam repræſentans, imaque capita priori faſciæ ſciſſa in plures partes pendere ſinimus.



LXXXVIII

Simplex vinculum ad ceruicem.


LXXXIX.

D

Commodiſſimũ eſt, vbi res poſcit alterã ceruicum partem allegari.Incipit autem a medio latere,& per dorſum fertur ad ceruicem & pectus,& poſt hęc ad latus ſuper caput primo iniectum,deinde per thoracem in orbem.

Duplex. XC.

Faſcia primum alæ circundari debet, tum oblique per dorſum ad ceruicem procedere: inde ad pectus,& alam,atq; alteram alã: poſt hæc oblique per pectus ad ceruicem ita, vt ibi X literam repræſentet:deinde oblique per dorſum ad alam:ac poſtremo in orbẽ circumagi atque ad eandem rationem ciicuire.



LXXXIX XC

E

Cuſpis, ſiue Hamus. XCI.

Binæ faſciolæ, quæ & longitudinem conuenientem habeant, & duorum digitorum latitudinem non excedant, mediæ humerorum capita complexæ dependent, & tam a dorſo, quam ab vmbilico X literæ figuram accipiunt: poſt hæc fibula inter ſe iunguntur: quo facto obuoluitur geranis in ſpeciem fiſcellæ.



XCI



XCII

Rhombus ſimplex. X II.

Iſdem prodeſt, quibus proxime adſcripta. conficitur autem ex duplici vinculo ad ceruices, & ex geranide, ante dictis.

Rhombus duplex ad idem. XCIII.

Faſcia ab ilibus orſa obliqua per iugulũ fertur ad latum ſcapularum os: inde ad alã, ab eaque ad iugulum, ita, vt quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, referat ſimilitudinem literæ X: poſt hæc trãſuerſa per collum ad alterum iugulum: tum ſub ala demittitur, atq; ad idem iugulum reuertitur, vt ibi quoque ſimilitudo X literæ fiat: inde obliqua per mammã porrigitur ad ilia contrariæ partis, ſic, vt in pectore eandem literam referat: poſtea in orbem circa ilia fertur, & obliqua per dorſum tendit, qua iugulum cum lato ſcapularum oſſe cõmittitur: inde ad alam demiſſa eodem reuertitur: tum tranſuerſa per priorem partem, quà iugulum cum oſſe pectoris, & quà cum lato ſcapularum oſſe committitur, & obliqua per dorſum ad ilia, poſtremo in orbem. Cum hoc etiam imponitur, vel duplex geranis, vel ſimplex vinculũ ad ceruicem, vel etiam duplex.

F



XCIII



XCIX

G

Soſtrati Κεραύνιος. XCIIII.

Proficit vbi medium pectus & dorſum deligandum eſt. ſic autem obuoluitur. Duo inijci vincula oportet, & quod cuſpis, & quod ſtella nuncupatur: tantummodo capita, quæ in ſtella per fibulam inter ſe iungebantur, ad ilia adducta dependent.

Apollonij iunioris Ημικεραύνιος. XCV.

Faſciolas, quas in cuſpide adhibuimus, ad humerorum capita damus, tum duplex uinculum ad ceruices inijcimus, deinde geranida in ſpeciem fiſcellæ.

H

Soſtrati parua Ara. XCVI.

Specioſa eſt, ſiquidem obuoluta paruæ aræ angulos repræſentat. Primum deligetur vinculũ ad ceruices, deinde geranis in ſpeciem fiſcellæ, quo facto adijcitur vinculum Soſtrati ad pectus, cum faſciolis ſuſpendentibus.

Eiuſdem paruum Templum. XCVII.

Hoc etiam & decorum eſt, & idem proficit. Recto vinculo Soſtrati impoſito illud iniiciendũ eſt, quod quadriga nominatur.

Apollonii Thirij paruum Templum. XCVIII.

Binæ faſciolæ ſuper dorſum dantur, quemadmodum in vinculo recto Soſtrati ad pectus, poſtea ſimplex rhombus circumagitur.

Geranis in ſpeciem fiſcellæ in priori parte ſe oſtendens. XCIX.

A latere orſa obliqua per pectus eò ducenda eſt, vbi iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur,


A mittitur: inde ſub alam: ab hac eodem reuerſa per collum tranſuerſa ducenda eſt ad commiſſurã iuguli alterius partis cum lato ſcapularum oſſe: deinde ſub ala à priori parte verſus poſteriorem ad eandem commiſſuram porrigenda: inde obliqua per pectus, & poſtremo in orbem circa ilia. Idem quoque vinculum à poſteriori parte ſe oſtendet, ſi circuitus, qui à priori parte fuerant, in poſteriori collocemus, & eos qui à poſteriori, in priori.

Auriga. C.

Valet ad latera deliganda, atque ad hunc modũ inijcitur. Media faſcia collum comprehendimus, capitaque obliqua per pectus attrahimus: ibiq; inter ſe implicata ſub alas adducimus ad dorſum, vbi rurſus implicamus: atq; ita, donec totum thoracem deligauerint, modo à poſteriori, modo à priori parte implicamus, extremaque inter ſe deuincimus, quo vinculo vtuntur aurigæ ad latera continenda.

B

Expoſitis faſcijs, quæ thoraci accommodantur, proximum eſt, vt ad reliquas pergamus.



Ex Heliodoro.

C

Aſſuta faſcia ad mammam. C I.

Faſciam cuius longitudo ac latitudo ſit proportione hominis, duplicamus: tũ initio facto à medio eius partis, quæ duplicatur, ſuimus deorſum oblique tendentes: deinceps omne id, quod ſuper futuram eſt, excidimus, vt pilei modo ſinus fiat, qui mammam, & quod ſuperiniectum eſt, capiat. vtrunq; huius faſciæ caput in duos deinde ab altera parte ſinus, quæ cõtra futuram eſt, & veluti labrum lintei, faſciolam latam circiter digitos duos à latere ſuimus ſic, vt alterum caput longius ſit, breuius alterum: quæ faſciola cingulus dicitur, vinciendi ratio eſt. Sinus datur ad mammam, vt ipſam comprehendat: longius verò cinguli caput per dorſum attrahitur ad integram mammam, & cum breuiori nodũ accipit. ex capitibus ſciſſis priora duo ſurſum feruntur ad ceruices, ita, vt dexteriori ſiniſtrum, ſiniſteriori dextrum procedat, pendereq; ſinatur, quibus cum reliqua duo capita colligantur.

D

Glomerata faſcia ad mammam. C II.

Longioris faſciæ, quæ tantum latitudinis habeat, quantum vſus requirit, caput in duas partes ſciſſum detur iuxta integram mammam: faſcia verò per deorſum oblique ad vitiatam mammam procedat, ab eaque ad alteram, poſt hæc ſuper dorſum: inde ad affectam mammam a ſuperiori parte deorſum porrigatur, vt inter vtranque mammam X literæ figuram accipiat: ſæpiusque ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda ſunt, omnia contegantur. extrema verò faſcia ſcindatur, tum ſciſſæ partes inter ſe vinciantur, altero nodo ſub integra mamma, altero ſupra collocato.

Ex Soranо.

Duplex in utranque partem ducta, à ſuperiori parte deorſum. C III.

Mediæ faſciæ, quæ pectori tranſuerſa circundetur, altera aſſuitur, donec vtranque mammillã pertranſierit: hæc capitibus ſuis recta ad collum datis ex eo ſuſpẽditur, illa per deorſum procedit: vtriuſque capita inter ſe vinciuntur, vt deligandis mammis accommodentur.

Vinculum Suspendens sex habens capita.
CIIII.

Suspendenti vinculo quatuor capitum circa mediam futuram, alia fascia transuersa assuitur, cuius capita, vbi (vt dictum est) deligauerimus, in dorso inter se vinciũtur, ne aut resolui vinculum possit, aut rugosum fieri. Habet autem eundem vsum, quem proxime traditum.

Nunc GALENVS.

Iunctura ad alterum Inguen. CV.

Expeditissima est, vbi alligare inguen oportet. inijcitur autem hoc modo. Fascia ab ilibus orsa oblique per clunes ferri debet à parte inguinis vitiati inter anum & naturale, post hæc sursum procedere ad inguen: tum in orbẽ per coxam ad ilia super partem prius iniectam, & ab inferiori parte sursum adduci.

Ad Vtrumque Inguen. CVI.

Abdomini fasciæ caput inijcito, eamq; obliquo per coxam inter anum & naturale attrahito ad inguen ab inferiori parte sursum: deinde iuxta caput primo iniectum ad coxam, atque inter anum & naturale ad alterum inguen ab inferiori parte sursum: post hæc infra vmbilicum, sicque circumagito, dum inguen vtrũq; includatur.

Eadem in vtramque partem ducta. CVII.

Media fascia incipit ab ingume, capitaque eius ad coxã data literæ X figuram accipiunt, & vnũ ad inguen, alterũ ab exteriori parte procedit: deinde ambo in vnum adducuntur, atq; ad eandem rationem circumeunt.

Aliter ad alterum inguen. CVIII.


Vnũ fasciæ caput, quod breuius sit, nec duorum vel trium cubitorum longitudinem excedat, ab inguine dependeat: alterũ verò glomeratum, per ilia ad coxam detur atq; abdomen: inde obliquè ad coxã & inguen circũagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxã, ac per ilia cõtrariæ partis ad abdomen: tuncq; caput dependẽs ad inguen sursum cõuertatur sic, vt ibi sinus fiat, qui altero capite, quod glomeratum est, comprehẽdatur. post hæc rursus quod glomeratum est, per inguen & coxã ducatur ad abdomẽ: rursusq; primũ caput duplicetur à superiori parte deorsum, & eo, quod glomeratum est, comprehendatur: ac dum fascia desinat, alterum quidem duplicetur, alterũ superdetur: nouissime fibula imponatur.

Aliter ad Vtrunque. CIX.

Fasciola media lumbos complectimur, capitaq; eius ab inguine, nõ secus q̃ in iunctura ad alterum inguẽ finimus dependere: tum alteram fasciam à ventre orsam, quemadmodũ in iunctura, ad vtrunq; inguen circundamus, capita verò, quæ pendebant, quemadmodum in simplici dictum est, duplicamus.

Pecten, seu Vinculũ suspendens ad Colem. CX.

Fasciola media lumbis inijcienda est, capitaq; eius super ventrem adducta nodo inter se vinciendа: tum alterius fasciæ glomeratæ caput zonæ inserendum: reliqua pars ad colem data in zonam



A nam rursus à superiori parte deorsum conijcienda, post hæc sub colem & ad zonam: postremo testiculos complexa, in zonam demittenda est.

Aliter. CXI.

Iniecta zona fasciæ caput super colē impo natur, eaq; circa ipsum in orbē detur, donec totum includat, deinceps ad zonā feratur, ab eaq; ad colē, atq; inde rursus ad zonā: nouissime testiculos amplexa, in zonā demittatur.

Idem ex fascia scißa ac zona. CXII.

Linteū iusſæ magnitudinis scindito in partes quatuor, sic, vt mediū integrum relinquatur, quo colem excipito: tū ab altero capita scisſas partes in vicina colis findito: in quæ fiſſa conijcito partes alterius capitis, cinguloq; inserito, & nodo alligato.

B Ex Heliodoro

Vinculum ad alterum inguen, quod nonnulli dixerunt Cancrum pro inguine. CXIII.

Fascia ab ilib° cōtrariæ partis incipiēs obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguē, quod vinciri debet, ab eoq; ad summam coxā porrigitur. post hæc ad idem inguē reuersa datur ad regionē, quæ sub vmbilico est, vt X literæ figurā accipiat, ab eaq; ad ilia alterius partis: sicq; circumagitur, donec, quę nuda sunt, omnia complectatur: tuncq; vtiliter semel in orbem ambit circa lumbos, & infra vmbilicum. Prodest aūt, quibus deuincire inguē oportet.

Ad vtrumque inguen. CXIV.


Vbi vinculū adhibuerimus ad alterū inguē,
C omisſo circuitu in orbē, in vinculo ad vtrūq; inguen, fasciā a lūbis attrahimus ad alterū inguē: deinceps ad summā coxā, ab eaq; ad idē inguē, vt in altero similitudo X literę fiat: deinde ad lumbos adducimus: post hæc eatenus hac ratione obuoluimus, vt quę nuda sunt, includamus. Valet ad vtraque inguina deligānda. neque ab re est vltra propositos circuitus, in orbem quoque fasciam circumagere.

Iunctura ad inguen tuendum. CXV.

Fasciæ glomeratæ, à capite duodecim interpositis digitis fasciolam assuere duorū cubitorum oportet, eoq; capite super ilia contrariæ partis iniecto, fasciolā rectā à posteriori parte per lumbos & clunes demittere inter anū
D & naturale, obuolutamq: inguini vitiato sursum porrigere: deinde glomeratā fasciā bis, terve circumagere, per quē ambitum fasciola attrahitur quasi per nodum. vbi verò huiusmodi circuitibus in orbē inguen adstrictum est, fasciola ad summam coxā porrigitur, ab eaq; ad idem inguen, & ad eā regionem, quæ sub vmbilico est. quo facto ex fascia glomerata vinculum fit ad alterum inguen, nodumq; accipit sub vmbilico. Pertinet autem hoc vinculum ad eos, quibus propter varices, qui inguen implent, manus curatio admouetur.

Assuta iunctura ad anum. CXVI.


Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, vt huic iuncturæ sufficiat: cui ab vno capite altera valentior fascia, lata circiter digitos tres transuersa assuenda est: hæc zonæ nomen inuenit; tum eidē



faſciæ interuallo puta nouem digitorum alia faſcia tranſuerſa, perinde lata vt zona ſimiliter aſsuẽ E
da eſt, cuius partes vtrinque adiuncta crura nuncupantur: alterum verò caput rectæ faſciæ, quod contra futura m eſt, ſcindendũ in duo crura. Homo igitur explicata zona cingatur, recta verò faſcia per lumbos procedat ad anum atq; inter ipſum & naturale, eiusque crura ad inguina ducta zonæ inſerantur: poſt hæc adiuncta crura arctata in zonã demittantur, atq; ibi cruribus alligentur. Quod vinculum ſine adiunctis cruribus non nulli ad calculoſos, vbi calculus euulſus eſſet, adhibuere: id nos ob nodorum inęqualitatem reijcimus, ne pars vmbilico ſubiecta vrgeatur, veſica. n. inæqualiter compreſſa inflammationi obnoxia eſt. Deligamus aũt, quibus calculus euulſus eſt, parua faſcia, quam proxime ad inguen propoſuimus: ſed nunc breuiorem rectam faſciolam aſſui mus, extremamque ſcindimus in duas partes. hæc aũt iunctura illis longe commodior eſt, q̃ quæ ani cauſa iniicitur, ſiquidem glomerata faſcia in orbẽ volura lũbos, & omne id quod ſub vmbilico eſt, tegit, extremaque ſub vmbilico prioribus circuitibus aſſuitur. ex recta vero faſcia quod integrum eſt, ad anum & inter ipſum & naturale demittitur, partes vero ſciſſæ ad inguina attractæ in priores circuitus immittuntur: quæ vinciendi ratio, calculoſis, vbi ſecti ſunt, aptiſſima eſt.

Sciſſum vinculum ad ſcrotum. *CXVII.*

Linteum pro hac ipſa iunctura longum la tumue, ab vtroque capite in quatuor parteis diuiditur, ſic, vt ab vno breuiores ſint, ab altero lõgiores: deinde a medio verſus breuiores exciditur, donec, vbi vſus requiritur, coles eo cauo excipiatur. zonã ergo iniicere primũ ho mini oportet, tuncque ex breuioribus partib' lintei medias duas in zonam demiſſas, inter ſe deuincire, & reliquas duas in eandẽ zonã cõiectas pati dependere: quo facto coles per id cauũ excipi debet, ſcrotumque totũ cõprehẽdi integro linteo: ex cuius partibus longioribus, duæ exteriores ſcroto inuoluendæ ſunt, ita, vt dextra ſiniſteriori, dexteriori ſiniſtra procedat: deinceps in zonam demiſſæ eo modo, quo priores permittendæ ſunt pendere. reliquę duę medię ſcroto ſimiliter iniectæ, vt dextra ſiniſteriori, dexteriori ſiniſtra procedat per ſummas coxas in eandem zonam demittẽdę, & cũ prioribus partibus pẽdentibus alligãdæ.





Ex Sorano

Iunctura ad ſcrotum ex tribus capitibus.

CXVIII.

Vni extremæ faſciæ aſſuatur altera media ad imaginem literæ T. harum, quæ tranſuerſa eſt, hominẽ cingat: quę recta, feratur ad ſcrotum, ibique eatenus incidatur, quatenus coles cauo recipiatur, extremaque ad zonam alligetur, vt ſcroti vitiis accommodetur.

Ex Heliodoro.

Faſcia glomerata ad cubitum. *CXIX.*

Incipit ab imo humero in vicinia cubiti, atque in orbem circũagitur: poſt hęc obliqua ducitur H
ad priorem cubiti partẽ, qua ſecari venæ ſolent: tum brachio in orbẽ obuoluta obliqua ad humerũ reuertitur, ſic, vt priore parte cubiti X literam repræſentet: ſic aũt circuit, donec tegantur, quæ nuda ſunt, & vbique a latere nodum accipiat. Illud aũt cõe eſt humeri brachij, alteriusve membri vinciendi, q̃ faſciæ in orbem ferri debent, cũ eo vt interdum ẽt obliqua procedãt, quo vinculum firmius hæreat. Huius verò faſciæ extremitas vel inferioribus aſſuenda eſt, vel anguſtiori faſciola vincienda eſt: aut in duo capita ſcindenda, quæ ab altera membri parte nodo inter ſe alligentur.

Iunctura in orbem: quidam adjiciunt, ſub auctore Hippocrate. *CXX.*

Huius uinculi ratio eſt, vt faſcia ſuper aliquod membrum pluribus circuitibus in orbẽ ambiat. recte aũt iniicitur, vt membrum contineat, quod in ſuum locum reſtituitur: magis vero pertinet ad corporum, quæ abſceſſerunt, glutinationem, his ſeruatis, quæ ad artificioſam faſciandi rationẽ pertinent. Abſcedentium. n. ore in inferiori parte ſito faſcia a ſuperiori parte deorſum procedit, vt humores excernantur, & eorum, quæ abſceſſerunt alterum alteri inſidat, vt glutinentur. ſed ſi vlcus ſuperius ſit, vt materia ab inferiori parte ſurſum ſub vinculo excernatur. vbi vero abſcedẽtia corpora tranſuerſa ſint, facia ab ipſis circundetur verſus os, vt humor emittatur.

Menecriti

A *Menecritivinculum ad partes extremas.* CXXI.

Ab extremo brachio prope manū orsi, vbi fasciam semel in orbem duxerimus, obliquam attrahimus per primam palmæ partem: deinde per palmam ipsam circumagimus priori parti aduersam, ita, vt ad primam palmæ partem reuertatur, prope ipsam prius X literæ similitudine accepta: atque ad eandem rationem obuoluimus, dum quæ nuda sunt, contegantur. Adhibentur autem vtilissime, vbi
B & primam palmæ partem, & palmam alligari necesse sit.

Cancer. CXXII.

Angustioris fasciolæ, cuius latitudo exempli causa digitum æquet, capite super primam palmæ partem impositō, ipsa per palmam attrahenda est, & ab interiori parte versus exteriorem oblique ad pollicem adducenda: tum circa ipsum ab exteriori parte oblique porrigenda ad primam palmæ partē aduersa parti prius iectę, sic, vt super exteriora pollicis X literam referat: at
C que ad eandem rationem eatenus voluenda, vt omnia complectatur: nouissimeque circa primam palmæ partem data, finienda est. Commodissime autem obuoluitur ad vinciendum pollicem, quem ἀντιχείρα vocant.



Ex Sorano.

Iunctura ad primam palmæ partem. CXXIII.

Orsa a prima parte palmæ obliqua versus palmam ducatur, deinde per palmam ipsam transuersa, postemo in orbem circa primam palmæ partem, vt quibus hanc ipsam uincire volumus, accommodetur.

D *Vinculum Oppositum.* CXXIIII.

A prima palmæ parte incipiens, post ipsam oblique circa pollicem obuoluitur: tum oblique a priori parte manus ad primam palmæ partem porrigitur, ibique in orbem attrahitur, vt vinciendo pollici aptetur.

Vinculum, vt in palæstra ductum. CXXV.

Adhibito vinculo oppositō fasciam insuper oblique prope primam palmæ partem versus digitos circundamus, deinde in orbem circa indicem: post hæc oblique aduersam parti prius iectæ, prope primam palmę partem attrahimus: idemque facimus circa reliquos digitos, vt illis idoneum sit, quibus tam quod prope primam palmę partem versus digitos est, quam quod post digitorum articulos, vinciri debet.

Rhombus ad medium membrum. CXXVI.

Fasciæ caput membro inijcimus, eamque super id obliquam ducimus, post hęc in orbem, deinde aduersam parti prius obuolutæ, atque ab altera parte in orbem, vt ad eas fracturas conferat, q bus carnis quoque vulnus accessit.

Rhombu

Rhombus multiplex ad vnicum membrum.
CXXVII.

Super extremã vnius membri partem fascia imponitur, & ꝑ ipsum æquis interuallis quasi in cochlea serpit vsq; ad alterã extremitatem: quã in orbẽ cõplexa, oblique circuit, & in orbẽ dat aduersa parti prius iectæ, certa seruãs interualla, vt ijs, quę cõprehendit, cõmodetur.


Palma habena. *CXXVIII.*

Orsa a summo membro, obliqua per mediũ ad imum feratur, & in orbẽ circa ipsum detur: post parti prius iectę aduersa ad summum reuertatur, & iuxta eodem circuitu ambiat, vt eas partes fideliter contineat, quę recenti callo glutinatæ sunt.

EX HELIODORO

Rhombus æqualium crurum. *CXXIX.*

Tradita iunctura hæc est ad femur, vbi id aliqua parte vulneratum sit, & adiunctæ partes abscedant. cuius ratio est. Ab inferiori parte vlceris fascia in orbem circuit, inde obliqua ducitur a latere vlceris: & rursus in orbẽ a superiori parte vlceris attrahitur: tum obliqua ad imaginem literæ X deorsum dimittitur: deinceps conuenienti interuallo bis iuxta vlcus obliqua porrigitur semel ab inferiori parte sursum, semel a superiori deorsum, ita, vt bis litera X repsentetur, & in medio rhombus super vlcus collocetur, quo per medium interuallũ nudatum humores excernantur. Circuit aũt ad eandem rationem, donec quæ nuda sunt excipiat, eoque fit, vt quæ abscesserunt, sub vinculo, quasi sponte sua ad glutinationem veniant, nudatoque vlcere, quidquid humoris collectum est, effundatur.



Rhombus inæqualium crurum. *CXXX.*


Vbi proximum vinculum inieceris, requirit quod nunc proponitur, vt fascia per vulnus feratur, etiam obliqua. Eo vsi sunt, quibus operiendi quoque vulneris consilium fuit.

Ascia. *CXXXI.*

Scribunt, qui huiusmodi iunctură adhibuerunt, ipsam vtiliter iniici, quibus vulnerato femore proximæ partes diducuntur. sic autẽ inijci debet. Voluenda sub vulnere fascia est in speciem asciæ sic, vt pars gibba deorsum, sima sursum spectet: deinde super vlcus iterum in speciem asciæ priori aduersæ circũagenda est, atq; ad eandem rationem attrahenda, dum quæ nuda sunt contegat, ab inferiori parte sursum, & a superiori deorsum procedens, interdum etiã per vlcus, vt ipsum operiat.

Vinculum a latere X literam repræsentans. *CXXXII.*

Fasciã imo femori in orbẽ ꝑpe genu circũagimus: tum oblique ducimus, & rursus parti prius iectæ aduersam attrahimus sic, vt à latere genu literæ X similitudinem referat, eodẽq; modo circunducimus. Potissimum autem pertinet ad eos, quibus genu in alteram partẽ lapsum reconditum est. repræsentanda vero X litera est ab ea parte, in quam excidit.



Testudo. *CXXXIII.*

Super genu fasciam tẽdere in orbem oportet,

A tet: inde obliquam à ſuperiori parte deorſum per patellam demitti ad poplitem: ibiq́ue ſub genu in orbem iterum circumagi, & parti prius iniectæ aduerſam ſuper patellam procedere in ſpeciẽ literæ X. poſt hæc per poplitem, & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationem obuolui. Conuenit autem patellæ, quomodocunque ſua ſede proruperit.

Ad Calcem. CXXXIV.

Circumagenda faſcia eſt circa talos in orbem, inde à poſteriori parte ex vno latere nerui lati oblique ducenda ad alterum latus: tum circa calcem uoluenda, ab eoq́ue porrigenda, atque ad eandem rationem circundanda. Valet autem ad calcem alligandum.

B

Ad Talos. CXXXV.

Faſcia ſuper talos datur, inde obliqua ad ſuperiora pedis porrigitur: poſt hæc ſub plantam demittitur ſic, vt ad ſuperiorem partem reuerſa, X literæ ſimilitudinem referat: alligata verò planta circumducitur in orbem. Valet, ubi uinicri talos oportet.



Spica ad Plantam. CXXXVI.

Faſcia in orbem, magnum digitum
C eõplectatur, ab eoque per plãtam procedat circa talos: inde obliqua reuertatur ad plantam ſic, ut non longe à minimo digito ſimilitudo literæ X fiat: poſt hæc ad ſuperiorem partem pedis intendat, & ad eãdem rationem circumeat. Maiores uinculum hoc ad magnum digitum deligandum memoriæ prodiderunt: nobis verò ſuperuacaneum uidetur digitum alligare ad plantam, atque ad talos: abunde enim exiſtimamus, ſi cum digito & planta pars pedis ſuperior vinciatur, quemadmodum propoſitum eſt in digitis manus.

EX SORANO

D

Calceus. CXXX VII.

Faſciam primo talis injicimus, tum per ipſos obliquam ducimus ad plantam: ab eoq́ue ad alteram partem talorum obliquam attrahimus: poſtremo circa crus in orbem porrigimus, ut illis accommodetur, quibus deuincire talos conuenit.

Ad Calcem. CXXXVIII.

Faſciæ caput ſub talis injcito, eamq́ue circa ipſos oblique ad plantam demittito: tum oblique circa calcem, & in orbem circa talos adducito, ut illis aptetur, quibus obligare calcem volumus.

Finis Galeni de Faſcijs.

ORIBA.



ORIBASIVS DE LAQVEIS

EX HERACLE

Vido Vidio Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI

Laudatur liber de Laqueis à Galeno in libro de Faſcijs, quamuis alibi quoque mentionem faciat laqueorum, qui hoc opere continentur: refertur tamen hic liber in græco exemplo ad Oribaſium auctorem. Quicquid eſt, opus vtiliſſimum eſt, ſine quo multa ſunt, quæ in medicinali arte nec comprehendi, nec præſtari poſſunt: pertinent enim laquei non modo ad faſciandum, ſed etiam ad extendendum oſſa fracta, uel ſuo loco mota, ſeu æqualiter, ſeu inæqualiter adhibere uim oporteat: tum ad curanda atque alliganda membra dum manus adhibetur.

Quæ ratio ſit Laquei Attollentis.

AD attollentem habena adhibetur duplicata, cuius vtrunque caput ſiniſtra manu continetur, ſinus verò dextra prehenditur, & capitibus ſuperinijcitur, ſic, vt capita ſita ſint in medio ſinu. quo fit, ut ex vna parte laquei nexus feratur, capita ex altera. Habet autem hic laqueus facultatem extendendi æqualiter, pertinetque non modo ad extendendum membra, ſed etiam ad continendum, cum in ſuam ſedem compelluntur: & ad figurandum corpora; ubi quid manu fieri oportet. Recte quidem eas partes intendit, quæ binis oſſibus continentur, quandocunque enim alterum G vitioſum ſit, ſinus ſuper ipſum, capita ſuper integrum imponuntur: nam ſinus corpori inhærentes affectam partem vehementer diſtendunt: at capita, cum recedant à corpore, eam partem, quæ bene ualet, uel nihil omnino intendunt, uel certè quàm minimum.

Membris quoq; cum reponuntur, aptiſſimus eſt ſicuti cubito, cum in aliquam trium partium excidit, in quas ubi prolapſus eſt, brachium curuum eſt, neq; extenditur, id eſt in poſteriorem, interiorem, atq; exteriorẽ. in quo caſu laqueus oſſibus brachij iuxta primam palmæ partẽ inijcitur, capitaq; eius ſublimiora feruntur, &, ut retinacula ſint, ad aliquid immobile deligantur. Ad figuranda inſuper corpora, vbi manu medemur, adhibetur commodiſſime. in ijs enim, quæ iuxta anum uitia infeſtant, vbi tractantur, brachia poplitibus ſubijciuntur, & huiuſmodi habenæ attollentes ad brachia dantur in vicina manus, eorumque capita ad ceruices hominis adducta, inter ſe vinciuntur: quoniam attollens laqueus non ſolum inijcitur, implicitus, ſed ſuper membrum quoque circumponitur: ſuſpenſa enim faſcia ſinus membro ſubijcitur, capitaque eius per medium ſinum traiiciuntur, eaq; ratione circumpoſitus conficitur.



I H



2

Quomodo laqueus Nauticus debeat adhiberi. II.

Ex medio ſinu duplicatæ habenæ duos item ſinus facere oportet, eosque inter ſe permutatos

ita

A ita colloeare,vt interior extrinſecus,exterior ab interiori parre ſitus ſit. hæc enim uia nexus laquei ab una parte,capita ab altera procedunt. Eſt autem idoneus iis,quæ extendi inæqualiter debent:ualet item ad continendas ferulas, quæ fracturis accommodantur.Iunctura nanque adhibita,unum habenæ caput ſiniſtra manu teneatur, alterum verò per affectam partem uoluatur,ſic, vt unus & alter ſinus fiat,per quos reliquũ habenæ caput traiiciatur,ut ab ea parte,quæ in nos ſpectat,verſus contrariam porrectum ſiniſtra rurſus contineatur. quo iniecto ferulæ in ſinus demiſſæ ad uitioſum membrum dentur, capitaq; attrahuntur, & interſe alligentur,vt ferulas teneant. Valet item ad cubitum ſuſtinendum,non ſecus atque ad intentionem, aut ferulas continendas: imponitur enim, implicaturq; ad cubitum ſuſpendendum, ubi lata faſcia non eſt. in quo caſu ſinus ita inter ſe diducendi ſunt,ut alter prope cubitum ſit, iuxta manum alter:capita verò ad cerũicem adducenda ſunt,ibiq́ue nodo inter ſe deligãda.

Laqueus χιασὸς quomodo implicetur. III.

B Ad χιασὸν habena duplicanda eſt,cuius utrumq; caput ſiniſtra manu continendum: unus verò dextra prehenſus conuertendus eſt,ſic, ut capita ad ſimilitudinem literæ X aduerſa inter ſe ſint,inde enim nomen habuit χιασὸς,quo facto ſinus capitibus X literam referentibus,ſuperiniiciẽdus, quodque ex his ſubiectum eſt, per medium ſinum attrahendum.Eoq; fit,ut C medius laquei nexus appareat: a lateribus verò, hinc ſinus vnus, inde duo capita ſe oſtendantur. Valet autem,ubi oportet inæqualiter diſtendere.



Paſtoralis laqueus,qui & Sandalius dicitur, quomodo inijciatur. IV.

Paſtoralis, dictus à quibuſdam Sandalius, cum eo implicatur, quem χιασὸν nominauimus,hic ſiquidẽ primo eſt adhibẽdus, ut Sandalius fiat:quo D iniecto ſinus eius dependens attrahi debet ab inferiori parte ſurſum,per medium eius ſitus, qui contra capita ſitus eſt:ſic enim ab una parte laquei nexꝰ, ab altera capita collocantur,in nexu verò terni ſinus, duo ſcilicet à lateribus, tertius in medio conſpiciuntur. Adhibetur autem commodiſſimè ad talũ prolapſum, ubi reponitur. vnꝰ enim ſinus à poſteriori parte tali ſuper latum neruum datur, à priori alter ad partem pedis ſuperiorem,medius,hoc eſt tertius,planæ ſubiicitur.quo facto capita ad id vinciuntur,quo extendi cauſa utimur.Neque talo duntaxat conuenit,ſed maxillæ,quæ excidit, ubi in ſuam ſedem cõpellitur.unus enim ſinus ad frontem hominis, alter ad occipitium datur, medius per os procedit vtrinque ſub malis:capita verò per tempora ad ægri caput feruntur,ac ſiue vt retinacula ſint,ſiue ut à ſuperiori parte extendant,ibi inter ſe uinciuntur.

Draco laqueus, qua via iniʒciatur. V.

Ad laqueū draconē media habena à poſteriori parte tali, incipiat iuxta latū neruum: capita verò uerſus priorem ferātur ad ſuperiorē partē pedis, ubi X literæ ſimilitudine accepta, ad plantā porrigantūr, & rurſus inter ſe aduerſa eandē literam repræſentēt: poſt hęc circa talū, uel ab inferiori parte ſurſum, vel à ſuperiori deorſum circūdentūr: tū deligētur ad id, cuius opera ad extendendū utimur. Facit autem hic laqueus ad talū ſuo loco motū, ubi recōditur.

Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem Simplicem nodum dixerunt. VI.

Laqueus cui nomē eſt ſimplex nodus, à quibuſdam Perineos appellatur. Quomodocunaūt uocaī, eius ratio eſt. Habena ſimplicē nodū accipiat, eiuſdemq; ſinus attrahatur, capita verò dependeāt: deinde mēbrū, quod reponere opus eſt, inter ſuperiores ſinus collocandū: tū alter ſinus in alterū inſitus, ad capita ducendus, cōmuniq; nodo cum capitibus ad id uinciēdus, quod ad intendendū adhibemus. Habet autem inæqualem extēdendi facultatem.

Lupus laqueus quo modo nectatur. VII.


Duę habenæ iuſtæ longitudinis duplicētur ſic, ut capita ab eadē parte collocentūr: ſinus inter ſe aduerſi ſint: tū capita, q̄ ab interiori parte, ſurſum, q̄ à ſuperiori, deorſum vellātur, ſic, ut medi⁹ laquei nexus, utrinq; verò bina capita ſe oſtēdāt. Habet aūt vim extendēdi æqualiter, pertinetq; non mō ad oſſiū, q̄ reſtituūtur, intētionē, ſed ī herniæ curatione ad mēbranā abdominis adſtringendā: item ad uinciēda venarū capita ſanguinē fundentia. Nos aūt in ſinus conijcere lintea ſimplicia conſueuimus, q̄ cōi medicorum vocabulo, q̄ relaxēt, σχασπλα dicūtur. neq; hæc ipſa temere adijciuntur, ſed ut, ubi quæ arctata ſunt, remittere uolumus, per lina id præſtemus, & non per capita.

Nodi Herculei ratio. VIII.

Ad nodum Herculeum, habenam adhibere oportet, quæ duos nodos accipiat inter ſe diſtantes, quo fit, ut Herculeus nodus vtrinq; ſe oſtendat, hinc autem ſinus, inde verò ſint capita duo. Valet, ubi ęqualiter intendere conſilīū eſt. Quòd ſi ſinus, qui contra capita eſt, medius incidatur, à lupo laqueo non differet.

Simplex Charcheſius qua uia implicetur. IX.

Ad ſimplicem charcheſiū, qui uim habet extēdendi æqualiter, duplicari habena debet, capitaq; eius ſiniſtra manu contineri: ſinus verò dextra ſurſum conuerſus ſuperimponi capitibus, q̄ media opus eſt aduerſa inter ſe collocare in ſpeciē X literę. eo facto ſinus capitibus iectus à ſuperiori parte deorſum attrahatur, per medium eius partis, qua X literæ fuit accepta ſimilitudo. ſic enim laquei nexus medius apparet, ab uno latere ſinus vnus, ab altero duo capita.



Duplex Charcheſius quo modo implicetur. X.

Duplex charcheſius æqualiter diſtēdit, ac ſimplici lōge eſt efficacior. eius aūt ratio eſt. Habenā prehendimus duplicatā, capitaq; læua cōtinentes, ſinū patimur dependere. tum ex capitibus, q̄ contra ſinū ſunt, alterū duplicamus, ſic, vt parvus ſinus fiat, quem in ſiniſtra manu ponimus, alterum

A terum per ſinum traijcimus deinde nexum per ſinus conuertimus,& in ſiniſtra collocamus. quo facto,ex capite,quod contra ſinum eſt,rurſus alterum ſinum efficimus,quem nexui adiungimus. poſtremo pendentem ſinum per medium nexum trahimus,ab inferiori parte ſurſum. quo fit, vt ab vno latere ſint duo capita,ab altero vnus ſinus,quibus laquei nexus medius interijciatur.

Duplex Carcheſius,quomodo ex ſimplici fiat. XI.

Cum duplex carcheſius varie cõſueuerit implicari,ſiquidem per ſe interdum, interdum fit ex ſimplici,nõnunquam conficitur circumponendo, ſupra demõſtratum eſt,quo modo per ſe inijciatur:nunc qua ratione ex ſimplici fiat, exponemus. Adhibere igitur primo ſimplicẽ carcheſium oportet,ſinusq; alterum ab altero diducere:deinde eum,qui ſubiectus eſt, in ſuperiorem conijcere,& ſimiliter vtrunque diducere,ac per ſpatium,quod ipſis medium interijcitur,ſinum qui cõtra capita eſt,ab inferiori parte ſurſum attrahere. ſic enim rurſus laquei nexus medium ſe ſe oſtendit,hinc vnus ſinus, inde bina capita conſpiciuntur.

B



Duplex Carcheſius,quo modo implicetur circumponendo. XII.

Qm̃ vehementi validorũ corporũ intentione,laquei capita, ex vna parte ſæpius rũpũtur, ante perfectã intentionẽ, ne cogãtur intẽdẽtis adhuc laquei capita relaxare,carcheſium circũponimus. Tenẽtes igitur ſiniſtra manu caput, circa membrũ reſtituendũ tres ſinus efficimus inter ſe diſtãtes ita, vt ex his quod ſatis eſt, dependeat:poſt hæc primũ ſinũ in poſtremum demittimus,& ſemel aut iterũ eos conuertimus, per quos mediũ ſinum rurſus attrahimus, quo fit,vt circa membrũ laquei nexus, ab vno latere vnus ſinus,ab altero duo capita ſe oſtendãt.

C



Plinthij,quod alioquin Quadruplex circulus dicitur,quæ ratio ſit. XIII.

Ad Plinthiũ laqueũ,adhibetur habena circulũ repræſentãs.i.ſine capitibus.Hæc ab interiori parte manus, pollicib. minimisq; digitis circũdãt,nec nõ vtriq; indici,vt ſinus in vtraq; manu terni ſint,vnus circa minimũ digitum, circa indicẽ alter,tertius ſup pollicẽ. poſt hæc ſinus, ĩ quos inſiti pollices sũt,ad proximos minimis trãsferunt,tũ ad indices,q minimis iniecti fuerunt, inde ſinus,in quos indices demiſſi poſtremo erãt:medij à pollice à ſuperiori parte deorſum vellunt,ſicq; ab vno latere duo ſinus,totidẽ ab altero,medium inter hos laquei nexus ad rhõbi ſimilitudinem cõſpectui ſubijciũtur.Hẽt aũt æqualẽ intendendi facultatẽ, & nõ ſolũ ad intentionẽ, ſed vĩ ad menti quoq; fracti cõpoſitionẽ pertinere. nã mentũ ipſum ſub fractura aliqñ peruerſum,in laquei complexũ,rhombũ referentẽ inſeritur ab exteriori parte: ſinus verò per malas,parteisq; ſuperiores,ad ſummum caput feruntur,atque ibi inter ſe deligantur.

D



Laqueus Epangylotus(ita enim appellatur, quoniam ſinus ſuper ſinum inycitur)qua uia inſeri poſſit. XIV.

Ad Epangylotũ,vnum habenæ caput, inter ſiniſtræ manus pollicẽ & indicem collocamus, eamq;

eamq; extrinsecus ultra primã palmæ partẽ adducimus: inde per palmã ipsam, datam inter polli B
cem & indicem utriusque manus attrahimus, post hæc inter minimum & proximum digitum de
mittimus. eo facto habenæ caput dextra manu sursum vellimus, extremamq; partem inter mini
mum ac proximum digitum tenemus. quo fit, ut duo unus efficiãtur, inter quos attractus nodus
apparet. Facit autem ad corpora figuranda, ubi manu curatio adhibetur: inter sinus enim utra-
que manu hominis cõiecta, reliquis habenæ
partibus totum corpus firmiter continetur,

Ratio eius laquei, quem Auriculas nuncupant. XV.

Ad auriculas, epangylotus primo inijciendus, danda autem opera est, vt alter sinus amplior sit, quem implicare oportet ad modum laquei chiasti, sic, vt duo sinus oculis exponantur. inter quos, quod ex habena dependet, duplicatum se ostendat. Recte autem adhibetur, ubi prolapsa maxilla reponitur, tũ ad processus capitis recondendos. Sinus enim dantur ad tempora ægrotantis, quodq; inter eos duplicatum conspicitur, ad frontem: deinde uinculum illud inijcitur, quod leporem auritum appellant: postremo auriculæ, vel vt cõtineãt, vel vt à superiori parte extendant, super caput offensi porrigu ntur.



Laqueus duos habens sinus (quẽ nonnulli minus proprie Strangulantem dixerunt) quo modo inijciatur. XVI.

Laqueus, quem duos sinus habentẽ appellant, ex binis cõstat chiastis, quorum alter ab altero diducitur. Est autem aptissimus ad corpora figurãda, ubi uitia iuxta anum curãtur. siquidẽ brachia subiecta poplitibus, eiusmodi laqueis adstringuntur: at pars, quæ media inter sinus duplicata dependet, ad ceruicem hominis fertur, atque hac uia corpus figuratur.



Ratio laquei, quem Strangulantem proprie nuncupant. XVII.

Laqueus, qui proprie strangulans nũcupator, ex simplici fit carchesio: hic enim primo inijcitur sic, ut alter sinus ab altero distet. Confert autẽ ad quos proxime expositus. Brachia nanque rursus cõiecta in sinus coarctãtur, & ea pars habenę, quæ duplicata est, media similiter collocatur, in eamq; ceruices inserũtur.



Quomodo adhibeatur laqueus Ὑπέρβατος, *id enim nomen traxit ex eo quod supra feratur. XVIII.*

Hyperbatus fit ex laqueo Nautico, siquidem in hunc primo implicitum brachia inferi debẽt, sinusque inter se diduci, & capita ad ceruices deligari.

Laquei igitur, quorum expeditissima comprehensio est, huiusmodi sunt.



Finis Oribasiide Laqueis.



ORIBASIVS EX HELIODORO
DE MACHINAMENTIS
Vido Vidio Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI

Machinamentis non ſolum utuntur architecti, ſed medici etiam, cum his robuſtiora membra utiliter, & quãtum fieri poteſt, ſine dolore extẽdat, ubi luxatis uel fractis medẽtur. Hæc ab Oribaſio collecta ſunt ex Hippocrate, Galeno, atque aliis auctoribus, ut patet, ubi ſingulorũ uſus & ſtructura exponitur: ſed præter utilitatem, quam in curatione exhibẽt, multos aperiunt in medicina locos, qui ſine his omnino ſunt incomprehenſibiles Quanquam in hoc libro machinamenta, ali qua deſunt, quæ auctor inter initia commemorauit, ubi uniuerſam machinamentorum rationem recenſet: ſed optime nobiſcum agitur, quando non omnia interierunt.

Quibus modis Luxata reſtituantur. I.

B C Vxata in ſuam ſedem tribus generalibus modis collocantur, quibus alij ferè omnes continentur. Vnus uocatur Paleſtricus, ad quem ferè ſolas manus admouemus: atque hic, utpote imbecillis, aptatur ad mollia corpora, muliebria nimirũ & puerilia, tum ad maſcula, quæ illis robuſtiora ſunt, modò recens uitium fuerit. Alter Methodicus dicitur, ad quem inſtrumenta adhibemus, quorum uſus in cõmuni uita eſt: hic omnibus idoneus eſt, pueris, fœminis, maſculis iam robuſtioribus & corpori iuuenili, atque ijs luxatis, quæ iam uetuſta ſunt. Tertius reponendi modus, qui per organa eſt, maius momẽtum habet: ualet enim ad prolapſa, ubi malum diutius trahitur: ualet ad corpora athletarum: præterea quæcunq; prolapſa curationem recipiunt, & ſub methodico curari nequeunt, omnia organorum opera reponuntur.

De Organorum Differentijs. II.

D ORganorum medicinaliũ differentiæ in uniuerſum, & quaſi generales, ſummum (ut alii ſentiunt) ternæ habentur, alia.n. tractoria ſunt, alia machinamẽta, alia quæ erecta collocãtur: nobis aũt placet nonnulla tractoria eſſe, nonnulla machinamenta, nonnulla quæ erecta, nonnulla quæ plana collocantur. Tractoria ſunt, quæ, cũ parua breuiq; ſint ſtructura, extendendi dũtaxat facultatẽ habent. hæc ut ſuo munere fungantur, aduentitia quædam poſtulant, ut ſcamnum, lectum, ſcalam, eo q̃ per ſe vſui eſſe minime poſſint: quocirca & alligata, & in plano ſita nuncupantur. nam, ubi in agro, aut ſolitudine quapiã, quæ ſuo loco mota ſunt, reponimus, ac neq; ſcãni, neq; lecti neq; ſcalæ copia eſt, aliquid in ſolum defigimus, ad quod tractorium organũ alligemus. Machinamenta ſunt organa tractoriis ampliora, minora tñ aliis, quæ non modo intentionem, ſed impulſum quoq; pollicentur: ac præcipue quorundam membrorum gratia comparantur. Erecta organa ſublimiorem ſtructuram habent, & non ſolum ad extendendum ualent, ſed etiam ad impellendum. Porrò autem plana organa ſunt, quorum humilis ſtructura eſt. ex his cõſtant, quæ & extendendi & impellendi uim habent, ita, ut homine illis inſidente, recondi, quod elapſum eſt, poſſit. reperiuntur etiam in his quædam propria ſtructuræ diſcrimina.

Ex qua Materia ſtruantur Organa. III.

BAſis, crura, latera, tranſuerſaria, cubiti, teſtudines, adiuncta crura, hæc omnia, quæ in organis ampliora expediuntur, ex robuſtiori materia conficienda ſunt, ut puta ilignea, uel fraxinea, quæ ſecundas obtinet. Oportet aũt ea de cauſa ualidiſſimam eſſe organorum materiam, ut uim queant in condendis articulis ſuſtinere. quod in ijs potiſſimum organis requiritur, quæ erecta collocantur. Vertebræ, radices, claui, unci, catenulæ, uectes, omnia quæcunque exigua ſunt quæq; plus efficiunt, ærea uel ferrea comparẽtur, ut, quod ſtructuræ exiguitas detrahit, materiæ firmitas reſtituat. Aliquando autem quæſitum eſt, ferreane, an ænea ſumi debeant. inquiunt, qui

ferro æs præferunt,hoc leuius esse & facilius tractari,minusq; rubiginem trahere quàm ferrum: E
contrà, qui æri ferrum anteponunt,ualidiorem huius materiam laudant,ære enim efficacius robustiusq, ferrum est,atqui de ferro cõuenit firmius esse,sed superuacuum est eximium robur,ubi eius nullus est usus,cum liceat hæc ex ære fabricare, quod mollius est, & satis roboris habet.licet tamen & ex ferro.Quòd si ex ære fiant, sumatur id,quod ducitur. nam, quod conflatur, facilius rumpitur,comminuiturque ita, ut præstet ex ferro hæc parare, quàm ex fuso ære. Sed quoniam ferrum cito rubigine obducitur, idcirco aliquot interpositis diebus subinde pingui aliquo inungendum:ac,ne rubiginem sentiat,manu perfricandum. At dicet quis, si ferrum neglectum rubigine corrumpatur,id culpa domini ipsius organi fieri.

Ex quibus Partibus Organa constent,& quis sit earum usus. IV.

COntinetur omne organũ non omnibus, sed quibusdam ex ijs,quæ numerabo, nempe basi, cruribus,transuersariis,cubitis,axibus,regulis, testudinibus,cochleis,tympanis,clauis, manubriolis ductarijs,uectib⁹,baculis uersantibus,obicibus,cuneis,itẽ lunatis lignis,orbiculis, trochleis,fossis,o perculis,uertebris,fibulis,radicibus,uncis,catenis,forficibus,sedilibus, priapiscis, ad hæc cochlea fœmina, quæ græce πειρόχλιον appellatur, cuneolis, chiniscis, columbariis, ergata.hæc ferè sunt,quibus organa componuntur,quorum usus sigillatim iam nunc exponen- F
dus nobis est.Basis ad id potissimum struitur,ut super eam erecta organa statuantur. Crura in organis & latera dicuntur,in iis,quæ erecta collocantur,proprie crura,minus propriè latera:sed in tractoriis proprie latera dicuntur, minus proprie crura. hæc ferè in organis statuuntur,ut ipsorum machinationes contineant: proprie autem in organis erectis crura recte commodeque dimensa ad illam pertinent condendi rationem,quæ excitando præstatur. Transuersaria quæ διαπήγματα dicuntur,ut græcum nomen indicat,ad crurum laterumq; compaginem fiunt, ad quẽ usum primo præcipueq; destinantur.huc accedit,q machinationes quoq; sustinent.ut puta trochleas,cubitos,atq; alia quædam. Cubiti ad eum usum in organis comparãtur, ut per ipsos,quæ suo loco mota sunt,à superiori parte extenta reponantur, quemadmodum uidere licet in organis Fabri atq; Andreæ; in quibus cubiti per superius transuersariũ demissi in testudinem figuntur,ut hac elata,quæ prolapsa sunt à superiori parte intenta recondantur. latæ cubitorũ summitates alæ ab architectis dicuntur,imæ verò partes quadratæ,calces.hi ergo proprie cubiti nominantur,sed quidã uocabulo abutuntur.Spathæ impellendo sunt idoneæ:ea autem spatha,quæ in Fabri atq; Andreæ machinamento est,utimur,ubi extrahẽdo impellimus ad femur in posteriorem partem erumpens.sunt & aliæ spathæ in quibusdam organis, ad alios impellendi modos fa- G
bricatæ. Radices & fibulæ cõplures usus in organis præstant:primo enim radix & fibula in organo Fabri spatham distinent ad testudinem.est quidem in testudine radix,spatha verò, qua parte quadrata est, medium habet cauum,in quod radix eadem inditur: deinde fibula continendi causa,in spathã ac radicẽ pertusam inseritur.proprie radices ad id fiunt,ut recipere uncos possint,& alios effectus præstare:sed fibulæ itẽ gratia est,q machinationes immobiles seruat,ut puta axes. Catenę eò pertinent,vt fibulę ex ipsis suspendantur,quo seruentur in organis,neq; decidãt. Vnci adijciuntur,ne mobiles machinationes moueanrur,ueluti axes:quove in radices coniecti quędã organorũ machinamenta sistant. Per uertebas(quas græci στρώματα dicunt)ferè id efficimus, ut q dã organa immobilia moueantur,sicuti crura organi Andreæ. crura enim in organo transuersa secta,uertebris fibulisq; continentur,ut organo modo erecto,modo per vertebras inclinato, circũducendo impellamus.ad exemplũ huius structuræ organi Andreæ Plinthij crura prope basim secta sunt,rursusq; vertebris continentur,ut organũ modo erigatur,modo per uertebras motũ, adiunctis cruribusinnitatur,usumq; illius organi præstet, qđ planũ collocatur. hi sunt effectus vertebrarũ in organis. Axes ad corporum ductionem,hoc est intentionẽ spectãt:quorũ quidam ab una parte ad alterã penetrãt,ac per se mouentur:quidã latent,& per alias machinationes con H
uertũtur.penetrat axis in Plinthio Nilei,& in scãno Hippocratis:latet in Appellidis organo,qđ, quia per tres funes circũuoluitur,triaspastũ appellãt & iu Nymphodori glossocomo. penetrãtes igitur axes per se manibus conuertuntur,latentes aũt per alias quasdã machinationes,exẽpli causa in Nymphodori glossocomo p tympanũ,& cochleã ad lẽtis imaginẽ fabricatã,in tripasto per funes alligatos. Ad clauos,qui in axibus infiguntur,funes alligantur, uel habenæ,atq; hmõdi alia ad extendendũ pertinentia.Manu briola ductaria,bacula uersantia,& uectes, oẽs hæ machinationes ad axiũ cochlearumq; uersationes statuũtur. primas occupãt manubriola ductaria,scđas uectes,quibus minus efficacia sunt bacula uersantia:pleraq;.n.ex ipsis exigua cũ sint,una manu cõuertuntur. Chiniſci,cuiusmodi sunt in lyra,excogitati sunt ad axes cõtinẽdos.ubi.n.fibulæ nõ sint,quid poterit aliud utilius inueniri?quod.n.ad uim pertinet, usum hñt fibularũ: decoris autẽ causa,insculpta habẽt anserina capita lignea:Statuũtur in organis Philiæ,ut ab uno latere ad alterũ penetrãtes axes cõtineãt,cuiusmodi sunt in scãno Hippocratis,& ĩ nostro. Est & alia media phlia ĩ organo Hippocratis ad similitudinẽ literæ π,eo noĩe fabricata,ut ad eã impellẽdi rationẽ, q extrahendo fit,ubi femur excidit,accommodetur. Trochleæ in organis collocantur, ut funes

libere

A libere duci possint, veluti in organo Fabri, quod duplicē cochleā, qua testudo mouetur, in superiori trāsuersario cōtinet. in nostro quoq; organo rursus trochleæ sunt, q̄ per inditos funes, axes attollunt. Verum trochleæ ferè ad id fiūt, vt axes & habenæ celeriter ducant, simulq; ut ad intentionē, quæ alio intercedente motu fit, accōmodentur. Orbiculi struuntur ad trochlearū motionē, quæ per se sunt immobiles: collocantur aūt in medio earum, quemadmodum in Demosthenis ἀστράβῃ; & ad funes continendos, vt in trispasto Apellidis. Cuneus p̄sertim paratur ad humeri caput in alā prolapsum, ac deinceps ad alios quoq; vsus. At lunatū lignū prodest, vbi humeri caput in priorē aut posteriorē partē excidit. Est aūt Polus lignū infixū superioribus, crurum extremitatibus in organo Philistionis. luxato.n. humeri capite brachiū extenditur, polusq; obijcitur ad hominis ceruices. Epipoma verò, quod & Epipigma dr̄, est Π figura in ligno insculpta, in quā coniicitur Π inuersum: qualis conspicitur in eo organo, quod Hermes dr̄. fit autē hoc, ne ab Hermis vultu corpora terantur, vt in organi compactione ostendemus. Σαλαθιον verò & Σκιθάλιον cōiter parata sunt, ut epipigma ferāt. Est quidē Σκιθάλιον lignū sex digitorum in medio hebes. Καλάθιον verò lignū sex digitorū rotundū, quod angustori basi nititur, & quasillo simile est. Sunt & in organis quædā colūbaria insculpta ad similitudinē columbarum, quæ ornandi causa
B facta sunt atq; ad id ēt, ut aliud ferant epipigma. Tympanis hæc gratia est, q̄ quædā organorum machinationes, q̄ maximum usum præstant, per ipsa paulatim mouentur, vt axes & cochleæ. est aūt Tympanū rotunda machinatio dentata. At Delphines dentibus inclusi, machinationes motu prohibent, q̄ vnci quoq; efficiunt. Testudines in organis ad id collocatæ sunt, vt corpora, quę restituūtur, paulatim, & minime cōcussa extendantur. quēadmodū enim testudines aīalia lento gradu p̄cedūt, ita machinationes, q̄bus illa referuntur. Porrò aūt ex testudinib' nōnullæ trāsuersarijs similes sunt, aliæ oblongæ, aliæ cubi speciē repręsentāt. trāsuersarijs similes sunt, in organo Andreæ, Fabriue: oblōgę ī quadrata colūna, q̄ appellatur Hermes: cubū referūt ī rotunda colūna Eraclidæ Ephesij. Præterea testudinū aliæ cubitos & spathā attollūt, aliæ cuneatā & lunatā appē dicē, q̄dā nihil attollūt, sed solū sunt ad extēdēdū inuētę: cubitos attollit testudo, q̄ sursum fertur, in organo Andreæ: cubitos & spathā testudo, q̄ est ī organo Fabri: cuneata & lunata appēdix ea testudine excitatur, q̄ ī Herme est: nihil attollit, sed solūmodo extēdendo est ea testudo, q̄ in rotūda colūna Eraclidæ Ephesii collocatur, similiter & q̄ deorsū fertur ī organo Andreę. Alę autē & dracones fibulæq; infixa clauorū vsum p̄stant: propriè aūt dracones, quod ad materiā pertinet, in vicē manubrioli ductarij fabricātur. Qm̄ verò testudines plerunq; a cochleis mouentur,
C proximū est, ut cochlearū structurā, atq; vsum exponā. comparantur ergo cochleæ in organis, ad alias machinationes impellendas, puta tympana & testudines, quo paulatim & nulla ratione concutiendo extendant. Cochlearū, quædā quadratæ sunt, quædā ad imaginem lentis: quæ figuræ nomen inuenerūt, relatæ ad capreolos, at nō ad structurā scapi, quælibet enim cochlea rotunda est ad tornū rotundata. Differūt cochleæ capreolis, q̄ aliæ quadratæ, aliæ ad lentis imaginem dicuntur. quadrata cochlea est, q̄ capreolos habet quadratos, atq; ex ijs non solum quod prominet, sed ēt quod cauum est, cuiusmodi cochleas uidemus in organo Andreæ: quæ in lentis speciē sunt, id capreoli, quod cauū est, alte angustū habēt, latū verò ī summo, contra quod prominet à basi latū uertice ipso tenuatur. similis aūt est hmōi capreolus lenticulæ dimidiatæ, à qua figura cochlea hæc ad imaginē lētis dicta est. Cochleæ igitur tā quadratæ, q̄ ad imaginē lentis, ad motionē diuersarū machinationū statuūtur. quadratæ enim testudines cōpellūt: quæ sunt ad imaginem lentis primo quidem tympana, interdum etiam testudines in iis, quæ pericochlia nuncupantur.

Qua ratione Quadrata Cochlea testudinem moueat. V.

D Emus testudines esse ita fabricatas, quēadmodum in organo Andreę, quarū singulę pertusę sint, atq; in id cauū cochleæ demissę: ab interiori āt parte caui ferrea vel ænea lamina testu-
D dini infixa sit, q̄ quidem lamina dens nūcupatur. hic igitur dēs testudinis, in cochleæ capreolo includitur. quo fit, ut in quadā cochleę cōuersione, lamina, q̄ dens nuncupatur, testudini infixa, atq; in cauo capreoli cōtenta testudinē moueat. Præterea ex iis ipsis cochleis quadratis alia simplex est, alia duplex: simplex cochlea est, q̄ uno duntaxat capreolo est excauata, vnamq; testudinem impellit: in duplici, bini secti sunt capreoli, hæc & bina testudines mouet, qualis cochlea reperit in magno Andreæ organo, quod Plinthiū nuncupatur, excauatum enim lignum est à medio ad transuersaria capreolis inter se aduersis, ita, ut quadam cochleæ cōuersione orsæ testudines, uel à medio versus transuersaria, vel à transuersariis versus mediū impellantur. est & alia cochlea duplex in eo, quod κυρτόκιον appellatur, excauata à sūmo principio vsq, ad extremū aduersis capreolis, q̄ rursus duas testudines mouet. quemadmodū in ipsa organi structura uidemus. At cochlea ad imaginē lentis tympanum mouet, siquidē capreoli cochleæ, tympani dentibus insiti, machinationē conuertunt: quemadmodū cochlea, quæ baculo versante, uel manubriolo ductario cōuertitur ī tympani dētes cōueniens machinationē mouet: mouet iterdū eadē cochlea testudinē sed nō amplius per dentē, quemadmodū quadrata, uerū in fæmina cochlea cōtenta, q̄ in ipsa testudine struitur: qm̄ testudinis cauū, in quod cochlea demittitur, excisos hēt capreolos aduersos iis, qui sunt in cochlea lentis formam referente, sic, vt id, quod prominet ex capreolis cochleæ

ſētē referētis,in cauo capreoli ſęminę cochleę recipiatur: quodq; cauū eſt in capreolis cochleæ, E
id,qđ extat ex capreolo,cochleæ ſęminæ capreolis admittat. Accidit aūt ī cochleæ cōuerſione,
vt teſtudo modo ſurſum moueatur,modo deorsū,cū cochlea ī ipſius capreolis voluatur. Hmōi
ſtructuræ plurimæ adhibentur ad organa,q̄ plana collocantur:ad id enim fabricantur, vt hoīes,
q̧bus luxata reſtituūtur, inclinatis organis inſidāt: organa.n.q̄ plana collocātur ita parata ſunt,
vt ęgris ſup ipſa,vel ſedētibus,vel cubātibus,luxata reponātur. Priaſpicus,qui & ſtiliſcus & ſcal-
mus nūcupatur,in quolibet organo,quod planū colloceī, ſtatuiī. fit aūt ea de cauſa, vt ei parti, q̄
inter anū & naturale eſt, obex ſit, vbi, q̄ prolapſa ſunt,reſtituuntur. eſt igitur Priapiſcus lignum
octo digitorū,magna ex parte rotundū, ab eo, qđ ſupereſt quadratū, ſic vt quadrata ipſius pars
cōijciaī ī cauū,ad literæ Π ſimilitudinē quadratū,ī organo, qđ planū collocaī: reliqua verò pars
q̄ extat,inter anū & naturale obijciaī. Configiī aūt in tranſuerſariū Π ferreū,ut firmiter priapiſcū
cōtineat.ſed in noſtro organo videre licet magnū Π ferreū ad aliū vſum cōparatū, nēpe ad gibbā
ſpinā p preſſum impellendam. Opercula in organis parantur, vt machinationes ſub ipſis occul-
tentur,ne,ſi abſq; operculo fuerint,idiotis pateāt. Annuli adhibentur ad organa tractoria,vt alli
gari poſſint:ad alia verò,vt machinationes cōtineāt,quēadmodū ī Menecriti Bucranio,vbi axis
cōtinetur,atq; eadē de cauſa in alijs organis Forfices in organis arcte trāſuerſaria cū cruribus iūi
gūt,ad hunc.n.vſum infixas forfices æneas inuenimus. Adiūcta crura id efficiūt,vt organa,q̄ ere- F
cta collocant,illis innixa inclinataq̄; eundē vſum pſtēt,ac ſi plana ſtatuerētur. Præfatus,ex q̧bus
oīa organa parētur,& quorsū ſingulæ ipſorū machinationes ſpectēt,declarabo ī ſequētibus,quæ
nā ex organis immota,ſuo munere fungantur,& q̄ mota:tū ex iis,q̄ mouentur,q̄nā ſuo loco ma
neāt,q̄ locū mutēt,dū mouentur:rurſus ex ijs,q̄ immobilia ſūnt, q̄ perpetuo & ubiq; immobilia
maneant,q̄ eximi poſſint,ad alios quoq; uſus idonea. Hæc itaq; immobilia ſunt in organis,baſis,
crura,latera,trāſuerſaria,cuneata & lunata appēdix,ſedile,priapiſci,atq; alia cōplura. Vſui ſunt
cum mouenī,uertebræ,vnci,axes,tympana,cubiti,cochleæ,teſtudines,atq; huius generis pluri-
ma. Mouenī in eodē loco manētia,vertebræ,vnci,tympana,cochleæ,pleriq; axes. Locū mutant
teſtudines,cubiti. Eorū,q̄ in organis immobilia ſunt,quædam ſemper & ubique immobilia ſunt;
quædā & eximi,& inſeri poſſunt: ſemper quidem immobilia manent,baſis,crura,latera,tranſuer
ſaria,radices,ſedilia,lunata appendix:extrahi poſſunt in quibuſdam organis,quamuis immobilia
ſint,tum cunei,tum priapiſci,qui ad alios quoque uſus facti extrahuntur,& immittuntur.

Ex Galeno de Machinamentis. *VI.*

ARticulis reponēdis Hippocratis ſcānū p ſe abūde ē. ſi qs aūt velit alijs quoq; uti,ē poliſpa
ſton,ita appellatū,qm multis orbiculorū circuitionibus facilitatē præſtet:quod iter faciēti
bus maxime idoneū eſt. refertur aūt ad Archimedē auctorē. In urbibus uerò nō alienū eſt Fabri- G
uel Andreæ organum,cum erecto opus eſt:ubi plano,ſcamnum Hippocratis præcipue aptatur.


De Gloſſocomo machinamento. *VII.*

NOn ab re quidē mihi gloſſocomū vī à iunioribus medicis inuentum, q̧ ſeu femur, ſeu crus
cōminutū ſit,ubi callus circundaī,cōmodiſſime admoueī. Habet aūt ab ima parte axem,ad
quē extremi laquei in diuerſa extēdētes deliganī. Inijcianī laqūei extremis partibus oſſis, quod
curaī,fiātq; ex duabus habenis,ſic,ut quatuor uterque capita habeat, bina à dextra,totidē à ſini-
ſtra. ex ijs capitibus, q̄ inferioris laquei ſunt,per foramina facta in īferiori paarte gloſſocomi,ad
axē duci debēt:q̄ ſuperioris,primo procedere ad ſuperiora, deinceps ipſa quoq; p latera gloſſo-
comi perforata trāiici, quibus foraminibus trochleæ includanī. Vtrinq; ergo ab exteriori parte
gloſſocomi, ſuperioris laquei capita ferenda ſunt ad axē. his.n. ita conſtitutis, una axis conuer-
ſio pariter ambos laqueos extendit deorſum uerſus, illum qui ad inferiora fracti oſſis alligatur,
ſurſum:alterum ſic, ut compoſita fractura in poſterū liceat quotidie hanc laōrum in diuerſas partes intētionem corrigere,ualētius, vel lentius extēdendo. Laqueū igitur, qui in īferiori parte eſt, directa ductione axis extendit, eum, qui in ſuperiori parte,intercedente alio motu, græci διὰτῆς μεταληπτικῆς τάρσως dicunt.

Capſula Machinaria.

A Axis ad quem laqueorum capita circunijciuntur.
B Laqueus ſuperior.
C Laqueus inferior.
D Inferior caput capſulæ.
E Trochleæ.
E Superioris laquei capita ab exteriori parte capſulæ.

H




Nilei

A *Nilei Plinthium.* *VIII.*


FActum est Plinthium Nilei ad eorũ organorum exemplum, quæ vocantur tractoria quadrata oblõga: duo enim habet latera, longa palmos quatuor, digiti crassitudine, quæ extremis partibus transuersarijs inter se compacta sunt. Est autem transuersariorum crassitudo & latitudo, quãta laterũ, sed longitudo palmum implet. Merito igit̃, cum talis cõpactio sit, vt latera quatuor palmos longa sint, transuersaria vnum, totius organi quadrati structura oblonga cõfecta est. Licebit autem, si quis voluerit latera breuiora, quam dictum est, efficere, quandoquidem organum, per vnicum axem, effectum
B præstat. Media itaque latera pertusa sunt rotundis ac pertuijs foraminibus, per quæ axis traijcitur, qui media parte clauum infixum habet: capitibus verò, quibus latera excedit, vectes æneos vel ferreos decem digitorum magnitudine. Sũt item in organo quatuor annuli lateribus affixi, bini ab interiori parte, totidem à superiori. Antiqua huius organi structura auctore Nileo talis est. Herodotus quidam architectus trãsuersariorũ prio res partes m dias excauauit ad figuram lite ræ C ne habenæ, quæ à corporibus, quibus vis adhibetur, ad axis clauum feruntur, extã tibus angulis atterantur, sed recta procedãt. Hactenus Herodotus. nos verò quam acce
C pimus, historiam referemus. Ferunt Pasicratem architectum Sidoni organum hoc vidisse, quod a statua continebatur, aliter tamen fabricatum. nam cum eadem compactio esset, conspiciebantur in eo organo ab extantibus axis capitibus, æneorum draconum complexus, quorum capita è regione ad caudas spectabant, sed quò pertinebant hi dracones? non aliò nisi vt inuicem vectiũ axes conuerterent. tum in organo, quod Sidoni erat, media transuersaria pertusa erant rotundis foraminibus, q̃ clauo axis responderent. constat autẽ foraminũ eũdẽ esse vsũ qui in organo Herodoti, nimirũ vt habenę, quibus corpora extendũtur, ad clauũ rectæ
D per ea foramina porrigãtur. Retulit insuper Pasicrates axẽ inclusa habuisse in vicinia laterũ tympana quatuor ex ære dentata, duo ab interiori parte, totidẽ ab exteriori, atque itẽ in lateribus foramina fuisse dẽtiũ ordini respondentia, vt postq̃ abunde extenta corpora fuissent, fibulæ inter dentes eo demissæ, vbi in luxatis restituendis opus esset, axẽ sisterent. Sed recentiores tympanis omissis priori parte latera pertuderunt. pertuderũt item in orbem aliquo intermisso spatio, & ipsa axiũ capita, quo ad vsum dictum fibulæ inditæ axem mobilem tuerentur. Ego autem, cũ fibulæ decidant, ad eum, quem dixi vsum, uncos lateribus infixi: axis vero capita foraui sic, vt huius foramina illis conuenirent, quæ erant in orbem in lateribus aliquo spatio interiecto, quò, vbi vellem in luxatis condendis axem immobilem reddere, vncum includerem in foramen, quod esset accommodatum. Communis Plinthij tractorij fabricatio huiusmodi est: verum ego aliter Plin-

A Duo latera.
B Transuersaria.
C Rotunda, ac pertuia foramina.
D Axis, qui media parte clauum infixum habet.
E Vectes ænei.
F Anuli.
G Transuersarij priores partes excauatæ ad figuram literæ. C.
H Aeneorum draconum complexus.
I Foramina rotunda,
k Tympana ænea dentata.
L Fibula indita.
M Vncus.

Nilei Plinthium.



N Scamnum quale in ludo videmus.
O Caua quadrata.
P Fibula,




thium ſtruxi. Salua enim eadem laterum menſura inferius tranſuerſarium ſurſum tranſtuli, qua- E
tuor digitis infra tranſuerſarium extrema crura relinquens axem verò collocaui in medio tranſ-
uerſariorum, cui parti græce φωτὶ nomen eſt: & ſcamnum quoddam, quale in ludo videmus, ab
vna extremitate excidi cauis quadratis atque oblõgis, vt propoſitorum crurum extrema in eiuſ-
modi caua conuenirent: ipſa item latera extremis partibus tranſuerſa pertudi, foraminibus ab
vno latere ad aliud penetrantibus, vt fibula in foramina coniecta Plinthium contineret: Hæc de
organi ſtructura, nunc ad ipſius motionem aggrediar.

De mòtu Organi Tractorij. IX.

QVoniam tractoria organa imperfecta ſunt, nec præſtare quidquam per ſe poſſunt, ſed alte-
rius operam requirunt, puta ſcalæ, lecti, ſcamni, quæ vbi non ſunt, eorum vicem exhibet
pauimentum, terraq; ad prolapſa reſtituenda, mihi operæ pretium uidetur, quaſi doceam in lu-
do, gratia eorum, quæ nunc tractantur, ſuper ſcalam præparatam, organi motum enarrare. F

Scala præparata ad Humerum reſtituendum in alam prolapſum. X.

PAratur ſcala vna ex ijs, quæ in communi vſu ſunt, non lata, quæ oblique collocatos gradus
habeat, ſiquidem talis luxatis reponendis eſt aliena, ſed æque craſſa ſit, quadratisq; gradibus
conſtet, leuatis angulis, ne corpora conterant, atque in rotundam figuram redactis. huiuſmodi
ſcalæ vbi copia non ſit, quo mollius corpora inſidant, gradus lana inuoluantur. Ordiar autem ab
humeri capite in alam excidente. Oportet igitur, vbi id reſtituitur, cuneũ funibus ſuſpenſum col-
locare ſuper gradum idoneum, cui brachium (vt oſtendi) ſuperimponatur, & per funes ad eam
alligare. eſt autem ille gradus reponendo idoneus, quem retuli. brachio ſuperiniecto, intentio-
neque adhibita ſuſpendendus homo eſt ſic, vt duos palmos à pauimẽto recedat: & cuneus ad gra
dum firmiter alligandus non temere, ſed eo obſeruato, vt ex partibus, quæ cum cauo quodã capi
tulata eſt, ad humerum detur: quæ gibba iuxta eſt, ad latus. A cuneo verò deorſum verſus alte-
rius ſiue tertij gradus interuallo, organum ad ſcalam vinciendum eſt per eos, quos habet annu-
los, & funes, aut habenas, aut alia quapiam traiecta, ipſa item ſcala in pauimentum fortiter adigẽ- G
da eſt, ne in extendendo, moueatur, ſed ſtabilis maneat, ac ſine vlla inclinatione. quatuor præte-
terea trochleæ, ſiue ſolidæ, ſiue ex duobus lignis
curioſius factæ, alligentur, quarum duæ à ſummo
gradu ſuſpenſæ deorſum ſpectent, duæ ab imo ſur-
ſum. qua fabricatione parata cuneus ad id, quod
prolapſum eſt, reponendum, admoueatur, tenui
lana, mollique obuolutus, tum vt lignum quod du
rum eſt, circundata lana minus tactu lædat: tum
vt ſudor, qui propriè orir i ſolet ala plurimum ca-
lefacta, magisque ægrotantis metu ac labore, la-
na cuneo impoſita combibatur. Hæc autem ſca-
la vel cõtineatur ſtabiliter ab aſſiſtentibus, vel ex-
tremis partibus in pauimentum defigatur, cuneis-
que (vt propoſitum eſt) confirmetur. Illud au-
tem in aperto eſt, ſcalam bene longam eſſe debe-
re, vt, poſtquam demiſſa in terram fuerit, quod
extat, vbique pro magnitudine eius, qui curatur,
abunde longum ſit. ſcala confirmata, ſubſellium
iuxta collocetur.



A Cuneus funibus ſuſpenſus, ac ſuper gradum alligatus.
B Organum ad ſcalam alligatum.
C Trochleæ duæ a ſummo gradu ſuſpenſæ deorſum ſpectantes.
D. Trochleæ duæ ab imo gradu ſuſpenſæ, ſurſum ſpectantes.

De Humeri

A *De Humeri capite in alam prolapſo.* XI.

SVper ſubſellium homo aſcendens, brachium ſuper gradum traijciat, ita, vt cuneus apte in alam demittatur: poſt hæc duplicata habena media inter cuneum & humerum detur, capitaq; eius extrinſecus pendeant: deinde carcheſius laqueus, vel alius æqualiter extendens, humero injiciatur, non circa medium, ne lacertum urgeat, ſed citra lacerti tumorem uel vltra: ſic enim cubiti inæqualitas laqueum deorſum labi non patietur, præterquam ꝙ hoc modo vtilius imponetur. ſequuntur enim facilius ea corpora, quæ ampliori interiecto ſpacio adducuntur: quæ exiguo difficilius. Circundato laqueo capita eius recta deorſum ducta ad clauum axis religẽtur, & axis uel per vectes, uel ſolis manibus conuertatur, vt eius conuerſio directa ductione ab inferiori parte intendat. eodem autem tempore, cum aucta iam intentio eſt, ſubſellium ſubtrahatur, ut homo à ſcala pendeat, atq; ita excitando reponi luxatum poſſit. Suſpenſo homine, miniſter aſſiſtens à poſteriori parte vtramq; manum ſimul iunctam ad ceruicem eius adducat, collumq; in contrariam partem cogat, idq; fiat, quo tempore intendimus, atq; excitamus, cũ laquei ægro iniecti poſtea laxentur. Neruis abunde diductis, debet qui reponit aſſiſtens, habenę capita prehẽdere, cubitũq; ad ſcalam repellens, humeri caput per habenam extrahere. quo facto remittenda intentio eſt, &
B ipſe articulus ſurſum compellendus, vt in regionem priſtinã reuertatur. Ratio directæ ductionis ita habet. Sed vt tuto reponamus, optimum fuerit, prius, q̃ nerui extẽdantur, habenis & crura hominis inter ſe & integrum brachium ad latus deuincire, ne ob tormentum, quod in cõdendo articulo ſentiet, uel ſuper ſcalam aſcendat, vel manu laquei capita contineat. Licebit etiamnum alio intercedente motu ab inferiori parte extendere: id qua ratione fiat, ſubijciam. Iiſdem omnibus factis, quæ præcepimus, cum ab inferiori parte extendentes directa ductione vtebamur, laquei capita per inferiores trochleas traijciũtur ab inferiori parte extra, atque ad axis clauum religantur: uel ducta ab exteriori parte uerſus interiorem ad axis uectes vinciuntur, ut axe uerſato alio intercedente motu ab inferiori parte extendamus. Nihil itẽ prohibet, quo minus eadem fabricatione parata duplici motu contrario intercedente, ab inferiori parte adducamus: qđ ad quẽ modũ fiat, indicabimus. Laquei capita ad inferiores trochleas ducta, ibiq; traiecta, ad ſuperiores referuntur, tum deorſum attracta, ad axis vectes alligantur, vt eius conuerſio duplici motu cõtrario intercedente ab inferiori parte extendat. poſtquam abunde extenderimus, proximum eſt, vt impellamus eo, quo oſtendimus, modo, vbi de directa ductione loqueremur. Hi ſunt modi, quibus ab inferiori parte intendimus. Poſtquam reconditus articulus fuerit, ſubſelliũ ad ſcalã referendũ eſt, vt
C æger ſuper id ſtatuatur, tã à ſcala, q̃ à cuneo remotus, collocato humero vt antea dixi. Verum, cũ maiores noſtri idem organũ idoneum à ſuperioré parte attrahendo tradiderint, ſequitur, vt nos quoq; à ſuperiori parte extendẽdi rõnẽ vobis aperiamus. Ergo (ſicut dixi) placuit maioribus luxati reſtituendi modũ, & à ſuperiori parte adducendo, & in diuerſa trahendo explicare. potiſſimum autem à ſuperiori parte intenderunt, ubi humerus non ſolum elapſus eſſet, ſed etiã perfractus. ſpectemus igitur quibus modis voluerint luxata reſtituere, à ſuperiori parte intendentes. Scala igitur in cęteris eodem modo præparata, cuneum nõ amplius ex funibus ſuſpenſum, ad gradum alligant, ſed ſolum ſuper imponunt, funium uerò capita admodum longa per ſuperiores trochleas ab interiori parte
D extra traijciũt: poſt hæc deorſum demiſſa uectibus, q̃ ꝑ clauis ſint, circũligant. His ita cõſtitutis ſubſelliũ ad ſcalam ponunt, ſuper qđ homo aſcendens, brachiũ ſuperiniiciat, ut cuneus rurſum in alã indatur: deinceps carcheſiũ laqueũ, vel alterũ æqualiter extendentẽ humero injiciũt, capitaq; eius deorſum ducta, ut contineantur, ad aliquẽ ſcalæ gradũ deuinciũt: quibus ita contentis axis conuertitur, per quã conuerſionem cunei funis alio intercedente motu attractus à ſuperiori parte intendit. Neruis, quantũ res poſtulat, intentis impulſus adhibetur, & ꝑ duplicem habenã extrahendo, & manibus ſurſum compellendo. Equidẽ huic reponẽdi mo-



do nõ ſubſcribo ea de cauſa, quam adiungam. cuneus elatus circumagitur, qui cum ſub ala non E
manet, articulus ex toto non reponitur, ac potiſſimum, vbi quis velit ſuſpenſo homine excitan-
do illum reponere. Ea verò extẽdendi ratio, quæ ab inferiori parte abducit, ſtabilis eſt, cuneo ſu-
per gradũ collocato, & per funes alligato, vt antea diximus. At quo pacto nos à ſuperiori parte
adducentes firmiter reſtituamus, paulo poſt intelligetis, vbi condendi luxati rationem recenſe-
bimus. Ratio aũt, quæ in diuerſa diducit, ſic habet: Cæteris omnibus ordinatis laquei capita non
amplius ad gradum vinciuntur, ſed ad axis clauum dantur: per ſe dantur, vel alio motu intercedente, vt prius ſcilicet per interiores trochleas traijciantur, tuncq; ad axem deligantur. Eadem
nunc culpari poſſunt in hac in diuerſa extendendi ratione, q̃ paulo ante dicta ſunt in illa, quæ à
ſuperiori parte extendit. vbiq; enim probo, cum is, cuius arriculus reponitur, rectus collocatur,
ſolam ab inferiori parte extendendi rationem adhiberi. Nunc proximum eſt, cum de humero in
alam prolapſo dixerimus, vt de eodem quoque in priorem partem excidente pertractemus.

De IIumeri Capite in priorem vel poſteriorem partem excidente. *XII.*

AD humeri caput in priorem vel poſteriorem partem elapſum ſcala eadẽ ratione modoq́ue
præparata vel figurata, organoq́; & trochleis (vt antea dictũ eſt) alligatis, rurſus, vbi reſti- F
tuere volumus, ſubſellium iuxta ponimus, lanaq́; uel linteis contegimus gradum idoneũ, ſuper
quem reſtituamus: cui (ſicut oſtẽſum eſt) inuoluto ala inſidat: tum carcheſium laqueum, vel aliũ
æqualiter extendendi vim habentem humero (vt propoſitũ eſt) circundamus, cuius capita deor-
ſum attracta ad organi axem religamus, quemadmodum ad humerum in alam prolapſum tradi
dimus, vt conuerſus axis directa ductione ab inferiori parte intendat. eodẽ momẽto, quo inten-
dimus, aliquis rurſus à poſteriori parte aſſiſtens, utraq; manu ad ceruices hominis data, corpus
in contrariã partẽ repellat. Licebit aũt in hoc caſu magis & extendere & ducere ad inferiora. Sub
ſellio itaque ſubtracto, homo, ſuſpenditur, ut ſimul & articulus excitetur, & quæ illi ſuperiecta
ſunt, laxentur. ubi quantum reponendus articulus poſtulat, intenderimus, circumducendo impel
limus: ſiquidem in priorem partem, humeri caput exciderit, ab ea ſede, in quam uenit, ad eã, vbi
eſſe naturaliter debet, prominentiori palmæ parte vrgeamus, atq; altera manu cubitum à poſte-
riori parte in priorẽ adducimus: quo facto miniſter aſſiſtens manum apertam lato ſcapularum oſ
ſi opponat, atque id repellat, ne uis operę reſoluatur: uerum, ſi in poſteriorẽ partẽ prorũpat, con
trariũ fieri debet, humeri quidem caput prominentiori parte palmæ vrgẽdum eſt, ut à lato ſcapu
larum oſſe in ſuam ſedẽ reuertatur, atq; altera manu cubitus ad poſteriorẽ partẽ prorſus adducẽ G
dus. Hac igitur ratione humeri caput reſtituẽdũ ducimus, ubi ĩ priorẽ vel poſteriorẽ partẽ erupe
rit. Sed alij in vtroq; caſu eã reponendi rõnẽ probarunt, q̃ à ſuperiori parte extendit. hoc, quo pa
cto agãt, uideamus. Scala eodem mõ parata duplicatæ habenæ vel funis medium lana uel linteo
inuolutũ alæ ſubijciunt, capitaq́; eius per ſuperiores trochleas traducta deorſum ad axis vectes
tanq̃ ad clauos alligant: deinde humero carcheſiũ laqueũ, vel aliũ, qui æqualiter extẽdere ualeat,
circũdãt, cuius capita deorſum demiſſa, vt cõtineãtur ad aliquẽ ſcalæ gradũ deuinciũt. quibus ita
cõſtitutis axis cõuertitur, quo cõuerſo, & continẽt, & à ſuperiori parte intẽdũt: ac poſtq̃ abunde
extenderũt adducẽdo impellũt. At cũ in diuerſa cõtendũt, capita laquei uel directa ductione vel
alio intercedẽte motu, funis verò per aliũ motũ interiectũ, ad axis clauũ alligãt, ut conuerſo axe
in diuerſa diducãt: poſtq̃ ſatis intenderunt, adducendo impellũt. Intentiones quidẽ ſuccedunt,
ſed impulſus fallax eſt, ſiquidẽ hoĩe excitato, & ſuſpenſione diſtracto, ægre articulus reſtituitur.
at ob hanc cauſam nũc placuit extẽdendi rõnem tã à ſuperiori parte, q̃ ab utraq; præterire. Hu-
meri ergo caput, in quãcunq; parte venerit, cõuenit ab inferiori parte extendẽdo reponere, cum
erectus homo collocaẽ. Qua via humeri caput reſtituaẽ, expoſuimus. Pergamus igiẽ ad cubitũ.

De Cubito. *XIII.* H

AEque duo brachij oſſa in quatuor partes erumpunt, in interiorem, exteriorem, priorem, &
poſteriorem: atq; ubi in tres partes uenerint, exteriorem ſcilicet, interiorẽ & poſteriorem,
brachium curuatur, & extendi nõ poteſt. Commune eſt horum trium caſuum, in quibus curuũ
brachium minime extenditur, ſcalam cum organo (ut dictum eſt) ad reſtituendum parare: po-
ſtea hominem iuxta ſcalam collocare, ut ſuper ſubſellium aſcendens brachiũ ſuper conuenien-
tem ſcalæ gradum inijciat: tum ea iunctura, quæ palma nuncupatur, humerum continere, & la-
queum inæqualiter extendentem, ut attollentem chiaſtum aut nauticum, brachio in vicina ma-
nus circũdare, eiusq́; capita ad unum ſcalę gradum, vt retinacula ſint, deuincire, vt vbi vis adhibe
tur, recti anguli figura fideliter conſeruetur: eoq́ue facto mediũ duplicatæ habenæ, brachio pro
pe cubitum inijcere, capita verò deorſum ducere ad axem, ibiq́; uel directa ductione ad axis cla
uum alligare, uel alio intercedente motu, non ſecus ac ubi humeri caput reponitur, ut ſimiliter
axis conuerſio ab inferiori parte intendat. Traditur etiam ad cubitum ille reponendi modus, qui
à ſuperiori parte extendit, cuius ratio eſt hæc. Cæteris omnibus (ut propoſitum eſt) conſtitutis,
humerus non amplius, ut contineatur, deuincitur, ſed laqueus carcheſius, aut alius ex ijs, qui
æqualiter extendunt, ipſi circumligatur, cuius capita ad ſuperiores trochleas adducta ab inte-
riori

A riori parte in exteriorem attracta deoesum feruntur,& ad axium vectes quasi ad clauum alligan
tur:duplicatæ verò habenæ capita deorsum adducta,vt retinacula sint ad aliquid immobile dan-
tur.conuerso igitur axe & continemus,& alio intercedente motu a superiori parte extendimus.
At modus,qui in diuersa extendit,hinc manifestus est: vbi enim in diuersa extendimus, laquei ca
pita per se ad clauum axis,vel alio intercedente motu ad eiusdem vectes deligantur, vt eadem cō
uersio in diuersa extendat.Neruis,quantum res postulat,extentis,conuenienter impellere opor-
tet,adducendo,si luxata in duas partes venerint,in interiorem scilicet & exteriorem:extrahēdo,
si in posteriorem:quas impellendi rationes in opere de articulis exposui.Hæc igitur fieri debent,
quando cubitus in propositas partes erumpit.Verum,si in priorem,in quo casu diximus extentū
brachium non curuari,iterum eadem scala atque organum comparatur,æger scalæ assistens bra
chium super commodum eius gradum imponit,humerus ad scalam per eandem iuncturam vin
citur,laqueus æqualiter extendens ad brachium datur in vicinia manus,cuius capita deorsum fe
runtur ad organum,vt ab inferiori parte attrahantur.si quis autem velit agere hoc tum continē-
do,tum a superiori parte adducendo,humerum non amplius ad scalam deuinciat,sed vtrique mē
B bro laqueum inijciat,qui æqualiter intendat,vnum scilicet humero,alterum brachio: & superio-
ris quidem laquei capita sursum ferat vltra caput,alterius vero deorsum,vt (quemadmodum in
alijs reponendi rationibus declarauimus) extendat.quod vbi abunde fecerit, nūc reponendi cau
sa duo modi impellendi potissimum aptātur, qui
premit,& qui circunducit. sed ante quidem pre-
mere conuenit, dum intentio adhuc manet,de-
hinc circunducere:quos impellendi modos mul-
to ante exposui in opere de articulis.Oportet au-
tem eo,quod luxatum est, restituto, brachiū cur-
uare atque extēdere,pronumque & supinum col
locare, vt ex toto restitutum esse intelligas: tum
ad angulum rectum in sequentem curationem fi
gurare. Vtraque igitur brachij ossa,vbi loco suo
non sunt,per superiores modos reponuntur. ve-
rum quoniam vtrunque per se proprie vitiatur,
C cum suo loco mouetur,posthac necesse est scriba
mus,quonam modo cubitus erumpens, radiusq;
diductus ab inferiori parte extenti reuertantur.



A Cuneus sub ala per funes suspensus.
B Organum ad scalam alligatum.
C Trochleæ a summo gradu suspensæ.
D Trochleæ ab imo gradu suspensæl
E Subsellium.
F Iunctura,quæ palma nuncupatur.
G Laqueus attollens in vicinia manus.
H Capita laqueis,vt retinacula sint,ad scalæ gradum
deuincta.
I Medium duplicatæ habenæ prope cubitum inic-
ctum.
k Capita ad axis clauum directa ductione alligata.

D

De Cubito & Radio. XIIII.

MOuetur per se cubitus interdum loco,& rursus per se radius diducitur, iis modis, quos in opere de articulis declarauimus. Ad hæc igitur ossa restituenda, scala similiter paratur, humerusque ad gradum vincitur ea iunctura,quæ palma dicitur: ad ipsum verò brachiū vtiliter datur laqueus aliquis ex iis,qui inæqualiter extendunt,cuius laquei sinu a parte, quæ restituitur: capita à contraria,hoc est ab integra collocentur. proprie enim laquei, qui inæqualiter exten-dunt,eas partes magis cogunt, quibus sinus hærent:minus vero, quibus capita.siquidem consi-lium est,vbi superius os excidit,ab inferiori parte attrahere: ad id, quod suo loco est, vim mini-me adhibere.Huius igitur laquei capita ad axis clauum dari debent, vel directa ductione, vel a-lio motu intercedente, vt conuersio axis ab inferiori parte extendat. sed vbi, quantum resti-tuendum os poscit,extenderimus, idoneis impellendi modis vti conuenit, cubito quidem in

interiorem

interiorẽ partem excidente,radioque in exteriorem adducto,vtriusque manus digitos inter se iũ E
ctos eminentiæ cubiti subijcimus,prominentioresque palmarum partes vtrinque ponimus,atq; his summopere vrgentibus adducimus:sed,si in posteriorem partem prorumpant, cubitus præ-
sertim,ea reponendiratio efficacissima est,quæ extrahendo impellit.sin radius in priorem partem conuertatur,expedit premendo & circun ducendo impellere , quemadmodum ostendimus,vbi vtrũque os in priorem partem elapsũ ponebamus.exquisitos autem reponendi modos in opere de articulis exposuimus . Repositi autem ossis indicium erit , in cubito libera brachii contractio atque porrectio:in radio,in pronum vel supinum habitum conuersio.Quomodo igitur per scalam homine erecto restituere luxatum conueniat, demonstrauimus , verum quia iusta aliqua de causa,aut ob imbecillitatẽ, aut ob femur,seu crus simul comminutum , æger stare nequit,dum luxatũ restituitur,necesse est in sequentibus aperire,quæ ratio sit restituẽdi,homine super planam scalam iacente.



B Organum ad scalam alligatum.
C Trochleæ superiores.
D Trochleæ inferiores.
E Subsellium.
F Iunctura,quæ palma nuncupatur.
G Laqueus inæqualiter extendens.
H Capita laquei duplici intercedente motu ad axem data.

Quo pacto iacente homine restituatur Humerus in alam prolapsus. XV.

SCalam collocare planam oportet,& vt a pauimento attollatur,extremitatibus lapides vel ligna ab vtraque parte subiicere,atque ęquandi gradus causa linteum superimponere:huiusmodi enim lectus,quod pertinet ad ægrum iacentem,dum restituitur,scamni munus præstabit.organũ verò ad scalam alligandum ab inferiori crurum extremitate,rursusque trochleæ (quẽadmodũ dictum est) binæ à superiori scalæ parte,totidem ab inferiori vinciendæ.satius autẽ est ad luxata restituenda pro scala adhibere scamnum,quod ab altero extremo quadratis fossis excauatum sit,vbi organum firmiter insistat.quæ præparatio esse debeat,dictum est:modos autem,quib.humeri caput restituitur,exequemur.Prolapso igitur humeri capite collocare hominem conuenit, sic vt iaceat super scalam,organo ad pedes cõstituto,supinus, vbi in alam vel priorem partẽ excidit;in verticem,vbi in posteriorem.Igitur,vbi in alam cõuertitur,funis capita super caput à priori vel à posteriori parte adducenda,mediumq;habenæ duplicatæ dãdũ est ad humerũ sic,vt inter ipsum & cuneũ demittatur,capitaq; eius ab exteriori parte ferantur,atq; ita pendeant : post hæc laqueus carchesius,vel alius ex ijs,qui æqualiter extendunt,humero (vt supra ostensum est)inijciendus,cuius capita deorsum ad organũ adducenda.cum capita ergo ad pedes ferãtur, agemus vel continentes,& ab inferiori parte extendentes,vel in diuersa trahentes,siue directis ductionib. vtamur,siue alius motus intercedat,vt antea indicauimus.cum satis extenderimus,cõdere humerum debemus,idoneam impellendi rationem adhibentes : præcipue autẽ duplex impellẽdi ratio idonea est,& quæ articulũ extrahit,& quæ sursum cõpellit.manente intentione duplicatæ habenæ capita tenentes vi humeri caput extrahimus , eodẽq; momento cubituũ in interiorem partem ad latus repellimus:eo enim fit , vt humeri caput facile promptęque in exteriorem partem ducatur,moueaturque,quo facto remissa intentione,protinus sursum compellimus:post hæc humerum prehendentes attollimus,vt in suum locum collocemus.Hæc sunt quę fieri oportet , vbi humeri caput in alam excidit.

A Cuneus



AA Cuneus alligatus ad funem, cuius capit dantur ad gradum supra caput.
B Organum ad scalam alligatum.
C Trochleę a sũmo gradu susp ensæ ad dorsum spectant es.
D Trochleæ ab imo gradu.
E Hãbena media demissa inter cuneũ, & humerum, cuius capita spectent in partem exteriorem.
F Carchesius ad humerum datus.

B

De Humeri Capite in priorem vel posteriorem partem excidente. XVI.

SEd si humeri caput in priorem vel posteriorem partem cõuertatur, homine (vt dictum est) figurato, nẽpe supino, si in priorẽ partẽ venit, in ventrẽ: si in posteriorẽ, funis aut habenæ medium lana siue linteo obuolutum, alæ subijcitur, capitaq; supra caput feruntur, non quidem è regione vitiati humeri, sed obliqua versus partem cõtrariã ad rem aliquã immobilem vinciuntur, qua retineantur. Ambigitur verò, quamobrem capita non recta ferantur, sed versus contrariam partẽ obliqua. Pasicrates quidem atq; alij nonnulli hoc ea de causa fieri aiunt, ne à medio finis humeri capite sursum attracto prohibeamur, quo minus ab inferiori parte extendamus: sed decipiũtur similitudine femoris, cum res aliter habeat, siquidem femur ad Γ literæ similitudinem declinat, at humeri caput dimidium orbiculatũ est, neque põt femoris modo à medio fune sursum adduci. quorsum igitur id fit? ne sub medio fune, quæ sub ala sunt compressa, alæ regionem compleant, completo.n. recessu, humeri caput locũ non habebit in quẽ recondatur. Nos ẽt non secus
C atq; ij, qui non multo antè nos vixerunt, ob propositam causam, habenã uel funem similiter collocamus. Consueuimus interdũ & aliter cõtinere, duos.n. laqueos ex ijs, qui inæqualiter extendunt, implicãtes, thoraci dorsoq; sub alis circumponimus, eorumq; capita cõtinẽdi causa ad gradũ, qui cõtra situs est, alligamus: quũ cõtinendi ratione adhibita laqueum æqualiter extendẽtem humero circũponimus, quẽadmodum tradidimus, quà de humeri capite in alam prolapso: cuius deinde laquei capita ab inferiori parte ad organum demittimus: & ad axem deuincimus, vt eo cõuerso cõtineamus, & ab inferiori parte pariter extẽdamus. Vi, quãtũ res exigit, adhibita, vt articulum restituamus, p̃mẽdo impellimus. ꝓminentiori.n. vnius manus palma ui humeri caput comprimimus, altera vero cubitum huc atq; illuc agitamus. Indiciũ aũt repositi ossis in superioribus explanauimus. Fit ẽt interdum, vt ad humeri caput luxatũ, medij quoq; humeri fractura accedat cogaturq; medicus eodẽ tẽpore vtriq; uitio subuenire. Docẽdi autem gratia sermoui insistam, qui eum casum explicet, vbi & caput humeri in alam excidit, & medius humerus comminuitur.

De humero fracto simul & prolapso. XVII.

D QVæsitum est à maiorib. nostris, qua via hæc restituãtur. Pasicrates quidẽ os suo loco motũ primo restituit, ꝙ maiorẽ uim in restituẽdo postulet, q̃ fractura. At si quis sub fractura laqueum inijciens eodem momento velit tã quod fractum est, q̃ quod excidit, restituere, dum vis ad luxatum, quantũ postulat, adhibetur, fractura plus iusto intenta partes fracturæ superiectæ vltra debitum extentæ, lædentur, resoluentur nerui aut abrumpentur, & fortasse corpora tota, & ante quod luxatum, dein quod fractũ est, restituendum. Voluit Aristion eodem tempore, & luxatum & fractum humerum restituere, ne si luxatũ prius reponatur, dum fractura cõponitur, præui positum humeri caput erumpat. Quæ dicuntur in utroque casu sequi detrimenta, vere sic habent, quapropter nobis placet, ante articulũ reponi, ꝓximeq; fracturam curari, ea cautione, ne dum quod fractum est, ab inferiori parte extẽditur, articulus elabat̃. Ad luxatũ igitur restituendũ cuneus a funibus dependens in alam conijcitur, rursusq; capita funis sursum adducũtur super caput: humero super fracturã Carchesius laqueus imponitur, uel alius, qui æqualiter extendat, eiusque capita, deorsum demissa, ut retineantur ad aliquam moram, uinciuntur, atque a superiori parte attrahẽdo articulus reponitur. quo facto, cuneus in ala relinquitur, vt humeri articulus maneat, laquei verò capita inferiori parte resoluuntur, & super caput adducta tanq̃ retinacula vinciuntur, vt vtriusque præsidio cuneus scilicet & laquei, articulus suo loco seruetur. post hæc Carchesius laqueus vel alius æqualiter extendens humero inijcitur, cuius capita deorsum demissa ad axem, vt ab inferiori parte intendat, religantur. quo fit, vt fractura ab inferiori parte intenta componatur, superiori articulo non excidente. Hactenus de humeri capite, nunc de cubito.


De

De Cubito luxato. XVIII.

CVbito in illas treis parteis cõuerſo,in quas vbi procedit,brachium curuum eſt, neq; extenditur,homo reſupinandus eſt ſuper aſſerem ſcalæ inſidentem:alligatis trochleis, organoq; ab inferiore parte,laqueus inæqualiter extẽdens brachio prope manũ inijciendus,cuius capita ſuper caput adducta ad oppoſitam morã alligentur:tum duplicatæ habenæ medium iuxta cubitũ dandum,capitaq; eius deorſum adducenda. Dantes igitur capita,laquei quidem humero iniecti, ſupra caput,duplicatæ verò habenæ,deorſum,continebimus ſimul & ab inferiori parte extendemus,vt oſtenſum fuit in ſuperioribus.neruis abunde intentis eo modo impellemus, quem paulo ſupra diximus,cum de erecta ſcala pertractauimus. At ſi in priorẽ partem elabatur, in quo caſu brachium extenditur,reſupinato itidẽ homine, laqueus æqualiter extendens humero inijciatur, capitaque eius ſuper hois caput attrahantur : tum alter laqueus æqualiter extendens ad extremum brachium alligetur,eiusq; capita deorſum ducantur.intentionem verò à pedibus adhibendam eſſe antea expoſui.Eodem autem modo, vbi articulum reſtituimus,impellere oportet, premẽdo ſcilicet & circunducendo,eademq; ratione,quæ in opere de luxatis dicta eſt.verum, ſi alterum os præter naturã habeat,ſiue cubitus excidat,ſiue radius diducatur, laqueo rurſus æqualiter extendente ad humerum dato, capitibusq; eius ſurſum ſuper caput adductis,vt retinacula ſint, brachio laqueus inijcitur,qui inæqualiter extendat,quemadmodum explicauimus.capitaq; eius deorſum ad organum adducuntur, & ijdem impellendi modi accõmodantur. Abſoluimus iam ſermonem vniuerſum de cubito,atque humeri capite,reſtat,vt ad manum accedamus.

De Manu. XIX.

MAnus in quatuor partes mouetur,interiorem,exteriorem,priorẽ,& poſteriorem. Reſtitui autem debet,vel ſuper ſcamnum,vel ſuper ſcalam,quæ plana collocetur.Homine itaq; iuxta ſcalã vel ſcãnũ ſedẽte, figuretur manus ſupina, ſi in interiorẽ partẽ erupit:prona, ſi in reliquas tres:deinceps circa ſinũ manus,ferramentũ,quo adurimus,tranſuerſum vel trãſuerſus axis detur, atque ad ipſam palmam vinciatur:tum extremitatibus, propoſiti vectis ſeu ferramenti, ſinus laquei inæqualiter intendentis vel mediæ habenæ inijciuntur, capitaq; à priori parte ad organum ferantur.Brachio aũt in vicinia manus circumligetur laqueus æqualiter extendens, cuius capita ferantur à poſteriori parte:rurſusq; intentio adhibeatur, quæ paulo antè expoſita eſt: vel continẽdo,& ſeu ab inferiori ſeu ſuperiori parte extendendo,vel in diuerſa adducendo,poſtq; abunde intẽderimus,impellere debemus,quem admodũ in libro de luxatis expoſuimus: premẽdo, vbi in interiorẽ vel exteriorẽ partem venit:vbi ĩ priorẽ & poſteriorem, adducẽdo. Sed venio ad ſpinam.



A Organum ad ſcalã ligatum.
B Trochleæ.
C Ferramẽtum datũ ad ſinus manus.
D Sinus laquei dati ad ferramẽti extremitatẽ.
E Laqueus æqualiter extẽdẽs brachio iniectus in vicinia manus.

De Spina. XX.

SPina gibba ex recenti ictu reſtituitur. Oportet in reſtituendo hominem pronum collocare,vel ſuper ſcalam,cuius gradibus aſſer iniectus ſit,vel ſuper ſcamnum, trochleasq; (vt dictũ eſt) adhibere:poſt hæc ad ſpinam dare binos laqueos æqualiter extẽdentes,vnum à ſuperiori parte gibbi,alterum ab inferiori:vel quaternos ex ijs,qui inæqualiter extendunt, inter ſe oppoſitos, binos à ſuperiori parte,totidem ab inferiori:& ſuperiorum quidem capita ſurſum, inferiorum verum verò deorſum adducere,ſiue vt retinacula ſint,& vel ab inferiori,vel à ſuperiori parte intendant,ſiue vt in diuerſa diducant,verum,vbi in diuerſa diducimus,trochleis vtimur alio intercedẽte motu agentes.Poſtquam abunde intẽderimus,eo modo impellimus,quem in libro de articulis enarrauimus.Sequitur autem,vt de modis reponendi femoris pertractemus.

De Femore. XXI.

FEmur in quatuor partes prorũpit,interiorẽ,exteriorẽ,priorẽ, & poſteriorẽ: atque vbi in tres partes cõuertitur,crus extentum eſt,& curuari minime põt: ꝙ ſi in poſteriorem partem prolabatur.

A labatur,curuatur,ſed non extenditur. Igitur,ſi in illas tres partes venit, vbi extentum crus minime implicatur,reſupinandus homo eſt ſuper ſcalam vel ſcamnum, & duplicatæ habenæ vel ſimis mediũ lana ſeu linteo circundatum inter anum & naturale inijciendum, capitaque eius ſup caput adducenda. Si in exteriorẽ quidem & priorem partem femur eruperit, media habena varie quacunque parte inter anũ & naturale dari poteſt: ſed,ſi in interiorem partem exciderit,inter femur integrum adhibẽda eſt, & articulum,qui reſtitui debet,ne ſi femoris capiti ſubiecta fuerit, membrum ab inferiori parte attrahi non ſinat. quo facto Carcheſius laqueus vel alius æqualiter extendens femori extremo circumponendus eſt,capitaque deorſum ad organum ferenda, & ad axis clauum alliganda,vt adhibitis retinaculis conuerſo axe contineamus,& ab inferiori parte extendamus. Nihil item prohibet,quo minus a ſuperiori intendamus,quemadmodum dictum eſt, quà de humeri capite. Neruis,quantum ſatis eſt,diductis,ijſdem vtendum eſt impellendi modis, quos in opere de articulis indicauimus. At,ſi femur in poſteriorẽ partẽ prolabatur,vbi complicari crus diximus,ſed nullo modo extendi,organo ab inferiori parte alligato æger ſedeat: magis tñ in ſupinum habitum conuerſus,in alteram coxam inclinetur. poſt hæc contineatur,ſicut in opere de articulis oſtendimus. tunc Carcheſius laqueus,vel alius æqualiter extendens,femori circundetur,eiusque capita deorſum demiſſa,vt ab inferiori parte extendant,ad axem religentur. neruis, quantum res poſtulat, intentis, oportet eadem ratione in reſtituendo impellere, quæ in opere de articulis expoſita eſt,ſpatha premendo idonea extrahere,& femoris caput in exteriorem partem adurgere: ſicque crure deorſum extẽto,atq; homine reſupinato articulus reponitur. Crus autem reſtitutum teſtatur eius flexus,atq; porrectio: in quamcunque enim partẽ venerit,vbi reſtitutum eſt,liberam eius actionem ſpectamus,flexum ſcilicet & porrectionem.

B

C


De Genu. *XXII.*

GEnu in tres partes erumpit,interiorem,exteriorem,& poſteriorem: vbique autem crus extentum eſt. Si in interiorem & exteriorem partem veniat,hominem reſupinare conuenit: ſi in poſteriorem,pronum collocare,tuncq; laqueos æqualiter extendentes membris injcere: vnũ quidem femori propẽ genu,alterum cruri ſuper eam regionem, quæ carnoſa a poſteriori parte prominet: rurſusque organo ad inferiora deligato,eaſdem adhibere intendendi rationes, quæ in aliis luxatis ſunt oſtenſæ,impulſuinque in opere de articulis declaratum.

De Talo. *XXIII.*

TAlus modo in interiorem,modo in exteriorem partem prolabitur, nonnunquam etiam in poſteriorem. Rurſus itaque oportet hominem ſedere,extentoque cruri laqueum imponere qui æqualiter extendat,eiusque capita ad poſteriorẽ partẽ porrigere: ad talum verò ſandaliũ, vel draconẽ laqueũ dare, capitaq; à priori parte ad axẽ adducere, continendoque ab inferiori parte extendere, & ijſdem vti modis impellẽdi, quos in opere de luxatis explicauimus. Reſtituendi rationẽ prætermimus: quoniã de hac præcipue agimus, vbi organorũ, quæ plana collocantur,præſertimq; noſtri machinamẽti motum declaramus.

D



A Laqueus injectus cruri æqualiter extendens.
B Sandalius laqueus ad talum datus.

Gloſſocomum Nymphodori. *XXIIII.*

GLoſſocomum Nymphodori tractorium,organũ eſt quadratũ. habet aũt duo latera,q̃ extremis partibus per duo tranſuerſaria inter ſe iunguntur. laterũ vero & tranſuerſariorum eadẽ eſt magnitudo,ſunt.n. longa lataq; duos palmos,craſſa digitos totidẽ. quare,quum æqualis ſit eorum modus,iure gloſſocomum ex eorũ numero eſt,q̃ propne quadrata appellantur. Media igit̃ latera exculpata,cauataque ſunt cauis nõ nimis alte penetrantibus. quibus includitur axis habẽs in medio tympanũ,cui ab vtraq; parte ferrei vnci ſunt,duo in vniuerſum,vel foramina,in q̃ poſſint conijci funes,quorũ hæc rõ eſt. Funes duo vncis medici cũ cunligãtur,& ab vtraq; parte ppe foramina nodũ accipiunt: quorũ capita,quũ quatuor ſint,duo traijciuntur per trãſuerſariũ prius,

ab

ab interiori parte extra: reliqua duo per id, quod posterius est. Secundū tympanū cochlea speciē E lentis referens recte collocatur, hæc cōpositō vocabulo græce κωχλιάξων dicitur. eius extremitas demittitur in cauū non penetrans prioris transuersarij: pars verò, q̄ cochleæ modo striata est, iux ta tympanū collocat: quod supereſt ex eius longitudine per foramē trāsit, extremaq; a parte baculū versās hēt, quo torquetur, vt cochlea p id versata tympanū moueat, conuerso hoc axis ver setur, quo moto funium capita, quæ extra procedunt, ad intendendū ducuntur. Sunt itē in glosso como opercula, vt q̄ in eo sunt machinationes occultētur: tū quatuor annuli ad latera fixi, bini ab inferiori parte, totidē a superiori, ea de causa, vt alligari organū possit. Huius fabricationis auctor est Aristion filius Pasicratis, siquidē aliter structū fuit à Nymphodoro. in vetusta. n. structura extat cochlea nō per transuersariū, sed, quà opercula sita sunt, traiecta. duas. n. forfices ferreas ad latera affixas hēt ad mediā ptusas, quarū vna axi subijcitur, altera superponitur, vtraq; a latere tympani collocatur, inferior angustius foramen hēt, superior latius. Cochlea igitur ab ea parte, qua opercula sita sunt, traiecta, atq; à forficibus contenta, alterū operculū sine impedimento claudit: alterū claudi nō p titur pars cochleæ, quā penetrare diximus, cuiq; baculū versans affigitur. hoc itaq; operculū mediū trāsuersū in duas partes secatur, quarū altera manet immobilis, altera clauditur: atq; hæc media in longitudinē luxata figura exciditur, vt, quū operculum clauditur, lunatū F eius cauum propositā cochleæ partem excipiat. Hanc Nymphodori structuram nō accepit Aristion, sed adiecit organo axem habentem tympana foraminaq;, vt axis, qui in medio est, motus, vbi velis, consistat, & viminime voluatur: transtulit itē annulos iuxta prius transuersarium, ne organum a parte operculi, sed a parte prioris transuersarii alligetur. traiecit præterea funium capita per opercula, hæc qnidem a superiori parte, illa verò ab inferiori. quod quidem pertinet ad annulorum situm, vna nobiscum sentit: sed axem, quem adiunxit, tanquam superuacaneum reiicimus, siquidem vnus axis ex robusta materia præparatus, quod opus est, abunde efficit. Sed cum glossocomi fabricationem absoluerimus, sequitur, vt ad eius motum veniamus.


A Latera.
B Transuersarium prius.
C Transuersarium posterius.
D Cauum non penetrans.
E Axis habens tympanum in medio.
F Foramina in quæ funes conijci possint.
G Funes duo.
H Capita funium traiecta per prius transuersarium.
I Capita funium per posterius transuersarium traiecta.
K Cochlea speciem lentis referens.
L Manubriolum.
M Quatuor annuli in transuersarijs.
N Ferrea forfex.
O Pars operculi, quæ manet immobilis.
P Pars operculi in lunatam figuram excisa.
Q Axis habens tympana foraminaque.

Nymphodori Glossocomum clausum.

Nymphodori Glossocomum apertum.

G

H



De

A *De motu Organi.* XXV.


VBi humeri caput suo loco mouetur, præcipueque si in alam veniat, ad scalam eodē modo paratam, quo in Nilei Plinthio excauimus, nunc pro Plinthio Glossocomum alligetur, nō ab operculis, ne sub cochlea habenæ abrumpatur, sed a priori trāsuersario, annulis prope ipsum affixis. Aperiantur itē opercula, capitaque funiū ad axem alligata excipiātur, hæc quidem a superiori parte, illa verò ab inferiori: ac deinceps, vbi restituere volumus, subsellium prope scalam ponatur, super quod homo ascendens brachium sic traijciat, vt indatur cuneus in alā: circumligetur in super humero Carchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens, eiusque capita ducantur ad superiora funium capita, vt machinationum motu aut directis ductionibus ab inferiori parte intendamus, aut alio intercedente motu, aut per duos contrarios motus interiectos, hoc modo: Laquei capita per inferiores trochleas traijciantur, & cum funium capitibus colligentur, quo rursus fit, vt machinationes motæ, alio intercedente motu ab inferiori parte extendant: verum, si per superiores laquei capita traijciantur, deinceps per inferiores demissa ad funiū capita vinciantur, rursus machinationum motus per duos contrarios motus interiectos ab inferiori parte extēdit. Impulsus vero, quos deinde res postulat, fiunt, quemadmodum dictū est, vbi humerus in alā pro-
B labitur, & per duplicem habenā extrahendo, & intentione remissa per manus sursum compellendo. Retulerunt alij organum hoc, vbi a superiori parte extendere volumus, idoneū esse: transferunt enim ipsum ad superiorem partem supra caput, cuneumq; ad gradum adhærentem, solutū tā, in alam conijciunt: deinde capita funium cunei, ad inferiora capita funium organi religant, & Carchesium laqueum humero iniijciunt, cuius capita deorsum adducta ad imum scalæ gradū immobilem deuinciunt, vt per hæc, retinaculis adhibitis, directis ductionibus a superiori parte intendant. Licet ēt organo ab inferiori parte alligato à superiori extēdere alio intercedente motu: alligatis enim laquei capitibus vt (quēadmodū dictū est) retinacula sint, cunei funium capita per trochleas traiecta cum superioribus capitibus funium organi vinciunt, vt machinationibus motis alio intercedente motu a superiori parte extendant: aut laquei capitibus non amplius retinaculi vicem exhibentibus, sed ad funium organi capita alligatis, vel ad superiora directis ductionibus, vel alio intercedente motu ad inferiora idem præstent: cumq; abunde extenderunt, eosdem adhibent impulsus, quos paulo ante proposuimus. Quæ relata sunt, adscripsimus. probamus autem & in hoc, quod de Nilei Plinthio diximus, vbi scala erecta collocetur, intentionē ab inferiori parte adhiberi, cuneo ad scalā alligato: eā verò, q̄ vel à superiori parte trahit, vel in diuersa de-
C ducit, extoto prætermitti, eiusmodi siquidem imbecilles sunt. Quod si homo iaceat, sic interdum censui luxatum reponi. contentus sum propositis reponendi rationibus exempli causa propter organi motum huc allatis: omnia enim luxata per hoc quoque instrumentum reponi possunt, non secus ac per Nilei Plinthium. Vtriusque machinationes sunt diuersæ, sed reponendi rationes eædem, sic, vt liceat ex superioribus vniuersum huius organi motum intelligere.

Trispastum Apellidis, seu Archimedis. XXVI.

ILlud in primis scire conuenit, q̄ neq; Apellides, neque Archimedes medici fuerunt, sed architecti, qui machinamentum hoc excogitarunt (quemadmodum nos accepimus de historia,) ad naues deducendas, funibus nō per manus, sed per ergatā attractis: illius autē seculi medici eius structuræ modū minuētes trispastū organū medicinale ad luxata fractaq; restituenda fabricarunt in hunc modū. Totū organū ex eorum genere est, quæ oblonga quadrata nūcupātur. est autē hoc modo cōpactū. Duo latera longa palmos quatuor digiti crassitudine inter se coagmentantur p transuersaria longa palmos duos, crassa digitū. latitudo potissimum posterioris transuersarij sex digitos æquat; prioris propter opercula palmos duos. Vt retulit autē Pasicrates, media latera excauata sunt, cauis non nimis alte penetrantibus, quibus duo axes includuntur rotas habentes in
D vicinia laterū. vtriusq; axis rotæ perforatæ sunt peruiis foraminibus, quæ non alia de causa facta sunt, nisi vt in ea funes immittātur, quorū ratio hæc est. Funes duo extrema parte nodum accipiē piētes, coniecti in prioris axis foramina attrahuntur ita, vt nodi super foramina collocētur: tū funes circa suas vterque rotas inuoluuntur: & per posterioris axis foramina traiecti nodū accipiūt. Posterior axis medius inter rotas foramen habet, in quod rursus funis conijci debet. sumitur funis longus, qui ab vtraq; extremitate nodū acceperit: deinceps per propositum foramen traijcit sic, vt nodus foraminibus iungat: post hæc circa mediū axē inuoluitur: quo facto altera eius extremitas per posterius transuersariū, quod medium perforatum sit, traijcitur. at quid nūc fit funе traiecto? manu tractus euolutusq; posteriorē axem cōuertit: quo conuerso, alia capita funium, qui extra procedunt, ducuntur. Adhibentur autem funes, quatuor, duo, & item duo, atque ad hunc modum immittuntur. Sumuntur funes duo, qui extrema parte nodum acceperint, & per duo foramina prioris axis, quæ inter rotas sunt, traiiciuntur attrahunturque, sic, vt nodi foramina contingant. tuncq; funium capita per prius transuersarium pērforatum ab interiori parte versus exteriorem traiiciuntur. aut prehenditur funis vnus duplex, cuius capita coniecta in prioris axis foramina attrahuntur, vt medius funis inter foramina statuatur: postea eiusdem funis capita traiiciuntur

ciuntur per fora mina tranſuerſarij prioris . Duo item alij funes ſumuntur nodo extrema parte E
deuincti: hi per foramina inter rotas poſteriores axis facta,& a medio foramine recedentia, attra
huntur: qui deinde, vbi eorũ nodi ad foramina peruenerint, tunc ducuntur, traijciunturq; per po
ſterius tranſuerſariũ perforatũ, ſic, vt quinque nunc ſint funiũ, quæ extra ferũtur, capita, duo p
prius tranſuerſariũ, tria per poſterius. his poſterioribus manu attractis, incluſisq; funibus (vt di-
ctum eſt) inuolutis atq; euolutis, capita eorum, qui exterius ferebantur, ducuntur, extenduntq;
capita habenarum, quibus diſtẽditur corpus. Huiuſmodi organi ſtructuram Paſicrates exponẽs
reprehendit tanquã minime efficacẽ. vniuerſum enim organi opus cõſiſtit in ductione funis po-
ſterioris, qui manu attrahitur, at nequit manus in reſtituendis luxatis vim tantam ſuſtinere, præ-
ſertim vbi magni articuli ſunt,& corpora robuſta . quamobrem organi ſtructuram immutauit,
duosque axes, qui incluſi erant, ita ſtruxit, vt penetrarent,& priorem minorem exiguis capitibus
extantem, poſteriorẽ maiorẽ & longiora capita habentẽ: & ad prioris quidẽ axis extantia capita
clauos cõfixit: poſteriori verò vectes adiecit. demiſſis axibus duobus digitis machinamentũ in re
ſtituẽdo ſic mouit. Habenas extendendis corporibus iniectas ad extantia prioris axis capita deli
gauit, vt poſteriore axe conuerſo prior moueretur,& euolutis inuolutisq; funibus nerui exten- F
derentur. Sed Ariſtion Paſicratis filius patri aduerſatur, vt vetuſtã organi ſtructurã ignoranti . In
vetuſta enim (inquit) organi ſtructura, axes nõ mouebãtur in laterũ cauis, ſed circa ferreos cho-
daces affixos lateribus in capreoli formam excauatis: quod videre licet in organis ad aquã hauriẽ
dam comparatis, quæ ob fabricationis rationẽ facile conuertuntur, neq; tamen rotæ in ſe cõtinẽt
armillam, ſed chodacẽ. quoniã igitur axes per armillas mouẽtur circa chodaces,& rotæ per cho-
daces circa armillas, axes prompte admodũ verſabuntur. atq; idcirco ſine impedimento erũt, ẽt
ſi funis manu ducatur. Ob id autem ipſum triſpaſtum organum appellatum eſt, quoniam tres fu-
nes agunt, vnus quidem extra ductus, duo incluſi . Hactenus ipſe probabiliter ſcripſit, ſed vera
ſunt, quæ à Paſicrate adducuntur, non enim poteſt manus funẽ ducens bene reſtituere, ſed for-
taſſe monſtrationis cauſa in ludo organum mouere, vis autẽ, quæ in reſtituendo requiritur, per
manum minime poterit adhiberi. atque ea de cauſa ijsdem omnibus factis, quæ in vetuſta ſcriptu
ra ſunt oſtenſa, tertium axem organo adijciendum iudicauimus, cuius capita traiecta per latera
eſſent, vt poſterior axis nunc medius fiat, medius autem perforetur: in extantibus capitibus ve-
ctes demittantur, vel manubriola, aut bacula ductaria: medius verò funis poſterior, ſibi circa axẽ
eſt inuolutus, traijcitur per foramen axis penetrantis, ſuoque ibi capite alligatur. His ita conſtitu G
tis conuerſus poſterior axis, ille inquam cuius
capita extant, funem circa ſe inuoluit: quo fit,
vt medius axis moueat, quo moto prior quo
que axis mouetur. Tribus axibus conuerſis, fu
nium, qui extra ducuntur, capita tendũtur, cũ
quibus vinciuntur habenæ, quæ corpora ex-
tendunt. Habet item organum opercula, velu
ti gloſſocomum, ne machinationes oculis ex
ponãtur: atque item annulos ad latera affixos
quibus alligetur. Hæc eſt vniuerſi triſpaſti fa-
bricatio. Reſtituendi autem modi aptantur ij-
dem, quos poſuimus in gloſſocomo, diſtat .n.
ſolum, quibus mouetur, machinationibus: p̃-
terea funiũ eadem eſt ductio, habenis ad eos
alligatis. Sed iam triſpaſti fabricationem expli
catam habemus.

Triſpaſtum Apellidis ſeu Archimedis.



A Duo latera.
B Prius tranſuerſarium.
C Poſterius tranſuerſarium.
D Duo axes habentes rotas in vicinia laterum.
E Funes circa rotas inuoluti.
F Funis coniectus in foramen medium inter rotas po-
ſterioris axis.
G Funis duplex, cuius capita traiecta per foramina
prioris axis, per prioris tranſuerſarii foramina
traiiciantur.
H Tertius axis, cuius capita traiecta ſint per latera.
I Vectes in extantibus capitibus demiſſi.
k Annuli ad latera affixi.

H


A *Fabri Organum.* XXVII.

FAbri organum ad hunc modum fit. Super baſim, quæ κρηπὶς nominatur, pro organo dimenſam, ſtatuuntur crura duo, quorum longitudo duos cubitos & ſemiſſem æquat, aut etiam excedit, latitudo implet digitos quatuor: craſſitudo tres. crura hæc per duo tranſuerſaria inter ſe coagmentantur, altero ab inferiori parte, quod quinque palmos à baſi recedat, altero à ſuperiori, qua crura finiuntur: inferiori tranſuerſario ſubijcitur aſſer tranſuerſus, qui & cum lateribus organi, & cum tranſuerſario committitur. hunc aſſerem ſedile conſuerunt omnes appellare, cuius medium ad tranſuerſarium exciditur ad effigiem ш inuerſi, qua parte tranſuerſario trãsfigitur æneũ ш. Accommodatur tam cauum, quam ш demittendo priapiſco octo digitos longo. Inter tranſuerſaria ab interiori parte crurum canaliculi excauantur, in quibus, dum luxata reponunt, mouea tur quadrata teſtudo, ſpatham & cubitos mouens. quandoquidem prior pars teſtudinis (frontẽ dicunt) peruio foramine pertunditur, in quod radix coniicitur, cuius extremum, quà extenuatur ad poſteriorem teſtudinis partem per craſſitudinem traijcitur. Propoſita pars radicis peruio foramine pertũditur, per quod fibula demittitur, ne radix euellatur, ſed manẽs in foramine torqueat.

B Fibula autem in extrema radice ſcutulo ſuperpoſito includitur. Radix eõ pertinet, vt ſpatham in organo ſuſtineat, habet enim organum ſpatham capitulo lenitercauo aſſurgentem, ita longam, vt à teſtudine ad ſuperius tranſuerſarium, quod caput nominatur, pertineat, & cuneati axis modo excedat. Huius ſpathæ extremitas, quæ contra capitulum eſt, media in quadratam figuram exciditur, atq; in id cauũ includitur radicis extremitas lata, quæ ꝓforaẽ. perforatur itẽ ſpatha ab vno latere ad alterum, in quod foramen fibula demittitur, vt ſpatham detineat ad radicem. Ipſa verò teſtudo iuxta medium pertunditur foraminibus quatuor, vel ordine diſpoſitis, vel duobus à priori parte, totidem à poſteriori conſtitutis: quæ non alia de cauſa fiunt, niſi vt funes in ea indantur; vt in ſequentibus oſtendam. Medium caput, hoc eſt ſuperius tranſuerſarium in quadratam figuram excauatur: in quod cauum duplex trochlea inditur, quæ circa axiculum verſatur. habet item ſuperius trãſuerſarium duo alia caua quadrata peruia, nempe ab vtroque trochleæ latere vnum; in quæ conijciuntur quadratę cubitorum partes: duo enim cubiti per ſuperius tranſuerſarium demittuntur deorſum, & teſtudini inhærent, quæ quadrata caua in ſummo habet. Imas cubitorum partes quadratas tenuesque architecti calces nuncuparunt: ſuperiores latas rotundas dixerunt alas. In alas ergo cubitorum, quæ ſuperius tranſuerſarium excedunt, & peruijs foraminibus per-

C tuſæ ſunt, axis coniicitur: cuius capita vtrinque excedunt, medium cuneatum eſt, in extremis capitibus vectes ſunt, vel manubriola ductaria, quibus conuertatur. Alarum partes priores iuxta foramina & axis capita rurſus forantur, vt, ſi quando opus ſit, in foramina fibulæ demiſſæ ſeruent axem immobilem. Organo prẽterea iuxta crurum extremitates alia duo ſunt adiuncta crura, vt, ſi quando ſedilis vicem exhibeat, ſuper baſim atque adiuncta crura iaceat. Verum, quia teſtudo ꝑ funem elata, & cubitos & ſpatham attollit, in ſequentibus, qua ratione funis indatur, adiiciam. Sumitur funis duplex, cuius capita per duo foramina, quæ vel iuxta cubitos ſunt, vel a priori parte, vel a poſteriori, vel in medio, traijciuntur, vel ab inferiori parte ſurſum adducuntur ſic, vt medius funis inter foramina collocetur: deinde capita ſurſum feruntur, & circa duplicem trochleam prioris tranſuerſarii inuoluuntur, atque (vt dictum eſt) permutata deorſum procedunt, & ad clauos penetrantis axis religantur: continetur enim organo Fabri alius axis coniectus in crura, quæ ſuper tranſuerſarium inferius digitis quinque interpoſitis perforata ſunt. In axis medio duo claui ſunt infixi, in extantibus capitibus vectes vel manubriola ductaria, quibus conuertitur axis, cuius conuerſio per funes teſtudinem attollit: atque vna cum ſpatha ſimul cubiti & axis, qui talis cõtinetur, ſurſum feruntur ad luxata, quæ à ſuperiori parte extenta in ſuam ſedem collocantur. Hu-

D iuſmodi eſt antiqua ſtructura organi, quod ad Fabrum refertur auctorem.



A Basis.

B Crura duo.

C Transuersarium superius.

D Transuersarium inferius.

E Asser transuersus subiectus inferiori transuersario.

F Medium asseris excisi ad formam II inuersi.

G Priapiscus

H Canaliculi excauati ab interiori parte crurum.

I Quadrata testudo.

K Spatha.

L Cubiti.

M Prior pars testudinis peruio foramine pertusa.

N Radix.

O Fibula demissa per radicem.

P Capitulum spathæ cuneati axis modo.

Q Extremitas spathæ in quadratam figuram perforata.

R Foramina quatuor testudinis.

S Duplex trochlea indita in cauum superioris transuersarij.

T Caua duo quadrata superioris transuersarij, in quæ demittuntur cubiti.

V Imæ partes cubitorum quadratæ.

X Superiores cubitorũ partes rotundæ, quę alæ dicuntur.

Y Axis in alas cubitorum demissus.

Z Fibulæ demissæ in alas perforatas, quæ axem immobilem seruent.

a Alia duo crura adiuncta.

b Funis duplex.

c Alius axis, qui in cruribus continetur.


d Vectes, quibus conuertitur axis.

e Binæ trochleæ ad basim.


f Binæ trochleæ ad summa crura.

g Cuneus.

FABRI ORGANVM




FABRI ORGANVM



A *De Motu Organi.* *XXVIII.*

CVm erecta organa cõparentur ad reponendum humeri caput excitãdo,& alijs quoq; modis idonea sint,de humeri capite restituendo tractare constitui. ordiar aũt ab eo casu,sub quo in alam prolabitur. Verum,vt organi motũ perfectũ habeamus,quaternæ trochleæ organo adijciẽtur,binæ ab inferiori parte,qua basis sursum spectat, totidem à superiori ad summa crura Vbi ergo luxatũ restituere volumus,cuneata pars axis primũ lana vel linteo circũdetur, subsellíũq; iuxta organũ ponatur,super quod homo ascendat:deinceps vinciantur crura quidem habena inter se,sed integrũ brachium extentum,ad latus: in foramina aũt alarum indantur fibulæ vt axis seruetur immobilis,vsq; dum eo moto opus erit. His ita constitutis brachium super axem imponatur:atque vbi cuneata pars axis in alam coniecta sit,laqueus Carchesius, vel alius æqualiter extendens,humero inijciatur,eiusq; capita deorsum adducta,ad clauum eius axis, qui cruribus annectitur,alligentur:funẽ nõ amplius indito,quemadmodum in organi fabricatione retulimus,axis conuersio directa ductione ab inferiori parte extendet.id quod ẽt, alio intercedente motu,ad hunc modũ fit. Laquei capita primo per inferiores trochleas traducuntur:inde sursum data,ad clauos axis alligantur,vt hic versatus propositam intentionem moliatur. Idem quoque
B efficitur duplici contrario motu interiecto.laquei enim capita per inferiores trochleas traiecta ad superiores feruntur: inde ad axis clauos vinciuntur, vt duplici contrario motu interiecto ab inferiori parte extendant. Tales sunt modi,quibus ab inferiori parte intendimus. Si quis autem à superiori intendere voluerit,funẽ in testudinem coniecto,veluti in organi structura posuimus, laquei capita deorsum adducat,& tanquam retinacula ad aliquid immobile deuinciat: post hæc axem conuertat,quo conuerso testudo alio motu intercedẽte,per funem elata, à superiori parte intendet. Ex his quoq; ille modus comprehenditur,qui in diuersa extendit. hic nõ amplius requirit,vt capita retinacula sint, sed ab interiori parte ad axis clauos vinciãtur, vel p se vel alio motu intercedente, vt per vnũ machinationis motum,propositus extẽdendi modus adhibeatur. Seruetur aũt in intendẽdo axis immobilis, quemadmodum declarauimus. Postq̃ abunde
C intenderimus,fibulæ,quæ moueri illũ nõ patiebãtur,recipiendæ sunt, atq; ipse per vectes vel manubriola ductaria cõuertẽdus, vt cuneo aliqua ex parte inclinato,extrahẽdo impellamus, sicut in alijs organis ostẽdimus: post hæc dũ restituimus humero deorsum intento, minister à posteriori parte assistens manus det ad ceruices hominis,vt corpus versus pedum regionem cogat in contrariam partem. Verum,vbi restituimus,ministro id præstante, quod ostendimus, subsellium pedibus hominis subiectum subtrahatur,vt ipse suspẽdatur ab organo:tum (vt alibi dictum est)eodem momento,quo ab inferiori parte extendimus atq; excitamus,per cuneũ extrahendo impellemus:deinde intentione remissa sursum cogemus, vtraque manu mẽbro
D comprehenso,&,vt in suum locum recõdatur, elato.Hac igitur ratione humeri caput in alam prolapsum restituitur.



Verum si in priorem partem aut posteriorem veniat, vertere sic axem oportet,vt quod ex eo cuneatum est,deorsum spectet:sursum,quod æquum est: hoc siquidem nunc aptatur ad reponẽdum humeri caput,quod in propositas partes eruperit, Eo facto homo super subsellium, quod iuxta sit,ascendens brachiũ superponat,sic,vt axi insidat: deinde humero inijciatur laqueus æqualiter extendens,cuius capita deorsum ad axem alligentur:eædemque intendendi rationes adhibeantur,quæ traditæ sunt,vbi in alam excidit. Neruis abunde diductis impulsus conuenit, quẽ in aliorum organorum motione monstrauimus.

Sed si neq; cubiti sint, neq; axis in alas coniectus,humeri caput in alã prolapsum ita restituiẽ. Agitaẽ spatha sic,vt capitulũ eius perinde atq; cuneata pars axis supernus trãsuersariũ excedat: tũ duplex habena media inter spathã & trãsuersariũ daẽ,cuius capita ab exteriori parte pendent: In restituẽdo aũt,æger ad organũ assistẽs,brachiũ super trãsuersariũ imponit sic, vt spatha in alã indaẽ:post hæc Carchesius laqueus,vel alius æqualiter extendens,humero inijcitur, cuius capita

deorsum demissa ad transuersarium vt retinacula deligantur: funę ad testudinem dato axis con- E
uersus testudinem,cumque ea spatham attollens,à superiori parte extendit. Aptatur item ille ex tendendi modus,qui in diuersa ducit. laquei capita mutata ad axem alligantur,tunc siquidem cõuersus axis in diuersa diducet. postquam satis extenderimus,duplicis habenæ capita continenda sunt,& per hanc ipsa spatha,vt per spathã extrahendo impellamus. quo facto,intentio emittenda,membrumque sursum adducendum,vt q̃ celerrime in suum locum articulus collocetur. At si organũ non spathã habeat,nõ cubitos,nõ axẽ illis cõtentũ,humeri caput in alã veniens per cuneum sic reponi debet. cuneus,in quem funes coniecti sint,superiori transuersario insidat,& per funes ad ipsum vinciatur: deinceps æger brachium superimponat, cuneusque in alam coniiciatur: quo coniecto,laqueus Carchesius humero circumligetur,eiusque capita deorsum demissa dẽ tur ad axem,qui cruribus continetur,vt axis versatio ab inferiori parte extendat. at vbi satis intẽderit,impellere oportet,velut in aliis organis demonstrauimus,aut extrahendo,aut sursum cõpellendo: qui modi,cum ab inferiori parte extendimus,potissimum ad rẽ pertinent. Placuit aliis per testudinem ita reponere. funem primo resolnunt,ipsumque duplicant: cuius duplicati capita per duo testudinis foramina traiiciunt,à superiori parte deorsum & ad inferioris axis clauos alligant. attollunt itaq; testudinẽ prope superius transuersarium, tuncque restituendum brachium superinijciunt,cuneumque in alam demittũt. post hæc brachium per palmam iuncturam ad te- F
stludinem vinciunt. his ita constitutis inferior axis conuertitur,testudoque è subiecto fune deorsum versus attracta ab inferiori parte ducit: quo pacto intentio quidem ab inferiori parte adhibe tur,sed humero ad testudinem alligato prohibetur conueniens impulsus.

Cubito in illas tres partes elapso vbi brachium curuatur,interiorem inquam,exteriorẽ, & posteriorẽ,iuxta organũ ab omni parte præparatum stare æger super subsellium debet, atque axis cõuerti sic,vt pars eius,quæ cuneata est,deorsum spectet: sursum,quæ æqua: dehinc brachiũ dare super axẽ. quo facto: humerus ad axẽ p palmã iuncturã deligãdus est: brachio vero in vicinia manus inijciẽdus est laqueus inęqualiter extẽdẽs,eiusq; capita sursum adducẽda,& ad alã,vel ad extans caput axis e regione alliganda. brachio sic ad rectũ angulũ figurato habenæ vel latæ fasciæ mediũ ad eã regionẽ detur,quæ proxime sub cubito est,cuius capita deorsum ad axẽ porrigant̃. Quod ad extendendum pertinet,ijdẽ modi conueniunt,quos, vbi humeri caput restituitur,ostẽdimus. nũc siquidẽ licebit vel cõtinendo,& à superiori parte extendendo,vel in diuersa ducendo vim adhibere: qua abunde adhibita eadẽ impellendi ratio accõmodatur,q̃ tradita est,vbi de aliorũ organorũ motu pertractauimus. At si cubitus in priorẽ partẽ moueatur, in quo casu brachiũ extẽditur,mẽbro superimposito humerus ad axẽ deligetur: tunc Carchesius laqueus, vel alius æ- G
qualiter extendens brachio iniiciatur,eiusq; capita deorsum ferãtur,eadẽ intendendi ratio adhibeatur: post idẽ impellendi modus expeditissimus, quẽ in tractandis organis demonstrauimus. Proprie aũt spatha plurimũ vr̃ ad cubitũ restituendũ pertinere. Videamus aũt,quo modo,vbi neque cubiti in organo sint,neq; axis in aliis contineatur,opus hoc efficiẽdũ sit. Funis igitur resoluitur,duplicaturq;,& eius capita per duo foramina testudinis a superiori parte deorsum traiecta, ad axis clauos alligãtur. testudo autem cũ spatha prope superius transuersariũ attollitur: dein spatha torquetur,& brachiũ super transuersariũ,cui lana circũdata sit,imponitur,humerusq; ad trãsuersariũ per palmã iuncturã alligatur,brachiũ verò ad spathã toto mẽbro curuato: conuertitur igitur axis cruribus contentus,testudoq; deorsum versus à fune coacta spathã similiter deorsum adducit,sicq; ab inferiori parte intendimus. At, vbi satis extenderimus,aptatur impulsus,quẽ paulo supra posuimus: si in exteriorem vel interiorẽ partem cubitus elabatur,adducendo: si in posteriorem,extrahẽdo. Porrò ab inferiori parte extendere possumus,impulsu aũt, eo q; brachiũ deuinctum sit ad spathã extrinsecus,prohibemur,nisi,cũ radix euelli ex foramine possit, extrahẽdo impellamus. Magis aũt accommodatur spatha,vbi cubitus in priorem erupit,quẽ si restituere velimus,funẽ demittere similiter oportet,sinereq;,vt spatha dependeat: deinde membro superiniecto,humerum ad transuersarium deuincire,brachium verò ad spatham: post hæc ab inferiori par H
te extendere,vi,quantum res postulat,adhibita impellere,ante quidem premendo,tum circundu cendo,spatha cum brachio torta curuataque premendi causa. Hactenus de cubito luxato.

Ex Ruffo Scamnum Hippocratis. XXIX.


Li.de Art. sec. 4.t.49.71,289 h. Et l.de Frac. sec.2.t.49. 7a. 239.a. Li.de Ar.sec.4. t.51. &55.7a.390b. e.f.

HIppocrates maxime admiratione dignus multis in locis suum organum ξύλον appellauit,in quibusdam ēt σχεδίαν: recentiores id βάθρον,id est scamnum,dixerũt, eoque affixis cruribus & pro organo & pro scamno vsi sunt. struitur autẽ sic. Paratur lignum sex cubitos longum, latum duos,nouẽ digitorum crassitudine,resupinaturque: & quatuor alia ligna, pedem lõga,extremis partibus rotunda,duo scilicet & duo cum eius extremis iunguntur. hmõi ligna,quæ φλίαι ab Hippocrate vocantur, in latitudine peruiis foraminibus pertundunt̃,quibus continẽtur penetrãtes axes in medio clauos habẽtes,& in extantibus capitibus manubriola ductaria ad conuertendum totum lignum in medio vsque ad alteram partem quatuor digitorum spatio iniecto caua habet, quorum altitudo pariter & latitudo treis digitos æquet. caua hæc Hippocrates κανέτους nuncupauit.

A pauit. Mediumpræterea lignum alte ĩ quadratam figurã excauatur, quo scalmus demittitur, qui priapiscus vocatur Alias itẽ hẽt φλιὰς, ĩ medio ad similitudinem literæ Π, nõ inutiliter adiectas. Structura igitur, Pasicrate auctore, huiusmodi est, cui deinceps subdã, qua B ratione moueat scãnum Hippocratis: quod vbi vetustam structuram habeat, homine iacente, ad luxata omnia restituenda idoneum est, vt dum singula exequar, declarabo.

Scamnum Hippocratis.

A Lignum quadrangulum sex cubitorum, latitudine bicubitali, crassitudine dodrantali.
B Postes breues axes habentes.
C Fossulæ.
D Lignum teres in medio cauo infixum.
E Postes pedales lignum transuersum tanquam scalæ gradum continentes.



De Maxilla restituenda. XXX.

MAxilla excidẽte, siue ab altera parte, siue ab vtraque, homo resupinatur sic, vt caput iuxta axẽ, qui ab eius parte est, collocetur, brachijs ad pectus atq; abdomẽ alligatis, cruribusque inter se, & omnibus ad scamnum organum deuinctis. tum capiti ea iunctura imponitur, quę lepus auritus dicitur, eiusq; sinus ad ea ligna, quæ proximum axem sustinent, vt retinacula sint, deligantur: media habena in os inditur, quantum potest intima, iuxta eam regionẽ, qua maxilla cum malis committitur, inter dentes maxil C lares, eiusque capita deorsum demissa ad axẽ, qui à pedibus est, alligantur: aliaq; habena media mentum complectitur, & in vtrãque partem vltra caput adducta ad axẽ, qui super ipsum est, diducendi causa deuincitur. his ita cõstitutis, inferior axis torquetur, vt continẽdo & ab inferiori parte extendendo, vis adhibeatur. Postquam intenderis, quantum res postulat, ad eos impellendi modos venies, quos in opere de articulis exposuimus. Si maxilla quidem ab vna parte exciderit, tria efficies, adduces, premes, & sursum compelles: sin ab vtraque, extrema mota fuerint, premere conueniet, & sursum compellere. Hæc de maxilla, nunc venio ad humeri caput.

D

A Iunctura lepus auritus.
B Sinus leporis deligati ad ea ligna, quæ sustinent axem proximum, vt retinacula.
C Habena quæ media in os inditur.
D Capita habenæ allegata ad axẽ, qui à pedib. est.
E Alia habena, quæ media mentum complectitur.
F Habenæ alterius capita diducendi causa ad axẽ deuincta.



De Humeri Capite in alam prolapso. XXXI.

VBicunque humeri caput restituimus, si in alam vel in priorem partem venerit, resupinare hominem debemus: si in posteriorem, pronum collocare. Vbi ergo in alam prolapsum restituimus, cuneus eò immittendus est, sic, vt qua capitulum assurgit rotundum ac leniter cauum,

in priorem partem ſpectet: quà æquus eſt,in poſteriorem.expedit autẽ cuneum vt mollio ſit, E linteo vel lana inuoluere: omne enim lignum(auctore Hippocrate)durũ eſt & tactu lædit,at ue hac de cauſa potiſſimum lana circundatur.ádde,quòd hæc ſudorem abſorbet, qui in ala oritur & ob curationis metum,& ob calorem eius partis naturalem, qui ad diducendum confert: & q cuneum labi non patitur. Deinde funium capita, hæc quidem à priori parte, illa verò à poſteriori ſuper caput ad axem adducenda: media item habena ſub ala inter cuneum & humerum danda eſt,vel(vt alijs placuit) inter cuneum & latera,eiusque capita ab exteriori parte attrahenda.Ipſi autem humero Carcheſius laqueus, vel alius æqualiter extendens, inijciendus , non quà laceratus eſt,ne cum neruoſus ſit, ſi adſtringatur, doleat, ſed ſupra vel infra. plerique ſuperiorẽ regionem anteponunt tãquam magis idoneam,quod proxime ad articulum accedat, ſed locus hic ad curationem minus accommodatur,prohibet enim rectũ impulſum . Sub muſculo igitur deligandum cenſemus,& ob hanc cauſam,& propterea quòd locus,qui iuxta adſtringitur, ægre laxatur,quæ verò mediocri interiecto ſpatio attrahuntur,facile ſequuntur . Expedit autem, vt laqueus mollis inſidat,humerum lana obuoluere,deinde laqueum inijcere: tubercula enim cubi F to ſubiecta prohibent,quo minus laqueus ſub extendentium vi deorſum labatur. His ita conſtitutis,laquei capita deorſum demiſſa è regione ad axis clauum alliganda ſunt,vel circa ipſum obuoluta,vel nodo inter ſe deuincta. magis autem ad rem pertinent , vbi inter ſe alliganda clauo circumponuntur,tunc ſiquidem opus ſunm firmius præſtant.neceſſe autem eſt,vel continere,& ſeu ab inferiori ſeu à ſuperiori parte extendere,vel per organi axes in diuerſa contendere. Abunde vi adhibita,primum conuenit impellere, per duplicem habenam extrahendo:& eodem, quo extrahimus,momento cubitum altera manu ab exteriori parte in interiorem agere, intentione adhuc manente: tum hac remiſſa laxataque manibus ſurſum compellere. At ſi caput humeri in priorem partem moueatur,hominem ſupinum collocamus:pronũ,ſi in poſteriorem. cuneoque omiſſo,medium duplicatæ habenæ lana inuolutum ſub alam demittimus,capitaque eius ſupra caput adducimus,non è regione humeri vitiati,ſed verſus contrariam partem,homine reſupinato,ſi in priorem partem articulus exciderit.Quæſita autem cauſa eſt,quamobrem id fiat:Paſicrates quidem id propterea fieri dixit,ne humerus detineatur habena è regione ſurſum verſus attracta: recentiores non ea de cauſa, capita oblique ducenda eſſe dixerunt, ſed, ne corpora, quibus ala continetur,compreſſa lati ſcapularum oſſis ſinum impleant: nobis verò cum omni- G bus conuenit, capita oblique danda eſſe ad contrariæ partis ligna,quibus axis continetur. Rurſus autem humero Carcheſius laqueus inijciatur, vel alius, qui æqualiter extendat, eiusque capita deorſum ad axem, qui à pedi-

bus eſt,demittantur,vt vel retinaculis adhibitis ab inferiori parte intendamus,vel(ſi placeat) in diuerſa contendamus. Conuenit autem impulſus quemadmodum ſupra declarauimus,manibus præcipue adducendo,comprimendoque. Similiter aũt vbi humeri caput in poſteriorẽ partem moueatur , homine prono eadem moliri cõuenit,quæ,vbi in priorem venit, tradita ſunt. At vbi ſatis extenderimus,manibus premere, & adducere,& ſurſum eompellere neceſſarium eſt.



H

A Cuneus.
B Funium capita ad axem ſupra caput adducta.
C Habena media inter cuneum & humerum data.
D Carcheſius laqueus humero iniectus.
E laquei capita ad axem, qui à pedibus eſt,alligata.

A *De Humero luxato comminutoq;.* XXXII.

NOnnunquam accidit,ut prolapso humero fractura quoque adijciatur membro medio comminuto,in quo casu recondere articulum oportet, & fracturam componere. Quod ad reponendum pertinet,retinaculo uti expedit,& à superiori parte extendere: quod ad fracturam similiter uti retinaculo, & ab inferiori parte attrahere. sed ante restituere, quod prolapsum est, oportet.deinde,quod fractũ. Ergo,ubi,uolumus,qđ prolapsum est cõdere,cuneũ in alã indimus capitaq; funiũ super caput attrahimus,ac mediã habenã inter cuneũ,& humerũ demittimus,cuius capita ab exteriori parte procedant.tũ infra cuneum ac super fracturã carchesiũ laqueũ inijcimus: eiusq; capita deorsum ad ligna,quæ axem sustinent,ad retinendũ;alligamus,sed funiũ capita ad axem,qui super caput est,uincimus,ut eo conuerso & contineamus, & à superiori parte extendamus. Neruis abunde intentis,per conuenientem impulsum articulũ restituimus.quo facto laquei capita super caput data,retinacula fiunt:& alter laqueus æqualiter extẽdẽs, cuiusmodi carchesius est,humero inijcitur,cuius capita demissa ad axem,qui a pedibus est, vinciuntur,vt & retinendo,& à superiori parte extẽdẽdo uis adhibeatur.neque nunc est,quod timeamus,ne fractura ab inferiori parte attracta repositus articulus excidat, siquidem, cum à superiori parte tam à cu-
B neo,quam à superiori laqueo retineatur. Vi satis adhibita fracturam manibus componimus,quẽ admodum sæpius indicauimus. Quòd si humeri caput in priorem uel posteriorem partem uenerit,ubi restituitur,easdem animaduersiones desiderat. Hactenus de humeri capite.


De Cubito. XXXIII.

CVbito in illas tres partes elapso, in quas ubi uenit, brachium curuum est, neq; extenditur, interiorem,exteriorem & posteriorem;homo super organum resupinetur:quo commodè figurato carchesius laqueus, uel alius æqualiter intendens,humero circundetur, cuius capita ut retinacula sint,sursum super caput uinciantur: brachio autem in vicinia manus laqueus inijciatur,qui inæqualiter extendat, puta Attollens, Chiastus,aut Nauticus,cuius capita sursum adducta ad ligna,quibus axis continetur, religentur, utrunque scilicet ad id,ad quod spectat è regione,sic,ut cubitus cum humero ad rectum angulum figuretur.tum duplicatæ habenæ,seu latę fascię medium ad brachium detur iuxta cubiti iuncturam, cuius capita ad axem, qui à pedibus est,uinciantur. Datis igitur capitibus, laquei ad superiora, duplicatæ habenæ ad inferiora,binisque axibus uno super caput,altero iuxta pedes collocato, uim adhibebimus uel continendo & à superiori uel inferiori parte attrahendo, uel in diuersa ducendo: eaque ratione impellemus,
C quæ reponendo articulo idonea sit. ubi in interiorem uel exteriorem partem conuerratur, adducemus:ubi in posteriorem,extrahemus. Quòd si in priorem partẽ articulus elabatur,in quo casu curuari extentum brachium nequit,homo supinus iaceat in uitiatam partem inclinatus, brachio super scamnum extento,carchesius laqueus humero iniiciatur, cuius capita super caput procedant:extremo item brachio in uicinia manus alius detur laqueus, qui æqualiter extendat, cuius capita deorsum attrahantur:item eadem vis adhibeatur, nempe retinaculis, & intentione à parte inferiori. Equidem satius duco in diuersa contendere, nam hoc ad articulum reponendum efficacius est,quàm si ab inferiori parte solummodo extendamus.oportet autem,cum abũ de extenderimus,ad commode impellendum transire,premendo nimirum & circumducendo, premendo quidem intentione adhuc manente,circumducendo,postquam remissa fuerit. Condito articulo,vt eius restituti certa indicia habeantur, experiri oportet naturales brachij actiones, flexum inquam & porrectionem, præterea situm in pronum habitum ac supinum, quoniam, vbi huiusmodi actiones liberæ sint,perfecte restituti articuli fidem faciunt.posiimus & conferentes eum altero cubito, rium ex toto luxatum restituerimus,colligere. quo perfecte restituto brachium commode ad rectum angulum curuetur,contineaturque in sequẽtem curationem. Duo
D igitur brachij ossa, vbi suo loco mota sunt,his modis reuertuntur. sed potest seorsum vtrumque etiam offendi,cum cubitus erumpat,radius diducatur,quod nunc quoque explicabo. Lęditur per se cubitus radio inuiolato: dehiscit seorsum radius,cubito in sua sede manente. vtrumlibet horum ossium lædatur,vbi per hoc organum restituitur, humerus iniecto laqueo ad ligna, quæ axem super caput continent, alligatur,extremoq; brachio rursus laqueus circumdatur, qui inæqualiter extendat,sicut Attollens, aut Nauticus,cuius capita deorsum demissa intendendi causa ad axis clauos vinciuntur.In circumdando laqueo,qui inæqualiter extendit,id obseruatur, vt sinus super eam partem,quæ reponitur,capita super contrariam collocentur:siquidem laquei inæqualiter extendentes proprie illas partes magis cogunt,quibus eorum capita insident, minus vero contrarias. Ergo,cum brachium duobus ossibus contineatur,vbi alterum suo loco motum reponitur,cogere id potissimum expedit;& alterum,si fieri potest,non vrgere. Intentione abunde adhibita,illi conueniunt impellendi modi, quos luxati genus postulat: siquidem cubitus in interiorem partem venerit,vtriusque manus digiti inter se iuncti ab exteriori parte radij eminentiam cubiti complectuntur,prominentioresq; palmarum partes à latere dantur, vt his impellẽti bus quasi adducendo,os in suã sedẽ collocetur. At si cubitus ad posteriora radij proruperit, bra-

chio

chio aliquantiſper curuato, eodem momẽto, quo ab inferiori parte extendimus, prominentiori palmæ parte premere debemus, vt os in ſuam ſedem reponatur. hæc enim premendi ratio ad reſtituendum proprie aptatur. At vbi radius in priorem partem recedat, extento brachio perinde agere conuenit, quaſi vtrunque in eandem partem exceſſerit. adhibenda itaque vis eſt & continendo, & ab inferiori parte extendendo. quo abunde facto duplex impulſus accõmodatur, & qui premit, & qui circunducit: qui premit, intentione manente: hac remiſſa, qui circumducit, vt oſtenſum iam eſt. Commune eſt vtriuſque, vbi reſtituta fuerint, ſpectare, an brachium ſuo munere ſine impedimẽto fungatur, curuetur nimirum, & extendatur, & ſupinum pronumq; figuretur: quę actiones, ſi liberæ ſint, ex toto reſtitutum eſſe teſtãtur. quo facto, brachium ſin ſequentem curationem ad rectũ angulum collocetur.

A Carcheſius laqueus humero iniectus, cuius capita ſurſum, vt retinacula ſint, adducuntur.
B Attollens laqueus in vicinia manus, cuius capita ad ligna, quibus continetur axis, religantur.
C Medium duplicatæ habenæ ad brachium.
D Capita duplicatæ habenæ religata ad axem, qui à pedibus eſt.



XXXIV.

De Manu.

MAnus in quatuor partes prolabitur, in interiorem, exteriorem, priorem, & poſteriorem. G
Oportet, ſi in interiorem partem veniat, ſupinam collocare, ſuper ſcamnũ homine ſimiliter reſupinato, pronam, ſi in reliquas tres partes elabatur. deinde Carcheſium laqueum vel alium æqualiter extendentem brachio inijcere, & ſuper ſinum manus dare vectem tranſuerſum: vel ferramẽtum, quo adurimus, ad palmam ipſam deligare eo vinculo, quod, Ad extremas partes, inſcribitur: tũ vectis vel ferramenti extremitatibus inijcere vel medias habenas duplicatas, vel laqueorum inæqualiter extendentium ſinus, deorſumq; demittere: atque alterum laqueũ æqualiter extendentem brachio circumponere, eiusq; capita ſuper caput adducta, vt retinacula ſint, deuincire: quę verò deorſum ferebantur capita extendendi cauſa ad axẽ, qui à pedibus eſt, religare, ut eius conuerſione & contineamus, & ab inferiori parte extendamus. quam rem vbi ſatis præſtitimus, conuenienter impellimus. Nunc aũt maxime ad manum reſtituendam pertinet adhibito retinaculo, ab inferiori parte extendere: licebit præterea & ſurſum adducere, & in diuerſa contendere. neruis abunde diductis impulſus neceſſarii ſunt, qui eam compellere in ſuum locum poſſint. Quòd in interiorem vel exteriorem partem exciderit, prominentiori parte palmæ, aut etiam calce ſuperdato preſſa oſſa coguntur, deinceps manus iuxta digitos huc atque illuc agitur: ſin in priorem vel poſteriorem partem eruperit, vtiliter adducendo impellimus. H

XXXV.

De ſpina luxata.

HIppocratis organũ luxatis omnibus reſtituendis accommodatur, ſed præcipue ſpinæ: quæ, ubi gibba facta eſt, tunc maxime curari poſſe cenſetur, cũ recens ex ictu vitium eſt. Collocatur igitur homo pronus ſuper ſcamnum, vt laquei capita è regione ad axem ferantur: circundantur ſpinæ laquei duo æqualiter extendentes, vnus ſuper gibbum locum, alter infra: aut quaterni ex iis, qui inæqualiter extendunt, bini à ſuperiori parte, totidẽ ab inferiori, inter ſe aduerſi iniiciuntur, ut in opere de luxatis explicauimus. Vis neruis adhibetur potiſſimum in diuerſa deducendo, interdum tamen continendo, & uel ab inferiori, vel à ſuperiori parte extendendo. Intentione abunde adhibita, ille impulſus, quo premimus, accõmodatur. Hippocrates uarios tradidit impellendi modos, & per prominentiorẽ palmæ partẽ, & per ſpathã premendo idoneam. Impulſus per hmõi ſpatham illis reſtituendi modis annumeratur, qui facile cõparantur: extremitas enim ſpathæ in foſſam aliquam demittitur, vel in lignum excauatum. Nos, ut ſpathæ obex opponeretur, Hippocratis ſcamno π ferreũ adiecimus, quod & extrahi & infigi poſſet, & ſpathæ reſponderet, pertuſumq; pluribus foraminibus eſſet, & in foramina crurũ organi demitteretur,

vt

A vt Π pro gibbi magnitudine accommodaretur, ſpathaque extrema in Π coniecta, eius partem premendo accommodatã ſuper gibbum dantes premendo impulimus. Alii duplicatæ habenæ medium organo ſubiicientes eandem ſpatham ſuper locum iniectam premunt. Premendi modum in opere de articulis exquiſitius indicauimus.



A Laqueus æqualiter extendens ſupra gibbum, cuius capita recta ad axem feruntur.
B Laqueus æqualiter extendens infra gibbum, cuius capita recta ad axem feruntur.
C Spatha.
D Π ferreum.

B

C

De Femore. *XXXVI.*

FEmur in quatuor partes promouetur, in interiorem, exteriorem, priorem, & poſteriorem. Si in tres partes prolapſum eſt, interiorem, exteriorem & priorem, crus extenſum eſt, implicariq́ue non poteſt: ſi in poſteriorem, curuum eſt, neque extenditur. Ergo, ſi in illas tres partes erũpat, in quas ubi venit, crus extenſum eſt, reſupinato homine medium duplicatæ habenæ lana inuolutum inter anum & naturale demittendum eſt, capitaq́ue eius ſuper caput adducenda. Vbi in alias partes venerit, nullo interpoſito diſcrimine inter anum & naturale dari habena debet, ſed ea animaduerſione, ſi in interiorem partem exciderit, vt ad integrum femur magis ſpectet, ne femoris caput, cum extenditur, habena media detineatur: cuius capita uel ad axem alligentur, vbi
D in diuerſa contendimus, uel ad ligna, quibus axis, qui à capite eſt, continetur: ubi & retinemus, & ab inferiori parte extendimus. Extremo autem femori prope genu Carcheſius laqueus inijciatur, eiusq́ue capita deorſum demiſſa ad axis clauum vinciantur, vt eo conuerſo & contineamus, & ab inferiori parte adducamus. Neruis, quantum res exigit, intentis, veniendum eſt ad impulſum.

De Femore in interiorem partem prolapſo. *XXXVII.*

PRoprie autem ad femur in interiorem partem prolapſum excogitata ſunt ligna ad ſimilitudinem Π à lignis, quibus axis continetur, non abhorrentia. Vbi ergo femur in interiorem partem erumpens reſtituitur, æger in integrum latus verſus iaceat, euulſoq́ue priapiſco integrum crus propoſito ligno ſubiiciatur, alligeturq́; ad ſcamnum ita, vt immobile perſeueret, eademq́ue ratione & brachia & reliquum corpus: crus autem vitiatum detur ſuper tranſuerſarium lignorum, quæ Π literã repræſentant, ita, vt tranſuerſarium inter anum & naturale collocetur: ſed extremo femori iuxta genu iniiciatur laqueus, vel Carcheſius, uel alius, qui æqualiter exendat, eiusque capita ad inferiorem axem demittantur: ſuper ipſum vero lignum Π literam repræſentans ſub crure, quod reſtituitur, detur ſpatha, quæ premendo aptatur, uel lignum habens in ſummo capitulum rotundum ac leniter cauum ab interiori parte à ſummo crure ad imum pertinens. Quo facto, vbi reſtituere volumus, axis conuertitur, cuius conuerſio ab inferiori parte

extendit.

extendit. Postquam nerui abunde extenti fuerint spatha,uel eo ligno, quod in summo capitulum habet,super id lignum,quod Π literam refert, cum crure magna vi deorsum adducto, impulsus extrahendo adhibetur: post quem alius idoneus est,qui sursum uersus compellit, quemadmodum diximus de humero in alam prolapso.

A Postes Π literam reptæsentantes.
B Transuersarium.
C Carchesius laqueus.
D Lignum à superiori parte crucis ad imum pertinens.



De Femore in posteriorem partem prolapso. *XXXVIII.*

VErum,si femur in posteriorem partem elabatur, neque pronum neque supinum hominem collocamus,sed sedentẽ,magis autem in integram coxam inclinatum. Homine ita figurato,duas prehendere habenas oportet,earumq; unam simplicem extendere, atq; alteram duplicem demittere in mediam simplicem: & simplici quidem hominem cingere, duplicẽ à superiori parte deorsum demittere, ab ea regione, quæ vmbilico proxime subijcitur, ad eam,quæ interanũ & naturale est, & per anũ sursum adducere,ut quatuor habenæ capita à posteriori parte ad retinendum vinciantur.Retinaculis datis lata pars spathæ, quæ premendo accommodatur, coxæ supponatur,imoq; femori iuxta genu laqueus inijciatur,qui æqualiter extendat,cuius capita ad inferiorem axem demittantur, ut eo conuerso & contineamus, & ab inferiori parte intendamus.Intentione satis adhibita, dum adhuc intendimus, caput femoris per spatham in exteriora propellatur,apertaq; manu æger resupinetur. per hanc.n. vim femur in suum locum compelletur.Repositi autem indicium erit,comparatio cum altero crure, & liberæ ipsius actiones:nam,si citra impedimentum complicari & extendi potest.ex toto intus esse conijciendum est. G


De Genu. *XXXIX.* H

GEnu in tres partes prolabitur, interiorẽ,exteriorem, & posteriorẽ.In omnibus his casibus, crus extensum est,& minime complicatur.Oportet,si in exteriorem partem prociderit,hominẽ extento crure super scamnũ collocare:tum duos laqueos æqualiter extendẽtes,cruri inijcere,alterum à superiori parte super femur, alterum infra genu: dein capita superioris super caput adducere, inferioris ad axem:neruosq; intendere,quemadmodũ in reliquis articulis dictum est,siue retinaculis vsi ab inferiori uel superiori parte intẽdamus, siue in diuersa diducamus.Neruis abunde diductis,si in latus ab inferiori uel exteriori parte motũ fuerit,ille impellendi modus conuenit,qui adducit:si in posteriorem, & ille qui premit,& ille qui circunducit.qui impellendi modi,cum similes illis sint,qui ad cubitum traduntur,commode in hunc locum transferuntur.

De Talo. *XL.*

TAlus modo in interiorem partem procidit, interdum in posteriorem quoque conuertitur, in quas partes ubi uenerit, æque resupinare hominẽ conuenit crure extento: ac cruri Carchesium

A cheſium laqueum æqualiter extendentem circum ponere, eiusq; capita à poſteriori parte ad axẽ, qui ſupra caput eſt, adducere: talo autem draconẽ vel sãdalium laqueũ inijcere, eiusq; capita ad inferiorem axem alligare, tuncq; mẽbrum vel in diuerſa diducere, vel continere, & ab inferiori parte extendere: Neruis, quantum res poſtulat, diductis cõuenienter impellere, vbi in interiorem vel exteriorẽ partem eruperit, retro cogẽdo: vbi in poſteriorẽ, extrahendo, nunc ſiquidem ob eum habitum impulſus extrahendo aptatur. De modis autem impellendi diligentius tractabimus in opere de luxatis.



B

A Carcheſius laqueus.
B Sandalius laqueus.

SEPTIMAE CLASSIS
FINIS.

C aaaaaaa bbbbbbb ccccccc ddddddd eeeeeee fffffff ggggggg
hhhhhhh iiiiiii kkkkkkk lllllll mmmmmmm nnnnnnn ooooooo
ppppppp qqqqqqq rrrrrrr ſſſſſſſ ttttttt vvvvvvv xxxxxxx
yyyyyyy zzzzzzz

AAAAAAA BBBBBBB CCCCCCC DDDDDDD EEEEEEE FFFFFFF
GGGGGGG HHHHHHH IIIIIII KKKKKKK LLLLLLL
MMMMMMM NNNNNNN OOOOOOO PPPPPPP QQQQQQQ
RRRRRRR SSSSSSS

Omnes ſunt quaterniones, præter AAAAAAA BBBBBBB SSSSSSS terniones.

D

Venetijs, Apud Iuntas.

